


R. P. LAVRENTII

DE APONTE

NEAPOLITANI,

Clericorum Regularium Minorum Theologi, & ſacrarum Scripturarum Profeſſoris,

IN

Diui MATTHÆI Euangelium

COMMENTARIORVM

Litteralium, & Moralium, cum moralibus Annotationibus,

TOMVS SECVNDVS.

Prodit nunc primùm

Cum INDICIBVS neceſſariis.

OPVS POSTHVMVM.

LVGDVNI,

Sumpt. Hær. Gabr. Boiſſat, & Laurentij Aniſſon.

M. DC. XLI.

Cum Priuilegio.

PHILIPPO IV.
HISPANIARVM
REGI,
Inter Catholicos MAGNO, totius Orbis MAXIMO,

LAVRENTIVS DE APONTE.

FELICIVM auium pennis in tuum aduolat ſinum Matthæus, ô Regum omnium maxime PHILIPPE; Matthæus, inquam, ille diuino madens ſpiritu, è cuius ore doctrinæ Oceanus, è cuius calamo ſapientiæ fluxit abyſſus. Hunc ego aperire auſus, hunc myſteriis denudare; ſcio tamen qua porta inuaſuram lucem, denſiorem irruiſſe caliginem. Non enim omnibus fas eſt ſacrum contingere limen, & ima vetiti pandere ſecreta poli. Sed quà potui exerui vires, preſſi ingenium, & indefeſſo molimine veterũm Patrum monumenta decurrens, ſi non intimum ſenſum emedullaui, quem malè perfricato oculo rimatus, expoſui. Vnde hoc opus impolitum, incomptum, inuenuſtum à tuo potius arcendum conſpectu, quàm obiiciendum videtur, ne tantæ maieſtatis, dum fauores ambit, temeritatis vindices, concitet iras. Veruntamen in hoc nemo me carpat. Noui enim Auſtriadum genus optimum, noui te nunquam ſatis laudande PHILIPPE, quem manſuetudo, benignitas, & amplioris animi magnitudo, iterum, atque iterum, ad noua ſceptra commendabilem genuerunt; ſpemque inde mihi facio, non toruo lumine, nec infeſto ſupercilio, hos ſeneſcentis ingenij fœtus, licèt deformes, dedignaturum; ſed facilem daturum aditum, ne regio prætereant illibato pede, ſed ad illius veſtigia profuſi, de auguſto puluere ſibi arcem

ſecuritatis erigant. Quamuis enim nunquam ego libros ad inuidiæ pabulum ſaginauerim; fortè maledicentium nunquam ſatiatà libido, hic lautiores epulas quæret, & venenatum ardebit cruentare molarem. Quòd ſi imperatorias Aquilas, aut regium à longè ſpeculetur leonem, ſe verebitur prædam, vbi auido rictu prædam machinabatur. Nec me vnum credas è turba regiis auribus ſuauiter modulantium. Lege me amplius, diſſonum audies rauco ſtrepitu crocitare. Vendant alij circa palatia fumos; ego creatæ, & increatæ lucis radios, deducto velamine explico, Diuini Solis in occiduum ſplendorem tuis aquilis numquam refugo lumine cæcutientibus offero, Diui Matthæi reſeratum iubar, vt omnibus affulgeat, detego; Euangelicam denique veritatem, nullo illitam fuco, nullo formoſam apparatu, in regiam inueho aulam. Sed heu! infelix veritas, proximam caue ruinam. Quare? quia tot inter ſcandala, vix inoffenſum premitur veſtigium. At Deus bone, pone metum ſecura veritas: adeſt integerrimus PHILIPPVS, veritatis certiſſimum columen, & præſidium. Ipſe inconcuſſam porriget dexteram; tene; trepidabis numquam; ſtabis ſemper, crebros, inter proceres, actura triumphos. Hoc ego vnum oro, hoc ſpero. Quod ſi præſtes, facilè Regum omnium anteibis geſta, obſcurabis laudem, delebis famam, & tuam coæuam ſtatues æternitati. VALE. Compluti 6. Martij anno Domini 1639.

INDEX

INDEX
Annotationum Moralium, Paragraphorum, & Digreſſionum, quæ hoc ſecundo Tomo continentur.

Annot. mor. 75. DE eleemoſyna. *pag.* 9
76. De bono reſignationis, & proprio voluntatis malo. 25
77. Hipocritæ inſelicciſſimi. 45
78. De ieiunio, & modo ieiunandi. 49
79. Hominum deceptio duobus dominis ſe poſſe ſeruire credenrium. 60
80. Qui ſunt, qui Dominum contemnũt. 64
81. Malum anxiæ ſolicitudinis humanæ circa corporalia. 82
82. De Dei prouidentia admirabili in non ſollicitos. 86

De conditionibus infallibiliũ orationis impetratoriæ. 110

83. De numero conditionum, & quæ illæ ſint. ibid.
84. De pietate prima orationis infallibilis conditione. 113
§. 1. De fide, & fiducia orationis. 116
§. 2. De humilitate, & deuotione orationis. 118
85. De ſecunda condirione orarionis infallibilis, quæ eſt de neceſſariis, & vtilibus ad ſalutem. 121
86. De tertia conditione orationis infallibilis, vt ſit pro ipſo oranre. 124
87. De quarta conditione infallibilis orationis, quæ eſt perſeuerantia. 126
§. 1. Quãto conatu Chriſtus Dominus noſter perſeuerantiã in oratione ſuaſit. ibid.
§. 2. Quare Deus aliquando concedere differat quod petirur. 128
§. 3. Qualis deberet eſſe hæc perſeuerantia. 129
§. 4. Per quid perſeuerantia infallibilis orationis interrumparur. 132
Digreſſ. 1. An ſit animarum lucrum, opiniones quæ dicũtur mites, typis mandare, an potiùs eorum damnum. 137
88. De ſignis bonorum, ac malorum magiſtrorum ſpiritualium. 146
§. 1. Poſitiones quædã de rebus, quæ non ſunt infallibilia veræ ſanctiratis ſigna. ibid.
§. 2. De veris ſanctiratis ſignis 149 & ſeqq.
89. Opera neceſſaria ad ſalutem. 156
90. Tota Dei voluntas in hominem eum præſtolantem. 179
91. Felices, qui non ſibi tanrùm proficui, ſed & aliis. 195
92. Humilitas ad animas lucrandas neceſſaria. 196
93. Impariens deſiderium altiſſimæ ſanctitaris animæ ſæpe ſuperbiam indicar; hincque ab illa expellimur. 214
Digreſſ. 2. An vexati à dæmonibus, & obſeſſi, hoc illis ſemper eueniat propter peccara propria, quæ admiſerunt; an verò nullis exranribus peccaris, ſed tantùm ad eorum exercitium virtutis, & gloriæ augmentum. 234
94. Peſſimi gubernatores malos ſuſtinentes, vt pacem poſſideant. 246
95. Nullum Deo præſtanrius opus conuerſione peccatoris. 266
96. De circumſtantiis conuerſionis D. Matthæi. 267
97. De conuerſione S. Matthæi, eiuſque magnirudine. 269
98. Orationi opera ſunt adiungenda. 295
99. Dum Deus præcipit, nullum eſt periculum timendum. 350
100. Pax Chriſtiana eſſe non poteſt ſine magno bello. 363
101. Hoſpitalitas magnum bonum. 371
102. Non Chriſtianus, qui opera non facit Chriſtiani. 384
103. Humilitas neceſſaria ad Scripturarum intelligentiam. 413
104. De fructu eleemoſynæ. 441
105. De dæmonio muto. 451
§. 1. Quantum ſit malum non orare. 452
§. 2. De malo non confitendi. 455
§. 3. De malo non bene confitendi. 458
§. 4. De ſignis bonæ confeſſionis. 461
106. De diaboli fortitudine. 467
107. & vlt. Reuelationes nõ ſpernẽdæ. 474
Digreſſ. 3. Vtrùm Reuelationes, ecſtaſes, raptus, cæterique Dei fauores, omnibus circunſtantiis, ac ſignis bonis vallati, qui energumeno alicui eueniunt, non ob peccata talis, ſed ob exercitiũ virtutis, & Dei maiorem gloriam ſint approbandi, & pro veris habendi. 496

INDEX LOCORVM
SACRÆ SCRIPTVRÆ
Quæ in hoc ſecundo Tomo enucleantur.

EX VETERI TESTAMENTO.

Ex Geneſi.

2. 2. *Compleuitque Deus die ſeptimo.* 159.13
11. *Tulit ergo Deus hominem.* 258.10
3. 4. *Aperientur oculi veſtri.* 197.4
13.14. *Quia feciſti hoc.* 64.19
15. 1. *Noli timere Abraham.* 371.4
10. *Apparuit clibanus fumans, & lampas ignis tranſiens inter diuiſiones illas.* 282.42
18.18. *Num celare potero Abraham.* 476.27
19.22. *Non potero facere quicquam, donec ingrediaris illuc.* 347.17
20. 3. *En morieris propter mulierem, quam tuliſti.* 202.28
21. 6. *Nunquid ego pro Deo ſum.* 203.40
10. *In Iſaac vocabitur tibi ſemen.* 193.21
23. 7. *Adorauis populum.* 291.12
25.20. *Qui cùm quadraginta eſſet annorum, duxit vxorem Rebeccam.* 130.24
42.36. *Abſque liberis me eſſe feciſtis.* 185.7

Ex Exodo.

1.13. *Oderat filios Iſraël Ægyptios.* 445.15
3. 5. *Solue calceamentum de pedibus tuis.* 191.6
6. *Ne appropies huc.* 112.12
7. 1. *Ecce constitui te Deum Pharaonis.* 43.6 & 192.*init.*
10.21. *Tenebræ ſuper terram Ægypti tam denſæ, vt palpari queant.* 194.27
12.15. *Septem diebus azyma comedetis.* 410.4
20.23. *Vos vidiſtis, quia de cœlo locutus ſum vobis.* 56.9
32. 7. *Vade, deſcende, &c.* 453.20

Ex Numeris.

11. 4. *Vulgus quippe promiſcuum flagrauit deſiderio carnium.* 46.7
24. 3. *Qui videns quod placeret Domino.* 198.7
5. *Dixit Balaam filius Beger, &c.* 414.4

Ex Deuteronomio.

27.15. *Reſpondebit autem omnis populus, Amen.* 40.21

Ex libro I. Regum.

1.18. *Vultus illius non ſunt in diuerſa mutati.* 229.2
13.14. *Quæſiuit ſibi Dominus virum iuxta cor ſuum.* 25.5
16. 1. *Vſquequò tu luges Saul.* 125.8
26.15. *Nunquid non vir tu es.* 25.5

Ex libro II. Regum.

1. 9. *Sta ſuper me, & interfice me.* 255.9

Ex libro III. Regum.

2. 3. *Confortare, & eſto vir.* 25.6
17. 9. *Surge, & vade in Sarephtha.* 19.2

Ex libro IV. Regum.

2.20. *Ecce habitatio ciuitatis huius optima eſt.* 102.13
4. 2. *Seruus tuus vir meus mortuus eſt.* 11.7
5. 20. *Pepercit Dominus meus Naaman Syro iſti.* 177.4
18.21. *Vſquequò claudicatis in duas partes.* 470.5

Ex libro II. Paralipomenon.

20.18. *Credite in Domino Deo vero, & ſecuri eritis.* 115.17

Ex libro Eſther.

2. 9. *Præcepit eunucho, vt acceleraret mundum muliebrem.* 215.12

Ex Iob.

1.12. *Filiis meis, & filiabus veſcentibus, &c.* 233.8
26.14. *Quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri.* 331.*init.*
27. 2. *Viuit Deus qui abſtulit iudicium meum.* 480.5

Index locorum S. Scripturæ.

39. 3. *Qui præparat coruo eſcam.* 72.12
40.16. *Abſorbebit fluuium.* 487.8
41. 5. *Per gyrum dentium eius formido.* 468.8

Ex libro Pſalmorum.

9.13. *Non eſt oblitus clamorem pauperum.* 118.41
15. 2. *Dixi Domino: Deus meus es tu.*
31. 5. *Dixi: Confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino.* 180.6
32.22. *Ego dixi in exceſſu meo.* 88.init.
49.16. *Quare tu enarras iuſtitias meas*, &c. 316.5
72.12. *Ecce ipſi peccatores.* 76.8
22. *Vt iumentum factus ſum apud te.* 87.8
80.11. *Dilata os tuum, & implebo illud.* 128.15
90. 4 *Protegam eum, quoniam cognouit nomen meum.* 112.18
113.5. *Quid eſt tibi mare quòd fugiſti.* 300.16

Ex Prouerbiis.

10.25. *Quaſi tempeſtas tranſiens non erit impius.* 293.30
30. 4. *Quis ſuſcitauit terminos terræ.* 112.17
31.19. *Manum ſuam miſit ad fortia.* 9.1

Ex Eccleſiaſte.

4. 11. *Væ ſoli.* 334.12

Ex Canticis Canticorum.

5. 13. *Hæc eſt fiducia quam habemus ad Deum.* 121.init.
8. 6. *Lampades eius lampades ignis.* 282.42

Ex Eccleſiaſtico.

7. 39. *Ex his dilectione firmaberis.* 201.17
28.30. *Homo homini reſeruat iram.* 41.3
35.21. *Cuius vehiculum & humilitas.* 118.54
42.13. *Melior eſt iniquitas viri, quàm mulier benefaciens.* 462.73

Ex Iſaia.

1. 11. *Plenus ſum*, &c. 459.53
2. 12. *Dies Domini ſuper omnes cedros Libani.* 45.1
3. 16. *Et ambulauerunt ulto collo.* 76.6
14.11. *Detracta eſt ad infernum ſuperbia tua, concidit cadauer tuum.* 221.32
41. 1. *Tollant ad me inſulæ, & mutent fortitudinem, accedunt, & tunc loquantur.* 228.5
53. 4. *Languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit.* 207.14
65.24. *Eritque antequam clamem, ego exaudiam.* 180.3

Ex Ieremia.

48.10. *Maledictus homo, qui facit opus Dei negligenter.* 116.24

Ex Threnis.

1. 7. *Viderunt eum hoſtes eius, & deriſerunt Sabbata eius.* 120.55

Ex Daniele.

4. 6. *Ecce arbor, & folia eius pulcherrima.* 254.2
5. 25. *Minus habens.* 405.36
10.12. *Daniel ex die primo, quo poſuiſti cor tuum*, &c. 297.17

Ex Oſea.

9. 1. *Noli lætari ſicut populi.* 457.44
4. *Quaſi panis lugentium, omnes qui comedunt eum, contaminabuntur.* 459.57
11.4. *In funiculis Adam traham eos.* 419.14

Ex Ioele.

2. 13. *Scindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra.* 300.21

Ex Michæa.

6. 8. *Indicabo tibi ô homo.* 116.24

Ex Machabæis I.

2. 32. *Conſtituerunt aduersùs eos prælium in die Sabbatorum.* 432.5

EX NOVO TESTAMENTO.

Ex Matthæo.

5. 7. *NE fortè*, &c. 409.28
17.19. *Quare nos non potuimus eÿcere illum?* 116.26
21.21. *Si habueritis fidem.* 115.17
25.40. *Quandiu feciſtis vni ex his fratribus meis minimis.* 208.21

Ex Marco.

7. 16. *Non eſt bonum ſumere panem filiorum.* 193.24
8. 34. *Tollat crucem ſuam.* 367.11
11.11. *Circumſpectis omnibus.* 166.6
21.24. *Habet fidem Dei.* 115.17

Ex Luca.

7. 36. *Rogabat quidam de Phariſæis.* 205.52
8. 7. *Et ſimul exorta ſpina.* 310.34
9. 5. *Sequere me.* 217.1
26. *Meos ſermones.* 362.4
10.36. *Martha, Martha, ſollicita es erga plurima.* 205.53
13.24. *Contendite intrare per anguſtam portam.* 136.16

14.26. *Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, ac matrem,* &c. 366.1
17.4. *Adauge nobis fidem.* 117.54
18.2. *Oportet ſemper orare.* 130.init.
22.36. *Quando miſi vos ſine facculo, & pera.* 337.4

Ex Ioanne.

4.10. *Tu forſitan.* 409.28
6.71. *Nonne ego vos duodecim elegi.* 333.45
7.16. *Doctrina mea non eſt mea.* 278.22
8.19. *Si me ſciretis, forſitan,* &c. 409.28
9.31. *Deus peccatores non audit.* 108.22
10.37. *Si non facio opera Patris mei.* 160.17
13.27. *Quod fac, fac citius.* 63.12
14.12. *Qui credit in me, opera quæ ego facio,* &c. 336.7
17.20. *Vt omnes vnum ſint.* 25.3

Ex Epiſtola Pauli ad Romanos.

9.7. *Neque enim ſunt ſemen Abrahæ omnes filij.* 365.16

Ad Corinthios I.

6.12. *Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt.* 53.24
9. *Nunquid de bobus cura eſt Deo.* 360.1
13.5. *Charitas non eſt ambitioſa, nec quærit quæ ſua ſunt.* 255.8

Ad Corinthios II.

2.14. *Qui ſemper triumphat nos in Chriſto Ieſu.* 173.12
6.15. *Nolite iugum ducere cum infidelibus.* 470.5

Ad Galatas.

6.6. *Mandat vt communicet is, qui catechizatur,* &c. 341.24

Ex Iacobo Apoſt.

1.6. *Poſtulet autem in fide.* 115.17
2.13. *Iudicium ſine miſericordia.* 99.2

Ex Epiſtola I. S. Petri.

2.21. *Chriſtus paſſus eſt, vobis relinquens exemplum.* 157.6

Ex Epiſtola II. S. Petri.

1.20. *Omnis prophetia propria interpretatione non fit.* 142.3

Ex Apocalypſi.

3.14. *Hæc dicit, Amen, teſtis fidelis.* 40.20
16. *Vtinam frigidus, aut calidus eſſes.* 116.24
5.10. *Et feciſti nos Deo noſtro regnum.* 22.2
8.3. *Et aliâs Angelus venit, & ſtetit ante altare.* 113.23
14.12 *Hic patientia Sanctorum eſt.* 204.48
22.17. *Spiritus, & ſponſa dicunt, Veni.* 195.2

SANCTI IESV CHRISTI Euangelij ſecundùm Matthæum

Vulgat. Editio.

CAPVT SEXTVM.

ATTENDITE ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis; alioquin mercedem non habebitis apud Patrē veſtrum, qui in cœlis eſt.

Cùm ergo facis eleemoſynam, noli tuba canere ante te, ſicut hypocritæ faciunt in Synagogis, & in vicis, vt honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam.

Te autem faciente eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua.

Vt ſit eleemoſyna tua in abſcondito, & Pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi.

Et cùm oratis, non eritis ſicut hypocritæ, qui amant in Synagogis, & in angulis platearum ſtantes orare, vt videantur ..b hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam.

Tu autem cùm oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio, ora Pa tem tuum in abſcondito, & Pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi?

Orantes autem, nolite multum loqui, ſicut Ethnici. putant enim, quòd in multiloquio ſuo exaudiantur.

Nolite ergo aſſimilari eis; ſcit enim Pater veſter, quid opus ſit vobis, antequam petatis eum.

a Luc. 11. a. 2.

[a] Sic ergo vos orabitis: Pater noſter qui es in cœlis, ſanctificetur nomen tuum.

Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo, & in terra.

Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.

Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.

Et ne nos inducas in tentátionem. Sed libera nos à malo. Amen.

b Inf. 18. d. 33. Mar. 11. e. 25. Eccli. 28. a. 3.4.5.

[b] Si enim dimiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater veſter cœleſtis delicta veſtra.

Si autem non dimiſeritis hominibus; nec Pater veſter dimittet vobis peccata veſtra.

SANCTI IESV CHRISTI Euangelij ſecundùm Matthæum

Tranſl. ex Syriac.

CAPVT SEXTVM.

Matutinis quartæ feriæ ſeptimanæ præcedent ieiunia.

1 *ATTENDITE autem in eleemoſyna ve-*
ſtra, ne erogetis eam corā hominibus, vt
ſpectemini ab eis, alioqui nulla vobis futura
eſt merces apud Patrē veſtrū, qui in cælis eſt.
2 *Quum igitur facturus es eleemoſynam, ne*
proclamaueris cornu coram te, vti faciunt
acceptores vultus hypocritæ, in Synagogis, &
plateis, vt celebrentur ab hominibus; equidem
ego dico vobis, receperunt mercedem ſuam.
3 *Quum verò tu eroges eleemoſynam, ne-*
ſciat ſiniſtra tua, quid agat dextera tua.
4 *Vt ſit eleemoſyna tua in abſcondito, & Pa-*
ter tuus, qui videt in abſcondito, ipſe rependet tibi in propatulo.
5 *Et quum oras, ne ſis ſicut acceptores vul-*
tus hypocritæ, qui amant ſtare in Synagogis,
& in angulis platearum ad fundendum pre-
ces, vt ſpectentur ab hominibus; equidem ego
dico vobis, receperunt mercedem ſuam.
6 *Tu verò cùm oras, introito in cubiculum*
tuum, clauſoque oſtio tuo, ora Patrem tuum,
qui eſt in abſcondito, & Pater tuus, qui vi-
det in abſcondito, rependet tibi in propatulo.
7 *Quùmque preces funditis, ne ſitis muſſi-*
tantes, vt hypocritæ, putant enim in multilo-
quio ſe exauditum iri.
8 *Ne igitur illis aſſimilemini, etenim Pater*
veſter nouit quid requiratur vobis, antequam
petatis ab eo.
9 *Vos ita orate: Pater noſter qui es in cælis,*
ſanctificetur nomen tuum.
10 *Adueniat regnum tuum; fiat voluntas*
tua, vt in cælo, & in terra.
11 *Da nobis panem indigentiæ noſtræ hodie.*
12 *Et remitte nobis debita noſtra, ſicut etiam*
nos remittimus debitoribus noſtris.
13 *Et ne nos inducas in tentationem, ſed libe-*
ra nos à malo, quia tuum eſt regnum, & poten-
tia, & gloria in ſæcula ſæculorum.
14 *Si enim remiſeritis hominibus errata ipſo-*
rum, remittet etiam vobis Pater veſter, qui
eſt in cælis.
15 *Sin autem non remiſeritis hominibus, nec*
etiam Pater veſter remiſſurus eſt vobis erra-
ta veſtra.

16 Cùm autem ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes: exterminant enim facies ſuas, vt appareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem ſuam.

Quum autem ieiunatis, ne ſitis atrati, ſicut acceptores vultus hypocritæ, deturpant enim vultus ſuos vt appareant hominibus ieiunantes; equidem dico vobis, receperunt mercedem ſuam.

17 Tu autem cùm ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua.

Tu verò quum ieiunas, ablue vultum tuum, & vnge caput tuum.

18 Ne videaris hominibus ieiunãs, ſed Patri tuo qui eſt in abſcondito: & Pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi.

Vt ne appareas hominibus tu ipſe ieiunãs, ſed Patri tuo, qui eſt in abſcondito, & Pater tuus, qui videt in abſcõdito, ipſe repẽdet tibi.

19 Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra, vbi ærugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt, & furantur.

Ne reponatis vobis theſauros in terra, loco vbi tinea, & ærugo corrumpunt, & vbi fures perfodiunt, & furantur.

c Luc. 11. e.33. 1.Tim. 3.6. d.19.

20 [c] Theſaurizate autem vobis theſauros in cœlo: vbi neque ærugo, neque tinea demolitur; & vbi fures non effodiunt.

Sed reponite vobis theſauros in cœlis; vbi nec tinea, nec ærugo corrumpunt, & vbi fures non perfodiunt, neque furantur.

21 Vbi enim eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum.

Vbi enim eſt theſaurus veſter, illic eſt etiam cor veſtrum.

d Luc. 11. e.34.

22 [d] Lucerna corporis tui eſt oculus tuus. Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit.

Lucerna corporis eſt oculus; ſi oculus tuus igitur fuerit ſimplex, etiam totum corpus tuum lucidum erit.

23 Si autem oculus tuus fuerit nequam; totum corpus tuum tenebroſum erit. Si ergo lumen, quod in te eſt, tenebræ ſunt, ipſæ tenebræ quantæ erunt?

Sin autem oculus tuus fuerit malus, totum corpus tuum tenebricoſum erit; ergo ſi lumen, quod eſt in te, tenebræ ſunt, tenebræ tuæ quanta futura ſunt?

e Luc. 16. cap. 13.

24 [e] Nemo poteſt duobus dominis ſeruire: aut enim vnũ odio habebit, & alterũ diliget, aut vnũ ſuſtinebit, & alterũ contẽnet. Non poteſtis Deo ſeruire, & mammonæ.

Nemo poteſt duobus dominis ſeruire, aut enim vnũ odio proſequetur, & alterũ diliget, aut vnum honorabit, & alterum contemnet. Nõ poteſtis Deo ſeruire & Mamonno diuitijs.

f Luc. 12. e. 22.1. Pet.5.b.7. Pſal. 54. d. 25. Phil.4 b.6. 1. Tim. 6. b.7.

25 [f] Ideo dico vobis, ne ſoliciti ſitis animæ veſtræ quid manducetis; neque corpori veſtro, quid induamini. Nonne anima plus eſt, quàm eſca: & corpus plus, quàm veſtimentum.

Propterea ego dico vobis, ne ſollicіti ſitis animæ veſtra quid eſuri ſitis, & quid bibituri; nec corpori veſtro quare ſitis inducendi. Nonne anima plus eſt, quàm alimentum, & corpus plus, quàm veſtimentum?

26 Reſpicite volatilia cœli, quoniam non ſerunt, neque metunt, neque congreganr in horrea: & Pater veſter cœleſtis paſcit illa. Nonne vos magis pluris eſtis illis?

Aduertite ad volucres cœli, quæ nec ſerunt, nec metunt, neque colligunt in horreã, & Pater veſter qui eſt in cœlis alit eas. Nonne vos eſtis eis præſtantiores?

27 Quis autẽ veſtrûm cogitans poteſt adiicere ad ſtaturam ſuam cubitum vnum?

Quis eſt autem ex vobis, qui ſollicitus poſſit addere ad ſtaturam ſuam cubitum vnum.

28 Et de veſtimento quid ſolliciti eſtis; conſiderate lilia agri quomodo creſcunt: non laborant, neque nent.

Ac de veſtimento, quid anxij eſtis? conſiderate lilia agri, quomodo creſcant, quæ neque laborant, neque nent.

29 Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt ſicut vnum ex iſtis.

Ego verò dico vobis ne Schelemoum quidem in tota gloria ſua ſic amictum fuiſſe, vt vnum ex eis.

30 Si autem fœnum agri, quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit, quanto magis vos modicæ fidei?

Quòd ſi gramen agri, quod hodie extat, & cras cadit in clibanum, Deus ita veſtit; nonne vos multo magis modica fide præditi?

31 Nolite ergo ſolliciti eſſe, dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur?

Ne igitur anxij ſitis neve dicatis; Quid edemus, quidve bibemus? quove operiemur?

32 Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim Pater veſter, quia his omnibus indigetis.

Hæc enim omnia gentes huius mundi quærunt ſibi, Pater autem veſter, qui in cœlis eſt, nouit quòd & vobis requiruntur hæc omnia.

33 Quærite ergo primũ regnũ Dei, & iuſtitiã eius, & hæc omnia adiiciẽtur vobis.

Sed quærite primò regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis.

34 Nolite ergo ſolliciti eſſe in craſtinum, craſtinus enim dies ſollicitus erit ſibi ipſi. ſufficir diei malitia ſua.

Ne ſitis igitur anxij de craſtino; nam craſtinus dies curam habebit ſui ipſius, ſufficit diei malum ſuum.

SANCTI

SANCTI IESV CHRISTI
Euangelij ſecundùm Matthæum
Tranſl. B. Ariæ Mont.

CAPVT SEXTVM.

ATTENDITE miſericordiam veſtrâm, non facere ante homines ad ſpectari eis, ſi autem non, mercedem non habetis apud Patrẽ veſtrum qui in cœlis.

Quum ergo facis eleemoſynam, ne tuba clanxeris ante te, ſicut hypocritæ faciunt in Synagogis, & in vicis, vt glorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, excipiunt mercedem ſuam.

Te autem faciente eleemoſynam neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua.

Vt ſit tua eleemoſyna in ſecreto; & Pater tuus videns in ſecreto, ipſe reddet tibi in manifeſto.

Et quum adores non eris, ſicut hypocritæ, qui amant in Synagogis, & in angulis platearum ſtantes orare, vt appareant hominibus Amen dico vobis quòd excipiunt mercedem ſuam.

Tu autem quum adores, intra in cubiculum tuum, & claudens oſtium tuum, adora Patrem tuum qui in ſecreto; & Pater tuus conſpiciens in ſecreto, reddet tibi in apparenti.

Orantes autem, ne inania loquamini ſicut Ethnici; arbitrantur enim, quod in multiloquio ſuo exaudientur.

Ne igitur aſſimulemini eis: nouit enim Pater veſter quorum vſum habetis, ante vos petere eum.

Sic ergo adorate vos. Pater noſter qui in cœlis, ſanctificetur nomen tuum.

Adueniat regnum tuum Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo, & in terra.

Panem noſtrum ſuperſubſtantialem da nobis hodie.

Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.

Et ne inferas nos in tentationem, ſed libera nos à malo, quoniam tuum eſt regnum, & potentia, & gloria in ſæcula. Amen.

Si enim dimiſeritis hominibus lapſus eorum, dimittet & vobis Pater veſter cœleſtis.

Si autem non dimiſeritis hominibus lapſus ipſorum, nec Pater veſter dimittet lapſus veſtros.

Quum autem ieiunatis, ne fiatis ſicut hypocritæ, obtriſtati, obſcurant enim facies ſuas, vt appareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, quia recipiunt mercedem.

SANCTI IESV CHRISTI
Euangelij ſecundùm Matthæum
Tranſl. Eraſm. Roterod.

CAPVT SEXTVM.

1 *ATTENDITE ne eleemoſynam veſtram præſtetis coram hominibus, quo ſpectamini ab illis, alioqui præmium non habetis apud Patrem veſtrum, qui eſt in cœlis.*

2 *Itaque cùm præſtas eleemoſynam, ne tubis canatur ante te, quemadmodum hypocritæ faciunt in conciliabulis, & in vicis, vt glorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, habent mercedem ſuam.*

3 *Cæterùm tu cùm præſtabis eleemoſynam, ne ſciat ſiniſtra tua, quod facit dextera tua.*

4 *Vt ſit tua eleemoſyna in occulto, & Pater tuus qui videt in occulto, ipſe reddet tibi in propatulo.*

5 *Et cùm oraueris, non eris quemadmodum hypocritæ, nam illi ſolent in conciliabulis, & in angulis platearum, ſtantes orare, quo conſpicui ſint hominibus. Amen dico vobis quòd habent mercedem ſuam.*

6 *Tu verò cùm oras, introito in conclaue tuum, & occluſo oſtio tuo, ora Patrem tuum qui eſt in occulto, & Pater tuus, qui videt in occulto, perſoluet tibi in propatulo.*

7 *Verùm orantes ne ſitis multiloqui ſicut Ethnici. Putant enim fore vt ob multiloquium ſuum exaudiatur.*

8 *Ne igitur efficiamini ſimiles iſtorum, nouit enim Pater veſter quibus rebus opus ſit vobis priùs quàm petatis ab illo.*

9 *Ad hunc ergo modum orate vos. Pater noſter qui es in cœlis, ſanctificetur nomen tuum.*

10 *Veniat regnum tuum, fiat voluntas tua, quemadmodum in cœlo, ſic etiam in terra.*

11 *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.*

12 *Et remitte nobis debita noſtra, ſicut & nos remittimus debitoribus noſtris.*

13 *Et ne inducas nos in tentationem, ſed libera nos à malo, quia tuum eſt regnum, & potentia, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.*

14 *Proinde ſi remiſeritis hominibus errata ſua, remittet & vobis Pater veſter cœleſtis.*

15 *Quòd ſi non remiſeritis hominibus errata ſua, nec Pater veſter remittet errata veſtra.*

16 *Porro cùm ieiunaueritis, ne ſitis veluti hypocritæ tetrici, obſcurant enim facies ſuas, quo perſpicuum ſit hominibus ipſos ieiunare. Amen dico vobis, habent mercedem ſuam.*

Tu autem ieiunans vnge caput tuum, 17
& faciem tuam laua.

17 *Tu verò cum ieiunas vnge caput tuum, & faciem tuam laua.*

Vt ne appateas hominibus ieiunãs, ſed 18
Patri tuo qui in ſecreto; & Patet tuus vi-
dens in ſecreto reddet tibi in manifeſto.

18 *Ne conſpicuum ſit hominibus, te ieiunare, ſed Patri tuo, qui eſt in occulto, & Pater tuus, qui videt in abdito, reddet tibi in propatulo.*

Ne theſaurizate theſauros in terra, vbi 19
ætugo & tinea exterminant, & vbi futes
perfodiunt, & furantur.

19 *Ne reponatis vobis theſauros in terra vbi ærugo & tinea corrumpit, & vbi fures perfodiunt, ac furantur.*

Theſaurizate autem vobis theſautos in 20
cœlo. vbi neque ætugo neque tinea exter-
minat, & vbi fures non effodiunt, nec fu-
rantur.

20 *Sed recondite vobis theſauros in cælo, vbi neque ærugo nec tinea corrumpit, & vbi fures non perfodiunt, neque furantur.*

Vbi enim eſt theſautus veſter, ibi erit 21
& cor veſtrum.

21 *Nam vbi fuerit theſaurus veſter, illic erit & cor veſtrum.*

Lucerna corporis eſt oculus; ſi igitur 22
oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus
tuum lucidum erit.

22 *Lucerna corporis eſt oculus; ſi igitur oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit.*

Si autem oculus tuus malus fuerit, to- 23
tum corpus tuum tenebroſum erit; ſi ergo
lumen quod in te tenebræ ſunt, tenebræ
quantæ?

23 *Quòd ſi oculus tuus malus fuerit, totum corpus tuum tenebroſum erit. ergo ſi lumen quod eſt in te tenebræ ſunt, ipſæ tenebræ quantæ?*

Nemo poteſt duobus dominis ſetuire; 24
aut enim vnum oderit, & alterum diliget,
aut vnum amplexabitur, & alterum de-
ſpiciet; non poteſtis Deo ſetuire, & mam-
monæ.

24 *Nemo poteſt duobus dominis ſeruire; aut enim hunc habebit odio, & alterum diliget, aut huic adhærebit, & alterum negliget. Non poteſtis Deo ſeruire, & mammonæ.*

Propter hoc dico vobis ne anxiemini 25
animæ veſtræ, quid manducetis, & quid
bibatis; neque corpori veſtro, quid indua-
mini; nonne anima plus eſt eſcâ, & corpus
indumento?

25 *Propterea dico vobis, ne ſitis ſolliciti vitæ veſtræ quid eſuri ſitis, aut bibituri, neque corpori veſtro quibus indumentis vſuri; nonne anima pluris eſt, quàm cibus, & corpus pluris, quàm indumentum.*

Inſpicite in volatilia cœli, quoniam 26
non ſeminant, neque metunt, neque con-
gregant in horrea, & Patet veſter cœle-
ſtis paſcit illa; nonne vos magis excellitis
illis?

26 *Vertite oculos ad volatilia cæli, quia non ſerunt, neque metunt, neque conuehunt in horrea, & Pater veſter cæleſtis alit illa. Nonne vos longè præcellitis illa?*

Quis autẽ ex vobis anxiatus poteſt ad- 27
iicere ad ſtatutam ſuam cubitum vnum?

27 *Quis autem ex vobis cogitando, poteſt addere ad ſtaturam ſuam cubitum vnum.*

Et circa veſtimentum quid anxiamini? 28
obſeruate lilia agri quomodo augentur,
non fatigantur, neque nent.

28 *Ac de indumento, quid ſolliciti eſtis? cognoſcite lilia agri, quomodo creſcant; non laborant, neque nent.*

Dico autem vobis quoniam nec Salo- 29
mon in omni gloria ſua amictus eſt ſicut
vnum iſtorum.

29 *Attamen dico vobis ne Salomonem quidem in vniuerſa gloria ſua ſic amictum fuiſſe vt vnum ex his.*

Si autem fœnum agri hodie exiſtens, & 30
cras in clibanum iniectum, Deus ſic cir-
cumornat, non multo magis vos exiguæ
fidei?

30 *Quòd ſi gramen agri, quod hodie cùm ſit, cras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit, an non multo magis vobis id faciet, ô parum fidentes?*

Ne igitur anxiemini, dicentes, Quid 31
manducabimus, aut quid bibemus, aut
quid circumamiciemur?

31 *Ne ſitis igitur ſolliciti, dicentes, Quid edemus, aut quid bibemus, aut quibus operiemur.*

Omnia enim hæc gentes inquitunt, no- 32
uit enim Pater veſter quòd opus habetis
horum omnium.

32 *Nam omnia iſta gentes exquirunt. Nouit enim Pater veſter cæleſtis quòd opus habeatis his omnibus.*

Quærite autem primum regnum Dei, 33
& iuſtificationem eius, & hæc omnia ad-
ponentur vobis.

33 *Quin potius quærite primum regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adycientur vobis.*

Ne igitur anxiemini in cras, nam cras 34
curabit ſua ipſius, ſufficiens diei malitia
ſua.

34 *Ne ſitis igitur ſolliciti in craſtinum, nam craſtinus dies curam habebit ſui ipſius, ſufficit ſua diei afflictio.*

CAPITIS

CAPITIS SEXTI

ARGVMENTVM.

SVPRA *Dominus noſter determinauit de operibus miſericordiæ, & iuſtitiæ, noua præcepta tradens antiquioribus perfectiora, nunc in iſto capite ne aurea eius mandata in aliquo vitientur, ordinat, & regulat finem, quo operanda, ne ſcilicet ob prauum, & vanam gloriam, ſicut nec ob auaritiam, aut lucri deſiderium, vnde prius prauum finem excludit, iuxta illud,* attendite, ne iuſtitiam veſtram, &c. *poſtea bonum apponit, iuxta illud,* tu autem cùm oraueris; *prauum autem finem à tribus amouet operibus, eleemoſyna, ieiunio, & oratione, iuxta quæ in duas principales hoc caput diuiditur partes, nempe, in prauo amouendo fine, & bono firmando, prima in illis* attendite, *ſecunda,* tu autem cùm oraueris.

NVM. 1. Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt.

Senſus litteralis, & moralis.

Maldonat. 1. *An idem ſit ſermo ille cũ præcedenti, an diuerſus.* Abulenſ.

ATTENDITE. Mouet quæſtionem Maldonat. an hæc ſit eadem concio cum ea capitis ſuperioris, an diuerſa, affirmatque eſſe diuerſam, ſaltem probabilius ſibi videri: at mihi eum Abulenſi *quæſt.* 1. contrariam probabiliorem, & ſaniorem. nam, vt bene idem, cùm nulla hiſtoria, aut factum interponatur, ſed omnia doctrinalia, nulla apparet cauſa, cur vnum non continuatum eum faciamus ſermonem, eo vel maximè cùm quæ in hoc capite, omnia ad perfectè agenda, quæ in præcedenti dicta referuntur, vtpote de fine & modo rectè ea operandi; vnus ergo & idem affirmandum, quod fuit ſermo.

Gloſſ. 2. *Lex antiqua terrena bona promittebat obſeruatoribus, & quæ illa.*

Obſeruandum ex Gloſſ. legem ſuis obſeruatoribus non tantum cæleſtia, quantum terrena promiſiſſe, vt quaſi veluti ex opere operato, qui eam obſeruabat terrena bona ei conſuleret; hæc autem terrena in duobus potiſſimum conſiſtunt, in claritudine gloriæ, & bonorũ omnium affluentia, vnde de gloria Deut. 26. n. 19. *faciet te Dominus excelſiorem cunctis gentibus, quæ naſcuntur in terra*; de affluentia autem bonorum ibidem, *abundare te faciet Dominus in omnibus bonis.* Hinc factum vt Phariſæi vti carnales, omnia eorum bona ad hæc duo dirigentes, omnia apud Deum deperderent, vtpote bona vitiata ob prauum finem, diſtortúmque motiuum, quod malum volens Dominus noſter corrigere, cùm præcepta ſuperiori capite dediſſet, ne in peſtem Phariſæorum ſui deciderent, eos admonet, ne velint aut ob inanem gloriam, aut ob auaritiam ſua bona facere, in qua re, vt bene

Chryſoſt. obſeruat Chryſoſtom. conuenientem ordinem ſeruauit, priùs docens, quæ erant facienda, poſtea modum tribuens factorum, *poſtquam*, ait, *in ſtudium Philoſophia induxit, tum iam peſtem, quæ bona operantibus inſiſtere, & latenter etiam obrepere conſueuit, interemit, non enim vana gloria peſtis ferè gignitur, niſi cùm plurima præceptorum fecerimus,*

3. *Vana gloria peſtis in quibus præcipuè bonis reperitur.* Ianſ.

quam peſtem, vt bene obſeruat Ianſ. à tribus præcipuis religionis externa opera amandare ſtatuit, vtpote eleemoſynæ, orationis, & ieiunij, in quibus ferè ſolet vanæ gloriæ peſtis naſci, & cohabitare, & ſub quibus omnia externa virtutum opera facilè comprehenduntur; nam eleemoſyna præcipuum eſt opus quoad proximum, oratio præcipuum quoad Deum, ieiunium præcipuum inter carnis mortificationem, hinc præcipuè peſti vanæ gloriæ hæc tria ſubiiciuntur, vnde ait, *attendite, quaſi,* ait Theophylact. *de aliqua mala beſtia dicat, attende ne te dilaceret,* & Caietanus, *Diligentia adhibenda atteſtatur à periculo.* ad quod accinens & Carthuſianus, *poſtquam ſublimia*, ait, *perfectaque documenta Saluator propoſuit, congruentiſſimè admonet vitare vulpeculam, vtpote vanam gloriam, quæ tunc fortiùs, ac latentiùs ingredi ſolet, & palſare non ſolùm puſillos, ſed & proficientes ac feruidos, quando efficaciùs diuinis obtemperauerunt præceptis, ſiue conſilijs.*

4. *Quãto conanatu fugienda & attendenda.* Theoph. Carth.

In qua re ad peſtem vanæ gloriæ fugiendam valet conſiderare, quãto conatu contra illam Dominus inuexit, vt ſtatim propoſitis eius præceptis ab illa nos præuenit, quaſi vitium moleſtius, ac infeſtius, in croceis, vt ſic dicam, ſe delectans ac naſcens, cætera in ſterquiliniis, hæc in pretioſis, illa in peccatoribus, vana gloria autem in Sanctis ſe abſcondens, ac hos ampliùs impetens, *vbi enim res agitur glorioſa, ibi faciliùs inuenit locum gloriationis occaſio*, ait Chryſoſtom. in Imperfect. homil. 13. *& ideo intentionem gloriæ primò Dominus excludit, præ omnibus vitijs carnalibus periculoſius hoc eſſe in hominibus intellexit; cùm enim omnia mala ſeruos diaboli vexant, concupiſcentia vanæ gloriæ magis vexat ſeruos Dei, quàm ſeruos Diaboli.*

5. *Vana gloria in pretioſis ſtat, & præcipuè Sanctos perſequitur.* Chryſoſt.

Cuius bellum ſic atrox æſtimat Auguſtinus *in lib. de ſent. Proſper. cap.* 317. inter eius opera *tomo* 3. vt velit nullum eius callere atrocitatem, niſi qui bellum contra eam indixerit. *Quas enim vires nocendi habeat humana gloria*

Auguſt. *Vana gloria quàm crudele bellum.*

amor, non ſentit, niſi qui ei bellum indixerit, quia etſi cuique facile eſt laudem non capere, dum negatur, difficile tamen eſt ei, non delectari cum offertur; veriſſimè. poſſumus dum non offertur, à deſiderio abſtinere laudis, at ſaltem non delectari quando offertur, hoc penè impoſſibile, non tantùm difficile, hinc ad eam exterminandam attentionem ſtudium, totam noſtram veluti requiſiuit Dominus intentionem, dicens: *attendite*, vnde rectè Author Imperfect. vbi ſuprà, *intuere*, ait, *qualiter incipit veluti de fera aliqua difficile cognita diſputans, & apta furari eum, qui non valde vigilat, occultè enim ingreditur, & omnia, quæ intus ſunt, inſenſibiliter aufert*. Sed de vanæ gloriæ malo vide quæ diximus *in 1. tomo annotat. 59.*

Auth. Imp.

7. Quid hic Iuſtitia.

Chryſoſt. Auth. Imp. Theoph. Euthym. Hilar. Hieronym. Auguſt. Gregor. Maldonat. Ianſ.

Iuſtitiam veſtram. Ferè omnes Græci codices pro iuſtitia *eleemoſynam* legunt. Chryſoſt. *hom. 19.* Auth. Imper. *hom. 13.* Theophylact. & Euthym. at Latini auctores omnes *iuſtitiam*, Hilar. Hier. Auguſt. *ſerm. 59. de tempore.* Gregor. *lib. 8. in Iob. cap. 30.* aliiqne, pro *iuſtitia* autem vult Mald. vt miſericordia intelligatur, eruditè, probans ex Scripturis in illis ſæpè pro iuſtitia miſericordiam intelligi, at, vt bene Barr. non eſt illud neceſſe, cùm conuenientius intelligatur pro *iuſtitia* omnes ſignificari virtutes, quatenus in omnibus virtutis operibus vitanda eſt vana gloria, qui ſcopus erat Domini noſtri, vnde bene Ianſ. affirmat, priùs in genere voluiſſe Chriſtum ab omni virtutis opere vanam gloriam excludere, deinde ad ſingula deſcendere.

8. Deus quando ſuum operum videns, etſi illud publicè ſit, ſemper tamē dici poteſt occultum.

Chryſoſt.

At dices, quomodo hîc prohibet Dominus vt iuſtitiam noſtram non faciamus coram hominibus, cùm ſuprà dixerat, *ſic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona.* Facilis eſt ſolutio, nam non prohibet Chriſtus hic viſionem, ſed finem diſtortum, & vanum, & cùm ibi concedat viſionem, eſt ad finem bonum, vnde ibi ait, *vt glorificent Patrem veſtrum.* Hîc autem illud prohibet, quando illud facimus, vt videamur ab hominibus. nam, vt bene Chryſoſt. in Imperf. *qui iuſtitiam facit, non vt ab hominibus videatur, & ſi coram hominibus fecerit, non tamen coram hominibus feciſſe videtur.* cuius perbellam rationē afferens ſequitur, *qui enim aliquid facit propter Deum, neminem videt in corde ſuo niſi Deum, propter quem facit; ſicut artifex, cùm ſemper habet præ oculis, qui ſibi oculus faciendum commiſit.* Egregiè, quid refert ſi in clanculo aliquid boni agis, & à nullo videaris, ſi in corde, & imaginatione multitudinem habes hominum te inſpicientium ex deſiderio vanæ gloriæ, ſic vanus eris, ac ſi in publico illud egiſſes, firma in corde tuo deſiderium, ſoli Deo complacendi, abſconde in corde ſolum Deum, eiuſque gloriam, nam vt ſic etſi coram hominibus opus facias, homines tandem non attendes, non aſpicies, at etſi hoc, verumtamen conſultius quoad poſſibile, vt in in occulto opera faciamus bona. nam, vt magiſtraliter magnus ait Gregor. lib. 8. Moral. c. 30. *valde perfectorum eſt ſic oſtenſo opere alterius gloriam quærere, vt de illata laude priuata neſciant exultatione gaudere, vnde infirmi, quia perfectè contemnendo non ſuperant, neceſſe eſt, vt bonum quod operantur, abſcondant.*

9. Infirmi & nouitij in ſpiritu occultent bona ſua opera.

Gregor.

10. Cur apud Patrē vani homines amittunt mercedem.

Interl.

Mercedem non habebitis apud Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. Cur non apud Patrem, *quia*, ait, *inter hoc deputatur pro mercede cuius amore fit*, gloriam hominum pro mercede expoſtularunt, ideo ab eis videri appetierunt, hanc pro mercede acceperunt, hinc nil illis relictum apud Patrem; ergo laborarunt, ſed in vanum opus & oleum amiſerunt; quid hinc? ſanè illa Chryſoſtomi obſeruatio *homil.* 19. quantum ſcilicet, Chriſto Saluatori noſtro debemus, dum tantum noſtra curat, vt ſolicitus ſit non ſolùm ne animam amittamus, ſed ne mercedem. nam, vt bene obſeruat Ianſen. non dixiſſe Dominum, alioquin damnabimini, vel rei eritis gehennæ, ſed, non habebitis mercedem, *ſiue*, ait, *quia veniale eſt peccatum appetitus laudis humanæ, ſiue potius, quod proprium damnum boni operis, ob vanam gloriam ſit amiſſio mercedis à Deo reddendæ.* Quanta ergo cura noſtri hîc noſter oſtendit Saluator, dum non ſolùm de noſtra eſt ſolicitus ſalute, ſed mercede, ſummis expetens votis, ne minimum quid illius deperdamus, *multam*, ait Chryſoſt. *præceptum hoc continet cautionem, & ineffabilem Dei erga homines curam, id vtique prouidens, ne alicuius operis mercedem amittant.*

Chryſoſt.

Ianſ.

11. Chriſtus eo dum tantum curat ne mercedem amittamus.

12. Ianſ. Cur dixit eſſe apud Patrem eſſe repoſitā.

Pulchrè Ianſ. adnotat non dixiſſe Dominum, alioquin mercedem non habebitis à Patre, ſed, *apud Patrem veſtrum, ſignificans*, ait, *bonorum operum mercedem iam apud Deum repoſitam eſſe etiam antequam detur, vt tuti de mercede in bonis operibus minus ſimus ſegnes.* Quàm ſtultum ergo eſt pro ſola inani gloriola, illam mercedem deperdere, quam ſi ob Deum opus efficeremus, apud ipſum iam repoſitam æternaliter haberemus, vnde rectè Chryſoſtom. hom. 13. in Imperf. *Quæ eſt autem ſapientia res dare, & verba vacua comparare, & mercedem Dei contemnere.* Qui etiam eleganter obſeruat, non ſolùm qui ex operibus bonis gloriam quærunt, ab hominibus vanè eam quærere, ſed deceptoriè, nam ſi bene attenditur. ob id bonū agens laudatur, quia ob Deum illud ipſum facere homines cogitant, vnde Chryſoſt. *vel illum aſpice, à quo laudem expectas, qui te propter Deum facere putat, alioquin vituperaret te magis.* Egregiè. quis enim opus iuſtitiæ exercens, dum alter illum videt, non putat propter Deum illud efficere, nam ſi ſciret ob vanam gloriam, derideret, ſubſannaret; quid ergo niſi quòd ex bono opere ſolam hominum gloriam quærens, non ſolùm ſit vanus, ſed deceptor.

Chryſoſt.

13. Vani decipiūt homines quādo gloriā operantur.

Idem.

At cur dixit, *apud Patrem veſtrum*, & non apud Deum? Ad rem Ianſ. *vt hoc nomine magis nos excitet ad ſtudium placendi Deo.* Sanè dictum, nam quis filius non potius patri ſuo ſtudet placere, quàm hominibus extraneis, quibus nil Ipſe debet. Ex quo, vt vides, nil intactum Dominus reliquit, nullum non mouit lapidem, vt tu mercedem veram non amitteres, cùm etſi Deum poſſet nominare, noluit niſi Patrem, & Patrem noſtrum, vt ex nomine ſaltem genitoris, quod nomen amoris ac beneuolentiæ, ad operandum propter ipſum, non propter homines moueremur. Vnde Ianſ. *Quis enim bonus filius non potius Patri ſuo, eique cœleſti placere ſtudeat, quàm quibuſlibet hominibus, qui cùm ſint mortales, neceſſe eſt mercedem, & laudem illorum mortalem eſſe.*

14. Chriſtus cur dixit mercedē eſſe apud Patrem, namque amittere gloria vanilum.

Ianſ.

Cùm ergo facis eleemoſynam, noli tuba canere antè, ſicut hypocritæ faciunt in Synagogis, & in vicis, vt honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam. NVM. 2.

Senſus litteralis, & moralis.

C*Vm ergo facis eleemoſynam*, &c. Cùm ſuprà generaliter iuſtitiam ob vanam gloriam nō faciēdam Dominus dixiſſet, nunc per partes exequitur,

1. *Oratio ſola remedium contra vanam gloriam.* tur, in tribus maximè bonis, eleemoſyna ſcilicet, ieiunio & oratione, quæ ſola remedium cõtra vanam gloriam, vt optimè affirmat author Imperfect. hom. 13. *cùm omne malum ex malo naſcatur*, ait, *ſola vana gloria de bono procedit, & ideò non deſtruitur per bonum, ſed magis nutritur; nullum ergo remedium poteſt eſſe contra vanam gloriam, niſi oratio ſola.*

2. *Quid ſit tuba canere.* Euthym. Strab. Gloſſ. Anſelm. Ianſen. *Noli tuba canere.* Euthym. Strab. Gloſſ. Anſelm. & Ianſen. litteraliter hoc intelligunt, affirmantes morem fuiſſe antiquum congregandi ad vnam horam pauperes ad eleemoſynam percipiendam, ne per totam diem vagarentur, & vt nullus eleemoſyna defraudaretur, ait Ianſen. qui mos ſi de communibus eleemoſynis, quando diſtribuebantur, intelligatur, non inueriſimile viguiſſe, ad quem alludens Saluator, probabile in vſu fuiſſe Phariſæorum ad captandam gloriam, dum tota eorum iuſtitia eſſet hypocriſis. Alij, vt Chryſoſt. (Chryſoſt. Auth. Imp. Theophyl. Auguſt.) Author Imperf. Theophylact. Auguſt. *lib. 1. de ſerm. Domini in monte, cap. 1.* volunt locutionem fuiſſe exemplarem tantùm, non litteralem, & idem ſonare, quàm nolite gloriam captare ex ſonitu & proclamatione eleemoſynæ, facientes eam tubam, vt ab omnibus audiatur, *tuba eſt omnis actio, vel ſermo, per quam operis iuſtitia demonſtratur*, ait Chryſoſt. *puta qui facis eleemoſynam, quando aliquem vides præſentem, vel intercedente aliquo, aut honeſtiori perſona, quæ poteſt retribuere, aliàs non facies.* (Maldon.) hanc opinionem ſequitur Maldon. qui ex Ianſen. affirmat Dominum alluſiſſe ad morem comœdiarum, apud quas tuba canitur, quando hiſtrio prodit in ſcenam, cui adſimiles hypocritæ, quorum tragœdiam putat Chryſoſtom. hîc induere, cùm hypocritæ verè hiſtriones, dum laruatam perſonam gerunt, vnum oſtentantes, aliud reuera cùm ſint.

Ego verò libenter primum admitto ſenſum, reputans verè ad aliquem morem vanum hypocritarum Dominum reſpexiſſe Phariſæorum, qui cùm ex primis hominibus Reipublicæ, ac proinde inter illos ditiſſimi cùm eſſent, poſſibile vt ad congregandos pauperes ob vanam gloriam tuba canerent, vt moris erat in publicis eleemoſynis, vt diximus, ducor tum authoritate tantorum, tum ex Chriſti expreſſione tam particulari, nempe *in Synagogis, & vicis*, non enim ſimpliciter dixit, quòd tuba canerent, ſed loca expreſſit, vbi frequens hominum conſeſſus, ad hoc vt ſcirent elargitionem, & ab omnibus commendarentur, (Gloſſ.) *ideò ſubdit loca publica*, ait Gloſſa, *vt finem intentum demonſtraret, cùm ſubdit vt honorificentur ab hominibus.*

(Ianſen.) *Sicut hypocritæ faciunt.* Hypocrita, vt bene aduertit Ianſen. eſt Græca dictio ſignificans idem

3. *Hypocrita nomen quid ſignificet.* quod ſimulator, vnde apud Græcos dicebantur ſingulariter *mimi & hiſtriones* comœdias, & tragœdias agentes, aliud ſe eſſe ſimulantes, quàm re vera erant; hoc autem nomine, in Scripturis, maximè in Euangeliis appellantur à Domino ſimulatores ſanctitatis, qui veluti in theatro mundi ſe exponentes, alteram perſonam ſimulantes, quàm quod ſunt, ad hiſtrionum inſtar, ad gloriam captandam ſanctitatem fingunt. dixi, *maximè in Euangelio*, nam, vt obſeruat idem in veteri

4. *Et homo impius.* Teſtamento, nomen *hypocrita* non tantum ſimulatorem, quantum hominem impium denotat, affirmans aliquos in omnibus illis locis, vt Iob, & Iſaiam, in quibus Hieronymus hypocritam tranſtulit, ipſos impium transferre: at quis magis impius, quàm hypocrita, dum debitum honorem à Deo auferens ſibi procurat impiè aſcribere.

Placet idem quod adnotat talem hypocritam ex hypocriſi eleemoſynam largientem non ſolùm non eſſe miſericordem, ſed crudelem; nam de aliena miſeria gaudens, vt laudem captet eleemoſynam largitur, non vt illi ſubueniat, *non enim*, ait, *in corde eſt, quod exteriùs ſimulat, hoc eſt, miſericors, ſed crudelis potiùs, & immiſericors, vt qui non motus miſericordiæ affectu, ſed laudis, agit, quod agit, eóque magis eſt crudelis, quòd ex aliena miſeria & ignominia propriam laudem & gloriam venatur.* hinc tales, vt bene Auguſt. *de ſerm. Domini, cap. 3.* talis operis non mercedem apud Dominum, ſed ſupplicium reportant, licèt laudati diſcedant ab hominibus accepta ſua mercede, vt ait Dominus, *tales autem qui ſimulatione peccant*, ait Auguſt. *ab inſpectore cordis Deo, mercedem non capiunt, ſed fallaciæ ſupplicium.* Vnde ſubdens Dominus ait, 5. *& crudelis.* Auguſt.

Receperunt mercedem ſuam. Hieronym. *non Dei mercedem, ſed ſuam, laudati enim ſunt ab hominibus, quorum cauſa exercuere virtutes.* Ex his, vt vides, duo & maxima mala hypocritarum eluere potes, *primum* ex benefactis apud Deum, non ſolùm non mercedem, ſed iudicium grauiſſimum incurrere, quod apprimè miſerabile, & *ſecundum* eorum præmium, quia vanum & putidum, putida etiam eorum reddere opera bona. *Exod. 16. n. 20.* contra præceptum Domini reſeruantes ad craſtinum manna, ſtatim illis computruit, *& ſcatere cæpit vermibus.* Quod ſanè non à natura illi, vt bene aduertit Theodor. ſed ex ordinatione diuina, nam ſeruatum in Sabbatum non putreſcebat; ergo quale in hoc myſterium? ad rem noſtram Gloſſ. quia opera quæ non ob Dei honorem, ſed ob bonum præſentis vitæ fiunt, reſeruata putreſcunt in altera, non laudem, non meritum, ſed ignominiam ac pœnam demerentes, *bene viuendo, & alijs miſericordiam præſtando*, ait Gloſſ. *quod reponebatur pro Sabbato, non corrumpebatur, quia bona pro futura requie facta, in futura vita remanent integra, alioquin ebulliebant vermes, & computreſcebat, quod ſeruabat, qui etiam propter præſentem vitam, & amorem ſæculi theſaurizat, illis ebullit vermis, qui non morietur.* En miſera hypocritarum ſors, & eorum qui ob vanam gloriam bonum operantur opus, alioquin bonum, & ex ſe manna diuinum ex diſtorta intentione ſic computreſcere, vt vermis ſcaturiens in æternum illos corrodat, conſumat, ac deſtruat, vt pro mercede vermes reportent; quid miſerius? quod à ſuis præcauere intendens Dominus ſequitur. 6. *Hypocritæ duo maxima incurrunt horrenda mala.* Theodor. 7. *Manna reſeruatum putreſcens, quid myſticè ſignificet.* Gloſſ.

Te autem faciente eleemoſynam neſciat ſiniſtra tua quod facit dextera tua. NVM. 3.

Vt ſit eleemoſyna tua in abſcondito, & Pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi. NVM. 4.

Senſus litteralis, & moralis.

NEſciat ſiniſtra tua quod facit dextera tua. Antequam ad expoſitionem horum verborum accedamus, adnotare libet rationem, quare hoc adiecerit Dominus, in qua re placet ratio Hugo. Cardinal. vt ſcilicet omnem mixtionem laudis 1. *Cur Chriſtus hæc adiecerit.* Hug. Card.

 humanæ

Hug Card. humanæ ablegaret, *poſſet aliquis dicere*, ait Hugo, *Ego non faciam tantùm eleemoſynam pro fauore humano, ſed mixtim pro commodo terreno, & pro præmio æterno; ad hoc obuiat Dominus quòd non ſic faciendum eſt.* adhuc etiam Interlineal. *quia ſunt aliqui*, ait, *qui fauorem aliquem quærunt, cum mercede æterna, ideò dicit, neſciat*, cui accinens Anſelm. ait, *quia aliquis diceret: Ego faciam pro vtroque & pro æterno bono, & pro humana laude, prohibet illud, quia Deus non patitur ſecum eſſe participem.* Egregia doctrina ad intelligendum, quanta intentionis puritate quis in operibus bonis procedere debeat, vt ſcilicet nil vanitatis habeat admixtum, nil impuritatis. nam, vt bene Hugo, Deus quempiam non patitur ſecum eſſe participem, aut totum, aut nihil, cùm nulla ſit conuentio Dei & Belial, lucis ac tenebræ, in quo ſæpiſſimè ſe homines decipiunt, ex quo acutè obſeruat Ianſen. in hoc dicto plus à nobis Chriſtum exigere, quàm in anteriori, ſcilicet vt non faciamus iuſtitiam noſtram coram hominibus. nam hic non ſolùm prohibet vt illam non faciamus, hoc eſt, non incipiamus facere ob appetitum laudis, ſed ne eam proſequamur, ſi inter agendum appetitus obrepat laudis, ac proinde è rectitudine intentionis decidentes ob laudem proſequamur opus humanum, *hac autem ſua doctrina*, ait Ianſ. *plus iam exigit, quàm prius; cùm autem plerumque recta intentione quis opus incipiat, ſed inter agendum, aut poſtea obrepat complacentia laudis humanæ, cautos nos eſſe vult, & prouidos, vt etiam vanæ gloriæ locus non ſit obrependi, ac proinde ſi aliquando propter opus publicè factum obrepat, mox eam menti extirpandam.* Sana equidem doctrina, & hominibus publicis optimè neceſſaria, non enim ſufficit purâ opus bonum incepiſſe intentione, niſi & proſequatur ac finiatur, hincque conſultum, vt ſemper in illo attenti ſimus cura diligenti, ne appetitus laudis ſubrepat, & conſenſum nos attrahens bonum amittamus inceptum, quod vt non fiat, opus dixi ſemper ſumma, in proſequutione, attentione, *dirige ſemitam in pedibus tuis*, ait Scriptura, Prouerb. 4. num. 16. *& omnes viæ tuæ ſtabilientur*, Tuccius in Cant. Annot. 1. *Pondera ſemitam pedibus tuis, & omnes viæ tuæ firmabuntur.* Egregiè, cum ponderatione incedendum in ſemitis dum ambulamus non oſcitanter, aut negligenter, ſi firmi in operum proſecutione eſſe deſideramus, & hoc maximè ad vanæ gloriæ periculum fugiendum, vt ſæpè alibi diximus; ſed ad verborum ſenſum.

Margin: Interl. — Anſelm. — 2. *Opus bonum purè faciendũ ob Deum, ſine admixtione aliqua humana.* — Ianſen. — 3. *Perſeuerantiam in reiectione laudis humanæ per hæc verba Chriſtus à nobis exigit.* — 4. *Vigilãtiſſimè ſemper opus bonum attendendum.* — Tuccius.

5. Certiſſimè tenendum in his verbis tropum ineſſe, ac figuratam locutionem, quod cùm ſit, mirum quantis & variis modis Patres ac cæteri Doctores illud explicuerunt, Auguſt. *lib. 1. de ſerm. Domini*, & Gregor. *5. paſt. cap.* 11. per dexteram, intentionem ſeruandi Dei præcepta, per ſiniſtram delectationem humanæ laudis intellexerunt. Auth. Imperf. per dexterã, ſuperiorem volũtatem, ſiniſtram, inferiorem appetitum. Alij apud eundem per dexteram populum Chriſtianum, per ſiniſtram Iudaicum intellexerunt, quod affirmant, per quendam Apoſtolorum canonem fuiſſe ſic declaratum. Alij per dexteram ſe ipſum, per ſiniſtram vxorem intelligunt, quæ quia vt plurimum auaræ faſtidientes eleemoſynam conſulit Dominus ad lites dirimendas, vt vir ſic eleemoſynam tribuat, vt illa neſciat. Ridet Auguſt. & meritò, hanc interpretationem. Ambroſ. *lib. 1. officiorum, cap. 30.* & Euthym. per dexteram noſmetipſos, per ſiniſtram coniunctiſſimum quemque intelligunt.

Margin: *Quid ſignificetur per dexteram, & ſiniſtram.* — Auguſt. — Gregor. — Auth. Imp.

Hæ omnes expoſitiones, vt patet, mea ſententia non ſunt litterales, licèt morales, neque verum Chriſti ſenſum attingunt; quapropter litteralis & propria eſt Chryſoſt. & Theophylact. locutionem eſſe hyperbolicam, *per hyperbolem hoc dicit*, ait Theophylact. *quaſi diceret, ſi poſſibile, quaſi temetipſum ignores*, & Chryſoſt. *ſi poſſibile, ipſas manus latere ſtudioſiſſimum eſſet tibi*, quibus accinens Hilar. *can.* 4. licèt obſcurè, affirmat ſenſum eſſe, tale ſecretum in operibus bonis à nobis Dominum exigere, vt ſi poſſibile, & ipſam noſtram fugiat conſcientiam, *verùm vt in Dei ſcientia opera noſtra conſiſtant*, ait, *ſub nuncupatione membrorum, in his, quæ geramus, eorum quæ noſtra ſunt, atque nobiſcum ſunt, conſcientia arceatur*, ſubtiliſſimè, ſic enim opus bonum agendum, ſic purè & directè ad Deum attendendum, vt in ipſum non reflectendo, ac ſi fiat, ipſamet noſtra neſciat conſcientia, quod eſt illud ſpiritualiſſimum præceptum omnium magiſtrorum ſpiritualium ac myſticorum in opere non reflectendi bono, neque attendere ad illud quod de oratione ſanctiſſimus dixit Antonius, Monachum nempe non orare, ſi orare ſe attendit, ſic de eo Caſſ. *coll. 9. cap.* 30. ex quo non ſolùm verum, ac litteralem percipies Chriſti ſenſum in dictis verbis, ſed etiam modum, quo modo à vana gloria in opere bono præcauere te poſſis, in illo ſcilicet non attendendo, nec ad illud reflectendo, immo totis viribus eius obliuiſcendo; hanc autem Chryſoſt. & horum Patrum ſententiam moderni ſequuntur quamplurimi, Abulenſ. Ianſen. Mald. & alij.

Margin: Chryſoſt. — Theophyl. — Hilar. — 6. *Homo ſpiritualis ſic operum bonorum oblitus eſſe debet, vt ipſa non ſe reſpiciat, ſed fugiat ſcientiam non reflectendo in illud.* — Caſſ. — 7. *Optimus modus vanam gloriam præcauendi in opere bono.* — Abulenſ. — Ianſen. — Maldon.

Placet Caiet. à quo Ianſen. dupliciter hæc Chriſti verba poſſe intelligi, *primum*, vt ſint præceptum, & vt ſic ad intentionem referenda, omnem vanam gloriam abſcindendo ab ea, omnemque finem prauum. *Secundum*, vt ſint cautela, quod mihi magis placet, vt ſcilicet noſtram conſiderando infirmitatem, quàm occultiſſimè opera faciamus bona; *ſi autem cautela eſt*, ait Caiet. *inſtruimur vt noſtræ infirmitati conſulendo, ne obrepat manifeſtatam eleemoſynam vana gloria, ſtudeamus eleemoſynas ſecretiſſimè efficere, periclitatur enim animus humanus, in laudatis eleemoſynis proprijs.* quod equidem etſi in omnibus bonis ſemper procurandum, maximè in eleemoſyna, tanquam bonum quod præcipuè laus ſequatur, & acclamatio, quæ vt ſit perfecta, ſecundùm Hugo. Cardinal. debet eſſe vallata circunſtantiis, *primò* compaſſione cordis, *ſecundò* dulcedine ſermonis, *tertiò* facultate quantitatis, *quartò* hilaritate dantis, *quintò* humilitate, *ſextò* diſcretione, *ſeptimò* velocitate, *octauò* tandem intentionis rectitudine. latus campus diſcurrendi, niſi aliò res me auocarent.

Margin: Caiet. — 8. *Quomodo hæc Chriſti verba intelligenda.* — 9. *Eleemoſynæ conditiones.*

In abſcondito. hoc eſt, Deo & tibi ſoli cognito, rectè Maldonat. *eleemoſyna*, ait, *quamuis parua, magnum beneficium eſt pauperi, maius ſi latet, ſi nemo niſi qui accipit nouit*, eo vel maximè, ſi perſona nobilis, obſeruat Nouarinus *in ſuis Schediaſmatibus, lib.* x. *cap. 7. num.* 37 ex Hebræis inter cubicula, quæ templum Hieroſolymitanum exornabant, erat illud quod vocabant *liſchat charaim, hoc eſt, cubiculum taciturnorum, & ſilentium colentium, omnémque ſtrepitum cauentium* quò illi ſe conferebant, qui à pinguiori fortuna ad paupertatis miſeriam peruenerant, vnde qui Deum timebant, tacitè in illud cubiculum ferebant quæ poterant, indeque nullo ſpectante ſumebant, quæ egeſtati ſuæ erant neceſſaria, ſanè egregium cubiculum Hieroſolymitano templo dignum, immo potiùs

Margin: Maldon. — 10. *Cubiculum taciturnorum quale erat in templo.*

riùs nunc & Chriſtianorum quòd illo maiora.

Et Pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi. Græco addunt, *qui reddet tibi in manifeſto.* Quo-

Chryſoſt. Theophyl. Auguſt. Maldon. modo hîc legit Chryſoſt. & Theophylact. & antiquitus affirmat Auguſt. Latinos codices ſic legiſſe, non verò Græcos, vnde ſuſpicatur Maldonat. vitio ſcriptorum Græcorum à textu abolita Græco, & Hieronymum à Latinis expunxiſſe, quia non inuenit in Græcis; ſit quomodocumque, rectè

Ianſen. Ianſen. affirmat habere aliquid momenti ſi adiiciatur, & æquum eſſe illam adieciſſe, Chriſtum

Maldon. reputare, vt affirmat Maldonat. nam vt ſic ſigni-

11. Chriſtus publicè eleemoſynarios remunerabit. ficatur futurum, vt qui ob Deum peccatorum hominum gloriam, & conſpectum fugerit, eleemoſynam largiendo, ſic à Deo remunerationem amplam accepturus, vt in propatulo, ac in conſpectu hominum omnium, & Angelorum illam reponat, vt ab omnibus tunc in die iudicij condignam conſequatur laudem. *nam qui hîc gloriam hominum venatur, a paucis quidem illam conſequi poterit; qui verò eam fugerit*, ait Ianſen. *propter mercedem cæleſtem, quam a Deo accipiet, omnibus etiam hominibus in nouiſſimo die reddetur conſpicuus.* Excellens doctrina tum ad vanam gloriam reſpuendam, tum ad conſolationem, quando bona noſtra facta ab hominibus reſpuuntur, calumniantur, nullumque fructum ea eis reportantes, ſcientes apud Deum Patrem, noſtram repoſitam eſſe mercedem, illamque nobis in die redditurum iudicij, ſic ſe animabat Paul. ad Philip. 2. num. 16. *Verbum vitæ continentes ad gloriam meam in die Chriſti, quoniam non in vacuum cucurri, nec in vacuum laboraui*, cùm,

Auth. Imp. vt rectè Author Imperf. impoſſibile eſt, vt opus

12. bonum in abſcondito factum illud non in mani-

Deus in hoc etiam ſæculo bona manifeſtat, ſicut Diabolus mala. feſto reponat Deus, ſicut Diabolus malum, *impoſſibile eſt enim*, ait, *vt opus bonum hominis in abſcondito dimittat Deus, ſed in hoc ſæculo manifeſtat, & in illo glorificat occulta, quia gloria Dei eſt, ſicut & Diabolus manifeſtat malum in quo malitia eius virus oſtenditur*, vnde pulchrè Chryſoſt. hîc ponderans ly, *qui videt in abſcondito; ſi ergo*, ait, *vis habere inſpectores eorum, quæ agis, ecce habes non ſolum Angelos, aut Archangelos, ſed Deum vniuerſorum.* Efficax equidem ratio, Deum inſpectorem potes habere, & homines requiris, Deum laudatorem, & homines appetis; quæ hæc dementia? ſi in theatro ageres, & laudatorem habere principem poſſes, nunquid eo deſerto vilem appeteres plebeculam? & ſi faceres, nonne meritò inſanie notaberis? ſic hîc pari modo, ſecundùm Chryſoſt. Deum habere potes inſpectorem, & laudatorem, ſi in abſcondito tribuas, & tu vis in publico ad laudem captandam viliſſimorum hominum?

13. *Reddet tibi.* Quæ reddet? placet ad litteram

Eleemoſynæ fructus. Hug. Card. Hugonis Cardinalis referre verba; qui hunc perſtringens locum, duodecim affert eleemoſynæ abundantiſſimos fructus, ex Scripturis eos eruens, vnde ſic ait, *Nota quòd duodecim ſunt fructus, ſiue effectus eleemoſynæ.* Primò *de peccatis præteritis veniam impetrat*, Eccl. 3. *Eleemoſyna patris non erit in obliuione, nam pro peccato matris reſtituetur tibi bonum, & ſicut in ſereno glacies, ſoluentur peccata tua.* Secundò *peccata præſentia purgat.* Tertiò *æternum ſupplicium vitat, de quibus dicitur* Tobiæ 4. *Eleemoſyna ab omni peccato, & à morte liberat, & non patitur animas ire in tenebras.* Quartò *fœminis ardorem mitigat*, Eccl 3. *Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemoſyna reſiſtit peccatis.* Quintò *animam reficit.* Sextò *gratiam conſeruat.* Eccl. 17. *Eleemoſyna viri quaſi ſacculus cum ipſo, & gratiam hominis quaſi pupillam conſeruabit.* Septimò *impugnat diabolum.* Eccl. 29. *Super ſcutum potentis & ſuper lanceam aduerſus inimicum tuum pugnabit.* Octauò *abſoluit à pœna peccati*, Dan. 4. *Redime peccata tua eleemoſynis.* Nonò *interceſſores multiplicat*, Actor. 9. *circumſteterunt illum omnes viduæ flentes, & oſtendentes tunicas, quas faciebat eis Dorcas.* Decimò *prolongat vitam præſentem, & meretur æternam*, 1. ad Timoth. 4. *Pietas ad omnia valet, promiſſionem habens vitæ quæ nunc eſt, & futuræ.* Duodecimò *inimicos mitigat.* Rom. 12. *Si eſurierit inimicus tuus.* En quanta, quæ ſi pro dignitate tractanda, nullus eſſet finis, ſufficiat ergo aliqua tantùm breuiter adnotare.

Annot. Moral. LXXV.

De eleemoſyna.

Et pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi. De eleemoſyna tractaturus, ſi eius emolumentum vellem proſequi, prius volumina implerentur, quàm ea explerem, cùm, vt ex Hugone vidiſti, ſunt illa grandia, & duodecim ille tantùm enumerat, quibus & infinita, quæ Patres afferunt, addi poſſunt: at quia in animo eſt breuiter materias tangere, non proſequi, vt ad finem deueniamus, vnum tantùm eius tangam emolumentum, quod proprium commodum ſapit, vt quando non propter Deum, non propter æternam alteram vitam, ſaltem propter proprium quis emolumentum prodigus, ac diffuſus in elargiendo eſſe deberet, cùm quilibet ſcire debeat, nul- 1.

lum medium ad diteſcendum ſic quæſtuoſum, ac Nullum medium aptius ad diteſcendum, quàm eleemoſynam dare.

eleemoſynam, immo nullum aptius ad ipſam pauperiem propriam ſubleuandam, quàm eleemoſynam largiri; ſi pauper es, vt laboribus victitans, via panem lucraris, proiice hunc in ſinum pauperis, & ad modum viduæ illius Euangelij repone totum tuum victum in eius gremium, ſicut illa in gazophylacio duo tantùm minuta, quæ poſſidebat *Lucæ* 21. *n.* 2. Et ſecutus eſto, non de pane, ſed de panibus.

Ad hoc, illuſtrandum illum aſſumo locum, *Prouerb.* 31. *num.* 19. in quo totus Salomon in laudibus mulieris fortis, inter cætera ſic de illa, *Manum ſuam miſit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fuſum.* LXX. *Cubitos ſuos extendit ad vtilia, & manus ſuas firmat ad fuſum.* Ergo fortia vtilia; at quæ hæc? ſanè in omnium ſententia fuſi apprehenſio, nam dum pauper, & victu indigens non otio ſtertit, non curioſis & vanis ſe operibus addixit, ſed quæſtuoſis, ſcilicet, vt bene Salazar, *lana* Salazar.

atque linea tum nendis, tum texendis. quod proprium mulierum fortium, vt ex Tiraquello probat idem, Tiraquell.

quem tu vide, ſi placet; ergo fortis hæc mulier, dum ſe pauperem, & conſumi penè videret, nil inde exanimata animum reſumens, non ad otium, ſed ad laborem ſe animans ſtatim fuſum apprehendit, quod vtique, vt interim hoc dicam, ſi pauperes noſtræ efficerent mulieres, non ſic ſuam proderent pudicitiam, ac caſtitatem amitterent, volunt, etſi pauperes, ſpatiari, in delitiis viuere, non laborare, fugere, ancillari, vt dominas domi ſedere, bene comedere: vnde eis totum hoc abſque labore? niſi miraculum des, dic quòd ex proſtitutione. non ſic hæc mulier fortis ac nobilis cùm ſe pauperem vidiſſet, ad fuſum accurrit, ad

opus

opus, ad laborem, inde ditata; at quo medio? ſanè, dices, ex ipſomet labore, ſolicita in nendo, in texendo, diem noctemque in his inſumens, ſic quæſtuoſum, dices, efficiebat opus, vt breui ad illam opulentiam perueneric, vt ſuos duplicibus veſtiret, nil minus, immo profundendo, dando, impertiendo, & hoc pauperibus quod ex labore lucrabatur, hinc ſtatim ſequitur Salomon, *manum ſuam aperuit inopi, & palmas ſuas extendit ad pauperem.* En modus diteſcendi, vt rectè obſeruat hîc Salazarius, cùm, vt ipſe ait, eleemoſyna quæſtuoſiſſima eſt, non ſolùm, quia æterna nobis bona conciliat, ſed etiam quia adauget, & cumulat temporalia, immò non ſolùm quæſtuoſiſſima, quia hæc auget, ſed multo magis, quia ea reponit vbi non ſunt, ſic vt medium, quo Deus, ad alicuius paupertatem ſubueniendam, ſit, aut occaſionem eleemoſynæ pauperi præbere, aut in cor eius miſericordiam inſtillare.

2. *Deus quando vult aliquem diteſcere, miſericordiam in cor eius inſtillat.*

Enim verò ad Eliam Deus 3. Reg. 17. num. 9. *Surge, & vade in Sarephtha Sidoniorum, & manebis ibi: præcepi enim ibi mulieri viduæ vt paſcat te.* penè fame & ſiti necabatur Elias, ad cuius prouidentiam totus intentus Deus antequam è torrente, vbi habitabat, illum extraheret, præceptum, vt vides, viduæ indixit, vt illum paſceret, hoc eſt, vt bene Abulenſ. *quæſt.* 21. diſpoſuerat, vt eum paſceret; quis hoc audiens non intelliget viduam hanc fuiſſe aliquam ex diuitibus ac præpotentibus Sarephthæ, ad quam mittebatur Elias paſcendus? Sanè nulla humana aliter penſitabit ratio: at nil minus, ſed miſſus ad pauperem, ſic pauperem vt penè fame necabatur, & nil aliud apud ipſam niſi pugillus farinæ, & paululum olei, ſic in extrema neceſſitate, vt conſumpto illo pugillo expectaret mortem, *Viuit Dominus*, ait Eliæ petenti ab illa panem, *Deus tuus, quia non habeo panem niſi quantum pugillus capere poteſt farinæ in hydria, & paululum olei in lecytho: en colligo duo ligna, vt ingrediar, & faciam illud mihi & filio meo, vt comedamus & moriamur.* En qualis & quanta paupertas, quaſi diceret, *etiam ligna non habeo, ſed colligo nunc ligna duo, vt commiſceam illud modicum farinæ oleo, & factum panem coquam prunis*, ait Abulenſ. cur ergo non diuiti dimiſit, cur non opulenti, cur huic non præcepit, ſed pauperrimæ, ac deſtitutæ? ad rem Auguſt. ſerm. 26. de verbis Domini, *quia religioſam viduam benedicere diſponebat per obſequium ſerui ſui.* En ratio. Vidua hæc pauper erat, & licèt Gentilis, tamen deuota, & Deum colens, vt bene Abulenſ. *quæſt.* 23. eius miſeriam extremam Deus ſubleuare abundantiſſimè intendebat, at quia apud illum efficax medium potentiſſimumque eleemoſyna, mittatur Elias ad illam, egenus & pauper, petat eleemoſynam, & ea ſuſtentatione pauperis Prophetæ diteſcat mulier pauper, ſed eleemoſynaria, vt ſciant omnes eleemoſynam non ſolùm bona augere, ſiue tribuere ſpiritualia, & temporalia.

Abulenſ.

3. *Elias cur mittitur paſcendus mulieri pauperi, & non diuiti.*

Auguſt.

At in hoc facto duo libet expendere ſatis ad rem noſtram. *Primum* ex quo eleemoſynam hæc vidua tribuit; *ſecundum* quantum, vt ſic amplius eleemoſynæ fructus eluceſcat. Et quoad primum, ex quo ſcilicet dare Prophetæ eleemoſynam voluit, ſanè ex tota ſua ſubſtantia, ex toto ſuo victu, non ſecus ac vidua illa Euangelij, vt ſuprà ex Luca dicebamus, duo minuta dedit, quæ tota eius erat ſubſtantia, vnde Dominus num. 3. *Verè dico vobis, quia vidua hæc pauper pluſquam omnes miſit, nam omnes hi ex abundanti ſibi miſerunt in munera Dei, hæc autem ex eo quod deeſt illi, omnem victum ſuum, quem habuit, miſit.* Sic hæc vidua. Propheta ad eam. *Affer mihi obſecro buccellam panis*; at illa, *non habeo*, dixit, *niſi quantum pugillus poteſt capere farinæ in hydria, & paululum olei; en colligo ligna vt faciam illud mihi & filio, meo vt moriamur.* At quorſum quóve animo hoc dixit? Sanè, reſpondit Abulenſ. *quæſt.* 27. vt excuſaret ſe ſi panem non afferret integrum, vt ex affectu deſiderabat, allatura tamen illud modicum, etiamſi mors ſua filiique ſequeretur, *apparet ex hoc affectio mulieris ad dandum ſi habuiſſet, & tamen nullum panem habebat, ſed ſolùm modicum farinæ.* hoc modicum dicit quod ſibi filioque faciendum reſeruat ad moriendum, quod tamen Prophetæ non negabat; quid ergo mirum ſi ex neceſſariis tribuens, ſuperflua & abundantia inuenit, *digna fuit Sarephthana vidua*, ait Sanchez, *quæ alijs fame pereuntibus, ipſa pro ſe & filio alimento abundet neceſſario, quando Prophetæ votum tam ſuæ ac filij vitæ prodigam & immemorem probauit.* Pauper es amice, vnum tantùm poſſides panem, da liberaliter, & afflues. nam pro vno pane centuplum accipies, vnum panem tantùm, *& paruulum*, dedit Prophetæ hæc mulier, & pro vno iſto paruulo pane neque hydria farinæ plena defecit, neque lecythus olei, donec fames præteriret, vt verum ſit quod Chryſoſt. dixit *hom.* 33. *ad populum, tom.* 5. omnium artium quæſtuoſiſſimam eſſe eleemoſynam, *reſumamus*, ait, *& oſtendamus qualiter eſt ars omnium artium quæſtuoſiſſima eleemoſyna*, vt mox ampliùs dicemus.

4. *Eleemoſyna accepta nemini quàdo ex neceſſarijs nobis.*

Abulenſ.

Sanchez.

Chryſoſt.

At quantum dedit? ſanè modicum, ſanè paruulum panem, ſanè tantùm affectum pium, cùm nihil aliud ſuppeteret, *viuit Dominus Deus tuus, quia non habeo panem*, ait. Ad quid tale ſacramentum? ſanè ad affectum dandi ſi haberet, ait Abulenſ. *apparet ex hoc affectio mulieris ad dandum ſi habuiſſet.* Ergo affectum tantùm dedit, at hoc ſufficit, vt perfecta eſſet eleemoſynaria. Pulchrè Chryſoſtomus *vbi ſuprà*, probans eleemoſynam ſupra omnes cæteras artes rem eſſe quæſtuoſiſſimam, deducit ex illo quòd cæteræ, niſi ab aliis adiuuentur, diteſcere nõ valent, ſed eleemoſynam affirmat nullius alterius artis ope indigere, ex ſe ſola ſufficientem. *Agricultura paſcit, textoria veſtit*, ait Chryſoſt. *at vlla poteſt hoc à ſemetipſa vobis conferre*, probat ex agricultura. *nam ſi cuſariam non haberet quæ ligonem, & vomerem, falcem, ſecurim, & alia plurima mutuetur, & carpentariam vt aratrum pangat, & iugum paret, & plauſtrum, vt ſpicas quatiat, & coriariam, vt & lorum faciat, & ædificatoriam, vt & arantibus tauris ſtabulum ædificet, & ſucciſoriam, vt ligna ſiccentur, & piſtoriam, remanebit inops*, quod ſimiliter probat & de textoria, vnde euidenter concludit, omnem artem alterius artis indigere ope vt diuitem aliquem efficiat, & quæſtuoſa ſit; at ſola, ait, ars eleemoſynaria per ſe ſola ſufficit, vt ſit quæſtuoſiſſima, & diuitem aliquem conſtituat; probat, quia ſola voluntas ſufficit; *cùm autem*, ait, *oportet miſereri, nil aliud nobis opus eſt, ſed ſola voluntas eſt neceſſaria.* probat exemplo viduæ duo minuta mittentis, *quòd ſi dicas quòd pecunijs opus eſt, & habitationibus, & veſtimentis, & calceamentis, illa lege Chriſti verba, quæ de vidua dixit, & ab anguſtia deſiſte.* Ex quo ſic concludit, *licèt valde ſis pauper, & mendicantibus pauperior, ſi duo minuta contuleris, totum expleſti*, & ad hanc Eliæ viduam reſpiciens, eamque indigitans, ſic proſequitur, *& ſi des panem cum habens ſolum, ad perfectionem artis veniſti.* Egregiè, & hoc vltimum

5. *Ad perfectam eleemoſynam ſufficit pius affectus quàdo aliud non eſt ſuper.*

6. *Eleemoſyna ſupra omnes artes eſt quæſtuoſiſſima.*

Chryſoſt.

adnotandum

adnotandum ad perfectionem ſcilicet artis eleemoſynariæ perueniſſe non qui dat, ſed qui dat totum, quod habet, hoc eſt, illum ſolum panem, quem poſſidet, vti Eliæ vidua. Vnde etſi cæteri, qui de ſuperfluis dant, ſint eleemoſynæ; artifices tamen, qui de propriis ac neceſſariis ſunt perfectiſſimi, hincque cùm nullius alterius operis ars eleemoſynaria indigeat, omnium eſt quæſtuoſiſſima, quia eùm ſola voluntas ſufficiat, & quodlibet paruum opus ad hoc vt perfectiſſima ſit, mirum quantum reportet fructum. En vidua hæc quantum dedit pium affectum, & ſi aliquid aliud, paruulum panem, vnde Elias ad ipſam, *mihi primum fac de ipſa farinula ſubcinerisium panem paruulum, & affer ad me.* quod cùm feciſſet, comedit ipſe, & illa, & domus eius, ex illa die hydria farinæ non defecit, & lecythus olei non eſt imminutus. En quàm abundanter ipſa ad colligendum duo ligna exierat, vt tantillum panis faceret pro ſe, & filio tantùm, non pro familia, & hoc ad moriendum, cùm nihil aliud ſuppeteret, & ex affectu dandi, & ex paruulo illo pane, quem dedit, non ſolùm ipſa, & filium, ſed domus eius tota cum Propheta eſt ſuſtentata. Vide quàm quæſtuoſiſſima res ſit eleemoſyna.

7. *Eleemoſyna potens ad debita ſoluenda.*

At non ſolùm rem auget ad ſuſtentandum, ſed etiam ad debita, vnde ſi pauper ſic, vt non ſolùm non ſuppetat ad comedendum, ſed, quod miſerius eſt, ære oppreſſus times carcerem ac vincula, nullum ſit remedium, quàm elargiri & eleemoſynam dare. Adhuc affero illud Eliſæi 4. *Reg.* 4. *à num.* 1. de illa vidua, quæ apud illum clamans dicebat, *ſeruus tuus vir meus mortuus eſt, & ecce creditor venit vt tollat duos filios meos ad ſeruiendum ſibi.* En qualis miſeria ac ſtrenua paupertas, cui Eliſæus, *Dic mihi quid habes in domo tua?* cui illa, *Non habeo quicquam niſi parum olei, quo vngar. Pauperrima mulier erat iſta*, ait Abulenſ. in hunc locum, quæſt. 6. *quia nec panem, nec vinum, nec pecuniam, nec aliquid aliud habebat niſi modicum olei.* Sed antequam

Abulenſ.

8. *Mulieres quàm tenaces vt mundum ſeruent, & habeant muliebre.*

vltrà procedam, mirum vt in domo hæc honeſta mulier nil aliud haberet, niſi parum olei, ac ſi tanta ei cura de oleo ſeruando, cur non eadem de frumento, de vino, cæteriſque bonis, vt domi haberet quod ſolueret? Amice, audi ad quid dicat deſeruiſſe oleum, & myſterium intelliges, *quo vngar*, ait; pereant ergo cæteræ familiares res, omnia in peſſum ruant, dummodo mulieri mundum non deficiat muliebre, ſat illi. penè debitis obruatur vir, non ſolùm res, ſed filij diuidantur ad vanam mulierum ſupellectilem, non eſt nec cogitandum quidem. En hæc mulier duo eius filij ob debita ad ſeruitutem compellebantur, & tamen oleum ad vngendum domi, & licèt diuidantur filij, illud non tangendum, & quod mirum, mulier erat ſancta & honeſta; ſed ad noſtra. Cùm ergo hæc audiſſet Eliſæus, iubet illi vt à vicinis petat vaſa non pauca quòd illis infundat oleum, quod ſic abundanter ſcaturit, vt potius vaſa, quàm ipſum defuerit, quod cùm factum, & ad Prophetam detuliſſet, ſic illi, *Vade, & vende oleum, & redde creditori tuo, tu autẽ & filij tui viuite de reliquo.* mira prouidentia, non ſolùm debita ſoluit, ſed abundanter, & alimonia ad victum præſtitit. Vnde tanta Dei liberalitas cum hac muliere ſic paupere? Sanè, reſpondet Ioan. Hieroſolymit. *de inſtitut. monachorum, cap.* 14. *BB. Patrum, tom.* 4. quia hæc mulier vidua vxor fuerat Abdiæ Prophetæ, qui tempore Achab Regis centum ſuſtentauerat Prophetas ex ſuis facultatibus, 3. *Reg.* 18. à ſæuitia Iezabelis eos cuſtodiens, ob quod in ſummam deuenerat paupertatem, hinc meritò à Domino ei prouiſum, non ſolùm vt debita mariti ſolueret, ſed etiam vt abundanter viueret, quia res quæſtuoſiſſima eſt eleemoſyna. *pergens Samariam*, ait de Eliſæo Ioannes Hieroſolym. *ibi relictum Prophetam Abdiam oppreſſum propter alimoniam, ære alieno, quam Abdias fecerat centum Heliæ diſcipulis, quos abſconſos ſeruauerat in ſpeluncis, à debito releuauit, & victum ſibi & ſuis filijs miniſtrauit, multiplicans miraculosè magnam quantitatem parum olei in domo mulieris inuenti.*

Ioan. Hieroſ.

At antequam hinc egrediar, notandum tempus auxilij, cùm in his duobus caſibus, vt vides, fuit extremum. nam vidua Eliſæi iam in tali extrema redacta erat neceſſitate, vt duo eius filij ad ſeruitutem requirerentur, & Eliæ prope ad mortem, *vt moriamur*, ait; quid hinc? vt non feſtines ſi quando in penuria te videris, ſed patienter expecta, & non quia ſemel mulieri panis defecit, ſtatim de proſtitutione ſua, aut filiæ cogitet, infidelis enim eſt hæc cogitatio, quæ non ad largitionem, ſed ad punitionem Deum impellit; ſuſtinendus eſt Deus: nunquam animus deſpondendus, cùm, vt millies diximus, ob bonum noſtrum nunquam in principio ſubuenire ſolet tribulationis, ferè ſemper tamen in vltimo, in extremo. En mulier Sarephthana prope mortem, & vſque ad mortem fidelis, quando iam ipſa de morte cogitat, Deus de vita, deque eius prouidentia. Vnde rectè Abulenſ. quæſt. 22. *Ex hoc patet*, ait, *quanta ſit Dei benignitas, quia in vltimo articulo, in quo moreretur, ſuccurrit, nam iam nil reſtabat mulieri & filio niſi mori*; at tunc quando prope mortem, tunc Dei prouidentia, & non quælibet, ſed copioſiſſima fructus eleemoſynæ, vt diximus, quæ non ſolùm res auget ſpirituales, ſed temporales, de qua re vide Chryſoſt. *hom* 1. *de Elia*. Ambroſ. *lib* 1. *de Abraham, cap.* 5. *& lib. de viduis*, Baſilium *de hac re*, cæteroſque Patres.

9. *Deus ſæpe in extremis ſuccurrit, rarò in principio.*

Abulenſ.

Chryſoſt. Ambroſ. Baſil.

Tandem in calce huius diſcurſus ad eleemoſynam ſuadendam, duo libet adiungere, *primum*, vt ſciant Eccleſiaſtici inter cæteras exemptionis quam poſſident rationes, vna & illa præcipua vt eleemoſynas poſſint pauperibus præbere. Sic affirmat Conſtant. Imperator *l.* 20. dans enim clericis à tribunis exemptionem, rationem afferens, *cùm certum ſit*, ait, *quæſtus, quos ex tabernaculis atque ergaſtulis colligunt pauperibus profuturos.* quod cùm audis, & nunc vides Principes omnes intentos ad clerum grauandum, mille ſurtiuas inuenientes eorum miniſtri inuentiones, attende, an hoc ſit in pœnam clericorum auaritiæ, dum contra inſtitutum, exemptione vtuntur ad ſibi congregandum, & non pauperibus erogandum.

10. *Clericorum exemptio eſt ad eleemoſynam dandam.*

Secundum verò ſit, ad patresfamilias extimeſcendos, ne tenaces ſint, & ob amorem filiorum auari in pauperes, ad hoc vt copioſam eis relinquant hæreditatem. nam velim ſciant multoties filios ab ipſis Deum eripere, vt quod illis in teſtamento erant derelicturi, pauperibus relinquant, hanc ſicut grauem, ſic terribilem ſententiam ſanctus habet Anaſtaſius Sinaita, quam refert fuiſſe ſancti Athanaſij, eamque habet *in ſuis quæſtionibus, queſt.* 9. *BB Patrum, tom.* 6. *pag. apud me* 731. qui poſtquam dixiſſet quòd fidelium infantes ſæpe moriuntur ob caſtigationem patrum, & probaſſet ex Hieremia, tamen affirmat in eorum duplex bonum Deum illud facere. Vnde ait, *Duo ergo bona in eo Deus procurat*, ſcilicet in morte

11. *Parentes ſæpe filijs orbantur, vt dent eleemoſynam.*

Anaſt. Sin.

filiorum,

filiorum, *vnum quidem, vt cùm mundi exceſſerint, illic ſalutem conſequantur, fortaſſis enim, qui ſceleratam vitam erant acturi, conſulto eos Deus præripuit; ſecundum autem, vt eorum parentes effecti modeſtiores, quæ liberis in teſtamento danda erant pecunia, de cætero pauperibus diſtribuant pro ſua ſalute, & illi quidem decedentes nullo ſunt detrimento affecti, & iſti ſi volunt, maximam acceperunt vtilitatem, effecti modeſtiores.* Qui habet aures audiendi, audiat, & cùm tantam, vt ſic dicam, propemodum ſtragem puerorum in his temporibus vides in florida morientium ætate, pende ne auaritia ſit patrum in pauperes cauſa, dum nolunt elargiri; quia filios appetunt ditare, cùm ſi ſaperent, ex nullo ſic eos ditarent, ac ex eleemoſyna, quæ *quæſtuoſiſſima*, vt diximus, & quam Deus remunerat; vnde ait, *& Pater veſter reddet*, &c.

NVM. 5. Et cùm oratis, non eritis ſicut hypocritæ, qui amant in Synagogis, & in angulis platearum ſtantes orare, vt videantur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam.

Senſus litteralis, & moralis.

Chryſoſt. 1. *Eleemoſyna orationis fulcimentum.*

ET *cùm oratis*, &c. Ad rem Chryſoſt. *hom. 13. in Imperfect.* adnotat conſultò poſt eleemoſynam, orationem Dominum adiecisse, quia inſtrumentum, ac orationis eſt fulcimētum, *Salomon dicit*, ait, *Ante orationem præpara animam tuam, quod quidem facit, qui faciens eleemoſynam, venit ad orationem, bona enim opera excitant fidem cordis, & dant confidentiam animæ Deum orandi*; hinc, vt obſeruat Nouarin. *in ſuis Schediaſmatibus, lib. 2. cap. 7. num. 34.* Hebræi conſulebant ante orationem eleemoſynam dare, *bene eſt dare eleemoſynam*, aiebant, *antequam oratio fiat.* quo illud Dauidis Pſalm. 16. num. 15. *Ego autem in iuſtitia apparebo conſpectui tuo*, ipſi legebant, *Ego cum iuſtitia videbo faciem tuam.* pro *iuſtitia* eleemoſynam intelligentes, vt frequens eſt in Scriptura. Pſalm. 102. num. 18. *miſericordia autem Domini ab æterno vſque in æternum ſuper timentes eum, & iuſtitia illius*, hoc eſt, miſericordia, *in filios filiorum eius.* Pſalm. 111. num. 9. *diſperſit, dedit pauperibus: iuſtitia eius*, (miſericordia) *manet in ſæculum ſæculi.* 2. ad Corinth. 9. *qui autem adminiſtrat ſemen ſeminanti, & panem ad manducandum præſtabit, & augebit incrementa iuſtitiæ* (miſericordiæ) *veſtræ.* Bene ergo pro iuſtitia miſericordiam intelligentes Hebræi conſulebant præmittere orationem ante eleemoſynam, cùm, vt bene Chryſoſt. *hom. 32. in epiſt. ad Hebræos*, alas ipſa habeat quibus proiicitur ad Deum aduolat, effectum orationis reportans, *eleemoſyna eſt alata*, ait, *& lucis habet alas aureas, volat tanquam quædam aurea & viua columba, placidum habens aſpectum, & mitem oculum, valde oblectans Angelos.* Meritò ergo Saluator noſter poſt datam eleemoſynæ normam, & orationis, adiecit, dicens, *& cùm oratis.*

Nouarin.

2. *Iuſtitia pro eleemoſyna ſæpe in Scripturis.*

Chryſoſt. 3. *Eleemoſyna habet alas quibus ad Deum aduolat.*

August. 4. *Oratio Dei tributum, & tributum viſcerum.* Chryſoſt.

Ad rem Auguſt. de ſerm. Domini, lib. 2. cap. 6. *non autem hoc monet*, ait, *nunc vt oremus, ſed quomodo oremus, ſic nec ſuperiùs vt faciamus eleemoſynam, ſed quo animo facimus.* non enim neceſſaria admonitio ad orandum, cùm ſuapte natura non ſolùm neceſſaria, ſed debita. nam, vt benè Chryſoſt. in Imperfect. hom. 13. *Oratio eſt quoddam quaſi ſpirituale tributum, quod anima offert Deo de viſceribus, quæ quanto glorioſior eſt, tanto cautius eſt ſeruanda, ne viteſcat propter homines facta.* Egregie, non ſolùm propter nos, noſtraſque neceſſitates nobis incumbit orare, ſed propter Dei dominium, ac maieſtatem, quando reliquæ deeſſent rationes, cùm oratio ſit ipſius tributum, & tributum viſcerum, quo ipſius profitemur maieſtatem, dominium, altitudinem, ac in nos beneficentiam; ergo ſupponenda, tantum erat neceſſarium modum illam tradendi præſtare, ne vileſceret facta ob homines, iſtis tributum, non Deo pendentes, quòd equidem peruerſum, non ſolùm miſerabile. Ex quibus duo habes, & orationis neceſſitatem, & ſimul quantum ſit malum non ad Deum, ſed ad vanam illam fundere oſtentationem, ex quibus illi arguuntur, qui aut non orant, aut ad vanam gloriam.

Qui amant in Synagogis, & angulis platearum. 5.
Pulchrè Ianſen. affirmat, vt à vana oſtentatione *Nil vilius*
Chriſtus nos terreret, morem eſſe hypocritarum *quàm morem*
dixiſſe, vt nomine audito abominaremur ſimilitu- *ſequi hypo-*
dinem, *ipſa nominis abominatione, ab abominatione* *critarum.*
vitij longiſſimè auocant. nam quid abominabilius, quàm morem hypocritarum ſequi, qui vt plurimum viliſſimi homines, viliſſimæque mulieres, nullum alium præſeferentes talentum, niſi ſimulationem, vnde gloriam, quam aucupare non poſſunt ab excelſis dotis, quia illis carent, procurant ex hypocriſi, hinc & ipſi viliſſimi, & qui eos imitantur.

Amant, dixit Dominus, hoc eſt, affectant, pro- 6.
curant, ſtudent orare *in ſynagogis*, hoc eſt, in con- *Anguli pla-*
uentu publico, & angulis platearum. Quid per an- *tearum qui.*
gulos platearum? quidam, vt Author Imperfect. reputant, per angulos platearum intelligi quoſdam receſſus, qui in plateis ſolent eſſe, in quibus ſe reponebant hypocritæ ad duplicem captandam laudem, & ab oratione, & à ſecreto. nam licèt viderentur, tamen quia locus ſegregatus quòd ſecretum affectarent, putabant oſtendere, *Chriſtus non dixit*, ait, *in plateis, ſed in angulis platearum, vt ne ſi in plateis orauerint, quaſi religionis vituperaremur, ſed in angulis, vt videantur, abſconditè orare*; & Gloſſa, *amant in angulis orare hypocritæ, quaſi abſconſores procum, & tamen in plateis, vt videantur.* Ex quo ſenſu 7.
non ſolùm habes ſecundùm iſtos quid ſint pla- *Vana gloria*
tearum anguli, ſed etiam quàm vilis ſit vana glo- *quàm vilis.*
ria, vt quòd ambiatur apparere refugiat. En iſti dum tantopere illam expeterent, tamen in angulo erant, & non in publico, ne videantur illam proſequi, hincque vt ex humilitate gloriam captarent, quaſi videri nollent, in angulis orabant platearum, non in plateis.

At magis ad litteram æſtimo opinionem illorum, qui pro angulis platearum, *compita* intelligunt, & quadriuium, in quibus domorum anguli;
ſic Abulenſ. Ianſen. Maldonat. aliique, in quibus *Abulenſ.*
ſtantes, hoc eſt, manentes fixi, & immobiles, ſic *Ianſen.*
vt eorum immobilitas attenderetur, vt vult Mal- *Maldon.*
donat. vel vt Ianſen. verè ſtantes, reputans morem Iudæorum fuiſſe, vt ſtantes orent; quod ſiue hoc, ſiue altero modo dicas, parum refert, cùm, vt Chryſoſt. *vbi ſuprà in Imperfect.* verba Domini non tantum ad locum, quantum ad propoſitum orandi referri debent, cùm, vt bene ipſe, *in Eccleſiis orare, & in conuentu fidelium, laudabile eſt.* nam, vt egregiè, *cuius orantis mens ſolum aſpicit Deum,*
quamuis in Synagoga oret, tamen apud ſe in ſecreto 8.
videtur orare; ſicut è contrario, ex quo idem ſatis *Oratio quæ*
prudenter conſulit, vt quando in publico oramus, *publica ſit*
nil ſingulare, ac præter morem agamus; *orans ergo* *ſine ſingu-*
nil *laritate ...*

nil nouum faciat, quòd aſpiciant homines, vel clamando, vel pectus percutiendo, vel manus extendendo. nam hæc faciendo præter communem vſum; non orari, ſed notari, vel videri oſtendis appetitum, hinc Dominus, amant ſynagogas, & angulos platearum ad orandum, vt videantur ab hominibus.

Chryſoſt.
9.
Vana gloria præcipuè ab oratione arcenda, pulchra Chryſoſtomi ratio.

In quibus verbis egregiè Chryſoſt. *hom.* 19. adnotat quòd ſi in omnibus bonis fugienda vana gloria, ac laudis appetitus, præcipuè in oratione, perbellam de hoc rationem aſſignans. nam tum in oratione non ſolùm Deum precamur, ſed ab illo inſtruimur, & ad inſtructionem neceſſarius ſit auditus, & attentio, vbi hæc cùm intus totus homo ad laudes audiendas humanas? *A vana gloria vbique erui bonum eſt, maximè autem in oratione; ſi enim in hac cogitationibus circumferimur, ſi ad orandum ingreſſi fuerimus, hanc habentes ægritudinem, qualiter intelligimus ea, quæ nobis dicuntur.* nil melius intus exiſtens prohibet extraneum, totus internus eſt affectus ad hominum laudes audiendas, vbi Deum loquentem in oratione, ac te inſtruentem intelligere potes.

Idem.

Receperunt mercedem ſuam. Pulchrè adnotat Chryſoſt. *vbi ſuprà*, ponderans ly *receperunt*, Domini voluntatem eſſe, vt ab illo mercedem reciperent: at, quia ipſi magis hominum appetierunt, factum vt ipſe eos remunerari non poſſit, *receperunt*, ait, *quia Deus retributionem, quæ eſt ab ipſo, retribuere vellet, illi autem eam, quæ eſt ab hominibus, vſurpant.*

10.
Quanto bono ſe priuat qui vanè orat.

In quibus verbis duo habes, & maxima; *primum* Dei deſiderium per orationem nobis benefaciendi, & *ſecundum* quanto ſe bono priuat, qui ad laudem captandam orat, dum omni Dei mercede vacuus, etiam illius, quam in hac vita habere poterat, nullum etiam temporale aucupans bonum, vana tantùm hominum gloria ſe repletum inaniter inuenit.

Nvm. 6. Tu autem cùm oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio, ora Patrem tuum in abſcondito, & Pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi?

Senſus litteralis, & moralis.

Chryſoſt.
Theophyl.
Ianſen.
1.
Quid per cubiculum.

INtra in cubiculum. Quid per *cubiculum?* Placet Chryſoſt. & Theophyl. verum cubiculum intelligi, ac eo ſenſu quo Ianſen. non quòd publicam orationem Chriſtus excludat, ſed quòd inanem gloriam interminetur. nam ſicut qui intrans in cubiculũ ad aliquid agendum, dat intelligere quòd à nemine videri vult, vt de Ioſeph dicitur Gen. 39. n. 11. *accidit autem quadam die, vt intraret domum, & operis quidpiam abſque arbitris faceret.* hoc eſt, à nemine videri vellet, ſic nunc ad horum inſtar orandum ſuadet Chriſtus, intentionem videri, reprobans, non locum, vt bene Theophylact. *Quid igitur*, ait, *in Eccleſia non orabo? omnino, ſed recto animo, & citra oſtentationem. locus enim non nocet, ſed modus, & intentio.* nam, vt ſuprà ex Chryſoſt. docebamus, in cubiculo orat, etſi in Eccleſia, qui ſolum Deum attendit, & in publico, etiamſi in cubiculo, volens vt homines id ſciãt, videantque ſe orare; cautela ergo eſt, vt bene Ianſen. non præceptum ad vanam præſeruandam gloriam, cùm, vt bene ipſe, publica oratio in Eccleſiis, & publica loca inſtituta ad orandum à principio naſcentis Eccleſiæ tum antiquæ, tum nouæ, ſemper fuerunt, & publica ipſa oratio ad multum vtilis, *primum*, ait, *vt ex ſolemni beneficio-*

2.
Oratio publica ad multa vtilis.

rum commemoratione, omnium animi ad agendas gratias, & precandum Dei miſericordiam accendantur ardentius; ſecundum, vt feruentioris alicuius exemplum tepidorum ſocordiam excitet, & diſpellat; tertium, vt omnibus precibus fraterna charitas foueatur, & creſcat; quartum, vt multorũ conſentientium ſimul oratio apud Deum ſit acceptior, & magis exaudibilis. hincque factum vt in ſacris Religionibus communis inſtituatur oratio; in Eccleſia omnes conuenientes, cubicula excludentes priuata, vt in noſtra aliiſque, ex quibus apparet, quàm ſanctè ſit illud inſtitutum, quantoque ſingulorum emolumento.

Hugo.
3.
Orationis fructus.

Ad ſecretum ergo orationis nos Chriſtus animat, cuius fructus vnico tractu enumerat Hugo Card. ſic luculenter, vt difficile ſit extra illos aliquem alium reperire; quapropter piaculum me facturum intelligerem, niſi etiam currenti tractu illos tibi non apponerem fortaſſis de oratione diſſerturo, *primò ait, oratio deſiderium accendit*, 4. Reg. 1. & 3. Reg. 18. *deſcendit ignis ad orationẽ Eliæ.* Secundò *cor ſerenat*, 1. Reg. 16. *quando malignus ſpiritus agitabat Saul, Dauid canebat cithara.* Tertiò *caſum cauet*, Iſa. 48. *laude mea infrenabo te.* Quartò *diabolum fugat*, 1. Machab. 4. *Tuba cecinerunt, qui erant cum Iuda*, &c. Quintò *torporem animi excitat*, Eccl. 18. *ne impediaris orare ſemper.* Sextò *veniam peccati impetrat.* 2. Reg. 12. *poſtquam Dauid orauit, audiuit: Tranſlatum eſt peccatum tuum.* Septimò *vitam ad pœnitentiam faciendam prolongat*, 4. Reg. 20. *de Ezechia, cui ex oratione additi ſunt quindecim anni.* Octauò *ſanctitatem corporis impetrat*, Eccl. 38. *fili, in tua infirmitate ne deſpicias te ipſum, ſed ora Deum.* Nonò *Deum iratũ mitigat.* Tob. 3. *in oratione perſiſtens.* vbi Gloſſ. *oratio Deum iratum.* Leuit. 10. *gratiam impetrat.* Luc. 1. *Zacharia Ioannem impetrauit.* Vndecimò *ſapientiam & ſcientiam obtinet.* 3. Reg. 3. *ex illa Salomon ſuam impetrauit ſapientiam.* Duodecimò *à carcere peccati liberat.* Ioan. 2. *poſtquam Ionas orauit, eſt liberatus.* Decimotertiò *temporalia multiplicat bona, & aufert à malis.* 3. Reg. 17. *per orationem Eliæ clauſum eſt cœlum per eandem apertum.* Decimoquartò *confortat, & audaciam præſtat*, Iudith 9. Decimoquintò *opprobrium tollit.* Tob. 3. *de Anna filia Raguelis.* Decimoſextò *pacem, & quietem conſeruat*, ad Timoth. 2. *Obſecro fieri obſecrationes, vt tranquillam vitam agamus.* Decimoſeptimò *docet quid agendum*, 2. Paral. 20. *cùm ignoremus quod agere debeamus*, &c. En quanta admirabilia ex oratione, vnde verè & propriè nihil extra eam, hinc pauperrimus qui non orat, quod etſi de omni oratione intelligendum, præcipuè tamen de mentali, vt hunc locum intellexit Hieron. vt mox dicemus. Hieron.

4.
Cubiculum quid myſticè ſignificet.

Senſus ergo litteralis, vt diximus, de vero cubiculo eſt, at myſticus multiplex. D. Hieron. *per clauſum cubiculum intelligit, compreſſa labia, & mentalem orationem, ſed mihi videtur hoc magis eſſe præceptum, vt incluſa pectoris cogitatione, labiiſque compreſſis oremus Dominum, quod & Annam in Regum volumine feciſſe legimus.* Sanctus Auguſt. *de ſerm. Domini*, per cubiculum, cordis intelligit ſecretum, à quo dum oramus, omnes amandandæ cogitationes, *per cubicula noſtra ſunt intelligenda corda. Oſtium eſt carnalis ſenſus. foris ſunt omnia temporalia, quæ per ſenſum cogitationes noſtras penetrant, & turba variarum phantaſmatum orantibus obſtrepunt.* Caſſ. *coll.* 9. ipſum ſecretum cordis, ſic ſecretum, vt nec noſtris inimicis pateat quid oramus, *cũ ſummo etiã eſt orandũ ſilentio, vt ipſos quoque inimicos noſtros, qui orãtibus nobis maximè inſidiantur, lateat noſtra petitionis intentio.* magiſtraliter, & qui præclarã indicat orationẽ ſic ſecretam, vt ne ipſemet eam intelligat orans, vt ex Ant. Auguſt. Caſſ.

Cyprian. affert idem Caſſ. *ibid. cap.* 30. Cyprian. *de orat. Domini*, per cubiculum ipſam orationis attentionem, *qua autem ſegnitia eſt*, ait, *alienari, & capi ineptis cogitationibus, & prophanis, & quomodo te audiri à Deo poſtulas, cùm te ipſum non audis, hoc eſt ab hoſte non cauere, hoc eſt Deum negligentia orationis offendere.* Grauis ſententia, & quam pro dignitate nunc expendere non vacat, ad orationem accedimus, vt à Deo impetremus, volumus vt ipſe nos audiat, & in illa ſic diſtracti aſſiſtimus, vt nec nos ipſos audimus. quid hoc? nunquid ſacrificium placans? an potiùs negligentia irritans? iterum

August. Auguſt. *vbi ſuprà cap.* 6. per cubiculum cordis abſconditum, ac interiorem illam intelligit orationem vnionis ſic abſconditam, vt neque Angeli eam intelligant, ſed tantùm Pater, cum quo ſolus abſconditus, qui orat, ſic, vt aiebat

Chryſoſt. Chryſoſt. in Imperf. *nemo ibi niſi ille, qui orat, & ille quem orat. claudendũ ergo*

Auguſt. *eſt oſtium*, ait Auguſt. *id eſt, carnali ſenſui reſiſtendum, vt oratio ſpiritualis dirigatur ad Patrem, qua fit in intimis cordis, vbi oratur Pater in abſcondito.* Vltimò

Anſelm. Anſelmus per cubiculum clauſum ipſam conſcientiam intelligit, in qua nulla ſit peccati obſtrepatio, *aptiùs accipitur*, ait, *per cubiculum ſecretum conſcientia, in quo cubili oportet vt non ſit litigioſa vxor, id eſt, carnalitas, qua inquietet, & faciat foras vagari*

5. *Mentalis oratio cum peccato ſimul eſſe non poſſunt.* *mentem, non permittens ſibi quieſcere.* Inter alias hæc Anſelmi myſtica intelligentia ampliùs mihi arridet, cùm, mea ſententia, ad praxim magis propria, impoſſibile namque reputo peccatis ac ſordibus mortalium infectum poſſe orare, aut enim peccata deſerenda, aut ipſa oratio, quod experientia multoties didici, & tanquam expertus affirmo, conſulenti orationem ſæpe reſponderunt, impoſſibile, quia reclamante conſcientia, in illa ſiſtere non poterant; quàm malum ergo omen erit, quando vir ſpiritualis, aut religioſus orationem refugit.

Et Pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi.

Ianſen. Deuotè & verè Ianſen. in his verbis Dei miſericor-

6. *Dei miſericordia quàm magna orationem remunerans.* diam obſeruat, dum mercede dignum reputat id ipſum orare ad noſtram ſuccurrendam miſeriam, *Dei miſericordia cum admiratione obſeruãda*, ait, *quia pro eo quoque quod rogatur, à nobis merces promittitur bonis à Deo danda; quis enim Princeps mercede dignum putat, quod a quibuſdam rogatur, & non potius ſummum beneficium deputat ſe impediſſe, quod oranti autem, ſuique copiam exhibuerit.* hinc rectiſſimè etiam obſeruat, & hic non dixiſſe, *dabit*, ſed *reddet, veluti*, ait, *debitor nobis factus*, ſic impenſus Deus ad nobis dandum, ſic noſtrum procurat bonum, vt pro ſeruitio, ac dato habet ipſam expoſtulationem; quid amplius de Dei bonitate excogitari poteſt.

NVM. 7. Orantes autem, nolite multum loqui, ſicut Ethnici, putant enim, quòd in multiloquio ſuo exaudiantur.

Senſus litteralis, & moralis.

1. *Gentiles quomodo orabãt, & in quo efficaciam reponebant orationis.* NOlite multum loqui, ſicut Ethnici, &c. Ab altero orationis vitio, nempe Ethnicorum, (hoc eſt, externæ gentis homines veri Dei cultu deſtituti, quemadmodum Gentiles) nos auocat, qui ad modum hominum, cum Diis ſuis alloquentes, effectum orationis reponebant in eius ornatu, ac vana dicendi eloquentia, pro qua re

Ianſen. Adnotandum cum Ianſen. omnibuſque reliquis expoſitoribus, ly *nolite multum loqui*, in Græco eſſe μὴ βαττολογήσητε, ſignificans, vanam, inutilem, futilem, ac iocundem repetitionem in oratione, quæ communiter *battologia* ſolet dici, à Batto quodam Poëta illa ſubtiliter vſus; ex hoc ergo communiter omnes intelligunt, non prohibuiſſe Dominum prolongatam orationem, cùm ipſe in ea pernoctauerit, neque iteratam, cùm & ipſe in horto eundem ſermonẽ ter repetierit, ſed vanam, multiloquam, concinnatam, ad morem Gentilium, putantes ex concinnitate ad inſtar hominum Deum inflectere, non plus de Deo reputantes, ac de quodam homine, vnde bene Ianſen. ſicut à vitio hypocriſis priùs nos amouere voluit ex nomine abominabili hypocritarum; ſic nunc ex nomine Ethnicorum, & Gentilium, qui, vt obſeruat Anſelm. putabant aut carminibus concinnis Deos aliò ſtantes ad ſe aduocare, aut non ex affectu orationis, ſed ex continuitate verborum illos inflectere ad dandum, quod orabant, quod omne, vt vides, contra ſummam Dei eſt maieſtatem, ſcientiam, ac prouidentiam, vnde appoſitè ait Dominus, *putant enim quòd in multiloquio ſuo exaudiantur*, non ex oratione, ac precatione, ſed ex multiloquio, ex battologia, ex recitatione ac concinnitate, vt ſic dicam, verſuum exaudiantur. hic eſt verus ac litteralis huius ſententiæ ſenſus: at nunc audiamus Patres.

Auguſt.de ſerm. Domini, lib. 2. cap. 7. *Sicut hypocritarum*, ait, *eſt præbere ſe ſpectandos in oratione, quorum fructus eſt placere ſe hominibus; ita Ethnicorum in multiloquio ſe putare exaudiri*, & *epiſt.* 121. *ad Probum, cap.* 9. *in medio, tom.* 2. ſe ampliùs explicans, quid ſcilicet Dominus per multum loqui intelligat, ſic ait, *non tamen, vt quidam putant, hoc eſt orare in multiloquio, ſi diutiùs oretur, aliud eſt ſermo multus, aliud diuturnus affectus. nam & de ipſo Domino ſcriptum eſt, quod pernoctauerit in oratione, & prolixiùs orauerit, vt nobis præberet exemplum.* In qua Auguſt. ſententia illa ſunt ponderanda, ſcilicet, *aliud eſt ſermo multus, & aliud diuturnus affectus*, in quibus tangitur in quo conſiſtat veritas diuturnæ orationis, & quando diuturnè orandum, quando ſcilicet durat affectus, qui nunquam dum durat eſt interrompendus: at verò quando ille non adeſt, ſanius ſecundùm Patrum ſententiam frequenter, non diu orare, Caſſ. coll. 9. cap. vlt. *frequenter, ſed breuiter eſt orandum, ne immorantibus nobis inſerere aliquid noſtro cordi inſidiantur poſſit iniudicem.* hinc vſus orationum iaculatarum apud ipſos ſanctiſſimos Patres, vt refert idem Auguſt. vbi ſuprà. *Dicuntur*, ait, *fratres in Ægypto crebras quidem habere orationes, ſed eas tamen breuiſſimas, & raptim quodammodo iaculatas*; cuius rationem ſubiungens ſequitur, *ne illa violenter erepta, quæ oranti plurimũ eſt neceſſaria, per productiones moras hebetetur intentio.* magiſtraliter enim loquitur, ex natura ad ima, ad caduca, ad temporalia, ad vana ducimur, & diſtrahimur, hinc cum violentia ad vnum, imaginationem, ac ſpeculationem fingimus, quid inde vt ſi multum & diu oremus, defatigata langueſcat, hinc conſultum vt ne hebetetur, non diu, ſed ſæpe orare, tandiu vſquequò illa durat deuota attentio, vnde ſequens Sanctus ait, *ac per hoc ipſo ſatis oſtendunt, hanc intentionem ſic non eſſe obtundendam, ſi perdurare non poteſt, ita ſi perdurauerit, non citò eſſe rumpendam.* Sanum conſilium, non ſic defatigandum in oratione, vt oppreſſa natura ipſam perhorreſcat, at quando tempus iuuat, & gratia affulgente adeſt deuota intentio, non eſt abrumpenda,

Auguſt.

2. *Orato diuturnè quando conueniat, quando autem frequenter, non diuturna.* Caſſ.

3. *Orationum iaculatarum frequens vſus apud Patres, eius que ratio.*

4. abrompenda, ſed tunc prolixiùs orandum. Vnde
Oratio quomodo fundenda.
cócludens Sanctus ſic magiſtraliter ait, *abſit autem ab oratione multa locutio, ſed non deſit multa deprecatio, ſi feruens perſeuerat intentio. nam multum loqui eſt in orando rem neceſſariam ſuperfluis agere verbis, multum autem precari eſt eum, quem precamur, diuturna cordis exercitatione pulſare. nam plerumque hoc negotium plus gemitibus, quam ſermonibus agitur, plus fletu, quam afflatu.* Veriſſimè, hinc Gregor. 33. mor.
Gregor.
cap. 21. *Veraciter orare eſt amaros in compunctione gemitus, & non compoſita verba reſonare*, & Cyprianus
Cyprian.
de oratione Domini, *nec admonendus eſt clamoribus, qui cogitationes hominum videt, vt infrà.*

At cur Gentiles multiloquio in oratione vtebantur? triplici de cauſa reſpondet Hug. Cardin.
Hug. Card.
5 *primò*, vt Deos abſentes, vel aliud facientes ad ſe
Gentiles cur multiloquio in oratione vtebantur.
reuocarent. 3. *Reg.* 18. de ſacerdotibus Baal, quos irridens Elias dicebat, *clamate voce maiori, & forſitan loquitur, aut in diuerſorio eſt*, &c. *Secundò*, vt per multiloquium ſuam intentionem dæmonibus iodicarent, quam ex ſe ſcire non poterant, quæ eſt ratio etiam Gloſſ. *Tertiò*, vt per verborum compoſitionem & multiplicationem Deos ſuos ad miſerendum inflecterent, hinc optimè Chryſoſt. hom. 10.
Chryſoſt.
Orationi, ait, inquit Apoſtolus inſtantes, nõ tamen iubet decem millium verſuum orationem componere, ſed corde tenus enuntiare; vnde rectè Auguſt. de ſerm. Domi-
Auguſt.
ni, cap. 7. *Omne multiloquium à Gentilibus venit, qui exercendæ linguæ potius, quàm mundando animo dabant operam, & hoc ſtudij genus etiam ad Deum prece flectendum transferre conabantur.*

6. Adnectam vltimò ſententiam Chryſoſt. qui per
Multiloquio vtuntur in oratione qui vana petunt.
Chryſoſt.
multiloquium in oratione intelligit petitionem temporalium, & inutilium, vnde ait, *diſſuadet in hoc inanem locutionem in orando, puta cùm non petimus decentia Deo, ſed potentatus, & gloriam, & inimicos ſuperare, & pecuniarum abundantiam.* ſenſus moralis, & verus, ex quibus deducitur totam orationem in his inſumere ſuperfluis ac vanis, potius Gentiliſmum ſapere, quàm Chriſtianiſmum, à quo meritò Chriſtus Dominus noſter nos auocare intendit; ſenſus ergo, vt dixi, eſt moralis, nam litteralis eſt quem ex Patribus adduximus, vanam ſcilicet eloquentiam & battologiam more Gentilium à ſuis Chriſtum auertere intentare; vnde ſequitur,

---

Nvm. 8. Nolite ergo aſſimilari eis; ſcit enim Pater veſter, quid opus ſit vobis, antequam petatis eum.

Senſus litteralis, & moralis.

1. SCit enim Pater veſter, &c. Aduertendum cum Caiet. non prohibitam omnem locutionem,
In oratione nõ omnis locutio, ſed ſuperflua interdicitur.
Caiet.
ſed multam ac ſuperfluam, vanam, & quæ infidelitatem ſapit, quaſi quòd Deus neſciat, quid opus habeamus, vnde, vt bene ipſe, non omnis locutio eſt prohibita, quia neceſſaria eſt communi hominis conditioni. nam ait, *ſumus compoſiti ex anima & corpore, & naturali curſu excitatur animus orantis loquendo, paucorum enim perfectorum eſt ſine exteriori ſermone prouocari ad mentes, ac affectus eleuationem ad Deum petendo, quod eſt orare.*

2. Ex hac Caiet. ſententia ſoluitur illa quæſtio,
Quare Deum orandus, etſi ſciat, quid petere debemus, & quo indigeamus.
Hieron.
quam hæreſim Philoſophorum fuiſſe affirmat Hieron. *in hunc locum*, nempè quòd ſi Deus nouit antequam oremus, quid orabimus, & ſcit, quid opus habeamus; ergo fruſtrà illum orabimus. à qua hæreſi, vt interim hoc dicam, parum abſunt

Laur. Aponte in Euang. Matth. Tom. II.

illi ſpirituales, qui ex virtute reſignationis reputãt imperfectionem Deum orare, aut non orandum, ſed tantùm omnino Deo fidendum, & voluntati eius tantùm nos reſignando, ſic vt etiam & ipſam orationem interdicant Dominicam, tanquam pe- 3.
Quàm parum ab hæreſi diſtet opinio illorum qui petitiones interdicit, & præcipuè orationem Dominicam.
titiones continentem, quas ipſi omnino refugiunt, hoc, inquam, cùm vniuerſaliter illud non intelligant, neque eorum ſit intentionis orationem excludere, ſed tantùm mortificare affectum, ideo dixi non eſſe hæreſim, ſed parum ab illa diſtare, niſi prudens adhibeatur modus, & omnino tanquam falſa, vt minus quid dicam, explodatur illa interminatio orationis Dominicæ, cùm ali- 4.
Oratio Dominica ex præcepto recitanda.
quorum ſit opinio eam recitare, non ſolùm eſſe conſilium, ſed præceptum, vnde obſeruant, antequam recitetur Eccleſiam præmittere, *præceptis ſalutaribus moniti.* Videndus eſt Torres 1. 2. *tract. de* Torres.
religione, q. 83. *art.* 9. *in præambulo, num.* 3. qui multos affert Doctores præceptum affirmantes eſſe poſitiuum, cum quibus conſentit hîc Abulenſ. *q.* 125. Abulenſ.
errant ergo, cùm vera illa reſignatio ſit, quæ in ſe Dei voluntatem includit; hæc autem eſt, vt ab illo petamus, rationibus quas infrà adducemus, attamen vt cum reſignatione, humilitate ſine perturbatione noſtra ſit petitio, itaque, mea ſententia, errant, in principiis reſignationis, ob quod nullo modo audiendi, neque eorum doctrina amplectenda, tanquam in Dei Eccleſia noua, & periculis plena, vtpote proxima in hæreſim incidere illorum Philoſophorum, de quibus aiebat Hieron. Hieron.
quòd dicebantur, *ſi nouit Deus quid oremus, & antequam petamus, ſcit, quo indigeamus, fruſtrà ſcienti loquimur*, quibus aptiſſimè ille reſpondit, *non narratores nos eſſe, ſed rogatores, aliud eſt narrare ignoranti, aliud petere ſcienti*, cui accinens Chryſoſt. *hîc hom.* Chryſoſt.
19. ſic ait, *Orandum eſt, non vt Deum doceas, ſed inflectas, vt familiaris efficiaris interpellationis frequentia, vt humilieris orando, vtque peccatorum tuorum ſæpe recorderis.* Ex qua Chryſoſtomi ſententia rationes habes, quare etſi Deus ſcit quibus indigeamus, tamẽ neceſſaria ſit oratio, quibus adde, & quæ Aug. Auguſt.
epiſt. 121. ad Probam. *Ideo, ait, per interualla temporum etiam verbis rogamus Deum, vt illis rerum ſignis nos ipſos admoneamus, quantumque in hoc deſiderio profecerimus, nobis ipſis innoteſcamus, & ad hoc agendum nos ipſos acriùs excitemus, ne varijs curis, quod tepeſcere cœperat, omnino frigeſcat, & penitus extinguatur, niſi crebriùs inflammetur*, quibus dictis egregiè quæſtionem ſoluens ſic concludit. *Nobis ergo neceſſaria ſunt verba quibus commoneamur, & inſpiciamus, quid petamus, non quibus Dominum ſeu docendum, ſiue flectendum eſſe credamus.* Nil meliùs ergo, etſi Deus ſciat, quid nobis neceſſarium, orandũ, etiam non ſolùm ſpiritu, ſed voce, nõ quia ipſe voce noſtra indigeat, ſed quia illo nos indigemus, rationibus dictis.

Ex hac doctrina illud habes, Dominum non reprobare multiloquium in oratione vt ſic, ſed multiloquium Ethnicum, Gentilium nempe, qui non in affectu, ſed in verbis tantùm confidentiam reponebant orationis, ex qua excellens Ianſen. eruit documentum, quantum ſcilicet ſit deteſtanda aliquorum Chriſtianorum peruerſa conſuetudo, qui non ſolùm orationem in multiloquio ponunt, ſed, quod fœdius putant, ex ſolo multiloquio, ſine deuotione, attentione, ac reuerentia poſſe exaudiri. *Poſtremò patet*, ait, *quam ſit deteſtanda aliquorum* 6.
Oratio vocalis distracta quàm inutilis, & deteſtanda.
Chriſtianorum peruerſa conſuetudo, qui non ſolùm laborant eo vitio, quod hîc in Ethnicis Saluator notat, ſed huic, & aliud etiam grauius addunt, existimantes non ſolùm in multiloquio Deum exaudire, ſed etiam

ſolis verbis ſine mente prolatis, idque cum tanta celoritate, ac lingua volubilitate, vt nec, ſi vellent, ſe ipſos intelligere poſſent, ac propterea cum tali animi diſtractione, & exteriori corporis irreuerentia, vt planè oſtendant ſe nulla Dei pietate, nulloque timore capi, ſic orantes, quo modo nec Ethnici ſuos Deos orare auſi fuiſſent, nec quiſquam homo hominem, etiam ſi parem, ne dum Principem, aut Regem. quot verba, tot ſententiæ, inimo tot veritates, ſi præſentem Chriſtianorum ſtatum cernas, in quibus potius obmurmuratio verius aliquorum, quàm oratio dici poteſt, ampla ad diſcurrendum materia, niſi aliò res auocarent infinitæ propemodum dicendæ.

NVM. 9. Sic ergo vos orabitis: Pater noſter qui es in cœlis, ſanctificetur nomen tuum.

Senſus litteralis, & moralis.

SIc ergo vos orabitis. Græcè, *ſic ergo orate vos.* in quibus verbis emphaſim adnotat, & meritò,

Ianſen. Ianſen. *vos*, quaſi diceret, qui laudem apud Deum, non apud homines quærere debetis, qui meliùs docti à me eſtis, dum non multitudine verborum, ſed magno orantis affectu orare, vos qui non ſicut Iudæi, *Dominus Deus noſter*, ſed, *Pater noſter*, Deum inuocare debetis.

1. *Chriſtus Dominam ſemel, an bis orationem Dominicam docuit.* At antequam vltrà progrediamur, ſoluenda eſt quæſtiuncula illa, vtrùm ſcilicet bis, an ſemel tantùm orationem Dominicam Dominus docuerit. & dubitandi cauſa eſt, quod Lucas ſcribit *c.*11. primò Dominum à diſcipulis rogatum, vt eos orare doceret, *Domine, doce nos orare*; at hîc ſponte affirmat

Maldon. Matthæus Dominum illam tradidiſſe, Mald. propendet ſemel tantùm eam Chriſtum docuiſſe, Matthæum verò vnico tractu appoſuiſſe, quæ Chriſtus variis ſermonibus dixit. Mihi magis placet opinio

Euthym. Rupert. Tolet. Euthymij *Luc.*11. Rupert. *hic*, Tolet. *Luc.*11. bis Chriſtum eam docuiſſe, *primò* hîc ad omnem turbam, *ſecundò* ad Apoſtolos ſpeciatim ab illis rogatus, vt eos doceret orare, quaſi aliquid aliud excellentius experentes, vt bene aduorat Rupert. eandem recitauit, ex reiteratione indicans nullam aliam prorſus inueniri poſſe meliorem, vti re vera, vt mox dicemus.

August. Bed. Ianſen. Maldon. Adnotandum inſuper cum Auguſtino *epiſt. ad Probam* 1XI. *cap.* 12. Beda *in hunc locum.* Ianſ. Mald. ac recentioribus, non neceſſariò in oratione ſemper iiſdem prorſus verbis huius orationis vti, *liberum enim eſt*, ait Auguſt. *alijs atque alijs verbis eadem, quæ hæc oratio continet, dicere, ſed non debet eſſe liberum alia dicere.* nam & Chriſtus etiam aliis

2. *Nil petendum extra ea, quæ ſunt in oratione Dominica, licèt alijs verbis petatur.* verbis orauit Matth. 16. *Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte, verùm tamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu.* in quibus etſi diuerſa ſint verba, tamen eadem ſubſtantia; licet ergo aliis verbis, ſed non alia. nam quidquid boni, quidquid perfectionis, omnes ſimul continere poſſunt petitiones; in hac tantùm breuiſſima oratione includitur, vt mox dicemus, vnde quando aliud ſublimitatis ac diuinitatis in ſe non retineret, niſi tanta breuitate omnium perfectionum, ſummam

3. *Oratio Dominica breuiarium Euangelij.* in ſe includere; quapropter veriſſimè Tertull. *breuiarium Euangelij eam appellauit, lib. de oratione*, ſupra omnes ſe eleuaret, & eius authorem non hominem, ſed Deum demonſtraret, quod amplius patebit, ſi qua poſſumus breuitate eius excellentiam ac ſufficientiam demonſtrabimus.

Enimvero ſi excellentia huius orationis ſan-ctiſſimæ ſupra cæteras pro dignitate eſſet tractanda, equidem prius mihi vita deficeret, quàm eam

4. *Orationis Dominicæ excellentia.* explicarem, vt videat, attendatque qui hæc legerit, quantum Chriſto debeamus, dum illum orandi modum nobis præſtitit, ad cuius excellentiam declarandam impares omnes ſunt, & humanæ repetiuntur vires, ob quod cùm ad finem optamus peruenire huius laboris, & veloti in proſtibuloſimus mortis, vtpote iam ſexagenarij, & vltrà non poſſumus omnia ad voluntatem extendere, ideo breuitatis ergò duo tibi præſtabo, *primum* authores in quibus huius orationis excellentiam aſpicere potes; *ſecundum* autem indigitabo tantùm tibi eius excellentias, tu eas, mi lector, ſi tempus vacat, pondera, & libra.

Et quoad *primum*, tanta quidem eſt huius orationis excellentia, vt omnes ferè Patres antiqui, tumque moderni ſcriptores, præclara ſui monimenta in ea explicanda dederint, aliqui obiter, aliqui ex profeſſo. Accipe ergo eos, Cyprian. *in eius expoſitione*, Cyrill. Hieroſol. *catecheſ.* 2. *myſtagogica*, Chryſoſt. *homil de oratione Dominica.* Greg. Niſſen. *in hom. quinta decadis*, Ambroſ. *lib.* 1. *de Sacrament. cap* 4. Auguſt. *de ſerm. Domini in monte, cap.* 4. Caſſ. *coll* 9. *cap* 18. Chryſol. *ſerm.* 6. *& ſeqq.* Abulenſ. *in hoc cap.* Gabriel *ſuper canon Miſſæ, à lect.* 64. *vſque ad lect.* 79. Bellarm. 3 *tom controuerſ. vltima, lib.* 1. *cap.* 3. iterum Auguſt. *epiſt.* 1XI. *ad Probam, cap.* 11. *&* 12. *& in Enchirid. cap.* 115. *& ſerm.* 28. *de verbis Domini*, D Bernard *ſerm.* 6. *de Quadrageſ.* Innocentius Papa *lib.* 5. *de myſterijs Miſſæ, cap.* 17. D. Thom. *opuſc.* 7. aliique prorſus infiniti. Cyprian. Cyrill. Chryſoſt. Niſſen. Ambroſ. Auguſt. Caſſian. Chryſol. Abulenſ. Gabriel. Bellarm. Bernard. Innoc. D. Thom.

Quoad *ſecundum* autem, de præſtantia ſcilicet huius orationis ſupra cæteras, deque eius excellentiis, multi multa & varia, at eas quas affert Abulenſ. *hic quæſt.* 121. tibi proponam, vtpote quæ omnes eſt amplexatus. Abulenſ.

Prima ergo excellentia ſumitur ex parte authoris, qui eſt Deus, cæteræ verò quia ab hominibus non ſic ſunt excellentes, *qualibet enim res*, ait Abulenſ. *accipit dignitatem quamdam ab authore, iſta oratio ſola à Chriſto facta eſt, cætera autem ab hominibus*; ideo ex hoc excedit omnes alias in dignitate, vt ſacra Scriptura excedit omnes. *Prima excellentia ex authore, quæ ipſe à Deo.*

Secunda eſt, quia hæc oratio exaudibilior eſt cæteris. Ad rem Cyprian. de hac oratione, *qui dedit viuere, docuit & orare, vt dum orationem quam filius docuit, apud Patrem loquimur, faciliùs audiamur. Amica, & familiaris oratio eſt Dominum de ſuo rogare, agnoſcat Pater filij ſui verba, cùm precem facimus, & cùm ipſum Aduocatum habeamus apud Patrem pro peccatis noſtris, quando peccatores pro delictis noſtris petimus, Aduocati noſtri verba proponamus.* quot verba, tot rationes excellentiæ. *Secunda, quia exaudibilior.*

Tertia eſt, quia nunquam ſine fructu, pro quo affert Abul. Auguſt. affirmantem per iſtam orationem peccata venialia dimitti, quod non ſic in aliis orationibus, quod ſanè intelligendum, non ſcilicet quòd ex opere operato illa dimittat, ſed ex opere operantis, quatenus ſpecialiter in hac oratione dimiſſionem petimus noſtrorum delictorum, & vt ſic veriſſimum quod Auguſt. ait, & etiam quòd peculiaris ſit excellentia huius orationis, nam cæteræ non illud ſpecialiter ſaltem petunt. *Tertia nunquam ſine fructu.*

Quarta eſt eius compendioſa breuitas, in qua prorſus eſt admirabilis, cùm, vt planè Auguſt. *ad Probam*, Cyprian. & alij, ſic breuis eſt, vt ſimul contineat, quidquid petendum eſt, ſic prægnans, vt, ſicut probat Aug. *vbi ſuprà*, omnia quæ in Scriptura inueniuntur petita, reduci poſſunt ad ſeptem *Quarta eius compendioſa breuitas.* Auguſt. Cyprian.

petitiones

petitiones huius orationis, quod exemplificans ſic luculenter ait, *qui enim dicit: Clarificare in omnibus gentibus, ſicut in nobis es clarificatus*, 3. Reg. 8. *quid aliud dicit, quàm, ſanctificetur nomen tuum; qui dicit, Oſtende faciem tuam, & ſalui erimus*, Pſalm. 84. *quid aliud dicit, quam, adueniat regnum tuum. Qui enim dicit, greſſus meos dirige ſecundum eloquium tuum*, Pſalm. 118. *quid aliud dicit quàm, fiat voluntas tua; qui enim dicit, paupertatem, & diuitias ne dederis mihi*, Prouerb. 30. *quid aliud dicit, quam, panem noſtrum quotidianum da nobis hodie; qui enim dicit, Memento Domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius*, Pſalm. 131. *& illud, ſi reddidi retribuentibus mihi mala, quid aliud dicit, quàm, dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Qui enim dicit, aufer à me concupiſcentias ventris*, Eccleſ. 23. *quid aliud dicit, quàm, & ne nos inducas in tentationem; qui enim dicit, eripe me, Domine, à homine malo*, Pſalm. 39. *quid aliud dicit, quàm, libera nos à malo.* Vnde concludens Sanctus poſt ſtatutum nil penitus extra hanc orationem peti poſſe, quòd ſi aliquis aliquid aliud petat, culpabiliter petet; *quiſquis autem id dicit quod ad hanc euangelicam precem pertinere non poſſit, carnaliter erat, quod neſcio quando non dicatur illicitè, cùm renatos Dominus non doceat, niſi ſpiritualiter orare; qui autem dicit in oratione, Domine multiplica diuitias meas, & honores meos auge, & hoc dicit, eorum concupiſcentiam habens, non ad id attendens vt ex his ſecundùm Deum proſit hominibus, puto eum non inuenire in oratione Dominica, quibus poſſit has vota aptare. Quamobrem pudeat ſaltem petere, quod & pudet cupere.* hoc autem amplius patebit infrà quando de eius tractabimus ſufficientia.

Hug. Card.

5.

Chriſtus cur ſic breuem inſtituit orationem Dominicam.

At cur ſic breuem eam inſtituit Dominus? Eleganter omnia concluſit Hugo Cardinal. *vt citò ſciatur, vt facilius memoria commendetur, vt frequentius dicatur, vt tædium non faciat, vt de ignorantia eius nemo ſe excuſare valeat, vt citò Deum exaudire innuat.* nam, vt ait Gloſſ. *orationem compoſuit Chriſtus breuibus verbis, vt eſſet fiducia citò annuendi, qui breuiter vult rogari.* Adde ad hæc illam Cypriani. Quia omnibus dabatur, magnis, & paruis, doctis, & indoctis, debuit eſſe breuis, & dilucida, vt ab omnibus caperetur. *nam cùm Dominus Ieſus*, ait Cyprian. *omnibus venerit, & colligens doctos pariter, & indoctos, omni ſexui, & ætati præcepta ſalutis ediderit, præceptorum ſuorum fecit grande compendium, vt in diſciplina cæleſtium addiſcentium memoria non laboret, ſed quòd eſſet ſimplici fidei neceſſarium velociter diſceret.* hinc, & ob hanc rationem multorum extitit ſententia ſub præcepto cadere memoriter illam ſcire, quod probant ex Concilio Remenſ. *cap. 1. & de conſecratione, cap. 4.* Syluester *verb. oratio*, §. 8. adducit ſupplementum habentem partem affirmantem; ſed quidquid ſit de præcepto, equidem illud verum quòd in conſtitutionibus Apoſtolicis *lib. 7. cap. 23.* omnes Chriſtiani monentur, quolibet die illam fundere, & Gregor. Magnus *lib. 7. regiſtri, epiſt. 64.* inſtituit ſtatim poſt conſecrationem illam decantari, & in Concil. Tolet. IV. *can. 9.* iubetur nullo vnquam die hanc orationem intermitti, ob quod affirmat Cyprian. Cotidianam illam vocari. hinc Palud. *in 4. diſt. 19. quæſt. 1. num. 7.* tenet eſſe præceptum obligans ad veniale, illam quotidie priuatim recitare, eum ſequitur Nauarr. *in Enchiridion de orat. cap. 3. num. 12. & cap. 19. n. 2.* idem docet Durand. *lib. 2. de ritibus, cap. 46.* qui

Cyprian.

6.

Sub præcepto aliqui affirmant teneri memoriter ſcire orationē Dominicam, & ſub veniali eam ſemel quotidie recitare.

Syluester.

Conſt. Apoſt.

Greg. Magn.

Conc. Tolet.

Palud.

Nauarr.

Durand.

pro ſe adducit Clement. *lib. 6. conſtitut. cap. 25.* quod dixerim vt videas, quàm extra ſcopum illi vadunt, qui ob reſignationem reputant illam non eſſe recitandam, vt ſuprà dicebamus; meliùs Rupert. conſulit, nunquam hanc orationem à noſtro cadere debere ore, etſi magni in ſpiritu, *non tamen*, ait, *hæc oratio prima omnium orationum à noſtro ore cadere debet, ne videamur nobis ipſis magni, & orationis huius non indigentes.* Egregiè, & ſatis aptè ad calamitatem horum temporum, in quibus ſic altiſſima petunt, vt faſtidient communia ſecundùm ipſos, errantes in principiis, abſcondita neſcientes. Sed ad rem.

Quinta excellentia fiducia.

Quinta excellentia eſt fiducia ac ſecuritas obtinendi quatenus à Chriſto edita. nam ſi quis Regis filius petitionem alicui inſtrueret, vt à Rege aliquid peteret, nunquid non eum falleret ſi ſimul voluntatem non haberet, vt impetraret quod petit, aut in illa non apponeret quod ad impetrandum neceſſarium. hoc argumento vtitur Cyprianus ad ſuadendam hanc rationem, eiuſque fiduciam, eam Chriſtus Dei filius nobis ſtruxit, ipſe eam compoſuit, ipſe ad Patrem eam recitare nobis iniunxit; quid ergo, vt nos falleret totum hoc inſtituit? abſit, ergo cùm filius Patris, cùm omnes eius calleret voluntates, ſic eam inſtruxit, vt ſi certò ſciebat quòd ad dandum eum inflecteret; cum quanta ergo eam fiducia proferre ſupra cæteras debemus, ſimulque quantam ampliorem ex ea fiduciam haurire, quàm ex cæteris tenemur.

Sexta excellentia certitudo petendorum.

Abulenſ.

Sexta excellentia ſupra cæteras orationes eſt certitudo petendorum. nam, vt bene Abulenſ. *qui format aliquam orationem, non eſt certus omninò an placeat Deo, id quod petit: iſta autem oratio eſt in hoc certiſſima, & ſecuriſſima, ſumus enim certi, quidquid hîc petitur Deo placet, quia illud petendum inſtituit.*

Septima conuenientia cum omnibus qui illam fundunt.

Idem.

7.

Non omnes orationes, & petitiones ſingulis competunt, ideo eas recitātes ſæpe non exaudimur.

Septima eſt conuenientia cum omnibus. nam, vt bene idem, *cùm aliqui Sancti formauerint aliquas orationes quæ competebant, & nos recitamus eas, fortè non conueniūt nobis ſicut illis*, ob quod non exaudimur: at hæc oratio omnibus eſt conueniens, quia bona, quæ petuntur, ad omnes ſunt communia. hæc Abulenſ. doctrina valde eſt notanda, quia vera, ſæpe enim deuotiones, & vocales orationes multiplicamus aliquorum Sanctorum, qui ex illis aliquas obtinuerunt gratias, reputantes & nos ſimiliter eas reportaturos, & ſæpe fallimur, ob quod in anguſtias redacti deuotionem amittimus, non eſt defectus orationis, ſed conuenientiæ, quod enim vni conuenit, non conuenit alteri, vnde ſi illa oratio Sancto illi expediens, eiuſque ſimul impetratio, forſitan non tibi, hinc non exauditis; at non ſic in hac præclara oratione ea petit, quæ omnibus & ſingulis ſunt expedientia.

Octaua excellentia exceſſus in deuotione.

Octaua excellit in deuotione, cùm ordinariè deuotior cæteris profertur, quod ex duobus prouenire probat Abulenſ. ex eius breuitate, & ex charitate, quæ in ea exprimitur, tum ad Deum, tum ad proximum, dum ſemper in illa in plurali oratur.

Nona comprehenſio.

Cyprian.

Nona excellit in comprehenſione, omnia comprehendens, vt ſuprà diximus, *qualia ſunt fratres dilectiſſimi orationis Dominicæ ſacramenta*, ait Cyprianus vbi ſuprà, *quàm multa, quàm magna breuiter in ſermone collecta, ſed in virtute ſpiritualiter copioſa, vt nihil omninò prætermiſſum ſit, quod non in precibus atque orationibus noſtris cæleſtis doctrinæ compendio comprehendatur.*

Decima ordo petendorum. *Decima* excellentia eſt ordo petendorum, maximè in oratione neceſſarius, ne ſpiritualia corporalibus poſtponantur, ne viliora digniora antecedant, quod apprimè in hac oratione obſeruatum, vt in prompto eſt legenti.

Vndecima magna humilitas. Abulenſ. *Vndecima* eſt magna humilitas, qua hæc oratio fulcitur, ad impetrandum neceſſaria. *& hanc humilitatem*, ait Abulenſ. *quis profitetur, cum ſe peccatorem, & debitorem dicat.*

Duodecima remedium contra malum *Duodecima* eſt remedium contra malum quod eſt peccatum commiſſum, quod petimus nobis dimitti per illa, *& dimitte nobis debita noſtra.*

Decimatertia liberatio à timore peccatorum ſuperuenientium. *Decimatertia* eſt liberatio à timore peccatorum ſuperuenientium, ob quod petimus, *& ne nos inducas in tentationem.*

August. *Decimaquarta liberatio à malis exterioribus.* *Decimaquarta* eſt liberatio ab omnibus malis exterioribus, vnde Auguſt. ad Probam, *hoc vltimum quod in oratione Dominica poſitum eſt, tam latè patet, vt homo Chriſtianus in qualibet tribulatione conſtitutus, in hoc lachrymas fundat, hinc exordiatur, in hoc terminet orationem.*

Decimaquinta omnium deſideriorum complementum. *Decimaquinta* eſt, quia per eam omnia noſtra deſideria complentur, probat Abulenſ. quia id quod prohibet obtinere, eſt non fundi orationem in nomine Domini, Ioan. 16. *Vſque modò nihil petiſtis Patrem in nomine meo, petite & accipietis*, quod cùm ſit, *iſta oratio eſt*, ait, *in nomine filij, quia ab ipſo eſt facta, & ad Patrem dirigitur, ideo eſt conueniens ad omnia impetranda deſiderata*, eſt ratio, & vera.

Abulenſ. *Decimaſexta familiaritas cum Deo.* *Decimaſexta* tandem & vltima affirmat Abulenſ. quòd ſit familiaritas cum Deo, *quæ iſti*, ait, *orationi maximè competit propter dignitatem eius, qui inſtituit eam, quia idem eſt inſtitutor, & exauditor, & ob hoc incipit à familiaritate, cùm dicitur, Pater noſter, quia pater eſt nomen amoris, ac familiaritatis.* En vides, mi lector, quæ, qualia, & quanta, quamuis verum quod diximus, ſi pro dignitate tractanda priùs ipſa deficeret vita, tu ea pondera, & extende, ſi placet. nam nos ad eius ſufficientiam gradum facimus.

8\. *Orationis Dominicæ ſufficientia declaratur.* Et *primò* præmittendum cum Auguſt. *lib. 2. de ſermone Domini in monte*, cæteriſque orthodoxis, ſeptem eſſe petitiones in hac oratione contentas, licèt Tertull. & Niſſen. ſex velint, qui pro eadem reputant, *& ne nos inducas in tentationem*, &c. *ſed libera nos à malo.* At parum hoc refert, prima eſt, *ſanctificetur nomen tuum*, ſecunda *adueniat regnum tuum*, tertia *fiat voluntas tua*. quarta *panem noſtrum ſuperſubſtantialem da nobis hodie*, quinta *dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris*, ſexta *& ne nos inducas in tentationem*. ſeptima *ſed libera nos à malo.*

9\. *Septem ſunt petitiones in illa.*

At dices, apud Lucam tantùm quinque eſſe petitiones, *c. 11. n. 1. & 2.* & cùm eadẽ ſit ratio, videtur quinque, non ſeptem eas debere dici. nos qui ſuprà tenuimus bis Dominum hanc docuiſſe orationem, de facili nos expediemus. & cur breuiùs apud Lucam illam docuit, optima eſt Roperti coniectura, vt diſcipulum illum rudem doceret, etiam breuibus poſſe orari, dum forſitan ille magnam aliquam expectaret, non contentus huius orationis breuitate: at ij, qui dicunt eandem prorſus eſſe, & non bis Dominum eam docuiſſe, cum D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 83. *art.* 9. *ad* 4. reſpondere poſſunt Lucam prætermiſiſſe tertiam, quia repetitionem æſtimauit duarum præmiſſarum, *quia*, vt ait Chryſoſt. *ad hoc præcipuum voluntas Dei tendit, vt eius ſanctitatem agnoſcamus, & cum ipſo regnemus*; ſeptimum autem etiam omiſit, nempe, *ſed libera nos à malo, vt ſciat vnuſquiſque*, ait Chryſoſt. *in eo ſe liberari à malo, quod non infertur in tentationem.* Ex qua doctrina concluditur virtute Lucæ orationem ſeptem illas petitiones continere, quas hic Matthæus poſuit. his ergo ſic prælibatis,

Rupert.

Chryſoſt.

Quoad ſufficientiam autem ſic dilucidè eam ſanctus tradit Thom. vt etſi multi diuerſa alia dicant, nullus ſic breuiter, ſic neruosè ac ipſe; ille enim *art. 9.* quem ſuprà citauimus, poſt iactum fundamentum in hac ſcilicet oratione, non ſolùm petenti omnia, quæ deſiderare poſſumus, ſed eo ordine, quo deſideranda, *vt ſic*, ait, *hac oratio non ſolùm inſtruat poſtulare, ſed etiam ſit informatiua totius noſtri affectus.* ad cuius ſufficientiam declarandam, tali vtitur diſcurſu, quem quoad poſſumus breuiter apponemus. Deſiderium noſtrum certum eſt quòd priùs tendit ad finem, deinde ad ea, quæ ſunt finis. Finis noſter eſt Deus, in hunc tendimus vno modo prout volumus gloriam eius, altero ſecundùm quod volumus frui gloria eius, hinc prima petitio eſt, *glorificetur nomen tuum*; ad finem autem hunc nos ordinat aliquid dupliciter, vno modo per ſe, alio modo per accidens; per ſe nos ordinat bonum, quod eſt vtile in finem: vtile autem in finem beatitudinis eſt dupliciter, vno modo directè, & principaliter, ſecundùm meritum Deo obediendo, & ſecundùm hoc ponitur tertia petitio, *fiat voluntas tua.* Alio modo inſtrumentaliter, & quaſi nos coadiuuans ad merendum, & ſecundùm hoc ponitur quarta petitio, *panem noſtrum quotidianum da nobis hodie*, ſiue intelligatur de pane ſacramentali, ſiue corporali; per accidens autem ordinamur in beatitudinem per remotionem prohibentis, & ſecundùm hoc tria ſunt, quæ à beatitudine nos remouent, *primò* peccatum, & vt ſic eſt quinta petitio, *dimitte nobis debita noſtra. Secundò* tentatio, quæ nos impedit ab obſeruantia diuinæ voluntatis, & vt ſic eſt ſexta petitio, *& ne nos inducas in tentationem. Tertiò* eſt pœnalitas præſens quatenus impedit ſufficientiam vitæ, & ſic eſt ſeptima petitio, *ſed libera nos à malo.* Quid ſufficientius? ex quo, vt vides, à primo ad vltimum nil deeſt in hac diuiniſſima oratione, tum ad perfectè Deum colendum, honorandum, proſequendum, tum ad perfectè eo frui demerendum, vt ex hoc intelligas quantum Chriſto debeas, quantumque eius extitit beneficium, talem tibi orationem apponere, vt in ſumma quàm breuiſſima totam tuam & operari, & conſequi poſſes ſalutem. D. Thom.

At cur Chriſtus voluit ſuos docere & peculiariter de oratione inſtruere? *propter ſeptem*, ait Hugo Cardinal. primò, *vt Deus honoretur.* ſecundum *vt ab ipſo ſolo quod neceſſarium poſtuletur.* tertium *vt rogatus quod petitur, largiatur*, quartum *vt quid petendum ſit inſtruat*, quintum *vt humiliemur.* ſextum *vt nona petamus*, ſeptimum *vt cultus Dei oſtendatur diſſimilis cultui idolorum*, ex quibus omnibus in vnum collectis, hæc ſimul habes, præſtantiam ſcilicet, ac excellentiam huius orationis, eius ſufficientiam, ac demum rationes, ob quas eam Chriſtus docuit. Nunc ad eius explanationem, quoad poſſumus, perquam breuiter. 10. *Chriſtus cur de oratione voluit præcipuè ſuos docere.*

Pater noſter qui es in cælis. Præmittendum, hanc orationem diuidi in exordium, narrationem, & epilogum, vt notat D. Ambroſ. *lib. 1. de ſacram. cap* 4. Exordium conſiſtit in iſtis verbis, *Pater noſter qui es in cælis*, in quo vocando cùm Patrem ſummam eius miſericordiam manifeſtamus & dum eſſe in cœlis confitemur, eius potentiam, & excellentiam laudamus, quæ omnino iuxta D. Ambroſ. 11. *Oratio Dominica in tribus diuiditur.*

Iuxta Rhetoricæ regulas exordium includit cótinens largitorem beneuolum, attentũ, & propitium ex laudibus, docens nos Dominus ex hoc, quomodo ſcilicet noſtram orationem incipere debeamus, vt grati, vt beneuolenter, vt amoroſè ſuſcipiamur. Vnde Ambroſ. *Vide*, inquit, *vnde incipere debes orationem tuam, dic mihi, ſi velis, hominem rogare, & incipias, da mihi quod peto? nonne arrogans videtur oratio*, quæ omnia etſi Deo non ſunt neceſſaria, tamen nobis proficua, & digna, vt ſecundùm eius maieſtatem, altitudinem ac magnificentiam cum eo tractemus. Narratio autem conſiſtit in ſeptem petitionibus. Epilogus verò in vocula *Amen*, per quam petitur confirmatio omnium petitionum.

Idem.

12.
Nomen Patris quomodo hic accipiatur.

Pater. Duo hîc quæri poſſunt. *Primò* an hæc oratio dirigatur ad primam perſonam diuinæ Trinitatis primò & principaliter, an verò ad totam Trinitatem, quod eſt dicere, an nomen *Patris* accipiatur hîc notionaliter, an eſſentialiter. Moderni, vti Maldonat. Barrad. Torres 2. 2. *q.* 33. *art.* 9. in expoſitione huius orationis volunt, quòd accipiatur eſſentialiter prout tribus perſonis communis. Probant *primò*, quia omnes paternitatis affectus, qui hîc petuntur, ſunt totius Trinitatis, & non ſolius perſonæ Patris. *Secundò* ſic diſcurrit Maldon. Si Pater dicitur qui creauit nos, & tota Trinitas nos creauit, ſi ratione conſeruationis, etiam tota Trinitas nos cõſeruat, ſi ratione redẽptionis etiam tota Trinitas nos redemit agendo, ſolus filius patiendo; itaque hac ratione iſte ſolus Pater dici deberet; tandem ſi per regenerationem etiam tota Trinitas nos regenerauit, nullum pro ſe afferunt Doctorem, ſolum quòd Marcell. Papa videtur illis fauere *epiſt. prima*. Contrariam tamen ſententiam tenent grauiſſimi Patres. Tertull. *lib. de orat.* Cyprian. *in expoſition. orat. Dominica.* Ambroſ. *vbi ſupr.* Auguſtin. *locis vbi ſuprà citatis.* Chryſoſt. Rupert. *hic*, Albert. *lib. de ſacrament.* vbi ait, *attolle oculum ad Patrem, qui per filium te redemit, & dic, Pater noſter*, qui omnes aſſerunt immediatè hanc orationem dirigi ad Patrem, licèt mediatè etiam filius & Spiritus ſanctus inuocentur. Hæc ſententia mihi placet, tum quia nil refert, omnes illas actiones, quas affert Maldonat. à tota Trinitate procedere, quin non poſſit hæc oratio ad Patrem principaliter dirigi, tanquam principium & totius Trinitatis fontem, vt eum appellat Auguſtinus. & licèt omnia opera ad extra ſint indiuiſa totius Trinitatis; tamen per attributionem ſcimus, quòd aliqua tribuantur vni perſonæ, aliqua alteri. ergo cùm nomen *Patris* primò, & principaliter per ſe ſert creationem, quæ Patri attribuitur, conuenientius in hac nomenclatura perſona ipſa Patris immediatè intelligitur, mediatè autem ipſe filius, & Spiritus ſanctus, & dum tantorum Patrum eſt, opinio non eſt quòd ab illa excidamus. *Secundò* cùm totus Chriſtus, vt in Euangeliis patet, ſit in clarificatione nominis ſui Patris ac genitoris. Vnde Ioan. 12. n. 28. *Pater clarifica nomen tuum.* cap. 15. n. 8 *in hoc clarificatus eſt Pater meus, vt fructum plurimum efficiatis, & efficiamini mei diſcipuli*, & alibi. profectò conuenientius eſt æſtimare ad clarificationem nominis ſui Patris, quam ipſe per ſanguinem ſuum noſtram faciebat, ſuam dirigere voluiſſe orationem, vt ſic omnis innoteſceret, & præcipuè Gentilibus edocẽdis ab Apoſtolis, vt ab omnibus clarificaretur, vt ad eum tanquam ad Trinitatis principium omnes occurrerent, vt illi præcipuè gratias referrent ex acceptis, & tandem vt illum tota ſimul ſancta Trinitas innoteſceret; ergo licèt vtronis modo dicatur, parum refert, (hoc dixerim, vt liberum ſit, cuique ſecũdùm ſuam deuotionem affectumque, ſiue ad Patrem, ſiue ad totã ſanctiſſimam Trinitatem, hanc dirigere orationem,) tamen, mea ſententia, conuenientius, ſecundùm tantorum Patrum authoritatem erit, ſi dicamus, hanc vocem *Pater*, eſſe notionalem, & primam dicere Trinitatis perſonam.

Maldon. Barrad. Torres.

Tertull. Cyprian. Ambroſ. Auguſt. Chryſoſt. Ropert. Albert.

Maldon.

31.
Qua ratione nomen Patris hic ponatur, an ratione creationis, an adoptionis.

Secundò quæri hîc poteſt, qua ratione hæc interpellatio Patris hîc ponatur, an ratione creationis, an adoptionis? & breuiter reſpondeo cum Cypriano, Niſſen. Chryſoſtom. & Auguſt. quos affert & ſequitur Torres 2. 2. *quæſt.* 83. *art.* 5. in expoſitione orationis Dominicæ, *num.* 3. in toto rigore accipi Patrem ratione adoptionis. nam ratione creationis etiam irrationabilium Pater dici poteſt. Iob. 38. n. 28. *Quis eſt pater pluuiæ, & quis genuit ſtillas roris.* Hanc equidem quæſtiunculam non apponerem, cùm extra telam Scripturæ expoſitoris ſit, & potiùs ad Scholaſticum pertineat; ſed ideo appoſui, vt ex authoritate Niſſeni *oratione ſecunda in hanc Dominicam orationem*, grauem ad mores ſententiam eliciam, ipſe enim in eius eſt ſententia, vt peccator obſtinatus in peccato exiſtens nullo modo voluntatem habens à peccato exeundi mendaciter, ac iniurioſè hanc orationem dicat, cùm verè Deus Pater eius non ſit, ſed Diabolus, cùm iura adoptionis amiſerit per peccatum, audi ipſum, qui cùm ſuppoſuiſſet ad ſimilitudinem Dei debere exiſtere, qui Patrem Deum vocat, nempe ea præditus bonitate, qua diuinus Pater, ſic proſequitur. *Perſpicuum enim eſt, quòd ſi quis alicuius intelligentia particeps, non auſit vt ſit, cùm non eadem in ſe cernat, illam vocem ad Deum emittere, & dicere; Pater.* Cuius rationem ſubiungens, ſic luculenter ſequitur *Nam improba voluntate atque propoſiti Pater eſſe is, qui ſua natura bonus eſt, naturaliter non poteſt, neque vita contaminari ſanctus, neque eius, qui huc illuc circumagitur, is qui aliud fieri ac mutari non poteſt, neque mortificari per peccatum Pater vitæ. nam ſi quis expiatione nunc opus habens, ſe ipſum inſpiciens, & vitioſam conſcientiam ſuam agnoſcens plenam maculis, priuſquam à tot tantiſque malis expurgatus ſit, & Dei cognationi inſerat, & dicat Patri iuſto iniuſtus, puro impurus, contumelia ac conuitium planè ea verba fuerint, ſiquidem ſua nequitia Patrem Deum nominat.* Poſt quæ ſic concludit; *Siquis igitur graui, tardoque corde, atque mendacium quærens audet orationis verba vſurpare, ſciat is, quòd nõ cæleſtem Patrem inuocat, ſed infernum, qui & ipſe mendax eſt, & eius, quod in vnoquoque conflatur, mendacij Pater extitit ille, qui peccatum & peccati pater eſt.* Terribilis, ſed veriſſima ſententia, & ad quemlibet terrendum peccatorem valde vtilis, non diſputo, an peccet peccator orationem hanc recitans, mendaciter Deum Patrem appellans, ſaltem venialiter, vt aliquis forſitan ex hac Niſſeni ſententia educet, cùm ſentiam verè nullum committere peccatum atque mendacium, quatenus quantum ex ſe etiam eius ſit paratus Deus ſuum eſſe Patrem, tamen quod pondero eſt, veriſſimè peccatorem obſtinatum in peccato ius adoptionis pro tunc amiſiſſe, non eſſe filium, & Deum verè non eſſe Patrem ſuum ratione adoptionis, immo veriſſimè eius patrem eſſe Diabolum, & pro tunc filium eſſe gehennæ & infernalibus pœnis deſtinatum. qualis amplior ac maior miſeria?

Cyprian. Chryſoſt. Torres.

Niſſen.

14.
Peccatores obſtinato in peccato potius Deum inhonorant oratione Dominicam recitãtes, quàm honorem deferunt.

15.
Chriſtus cur in principio orationis Dominicæ nomen Patris impoſuit.

At cur in principio, nomen Patris Dei ſapientia in hac ſua præclara poſuit oratione? propè infinitas

ſinitas dant Sancti rationes, pereuttam breuiter.
Prima, quia nomen Patris, nomen eſt ſtatus noui
Teſtamenti. nam veteris erat ſeruorum; *vtitur*, ait
D.Thom. Auguſtin. lib.2. de ſerm. Domini cap.9. *voce noui
Teſtamenti populus nouus ad æternam hæreditatem
vocatus.* Hinc obſeruat *c.* 8. nunquam præcepium
in veteri Teſtameoto, vt Deum Pattem inuocarent,
ſed Dominum, *nuſquam*, ait, *inuenitur præceptum
populo Iſrael, vt diceret: Pater noſter, ſed Dominus
eis inſinuatus eſt, tanquam ſeruientibus, id eſt, ſecundùm
carnem viuentibus*, quod explicans, totamque
veluti quæſtionem illam dirimens, an ſcilicet
verè antiqui Patres filij erant Dei adoptiui, partemque
affirmantem concludens, vti eſt concludenda,
licèt in ſtatu eſſent ſeruituris, ſic ſequitur,
*hoc autem dico cùm mandata legis acciperent, quæ obſeruare
iubebantur.* Inflictis ſcilicet pœnis tanquam
ſeruis, non amore tanquam liberis. *Nam Prophetæ
ſæpè oſtendunt eumdem Dominum Deum etiam Patrem
eorum eſſe potuiſſe, ſi ab eius mandatis non oberrarent.
Secundò* Pattem propoſuit, vt filiorum dignitatis
memores Patri noſtro ſimiles ſimus: vn-
Cyprian. de Cyprianus, *meminiſſe debemus, quia quando Patrem
Deum dicimus, quaſi filij Dei agere debemus, vt
quomodo nos nobis placemus de Deo Patre, ſic ſibi ille
placeat de nobis.* Nil excellentius, nobis placemus
dum pro Patre Deum nos habere cogitamus; cur
ergo non efficiemus, vt ſimiliter & ſanctiſſimus
genitor ſibi complaceat nos habere pro filiis? vi-
Niſſen. de de hac re Niſſen. & Chryſolog. *ſerm.*67.68. &
Chryſolog. 71 & Auguſtin. *de ſerm. Domini, c.*8. *Tertia* patrem
Auguſt. appellari Deum iuſſit, vt beneficium cæleſtis ado-
Theoph. ptionis in memoriam reuocaret, ſic Theoph. *dicens,
Pater oſtendit ſibi, quanta bona ſis aſſecutus factus
filius Dei.* vide hîc Chryſoſtom. *Quarta* hoc
inſtituit ad erigendam fiduciam poſtulandi; *quid
Auguſt. enim*, ait Auguſtin. vbi ſuprà, *non det filijs petenti-
Bernard. bus, cùm hoc ante dederit vt eſſent filij.* vide Bernard.
ſerm. 15. in Cant. 5. *Patrem vocari* præcepit ad
commendandum egregium Dei colendi modum,
dum amore, & timore filiali cogimur Deum Patrem
colere. Pattem eum vocando, *hoc nomine Patris*,
ait Auguſt. vbi ſuprà, *charitas excitatur, quid
Idem. enim filijs charius debet eſſe, quàm Pater.* Sic etiam pari
modò & vt Pater timorem filialem illi exhibemus.
nam, vt bene idem Sanctus, *quanta cura animum
tangit, vt qui dicit, Pater noſter, tanto Patre non
ſit indignus.* Omnia equidem exquiſita, & ad mores
apta, & præcipuè illa ratio, ne ſcilicet à tanto
Patre degeneremus, cùm, vt bene Niſſen. non ob
aliud tibi hoc præcipit, vt ſcilicet Pattem Deum
diceres, *niſi vt per diuinum inſtitutum te cæleſti Patri
ſimilem faceres.*

16. *Noſter.* Cur non *meus*? *Prima* ratio Cypriani,
Cur Pater noſter, & non meus. *vt admoneamur vnitatis & pacis quam debemus mutuo
conſeruare, vt fratres, ſi audiri volumus à Deo. Secunda*
ad retundendam ſuperbiam potentium ple-
Cyprian. beios, & ignobiles deſpicientium, ſic Auguſt. *lib.*2.
Auguſt. *de ſerm. Domini, cap.*8. *& ſerm. de temp.* 182. vide
Chryſoſt. Chryſoſtom. *hîc. Tertia* ratio propter abundantiora
orationum ſuffragia, & ampliorem fructum,
vnde egregiè Chryſoſtom. *pro ſe enim orare, neceſſitas
cogit, pro altero autem charitas fraternitatis hortatur,
dulcior autem ante Deum eſt oratio, non quam neceſſitas
tranſmittit, ſed quam charitas fraternitatis
Ambroſ. *commendat.* Vide Ambroſ. *lib.*1. *de Caim, & Abel,
cap.*9. Adde *quartam* & propriam, quia *Pater meus*
ſolius eſt Chriſti, qui filius eſt Dei naturalis, vo-
D.Th. de D.Th. hîc. *Non dicit, Pater meus, quia Chriſtus
voluit ſeruare, quod ſibi proprium eſt.* Luculenter Ru-
pert. *Vnus eſt filius primogenitus, & vnigenitus, non vt
nos gratia, ſed ſolus natura filius, cui conuenit dicere,
Pater mi, & Pater noſter nuſquam legitur dixiſſe.
Quia diſſimiliter illi & nobis Deus Pater illum genuit,
nos adoptauit.* Placet Maldonat. qui affirmat Pa- Maldon.
trem noſtrum nos Deum dicere reſpectu infidelium,
quorum Deus non eſt pater per regenerationem,
neque ipſi filij, vide apud ipſum.

Qui es in cælis. Empyreum intellige, quod eſt 17.
Dei thronus, & habitatio, vbi videtur, & præcipuè *Empyreum pluraliter ſæpè nominatur, & cur.*
colitur, neque faceſſat plurale. nam Empyreum
quatenus ſub ſe reliquos omnes cœlos continet,
in plurali nominatur. Pſalm. 148. *Laudate eum cæli* Theodor.
cælorum. vide Theodoret. *in Geneſ. quæſt.*11. & 14. Auguſt.
Auguſt. Ambroſ. Cyrill. pro cœlis Sanctos intelli- Ambroſ.
gunt, animaſque iuſtorum: at ſenſus eſt allegoricus,
primus litteralis.

At quare in hac oratione Deus in cœlis com- 18.
moratur? ſanè multas ob cauſas, *prima* ad indican- *Cur dicatur, qui es in cœlis.*
dum hæreditatem, quam ex Dei filiatione apud
Patrem ſperamus, non terrenam, ſed cœleſtem, Theophyl.
vnde Theoph. *Oſtendit tibi patriam tuam, & domum
paternam. Secunda*, vt a terrenis ad cœleſtia
nos ducat, *addit autem, qui eſt in cælis*, ait Chryſo- Chryſoſt.
ſtom. in Imperf. *vt ſciamus nos habere patriam cæleſtem,
& erubeſcant ſe terrenis rebus ſubſternere, qui
Patrem habent in cælis. Tertia*, vt orando terrena
deſeramus, vnde verus Chryſoſtom. hîc, *cùm*, inquit,
*Deum dicit eſſe in cælis, non ibi eum hoc dicendo
includit, ſed a terris abducit orantem, eumque ſupernis
habitaculis, ac regionibus affigit excelſis.* Accinit Cy- Cyprian.
prian. dicens, *non quidquam in oratione amittimus, quam
id ſolùm cogitet, quod precatur; quæ autem ſegnitia eſt
capi ineptis cogitationibus, cùm Dominum depreceris,
& quomodo te audiri à Deo poſtulas, cùm te ipſum non
audias.* Alibi hoc excellens ponderauimus dictum,
ideo hîc ſuperſedimus. *Quarta*, vt in oratione in
cœlis nos ſiſtamus, ſibique Deum præſentem habeamus,
ſic Bernard. in ſerm. de quatuor modis
orandi. *Porrò, ait, quamuis vbique ſit Deus, in cælo tamen
orandus eſt, ibique orationis tempore cogitandus, vt
mens noſtra non oratorij tecto, non aeris ſpatio, non
ipſa retardetur nubium denſitate, iuxta eam formam,
quæ nobis à Chriſto tradita eſt. vbi ait, ſic orabitis, Pater
noſter, qui eſt in cælis. Quinta*, vt de patria noſtra
admoniti peregrinationem hanc horreamus, ſic
Caſſ. *in coll. Abbatis Iſaac*, ideo *dicentes, qui eſt in cæ-* Caſſ.
*lis, vt commemorationem vitæ præſentis, qua in hac degimus
terra, velint peregrinam, & in hac peregrinatione
longiſſimè ſeparantem toto horrore vitantes, ad illam
potiùs regionem in qua Patrem noſtrum commorari fatemur,
ſummo deſiderio properemus. Sexta*, vt non inania
ab ipſo, ſed cœleſtia petamus, ſic Hug. *Luc.*11. Hug Card.
parum à principio, *ſi dixiſſet, qui vbique es, verum
dixiſſet, ſed ne inepta & inani mente vageremus, dixit,
qui es in cælis, vt mente radicata, quæ ſunt vtilia quæramus.
Septima*, vt credas potentiſſimum eſſe omnia
dare, ait idem Hugo. *Sicut pater exiſtens in cel-* Idem.
lario pleno, & referto omnium bonorum affluentia. vide
apud ipſum.

Sanctificetur nomen tuum. Tota difficultas horum
verborum intelligentiæ conſiſtit in explicando,
quid ſit *ſanctificare*, & quid, per ſanctificare Dei
nomen intelligatur, quo intellecto de facili erit,
varias Patrum intelligentias in concordiam redigere,
qui ob multiplices obſcurum hunc locum
reddiderunt, alioquin per ſe ſatis clarum. Pro
qua re 19.

Adnotandum, *primò* nôn eſſe idem clarificare *Quid ſit ſanctificare Deum.*
Deum, & ſanctificare Deum, ſi in rigore res eſſet

agenda

20 Nomen Dei clarificare & sanctificare idem.

Torres.

agenda. nam Dei clarificatio eſt nomẽ eius exclareſcere, eius notitiam deſiderare, illum manifeſtare. quæ omnia ad actum pertinent fidei, vt bene Torres 2.2. *quæſt.* 83. *art.* 9. in expoſitione huius orationis: at Deum ſanctificare, non ſolùm eſt in eum piè credere, ſed etiam adorare, colere, obſeruare, obedire, & ſic operibus bonis eum adorare, vt ex illis apud homines ſanctificetur, hoc eſt, ſanctus prædicetur, dum tales habet cultores, quæ omnia ad actum pertinent religionis, veram ſupponendo fidem. nam, vt bene Ianſ. glorificari velut ſpecies comprehenditur in ſanctificari, non enim eſt poſſibile, vt ſanctificetur, niſi priùs per rectam fidem clarificetur. Hoc ergo ſic intellecto, ſi per ſe loquendum eſt, hoc ſecundo modo Dei nominis ſanctificatio ſumenda eſt, vnde tantum eſt dicere, *ſanctificetur nomen tuum*, quantum nomen tuum ab omnibus honoretur, & colatur, ſicut ab omnibus timeatur, & ametur. nam, vt rectè Maldonat. *Tunc nomen Dei ſanctificari dicitur, cùm ab illis timetur, amatur, colitur, cùm eius augetur gloria, cùm bonitas, cùm ſanctitas, cùm maieſtas celebratur*; vnde ſicut à contrario nomen eius blaſphematur, quando malum operatur, & præcipuè ab illis, qui bonum ex profeſſione operari deberent, vtpote Chriſtiani, & maximè qui religioſi, ſic nomen eius ſanctificatur quando operibus bonis colitur: at quia talis ſanctificatio ſupponit, vt diximus, veram Dei notitiam, ac proinde clarificationem, hinc factum, vt apud Sanctos ferè pro eodem accipiantur, & aliqui pro ſanctificatione extenſionem notitiæ ſui nominis intelligant, alij eius cultum, vt mox dicemus.

Ianſ.

Maldon.

21. *Dei ſanctificatio aliquando immediatè ab ipſo Deo, aliquando per homines.*

Secundò notandum ex Ianſ. hanc Dei ſanctificationem aliquando prouenire ab ipſomet Deo immediatè, aliquando ab hominibus: ab ipſomet Deo, vt quando per ſe declarat iuſtitiæ ſeueritatem, *Leuit.* 10. occiſis duobus filiis Aaron, ait ex parte Dei Moyſes, *ſanctificabor in iis, qui appropinquant mihi.* vnde Iſ. 5. num. 16. *& Deus ſanctus ſanctificabitur in iuſtitia*, vt ex hinc qui Deo propinquiores, ſi malè vixerint, ampliùs timeant; aliquando verò dicitur ſanctificari per ſe ipſum ex ſuæ miſericordiæ manifeſtatione, vnde Ezech. 20. num. 41. *In odorem ſuauitatis ſuſcipiam vos, & ſanctificabor in vobis in oculis nationum.* Ab hominibus autem prouenit talis ſanctificatio, quando, vt diximus, operibus bonis, ac ſanctis eum colunt, vnde Iſai. 8. num. 13. *Dominum exercituum ipſum ſanctificate, ipſe ſit timor veſter.* & 1. Petr. 3. num. 15. *Dominum Ieſum Chriſtum ipſum ſanctificate in cordibus veſtris.*

22. *Quo ſenſu Dei nominis ſanctificatio deſiderari poſſit.*

Tertiò notandum quòd cùm Deus in ſe ſanctus ſit, & ſanctiſſimus infinitè, ſic vt nullo modo intrinſecè poſſit ampliùs eſſe ſanctus, quàm nunc eſt, & ab æterno fuit, euenit, vt ampliorem ei deſiderare intrinſecam ſanctitatem non poſſimus, aut aliquam ei ſanctitatem refundere, quam non habeat; hinc quando ampliorem ei ſanctitatem per hanc orationem ei deſideramus, & nobis Magiſter noſter præcipit deſiderare, nil aliud eſt, niſi vt extrinſecè nomen eius extendatur, colatur, veneretur, quod cùm ſit, optimè Ianſ. affirmat in his verbis hæc omnia nos Deo optare, *primum*, vt nomen Dei inclareſcat, & cognoſcatur apud gentes; *ſecundum*, vt nomen Dei, quod trinum & vnum apud Iudæos celebre fiat & ſanctum, dum illud ignorabant; *tertium*, vt apud fideles ſanctum habeatur nomen eius, & veluti ſanctum vita ac moribus colant, lingua prædicent, cordeque pio veneretur, tandem ait, *in genere optamus, vt cui ſoli omnis debetur gloria, & ſanctitas, in omnibus, & per omnes, & apud omnes ſanctificetur, ita vt nemo gloriam illi debitam vſurpet, aut alteri tribuat, nec ſit, qui ſacroſanctum nomen eius vel vita, vel lingua, aut quauis ratione dedecore afficiat.*

Ianſ.

23. *Sancti totam Dei gloriam ſic æſtimant, ac ſi eſſet ſua, pro qua ei gratias referunt.*

Omnia hæc apta & vera; ſed neſcio quid etiam altius ſubodoror in his verbis, vt ſcilicet non ſolùm velimus, ac optemus omnia illa quæ Ianſ. ſed etiam vt de ſanctitate, quam habet, & ab æterno habuit, glorietur illi, gaudeamus, applaudamus, ſummiſque votis optemus, vt ſic dicam, vt in æternum ſanctificetur, etiamſi in æternum ſanctificabitur, quod equidem eſt ille perfectiſſimus amoris actus, quo Sancti de gloria, magnificentia, beatitudine ac Dei maieſtate, in cœlis gaudeant, tripudiant, ac exultent, pro ſua illam æſtimantes, ſic vt de ea gratias illi reddant, iuxta quæ ſancta Dei Eccleſia edocta, canit in Angelorum hymno, *Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam.* Singularis modus dicendi. Cui enim gratias damus, quia magnus? bene quidem ei congratulamur, at gratias referre inſolens, ſanè in terris hoc, non in cœlis, reſpectu hominum, non reſpectu Dei; ſic enim Sancti gloriam Dei ſuam reputant, vt totum Dei eſſe ſuum æſtiment beneficium, plus de ea gaudentes in Deo, quàm ſi ipſi eam poſſiderent, hinc veluti de beneficio gratias illi referunt. Vnde Eccleſia, *gratias agimus.* Sic nunc etſi Deus ex ſe ſanctus, infinitè ſanctus, ſemper & in æternum ſanctus, vult, & nos docet Magiſter ille diuinus, vtpote in ſchola amoris verſatus, vt talem Deo ſanctitatem adhuc optemus, deſideremus, de illa gaudeamus, &, ſi poſſibile eſſet, vt adhuc creſceret, & quia impoſſibile intrinſecè, ſaltem extrinſecè de ſua infinita illi applaudentes ſanctitate, ſummis optantes votis, ac veluti ei congratulantes, dicenteſque *ſanctificetur nomen tuum.*

August.

His ergo ſic intellectis, nunc de facili exiſtet, & etiam Sanctos intelligere. Auguſt. ad clarificationem Dei nominis *primò* hæc verba referens *epiſt.* 122. *de orando Deo, c.* 11. ſic ait, *cùm dicit, ſanctificetur nomen tuum, nos ipſos admonemus deſiderare vt nomen eius, quod ſemper ſanctum eſt, etiam apud homines ſanctum habeatur, & lib.* 1. *de ſerm. Domini, cap.* 10. ad Dei cultum hæc referens, ſic ait, *ſanctificetur nomen tuum, quod non ſic petitur, quaſi non ſit ſanctum nomen eius, ſed vt ſanctum habeatur ab hominibus, id eſt, ita illis innoteſcat Deus, vt non exiſtiment aliquid ſanctius, quod magis offendere timeant.* Tertull. *de oratione*, ad noſtram ſanctitatem iſta referens, ſic ait, *Petere vt nomen Dei ſanctificetur, nil aliud eſt, quàm petere vt ſanctos omnes homines efficiat.* Chryſoſtom. *hic.* Hilar. *in Pſal.* 174. Cyrill. *Catecheſ* 5 *myſtagogica.* Niſſen. *orat.* 3. *in hanc orationem*, Hieron. & Rupert. *hic*, & cum iſtis omnes moderni aſſerunt in his verbis nos petere vt ex bonis noſtris operibus ſanctificetur, ac glorificetur Deus, quæ interpretatio eſt propriiſſima, ac germaniſſima, neque vllius conſiderationis eſt incommodum illud quod aliqui afferunt, vt illam minus probent, nempe quia videtur potius peti noſtra ſanctificatio, quàm Dei. nam noſtra ſanctificatio, aiunt, videtur peti in tertia petitione, nempe, in adimpletione Dei voluntatis, nil refert, dico. nam talis ſanctificatio non petitur hîc in ordine ad nos, ſed in ordine ad Deum, non in ordine ad ipſam ſanctificationem tanquam bonum noſtrum, ſed tanquam Dei bonum; quapropter germaniſſima eſt tantorum Sanctorum intelli-

Tertull.

Chryſoſt.
Hilar.
Cyrill.
Niſſen.
Hieronym.
Rupert.

Chryſoſt. intelligentia, *rogare iubet orantem*, ait Chryſoſtom. *Deum per noſtram glorificare vitam ac ſi dicat, Ita fac nos viuere, vt per nos vniuerſa te glorificent.*

Cyprian. Ambroſ. Auguſt. Cyprian. Ambroſ. *lib. 1. de ſacrament.* immo & ipſemet Auguſt. *de perſeuerantia*, volunt, vt in his verbis perſeuerantia petatur bonorum operum, noſtræque ſanctificationis, vnde Cyprian. *opus eſt nobis continua ſanctificatione, vt qui quotidie delinquimus, delicta noſtra ſanctificatione aſſidua purgemus*; ſenſus minus proprius, at non ſolùm non contemnendus, ſed obſeruandus, & exercitandus; quid enim nocebit ſic hanc ſententiam intelligere, & continuè ex illa in bonis perſeuerantiam à Deo expoſcere; ſanè conſultius.

Nvm. 10. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo, & in terra.

Senſus litteralis, & moralis.

1. *Quid regnū, & quid illud aduenire.* ADueniat regnum tuum. Quid regnum, & quid ſit illud *aduenire*, multi multa, & variæ ſunt opiniones, pro quibus intelligendis,

Adnotandum ex Ianſ. & aliis, quatuor modis regnum Dei vſurpari poſſe. *Primò* pro Dei imperio in totum orbem, iuxta illud Pſalm. 144. *regnum*

2. *Regnum Dei quatuor modis vſurpari poteſt.* *tuum regnum omnium ſæculorum.* *Secundò* accipitur pro regno gratiæ, quod regnum eſt ſpirituale, in quo Deus regnat in hominibus qui eius præcepta obſeruant, de quo *Lucæ* 17. dicitur, *regnum Dei intra vos eſt.* *Tertiò* accipitur pro beatitudine, ac regno cœleſti, in quo Sancti cum Deo fruũtur. *Quartò* & vltimò pro die iudicij, quando perfectiſſimè Chriſtus omnibus debellatis inimicis, ac contrariis potentiis, omnia ſub pedibus Patris poſita, detruſis inimicis in inferni carceribus, erit *Deus in omnibus*; iuxta has ergo varias regni Dei intelligentias variæ ſunt Sanctorum acceptiones.

In *prima* acceptione videtur illud accipi Auguſt. Auguſt. *lib. 2. de ſermon. Domini in monte*, non quòd hoc habeat *aduenire*, cùm iam abinde Deus regnet à principio, ſed, vt ipſe ait, vt hoc innoteſcat, vnde *lib. 83. qq. q. 69.* ſic ait, *plerumque Scriptura ſic loquitur, vt quod ſemper eſt, tunc fieri dicatur ab aliquo, cùm ab eo cognoſci cœperit; ita dicimus in oratione Dominica, ſanctificetur nomen tuum, quaſi aliquando ſanctum non ſit; ergo ſicut ſanctificetur ſanctum eſſe innoteſcat, ſic adueniat regnum tuum, manifeſtetur regnum tuum*, in quo loco ſubtiliſſimè explicat illud Paul. 1. ad Corinth. 15. *cùm tradiderit regnum Deo & Patri*; *id eſt*, ait, *Patrem regnare demonſtrauerit, vt per ſpeciem manifeſtationemque clareſcat, quod nunc à fidelibus creditur, & ab infidelibus non putatur. euacuauit omnem poteſtatem & principatum, manifeſtando vtique regnum Patris, vt omnibus notum ſit nullum principem, ac poteſtatem ſiue cæleſtium, ſiue terreſtrium per ſe habuiſſe aliquid principatus, & poteſtatis, ſed ab illo ex quo ſunt omnia.* Hæc Auguſtini acceptio non eſt contemnenda. nam optimè poteſt intelligi talis aduentus regni per talem clarificationem, nilque deperditur, vt ſic intelligendo deſideremus, optemuſque vt omnes qui fide carent, putantque Deum non regnare in terris, vtpote Gentiles, illud ſciant, & ſic in illis regnum Dei aduenire.

In *ſecunda* acceptione, nempe de regno gratiæ, in quo Deus in nobis regnat, & quod Chriſtus ſanguine ſuo Patri acquiſiuit, iuxta illud Apocal. 5. num. 10. *& feciſti nos Deo noſtro regnum*, multi Sancti hunc intelligunt locum. Ambr. *lib. 5. de* Ambroſ.

ſerm. Hier. *lib.* 39 Pelag. Auth. Imp. *hic.* Greg. Niſſ. Hieronym. Aut. Imp. Gregor. Niſſen. *in expoſitione huius orationis.* Enthym. Rup. aliique. Enthym. Hæc acceptio ſaniſſima eſt. nam in toto rigore per gratiam Deus dicitur in Scripturis regnare in nobis, ſicut peccatum quando ei ſubiicimur, vnde Paul. ad Rom. 6. num. 12. *non regnet peccatum in veſtro mortali corpore*, & cap. 5. num. 21. *ſicut regnauit peccatum in mortem, ita & gratia regnat per iuſtitiam in vitam æternam.* & cap. 4. *Non eſt regnum Dei eſca, & panis, ſed iuſtitia, & pax, & gaudium in Spiritu ſancto.*

In *tertia* acceptione, nempe de regno beatitudinis, in quo Sancti degunt, accipiunt hunc locum ferè omnes Patres. Tertull. *de oratio.* Cyprian. Cyrill. Chryſoſt. *hic.* Niſſen. Auguſt. Author. Imperf. Hugo Carthuſ. Ianſ. aliique, eſtque propriiſſima ac germana acceptio, cùm verè, mea ſententia, nihil aliud intendit hìc Chriſtus, niſi vt noſtram petamus ſalutem, & gloriam, deſiderantes ad illam peruenire, in qua iam Sancti degunt, petentes *diſſolui, & eſſe cum Chriſto.* Tertull. Cyprian. Cyrill. Chryſoſt. Auth. Imp. Hugo. Carthuſ. Ianſen.

Ab hac acceptione vti veriſſima, nec latum vnguem diſcederem, aliamque admitterem, niſi & quartam aſpicerem cum illa coincidentem, ſed pleniori ac auguſtiori ſenſu, vt ſic dicam, & quam ſimul amplectitur Auguſtin. *in Pſalm.* 118. Hieron. *vbi ſupra.* Theoph. Rupert. Ianſ. aliique moderni, hìc nempe per regnum Dei accipi pleniſſimum Chriſti regnum, pleniſſimamque beatitudinem noſtram cum illa, quod profectò erit, quando in die iudicij omnibus debellatis, & ſubactis pleniſſimè regnabit Deus, & Chriſtus in omnibus pacificè omnia iam gubernans & regens. Pro cuius pleniori intelligentia

Adnoto Regem à regendo dici: at in regendo duplex poteſt ſtatus conſiderari, *primus* totus poſitus in condendis legibus, in ſubiiciendo ſubditos, in debellando inimicos, in pacificanda Republica. *Secundus* quando iam omnibus debellatis, & perfectè ſubditis inſtructis pacificè, quietè ac glorioſè quis regnat, ad huius inſtar Dei, & Chriſti regnum cogitare poſſumus, nunc etſi regnat, tamen bellando, reſiſtendo, debellando: at poſt diem iudicij omnino pacificè, quietè ac altiſſime regnabit, immo & nos cum illo. nam tunc verè reges erimus, quando nihil iam amplius repugnante natura, perfectè noſtrarum paſſionum reges effecti illi ſubiiciemur, cuius ſeruire eſt Rupert. regnare, vnde egregiè Rupert. Apocal. 5 *nunc quidem*, ait, *quando corpora mortalia ſunt, cum labore & ſolicitudine regunt illa Sancti, in futuro autem in pace & ſerenitate ſuper illa regnabunt.* Hoc ergo ſic adnotato,

Senſus, & acceptio huius regni erit non ſolùm 2. *Vera ſpiritualis acceptio verborū: adueniat regnum tuum.* de beatitudine noſtra ac regno noſtro, vt tertia volebat opinio, ſed etiam de perfectiſſimo Dei regno, ac Chriſti dominatu, vnde non ſolùm noſtram petimus beatitudinem, ſed etiam perfectiſſimum regnum Chriſti, ob quod mihi amplius, vt dixi, hæc arridet acceptio, cùm verè ſit pleniſſima, & vndequaque perfectiſſima, tum noſtrum, tum Chriſti amplectatur regnum, quod ſummis Auguſt. votis etiam exquirere debemus, adhuc Auguſtin. in Pſalm. 118. *Quemadmodum*, ait, *ante Chriſti incarnationem, omnia vota piorum in primum Chriſti aduentum aſpiciebant; ita nunc par eſt, vt aſpiciant in* Cyprian. *ſecundum.* Luculentiſſimè Cyprianus, *poteſt*, ait, *& etiam ipſe Chriſtus eſſe regnum Dei, quem venire quotidie cupimus, cuius aduentus, vt cito nobis repræſentetur, optamus. nam cùm reſurrectio ipſe ſit, quia in ipſo*

reſur

reſurgimus, ſic & regnum Dei poteſt intelligi, quia in illo regnaturi ſumus. Pulchre quale amplius Dei regnum, quam Chriſtus, per quem & ipſe in hominibus regnat, & à quo illi omnia ſubiiciuntur, ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cœlis, & ex quibus Deus ampliùs eluceſcit Rex regum, & Dominus dominantium, quantum ex ſubiectione illius ſanctiſſimi, excelſi ac diuiniſſimi hominis, quatenus homo ſuper omnia, & quæ in terris, & quæ in cœlis excelſus, hinc rectiſſimè Chriſtus Dei regnum, quem citò venire nobis deſiderandum, quia ſicut ex reſurrectione eius corporis, noſtra reſurrectio, ſic ex eius regno, & noſtrum, quia ſicut per illum reſurgemus, ſic & per illum regnabimus. Rectè ergo per Dei regnum non ſolùm ipſam beatitudinem debemus intelligere, ſed etiam ipſum Chriſti regnum perfectiſſimum, quod impenſis votis optare debemus.

3. *Chriſtus cur regnum Dei deſiderare nos præcipit. Ianſ.*

At cur hoc ſuos deſiderare præcepit Dominus? Ad rem Ianſ. *hac precatione*, ait, *ſuos Dominus admonere voluit, debere ipſos eius eſſe conuerſationis, conſcientiæ, & fiducia, vt non formident regni Dei aduentum, ſed confiſi teſtimonio conſcientiæ ſuæ, & bonitati paternæ ſecurè illud expectent, non dubitantes ſe eius fore conſortes.* nam, vt ait Hieronym. vbi ſuprà *grandis eſt audacia, & puræ conſcientiæ poſtulare regnum Dei, quod non dabitur perfectè, niſi in tremendo iudicij die, & puris corde.* Quid dicis Hieronym. ergo ne puri conſcientiæ audaces erunt, & audaces vocas, ſi regnum Dei exoptent, ac tremendum iudicij diem? Pace tua, non audaces ego illos appellarem, ſed prudentes, ac modeſtos. nam ſi impij, ſcelerati, ac proſtituti peccatores, & ſummam etiam illam præſumunt beatitudinem, ac tremendum illum non formidant diem, cur tu audaces iuſtos dicis? at video Hieronym. reſpondentem, mihique ſubſannantem, dicentemque, ſi verè credo, prudenter tales beatitudinem ſperare, ac extremum illum diem expectare? reſpondeo, quòd imprudentiſſimè, & ineptiſſimè. ergo veneranda Hieron. ſententia etiam iuſtos audaces, ſi tremendum illum ſecuri expectent diem; ſed ad reliqua.

4. *De qua voluntate eſt hic ſermo.*

Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo, & in terra. Planum hìc non eſſe ſermonem de voluntate Dei abſoluta, & efficaci, quæ alio nomine *beneplaciti* dicitur, & quæ velit, nolit, homo impletur ſemper. nam cùm hæc ſit petitio, vt adimpleatur, fruſtrà eſſet, cùm ſemper impleatur, nulla etiam ſtante petitione; quomodo autem aliqui etiam de hac voluntate illud intelligunt, infrà dicemus. Reſtat ergo, vt petitio intelligatur de voluntate, quam vocant *ſigni*, quæ non eſt actus diuinæ voluntatis, ſed ſignum eius, quæ, vt volunt Theologi, nobis innoteſcit quintuplici ſigno, præcepto nempe, prohibitione, conſilio, operatione, & promiſſione,

5. *Voluntas ſigni quintuplex nobis innoteſcit.*

cuius voluntatis exercitium cùm à voluntate humana ſimul cum gratia pendeat, fit vt oratione indigeamus, ad hoc vt Deus gratia ſua adiuuante faciat, vt adimpleamus quod ipſe præcipit, non faciamus quod prohibet, operemur, quod conſulit, conformemur, quando facto aliquo nos ſuæ admonet voluntatis, tandem curramus quando aliquid nobis promittit, ſub conditione ſi illud faciamus; *petimus ergo*, ait Tertullian. de oratione, *ſubſtantiam, & facultatem voluntatis ſuæ ſubminiſtret nobis vt ſalui ſimus in cœlis & in terris*, & hoc vult vt oremus fieri, ſiue vt faciamus, nó minori obedientia, ac perfectione, ac in cœlis adimpletur, vt videas quantum nos diligit hic ſummus noſter Magiſter, vt quaſi ad inuidiam prouocatus, nolit nos in terris minori eſſe præditos perfectione, ac Angeli in cœlis, vt ſic in nobis Dei impleatur voluntas, ſeu, vt meliùs dicam, ſic à nobis in terris Dei impleatur, ac ab Angelis in cœlis, & licèt ſimus in terris, conuerſemur ac ſi in cœlis. quod pulchrè dixit Chryſoſtom. *hic*, dum rationem aſſignans cur poſt antecedentem petitionem, *adueniat*, ſcilicet, *regnum tuum*. In qua, vt diximus, beatitudo expetitur, ſequitur hæc petitio, ſic luculenter ait, *vides ne optimam conuenientiam. nam cùm deſiderium imperauit futurorum, atque ad perfectionem illam nos iuſſeris ſemper vrgeri, quandiu tamen illud non pertingimus, etiam hic degentes iubet conuerſationem cum cœli habitatoribus haberi communem, & antequam illa ſuperna præſtetur habitatio, cœlum quodammodo iuſſit fieri è terra, vt ſcilicet tales ſint etiam dum hic degunt, ita omnia faciant, & loquantur, quaſi prorſus conuerſentur in cœlo.* Nihil meliùs, anticipata ſolutione, vt ſic dicam, vult Chriſtus, vt ſui beatitudinem conſequantur, impatiens moræ, hoc equidem non poteſt fieri anticipata morte, fiat conuerſatione, fiat tractu, fiat diuinæ voluntatis executione, ac ſi in cœlis eſſemus, vt ex perfecta hac obedientia illos conſequamur diuinos effectus, quos ex illa Angeli conſequuntur in cœlis, nempe perenne gaudium, ſummam, & indicibilem pacem, fruitionem perpetuam, tranquillitatem perennem, in bono ſtabilitaté, cum Deo vnitatem, tandem ad illum ſtatum peruenire, vt verè quo ad hìc fieri poteſt, extra omnem ſit homo dolorem, ac perturbationem, impaſſibilitatem imitans Angelorum, quam poſſident in cœlis, quæ omnia perfecta ac heroica cauſat Dei executio voluntatis, ac cum ea perfecta concordia, ſiue in eam perfecta reſignatio, vt dicemus; nunc ergo ad litteram.

6. *Chriſtus quanta perfectione vult vt à nobis Dei voluntas impleatur.*

Chryſoſt.

Multipliciter à Sanctis hæc verba exponuntur, ſecundùm diuerſas acceptiones cœli, & terræ, quæ expoſitiones magis allegoricæ, quàm litterales. percurram breuiter. *Primò* Auguſtin. Cypr. & Tertullian. per cœlum intelligentes ſpiritum, qui cœleſtia ſuadet, per terram carnem, quæ terrena, affirmant, hìc peti, vt caro concordet cum ſpiritu, id eſt, ait Auguſtin. *vt ſicut ſpiritus non reſiſtit Deo, ita & corpus non reſiſtat ſpiritui.* Alij per cœlum intelligentes fideles, per terram infideles volunt vt petatur, quòd ſicut fideles Deo obediunt, ſic infideles, eſt Cyprian. & non diſplicet Auguſtin. Alij per cœlum Chriſtum, per terram Eccleſiam volunt intelligi, vt ſicut Chriſtus Dei obedit mandatis, ſic & Eccleſia, *vt ſicut in ipſo Ieſu Chriſto, ita & in Eccleſia*, ait Auguſtin. *tanquam in viro, qui Patris voluntatem implenit, ita & in fœmina, quæ illi deſponſata eſt*, quæ etiam videtur eſſe Tertullian. vt *infra* dicemus. Alij moderni volunt vt per cœlum materiale hoc cœlum intelligatur, quod ſicut ad vnguem Deo obedit per ſuos influxus, ſic homines Dei obediant voluntati. omnes interpretationes, vt vides, potius allegoricæ, quàm litterales.

7. *Sanctorum expoſitiones dictorum verborum.* Auguſt. Cyprian. Tertull.

Propiùs ad litteram accedit Tertullian., tripliciter hæc exponens verba, *primò*, vt tantum ſit petere, *fiat voluntas tua ſicut in cœlo, & in terra*, ac vt ſic viuamus in terris, vt poſſimus in cœlis ſimiliter facere eius voluntatem; *idem tamen eſt ſenſus petitionis*, ait, *vt in nobis fiat voluntas Dei in terris, vt poſſit fieri in cœlis. quid autem Deus vult, quam incedere nos ſecundùm ſuam diſciplinam, petimus ergo ſubſtantiam & facultatem voluntatis ſuæ ſubminiſtres nobis, & ſalui ſimus & in cœlis, & in terris, quia*

Idem.

ſumma

ſumma eſt voluntatis eius ſalus eorum, quos adoptauit. Hæc interpretatio coincidit cum cõmuni, vt mox dicemus. *Secũda* eſt, vt petamus Chriſti ſequi veſtigia, quæ expreſſa fuerunt Dei Patris manifeſta voluntas, *eſt & illa Dei voluntas,* ait, *quam Dominus administrauit prædicando, operando, ſuſtinendo, ſic enim ipſe pronunciauit non ſuam, ſed Patris facere voluntatem, ſine dubio quæ faciebat & erat voluntas Patris, ad quæ nunc nos velut ad exemplaria prouocamur, vt & prædicemus, & operemur, & ſuſtineamus ad mortem vſque, quæ & implere poſſimus, opus eſt Dei voluntate.* Pia interpretatio, ſed, vt vides, non litteralis, & cum illa coincidit, quam ſuprà retulimus ex Auguſtin. *Tertia* vt conformes ſemper ſimus Dei voluntati, etiam ſi mala nobis ingerat, nunquam malè de ea opinantes, patienterque omnia ſuſtinentes. *Item dicentes, fiat voluntas tua, vel eo nobis bene optamus, quòd nihil ſibi mali in Dei voluntate, etiam ſiquis pro meritis cuiuſque ſocius irrogatur iam hoc dicto ad ſufferentiam noſmetipſos promouemus.* At hæc interpretatio magis eſt conformatio cum Dei voluntate, quàm oratio, vt fiat, & magis eſt ſecundùm voluntatem Dei beneplaciti, quàm ſigni, vt mox dicemus.

5. *Litteralis & vera expoſitio.* Litteralis ergo, communis & vera ſententia eſt, per cœlum ipſum ſtatum intelligi beatorum, ipſoſque Angelos, ac beatos in illo degentes, noſque petere, vt ad modum illorum, & ſicut illi in cœlo Dei complent voluntatem, ſic nos, & in terra, eadem efficacitate, promptitudine, celeritate, ac obedientia. Sic Hieron. Chryſoſt. Author Imp. *hic*. Auguſt. Theoph. Euth. Ianſ. reliquique moderni, ex quo elucet, non ſolùm nobis præcepiſſe Dominum noſtrum orationem, vt Dei voluntas fiat vt ſic, ſed ad modum quo fit in cœlis, vt egregiè Ianſ. *Non ſimpliciter orare nos Dominus voluit,* ait, *vt fieret voluntas Patris, ſed ſicut in cœlo & in terra, hoc eſt, vt ab omnibus fiat in terris ſicut in cœlo, nemo eſt enim in cœlo, qui diuinæ eius voluntati reſiſtat, deinde vt integrè eius fiat voluntas: at non, quædam præcepta, quædam non; poſtremò, vt ex charitate alacriter, & libenter Dei voluntas adimpleatur.* Hic equidem eſt germaniſſimus huius petitionis ſenſus, in quo & cæteri omnes includuntur, vt patet diſcurrenti.

Chryſoſt. Hieronym. Auth. Imp. Auguſt. Theoph. Euthym. Ianſ.

6. *Chriſti ſummum ac diuinum magiſterium in quo exprimitur.* At dices, & quomodo poſſibile, vt hoc adimpleatur, & ſic plenè Dei fiat voluntas in terris ac ſit in cœlo. Sanè impoſſibile, non aliter loquendo: at hoc eſt Chriſti magiſterium altiſſimum, illa nobis deſiderare conſulens, quæ etſi ſciat, moraliter fieri non poſſe, tamen vult, vt tale ſit noſtrum perfectionis deſiderium, vt etiam ad impoſſibile extendatur, quod equidem eſt egregium documẽtum, ac Chriſtianæ perfectionis dignum deſideriũ. Ad rem Ianſ. *neque obſtat,* ait, *quod nunquam futurum ſit, vt ſic in terris fiat voluntas Dei, piorum enim eſt etiam ea deſiderare, quòd non futura ſciunt, & tamen debere fieri ſciunt.* Egregiè. ſic noſtra de perfectione deberent eſſe deſideria, vt ad impoſſibilia ſe extenderent, vt poſſibilia poſtea apprehendamus, de qua re vide quæ ſuprà diximus s. *tom. ann.* 7. &c, vt bene idem, ſaltem hoc petimus, etſi non totalem obedientiam aſſequi poſſimus, ſaltem minor ſit inobedientia, *deinde huiuſmodi voto precamur,* ait, *vt ſi non omnis inobedientia ceſſet in mundo, Patris tamen benignitate fiat, vt minor ſit inobedientia, & pauciores ſint qui eius voluntati per inobedientiam reſiſtant.*

Omnia hæc, vt diximus, de voluntate Dei, quæ dicitur, *ſigni*, procedere apertum eſt, non autem de voluntate beneplaciti, & abſoluta, vnde de prima, quòd omnes loquantur authores pro comperto eſſe debet, at etiam de abſoluta & efficaci, aliqui illud intelligunt, vt Tertull. *vbi ſuprà*, Tertull.
& Paſchaſ. Rhatbert. & recipit Ianſen. & de hac Paſchaſ. Rhatb. Ianſen.
voluntate, oratione, ſiue petitione intellecta, dicendum tum nos non peti, vt ex Dei gratia faciamus, quod ipſe iubet; ſed vt voluntati eius abſolutæ, & quæ aliter fieri non poteſt, conformes ſemper ſimus cum Deo, idem velle, idem nolle cum illo facti, quod profectò ſummæ eſt perfectionis, & quod nos Dominus noſter docuit in præclara illa in horto oratione, quando pro ſalute ſua orans, tamen Dei abſolutam proſpiciens voluntatem, ſtatim ſe illi ſubdens ac conformans, ait, *non mea, ſed tua voluntas, fiat.* Ad rem Tertull. *Dominus quoque ait, cùm ſubſtantia paſſionis infirmitatem carnis demonſtrare iam in ſua carne voluiſſet, Patri,* inquit, *transfer poculum iſtud, & recordatus, niſi quòd mea non, ſed tua fiat voluntas, ipſe erat voluntas, & Patris poteſtas, & tamen ad demonſtrationem ſufferentiæ debitæ voluntati ſe Patri tradidit.* Pulchrè; ipſe erat Patris voluntas, ipſe Patris poteſtas, ipſe cum Patre ſciebat abſolutè futuram paſſionem, quia ſic ipſe cum Patre vnus illud determinauerat, vnde impoſſibile vt non eueniret. Vnde ergo rogat, vt tranſeat? Ad infirmitatem carnis demonſtrandam reſpondet Tertull. hinc recordatus, quia impoſſibile, quia erat Patris voluntas, licèt etſi ipſe eſſet vt Deus Patris voluntas ac poteſtas, tamen tanquam ſi non eſſet, ad demonſtrationem ſufferentiæ debitæ voluntati ſe Patri tradidit vt homo, vt exemplo ſuo nos doceret cum diuina voluntate conformitatem, reſignationem, vnitatem, vt ſic dicam, in omni & quolibet euentu, firmiter de illa intelligentes nunquam futurum velle, quod nobis non bonum, etiamſi infirmæ carni non appareat bonum, vnde ad rem Paſchaſ. Rhat. *Nullus,* ait, *iſta ex affectu poteſt dicere, niſi qui pro certo credit omnia, quæ videntur, vel quæ non videntur, proſpera, vel aduerſa Deum pro noſtris vtilitatibus diſpenſare, oportet enim fide deuota credere magis eum de noſtra ſalute ſine vlla intermiſſione eſſe promtum, ac diſpenſatiuè ſollicitum, quàm nos ipſos pro nobis.* Nihil melius. Hincque qui ſic animatus, ac practicè inſtructus, impoſſibile vt ſimul non ſemper in bonitate de Deo cogitans, eius non ſit ſubditus voluntati, eius non ſit conformis operationi. Paſch. Rhat.

7. *Voluntati abſolutæ quomodo conformari debemus.*

Tandem placet adnectere vnum, quod aduertit S. Thom. *in epuſtulo de oratione Dominica,* quam omnino vide, non dixiſſe Dominum, *fac in nobis voluntatem tuam, ſed fiat voluntas tua;* cur hoc? *Vt intelligamus,* ait, *obſeruantiam mandatorum Dei non eſſe opus ſolius Dei, nec ſolius liberi arbitrij, ſed vtriuſque.* Ad rem Hug. ſidẽ aduertens, *vt vtriuſque opus neceſſarium demonſtraret,* ait, *quia homo Deum neceſſarium habet, vt Deus hominem ad iuſtitiam faciendam; ſicut nec ſemen ſine terra, nec terra ſine ſemine fructificat: ſic nec homo ſine Deo, nec Deus ſine homine iuſtitiam operatur in homine,* vt intelligas quòd quando petis, vt Dei voluntas fiat, non ſolùm Dei gratiam implorare, vt in te operetur, ſed etiam vt tu cooperetis, & illi aſſociatus ad labores, non totum Dei gratiæ relinquendo. nam velim ſcias hanc eſſe Dei voluntatem, vt tu cum illo, & tunc in te eius fiat voluntas, quando ſollicitus de tua ſalute cum illo laboras. S. Thom. Hugo.

8. *Cooperatio noſtra neceſſaria ad Dei voluntatem adimplendam.*

ANNOT. MORAL. LXXVI.

De bono reſignationis, ac propriæ voluntatis malo.

F*iat voluntas tua.* Statuendum firmiter omnimodam perfectionem in actu conſiſtere reſignationis, hoc eſt, cum Dei voluntatis conformitate, vnde quo quiſque cum illa vnitus, ſeu vnus factus, eo perfectior, euidenti ac demonſtratiuo hoc argumento conuincitur, ſupponendo perfectionem Chriſtianam in actu cõſiſtere charitatis.

1. *Charitas perfectionis menſura.*

Clarum hoc, tum apud Scripturã, tum apud Sanctos, tum apud Scholaſticos, non immorandum in eius probatione: vnde in hoc Euangelio Dominus c. 22. n. 38. *hoc eſt maximum & primum mandatum,* ad Coloſſ. 3. n. 14. *maior autem horum eſt charitas.*

2. *Reſignatio perfectiſſimus amoris actus.* Hieronym.

Hoc ergo ſuppoſito, perfectiſſimus amoris actus, eſt vnum velle, vnum nolle, ſic Hieron. ad Demetriadem, *eadem velle, eadem nolle, ea demum firma amicitia eſt.* Hinc aſtuta illa mulier ad Sanſonem, Iudic. 16. num. 15. *Quomodo dicis quòd amas me, cùm animus tuus non ſit mecum;* non vis quod ego volo te tractas facere quod peto, non in vnum tua mecum coincidit voluntas; vnde tuus amor? ergo quomodo dicis quòd amas me? Hinc Dominus noſter hoc bene callens, totam ſcilicet, ac omnimodam perfectionem in vnitate conſiſtere voluntatis humanæ cum diuina, in vltimo ſermone quando ad Patrem tranſiturus, hoc petit tanquam vltimum ac perfectiſſimum. Ioan. 17. n. 20. *Vt omnes vnum ſint, ſicut tu Pater in me, & ego in te, vt & ipſi in nobis vnum ſint.*

3. *Chriſtus vnitatem noſtræ voluntatis cũ diuina quàm arctè petijt vt eſſet.*

Duplicem vnitatem hic Dominus noſter petit fidelibus, vt bene aduertit Tolet. vnitatem fidei, & charitatis, per primam vnimur inter nos vnum corpus effecti; per ſecundam non ſolùm vnimur inter nos, ſed cum Deo, quam deificam vnionem, vt ſic dicam, vult vt ſic vna ſit per gratiam, ſicut ipſe eſt vnus cum Patre per naturam, ex quo efficiatur vt ſicut ipſe cum Patre vnus eſt voluntate, ſic & nos cum ipſo per gratiam vni ſimus, nihil noſtra à ſua diſcrepans voluntate, in qua vnica & ſumma conſiſtit perfectio. Hoc ergo ſic ſtatuto, quanta homini bona ex illa? equidem infinita.

Toletan.

4. *Reſignatio quanta bona ſecum aſſert.*

5. *Homo reſignatus vir dicitur fortis, ſpirans diuinitatem.*

Sit primum, illum virum conſtituere fortem, non mollem, virum, nõ fœminam, vt ſic dicam, & inſuper non virum ad guſtũ humanum, ſed diuinum, quod animaduertendum: vnde vir reſignatus, & Dei voluntati vnitus, guſtum ſapit non humanum, ſed deificum, non carnalem, ſed diuinam ſpirans naturam, hoc equidem mea ſententiam ſonant illa verba Samuëlis de Dauid 1. Reg. 13. n. 14. *Quæſiuit ſibi Dominus virum iuxta cor ſuum.* Pondero non dixiſſe hominem, ſed virum; cur hoc? ad denotandum equidem, eius animi fortitudinem, quæ viri nomine in Scripturis ſæpè exprimitur. 1 *Reg.* 16. Dauid ad Abner. *Nunquid non vir tu es,* hoc eſt, fortis, robuſtus. 3. *Reg.* 2. *n.* 3. ad Salomonem eius filium, *Confortare, & eſto vir*, hoc eſt, fortis, & robuſtus; ad denotandum ergo Dauid animi fortitudinẽ virum eum appellauit; at in quo talis fortitudo? profectò vt eſſet ſecundùm cor Dei; quid hoc? ni fallor, vt talis eſſet vir ſic robuſtus, & fortis, vt contra totam inferni potentiam, ac hominum reſiſtentiam omnes Dei exequeretur voluntates, vnde quaſi hunc locum explicans Paul. *Act.* 13. *n.* 22. ait, *inueni Dauid filium Ieſſe ſecundùm cor meum, qui faciat omnes voluntates meas.* En ratio. Vir ergo fuit Dauid, hoc eſt, robuſtus, fortis, ſecundùm cor Dei, quia omnes eſt exequutus eius voluntates, vnum velle, vnum nolle ſemper cum ipſo, quid inde, vt ex cõiunctione cum diuina voluntate ſpiraret quid diuinum, nõ humanum, tanquam ſpiritu diuino repletus; *dum enim Dauid ſanctiſſimus homo*, ait Chryſoſt. hom. de Dauid & Goliath, *ſecundùm cor Dei quidquid Deus cogitat gerit, quidquid mente concipit perficit, & cordi Dei cor proprium iungit, & menti eius mentem ſuam adnectit, ſic enim Dominus indiuiduo amore, & coniunctа charitate dilexit.* Quantum ſic, *vt ſancto Spiritu inundatus ſit,* infrà ait idem Sanctus; inundatus ergo ſancto Spiritu, hoc eſt, repletus, immo exundans Dauid, quid aliud ſapere, aut ſpirare poterat, niſi diuinitatem, admodum profectò eorum, qui aqua inundantur odoris. At vnde hoc? ſanè ex adimpletione omnium voluntatum diuinarum, & vnitate eius voluntatis cum diuina.

6. *Vir in Scriptura quid ſignificet.*

7. *Dauid perfectio quanta.* Chryſoſt.

8. *Reſignatis hominem cũſtituis ſummè pacificum inter aduerſa.*

Ex hoc ergo bono, nempe eſſe ſecundùm cor Dei, qui eius eſt voluntati reſignatus, prouenit & ſecundum, & ad talem gradum perfectionis accedit, quòd ſupra omnia conſtitutus in ſumma pace, & perenni quiete viuat, in omnibus enim aſpectis fructus excipiẽs gaudij & riſus, ſic vt in omnibus quibuſlibet aduerſis ſemper ipſe ſũma quiete perfruatur. Mirum hoc, ſed verũ, experti illud ſcient, cuius ratio eſt, quia ex vnione voluntatis cũ Deo, ad quam peruenerunt omnes eius exequentes voluntates, ob quod facti ſunt ſecundùm cor Dei, ad perfectiorem gradum aſcendẽtes, iam non ſolùm ipſi Deo placent, & Deo placere procurant, ſed vlteriùs ſe extendentes faciunt, vt Deus ſibi placeat, ſic vt quidquid à Deo fit, quidquid ordinatur, quidquid iubet, quidquid mali, aduerſi, aut laboris permittit, totum illis ſapiat, & veluti nihil dulce in ore amarum illud conuertatur, ex quo turbetur mundus totus, denique omnia inuertantur, fulguret Olympus, nubes terram aquis inundent, ſterilitatem campi deperdãt, graſſetur in orbe peſtis, pereant omnes fame, ipſi ſemper in ſumma ſtabũt pace, quia Deus eis ſapit, à quibus fiũt, hincque cęteris pereũtibus ipſi manna ſuſtentãtur Dei beneplacito, ac voluntate diuina. *Ieſus fatigatus ex itinere ſedebat ſic ſupra fontem,* ait Euangeliſta *Ioan. c.* 4 *n* 6 fatigatus non ſolùm ipſe, ſed & diſcipuli enecti fame, hinc ad ciuitatem ierant, *vt cibos emerent,* quibus adductis, *rogabant eum,* ait Ioan. n. 31. *dicentes, Rabbi, manduca.* Pondo ly *rogabant*; quid opus rogatione fatigato ex itinere, ac fame penè conſumpto? *Videntes eum fatigatum ex itinere,* ait Chryſoſt. hom. 33. *& æſtu, rogabant eum.* Mirum hoc vt fatigatus, & famelicus reſpuat cibos, ſic vt ad eos capeſſendos rogatione indigeat; ne mireris, amice, etſi extrinſecè ſol eum vſſerat, ſi intus fame premebatur, ſi iter eum defatigauerat; tamen plenus ſtabat, ſatur, non famem ſentiens, non defatigationem. Si quæris, vnde? quia diſcipulis reſpondit, *meus cibus eſt vt faciam voluntatem Patris mei.* En ratio, cur non fame premebatur, etſi cæteri eius diſcipuli ea laborabant, quia ſator diuina voluntate. *idoneus cibus filio Dei*, ait Orig. tom. 15. in Ioannem, *cùm actor paternæ voluntatis efficitur.* Satur ſtabat, quia placebat illi fames quatenus Dei erat voluntas vt fameſceret, non erat defatigatus, ſiue fatigationem non ſentiebat, quia voluntas Patris de eius fatigatione ei ſapiebat; ad rem ſatis hoc Bern. in ſententiis, vbi in ea, in qua quatuor diſtinguit gradus hominis profectus, tertium aſſignat eſſe *ſapientia amicum*, Deo cor ſuum præbens,

9. *Reſignatis Deus ſapit.*

Origen.

10. *Chriſti cibus voluntas Patris.*

Bernard.

ſic vt quidquid boni faciat, illud facit vt ſuo placeat authori, non ſuam, ſed diuinam requirens voluntatem, ad quem gradum ait, quod cùm quis peruenerit, nil aliud, affirmat, ei reſtat, niſi vt ad quartum aſcendat, qui eſt *eſſe ſapiens.* quem explicans ſic magiſtraliter ait, *hoc autem fit quando operatur, nõ vt ipſe Deo placeat, quod vtique in tertio feceras, ſed quia placet ei Deus.* Egregiè. equidem magna

11. *Summa hominis perfectio quæ.*

eſt perfectio operari vt Deo placeamus, & ad guſtum eius noſtras dirigere operationes, ſic vt in nobis eius impleatur voluntas. Quod equidem ſecundùm litteralem ſenſum, vt diximus, in hac petimus oratione: at etſi hæc magna eſt perfectio, tamen ſumma, & altiſſima, quãdo non ſolùm ſatagimus vt Deo placeamus, noſtraque illi placeant opera; ſed quando, vt ille eiúſque opera nobis placeant, ſiue proſpera ſint, ſiue aduerſa, ſiue amara, ſiue dulcia, ſic vt ei nos conformãdo in operibus, ſeu euentibus ab ipſo emanatis, qualiacumque illa ſint, ex animo, &, vt ſic dicam, actiuè dicamus, *fiat voluntas tua*, eam etſi amara, ſi triſtis, ſi dolorifica, ſi operoſa ſummis expetentes votis ipſam amaritudinem, dulcedinem reputantes; at qualis horum

12. *Perfectius reſignatus verò à ſtatu perfectionis cadit.*

ſtatus? penè beatus, penè cœleſtis, penè Angelicus, immò vt quid plùs dicã, ſupra ipſos Angelos, dum ad inſtar illorum, de Dei voluntate amara, & operoſa, vt ſic dicam, non delectamur fruendo, vt ipſi, ſed patiendo, quod altiſſimũ eſt amoris ſpecimen. Hinc ſequens Bern. de ſtatu, & effectu talis conformitatis, ſic luculenter ait, *Quiſquis talis eſt, poteſt cum tota fiducia ac ſeueritate conſcientia illud ſapientis canticum decantare*, Eccleſ. 24. *in omnibus requiem quæſiui*, quod explicans ſequitur, *hic enim requieſcit in omnibus, cùm per omnia ei placeat Deus, qui non Dei voluntatem ad ſuam curuare, ſed ſuam didicit ad Dei voluntatem erigere.* nibil melius, in omnibus requiem poſſidet, nibil ei turbat, ad ſtatum ſic tranquillum peruenit ea tali ſublimi conformitate, vt quaſi in monte conſtitutus Olympo, ad quem terrenarum impreſſiones, ſiue huius aëris non pertingentes ſemper in perenni durat ſerenitate, cùm illum terrenæ affectiones, mutationes, turbationes non attingant; immo quid amplius affirmat Bernard. de effectu huius ſublimis reſignationis; nam audet dicere, quòd qui ad hunc feliciſſimum ſtatum peruenerit, ſecurus ſit de eius perſeuerantia, ac proinde de gloria nõ ſolùm animæ, ſed corporis, vt hæc intelligens animeris ad ipſum conſequendum. Audi Bernard. *Morabitur*, ait, talis ſcilicet, *in hereditate Domini, ſicut ei eiuſdem Domini voce promittitur, cùm dicitur, terram, in qua dormis, tibi dabo, hoc eſt, quietẽ iſtam, ad quã perueniſti, labore tuo, & munere meo ſtabilem tibi faciam, atque perpetuam. quod autem ſubiungit, & ſemini tuo, ſic poſſumus intelligere, vt non ſolùm ſpiritui detur tranquillitas iſta, & hic, & in futuro, ſed etiam ſemini tuo, id eſt, operibus tuis dabitur corporis tui glorificatio.* Quid amplius dici poteſt? planè nihil, ſolùm aduertendum, ſic intelligendam Bernardi ſententiam, vt eumdem faciat ſenſum, quem multi myſtici affirmant authores, nempe non abſolutè certas eſſe tales animas, aut de ſua perſeuerãtia, aut beatitudine, ſed quod, moraliter loquẽdo, via Deũ permittere, talium caſus,

Tuſo.

aut perditionẽ, de qua te vide Tuſonem *de rupibus.*

Vidiſti profectus, vidiſti reſignationis altitudines; at vide nunc propriæ voluntatis defectus,

Bernard.

13. *Voluntas propria infernum.*

mala atque perditiones, vbi illa, ibi infernus: *ceſſet propria voluntas, & infernus non erit*, ait Bern. *ſer. 3. de reſurrect.* cur nõ erit infernus? nam ait Sanctus, *quid enim odit Deus, aut punit præter propriam voluntatem?* cur ergo tanta Dei ſanies contra hanc viperam, nunquid non alia ſunt, & infinita Deo odibilia? *Eccl. 25. n. 3.* tres ſpecies peccatorum Deo odibiles numerauit, inter eas nihil de propria voluntate, *Tres ſpecies odiuit anima mea, & aggrauor valde anima illorum, pauperem ſuperbum, diuitẽ mendacem, ſenem fatuum, & mendacem*; nihil ergo de propria voluntate. Cur ergo Bernard. nihil odiſſe

14. *Deus nil odit niſi propriam voluntatem.*

Deum affirmat, niſi propriam voluntatem? ſanè, quia eſt radix omnium peccatorum, &, quod maximum, directè repugnat, contra ipſum eſſe Dei, vt vellet ea ſe, ſi poſſibile, non eſſe Deum, eique non ſubiici. Audi Bern. *Primò*, ait, *ſe ipſum ſubtrahit, & ſubducit Dei dominatui dum efficitur ſua; ſecundò omnia, quæ ſunt Dei, tollit, & diripit ex eius cupiditate; tertiò ipſum Deum, quantum ex ſe, perimit.* Quomodo hoc? *nam omnino enim vellet Deum peccata ſua aut vendicare non poſſe, aut nolle, aut neſcire. ergo quantum in ſe eſt, vellet Deum impotentem, aut iniuſtum, aut inſipientem.* Egregie, peccator obſtinatus in propria voluntate, & ſuam, non Dei facere, ſtatuens peccare, & non obedire, quid vellet? Deum ſanè impotentem ad puniendum; ergo tolleret omnipotentiam, ac proinde Deum, & ſi hoc impoſſibile, vellet, vt nollet punire, innoxia peccata demittens; quid hoc niſi iniuſtum Deum facere, ac proinde nec Deum? tandem vellet ſi hoc etiam impoſſibile, vt ea neſciret. ergo erit inſipiens, & non infinitè ſapiens. ergo non Deus, vt videas, quàm bene Bernardus affirmauerit, non futurum infernum ſi voluntas non eſſet propria, & quòd Deus nihil punit, niſi propriam volũtatem.

15. *Propria voluntas conſtituit infernum.*

At alia ratione hoc probat, & fortaſſis meliore. nam ſi ab inferno tollas propriam voluntatem, nolle ſcilicet pati, & voluntariè facias vt damnati patiantur, iam non erit amplius infernus, ſed purgatorium; immo ſi nunc in hac vita pati, aliquibus infernus, profectò non alia ratione, niſi quia inuiti patiuntur, noluntque ſe diuinæ ſubmittere voluntati, *etiam nunc cùm frigus, aut famem, aut aliquid tale patimur.* Ait Bernard. *Quid læditur niſi propria voluntas. nam ſi voluntariè ſuſtinemus, non læditur ipſa voluntas, ſed pruritus voluntatis*, hoc eſt, appetitus ſenſitiuus, qui, vt ipſe ait, *non eſt voluntas, ſed corruptio voluntatis.* Si ergo voluntas vult famem, vult frigus, cùm ſit in illo, quod vult, ſanè extra infernum erit, quia etſi patiatur, non eſt contra ſuam voluntatem, ſed contra carnis appetitum; hoc autem non eſt eſſe in inferno, qui ideo, vt diximus, damnatio talis eſt, quia ibi contra ſuam patiuntur voluntatem. ergo tolle etiam hic propriam voluntatem, & hic etiam infernus non erit; tolle ab vna domo propriam voluntatem, erit paradiſus, pone illam, ſtatim infernus. velit filius quod pater, quod mater, velit fratres vnum ſimul, en domus paradiſus: at diſcrepent à voluntate patris, & inter ſe, en infernus, en tumores, inuidiæ, calumniæ.

16. *Domus vbi contrariæ voluntates, infernum.*

Enim verò ſi domum Iacob conſideres, nullam vſquam pacatiorẽ inuenies, nihil in ea niſi ſumma pax, ſummaque concordia, quia vnum velle, vnum nolle in illa, hinc paradiſus; at quandiu hoc durauit? ſanè vſquequo propria voluntas in ea, & diſſenſio à voluntate patris. Geneſ. 37. n. 3. *Iſrael diligebat Ioſeph ſuper omnes filios ſuos.* At quid fratres? *Videntes fratres eius quòd à patre plus cunctis filijs amaretur, oderant eum, nec poterant ei quidquam pacifici loqui.* En odium, en diſſenſio, en infernus in domo Iacob. Vnde? quia voluntas patris contraria voluntati filiorum, & horum voluntas

luntas contraria patris voluntati, hioc odia, bine
maleuolentia, hinc ſuſurrationes, ac mendacia,
liuores, falſaque teſtimonia. nam ea odio in Io-
ſepb Deum non timentes apud patrem eum fœ-
diſſimè infamarunt, vt deſinens eum diligere
odio haberet, cùm aliquorum grauiſſimorum
17. autborum ſit ſententia fratres accuſaſſe Iuſeph
Fratres Ioſephi eum accuſarunt de crimine peſſimo apud patrem. apud patrem de crimine peſſimo, non eum fia-
ties; vnde illud, *accuſauitque fratres ſuos apud pa-*
trem de crimine peſſimo. Affirmat Chryſoſt. aliam
litteram ſic babere, *detulerunt Ioſeph de peſſimo*
crimine apud Iſraëlem patrem ſuum, quam lectio-
Chryſoſt. Theodor. Iſidor. nem admittunt etiam Theodoret. & Iſidorus,
vnde Cbryſoſtom. *vide fratrum malitia eminentiam,*
etiam patris charitatem perturbare attentabant, &
quod non erat, fingunt contra fratrem, tantam malura
perficientes, ſolùm vt inuidia ſua expleri poſſit. Quid
ergo? nonne diabolos hos dices, non fratres?
dum ad inſtar diaboli calumniantur. ergo domus
Iacob iam inferons, & non homines ſancti, ſiue
Angeli io ea, ſed diaboli calumniantes, accu-
ſantes, odio habentes; vnde taotum malum?
ſaoè ex propria voluntate, nolebant iſti quod
pater volebat. Crede mihi, amice, idem pror-
ſus tibi eueniet, quando contra Dei voluntatem,
tuam facere præſumpſeris, viues in paradiſo,
viues in cœlo, qnando tua Deo ſubiecta erit vo-
luntas, at eo puncto quo ab illa diſcrepas, eo te in
infernum detrudes, nullam ampliùs pacem, nul-
lam requiem inueniens. *nam quis reſtitit ei, & pa-*
cem habuit, Iob o.4.

At quantum proficiuot, qui ſic eius ordinatin-
ni ae voluntati teſiſtunt? quid, nunquid putant
euadere, nibil minus. immo qund prius leuiſſimũ,
poſtea coguntur ferre grauiſſimum, velint, nolint.
Audi me, vidit ſomnium Ioſeph, quod referens
18. fratribus dixit vbi ſupr. n.7. *Audite ſomniam meum,*
Diuinæ voluntati obſiſtentia quantorum malorum cauſa. *putabam nos ligare manipulos in agro, & quaſi conſur-*
gere manipulum meum, & ſtare, veſtroſque manipalos
circumſtantes adorare manipulum meum. At qnid iſti?
nunquid Rex noſter eris, aut ſubijciemur ditioni tua? &
quid ea boc? *hæc ergo cauſa ſomniorum, atque ſermo-*
num, inuidia, & odij fomitem ſubminiſtrauit. Pendo
aliqua, *primum* non ſimpliciter dixiſſe, & abſolutè,
manipulum ſuum conſurrexiſſe, ſed *quaſi*, quod eſt
diminutiuum, & affirmauit totum eſſe ſomnium,
& vt tale illud referre, & hoc non obſtante velui
oleum eatitit ad ampliorẽ inuidiæ accenſionem,
ſic vt penè ea illa in cinerem reuerterenmr; vn-
de boc? Sanè amice, quia talis eſt innidiæ vitium,
talis dolor ambitioſi, vt ex figura, ex ſomnio alte-
19. rius gloriæ vtatur, diſſecetur. En Ioſeph, ſomnia-
Inuidia malum. uit, & veluti ex ioco illud fratribus detulit, nibil
Rupert. putans inuidiæ fomentum miniſtraturus, vt bene
adnotat Rupert. ponderaos ly *accidit. Bene dictum*
eſt, ait, *accidit, neque enim ſtudio quidquam horum*
dixit Ioſeph. Cuius ratio, quia ſi ſtudio boc fe-
ciſſet, vt amplius eos vreret, vt modò fit ab ali-
quibus, ad ampliorem æmulorum cauſtionem, bo-
oos eorum euentus eis narrando, *ſimplicis, ac inno-*
centis animi non fuiſſet, ait Rupert. & rationabili-
ter; ergo ea ioco, vt aſſolet, & ſimpliciter narra-
uit, & tamen ſic inuidiæ & odij fomitem ſubmini-
ſtrauit, vt vſque ad eius internecionem eacurreret.
Secundò pendo interpretationem ſomnij, vbi ſcili-
licet eis tam citò in mentem venit regnum, & fra-
tris dominatum, quis illis illud dixit, aut quando
de regno cum illis Ioſeph colloquiũ, vt ſtatim di-
cerẽt, *nunquid Rex noſter eris?* Sanè ex eo, cùm enim
ipſum iam odio haberent, nil eius audiebant, quin

ſiniſtrè non interpretabantur, calumniantes, mor-
dentes, radicem verbi eius ſcrutantes; ſi ad praxim
hoc referas, prorſus mirabile, quod in boc vide-
tur, palpatur, ac quotidiana probatur experien-
tia. Sit quilibet, ſit quælibet ſancta, ſit ſimplex, ſit
omni virtute prædita, ſit admirabilis, vita incul-
pabilis, ſi ſemel odium, aut auerſio ſubintret, ipſa
ſacramenta ab eia accepta erunt ſacrilegia, ipſa mi-
racula figmenta, ipſa veritas blaſpbemia; *Adiuro te* 20.
per Deum viuum, ait Caipbas ad Dominũ noſtrum *Mala voluntas bonum proximi malum dicit.*
infrà c.26.n.63. *vt dicas nobis, ſi tu es Chriſtus filius*
Dei? Cui Dominus, *tu dixiſti*. ipſiſſimam veritatem
confitens, dum per Patrem adiurabatur. At quid
Pontifex, *blaſphemauit*, in calumniam vertẽs ipſam
veritatem, ob quod, vt ait Hieron. Chriſtus antea Hieronym.
tacebat. *ſciens quia quidquid dixiſſet, torquendum eſ-*
ſet ad calumniam, at cur hoc? quia non ſecus, ac fra-
tres Ioſeph ſomniũ ipſe ſimpliciter narrat mani-
pulorum, ipſi manipulos inuertens de regno eum
cogitare aſſerunt. At ad rem noſtram. Adnoto *ter-*
tio iſti contra Dei voluntatem recalcitrantes,
quam ea ſomnio ipſi cognouerunt, ne ignoran-
tiam prætexerent, vt bene obſeruat Chryſoſt. vt Chryſoſt.
mox dicemus, nec ſomnium de regno admittere
voluerunt, ſed ad arma, ad occiſionẽ, ad interitum
recurrerunt. At quid peruerſa hæc, & contra Dei
voluntatem humanam profecit voluntas? Sanè vt
illud quod erat inſomnium, & non ampliorem
duritiam pro ſe ferret, quàm inſomnij, pòſtea coa-
ctè duriſſimè vellent nollent, re vera efficerent,
& vt verum Principem eorum illum adorarent,
quem nec per ſomnium recalcitrantes admit-
tere voluerunt. *Non eſt dicendum*, ait Chryſo- Idem.
ſtom. *quod propter ignorantiam, quæ futura erant,*
inuidiam gerebant contra eum, ſed vt didicerunt
ex ſomnijs futura, auctum eſt odium eorum. O ex-
cellentem amentiam! num exiſtimatis, quòd quæ à
Deo præſignata ſunt, poſſint ſubuerti? immo ſicut
ſomnium diiudicaſtis, ita erit etiam ſi innumera
excogitare volueritis. Egregiè, ipſi interpretati
ſunt ſomnium, & voluntatem Dei, ex illo in-
tellexerunt, & tamen obſtinata eorum propria
voluntas contra Dei voluntatem recalcitrans,
non ad ſubiectionem, ſed ad rebellionem ac-
currit, ſemetipſam contra diuinam ſtatuere ſata-
gens. At quid profuit? vt quod nec per ſom-
nium audire re vera poſtea exhiberent, etiam
ſi innumera cogitarent, vt ait Cbryſoſtom. vt
videas ex renitentia voluntatis propriæ, non ſo-
lùm te malum non effugere, quinimmo in maius
incidere; ſed progredior.

Aliud etiam, & peſſimum voluntas propria 21.
cauſat malum, vt ipſum bonum inficiat, ſic vt ex *Voluntas propria vt bonũ inficit.*
bono cedat in malum. explico, iubet aliquid Deus,
nolo illud efficere, poſtea voluntate propria du-
ctus, quod Deus prius mihi imperauit exequor,
boc ipſum quod prius in bonum mihi cederet,
cedet in malum. tremendum hoc, ſed veriſſimum,
quod equidẽ manifeſtiſſimè probo ex facto Loth
Gen. 19.*n.*17. eduxerunt illum foras Angeli, vt ab
incendio eum eriperent Sodomitico, & poſtquam
illum foras, ſic ad eum, *Salua animam tuam, noli re-*
ſpicere poſt tergum, nec ſtes in omni circa regionem, ſed
in montem ſaluum te fac, ne & tu ſimiliter pereas. En
Dei voluntas; at quid Loth? *quaſo, Domine mi, non*
poſſum in monte ſaluari; ne fortè apprehendat me ma-
lum, & moriar: eſt ciuitas hæc iuxta, ad quam poſſum
fugere, nunquid non modica eſt, & viuet anima
mea? cui Angelus. *Ecce in hoc ſuſcepi preces*
tuas, vt non ſubuertam vrbem, pro qua locutus es,

feſtina & ſaluare ibi. At quid poſtea cùm Dominus incenderet Sodomam timore perterritus non ſe tenens apud Segor ſecurum in montem aſcendit habitans in ſpelunca, *aſcenditque* Loth de Segor, *& manſit in monte, timuerat enim manere in* Segor, *& manſit in ſpelunca.*

22.
Loth vir inconſtans.

O bene, prius dicente Domino, in monte ſaluum te fac, reſpondit, in monte non poſſum ſaluari, & nunc dum eſſet iam in tuto, ad montem confugit, ſalutem in monte ſperans, mortem in Segor timens; vnde hoc? ſanè, quia nunc ex voluntate propria aſcendit, & ſic omnia reputabat ſecura; primùm verò, quia ex obedientia, ac ex voluntate Dei contra ſuam omnia augurabatur infelicia; at quid? aſcendit tandem in montem: at nunquid ibi ſecurus, quia voluntatem Dei tandem eſt exequutus? nihil minus, ſed ibi peiori incendio exuſtus, & veluti peremptus, quàm ſi in ipſa Sodoma periiſſet, inceſtu nempe filiarum. Quid fœdius? vnde illud quod prius in bonum ex Dei voluntate illi ceſſiſſet, poſtea in malum ceſſit, quia ex eius voluntate eſt ſequutus, *ipſiſſimus interitus ac mors eſt.*

S. Doroth.

Magiſtraliter, ſanctus ait Dorotheus ſermon. 5. *iuſtitia voluntate propria commiſta ingens periculum, ſummus timor eſt.* pende dictum, mors, ait eſt, ipſa iuſtitia, cum voluntate propria commiſta; cur? quia aiebat Abbas Paſtor, *quòd ſi iuſtificatio noſtra cooperatur voluntati, non bene conuertitur, nec bene conuerſatur homo.*

23.
Voluntas propria cur impedit perfectionem.

Acutè quando iuſtificamur, hoc eſt, bonum apprehendimus, non tantum ex voluntate Dei, quantum ex noſtra, non nos Deum, ſed Deus ſequitur nos, ad illud bonum, quod apprehendimus, ex quo non ſana eſt conuerſio, quia noſtram ſequimur voluntatem, hinc mors potius ex illo bono, quàm vita. En Loth petiit ſaluari in Segor, renuit montem, ad quem illum Deus ducebat, conceſſit Deus petitionem, & ad requiſitionem propriæ Lothi voluntatis ſalutem præſtitit, Segor contentus vt ibi ſaluaretur, ipſe Loth obſequens, non Loth ipſum; quid ergo ex hoc, & inconſtantia Loth & timor, & exitus à Segor, & fuga ad montem; at ibi exhauſtio, inebriatio ſcilicet; & inceſtus, vt verum ſit, quod idem Abbas Paſtor dicebat, vt ibi idem Sanctus, *murus ferreus eſt voluntas propria, qui hominem à Deo ſeparat, & diuellit.*

Concludam tandem cum vno ſummo propriæ voluntatis malo oppoſitò ſummo reſignationis bono, hoc ex Bernard. ſuprà diximus eſſe ſecuritatem vitæ æternæ; nunc è contrario, quando Deus quis propriæ dimittit voluntati, nullum eius certiſſimè perditionis maius ſignum. nam ſuæ

24.
Deus voluntati propriæ aliquem dimittens, ſignũ eſt perditionis.
Sanchez.

voluntati aliquem Deus dimittens indicat dediſſe ei libellum repudij, ac proinde actum eſſe de illo, pro quo obſeruo ex Sanchez *in cap.* 10. *Iſaia, n.* 3. cedulam libelli repudij, quando quis mulierem repudiabat, talem extitere: *Concedo licentiam ei, & poteſtatem, vt ad arbitrium ſuum abeat quocunque ei viſum fuerit, ducique poſſit ab omni viro, neque eam quiſque prohibere præſumat.*

25.
Libelli repudij forma.

ergo ſuæ remittebatur voluntati mulier, & inſuper vt nuberet, ſeu vt eam duceret, qui vellet; quid ergo non adſimiliter dices talem conceſſiſſe libellum Deus, quando homini ſuæ remittit voluntati vt abeat quò vult, conſequatur quod velit, dum eum audire renuit, *& non audiuit populus meus legem meam.* ait Deus per os Dauid Pſalm. 80. n. 12. 13. *& Iſraël non intendit mihi.* Quid ex hoc? *dimiſi eos ſecundùm deſideria cordis eorum.* vbi Auguſtin. *donauit eos ſibi.* En repudij libellum, vt è domo Dei emandatus ſuas ſequens concupiſcentias, & voluntates, ſibi, non Deo ſubiectus eat quò vult, ſubſit, cui velit: at, quod tremendum in hoc repudio, illud, vt mulier ſemel ſic repudiata ad virum priorem redire non poterat, ſic lex ſtatuebat Deut. 24. n. 2. *cumque egreſſa alterum maritum duxerit, & ille quoque oderit eam, dederit ei libellum repudij, & dimiſerit de domo ſua, vel certè mortuus fuerit, non poterit prior maritus recipere eam in vxorem.* Hoc terribile. Quid vis vt dicam? audio dici ab Abbate Paſtore murum ferreum eſſe propriam voluntatem à Deo animam diuidentem; audio ſanctum Dorotheum appellantem ipſiſſimum interitum, & mortem propriam voluntatem; aſpicio, quòd quando quis à Deo dimittitur, ſibi ipſi ad inſtar libelli eſt repudij talis dimiſſio; reperio in Scriptura ſemel repudiatam mulierem ad priorem maritum reuertere non poſſe, licèt non affirmant vt certam, ſed timeo reprobationem, timeo in peccatis obdurationem, timeo huic, qui ſic propriam ſequitur voluntatem, æternum interitum, ſicut humili reſignato æternum. Bernard. augurabatur felicitatem, qui ex animo ſemper in corde, in ore, ac in præcordiis hanc habet orationem, quam Dominus noſter nos docuit, nempe *fiat voluntas tua.*

Panem noſtrum ſuperſubſtantialem da nobis hodie. Nvm. 11.

Senſus litteralis, & moralis.

1.
Quid hic per panem intelligatur, vſualis, an ſacramentalis.

PAnem noſtrum ſuperſubſtãtialem. Antequam ad moralem ſenſum deueniam, cogor paulo diffuſiùs quæſtionem exagitare, quid hîc pro pane intelligatur, an vſualis, an ſacramentalis, vt penitus res intelligi, & verus poſſit erui ſenſus. Hunc locum difficilem reddidit Hieronymi verſio. nam ante illum non legebatur, *panem ſuperſubſtantialem,* ſed vt apud Lucam *panem quotidianum.* Quapropter Lucas Burgenſ. de varietate lectionis Bibliorum aſſerit, vndecim manuſcripta exemplaria

Luc. Burg.
2.
Variæ lectiones verbi ſuperſubſtantialis.
Hieron.

vidiſſe, quæ etiam apud Matthæum habebant, *panem noſtrum quotidianum,* & ſic ante Hieronymum legebatur; cauſa autem quare Hieronymus propriam verſionem addiderit, non improbans veterem, mea ſententia, ea eſt, cùm enim Matthæus Hebraicè ſcripſerit, aduertit Hieronymus in Hebræo vocem eſſe *ſegulla*, quam vocem ſemper *περιούσιον* LXX. tranſtulerunt, quod ſubſtantiale, ſiue peculiare ſonat: at obſeruans etiam verti à Symmacho idem verbum Hebræum, *præcipuum,* vel *egregium.* & in quodam loco etiam *peculiare,* cùm in ea ipſe eſſet ſententia, hîc non peti panem cibarium, ſed ſacramentum corporis Chriſti, ideo motus ab authoritate Symmachi, cùm eius fauebat opinioni verbum Græcum componẽs, vt bene ait Burgenſ. ex *ἐπὶ ſuper,* & *οὐσία ſubſtantia,* pro *quotidiano* poſuit *ſuperſubſtantialem,* quod idem ſonat quod præcipuum, egregium, peculiare. quæ omnia diuino competunt ſacramento, vnde, ait, *quando ergo petimus, vt peculiarem, vel præcipuum nobis Deus tribuat, panem illum petimus, qui dicit: Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi,* hoc eſt, Chriſtum in ſacramento: at licèt ſic verterit

Burgenſ.

Hieronym. non etiam & alias reprobat verſiones. nam affirmat in Euangelio, quod appellatur ſecundùm Hebræos, repetiri vocem *machar*, quod Græcè dicit *craſtinum*, vnde ſenſus, *panem noſtrum craſtinum*, id eſt, futurum, *da nobis hodie,*

quam

quam interpretationem ipſe non reprobat. ex his habes rationem verſionis Hieronymi, quæ excellens,& ſimul,quare Eccleſia in emendata editione Sixti V. & Clem. VIII. eam retinuit,vtpote

Maldon.

ſatis congrua lectioni Græcæ, vt defendit Mald. licèt ipſe aliam ſequatur.

At quis,vt affirmat Hieronym.etiam in Euangelio Matthæi hebraicè inueniebatur ſcriptum non *ſegulla*, hoc eſt, vt vertit Symmachus, *egregium*, ſed *machar*, hoc eſt, *craſtinum*; aliqui,vt af-

Ambroſ.

firmat Ambroſ. *lib.5.ſacram. c.4.* quia vox Græca, obſeruarunt, ſignificare etiam aduenientem, eamdem vocem acceperunt pro *aduueniente*: vnde dici poteſt,*panis adueniens*, ſiue craſtinus, vt ſuprà ex Hieronymo dicebamus, ex qua intellectione, vt affirmat Ambroſ. ſumpſerunt eam illi, qui verterunt *quotidianum*, *Latinus autem*, ait, *hunc panem quotidianum dixit, quem Græci dicunt aduenientem, quia Græci dicunt aduenientem diem*; quaſi non ſufficeret ſemel ſumpſiſſe, ſed quòd quotidie eſt neceſſarium, hinc *quotidianus*, in Biblhis Regis vertitur *panis poſt præſens*, & Lucæ 11. *panis ad præſens*, quod totum ſignificat *quotidianum*, *hodiernum*. Ex his habes rationem, quare vetus interpres, & cum illo omnes Latini, *quotidianum* verterunt. nam cùm verbum Græcum etiam *adueniens* dicat, & Græci, vt aiebat Ambroſ. ſequentem diem aduenientem vocabant, & pro pane corporali intelligebant, quia eius ſententiæ, & opinioni fauebat *quotidianum*,magis placuit transferre,quàm *ſuperſubſtantialem*,vt ex hinc accipias, mi lector,quantum ad ſententiarum intelligentias propius valeat ſenſus Hieronymus ex Græco,quia eius erat opinionis de corpore Chriſti, vertit *ſuperſubſtantialem*,at Latinus,quia panem vſitatum intelligebat, vertit *quotidianum*; quis eorum magis propriè, aliorum ſit iudicium, ſatis ſit nunc poſt vulgatam correctionem Sixti V.& Clement. VIII. non licere pro *ſubſtantiali* legere *quotidianum*.

Ianſen.

Ianſ.& Theoph.affirmant non eſſe neceſſe vt in toto rigore verbi Græci accipiatur *ſuperſubſtantialis*, ſed ſufficere, & meliùs, vt dicatur, *ſub-*

Theophyl.

ſtantialis,vel eſſentialis.quomodo,intellexit Theophyl. qui explicans quid ſignificet panis, ait, *qui ſubſtantiæ & conſtitutioni noſtræ ſufficit*. &

S.Baſil.

D. Baſil. *in quæſtionibus in compendio explicatis*, ſimiliter vocem explicans affirmat, dici de illo pane, qui ad quotidianam vitæ eſſentiam, ſiue naturæ noſtræ neceſſarius eſt, quod equidem idem ſonat, ac *quotidianus*, quatenus quotidie nobis ad vitæ ſuſtentationem eſt ne-

Ianſen.
Maldon.

ceſſarius; ex his affirmat Ianſen.& cum illo Maldon. rectiùs poſſe dici *panem noſtrum quotidianum*, *quàm ſuperſubſtantialem*, *& vtroque rectius*, ſit, *panem noſtrum ſubſtantialem*, *ſiue eſſentialem*. Fauet editio Siriaca, quæ vertit, *panem indigentiæ noſtræ hodie da nobis*, omnia ſatis dilucidè, & eruditè, ſed nunc cum editione vulgata correcta affirmandum rectius dici ſuperſubſtantialem, quàm quotidianum.

At nunc videndum, quid per hunc panem intelligatur? mitto acceptiones aliquas potius myſticas, quàm litterales, vtpote qui accipiunt illum, pro pane pœnitentiæ, & luctus, pro pane

Athanaſ.
Auguſt.
S.Thom.

verbi Dei,pro Spiritu ſancto,vt Athanaſ.pro præceptis diuinis, vt Auguſt.*apud catenam D.Th.* pro ipſa eſſentia diuina,vt apud D.Th.*hîc*.Pro pane ſapientiæ,& aliter.mitto,inquam, has acceptiones, vtpote non litterales,& ad has deueniendo,

Laur. Aponte in Euang. Matth. Tom.II.

Prima & celebris ſententia eſt, per panem ſu- 3.
perſubſtantialem intelligi hîc ſacramentum corporis Chriſti, qui verè panis eſt ſuperſubſtantialis, & diuinus, quo ſuſtentamur, & ad vitam ducimur æternam, ſic Tertull. *lib. de orat.* Cyprian. *de orat. Dominica*, Ambroſ. *lib.5.de ſacrament.cap.4.* qui ſic mordicus hoc tenet, vt velit quòd etiam ſi legatur *quotidianum*, pro corpore Chriſti intelligatur; *ergo*, ait, *quod Latinus dicit*, *& quod Græcus*, *vtrumque vtile videtur*, *Græcus vtrumque vno ſermone ſignificauit*, *Latinus quotidianum dixit*; *ſi quotidianus eſt panis*, *cur poſt annum illum ſumis*, *accipe quotidie quod quotidie tibi proſit*, *ſic viue*, *vt quotidie merearis accipere*. cum Ambroſ. eſt Marius Victor. *lib.5.aduerſus Arrium*, Athanaſ. *lib. de Incarnation.* Iuuencus, Hieronym. *in comment. Matth. & lib.3. aduerſus Pelagium*, Anſelm. & Caietan.

Prima ſententia, pro pane hîc intelligi corpus Chriſti.

Tertull.
Cyprian.
Ambroſ.

Mar. Vict.
Athanaſ.
Iuuencus.
Hieronym.
Anſelm.
Caiet.

Fundamentum vnicum huius ſententiæ eſt dignitas huius orationis,in qua cum tota diuina, & ad ſpiritualia bona intenta inconueniens videtur, vt de pane tractet materiali, & quòd ad illum petendum nos Chriſtus admoneat, cùm eius ſit ſententia, vt nihil ſolliciti ſimus, quid manducemus,aut quid bibamus,& ratio, *ſcit enim Pater noſter*, *quia his omnibus indigetis*, Lucæ 12. num. 22.

Contra hanc acceptionem multis argumentis multi inſurgunt, *primum*,quia obſtat illud,*da nobis hodie.* quaſi in craſtinum petere prohibeamur; quæ enim imperfectio in craſtinum petere à Deo ſacramentum. *Secundum*, quia illum panem poſtulamus qui nobis hodie neceſſarius; at ſacramentum, licèt vtile, hodie ſumi non neceſſarium, immo aliquando nec vtile, ſi ſufficiens non adeſt præparatio, immo Auguſtin. *lib.2. de ſermone Domini*, & Ambroſius *vbi ſuprà* affirmant in Oriente, & apud Græcos non eſſe 4.
conſuetudinem quotidie communicare: vnde Auguſtin. in Orientalibus, ait, Eccleſiis morem fuiſſe non niſi ſemel in hebdomada Sacrum facere, ſic lib. de Eccleſiaſticis dogmatibus, *ſed Orientales*, ait, *aliam conſuetudinem habent*, *quia in aliquorum Eccleſijs non celebratur niſi ſemel in hebdomada*. *& lib.de ſermon. Domini* affirmat,quòd talis conſuetudo ſuſtentabatur, nec à Prælatis reprehendebatur.

Auguſt.
Ambroſ.

Cõmunio immo & Sacrũ apud Orientales non erat quotidiana, ſed ſemel in hebdomada.

Fateor, quòd etſi aliquam omnia hæc ingerant difficultatem, non me multum mouerent, cùm omnibus optimè quis reſpondere poſſit, vt obuium eſt cuilibet, ſed vnum eſt argumentum mihi inſolubile,non poſſe ſcilicet per panem hîc ſacramentum intelligi, cùm quando hæc oratio inſtituta, nec imaginatio ſacramenti apud diſcipulos, cæteroſque, cùm hæc in principio prædicationis Chriſti, & doctrina de ſacramento multo pòſt, & eius inſtitutio in fine vitæ; ergo non videtur appoſitè omnibus tunc audientibus ſuadere Chriſtum illius rei orationem, quam nec, vt ſic dicam, ſomniabant, ſed illius, quam omnes intelligerent, hincque illo verbo vſum Hebraicè, quod panem ſignificaret vſitatum, & ad quotidianum victum neceſſarium, hinc non *ſegulla*, quod *egregium*, ſed potiùs *machar*, quod *quotidianum* ſonat, quod argumentum ſic mihi videtur inſolubile, vt niſi vulgata verſio obſtaret, quam ex viribus defendere cogimur, ſinè dubio totaliter ab hac opinione me elongarem: at quia nunc *ſuperſubſtantialem* legitur, nec mihi arrident

C 3 huius

huius vocis acceptiones, quibus probare aliqui contendunt idem ſonare ac ſubſtantiale, vt infra; ideo eam non reiicio, ſed amplector modo quo infrà, & ad argumentam reſpondebo.

5. *Secunda ſententia pro pane intelligi quotidiano.*

Secunda ſententia eſt non minus celebris eorum, qui pro pane hîc accipiunt, non ſolum panem materialem, ſed modo ſatis noto ex Scripturis, omnem humanum victum, & omne, quod homini neceſſarium eſt ad vitam ſuſtentandam: de pane autem ſolo mentionem factam, ait Chryſoſtom. quia cibos communiſſimus, & neceſſarius, & aliorum fulcimentum, ſic Auguſtin. *lib.* 1. *locorum in Geneſ.* 39. *& epiſt.* 121. *ad Probam, cap.* 12. Baſil. *in regul. breuior. inter* 251. Chryſoſtom. *homil.* 20. qui mordicus hanc abſolutè tenet ſententiam, Anth. Imperf. *hom.* 14. Gregor. Niſſen. *in lib. de orat.* Theodoret. *In cap.* 4. *epiſt. ad Epheſios*, Theophyl. Euthym. Ianſ. Abulenſ. Maldonat. Barradas, & quos ego viderim recentiores.

Chryſoſt. Auguſt. Baſilius. Chryſoſt. Anth. Imp. Niſſen. Theodor. Euthym. Ianſ. Abulenſ. Maldon. Barrad.

Fundamentum huius ſententiæ eſt Chryſoſt. *hom.* 20. *in Matth.* & aliorum Patrum, quia cùm homo non ſolo ſpiritu conſtet, ſed etiam corpore, ad integritatem profectò orationis huius pertinebat ſic de ſpiritu curare, vt corpus non negligeret, ſine quo nec ipſum operari poteſt ſpirituale, nec valet ſi dicas, cùm Caietano, ſi ſic intelligitur, eſſe contra ordinem hanc petitionem, quia videtur prius corporale peti, quam ſpirituale, dum poſtea petimus, *dimitte nobis debita noſtra*, &c. nam, vt bene Maldonat. Chriſtum non tam ordinem dignitatis rerum, quàm naturæ, & infirmitatis noſtræ ſequi voluiſſe. nam priùs vult viuere, deinde bene viuere. Adde Chriſtum voluiſſe per hoc docere, vnde ſperare, & à quo corporalia petere debeamus, ne putaremus ab alio, quàm à Deo hæc petenda, deinde orationem inhibuit, non ſolicitudinem & modum quo hæc inferiora deſideranda tradidit, & petenda, de quibus infrà.

At licèt veriſſima omnia, obſtat verbum *ſuperſubſtantiale*, cùm, quomodo hic panis cibarius poſſit dici ſuperſubſtantialis, non video, cùm ex vi verbi *ſuperſubſtantiale*, illud adnotatur, quod ſupra omnes ſubſtantias, eaque ſuperat, quod non eſt panis ordinarius, hanc difficultatem aliqui conati ſunt euadere, explicantes ly *ſuperſubſtantiale* idem ſonare quod ſubſtantialem, & quotidianum panem. Barradas duas acceptiones affert, *prima* quòd dici poteſt ſuperſubſtantialis, quia ſuper ſubſtantiam noſtram aduenit, & adiicitur, quia niſi illum comederemus, moreremur. *Secunda*, quæ eſt etiam D. Thom. *hic*, ſuperſubſtantialis, quia ſuperat reliquas ſubſtantias corporeas hac in re, quod vitam conſeruat humanam. Euth. ait, *ſuperſubſtantialem* dici, *quia ad corporis ſubſtantiam, vitam, conſeruationem conueniens eſt*, à quo ſuam etiam adſimilem explicationem ſumpſit Lucas Burgenſ.

Barrad. D. Thom. Euthym. Luc. Burgenſ.

Aſſentirem his acceptionibus, niſi viderem vocem *ſuperſubſtantialem*, à Hieron. eſſe appoſitam, & ab illo eam accepiſſe Eccleſiam. ergo in ſenſu Hieronymi illa eſt accipienda, & non aliorum; ſed Hieronymus planè intellexit eam de pane ſacramentali, ergo nihil valent reliquæ acceptiones.

6. *Tertia ſententia intelligi & panem vſuarium, & ſacramentalem, quæ vt vera accipitur.*

Tertia ergo ſententia, &, meo iudicio, veriſſima eſt illorum, qui aſſerunt pro pane ſuperſubſtantiali, aut quotidiano, vt apud Lucam, non ſolùm intelligi panem quotidianum, & neceſſaria vitæ, ſed etiam ſacramentalem, eòque principalius, quo res amplius digna; vnde ſecundùm litteram panis intelligitur vſuarius, ſecundum myſticum ſenſum panis ſacramentalis, ſic Ianſ. & aliqui moderni; hæc ſententia duas continet partes, *prima* de pane vſuario, *ſecunda* de pane ſacramentali, affirmans vtrumque debere intelligi: fundamentum autem primæ partis eſt authoritas, non ſolùm Patrum ſecundæ ſententiæ, ſed primæ, qui omnes, etſi pro pane ſubſtantiali ſanctiſſimum intellexerunt, etiam & corporale acceperunt. Audi egregiè de hac re Tertullian. qui poſtquam de ſacramento altaris illud accepiſſet, ſic luculenter ſequitur, *panem enim*, ait, *peti mandas, quòd ſolùm fidelibus neceſſarium eſt; cætera enim nationes requirunt.* hoc eſt, ſuperflua, & præter neceſſaria, vnde ſequens, *ita & exemplis inculcat, & parabolis retractat, cùm dicit, nunquid panem filijs pater auferet, & canibus tradit? Item nunquid filio panem poſcenti lapidem tradit? oſtendit enim quid à patre filij expectent.* in quibus clarè, vt vides, de pane intelligit corporali & vſuario; ſimiliter Anſelmus & adſimilia cæteri Patres, vt in illis eſt videre, vnde ad rem ſatis Paſchaſ. Rhatbert. qui poſt acceptionem corporis Chriſti, & de corporali pane huc intelligens, ait, *in qua profectò petitionis clauſula probabilius tripertitus intelligentia ſenſus reperitur, primam iuxta litteram ab eo, qui cuncta creauit iure rogamus, vt diuinum nobis neceſſitatis victum tribuat.* In quibus verbis adnotandum illud, *iuxta litteram.* nam verè, vt diximus, iuxta litteralem ſenſum panis debet accipi corporalis; iuxta myſticum autem ſacramentalis, vterque à Chriſto intentus, vt mox dicam.

Ianſen. Tertull. Anſelm. Paſch. Rhat.

Fundamentum autem ſecundæ partis, ſcilicet etiam Chriſtum intellexiſſe de pane corporis ſui, tum eſt authoritas tantorum Patrum primæ ſententiæ, tum fortis ratio; nam, mea ſententia æſtimo acceptionem pro ſacramento altaris fuiſſe Apoſtolorum, ad quod probandum ſuppono ex doctrina S. Thom. 3. *part. quæſt.* 80. *art.* 10. *ad* 5. In primitiua Eccleſia fuiſſe præceptum quotidianæ communionis, cum quo & cæteri conſentiunt Doctores, & ſecundùm Vazquez, cuius authoritas in hoc magni facienda eſt, vtpote in Concilijs verſatiſſimus *in* 3. *part. diſput.* 214. *cap.* 3. hoc præceptum emanaſſe ab Apoſtolis: an autem illud fuerit tantùm circa illos, qui Sacris intererant (vt aliqui volunt,) an autem vniuerſale, modò non diſputo, ſolùm quod affirmo eſt, fuiſſe hoc præceptum, & ab Apoſtolis emanaſſe, *peracta conſecratione omnes communicent*, ait Anacletus Papa de conſecration. diſt. 2. *qui noluerint Eccleſiaſticis carere liminibus, ſic enim Apoſtoli ſtatuerunt, ſancta Romana tenet Eccleſia.* Quid clarius? Hoc ergo ſuppoſito, ſimul ſuppono, & aliud hoc præceptum emanaſſe ex intelligentia huius particulæ, nempe, *panem noſtrum ſuperſubſtantialem*, aut *quotidianum*, vt ante Hieronymum legebatur, hinc aliquæ Eccleſiæ, vt Hiſpaniarum, & Romanæ in hoc verbo fundatæ quotidie communionem ſumebant, immo, vt refert Salazar *in tractatu de frequentia ſacramenti, cap.* 2. in tantum aliquæ ex illis proceſſerunt, vt errando affirmabant, non licere orationem Dominicam recitare, niſi quando ad ſacram accedebebatur communionem, aut ſi fortè eam recitarent, ſilentio prætermitterent hæc verba, *panem noſtrum quotidianum*, quæ omnia erant errores; his ergo ſuppoſitis,

7. *Apoſtoli pro ſacramento altaris acceperunt hic panem.*

D. Thom.

8. *In primitiua Eccleſia fuit in præcepto quotidiana communio, & vnde illud emanauit.*

Anaclet.

Argu

Argumentor ſic, ſi Apoſtoli in primitiua Eccleſia præceperunt quotidianam communionem, quæ cauſa illos mouere potuit, niſi intelligentia particulæ huius orationis? ſicut poſt illos mouit & reliquos; ergo inſpirati, & edocti à Spiritu ſancto intellexerunt illud, quod non antea; nam ſicut priùs ante ſanctiſſimi inſtitutionem pro pane vſuali verba intelligebant, poſt illud inſtitutum, & poſt deſcenſionem Spiritus ſancti ab eo edocti ſub cortice panis vſualis, vt ſic dicam, medullam intellexerunt panis ſacramentalis, & ſimul, quod vtrumque conſulit Chriſtus, vt peteretur, hinc ex feruore ſpiritus, qui tunc in Eccleſia vigebat, pro tunc præceptum poſuerunt, quia ſic pro tunc expedire ſanctiſſimæ Eccleſiæ iudicabant, quod poſtea decurſu temporis abolitum, & ſecundùm temporum exigentiam, aliud ab eadem Eccleſia appoſitum, vt apud authores qui de hac re, eſt videre.

Ex his ſolutum manet argumentum illud, quod faciebamus contra primam ſententiam. nam licèt non eſſet inſtitutum ſacramentum, poterat tamen Chriſtus de illo intelligere petitionem, non excluſo pane vſuali, ſed ſub iſto myſterium contentum panis ſui corporis, ſuo tempore diſcooperiendum, quod ſub panis cortice, vt diximus, iacebat; ergo & ante rectè Apoſtoli ſanctiſſimi reliquique diſcipuli pro pane vſuali, petitionem intelligebant, & rectiſſimè poſtea, & cum illo, & panem ſacramentalem, ob quod ſub verbo illo *Machar* vterque panis intelligi poteſt, vſualis ſecundùm litteram, ſacramentalis ſecundùm myſticum ſenſum, vterque à Chriſto intentus, vt diximus. de qua re ſatis; nunc ad ſingula.

Abulenſ.
9. *Chriſtus in hac oratione docens modum quo temporalia petenda, abuſus corrigens, & qui illi.*

Panem. Optimè obſeruat Abulenſ. in hac oratione, in qua nos docuit Dominus temporalia petere, ipſum oſtendere vitia quæ accidunt circa appetitum, & vſum temporalium, hinc quia non licet petere niſi ad vſum licitum, *ideò oſtendit*, ait, *qualiter petendum ſit.*

10. *Neceſſaria, nõ ſuperflua petenda.*

Primum vitium ſecundùm ipſum eſt, quando quia etiamſi petat neceſſaria ad vitam, vt victum, & veſtitum, tamen vltra ſtatum ſuum, *vt ſi miles*, ait, *vult habere veſtitum, neceſſaria petit. ſi tamen vult habere illud ſicut comes, vel dux, vltra ſtatum, & neceſſitatem petit; ſimiliter ſi clericus velit habere ſuſtentationem, ſic abundantem vt Epiſcopus, hoc vitium eſt, quod tollitur, cùm dicitur, panem, in quo ſignificatur ſola neceſſitas.* Si rem attendis, cauſam reperies, quare multi non exaudiuntur in ſuis orationibus, quia ſcilicet non neceſſaria petunt, vnde Chryſoſt. *pro pane iuſſit orationem facere, non pro pecunijs, nec laſciuia, ſed ſolo pane quotidiano*, & S.Thom. hîc, *docuerat nos cæleſtes eſſe, ſed memor fragilitatis noſtræ, docet nos petere terrena ad vitam neceſſaria, & non ſuperflua.*

Chryſoſt.
S.Thom.

Noſtrum. Aliqui putant noſtrum dici, vt ſcilicet non pro ſe ſolo quis petat: at meliùs Chryſoſt. hîc intelligit pro pane iuſtè acquiſito, *qui de iuſtitia acquiſitum panem manducat, ſuum panem manducat, qui autem cum peccato, alienum.* nam, vt benè Abulenſ. *ſecundum* vitium eſt etiam in velle neceſſariis, illa per rapinam, ac per furta velle, vitium his temporibus ſic inolitum, vt quaſi in naturam ſit tranſlatum, ex rapina ſcilicet, & ex furto viuere, mercatores in vendendo vltra ſortem, iuſtitiæ miniſtros in depilando clientulum, vt iam theſauri ipſi non ſufficiant ad vnam agendam litem, ſic vt poſt fauorabilem ſententiam duplum fuit miniſtrorum diſpendium, quàm litis lucrum, &, quod mirum, vt ſic viuentibus de præda nullus adſit ſcrupulus, nullus conſcientiæ remorſus, ſi petis rationem, quia agitur de pane quotidiano, væ eis, quia non ſuum comedunt panem, hinc non à Deo, vt mox dicemus, ſed à diabolo, illud accipiunt.

Chryſoſt.
Abulenſ.
11. *Cur panis noſter dicitur, & qui panẽ ſuum comedunt.*

Secundò ait Chryſoſt. dicitur *noſtrum*, quia eſt panis communis, quatenus dum ſuperabundat, tenemur pauperibus dare, *omnia*, ait, *quæ Deus nobis dat, per nos alijs dat, vt de eo quod accipimus, partem alijs faciamus; qui ergo de laboribus ſuis indigentibus non præſtat, non tantùm panem ſuum manducat, ſed etiam alienum.* Optimus locus ad eleemoſynam ſuadendam, de qua re alibi.

Chryſoſt.
12. *Eleemoſyna neceſſitas vt educitur ex hac oratione Dominica.*

Cyprianus de Euchariſtia locum intelligens affirmat, ideò dici *noſtrum*, quatenus non eſt infidelium.

Cyprian.

Superſubſtantialem. Quæri hîc *primò* poteſt, cur Eccleſia ſanctiſſima, quæ hanc orationem Dominicam ab hoc Euangeliſta ſumpſit, non vtitur voce *ſuperſubſtantiali*, ſed *quotidiano*, vnde in Miſſa, *panem noſtrum quotidianum, non ſuperſubſtantialem*; breuiter reſpondetur ex dictis, quia licet admiſerit Hieronymi lectionem, tamen quia abinde à principio ipſa vſa eſt voce, *quotidianum*, & ſub hac etiam comprehenditur, *ſuperſubſtantialem*, & vox *quotidianum*, magis eſt vulgaris, & ab omnibus intelligitur, doctis, & indoctis, ideò non eſt illi viſum, vſitatam vocem antiquam mutare, etiamſi lectionem admiſerit Hieronymi.

13. *Eccleſia cur in Miſſa retinuit vocem* quotidianũ.

At cur panem quotidianum iubet Chriſtus vt petamus. nam ſi eſt neceſſarium, ad quid ſolicitudo petendi, cùm, vt benè Auguſt. de ſerm. Domini in monte, *non poteſt quiſquam de ea re pro qua adipiſcenda orat, non eſſe ſolicitus.* huic dubitationi ipſemet reſpondet *epiſt.121. ad Probam, cap.6. tom.2.* dum ait, *ſufficientiam vitæ non indecenter vult, quiſquis vult, & non amplius; hæc autem ſufficientia non appetitur propter ſe ipſam, ſed propter ſalutem corporis, & congruentem habitum perſonæ hominis; iſta ergo cùm habentur vt teneantur, non habentur vt habeantur, orandum eſt.* in qua Auguſtini authoritate notanda ſunt illa, *hæc autem ſufficientia non appetitur propter ſe ipſam, ſed propter ſalutem corporis*, nam in iſtis vis rationis eſt poſita; cùm enim, teſte Ariſtot. 1. *Politic*, quæ appetuntur, propter ſe appetuntur, ſine menſura, quæ autem propter aliud, conſequenter cum menſura, quatenus vtilia ad finem, hinc qui neceſſaria deſiderat, non appetendo ea propter ſe, ſed vt vtilia ad ſalutem corporis, & ad habitum honeſtum, ſequitur, vt cum menſura illa deſideret, & dum ſufficientia habet, non amplius deſideret, hinc cùm in neceſſariis nunquam Deus deficiat, fit vt hac induti confidentia oremus, ſine ſolicitudine, & ſimul oremus, quia etiam pro his orandum, vt grati ſimus, vt per orationem familiares Deo efficiamur, vt à quo illa cognoſcamus, & ob infinita alia bona, vt dicemus: at hoc ſine ſolicitudine, quod ſanè tunc quando neceſſariis contenti, ad ſuperflua noſtrum non extendamus appetitum, ex quo adhuc hîc in terris ferè Angelicam vitam imitari poſſumus, & ſic feliciter hîc noſtram ducere, ac illi in cœlis, vt præclarè Niſſen. de hac oratione, orat. 5. *Qui igitur*, ait, *ad naturæ miniſterium reſpicit, & nihil præter quàm neceſſe eſt, per vanas curas deſiderat, atque requirit, non multum infra Angelicam vitam erit dum ſua frugalitate illorum copiam, nulla re amplius egentium imitatur; idcirco quærere iubemur id, quod ſatis ſit ad naturam corporis conſeruandam.* nihil luculen-

Auguſt.
14. *Chriſtus cur panem quotidianum iuſſerit peti.*

15. *Bona temporalia quando appetuntur ſine menſura*

16. *Oratio pro ſufficientibus cur eſt ſine ſolicitudine.*

Niſſen.
17. *Neceſſarijs contentus vitam Angelicam ducit in terris.*

tius,

18\. tios, ex quibus verbis non ſolùm habes vitam
Chriſti amor quantus in has petitione.
Angelicam illam ducere in terris, qui neceſſaria
eſt contentus, ſed etiam quantum Chriſto debes,
quamque ingentes ei grátias rependere debeas,
dum ſic tui eſt ſollicitus, vt etſi abſque ſufficien-
tia, ſed cum mendicitate, & defectu hanc vitam
tranſigere poſſes, vti mendici, & ſic tuis iuſtum
eſſet exigentibus peccatis, tamen ſic noſtri eſt
amans, ſic nos diligit, vt velit, iubeat, & man-
det Patri oremus pro ſufficientibus, ad hoc vt
Angelicam vitam degamus in terris, qualis hic
amor, ac in humanum genus huius diuiniſſimi
noſtri Saluatoris propenſio? qualiſque impietas,
vt vitam Angelicam reſpuendo, ad ſuperflua non
extendendo pro iſtis ipſum deſeramus, offenda-
mus, iterumque crucifigamus, infinitis nos im-
miſcentes curis, ac laboribus: de qua re egregiè hic
Niſſenus, qui pulchrè ſufficientiam grano patris-
familias comparat, abundantiam zizaniæ, quam
Inimicus diabolus ſeminat, vt granum ſuffocetur,
vide apud ipſum.

Cyprian.
Cyprianus duas & ſatis pulchras affert ratio-
nes, quare panem quotidianum iuſſit petere, *prima,*
ne, vti ſenſuales, longam hîc deſideremus vitam,
ne in longum petitionis deſiderium extendas, ait, *quia
contrarium ſibi erit, & repugnant, dum quærit in ſæculo
diu manere, & petit regnum cælorum velociter adue-
nire. Secunda,* ne vti nebulones vna die omnia in-
19\. gurgitemus, *quotidianum, vt tantum quis manducet,*
Non petit panem quotidianum, qui vna die omnia expendit, quæ ſufficerent ad centum.
*quantum ratio naturalis exigit, non quantum laſciuia
carnis impellit; ſi enim in vno conuiuio expendas quan-
tum ſufficere tibi poteſt centum diebus, iam non quoti-
dianum cibum manducas, ſed multorum dierum.* Si
quæ Cyprianus dicit attendas inſpicies, quàm ſine
ratione hodie multi de paupertate conqueruntur,
quaſi craſtinum non eſſet, hodie omnia ingurgi-
tant, & conſumunt, vt nihil pro die ſuperſit ſe-
quenti. Vſque ad ſtuporem eſt hoc videre in ope-
rariis, totum lucrum vnius diei inſumunt, come-
dendo, debacchando, *Deus,* (inquiunt) *prouidebit
de craſtino,* Deus ſcit quòd non mentior, ſæpe de
eorum confidentia confuſus abſceſſi; ſed iam vi-
deo non eſſe virtutem, ſed vitium gulæ, & non
Dei confidentiam, ſed tentationem, volunt in-
gurgitari, & poſtea de Deo conqueruntur, ſi
famè, & indigentia pereunt, hoc amice, quod de
pane, intellige etiam & de veſtitu, haberet quis,
quæque, quo ſe mediocriter iuxta ſtatum in-
duere poſſet, his non contenta appetit ſuperflua,
ſericas veſtes, gemmas, aliaque immodica, ſnam
proſtituit virginitatem, caſtitatem, conqueritur de
neceſſitate, & quòd neceſſaria ei deficiunt, nonne
hoc ſtultum, & Deum tentare? in vno veſtitu in-
ſumunt, quod ad centum ſufficeret, & de Deo
poſtea conqueruntur, quod non præbet eis ſuffi-
cientia, non panem quotidianum; ſed pergo.

Chryſoſt.
Da nobis hodie. Præmitto authoritatem Chry-
20\. ſoſt. quia ſatis ad rem dans rationem, cur illud à
Cur à Deo panem petimus, & quibus dæmon, quibus Deus dat panem.
Deo petitur quod noſtrum dixit, duaſque de eo
affert rationes, *prima quia, ait, non ſolùm oramus, ideo
panem noſtrum da nobis hodie, vt habeamus, quid man-
ducemus, quod commune eſt inter iuſtos, & peccatores,
ſed vt quod manducemus de manu Dei accipiamus,
quod eſt tantum Sanctorum. nam illi Deus dat panem,
qui cum iuſtitia præparat, diabolus autem ei, qui præ-
parat cum peccato.* hinc horum infeliciſſimorum
panis non eſt Dei donum, ſed permiſſio, quia, vt
S.Thom.
bene S.Thom. *temporalia bona habent boni, & mali,
Hugo.
boni ad vtilitatem, mali ad damnum;* & Hugo, *omnia
à Deo creantur, ſed non omnia à Deo ſubminiſtrantur.*

Secunda autem Chryſoſtomi ratio eſt, vt ſcilicet
id, quod noſtrum eſt, à Deo per benedictionem
ſanctificetur, *ſicut ſi aliquis, ait, offerret panem Sacer-
doti, ad ſanctificandum, poſtea peteret à Sacerdote iam
ſanctificatum.* Excellens ratio, & Chriſtiani animi
digna, vt omnia, quæ habet, quæ poſſidet, ſic velit
habere, vt à Deo ſint ſanctificata, ſint benedicta,
quod equidem efficiet, ei illa offerendo, bene
expendendo, beneque vtendo, eleemoſynas lar-
giendo.

At cur *hodie* dixit; ergo qui diues, & in totam 21.
Chriſtus cur dixit, da nobis hodie.
Auguſt.
vitam paratum habet panem, non licebit hoc pe-
tere? aut qui iam cœnauit poſt cœnam hanc ora-
tionem non recitabit? Auguſt. *ad Probam, cap.* 15.
reſpondet, ly *hodie* ſignificare totum hoc tempus
præſens, quaſi dictum hoc tempore, id eſt, in præ-
ſenti vita, quo modo loquitur Apoſtol. ad Hebr. 3.
n. 13. *adhortamini voſmetipſos donec hodie cognomina-
tur,* hoc eſt, tempus præſens, & Pſalm. 94. n. 8. *hodie
ſi vocem eius audieritis,* fauet Cyrill. *in catech. 5. my-
ſtagogica,* hæc Auguſt. interpretatio, æſtimo litte-
ralem, ſic vt reliquæ Sanctorum potiùs ſint mora-
les. nam neſcio quomodo quotidianum differat ab
hodierno, cùm idem ſit petere panem quotidia-
num, quàm panem hodiernum, niſi cum Auguſti-
no dicas pro pane hodierno, nos panem petere
quotidianum, & pro hodie, in hac ſcilicet præ-
ſenti vita: hinc reſponſum, quomodo, & poſt
cœnam etiam recitare poſſumus hanc orationem,
& *ſecundò* quomodo ſi pro pane accipiatur corpus
Chriſti, poſt illum acceptum etiam poſſumus di-
cere, *da nobis hodie,* ex quo ſolutum etiam manet
argumentum illorum pro quotidiana communio-
ne fundatum in his verbis, vt patet, cùm multoties
non ſolùm bonum, ſed malum erit quotidie com-
municare, quando tali frequentia indigni, de qua
re vide Salazarium *in tract. de frequentia communio-* *Salazar.*
nis, & nos *in 2. tom. in Sap. diſp. de hac re.*

At Chryſoſt. & Niſſenus affirmant ideo di- *Chryſoſt.*
ctum, *hodie,* ad ſignificandum huius vitæ incer-
titudinem, cui nihil eſt certum niſi præſens, *alia
Philoſophia hic ſermo eſt,* ait Niſſen. *vt diſtas per ea,* *Niſſen.*
*quæ dicis, quòd diaria ac quotidiana ſit vita humana,
id quod præſens eſt, cuique proprium dumtaxat eſt, fu-
turi verò ſpes in certo manet,* hinc rectiſſimè excla- 22.
Dei prouidentia quàm certiſſima, contra hominum ſuſtentationem.
mans ait, *cur miſeri ſolliciti ſumus de incertis, cur
curis futurarum rerum affligimur, qui tibi diem dat,
etiam ea, quæ ad diem pertinent, dabit.* fortis ratio ad
Dei confidentiam augendam, dat diem; ergo dabit
neceſſaria ad diem, dat vitam, dabit neceſſaria ad
vitam, qui te creauit, te conſeruabit, ſuſtentabit;
nunquid poſt creationem ſuam deſeret creaturam?
impium hoc erit de Deo iudicare, magis & minus
nō variat eſſentiam, conſeruatio quid niſi cōtinua
creatio? ergo ſicut qui te creauit te conſeruat, &
ad conſeruationem neceſſaria dabit; ſic pari modo,
& qui dat diem, dabit tibi neceſſe ad illum diem;
noli ergo ſollicitos eſſe. Chryſoſtomus etiam &
aliam addit, vt nihil quærendo niſi neceſſarium
hodiernum, quod parabile, parati ſimus de reliquo
ad cœleſtia procuranda. Hieronym. Cyprian. Ter- *Hieronym.*
tull. dāt cauſam, vt à ſanctis Deus remoueret ſolli- *Cyprian.* *Tertull.*
citudinem de craſtino, quod de immoderata in-
telligendum. nam moderata pars eſt prouidentiæ,
vt docet D.Thom. 1.2. *quæſt.* 108. *art.* 3. *ad* 5. & 2.2. *D.Thom.*
quæſt. 55. *art.* 6. & 7. quæ hîc diſcurrere poſſemus,
de bono parſimoniæ & frugalitatis, ſuperflua non
deſiderando, diximus *tom.* 1. *Ann.* 64. quæ autem de
frequentia ſanctiſſimi in commentariis *in Sapient.
tom.* 2. conſultò hîc ab illis abſtinentes, nec denuo
d.ſterentes

differentes ad finem properantes, quod ſemel lectorem meum admonitum velim, conſultò nos multa deſerere, ne dimidiatum relinquamus opus, ſanè mihi perfrigidum, commentaria, ac dilucidationes edere, & non totum percurrere authorem, hinc alieno inſtructus malo, illud euitare duxi; ne des ergo ignauiæ, quod prouidentiæ dare potes.

NVM. 12. Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.

Senſus litteralis, & moralis.

Tertull. 1. *Diues peccator inferni victima.* 2. *Peccata ſunt debita.*

DImitte nobis debita noſtra. Pulchrè Tertull. *de orat. cap.* 7. hanc petitionem cum ſuperiori ordinans ſic ait, *conſequens erat vt obſeruata Dei liberalitate, etiam dementiam precaremur; quid enim alimenta proderunt, ſi illis reputamur, reuera quaſi taurus ad victimam.* Egregiè, quid diuitiæ, quid opes? quid diuitibus magni prouentus, ſi peccatores, cùm ni reſipiſcantur, quaſi alia ſunt ad victimam deputati infernalem, dum eis non dimiſſa debita; per hæc autem peccata intelligi, nemo eſt qui dubitet, tam quoad culpam, quàm quoad pœnam, cùm per illa Deo debitores conſtituimur.

Euthym. Tertull. *Peccatum*, ait Euthym. *obnoxium reddit hominem, ſicut æs alienum*, & Tertull. vbi ſuprà, *debitum, ait, in Scripturis delicti figura eſt, quòd perinde in iudicio debeatur, & ab eo exigatur, nec euadat iuſtitiam exactionis, niſi donetur exactio ſicut illi ſeruo*, Matth. 18. *Dominus debitum dimiſit.*

Ambroſ. Immo Ambroſius 5. *de Sacrament. cap.* 4. affirmat improbos etiam diabolo debitores eſſe. nam diabolus peccatum eiuſque delectationem veluti pecuniam homini fœneratur vſuras exigens, pro eis infernales pœnas, à quibus vſuris Chriſtus nos liberat, *ex vſuris, & iniquitate redimet animas eorum*, ait Dauid Pſalm. 71. n. 14. *quæ ſunt illa vſuræ?* Diuus petit Auguſtinus, *niſi peccata, quæ etiam debita nominantur.* hinc apud Luc. *cap.* 11. *num.* 4. pro debitis ſunt peccata; vnde

3. *Peccata veriſſimè deleri contra hæreticos aſtipulatur.* ait, *dimitte nobis peccata noſtra.* peccata ergo vt nobis dimittantur petimus, quæ ſic dimittuntur, vt penitus tollantur, deleantur, eradicentur, & in profundum maris proiiciantur, non autem quòd non imputentur, aut tegantur, aut diſſimulentur, vt impiè hæretici, & deleantur per intrinſecam immutationem, & renouationem factam per iuſtitiam verè nobis inhærentem ex meritis Chriſti, in qua re illud eſt admirabile in hæreticorum errore, (vt interim hoc dicam) vt in cœlo velint, quod ipſi in ſua non permitterent domo, etſi viliſſima. nam dum volunt totam iuſtificationem conſiſtere in non imputatione peccatorum diſſimulante in cœlo cum illis Deo, & quaſi illo non vidente, conſequenter admittunt, vt optimè Vazq. 1. 2. *diſp.* 211. *cap.* 4. *num.* 22. peccata noſtra re vera in cœlo manere, atque eodem modo poſt iuſtificationem, ſicut antea nos eiſdem maculatos perſeuerare, iniuſtos, ac peccatores, tamen propter iuſtitiam Dei, aut Chriſti nobis imputatam; Deum erga nos ira placari, vt non puniat nos, ad ſuam nos admittens gloriam, tanquam ſi re vera ſancti eſſemus, & immaculati. hinc ipſa tecta dicunt, quaſi à Deo non videantur, non tamen ablata, raſa, non eradicata, quæ omnia ſic ad longum adduxi, vt quanta ſit huius erroris enormitas, morali argumento aſpiciatur. nam ab illis percontari vellem, quis eorum in domum ſuam etiam viliſſimam, quempiam admitteret, vt non ſolùm in illa habitaret, ſed etiam vt ſimul in vna menſa, in vno ederent, vt ſic dicam, catino, qui ſimul continuè, ac ſemper in vno eſſent cubiculo, fabulantes, confabulantes, nulla interpoſita oratione, ſemper ſe mutuo aſpicientes, colloquentes, ac familiariſſime, amiciſſiméque tractantes, tangentes, amplexantes, ſuauiſſiméque oſculantes, tanquam pater cum filio, amicus cum amico, ſponſus cum ſponſa; & tamen hoc totum vellet cum vno ſpurciſſimo, ac re vera lepra morboque infecto elephantico, putido, ac malè olente; peto ergo ab illis vt mihi dicant, ſi poſſibile hoc ac imaginabile, vt efficiat quilibet viliſſimus ex illis, & inſuper hoc, non vna, aut altera die, ſed per æternitatem, ſolùm in gratiam vnius amici, qui eum rogaſſet, vt omnia illa diſſimularet, ſufferret, immo & quòd ſuas cum illo delitias haberet; nunquid qui hoc peteret, eſſet homo, an potiùs beſtia? nunquid amicus, an potiùs inimicus; nunquid mente ſanus, qui illud putaret factibile, aut quod eſſet, qui illud efficeret, & ſimul æſtimaret beatum ſe eſſe cum illo ſic conuerſantem. hoc dixerim ne hæreticus reſpondeat, etiam Sanctos pro Dei amore talem ſæpe ſuſtinere, amplexari, ac exoſculari, ac amplecti, ac in domum recipere. nam ſi hoc, non illud efficiunt fruendo, aut gaudendo, ſed ſuſtinendo, patiendo, ac depereundo, quod non ſic in cœlo; vnde penè dementiſſimum illud eſſet cogitare, referendo talem actum, non ad pœnalitatem, ſed ad fruitionem; hoc ergo amice quod de viliſſimo quoque ipſi non cogitarent, nec efficerent, volunt peſſimi nebulones, vt Deus per æternitatem ſuſtineat in cœlis, & beatitudo illa, ac domus Sanctorum Dei habitaculum, non ſecus ac infernus ſit impuriſſimorum receptaculum, & ad inſtar diaboli Deus ſit immundiſſimorum princeps ac pater; ſed pergo.

At aduertendum per peccata non ſolùm mortalia, ſed venialia, à quibus nullus immunis, & etiam originale intelligi, ſi quando catechumenus hanc recitet orationem; hinc ex hoc loco contra Pelagianos diſputant Hieron. *lib.* 3. *contra illos*, & Auguſt. *lib.* 2. *contra Parmenian. & lib.* 3. *contra duas epiſtolas Pelagianorum, cap.* 5. aſſerebant enim Pelagiani in hac vita ad eum ſtatum aliquem peruenire poſſe, vt penitus ſine peccato exiſtat, vnde aiebant, quòd dum hæc dicunt tales Sancti verba non pro ſe, ſed pro aliis orare, deinde non ex veritate, ſed ex modeſtia illa dicere, contra quos diſputans Auguſt. *locis ſuprà adductis, & lib.* 3. *de peccatorum meritis & remiſſ. in fine, & hom.* 41. hanc orationem interpretans, tractans quòd nec Apoſtolos etiam poſt confirmationem in gratia non fuiſſe à venialibus immunes, ſic ait. *Quis viuit in carne, & non habet debita? quis eſt homo ſic viuens, vt ei non ſit iſta oratio neceſſaria? hac Chriſtus docuit orare diſcipulos ſuos, arietes illos magnos primos Apoſtolos ſuos, arietes noſtros; ſi ergo pro peccatis ſuis dimittendis arietes orant, agni quid debent facere?* ab hac tamen generali regula excipe ſanctiſſimam Virginem, quæ cùm ab omni originali, & actuali peccato immunis extitiſſet, licèt ſæpe hanc orationem recitaret, tamen hæc verba non pro ſe, ſed pro corpore recitabat fidelium, quorum ipſa mater; præter ipſam autem nemo eſt, quantumuis Sanctus, qui hac non egeat precatione, ex qua, vt rectè Cyprian. de ſua admonetur humilitate, ac neceſſitate, *neceſſariè, & ſalubriter admonemur*, ait, *qui peccatores ſumus, qui pro peccatis rogare compellimur, & ne quis quaſi*

Hieron. Auguſt.

4. *Pelagianorũ error de immunitate peccatorum confunditur.*

Auguſt.

5. *Maria ſanctiſſima vt dicebat, dimitte nobis debita noſtra.*

Cyprian.

quaſi innocens ſibi placeas, & ſe extollendo, plus pereat, inſtruitur ſe peccare quotidie, dum pro peccatis quotidie iubetur orare. hinc rectè Euthymius, *ſciens*, ait, *quàm lubrica eſſet noſtra natura ad peccatum, agnoſcens quoque, & poſt regenerationis lauacrum, rurſus nos eſſe offenſuros, iubet pro peccatis deprecari.* in quibus non ſolùm contra Nouatianos doctrinam habes, qui poſt Baptiſmum negabant pœnitentiam, ſed etiam Chriſti amorem, beneuolentiam, ac miſericordiam, qui ſic tui amans inuenitur, vt ſciens te iterum eum offenſurum, interempturum, ac crucifixurum; tamen non ſolùm non deſinit te lauare, mundare ac dealbare, ſed inſuper inſtruit, vt veniam petas, & quomodo petere debeas, vti tibi Deus tua remittat debita, tuaque donet delicta; hinc ſequens ait:

Euthym.

6. *Sicut & nos dimittimus debitoribus noſtris*, &c. Vt litteralis ſenſus perfectiſſimè innoteſcat huius ſententiæ, & vera eius intelligentia, neceſſarium duxi illam per interrogationes quaſdam expendere, & dubia, ex quibus ſanè intellectis tota huius ſententiæ pendet intelligentia.

Particula ſicut, *an ſit ſimilitudo, an conditio neceſſaria.*

Primum ergo ſit, quid importet particula *ſicut*, an ſit nota ſimilitudinis, ſeu regula, an verò conditio neceſſaria. Maldonat. nullo modo vult, vt ſit regula, aut ſimilitudo; non ſimilitudo. nam vt ſic malè nobiſcum ageretur, ſi ſic nobis noſtra Deus dimitteret, ac nos noſtris dimittimus debitoribus; neque etiam regula. nam Deus & multo maiora, & multa plura, & multo liberalius, & multo minus merentibus remittit, quàm nos debitoribus noſtris remittimus, aut remittere poſſimus; deinde, quia Deus noſtra eſt regula, & non nos Dei, vnde ſi regula, noſtra potius erit, quàm Dei, hincque concludit non eſſe regulam, nec ſimilitudinem, ſed conditionem neceſſariam: at hoc contra ferè eſt omnium Sanctorum ſenſum, qui non ſolùm volunt ly *ſicut* eſſe conditionem, ſed etiam ſimilitudinem, attamen non eam accipiunt, vt Maldonat. ſic ſtrictè, ac, vt ſic dicam, in rigore Scholaſtico, ſed proportionaliter, & moraliter, quod ego veriſſimum cenſeo, & ſecundùm litteralem ſenſum. nam cùm Chriſtus totus ad charitatem fraternam ſtabiliendam, &, vt optimè Ianſ. ſcirer hanc minimè conſeruari poſſe ſine remiſſione iniuriarum, cùm impoſſibile, vt omnino illæ deficiant in humano conuictu, & quod ſæpe, immo, & quod frequentiſſimè eſſent interuenturæ, quo, quæſo, alio medio efficacius illud efficere poterat, quàm nobis inſinuare, ſic nobis illum dimiſſurum, ſicut dimiſerimus, aut nullo modo dimiſſurum, ſi non dimiſerimus. Immo eo libentiùs hunc amplector ſenſum, nam ſi tantùm eſſet conditionalis, ſolùm complecteretur dimiſſionem ex præcepto, vt infrà dicam; at quia etiam habet notam ſimilitudinis, non ſolùm amplectitur dimiſſionem, quæ eſt in præcepto, ſed etiam quæ eſt in conſilio, vt ſcilicet hîc nobis Deum liberaliter dimiſſurum, ac abundantiſſimè noſtra delicta, ac debita, vltra condignum, ſicut nos dimittimus etiam liberaliter ea, ad quæ non tenemur; neque aliquid difficultatis ingerit Deum eſſe primam regulam, & nos non poſſe eius eſſe regulam. nam in hoc caſu regula ſumus, non ſimpliciter, ſed ex Dei dono, ex ipſius benignitate, & non eius, ſed noſtri, quia ſecundùm regulam, quam nobis miſericordiæ impoſuerimus, ſecundùm illam Deus nobiſcum ſe habebit, vt Sancti loquuntur. Audi Auguſt. hom 4. *Induxit*, ait, *nobiſcum Deus pactum, & placitum, firmumque chirographum, vt dicamus, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, qui vult dicere efficaciter, dimitte nobis debita noſtra, quod & dicas veraciter, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.*

Maldon.

Auguſt.

Audi Cyprian. *Addidit Dominus legem, certa nos conditione & ſponſione conſtringens, vt ſic nobis dimitti debita poſtulemus, ſecundùm quod & ipſi dimittimus, ſcientes impetrare nos non poſſe, quod pro peccatis petimus, niſi ipſi circa debitores noſtros paria fecerimus.* Adnecte Chryſoſt. *hom.* 18. qui excellentiſſimè, *à nobis*, ait, *hac res ſumit exordium, futurumque de nobis, in noſtra eſt poteſtate, iudicium, ipſum reum Dominus Chriſtus fecit eſſe ſententia; quemadmodum enim tu tibi iudicaueris, ita etiam tibi iudicabo; ſi enim dimiſeris ſeruo tuo, à me quoque eandem gratiam conſequeris.* Acutè Chryſolog ſerm. 71. *Homo tu tibi miſericordia factus es ipſe menſura, quantum quæris miſericordiæ, fac tantum.* Vnde deuotè & piè ait Niſſenus, *Ordo quodammodo inuertitur, vt audeamus ſperare futurum, vt Deus noſtra facta imitetur, vt dicas, quod ego feci Domine, fac, ſolui, ſolue, dimiſi, dimitte.* in quibus adnotanda, ly *ordo quodammodo inuertitur.* in quibus oſtendit Niſſenus non accipiendam ſimilitudinem in toto rigore, ſed moraliter, & proportionaliter, qui pulchrè affirmat Deum ſibi ſimiles nos efficere, dimiſſionem nobis inhibendo debitorum, quia debita dimittere proprium eſt ipſius, ſic illi apud Lucam, cap. 5. *Quis poteſt peccata dimittere, niſi ſolus Deus.* ergo & nos dum peccata, ſeu debita, quæ nobis alij debent, dimittimus, ad ſimilitudinem deitatis aſſurgimus, *præſcribit*, ait Niſſen. *Dominus, qualem velit eſſe eum, qui ad Deum acceſſurus ſit, qui ipſi Deo per virtutem aſſimiletur, vt Deus eſſe videatur dum facit ea, quæ ſolius Dei eſt facere;* quæ non tantùm adduxi, vt ſecundùm Sanctorum ſenſum videatur ly *ſicut* non ſolùm eſſe conditionem, ſine qua non, ſed etiam regulam ac ſimilitudinem, quantum etiam, vt ex Sanctorum ſenſu diſcas, quàm magnum, quamque præclarum ſit dimittere, ac proximis relaxare debita.

Cyprian.

Chryſoſt.

Chryſol.

Niſſen.

Secundum dubium ſit, de qua dimiſſione ſit ſermo, an tantùm de præceptiua, an ſimul de ea, quæ eſt in conſilio? Et breuiter dico quòd de vtraque, at cum differentia. nam quando dimiſſio eſt præceptiua, & quis obſtinatus non vult dimittere, certiſſimè nec ei Deus ſua dimittet debita, cùm in ſtatu ſit peccati, nec proinde ob hoc ſequitur, quòd aut non poſſit hanc orationem dicere, aut quòd peccet dicendo eam, vt aliqui voluerunt apud Abulenſ. *hic quæſt.* 116. vel quòd reticenda ſint hæc verba, vt apud Caſſian. *coll.* 9. *cap.* 22. aliqui faciebant, immo ex modernis aliqui volunt, quòd ſi aliquis ſciens, & videns, quid, & quomodo poſtulat, & ſuo nomine poſtularet pertinax, in non remittendo peccaret mortaliter, conſultiuſque hæc non dicere, ſic Raphael Torres *in* 1. 2. *D. Thom. quæſt.* 85. *art.* 9. *num.* 67. quam doctrinam æſtimo veriſſimam, ſi ſuo nomine peteret. nam, vt bene ipſe, eſſet peccatum temerariæ irreligioſitatis, & inuerecundæ contra Dei debitam reuerentiam: at quia potius hoc quid eſt metaphyſicum, cùm, vt bene ſanctus Thomas *hic*, quilibet peccator orationem fundit nomine Eccleſiæ, ob quod non dicit, *dimitte* mihi, ſed *nobis*, non *ſicut* ego, ſed ſicut *nos dimittimus*, hinc fit quòd neque illud ſit neceſſarium, neque peccet, neque mentiatur, neque aduerſùs ſe deprecetur, qui hanc orationem recitat; immo addo quòd licèt quantum ex meritis orantis pertinacis non dimittantur ei peccata, cùm in ſtatu ſit peccati, ac proinde non exaudietur, po-

7. *De qua dimiſſione hic eſt ſermo, præceptiua, an conſultiua.*

Abulenſ.

Caſſian.

Torres.

8. *Peccator obſtinatus nolle remittere, quomodo recitare poteſt hanc orationem.*

teſt

reſt aliunde ex liberalitate Dei, ſi velleitatem habet, vt ait Torres *vbi ſuprà*, exeundi à ſtatu peccati, immo vt hîc ſumitur ea D. Thom. etiam ſine illa impetrare bonum tantum conuerſionis, & contritionis, ob quod ſemper cuilibet peccanti expedit talem recitare orationem, & quo ſæpiùs, eo meliùs, *dicendum*, ait Sanctus, *quòd licèt quis ſit in peccato, debet hanc orationem dicere, quia debet facere quidquid boni poteſt, quia licèt non ſit meritorium ad vitam æternam, tamen ſunt proficua ad impetrandam gratiam*, quæ doctrina eſt communis.

At ſi ſermo eſt de dimiſſione non præceptiua, ſed conſilij, in qua non peccat quis, & in ſtatu eſt gratiæ, tunc poſſibile eſt, vt exaudiatur, & quòd Deus ei ſua remittat debita, pœnam ſcilicet peccatorum; at non hoc certum, immo valde periculoſum, ſecundùm doctrinam Sanctorum, quam

Carthuſ. ſuprà retulimus, vnde excellenter Carthuſ. *Aliqui*

9. *dicunt ſe culpam dimittere, non pœnam, quam ſe-*

Inimico nolēs remittere pœnam licèt remittat iniuriam, nec Deus illi remittet debitam pœnam.

cundùm viam iuſtitiæ proponunt inferre, qui tales ſunt, videant, quomodo eis pœnas debitas relaxabit. Iam ſatis nota eſt doctrina Theologorum, Deum etſi totam culpam, tamen non totam remittere pœnam, poſt culpæ abſolutionem, poſt gratiam recuperatam, ad pœnam obſtrictus remanet peccator, hic pari modo ipſe cum eo, qui eum offendit, remittit iniuriam, at expetit pœnam, quam cùm aliunde remittere non debeat, illam exigere vult, videat,

Theophyl. quid agat. nam, vt Theophylactus ait, *habet me Deus exemplar, & quod facio alijs, faciet & mihi*, infrà *cap.* 18. *num.* 27. procidens ſeruus ille veniam impetrauit omnium debitorum, noluit poſtea dimittere conſeruo paruum debitum; quid ergo Rex iuſſit filios, & vxorem, ac rem venundari vſque redderet vltimum quadrantem, applica parabolam proportionaliter, & intellige non de pœna æterna, ſicut ibi, ſed temporali, & conclude, quòd ſicut tibi per actum pœnitentiæ Deus remittit totam culpam, & partem pœnæ, immo aliquando totam, ſi poſtea tu remittere non vis eam, quam tibi iuſtè conſeruus tuus debet, ſed eum in carcerem tradis, per iuſtitiam eam exigere volens, vt ait Carthuſ. vide ne tibi aliquid ſimile contingat, vt in hac vita, aut in purgatorio, ſic detrudaris, vt inde non exeas vſque ad minimum quadrantem, cùm iuxta Theophylact. quod aliis feciſti, faciet & Deus tibi, *hoc enim expectat exemplum parabolæ*, ait

Tertull. Tertull. de orat. *nam & quod idem ſeruus à domino liberatus, non perinde parcit debitori ſuo, ac propterea delatus penes dominum, tortori delegatur ad ſoluendum nouiſſimum quadrantem, id eſt, modicum vſque delictum, eo competit quod remittere nos quoque profitemur debitoribus noſtris.* eo ſcilicet modo, quo Deus nobis remittit. nam aliàs & ipſe nobis remittet, quo nos aliis remiſerimus.

10. *Tertium* dubium ſit, an qui debita, & offenſas

An actus ſolus remiſſionis ſit ſufficiens ad dimiſſionē peccatorum.

proximo ex animo dimittit, per hanc actionem, ſiue per hunc ſolum actum, remiſſionem acquirit peccatorum. nam cùm oramus, dimitte nobis, ſicut nos dimittimus; ergo ſi dimiſi, dimittet ob hoc noſtra debita, immo infrà num. 14. *ſi dimiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet vobis Pater cœleſtis delicta veſtra.* videtur enim ſupponere dimiſſionem omnium delictorum ex dimiſſione tantùm

Auguſt. noſtra. Auguſt. *lib.* 21. *de ciuit. cap.* 22. *&* 27. quorumdam hæreticorum refert errorem, qui illud aſſerebant, per actum ſcilicet ſolum dimiſſionis nobis omnia peccata dimitti, hincque liberè poterat quis peccare, cùm tamen ex animo dimitteret, omnia eſſent ſalua: at hoc, vt bene Auguſt. eſſet peccata augere, non ſoluere. nam, vt rectè ipſe, *non vt fiant, ſed quia fiunt peccata, dicimus, dimitte nobis*, &c. breuiter ergo reſpondemus nullo modo ſic intelligi debere, niſi quod dimittentur nobis peccata, niſi aliunde ponamus obicem, etſi cætera ſeruemus, quæ neceſſaria ad peccati abolitionem; pro qua re

Obſeruanda illa celebris Scripturæ regula de 11.

propoſitionibus affirmatiuis, & negatiuis, earumque differentia. nam affirmatiuæ ſemper conditionaliter ſunt intelligendæ, ſi cætera ſcilicet adſint neceſſaria, negatiuæ verò abſolutè. probatur

Regula Scripturæ de propoſitionibus affirmatiuis, & negatiuis.

Matth. vltimo, *qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit; qui verò non crediderit, condemnabitur. primaque* affirmatiua intelligenda ſub conditione, ſi aliquid non deſit, ſi obex non ponatur, ſi cætera adſint opera bona; *ſecunda* verò abſolutè. nam certiſſimè, qui non crediderit, condemnabitur, ſic nunc dimitte, ſicut nos dimittimus, dimittet niſi aliunde ponatur obex: an autem qui dimittit ex animo, & in ſtatu eſt peccati, infallibiliter conſequatur motum bonum, diuinumque auxilium ad ſe conuertendum, infra commodiùs diſſeremus *num.* 14.

Quartum dubium, qualia debita teneamur de- 12.

bitoribus dimittere, an iniuriarum, an ciuilium, an vtrorumque, & quando, ſiue in qua occaſione? de hac re diffusè Theologi, ad quos meum remitto lectorem; nos autem hîc vti ad Scripturæ expoſitorem, erit ſatis breuiter doctrinam D. Thom. D.Thom.

De quibus debitis ſit ſermo, iniuriarū, an pecuniarum.

apponere, quam hîc tradit, qui omnia ſimul complectitur, quæ hîc circa hanc rem dici poſſunt ad Scripturæ expoſitionem neceſſaria, ſic enim inquit, *debitores dicuntur duobus modis, vel quia peccant contra nos, vel quia aliquid nobis debent, vt pecuniam, & huiuſmodi. non ergo docet, vt dimittam debitum pecuniæ, ſed debitum, quo peccauit contra me, offenſam debeo dimittere, non pecuniam.* nihil Thomæ addendum ſolùm, quod aliquando, vt rectè Car- Carthuſ.

thuſ. non ſolùm non teneor, ſed nec debeo remittere pœnam, vt iudex, & quando ob bonum publicum, immo ob priuatum, vti ſi ſoluendo debitum, in extrema conſtituitur paupertate; ſed de hac re in ſcholis, vt diximus. ſufficiat hîc affirmare ſermonem eſſe de debito iniuriarum, & non pecuniarum. Vide Mald. qui, vt aſſolet, breuiter & dilucidè de hac re.

Quintum tandem dubium ſit, an hanc oratio- 13.

nē recitando tenear intrinſecè dimittere ad hoc, vt exaudiar? an expectare, vt rogatus dimittam. Ianſen. affirmat, quòd cautè legendus eſt Auguſt. Ianſen.

Dimiſſio an facienda ante rogationem.

in Enchir. cap. 73. quaſi dixerit non eſſe hoc neceſſarium, niſi quando rogamur, non quando hanc orationem dicimus; ſed melius, quàm ipſe D. Th. intellexit Auguſtinum. nam Auguſt. non dixit recitantem hanc orationem non debere eſſe paratum ad remittendum, immo illud affirmat, ac externè actu dimittere non teneri, niſi rogatus, *quæris Auguſt.* D. ait Thom. hîc, *ſi ſolùm illis, qui remittunt offenſas, Dominus remittit, & vult Auguſt. quòd eo tenore dimittamus, quo dimittit Dominus, Dominus enim rogantibus dimittit; qui ergo paratus eſt roganti dimittere, fructum recipit orationis.* hoc autem totum intellige, quoad neceſſitatem, & vt ſtrictè obſeruamus, præceptum. nam ſecundùm perfectionem non ſolùm rogati, ſed ſpontaneè, & vltrò procedere debemus ad dimittendum etiam non rogati.

Ex dictis ergo habes verum, & litteralem

horum verborum ſenſum, nempe eum eſſe exhortationem Domini noſtri, ad Patrem orandum pro debitis, ac delictis, quibus illi tenemur obſtricti, & vt veniam illorum conſequeremur, conditionalem appoſuiſſe demiſſionis debitorum fraternorum, & hoc, vt excellenter Chryſoſt. *in Imperf.*
Chryſoſt.
14.
Cur Deus vult vt prius dimittamus, quàm quod ſ a nobis dimittat.
quia ſciebat quàm negligenter homo dimitteret, ſi priùs illi dimitteretur, vnde ait, *nouit Dominus ingenium hominis, qui ſi prius pro ſe obtineret veniam, quam dimitteret fratri, lentius eſſet in dimittendo, aut propoſitum mutaret.* quæ hîc poſſent dici, de dilectione inimicorum iam diximus 1. *tom. ann.* 64. *& noſtris in Sap. commentarijs* 2. *tom.* quæ de dimiſſione iniuriarum, quod in idem reincidit, inferiùs *cap.* 18. Deo iuuante, commodiùs diſſeremus.

NVM. 13. Et ne nos inducas in tentationem, ſed libera nos à malo. Amen.

Senſus litteralis, & moralis.

1.
Quid tentare, quid inducere in tentationem.
Auguſt.

ET *ne nos inducas in tentationem.* Duo explicanda, *primò* quid ſit tentare, & *ſecundò* quid inducere in tentationem: at antequam hoc faciam, libet excellentem doctrinam Auguſtini adducere, vt huius ſanctiſſimæ orationis plenitudinem animaduertamus, obſeruat enim *lib.* 2. *de peccatorum meritis*, *cap.* 4. in his tribus vltimis petitionibus nos à Deo petere liberationem à malis præteritis, præſentibus, & futuris, hoc eſt à peccatis præteritis, ſi in illa incidimus à præſentibus, ne incidamus à futuris, vt omnino ab illis ſecuri ſimus, vnde ſic piiſſimè diſcurrit, *ſi ergo deſiderijs concupiſcentiæ carnis illicita voluntatis inclinatione conſenſerimus, ad hoc ſanandum dicimus, dimitte nobis debita noſtra, adhibentes remedium ex opere miſericordiæ, in eo quod dicimus, ſicut, & nos dimittimus debitoribus noſtris, vt autem non ei conſentiamus, deprecamur adiutorium, dicentes, & ne nos inducas in tentationem, deinde addimus quod perficitur in fide, cum abſorbebitur mortale hoc, ſed libera nos à malo, penè nulla erit talis concupiſcentia, cum qua concertare, & cui non conſentire iubeamur.*
2.
Chriſti erga nos prouidentia in hac oratione quāta.
Egregiè, ſic nobis Magiſter hic noſter prouidit in hac oratione, vt non ſolùm ad diuinas virtutes nos animet, & conſummatiſſimos in illis nos deſideret, quod facit in primis petitionibus, ſed noſtram conſiderans fragilitatem, remedia adhibet præteritis malis, orationemque inculcat, ne in præſentibus incidamus, tandem nos à futuris præcauet, inhibendo vt pro illis deprecemur, vt ſic ex omnibus videas, quanta vera, quantaque infinita diligentia nobis proſpexit, nihil intactum ad noſtrum profectum relinquens, quin nos de illo admoneret; ſed progredior ad textum.

Et quoad *primum*, quid ſit tentare, breuiter ex
D Thom.
D. Thom. 1. *part. quæſt.* 114 *art.* 2. eſt de aliquo experimentum ſumere, quod quando ſit bono fine, & ad bonum hominis ordinatum, Deus & homines boni etiam dicuntur tentare, 3. Reg. 10. n. 1. *Venit Regina Saba tentare Salomonem in ænigmatibus.* & *Iudic.* 6. *num.* 39. Gedeon ad Angelum, *ne iraſcatur furor tuus contra me, ſi adhuc ſemel tentauero.* hoc eſt, experimentum ſumpſero. Deus etiam tentare dicitur hoc modo, non equidem vt ipſe ſciat, ſed vt aliis per experimentum illud innoteſcat, vnde Deuter. 13. *tentat vos Dominus veſter vt palam fiat, vtrùm diligatis eum, an non.* at quando tentatio tendit ad malum finem, & ad hominis ruinam, tunc & mali tentant, & diabolus, Deo permittente, non impellente, vt impiè Caluinus, & hoc modo ſumitur hîc *tentare.*

Quoad *ſecundum* autem, ſcilicet, quid ſit in tentationem inducere? mirum quot modis illum intelligant Sancti, breuiter, qui minus probabiles, primò referam, ne quid intactum relinquamus, deinde qui mihi ampliùs probantur.

Primo ergo Niſſen. *orat.* 5. de oratione per tentationem ipſum intelligens diabolum ab effectu, quia ſemper vt plurimùm ipſe tentat, vnde affirmat ſenſum eſſe, ne nos in manus diaboli inducas, ſed ab ipſo nos libera, putans petitionem ſequentem eſſe explicationem huius, pro malo ipſum accipiens diabolum. tolerabilis expoſitio, ſed non ad litteram, cùm verè diabolus tentator, non tentatio, dicatur, & non omnis tentatio ab illo. nam *Iacob* 1. tentamur à concupiſcentia propria, de qua re excellenter Chryſoſt. *lib.* 1 *de prouidentia, tom.* 5. vbi affirmat non omnium malorum eſſe cauſam diabolum. nam multorum & nos ipſos, *quod ſi penitus*, ait, *ac diligenter hæc, quæ fiunt, animum intendere velimus, inueniemus minimè ad omnia nos diabolum impellere, ſed cùm plurimorum nobis lapſuum ſit author, plurima item nos metipſi per noſtram ſolam ſocordiam, ac negligentiam, patimur.* Veriſſimè non diabolus nos multoties impellit, ſed nos ipſi impellimur ex noſtra concupiſcentia, in lactuca reſidebat dæmon ille, monialis præterit, & à concupiſcentiæ allecta lactucam comedit. Beato Equitio, ni fallor, ipſum expellenti reſpondit. *Quid feci, in lactuca ſtabam, ipſa acceſſit ad me, non ego ad eam*; ſic equidem multoties, licèt vt in plurimum diabolus eſt, qui nos impellit.
Niſſen.
3.
Non omnia mala à diabolo, nec omnes tentationes ab illo.
Chryſoſt.

Secundò Chryſoſt. *hom.* 20. pro inducere in tentationem intelligit, ſcilicet quando malitia, aut ignauia, aut ſuperbia nos ipſos inducimus in occaſiones peccandi, vnde pro tentatione accipit ipſam peccandi occaſionem, *protractus*, ait, hoc eſt, tētatus à dæmone, *ſiquidem in medium viriliter ſtare oportet. ac fortiter, non prouocatos, verè quieſcere, & tempus expectare certaminis, vt nos & vacuos oſtendamus amore gloriæ, & plenos virtute conſtantiæ.* hoc ipſum confirmat *hom.* 13. & *ſerm.* 3. *in epiſt. ad Rom.* aſſentit Baſil. *in mor. regul.* 62. *cap.* 2. hæc Chryſoſt. doctrina veriſſima eſt; at quàm litteraliter nunc hîc congruat, non video, cùm hîc non ſit ſermo de occaſione tentationis, ſed de ipſa tentatione.
4.
Occaſiones fugiendæ.
Chryſoſt.
D. Baſil.

Secundò, quia aliquando ſanctis, & viris perfectiſſimis, licitum, aut bonum non deſerere, etiamſi præuideant inde illis varias obuenturas tentationes, aut illud incipere ſi magnum, etiamſi occaſiones præuideantur tentationum. dixi, *ſi magnum*, nam ſi parui momenti, nullo modo. Vide Origenem *tract.* 11. *in Matth.* vbi exemplo Chriſti docet, aliquando nos debere obuiam ire periculis, & tentationibus, aliquando non; cùm ergo aliquando ob magnum bonum licitum ſit hominibus perfectis etiam ſe in occaſiones immittere tentationum, & hæc petitio ſit generalis, ſequitur ſecundùm litteralem ſenſum intelligi non poſſe pro occaſione peccandi.

Tertiò aliqui vt ſententias multiplicent ex ſancto Gregor. *lib.* 3. *moral. cap.* 3. ſic faciunt, vt ille exponat, nempe quod idem ſit, *& ne nos inducas in tentationem*, ac, *ne nos permittas tentari, ſupra id quod poſſumus.* ſupra id quod poſſumus erit, ſi deneget nobis Deus auxilium ſufficiens, quod etiam eſt beneficium oratione dignum, licèt nulli denegetur; ergo ſecundùm Gregor. tantùm erit dicere,

&

& ne nos inducas in tentationem, quantum, ne auferas à nobis illud auxilium, quo poſſumus reſiſtere; hanc ſententiam non apponerem, cùm nec illam, mea ſententia, ſomniauit Gregor. vt ea verbis eius rectè expenſis patet, immo neque Auguſt. quem etiam citant, ſed ambo loquuntur de permiſſione Dei, quando aliquis ſuccumbit tentationi, quod tunc, vt ait Auguſt. *lib.* 2. *de ſerm. Domini*, quando Deus ſuam denegat gratiam efficacem,

Gregor. & ſanctus Gregorius affirmat, quòd etſi videatur Deum nos in tentationem inducere, quatenus eas non remouet, tamen non inducit, quia nobis auxilium præbet ſufficiens, quo reſiſtere poſſumus, ſi velimus, *non inducit*, ait, *Dominus in tentationem, qui ſemper à tentatione ſubditos miſericorditer protexit, ſed tamen in tentationem, quaſi eius inducere eſt, à tentationis nos illecebra non munire, & tunc nos in tentationis laqueum non inducit, cùm tentari nos vltra quàm poſſit, non permittit.* vbi per tentationis illecebram intelligit ipſam tentationem, ſeu tentationis principium, à quo nos non munit permittendo vt incidamos in eam, at poſt illam in laqueum nos non inducit per caſum, cùm nobis auxilium ſufficiens præbuit, ne caderamus. Ex quo patet, non eſſe ſententiam Gregorij, ſed

5\. quòd eam illi affingunt; non ponerem ergo, ſed

Auxiliũ ſufficiens Dei eſt beneficiũ ex meritis Chriſti. data opera appoſui, vt quidquid ſit, an ſit Gregorij, an non, admoneamur, gratiam ſufficientem Dei eſſe beneficium, ex meritis Chriſti poſt peccatum nobis datum, ac proinde vt grati de

6\. eo, ſemper Deo gratias agamus, etiamſi ex noſtra

Pœnitere nos debemus de malo vſu auxilij ſufficientis. culpa, malitia, ac defectu, nobis non proſit, quia nolumus, vt ex tali gratitudine mereamur, ex Dei benignitate, ac miſericordia efficacem, & ſimul vt te admonerem lectorem meum de eo, quod forſitan vſque huc nec cogitaſti, nec audiſti, vt cum dolore, ac tremore Deo ſemper veniam petas de malo vſu auxilij ſufficientis, quod obtines, tum ad bonum agendum, tum ad malum euitandum, quo cùm nunquam culpa tua bene vteris, & ſecundùm aliquorum opinionem tale auxilium continuum, fit, vt ex malo vſu, ſeu ex non correſpondentia infinita committas venialia, aut malo non reſiſtendo, vt debes, aut bonum non faciendo, vt teneris, licèt non ea obligatione, vt mortale committas, hinc cùm tale auxilium, vt dixi, ſecundùm aliquos ſit perenne, & occaſiones infinitæ debiti etiam leuiſſimi, aut de malo euitando, aut de bono operando, fit vt in propè infinita incidamus venialia, ac per hoc ingentem debeamus pœnam, vnde conſultum, vt pro iis depreceris etiam ac de malo huius diuini auxilij vſu ſuppliciter ſemper veniam poſtules. Sed pergo.

7\. His ergo acceptionibus relictis, duæ ſuperſunt

Vera ſententia quid petatur in iſtis verbis, & ne nos inducas. celebres. *Prima* eſt, vt ne tentemur, memores noſtræ fragilitatis, miſeriæ, ac inimicorum noſtrorum potentiæ. huius acceptionis eſt Hilar.

Hilar. *can.* 31. *in Matth.* ſuper illa verba Chriſti ad diſcipulos, *orate, ne intretis in tentationem.* vbi Hilar. *hoc erat igitur, quod volebat, & ideo in oratione tradiderat non inducas nos in tentationem; cur autem ne in tentationem venirent, orare eos admonuiſſet, oſtendit, dicens, ſpiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma.* Egregiè. Admonuerat Dominus in hac oratione, inquit Hilar. *orare, ne nos inducas in tentationem*, quod & diſcipulis in horto repetit, dicens, *Orate ne intretis in tentationem*, quaſi explicans quid ſit inducere in tentationem, in illam ſcilicet non intrare; at cur hoc? diſcipulos admonet, *quia ſpiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma*, quod non de ſe Dominus protulit, ait Hilar. ſed de diſcipulis, & cum illo multi, vt ibi dicemus, Deo fauente; ergo conſulit, quia etſi ſpiritu, animo, ac deſiderio ſint valentes, tamen orandum eis, ne in tentationem intrent, ne eis tentatio adueniat, quia caro infirma, quia fragilis, & infirmæ naturæ, cum Hilario eſt Auth. Imperf. Auth.Imp.

hic, Drugmarus, Ianſen. Maldon. qui pro hac opinione citat Auguſt. Tertull. Euthym. Drugm. Ianſen.

Fateor optimam eſſe hanc tantorum Patrum Maldon. Auguſt. acceptionem, & verè illud orandum, quod de Tertull. grauibus intelligendum tentationibus, non de le- Euthym. uibus. nam hoc impoſſibile, & eſſet impertinens, immo maximè de grauibus, & quæ ad peccatum impellunt graue, eo vel maximè, ſi aliquando ab illis oppreſſi in peccatum incidimus, optimum eſt pro illis deprecari, ne veniant, & quòd Deus ab illis nos liberet, vtpote de occaſionibus nobis peccati, vnde exemplum de hoc ipſe nobis dedit Dominus noſter, mortis tentationem recuſans, oranſque Patrem, ſi poſſibile, *vt calix ille à ſe tranſiret*, Matth. 26. quod equidem, quid aliud facit, quàm Patrem rogare, ne in grauiſſimas illum poneret tentationes, ac tribulationes, quod & diſcipulis conſuli, vnde Origen. Origenes.

in hæc verba, *orate, ne intretis in tentationem. multi intelligunt, ac ſi dicat, orate, ne tentemini*, hincque conſultum, vt illud a Deo petamus noſtræ fragilitatis memores, ob quod optima eſt horum Patrum & authorum acceptio.

Secunda autem celebris, ac communis acceptio eſt eorum, qui dicunt, nos per hanc orationem ex Chriſti mandato non petere, ne in tentationem incidamus, ſed ne tentationi ſuccumbamus, & vincamur, vnde tantum ſit deprecari, ne in tentationem inducamur, quantum ne tentationi ſuccumbamus, ſic Auguſtinus lib. 2. de ſermone Auguſt.

Domini, cap. 14 *Aliud, ait, eſt induci in tentationem, aliud tentari nam ſine tentatione probatus eſſe nullus poteſt, ſiue ſibi ipſi, ſiue alijs. non ergo hic oratur, vt non tentemur, ſed vt non inferamur in tentationem, tanquam ſi quiſpiam, cui neceſſe ſit igne examinari, non orat, vt igne non contingatur, ſed vt non exuratur.* hanc autem Auguſt. ſententiam ſequuntur Cyril- Cyrill. lus *catech* 5. *myſtagogica*, Tertull. Cyprian. Niſſen. Tertull. Cyprian. Abulenſ. *hic*, aliique moderni. Niſſen.

Hæc acceptio ſicut eſt magis communis, ſic, Abulenſ. mea ſententia, eſt magis litteralis, quod multis probatur. *Primò* ſcilicet ratione Auguſtini, qui, vt ſuprà, ſupponit nullam eſſe probationem ſine tentatione. ergo cùm ſancti viri probati debent neceſſariò, iuxta illud Tobiæ cap. 12. num. 14. *& quia acceptus eras Deo, neceſſe fuit, vt tentatio probaret te.* ſequitur non conſuluiſſe Dominum, nos deprecari Deum de eo, quod Sanctis neceſſarium. *Secundò* probatur ex ratione Origenis *vbi ſuprà*, ex impoſſibilitate petitionis. nam impoſſibile vt in hac vita ſine tentationibus tranſigatur, vnde *Iob* 7. *num.* 1. ſecundùm LXX. tranſlationem, *tentatio eſt vita hominis ſuper terram*, vnde ipſe ſcribit quòd quando Chriſtus in horto diſcipulis dixit, *orate ne intretis in orationem*, quod tantum fuit, quantum, orare, ne ſuccumberent tentationi, hincque poſt aliorum ſenſum narratum qui dicebant eſſe, ne in tentationem inciderent, ipſe ſic ait, *conſidera* 8.

autem ſi poſſibile eſt magis intelligere, quo- *Tentationum quàm ingens fructus.* *niam vita noſtra ipſa tentatio eſt, ſecundùm Iob: intrare autem, aut venire in tentationem,*

eſt cadere in tentationem , & vinci ab ea. ergo cùm petere hoc, eſſet petere quid impoſſibile, non eſt credendum conſuluiſſe Dominum, vt pro impoſſibili deprecemur. *Tertiò*, quia priuaremur infinitis bonis, quæ ex tentationibus nobis prouenjunt. nam, vt per Sidrac Spiritus ſanctus, Eccl.34. num.9. *qui non eſt tentatus quid ſcit?* Verè enim nec ipſe de ſemetipſo, nec alij de ipſo ſciunt, & ſcire poſſunt ſi tentationes abſint.

D.Baſil. nam, vt Diuus Baſilius ait *hom* 8. in diuites auaros, *Naucleru m tempeſtas, & athletam ſtadium, & ducem pugna, magnanimum calamitas, Chriſtianum verò tentatio probat.*

Hect.Pint. & concinnè Hector Pintus, *vt frumentum in cellario niſi pala, & ventilabro verſetur, & moueatur gurgulione, aſſumitur; ſic homo niſi fuerit tentationibus agitatus, facilè corrumpetur, & labefactabitur.* Immo quid eſſet mundus niſi iuſti tribularentur, & tentationes paterentur, equidem perditus. nam multoties Deus eius miſeretur ob orationem, non ſimpliciter iuſtorum, ſed iuſtorum tribulatorum, immo vnius iuſti, ſed tribulati. Audi præclaram de hoc

Nazianz. Nazianzeni ſententiam orat. de pace Eccleſiæ reddita, *Deus, ait, pauperem facit, & ditat, mortificat, & viuificat, ex hyeme facit ver, ex tempeſtate tranquillitatem, idque plerumque ob vnius iuſti orationem, diuturna perſecutione vexati.*

9\. Quid ergo, putandum ne illam orationem

Deus quando vt amicus tentationes immittit. Dominum inhibuiſſe, quæ priuationem tantorum fructuum cauſaret, & homo tantis bonis priuaretur; ſequitur ergo, vt iuxta tantorum ſanctorum Patrum ſententiam litteralis ſenſus ſit, in tali petitione nos non petere abſolutionem à tentationibus, ſed ne illis ſuccumbamus, ac miſerè peccemus, & vt Deus illas nobis immittat vt amicus, non permittat vt inimicus, vt prouentum faciamus, non vt miſerè decidamus. Apocal. 6. num. 2. *exiuit vincens, vt vinceret.* Ad quid exiuit? Sanè ad præliandum, ad ſudores, ad labores, ad inimicorum circumuentiones, & tentationes; cur ergo ad talia Deus illum immiſit pericula, & ſi filius, vt vult Origen. *hom. 2. in Cant.* Sanè, quia fecit illum exire, vt vinceret, non vt perderet, vt debellaret, non vt ab inimicis debellaretur, hinc antequam exiret, *data eſt ei corona*, vt ſecurus de victoria, certus ſtaret de triumpho. Sic equidem ad huius inſtar nobis in hac diuina oratione petere debemus, *vt ne nos inducat in tentationem*, hoc eſt, ne illis ſuccumbere nos ſinat. quando eius eſt beneplacitum nos in illis immittere, vt illas manu det amica, non permittat inimica. hunc ergo verum ac litteralem reputo ſenſum.

At ſi in gratiam primorum ſanctorum Patrum mediam ſequi velis opinionem, quam ſequitur

Euthym. Ianſen. Hug.Card. Anſelm. Euthym. Ianſen. Hugo Cardinal. Anſelm. & alij, qui vtramque acceptionem comprehendunt, ſic vt faciant hæc verba, *& ne nos inducas in tentationem*, hunc ſenſum, ne ſcilicet patiaris nos in tentationem venire; attamen ſi tua eſt voluntas, vt in illam intremus, ne patiaris, quòd illi ſuccumbamus, optimè hanc potes ſequi expoſitionem, quam etiam puto litteralem, vnde

Origen. Origen. *vbi ſuprà*, pulchrè poſt illam acceptio-

10\. nem illorum verborum Chriſti ad diſcipulos in

Orandum ne tentatio veniat, ſed ſi aduenerit, ne illi ſuccũbamus. horto, *orate, ne intretis in tentationem.* hoc ne tentatio vobis occurrat, ait, *ſi autem placuerit Deo, acquieſcite Deo, ſicut me audiſtis orantem.* Magiſtraliter, bene Chriſtus orauit Patrem in tentationem ne immitteretur: at poſtquam vidit Patris voluntatem, ſtatim acquieuit, ſic ait Orig. & diſcipulis conſulit, orate vt non intretis; at ſi eſt Dei voluntas, vt in tentationem incidatis, Deo acquieſcite, & tunc eſt poſtulandum, ne tentationi ſuccumbamus. *Iubet ergo*, ait Euthym. *nos quidem precari, ne in tentationem inducamur, ipſe verò, cùm ſit animarum noſtrarum moderator, interdum quidem permittit, quandoque verò prohibet, iuxta quod vtrumque expediens eſt, quare non inductis quidem tentationibus, ab eis cauere debemus: vbi autem inducta ſunt, viriliter contra ſtandum eſt, vt & modeſtia, & certitudinis ſpecimen prabeamus.* quod totum cùm à gratia pendeat diuina, meritò Magiſter noſter nos admonet, vt pro illa deprecemur, dicentes, *& ne nos inducas in tentationem*, &c.

Sed libera nos à malo, &c. *Compendijs paucorum verborum quòd attinguntur edicta Prophetarum*, ait admiratus Tertullian. hanc orationem, *Euangeliorum, Apoſtolorum, ſermones Domini, parabolo, exempla, præcepta? quot ſimul expunguntur officia Dei? honor in patre, fides, teſtimonium in nomine, conſolatio obſequij in voluntate, commemoratio ſpei in regno, petitio vitæ in pane, exomologeſis debitorum in deprecatione, ſollicitudo tentationum in poſtulatione tutela; quid mirum? Deus ſolus docere potuit, vt ſe vellet orari.* quid elegantius? ex- 11. *Oratio Dominica eſſentia vitæ, & quare.* penderem luculenter niſi alia me attraherent, ſolùm placet adnectere, quod de efficacia huius diuiniſſimæ orationis ſubiungit poſt dicta, *ab ipſo igitur*, ait, *ordinata religio orationis, & de ſpiritu ipſius iam tunc, cùm ex ore diuino ferretur animata, ſuo priuilegio aſcendit in cœlum, commendans Patri, quæ filius docuit* nihil dilucidius dici potuit, hanc enim à cæteris hæc oratio obtinet differentiam, vt ab ſpiritu Chriſti & afflatu Chriſti, vt ſic dicam, ſit animata, hinc viua ſemper & viuida, cæteræ quia à ſpiritu proprio, qui ſæpe marcidus, & mortuus, inanimatæ tenentæ, ad cœlum non aſcendunt: at hæc ex Spiritu Chriſti ſuccum attrahens vitæ, *ſuo priuilegio aſcendit in cælum*, non adminiculis indigens, *hinc ſemper commendat Patri, quæ filius docuit*, exorans quod orat. Sed pergo ad litteram. 12.

Quid per malum. Quid per *malum*? Niſſen. Cyrill. Chryſoſt. Euthym. Theophylact. Chryſolog *ſerm*.70. Ambroſ. Caſſian. Tertullian. Maldonat. per *malum* Diabolum intelligunt, per Antonomaſiam malum, & qui ad malum nos impellit, & quia in Græco eſt poſitus cum articulo, ac ſi legeretur, *libera nos ab illo malo.* Niſſen. Chryſoſt. Euthym. Theophyl. Chryſol. Ambroſ. Caſſian. Tertull. Maldon.

Hæc acceptio probabilis eſt, tum propter tantorum Patrum authoritatem, tum propter rationem ipſam, cùm ſic potens eſt hic inimicus noſter, vt dignum duxerit Dominus noſter, nobis conſulere Patrem poſtulare, vt ab illo nos liberet, ex qua ſententia illud eruitur morale documentum, quantum ſcilicet nobis præcauere, & obſeruare debeamus, dum contra tantum hoſtem pugnam gerimus, & oratione nos indigere Dominus admonuit, hoc dixerim, quia aliqui putant, vt quia ſemel à Chriſto Domino noſtro deuictus, iam amplius ei vires non ſuppetant, falluntur, immo velim ſcias, vt quia aucta nobis gratia, & vires illi ampliores permiſſæ aliquando, ad Dei gloriam, ad noſtrum incrementum, & licèt à Chriſto deuictus, ligatus, ac penè abſorptus, tamen potentiſſimus, vltra quod credi poteſt. vnde ſi in 13. *Diabolus potentiſſimus etiam poſt Chriſti victoriam.*

Chriſti

Chriſti victoria, ac potentia confiſus, otio velis
ſterte re, & non viriliter agere, ſine dubio ſuc-
cumbes; enimvero pòſt à Chriſto deuictum dæ-
monium Paulus ad Epheſ. ſcripſit *cap. 6. num.* 10.
& tamen vt illi reſiſtamus, admonet, vt om-
nem Dei armaturam ſumamus, *de cætero fratres,*
ait, *confortamini in Domino, & in potentia vir-*
tutis eius, induite vos armaturam Dei, vt poſſitis ſtare
aduersùs inſidias diaboli. Si confortamur in Dei
potentia, quæ diabolum vicit, ad quid Dei ar-
Cornel. maturam ſumere? quo vocabulo, vt bene Cornel.
ſignificat omnem armaturam, qua milites à ca-
pite ad talos ſe armant, & communiunt; ſanè re-
Gregor. ſpondet Gregor. *lib. 32. moral. cap. 19 in cap. 40. Iob.*
dans rationem, quare Deus fortitudinem dia-
boli ſic minutatim deſcripſerit, ſcilicet, *vt co-*
gnoſcamus, ait, *cum quanto hoſte pugnamus; quid*
namque nos niſi puluis ſumus. hincque conclu-
dens ſequitur, *Quid ergo de propria virtute au-*
deat quando contra Angelorum principem puluis
14. *pugnat.* hinc Paulus hoc callens, etſi poſt deui-
Dei armatu- ctum à Chriſto diabolum ſuadet, vt non vnum
ra quæ. tantùm genus ſumamus armorum Dei, ſed om-
nem Dei armaturam, *induite vos armaturam Dei,*
quam ſi à me petis, qualis illa? breuiter. omnia
Chriſti opera, quibus diabolum deuicit, ieiu-
nium, mortificatio, obedientia, cæteræque vir-
tutes, hinc etſi puluis ſuerit adhærendo diabo-
Idem. lum vincere poterit, vt egregiè idem ſanctus
vbi ſuprà, elucidans quomodo homo puluis dia-
bolum vincit Angelum ſupremum, *quia*, ait,
ſupernorum ſpirituum conditor terrenum corpus aſ-
ſumpſit, rectè iam ſuperbum Angelum humilis pul-
uis vincit. at quomodo, *inhærendo namque vera*
fortitudini vires accipimus. Magiſtraliter; verùm
quòd in deſerto Chriſtus diabolum vicit, verum
quòd illum proſtrauit, at ſcias quò, & ſi hoc,
ſic nunc Angelus, ac poteſtatis princeps, ac
antea, hinc & cùm tu ſimiliter cinis, certiſſi-
mum eius ſuccumbes poteſtati; quid ergo vt non
ſuccumbas, veræ fortitudini adhærere, imita-
tione & ſequela, vt ſicut Ipſe vicit, tu vincas, cùm
aliter impoſſibile, quod cùm & ſine Dei auxilio
fieri nequit, hinc & oratio neceſſaria, ac proinde
ſemper tibi apud Patrem orandum, *ſed libera nos*
à malo, hoc eſt, à diabolo infeſtiſſimo, ac poten-
tiſſimo hoſte.

Placet etiam & alia moralitas huius acceptio-
Ianſen. nis, quam ex Chryſoſt. tradit Ianſen. nempe vt
15. cùm audis Chriſtum docentem vt petas à Patre
Contra diabo- à malo liberari, hoc eſt, à diabolo, ſcias hunc
lum, non con- eſſe præcipuum tuum inimicum à quo cuncta
tra homines accipis mala, hinc etſi aliquando ab homini-
malum infe- bus laceſſitus, intelligas, hoc non ab iſtis, ſed
rentes iraſci à diabolo proueniſſe, ex quo illis derelictis con-
debemus. tra perfidum Inimicum bellum ſtruas, *atque*
vt ab hoc, ſcilicet diabolo, *ſingulariter liberemur,*
ait Ianſen. *iubemur precari. vt erudiamur aduer-*
ſus proximos, non commoueri acerbiùs propter
mala, quæ patimur ab eis, ſed ab iſtis in illum
transferre inimicitias, quaſi in cunctorum caput,
& cauſa malorum. de qua re vide Chryſoſtum.
hic.

16. At licèt probabilis, vt dixi, ſit hæc ſententia,
Vera intelli- tum propter Sanctorum PP. authoritatem, tum
gētia pro ma- propter rationem, mihi tamen literalior videtur
lum hic intel- illa, quæ pro malo omnes huius mundi calami-
ligi omnes ca- tates intelligit, in quas propter noſtra incurrimus
lamitates. delicta, ſic vt petitione antecedenti petiui-
mus à malo liberari culpæ, dicentes, *& ne nos in-*
ducas in tentationem, ſic nunc à malo pœnæ, in
quod incurrimus peccando. Ex quo ſummum
noſtri Magiſtri elucet ſtudium, amor ac diligen-
tia, vt nos vndique protectos haberet. nam ſicut
primò nos docuit orare, ne in peccatum incide-
remus, noſtræ recordatus miſeriæ, ac fragilitatis,
quia præuidit ſæpe nos caſuros, nunc iubet rogare,
vt poſt caſum, etſi per pœnitentiam liberati à
culpa, per Dei miſericordiam, liberemur à pœna
debita, pro peccatis commiſſis, vt ſic vndique
nos ſartos, tectoſque haberet, vnde Auguſt. de
ſermone Domini, *Orandum eſt*, ait, *non ſolùm, vt*
non inducamur in malum, quo caremus, ſed ab illo
etiam liberemur, in quod iam inducti ſumus. hanc
opinionem habet Auguſt. non ſolùm *loco citato*, ſed Auguſt.
epiſt. 121. *ad Probam.* Cyprian. Beda. D.Thom. *in* Cyprian.
opuſc. Caiet. Abulenſ. Ianſen Carthuſ. Catechiſmus Bed. D Thom.
Concilij Tridentini, aliique. Caiet.

Hæc ſententia ex eo mihi magis probatur. Abulenſ.
nam re vera ſi pro malo diabolus intelligeretur, Ianſ.
non video quomodo ab alia ſuperiori petitione Carthuſ. Catechiſm.
hæc diſtingueretur, ſi cum Auguſtino ſeptem
illas faciamus, hincque qui ſex tantùm illas fa-
ciunt, vt Niſſen. & Ianſen. de facili reſpondent, Niſſen.
concedendo non eſſe amplius, quàm ſex, & per Ianſen.
affirmationem idem peti quod ſuprà per nega-
tionem, vt ait Ianſen. at non licet ab Auguſti-
no, & communi diſcedere, hinc cùm in prima
petiuimus liberationem à caſu, ac proinde à po-
teſtate diaboli, nunc vt aliud differens petamus,
petimus liberari, non à caſu, & malo culpæ,
ſed pœnæ, vt diximus, neque faceſſit multum,
quod dictio Græca inueniatur hîc cum articulo.
nam etiam alibi inuenitur cum eodem articulo,
& non ſignificat diabolum, ſed alia mala, vt ad
Romanos 12. num. 9. *Odientes malum, & adhæ-*
rentes bono. vbi ponitur eadem vox, & cum eo-
dem articulo. & ex multis aliis locis idem pro-
bari poteſt, vt *Pſalm. 4. Leuit. 6. 1. Reg. cap. 25.*
Iob 2.

In Græcis antiquis codicibus ſubiicitur hæc 17.
clauſula, *quoniam tuum eſt regnum, & potentia, &* *Quæ verba in*
gloria in ſæcula. Amen. quæ à Græcis exponitur *Græcis inue-*
Patribus Chryſoſt. Euthym. Theophylact. atque *niebantur ad-*
in Euangelico Syriaco habetur. Vnde contra nos *iecta Domini-*
Caluiniſtæ garriunt, quaſi Scripturarum mutila- *ca orationi.*
tores, mutilones ipſi, ac Scripturarum corrupto-
res, ſi omnia Græca exemplaria illa haberent,
vt rectè arguit Maldon. cum Hieron. ad Græcam
lectionem Latinam correxit, cur hanc clauſulam
non appoſuit, & expoſuit? ſignum quòd non
omnia illam haberent, & ex vitio Scriptorum in
Euangelium irrepſiſſe, ex vſu fortè Græcorum,
qui ſolemni huic orationi illa addebant, quando
in Miſſa eam recitabant, ſicut nos poſt illam di-
cimus, *libera nos, quæſumus Domine.* lege Mal-
donatum.

Amen. Adnotat Auguſtinus *lib. 2. de doctrina* 18.
Chriſtiana, cap. 11. multa Latinum interpretem *Interpres Scri-*
nomina deſeruiſſe in proprio ſuo idiomate; non *ptura cur ali-*
vertens illa, ſolidam de hac re aſſignans ratio- *quando anti-*
nem, affirmans hoc veniſſe, quia transferri *quas retineat*
non poterant ſecundùm eorum maieſtatis exi- *voces.* Auguſt.
gentiam, ac proinde vt ſanctiorem obtine-
rent authoritatem. aut quia voces non ſuppe-
tebant idoneas, *Hebræa*, inquit, *verba non in-*
terpretata ſæpe inueniuntur in Scripturis, ſicut
Amen, Alleluia, Raca, & Hoſanna, & ſi quæ ſunt
alia, quorum partim propter ſanctiorem authoritatem,
quamuis interpretari potuiſſent, ſeruata eſt antiquitas,

ſicut in Amen, & Alleluia; partim verè in aliam linguam non potuiſſe transferri, dicuntur, ſicut alia
19. *duo quæ poſuimus.* in qua Auguſtini ſententia palmam adpono rationem, veterem nempe interpretem, ad conciliandum ſanctiorum verbis authoritatem, non audiſſe ea interpretari, ſed in ſuo reliquiſſe idiomate, vt ex hoc hæreticorum impudentiam aduertas, qui relictis ſanctiſſimis Scripturæ tranſlationibus antiquiſſimis nouas ipſi putidas fecerunt, tanta impudentia, vt ſpatio paucisſimorum annorum, plus quàm nouem exierunt; quid leuius, ni dicas ſtolidius. ſed ad rem.

Hæreticorum audacia in Scripturarum verſionibus.

Concertatio eſt inter Hebrææ linguæ peritos, an hæc vox *Amen* ſit nomen, an aduerbium? Forerius in illud Iſaiæ 65. *benedicetur in*
20. *Deo, Amen.* putat eſſe nomen ſubſtantiuum, ſignificans *veritatem & veracitatem*, à verbo *Aman*, quod in ſexta coniugatione *Amana* ſignificat credere, inde *Amana* pro fidelitate, & veracitate, qua homo conſtans eſt in dictis, & factis, hinc *benedicetur in Deo Amen*, tantundem eſt, ac in Deo veraci, ac fideliſſimo, vnde Apocal. 3, num. 14 *hæc dicit Amen, teſtis fidelis*, hoc eſt, verus, & verax. At D. Hieron. *epiſt.* 137. *ad Marcellam*, æſtimat eſſe aduerbium, quod nominaliter aliquando accipitur, vt mox dicemus.

Forerius.

Amen, an verbum, an aduerbium.

D. Hieron.

21. Tripliciter ergo inuenitur accipi in Scriptura. *Primò* vt ſit aduerbium, atteſtans veritatem à proferente dictam, ſignificans *ita eſt*, aut *verè*, aut *certè*, qui vſus frequenter in Euangelio Luc. 2. num. 2. *verè dico vobis, quia hæc vidua pauper plus omnibus miſit.* At apud hunc Euangeliſtam, cap. 12. *Amen dico vobis quòd hæc vidua.* Ab hac ergo prouerbiali ſignificatione, quia aduerbialiter ſemper pro veracitate aſſumebatur, factum, vt nominaliter poſtea vteretur. ſignificans Dei fidelitatem, ac veracitatem, immo quòd ipſa eſſet veracitas, vt *loco citato* Apocal. *hæc dicit Amen*, hoc eſt, ipſe verus, ille, qui eſt ipſamet veritas. *Secundo* modo accipitur, pro confirmatione, ſiue aſſenſu audientis quaſi conſentientis in alterius dicta, vt faciat ſenſum, *ita eſt, conſentimus.* & hoc modo accipitur Deuter. 27. num. 15. *reſpondebit autem omnis populus, Amen.* hoc eſt, conſentimus, ſic fiat; & *Num.* 1. mulier accuſata propter adulterium, poſt imprecationes cogebatur reſpondere *Amen*, hoc eſt, conſentio, ſic fiat, quod & nunc etiam vſitato modo loquendi, & reſpondendi ſolemus & nos dicere. *Tertio* modo accipitur vt ſit verbum optandi, quod dicitur, & deprecandi, vt fiat, quo ſenſu illud accipiunt LXX & hîc accipitur in hac oratione, vnde *Amen* hîc propriè, & litteraliter ſignificat, *fiat*, deſiderium explicans, vt fiant, quæ precamur. nam, vt bene Hugo Cardinal. *ideo Amen*, ait, *Dominus*
22. *in fine poſuit, quia hæc oratio potiſſimè ex intellectu, & affectu dicenda eſt.* hoc eſt, ſumma fide, magnoque impetrandi deſiderio, quod vnicum medium ad exorandum, vt videas nihil prorſus Dominum prætermiſiſſe, vt à Patre haberes, quod poſtulas, non ſolùm poſtulanda tibi tradens, & quæ deprecari debeas, ſed & modum, quo illa depreceris, nempe ſummo, ardenti, ac efficaci deſiderio, hinc beati, qui illud obti-
23. nent, quia quicquid cum illo orent, exorabunt, ſuprà cap. 5. num. 6. *Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam.* cur non qui faciunt? Sanè, quia tantundem eſt ſitire iuſtitiam, & illam eſurire, ac illam exercere, cùm impoſſibile, vt verè ſitienti bonum Deus deneget gratiam, hinc ſequitur, *quia ipſi ſaturabuntur*, Pſalm. 20. num. 3. *deſiderium cordis eius tribuiſti ei, Domine, & voluntate labiorum eius non fraudaſti eum*; quid? Voluntas forſitan in labiis? & voluntatis ſedes labia? nihil minus; cur ergo ſic dicitur? Sanè ad ſignificandum affectum, conatum, efficaciam, quo petebat, & cordis deſiderium exprimebat, hinc eum optatis non fraudauit, ſed conceſſit, ex quo ſic apud illum potens ad impetrandum, & ab eo gratiam extorquendum, hominis deſiderium efficax inuenitur, vt etſi de inordinatis illud concedere aſſolet *Num.* 11. populo iniuſtè, ac inordinatiſſimè carnes petenti, conceſſit eas; at cur, quia flagrabant, ac ex earum deſiderio vrebantur, num. 14. *vulgus promiſcuum flagrauit deſiderio incenſis ſibi filijs Iſrael, dicens: Quis dabit nobis carnes.* & licèt ex hoc iratus, & Moyſi intolerabilis res viſa, tamen quaſi impotens non concedere, vbi deſiderium vehemens populo ſic per Moyſem mandauit dicere, *ſanctificamini, cras comedetis carnes.* quid ly *ſanctificamini*? Caiet. hoc eſt, *pœnitemini commiſſi peccati.* quid hoc, at cur hoc eis Deus præcepit? mea ſententia ob duo, *primum* ſciebat poſt ſaturitatem quàm dira morte illos eſſet mulctaturus. hinc etſi iratus, ſuæ non oblitus miſericordiæ, voluit vt ſaltem non in æternum perirent; *ſecundum* quia ex auditione indigni, vt dignificarentur, vt ſic dicam, ex quo & illud habes, ſic petens vehemens eſſe deſiderium apud Deum, vt ſi indignus, qui petit, ac proinde nullo modo ex auditione dignus vt impetret, auxilia det aliquando congrua, quæ ſua eſt benignitas, vt factus dignus exaudiatur, ex quo habes quanto ſenſu, quantâque diuina prouidentia Magiſter hic noſter diuinus hanc vocem appoſuit, quamóque deſiderio, vt omnino à Patre obtineres, quod poſtulas, pro quo ingentes omnes ei referamus gratias, qui ſit benedictus in ſæcula. Amen.

Amen cur in oratione Dominica appoſitum.

Deſiderium efficax quàm cum Deo potens.

Caietan.

Si enim dimiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater veſter cœleſtis debita veſtra. NVM. 14.

Si autem non dimiſeritis hominibus, nec Pater veſter dimittet vobis peccata veſtra. NVM. 15.

Senſus litteralis, & moralis.

SI *enim dimiſeritis.* Redit Dominus ad quintam petitionem; at cur hoc? cæteris nobilioribus prætermiſſis. Abulenſ. vt explicaret debita quæ dixerat nos proximis noſtris remittere debere, non eſſe debita pecuniæ; ſed peccata, hoc eſt, offenſas, quas contra nos proximi feciſſent. bona interpretatio, ſed inſufficiens, cùm ſi hoc, ad quid conditionalis.

Abulenſ.

1\. *Cur hæc verba Dominus immediatè orationi Dominicæ ſubiunxerit.*

Vera ſententia eſt Ianſenij ex infinito deſiderio noſtræ ſalutis, & ſimul impetrationis omnium eorum, quæ poſtulare nobis iuſſerat, cùm non dimittendo nos fratribus, impoſſibile vt à peccatis abſoluamur, & dimittendo dimittentur noſtra, vnde iuſti, quod exorabimus, impetrabimus, *oſtendit certè*, ait Ianſen. *quantum deſideret mutuam in nobis condonationem, ad obtinendam peccatorum remiſſionem, planè neceſſariam, quod*

Ianſen.

ex

ex omnibus ſententijs, quibus nos orare præceperit, eam potiſſimum commendandam, & declarandam putauit, quæ pertinet ad remiſſionem peccatorum. nam, vt bene Raban. quia ſuam Dominus orationem concluſerat cum *Amen*, quaſi infallibilitatem ſignificans impetrationis, conditionalem admonere voluit, ne obliuiſceremur, & ſine dimiſſione aliquid impetrare putaremus, *per hoc,* ait, *quòd Dominus dixerat, Amen, ſignificat indubitanter illis a Domino conferri omnia, quæ vita poſtulant, qui conditionis additæ ſeruare pactum non negligunt, vnde ſubdit, ſi dimiſeritis.* hæc ſententia, veriſſima eſt, & eam reputo litteralem, ob quod amplius dilucidandam iudico, infinitum enim bonum ex eius vera intelligentia pendet; vnde indagandum, quare ſola fraterna condonatio ſic potens cum Deo ſit, tum ad impetrandum, tum ad peccata condonanda, vt de ea ſola Dominus noſter mentionem fecerit.

Rabac.

2. Enim verò, niſi mea me coniectura fallit, eam puto eſſe rationem, quia non remittere fratribus, peculiarem habet cum Deo repugnantiam ad impetrandum remiſſionem peccatorum, ſicut condonatio, ac remiſſio, peculiarem rationem, & congruitatem, ad mouendum Deum vt nobis ignoſcat, non equidem immediatè, ſed mouendo bonum motum, & congruam immittendo cogitationem, ad contritionem qua à peccatis liberemur, operaque efficiamus pœnitentiæ.

Condonatio iniuriarum, quare ſic cum Deo potens ad impetrandum.

3. *Prima* ergo pars huius noſtræ ſententiæ, ſcilicet particularem repugnantiam inuoluere cum diuina miſericordia noſtram obſtinationem in non remittendo fratri iniuriam, quo alio medio probari poteſt efficacius, quàm ex ſententia ipſius ſpiritus diuini, qui claris expreſſiſque hoc inclamat verbis apud Eccl. 28. num. 30. vbi ſic, *homo homini reſeruat iram, & à Deo quærit medelam, in hominem ſimilem ſibi non habet miſericordiam, & de peccatis ſuis deprecabitur, ipſe dum caro ſit, reſeruat iram, & propitiationem petit a Deo.* Pende ſententiam, & rationem aſpicies, pende quid Deus, quid homo, quæ tu commiſiſti contra Deum, quæ contra te homo, pro quibus oras, pro quibus oratis, & luce clarius aſpicies, impoſſibile vt, te non dimittente, Deus dimittet, quantamque repugnantiam animus crudelis, & durus, cum Dei miſericordia obtineat. Ad rem ſanctus Leo ſerm. de martyrib. in fine, *ſed dicet aliquis,* ait, *tanta mala me inimicus meus compulit ſuſtinere, vt eum nulla ratione poſſim diligere, attendis quod tibi fecerit homo, & non attendis, quæ tu feceris Deo? ſi attendis conſcientiam tuam ſine vlla compenſatione, maiora ta commiſiſti in Deum peccata, quàm in te commiſerit homo, & quaſi onte vis vt tibi Deus dignetur dimittere multum, cum tu non acquieſcis dimittere parum.* Quid ad hæc obſtinatus? nónne amens ſi talia præſumit? *qualis eſſet amentia.* Niſſen. ait, *& iniquitas ſi homo diceret Deo, dimitte mihi debenti, ego autem nolo dimittere meo debitori.* Bene equidem Nazianzen. *in ſententijs Tetrarchicis, ſententia* 4. nullam putat aliam poſſibilem eſſe rationem non condonandi, niſi ſi homo nihil Deo debeat, tum equidem poterit non condonare; at quis hic? *ſi tu,* ait, *non affeciſti iniuria Deum, nec tu remittas proximo: at, quis eſt iſte, qui non affecerit iniuria Deum, velitque remitti ſibi.* Sanè equidem nullus. ergo cùm omnes non contra quemlibet noſtri æqualem, ſed contra Deum ſummum infinitæque maieſtatis, multa, magna, ac infinita

Obſtinatio nolens remittere, particularem continet repugnantiam cum Dei miſericordia.

S. Leo.

Niſſen.

commiſimus, & à Deo ac illis veniam ac miſericordiam poſtulemus, quantum cum hac miſericordia noſtra repugnabit obſtinatio, dum æquali, & homini, & non multa, nec magna remittere volumus; hinc certè impoſſibile, vt eam mereamur. Adiectam Tertull. egregium diſcurſum de hac re; ipſe enim cùm ſtatuiſſet, & alia etiam peti poſſe extra hanc orationem, tamen in illa fundata, & quòd non ſint contra in hac oratione præcepta, & ex iſtis primum condonatio iniuriæ, vnde ſic à cap. 9. *ius eſt ſuperſtruendi extrinſecus petitiones, cum memoria tamen præceptorum;* at cur? *ne quantum à præceptis, tantum ab auribus Dei longè ſimus, memoria præceptorum viam orationis ſternit ad cælum.* At quale ex præceptis præcipuum, audi, *quorum præcipuum eſt,* ait, *ne priùs aſcendamus ad Dei altare, quàm ſi quid diſcordia, vel offenſa cum fratribus contraxerimus, reſoluamus; quid enim eſt, ad pacem Dei accedere, ſine pace? ad remiſſionem, debitorum retentione. quomodo placabit Patrem iratus in fratrem, cùm omnis ira ab initio interſit nobis.* nihil egregius, ita interdicta Chriſtiano, & ipſe audet, non ſolùm cum illa, ſed cum deſiderio vindictæ ad Deum accedere orans, & pro ſe deprecans, quid putat exorabit? nihil minus; hoc ergo cùm bene Dominus noſter calleret, ſciretque, & ſummis votis Deum Patrem miſericordem in nos optaret, & vt nos noſtram ab eo ſalutem conſequeremur, videns quàm magnum obſtaculum hoc, de noſtra ſalute ſollicitus, noſtri boni prouidus, vt quod in tradita oratione petimus, ſecurè obtineamus, hoc remouere voluit obſtaculum, nos de eo admonens, & dicens, *ſi non dimiſeritis.*

Tertull.

4. *Secunda* pars verò, condonationem ſcilicet peculiarem rationem, ac congruentiam obtinere apud diuinam miſericordiam, vt nobis noſtra remittat delicta, modo, quo ſuprà, euidenti probatur ratione, condonatio enim peccatorum tota fundatur in diuina miſericordia, quæ quia infinita, indignis inſpirat, mouet, conſulit, pungit, gratiam tribuit ad pœnitendum, tandem & etiam de ſuo aliquid gratis condonat; quid ergo dum hominem proſpicit miſericordem in fratrem, qui gratis dimittit, qui laceſſitus condonat, qui potens ſe vindicare, non vindicat, immo & qui etiam beneficia largitur, nunquid ſe ab homine vinci ſinet? Sic Caietanus in hoc loco, qui egregiè ait, *multis virtutum officijs concurrentibus in Dominicam orationem, fidei, ſpei, charitatis, religionis, obedientiæ, miſericordiæ, prudentiæ, timoris; Dominus autem inſtat pro ſola miſericordia, docens per hoc vniuerſam orationis molem fundari ſuper miſericordiam, dicens, ſi remiſeritis.* Egregiè, aliis virtutibus relictis pro ſola miſericordia Dominus inſtat, cur huc? Sanè, ait Caietanus, quia tota orationis moles fundatur in miſericordia, quia miſericordia humana eſt veluti baſis, ac fundamentum miſericordiæ diuinæ, ſic vt vbi hæc, ibi Dei miſericordia per ſympathiam quamdam, vt ſic dicam, homo ſubtiliſſimè aduertit, non hîc dixiſſe Dominum, ſicut dimiſerit s, ſic dimittet Pater veſter, vt ſuprà in oratione ſimilitudinem apponens, *dimitte debita noſtra, ſicut nos dimittimus debitoribus noſtris;* ſed Dei miſericordiam extendens, quia ly *ſicut* erat quædam particula reſtrictiua, nunc ſimpliciter ait, *ſi dimiſeritis.* quaſi dicat, ſufficit vt remittatis,

Condonatio iniuriarum peculiarem habet congruentiam à diuina miſericordia, ideo efficax ad impetrandum.

ad hoc vt Pater veſter remittat vobis, *aduerte*, ait ſubtiliſſimè, *non dici ſicut remiſeritis, & ſi non remiſeritis, vt omnem ſpem auferat conſequenda venia à Deo, ſi non remittimus alijs offenſas, & ſimiliter plenam prabeat confidentiam conſequendi veniam, ſi alijs remittimus offenſas*. Ex qua ſententia duo licet inferre, & maxima, ſecundùm Caietanum. *Primum*, quòd dicebamus miſericordiam humanam potentiſſimam, ad miſericordiam diuinam attrabendam ſuper reliquas virtutes, & ſecundùm plenam ipſam fiduciam præſtare, conſequendi veniam peccatorum, quod magnum miſericordiæ priuilegium, ſi bene explicetur, & intelligatur, tale enim ac tantum eſt, vt in ea ſit Caietanus opinione, vt piè credat miſericordem, ſi

4. *Miſericordia humana & condonationis priuilegium ſingulare condonatio peccatorum.*

actu, verbi gratia, exiſtat in peccato, & in ſtatu peccati, nihil de pœnitentia cogitans, tamen pro Dei amore iniurias remittit, hanc miſericordiam in ſe continere priuilegium mouendi Deum ad conferendum illi gratiam, & auxilium efficax ad contritionem, & pœnitentiam. audi ipſum, *crediderim tamen ego hominem, qui tanto Dei amore agitur, vt hominibus offendentibus ipſum, remittat ex corde propter Deum, etiamſi in fornicatione perſeueret, tandem à Deo conuerti, ita quòd Deus remittat ei omnia peccata ſua, conuertendo cor eius ad veram pœnitentiam, vnde Dominus non dicit, quod vobis remittentibus Deus remittit, ſed dicit, in futuro, remittet, in quod hanc ſpecialem prarogatiuam, ſeu gratiam ſignificauit Dominus per hanc conditionalem, intelligendo litteram vt ſonat, nouit enim ſolus Ieſus, quàm acceptum gratumque ſit Deo, remittere alijs offenſas, & ideo ipſe ſolus potuit reuelare hoc.* Hæc Caietan. ſententia ſic aliquibus viſa eſt dura, vt benignè eam putent eſſe interpretandam, non quatenus aſſerat infallibiter Deum condonationi actui promiſiſſe auxilium efficax ad pœnitentiam, ſed quòd vt in plurimum, & moraliter,

Banez. ſic eum exponunt Bañez *in 2.2. quæſt.32. art. 4.*

Torres. *con.6.* & Raphaël Torres *in eadem 2.2.q.83 art.9.* in expoſitione huius orationis: at, mea ſententia, ſi attente legatur Caietan. nullo modo talem patitur modificationem, cùm ille affirmet tandem Deum talem conuerſurum, & hoc ex priuilegio reuelato per Chriſtum, quòd ſi hoc non intelligit, infallibiliter nihil peculiarius dicit, cùm vt in plurimum, & aliquæ etiam virtutes illud habeant, vt ex ſancto Thoma infrà dicemus. ergo de priuilegio infallibilitatis intelligendus eſt Caietan.

At quia verè durum hoc, ſalua meliori ſententia, aliter ego expono Caietanum, vt intelligat hoc priuilegium infallibilitatis non circa quemlibet actum condonationis, ſed circa aliquem egregium, & eximium, tum ex parte ſubiecti, tum ex parte obiecti, & de hoc aſſerat quòd infallibilitar ex priuilegio actum acquiret contritionis, & connectetur.

Moueor *primò*, tum ab exemplis, quibus plenæ ſunt hiſtoriæ, narrat ſpeculum exemplorum ex Petro Damiano, *verb. dimittere offenſam*, ter crucifixum inclinaſſe caput peccatori, immediatè poſt condonationem illi, qui patrem occiderat, dum ab eo in modum crucis condonationem expoſcebat, quòd ſimiliter ex Cantapratenſi aliud ſimile adducit exemplum, immo, & à contrario probari poteſt. nam *ibidem*, ex ſcala cœli narrat, quòd quidam durus ad dimittendum cùm eſſet mortuus, & ad Eccleſiam portaretur, & Pſalmi, & orationes pro eo dicerentur, crucifixus retraxit manus clauatas de ligno, & appoſuit auribus ſuis, & vox audita eſt, *nec pepercit, neque parcam*; quid ergo, nunquid & ſimiliter non dicet infallibiliter in aliquibus caſibus, *& pepercit, & parcam?*

Secundo moueor ratione, ad quam antequam accedam, pro defenſione Caiet.

Primò adnoto, optimè nos ipſam explicare, non de omnibus quibuſlibet condonationibus, ſed de magnis. nam ſupponit non parum Dei amorem, vnde ait, *qui tanto Dei amore agitur*, & *ſecundò* etiam ſupponit, hominem, qui non ſemel, nec bis, ſed quaſi per habitum multoties, vnde poteſt dici vir pacificus, & mitis, & ſic ait, *vt hominibus offendentibus ipſum*, quæ omnia caſum adnotant ſingularem.

Secundò adnoto ipſum cùm ſibi obiiciſſet ſequi ex hac clauſula, *ſi dimiſeritis, dimittet Pater meus*, fornicatium miſericordem ſecurum eſſe de venia, ſic reſpondet, *dupliciter reſpondetur, primò quòd ſermo Domini eſt formalis, & intelligitur, niſi aliunde ponatur obex, ſicut colendo Deum, & ſeruando iuſtitiam, meremur vitam æternam, niſi aliunde ponamus obicem.* poſt quæ ſic ait, *hac reſponſio ſecundùm Theologici rigoris regulas procedit*, quo dicto poſtea ſuam affert credulitatem, *crediderim ego.* ex quibus hæc habes pro Caietano, *primum* theologaliter ſtrictiſſime reſpondiſſe, *ſecundum* ipſum non abſolutè pronuntiaſſe, ſed tantùm ſecundùm ſuam opinionem, & credulitatem, quia nullum ſecundùm Theologiæ Scholaſticæ rigorem reſpiciebat inconueniens illud aſſerendo.

Tertiò in opinione Caietan. adnoto illum loqui de priuilegio, non immediatè connexionis, per condonationem, ſed auxilij efficacis, ad actum contritionis, vnde condonatio non erit ex opere operato, ſed ex opere operantis per gratiam contritionis data ex priuilegio miſericordiæ condonationis conceſſo, quod notandum. nam verè illud eſſet falſum, ſi immediatè affirmaret per actum tantùm condonationis remitti peccatum; ſic ergo intellecta Caietani opinione, & de aliquibus præcipuis caſibus, vt dixi, ſic arguo, aliqui eius ſunt opinionis, vt voluntas efficax martyrij in adulto peccatore per ſe ſolam, etiamſi non habeat peccati deteſtationem, in quo ſe aduertit ſtare, ſufficiens ſit ad peccata delenda, immo aliqui probabile tenent, vt apud Vegam *loco infrà citando*, vt ſi quis habuit talem voluntatem, & cum illa ſit dormitum, & per Chriſtum occiditur per talem voluntatem cum martyrio iuſtificari, etiam ſi ſua peccata non deteſtaſſet per actum contritionis, ſic Vega *lib. 6. in 6. ſeſſ. Concilij Tridentini*, Vega.
cap. 37. & licèt ipſe hanc non teneat opinionem de dormiente, conſtanter affirmat de vigilante *cap. 36. can. 2.* & licèt Suarez hanc non Suar.
teneat opinionem *tom. 3. de Sacramentis, diſp. 29. ſect. 3.* tamen vt probabile affirmat naturali obliuione intercedente, poſſe hominem iuſtificari ex voluntate ſola martyrij abſque vllo alio actu deteſtationis, & hoc ex priuilegio acceptans Deus voluntatem illam pro ſufficienti diſpoſitione ad gratiam, quæ etiam eſt opinio eiuſdem Vegæ *in 1. con. illo cap. 36.* quam ferè eiſdem verbis exprimit Suarez. *Dico tertiò, probabile eſt, quamuis per ſe ſit neceſſaria formalis pœnitentia peccatorum ante baptiſmum ſanguinis; tamen ſi ex accidenti contingat hominem excuſari à*

culpa

culpa omiſſionis huiuſmodi pœnitentia propter naturalem inaduertentiam, & obliuionem peccatorum. Solum voluntatem moriendi pro Chriſto eſſe ſufficientem diſpoſitionem ad obtinendum veniam peccatorum, & gratiam ex priuilegio martyrij. Et notandum Suat. expreſsè loqui de venia ex priuilegio immediatè conceſſa in gratiam martyrij, & per actum martyrij; quod quid difficilius? nam ſupponit iuſtificationem ex opere operato, vnde dat pro ſufficienti diſpoſitione voluntatem illam non ſecus ac ſi eſſet attritio; hoc autem fundat in priuilegio, quod reputat eſſe in actu martyrij, & hoc priuilegium accipit ex verbis Chriſti *Luc.* 17. *num.* 33. ſeu Mat. 8. num. 31. *Qui perdiderit animam ſuam propter me, ſaluam faciet eam,* quia *locutio,* ait, *eſt generalis, abſoluta, & vniuerſalis,* quòd priuilegium dant ob excellentiam, & difficultatem, quam in ſe includit martyrij actus, ob quod & ſecundam faciunt tabulam; hoc ergo ſuppoſito nunc ſic arguo, ſi iſtis Doctoribus licitum fuit, in gratiam martyrij piiſſimè aſſerere, tale priuilegium ex verbis Scripturæ, vt ex opere operato iuſtificet, cur Caietano non licitum ex ſimilibus verbis Scripturæ, vt hîc, ſic abſolutis, ac generalibus, & vniuerſalibus priuilegium eruere, non ex opere operato iuſtificans, ſed ex opere operantis per opera gratiæ, quæ ex priuilegio condoitanti meruit ipſe actus condonationis, quando eſt ſingularis, &, vt Maior ait *in ſpeculo*, vbi ſuprà, *victor quis exiſtit, non hoſtis, ſed proprij cordis*, equidem apud aliquos, aliquando plus eſt difficultatis remittere offenſam, quàm millies pro Chriſto vitam profundere; ergo ſi martyrio ob excellentiam, & difficultatem actus illud damus ex opere operato, cur aliquibus adſimilibus actibus, ſic difficillimis non dabimus etiam infallibilitatem auxilij gratiæ ad pœnitentiam operandum?

Maior.

S. Thom.
Ambroſ.

At arguo *ſecundò* ex D. Thom. *in* 4. *ſent. diſt.* 15. *quæſt.* 2. *art.* 2. *ad* 1. arguebatur ex Ambroſio eleemoſynam liberari ab inferno decedentem in peccato mortali. Ambroſ. enim *epiſt. ad Tit. c.* 4. ſuper illa verba, *Pietas ad omnia valet,* ſic ait, *pietatem autem ſequens ſi lubricum carnis patiatur, vapulauit quidem, ſed non peribit.* Ex hac authoritate ſic argumentabatur, non poteſt intelligi de lubrico veniali; ergo de mortali. Ad argumentum autem reſpondens Sanctus ſic ait, *Dicendum, quòd intelligitur de lubrico mortali; quod autem dicitur, non peribit, non eſt ſecundùm neceſſitatem intelligendum, ſed ſecundùm quandam diſpoſitionem, quia per hoc quòd operibus pietatis aliquis vacat, in peccato mortali exiſtens, diſponit ſe ad gratiam, vt non facilè permittatur in perditionem ire.* Ergo ſecundùm Sanctum eleemoſyna peculiare hoc obtinet priuilegium, vt qui eam exercet in peccato, illa auxilia acquirat, vt non facilè permittatur, in perditionem ire, quod ſpeciale eleemoſynæ. nam etſi cætera opera bona in peccato facta diſponunt ad gratiam, non tamen ſic vt eleemoſyna, ita vt ſecundùm ſanctum non facilè Deus permittet talem in perditionem ire, quod priuilegium ſanè fundatur in illis verbis Luc. 12. num. 41. *date eleemoſynam, & omnia munda ſunt vobis.* & Bañez *in* 2. 2. *quæſt.* 32. *art.* 4. *concluſ.* 6. affirmat in plurimum, viros miſericordes ſaluari, etiamſi opera efficient miſericordiæ in peccato mortali, verba eius, *viri miſericordes qui ex pietate, propter Deum faciunt eleemoſynas continuò, & vt in plurimum conuertentur à Deo, & conſequentur remiſſionem peccatorum, & hoc dico, etiamſi fecerint illas in peccato mortali*; quam opinionem affirmat eſſe communem; ſi ergo eleemoſyna hoc habet priuilegium auxilia merendi efficacia ad remiſſionem peccatorum obtinendam, & licet ex verbis Scripturæ illud eruere; cur ergo & Caietano non erit adſimiliter licitum ex alijs ſimilibus Scripturæ verbis, vti ſunt iſta generaliſſima, abſoluta, & clariſſima, non ſolùm ſimile priuilegim, vt in plurimum, ſed etiam in aliquibus caſibus infallibile.

Concludo ergo piè, optimè Caietan. opinionem defendi, & tueri poſſe, in aliquibus, ſcilicet magnis caſibus, & condonationibus, tales actus egregios priuilegium obtinere, vt infallibiliter Deus niſi aliunde peccator ponat obicem, eius miſertus auxilium ei infundat efficax ad pœnitentiam; in cæteris autem actibus ordinariis, non infallibiliter, ſed vt in plurimum, ac proinde æſtimo commodè hac Caietani ſententia populo poſſe prædicari, & peccatoribus obſtinatis, qui nolunt condonare, illam proponere tanquam medium efficaciſſimum, ad cor eorum molliendum, ex quibus habes cur Dominus noſter tantus extitit in hoc opere inculcando. nam, vt bene Caietanus ipſe ſolus ſcit, quantum apud Patrem tale opus miſericordiæ valet ad impetrandum condonationem peccatorum, vnde noſtræ ſalutis ſolicitus illud nobis pandere voluit, ex quo non immeritò Chryſoſt. *hom.* 33 *in Ioann.* talem condonationem comparat baptiſmo, *ſicut in baptiſmate,* ait, *abluta peccata non amplius apparent, ita & dimittendo abluuntur, ſi pœnitere velimus.*

Caiet.
Chryſoſt.

Hug. Card.
5.
Dij, non homines, ſunt, qui condonant.

Si dimiſeritis. Pulchrè adnotat Hug. Card. non dixiſſe Dominum, ſi vos homines dimiſeritis hominibus, ſed ſimpliciter *ſi dimiſeritis,* quia inquit, *qui dimittunt,* non homines, ſed dij, *ſimpliciter ait, ſi dimiſeritis, non addens vos homines, in hoc ipſo innuens condonantes iniurias, benefacientes inimicis, orantes pro eis, quodam modo non eſſe homines, quia peccare in fratrem humanum eſt, ſed rancorem odij dimittere, & pro iniurijs beneficia reddere, quaſi diuinum eſt.* Hinc Interl. ait, *vos qui eſtis quaſi dij.* Vnde ad hoc confirmandum, pulchrè affert illud *Exod.* 7. *num.* 1. in quo Dominus ad Moyſem, *conſtitui te Deum Pharaonis.* Ad quid hoc adducere, ſeu qualis confirmatio, ex hoc loco erui poteſt, condonantes Deos, ac diuinos eſſe, ſanè perquam efficax, eo constituendo Moyſem Deus Pharaonis Deum illico in ſpiritu eius inſtillauit manſuetudinem, ac Dei ſufferentiam patientiamque, ſic vt pro malefactis benefaceret, deceptus non iraſceretur, expulſus pro illo deprecaretur, nunquam ex iniuriis iratus, ſed ſemper illi benefaciens, vt ibi eſt videre; hinc hoc ex loco confirmatur, condonantes non eſſe homines, ſed Deos, quia Moyſes ex miſericordia cum Pharaone factus illius Deus, vnde aptè idem, *Hæc ſunt opera,* ait, *quæ propriè operatur in nobis Dominus, quia perfecta & excelſa.*

Interl.
6.
Moyſes cur Deus Pharaonis.

Theophyl.

Pater veſter dimittet vobis peccata veſtra. Pulchè Theophyl. *Memoriam,* ait, *Patris inculcat, vt reuereamur eum, & cùm eius ſimus filij, non exaſperemur.* Efficax ratio ad condonandum, Pater præcipit, & non obediemus? filij ſumus, & os eius exaſperabimus? quid ex hoc? à contrario ſenſu, nullum maius Dei filiationis ſignum, quàm condonare; ſed de hac re infrà ſuo loco.

Hugo.
7.
Peccata ſunt hominum poſſeſſiones.

Ad rem Hugo adnotat dixiſſe Dominum, *peccata veſtra, quia,* ait, *hæc ſola eſt poſſeſſio, & operatio hominis, in bonum enim per ſe non poteſt, ſed in malum poteſt.* Grauis ratio ad humilitatem, cognitionemque propriam augendam, ad bonum ex me ſine

D 4 Deo

Deo nihil valeo, nihil poſſum, ad malum ſine Deo potentiſſimus inuenior, vt verum ſit illud Oſee 13. num. 9. *perditio tua Iſrael.* hoc eſt ex te tantummodo, *in me auxilium tuum.* Quaſi dicat, ait Cornelius, *captiuitas tua ex te, redemptio tua ex me, interitus tuus ex te, ſalus tua ex me, mors tua ex te, vita tua ex me, malum tuum ex te, bonum tuum ex me, reprobatio tua ex te, prædeſtinatio tua ex me; derelictio tua ex te, vocatio tua ex me, miſeria tua ex te, felicitas tua ex me, damnatio tua ex te, ſaluatio, & beatificatio tua ex me.* Veriſſimè, catholicè dictum, omnia mala tum culpæ, tum pœnæ ex nobis, omnia bona ex Deo, ſic vt ex nobis nec vnam tantùm bonam habere poſſimus cogitationem, vnde bene Auguſt. in ſententiis num. 311. *Multa bona*, ait, *facit Deus in homine, quæ non facit homo; nulla verò facit homo, quæ Deus non facit, vt faciat homo.* O miſera hominum ſors, miſeraque natura, quæ ex ſe ſic defectibilis inuenitur, vt ſola malum omne, etſi grauiſſimum, operari poſſit: at bonum, quamuis minimum, nullo modo ex ſe ſola, hinc aptiſſimè Dominus noſter de hoc admonet, vt ad condonationem impellat. nam cùm ipſum ſimus peccatum, & tanta Dei indigeamus condonatione, cur fratri non condonabimus, qui nec ſic contra nos, nec tanta eget condonatione; ſed de hac re infrà.

NVM. 16. Cùm autem ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes: exterminant enim facies ſuas, vt appareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem ſuam.

Senſus litteralis, & moralis.

C*Vm ieiunatis.* Tradita doctrina de eleemoſyna, & oratione, ieiunij nunc affert, in medio orationem reponens, cuius alæ, quibus in cœlum aduolat, vt ait Auguſtin. ſunt eleemoſyna, & ieiunium, vnde Tob. 12. num. 8. *Bona eſt oratio cum ieiunio, & eleemoſyna.* Ad rem Author Imperf. *quia oratio*, ait, *illa fortis eſt, quæ fit in ſpiritu humili. & corde contrito; qui autem delicijs fruitur, ſpiritum humilem, & cor contritum habere non poteſt, manifeſtum eſt, quoniam oratio ſine ieiunio fragilis eſt, & infirma, & ideo quicunque pro aliqua neceſſitate voluerunt orare, ieiunium cum oratione iunxerunt, quia ieiunium adiutorium eſt orationis.* Quot verba, tot documenta adnotabo, *primum* orationem ſupponere Spiritum humilem, & cor contritum, à ſuperbis longè abeſt Deus; *ſecundum*, qui in delicijs, ſpiritum non poſſidere humilem, quàm ingens veritas; *tertium*, ſine ieiunio infirmam eſſe orationem; *quartum*, morem verè appetentium à Deo exaudiri, cum oratione ieiunium iungere, ac mortificationem, quod veriſſimum.

Auth. Imp.

1. *Orationis alæ eleemoſyna, & ieiunium.*

Hugo.

2. *Ieiunij fructus quales, & quanti.*

Addam ieiunij fructus ex Hugone, ſic copioſos, vt extra illos vix alios inuenies, vt de ieiunio diſſerens, copioſam habeas, mi lector, materiam ad eum ſuadendum, poſt diſtinctionem enim ieiunij in ſpirituale, quod eſt à peccatis carere, & corporale, quod eſt à cibo, ſic luculenter de hoc ait, *Ieiunium corporale multa bona affert*, primò *pauperem reficit*, Iſai. 58. *poſtquam monuit ieiunium, ſequitur, frange eſurienti panem.* Secundò, *intellectum acuit*, Daniel. 1. *ob ieiunium repleti ſunt tres pueri ſcientia.* Tertiò *gratiam docendi impetrat.* Exod. 24. *poſt ieiunium 40. dierum, Moyſes ſuſcepit legem populum docendi.* Quartò *reuelationem ſecretorum Dei meretur.* Dan. 9. *poſt ieiunium, reuelata ſunt ei ſecreta cœleſtia.* Quintò *ad viſiones Dei perducit*, 3. Reg. 19. *poſt ieiunium 40. dierum Helias Deum vidit.* Sextò *authoritatem, & gratiam apud homines impetrat, ſic* Matth. 3. *omnes ad Ioannem accurrebant, quia nec manducabat, nec bibebat.* Septimò *pœnam euitat.* Ioan. 3. *Niniuitis Dominus ob ieiunium eſt miſertus.* Octauò *carnis laſciuiam domat.* Marc. 9. *hoc genus dæmoniorum in nullo eycitur, niſi in oratione, & ieiunio.* Nonò *hominem cum Deo ſeruat*, Iſai. 30. *dabit tibi Dominus panem arctum, & aquam breuem, & non faciet auolare à te Doctorem tuum.* Decimò *ſanitatem corporis ſeruat.* Eccleſ. 37. *ſomnus ſanitatis in homine parco.* Vndecimò *tentationem dæmonis eliminat*, Iudith 13. *poſt ieiunium amputauit caput Holophernis.* Duodecimò *liberationem à morte pro alijs impetrat.* Eſth. 7. *poſt ieiunium liberationem à morte ſuorum impetrauit.* Decimotertiò, *gratiam, & eius augmentum impetrat.* Actor. 2. *poſt ieiunium 40. dierum deſcendit ſpiritus in diſcipulos.* Decimoquartò, *exemplo informat, eo quod Dominus ieiunauit in deſerto.* En quanta. Sed de ieiunio mox aliqua.

Nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes. Ab eleemoſyna, & oratione eliminauit Dominus vanam gloriam, nunc ab ieiunio, vnde Author Imperfect. vbi ſuprà. *Sciebat*, ait, *Dominus gloriam vanam ex omni bono procedere, ideo ſpinam vanæ gloriæ, quæ naſcitur in terra bona, iubet præcidere ne ſuffocet ieiunij fructum.* Qui etiam bene ponderat, non poſſe fieri vt ieiunantes non ſint triſtes ob luctum peccatorum, ob quod adnotat non dixiſſe Dominum, nolite eſſe triſtes, ſed *nolite fieri.* nam, *qui per impoſturas aliquas*, ait, *fallentes apparent, illi non ſunt triſtes, ſed fiunt.* Ergo non veram triſtitiam Dominus reprehendit, ſed fallacem, & ad captandam gloriam affectatam, vnde ſequens ait: Auth. Imp.

Exterminant enim facies ſuas. Theophyl. legit, *obſcurant faciem ſuam.* Hieron. *demoliuntur.* Chryſoſt. *corrumpunt* Hilarius *conficiunt*, quod proprium, vnde ſenſus. Hypocritas, vt ieiunare videantur, natiuum, & vegetum faciei colorem, aut triſtitiæ ſimulatione, aut, vt Maldon. alicuius medicamenti artificio, in pallidum tetricumque conuertere, contra quàm mulieres faciunt, vt pulchriores appareant; hic eſt verus, ac litteralis ſenſus, ex quo habes, tales martyres eſſe dæmonij, laruatas indecentes facies ex vitio vanæ gloriæ, non ſecus ac mulieres ex appetentia pulchritudinis, & laſciuiæ, hinc laruatas habentes facies hypocritæ non multum, vt in die Iudicij illos non agnoſcens Dominus eis dicat, *neſcio vos.*

Theoph. Hieron. Chryſoſt. Hilar.

3. *Hypocritæ diaboli martyres laruatã habentes faciem.*

Ex hoc loco pulchrè Chryſoſtom. grauitatem peccati mulierum in faciei compoſitione eruit, ſic dicens, *Si deſtructio faciei eſt ad vanam gloriam, quid dicemus de mulieribus, quæ coloribus, & ſubſcriptionibus faciem corrumpunt in periculum incontinentium iuuenum, illi enim ſoli ſibi nocent, iſti autem & ſibi, & videntibus.* Si ergo illi hoc facientes receperunt mercedem ſuam, nihil amplius eis remanens, quàm pœna, quid fœminis remanebit ſuper poſt laudatam pulchritudinem, ſanè & amplior pœna.

4. *Mulieres grauiori pœna digna inueniuntur ob faciei fucationem.*

Vt appareant hominibus. Vnam hîc tantùm Bernardi ſententiam, quam ex illo refert Hugo, quæ quia mihi apta viſa, tibi apponam, ſic dicens, *Non tutum eſt labijs hominem committere gloriam ſuam arca vtique ſine ſera, & ſine claue. nam ſi ponitur in os meum, non iam in tua eſt, ſed in mea poteſtate, cum meo*

5. *Efficax ratio ad vanã gloriam deteſtandam.*

libito

libito poſſim laudare te, vel derogare tibi. Nihil egregius. infelia talis, infelíciter viuet, cùm ſæpè ex bene factis infamiam potius, quàm laudem reportauit, & in illa te laudem ponit, quam, quia in ſua poteſtate non eſt, alter tollere ſine ſua culpa poteſt, ſic vt, qui prius ab aliquo laudatur, poſtea nihil mali illo faciente, vituperetur. ſi cauſam petis, quia, vt ait Bernard. in arca ſuam laudem poſuit ſine claue, immo ex altero capite amplius infelix, quia dum non à propria conſcientia, ſed ab aliena, teſtimonium quærit laudis, ſæpè ſilentio ſiſus ac ſecreto, miſerè cadet.

Senec.

6. Hinc Senec. *epiſt.* 43. optimè definit ianitores non apposniſſe ſuperbiam, ſed malam conſcientiam. nam dum ſecretò malè viuimus, deprehendi formidamus, vnde ad Lucillum, *rem dicam, ex qua mores æſtimes noſtros, vix quemquam inuenies, qui poſſit aperto oſtio viuere, ſic viuimus, vt deprehendi ſit ſubitò aſpici.*

Conſcientiam qui non habet teſtem, eumque reformidet, citò deprehendetur.

Tertull.

At cur conſcientia illos appoſuit? quia, vt ait Tertullian. *nullum maleficium ſine formidine eſt, quia nec ſine conſcientia ſui.*

Senec.

Vnde bene exclamat idem Senec. *O te miſerum ſi contemnis hunc teſtem.* Tales ſunt hypocritæ, qui dum virtutem fingunt, & ſecretò aliter ſunt, quàm foris oſtentant, ſuam volunt pro teſte habere conſcientiam, ſed alienam; ſed pergo ad hypocriſis diſcurſum.

ANNOT. MORAL. LXXVII.

Hypocritæ infeliciſſimi.

1. *Hypocritæ cur contra ſe iram Dei excitant.*

NOlite fieri ſicut hypocritæ. Hominum equidem infeliciſſimum genus. nam ipſam abhorrentes naturam contra naturam viuunt, natura enim ex ſe viuere ſuadet ſecundùm illam: at iſti & mortem, & iudicium aduocant contra ſe, non ſecundùm naturam viuentes duplici titulo, quia dum tantùm oculis pulchri apparere deſiderant, contra ſe Dei iram excitant, & ſecundò dum conſeruare natura tenentur, ipſi ad vanam gloriam extenuant. Audi de primo Iſaiam, c. 2. n. 12. *Dies Domini, ait, ſuper omnes cedros Libani, & ſuper omnes quercus Baſan, & ſuper omnes montes excelſos, & ſuper omnes colles eleuatos, & ſuper omnem turrim excelſam, & ſuper omnem murum munitum, & ſuper omnes naues Tarſis.* Adnoto rationem, quare Dominus hæc omnia nominauit, nō eſſe ob eorum ſubſtantiam, ſed apparentiam, hinc nominauit cedros, hoc eſt, arbores, non ob fructum, ſed ob altitudinem; hinc & quercus, hinc & montes, colles, turres, muros; cur ergo nō ſuper ciuitates, regna, & imperia? quia hæc non ſolùm apparentia poſſident, ſed ſubſtantiam. patet, quia concludens Dominus ait, *& ſuper omne, quod viſu pulchrum eſt*, non quod pulchrum deſtruxit, ſed quod viſu pulchrum; cur? ſanè, mea ſententia, quia omnia illa ſuam conſummarunt virtutem ad creſcendum, non vt homines ſuſtentarent, ſed vt hominibus apparerent, quod

Petr. Dam.

excellenter perſtringens Petrus Damian. *epiſt. ad Blan. cap.* 7. Sed in nouis opuſcul. 90. ſic ait, *Rebus inſenſibilibus dies diuini iudicij dicitur imminere, ſed per figuras rerum ratione carentium, ſtoliditas intelligitur hominum reproborum.* At in quo perditorum ſtoliditas? ſanè reſpondet, quia fructu carent, vnde ſequitur, *Cedri Libani ſublimes, & erecti potentes ſunt, per excellentiam elati, ſed bonorum fructibus infecundi, quercus fructus proferunt, ſed non quibus homo reficitur, ſed ſues. mōtes excelſi, & colles ſunt ſuperbi per agellum tumida elatione elati, ſed frumento, quo valles abundant, cunctiſque ſcilicet ſpiritualium ſtudiorum frugibus alieni.* Hinc etſi vt creſcerent, ſe conſummarunt, tamen non ad fructum, vt vides, ſed tantùm ad viſum; quid inde, vt meritò ad ſe diem Domini aduocantes, ea conſumeret, non quia fructuoſa, non quia pulchra, ſed quia tantùm ad viſum pulchra, *non ſuper omne quod pulchrum eſt, ſed ſuper omne quod viſu pulchrum eſt*, ait Damian. *dies veniet Domini.* Quid hoc? mentiar ſi non hypocritas nominat, qui ieiunant, non vt fructificent, ſed vt appareant, vt videantur, qui ſe macerant, & conſumunt, & *exterminant*, vt videantur; quid miſerabilius? hinc obiectum facti iræ diuinæ, deſtruuntur, conſumuntur.

Sed pendo ly *exterminant*, quid eſt exterminare? ſanè, vt ait Ianſ. *extra terminos ponere, extra iuriſdictionem*; quid? nonne hoc eſt, ſecundum hypocritarum malum, ex vana gloria ſcilicet extra naturæ terminos ſe ponere, ſe extenuando, macerando, opus bonum faciendo, ſed ſibi, non Deo, hinc & ob hoc ipſum, ſe conſumendo, Gen. 11. n. 4. *Venite*, dixerunt illi, *faciamus nobis ciuitatem, & turrim, cuius culmen pertingat ad cœlum, & celebremus nomen noſtrum, antequam diuidamur in vniuerſas terras.* 2.

Hypocryta vt ſe exterminetur.

Ianſen.

Primum quod pondero eſt horum ſtultitia, ad cœlum pertingere cupiunt, ſatagunt, deſiderant, & cùm hoc procurent, turrim ædificant ſibi, non Deo, *faciamus nobis ciuitatem, & turrim, non Deo videlicet*, ait Chryſoſtom. *ſed nobis ipſis. Vide, oro, quantum inualuit malitia.* Pende nunc hominum genus, & niſi omnes in hac videris malitia, mentiar ſi ad hypocritas reſpicis. res clara, ſtultiſſimi ſunt, quia talibus operibus cœlum apprehendere æſtimant, dum ſibi, non Deo, illa ædificant, ſi de ſuperbis ſæcularibus idem, tandem ſi de quolibet peccatore in peccato inueterato, cùm ſi ab eo expoſcis, puter ne ad cœlum peruenire, iurabit. O infamia, ô malitia! tibi totum ædificas, non Deo, & cum hoc ad cœlum peruenire reputas? 3.

Peccator vt ſtultus reputandus ad cœlum peruenire putans.

Chryſoſt.

Secundò pondero finem huius excelſæ turris, *antequam diuidamur*, inquiunt, *in vniuerſas terras*, in Hebræo eſt, *ne fortè diuidamur.* Ergo finis eorū, vt rectè Caietan. duplex, alter fama, vt excelſum nomen, alter continere ſe ipſo ſimul. nam, vt ipſe ait, *facilè accidere potuiſſet, vt quemadmodum ipſi ſegregauerant ſe ab alijs, ita inter ſeſe ſegregarentur, ſi non eſſet communis ciuitas.* ergo, vt vnirentur inter ſe perpetuò, medium aſſumpſerunt altitudinis. O vecordes! ergo ne ſuperbia, & faſtus vnit? ergo excelſum nomen appetere fratres inter ſe facit, & eſſe vnanimes in domo, an potiùs diſſitos, & diſcordes? *qui ad ſolitudinem ſuperbia recedunt*, ait Bernard. ſerm. 1. in die Apoſtol. Petr. & Paul. *ſocialem vitam habere non volunt, quorum ſingularitas aſſociari non poteſt*; etſi aliò tendit Bernardi dictum, tamen hîc optimè aptari poteſt. eſt ſuperbus, eſt gloriæ cupidus, impoſſibile, vt in ſocietate viuat.

Caiet.

4

Superbia non vnit fratres, ſed diſſipat.

Bernard.

Tertiò tandem pondero, immenſos hos ſuſcepiſſe labores, vtpote neceſſarios ad turrim ſtruendam vſque ad cœlum: at hoc ob nomen celebrandum; ergo vbi celebratio incipiebat nominis, ibi & defatigatio, ac ſui deſtructio; quid inſanius? at contra naturam? non tibi, amice, hoc volo ex Sanctorum confirmare authoritatibus, quæ paſſim obuiæ, ſed vt quam contra naturam ipſam hypocritæ pugnāt, euidenter aſpicias, ex Gentili, ſolo illius lumine ducto, ex Seneca nempe, qui ac ſi hoc Euangelium vidiſſet, non amplius ſuo Lucillo dixiſſet *epiſt.* 5. ſuadens illi, vt ne ſingularis videri 5.

Hipocryta vt contra naturam pugnāt, & viuunt.

Seneca.

videri appareat, vanam ſequens gloriam, ſe ob id macerans, veloti ſi diceres, *exterminans, quod pertinaciter ſtudes, ait, vt te quotidie meliorem facias, probo, hortor, vt perſeueres, illud autem te admoneo, ne eorum more, qui non proficere, ſed conſpici cupiunt, facias aliqua, quæ in habitu, aut genere vitæ notabilia ſunt, aſperum cultum, intonſum caput, negligentiorem barbam, & indictum argento odium, cubile humi poſitum, & quidquid aliud, ambitione peruerſa via ſequitur, deuita.* hoc equidem totum dixit Chriſtus, quod hypocritæ faciebant. nam ſic faciem exterminabant, vt ea capillis, ea barba, ex veſtito homines eſſent extra naturam: at proſequitur Seneca, qui ſic ait, *Videamus an iſta, per quæ admirationem parare voluimus, ridicula, & odioſa ſint, propriiſſimum noſtrum eſt ſecundum naturam viuere, hoc contra naturam eſt torquere corpus ſuum, & faciles odiſſe mundiuias, ſqualorem appetere, & cibis non tantum vilibus vti, ſed tetris, & horridiciis.* Quid luculentius? extra naturam, contra ipſam viount hypocritæ. nam hæc indiuidui conſeruationem ſuadet: at ipſi demoliontur, deſtruunt, exterminant.

6. *Hypocritæ viliſſimi apud dæmonem, & viliſſimis decipiuntur.* Eſt & aliud, ob quod ſunt iſti infeliciſſimi, vilis ſcilicet cooceptus, quem de eis ipſe dæmoo habet, ſic vt noo ad modum oobilium eos decipiat, ſed vilium; enim verò vnum certum apud Dæmonem, ſi vilibus decipere te poteſt, pretioſa non offeret, antequam Chriſto præclariora mūdi offerret, obtulit lapides, Eſau leote decepit, & ad venditionem induxit primogenituræ, & alliis &

7. *Diabolus quādo ab iſtis decipi poteſt, non facit pretioſis.* cepis populum illudit, vt ſuſpitaret pro Ægypto, quòd ſi rationem petis, quia pro viliſſimo eum habebat, vnde Scriptura *Numer.* 11. *num.* 4. de murmurantibus dixit, *vulgus quippe promiſcuum flagrauit deſiderio carnium*, vulgus erat, & promiſcuum, quod eſt dicere non ſelectum, ſed vile, hinc pro tali à Dæmone habitum, non pretioſis, ſed vilibus decepit, noo magnificis, ſed abiectis, quia vt viles æſtimat Regē Aſſuerum, quia nobilis, vt vanam gloriam ei venderet, ſumptuoſo cooiuio, ac pictis lapidibus decepit, *Eſth.* 1. pretioſis veſtibus diuites, at hypocritas viliſſimis, ſqualere nempe,

Petr. Dam. qoid infelicius? Egregiè hoc Petrus conſiderauit Damiao *opuſcul.* 12. *de contemptu ſæculi*, *cap.* 17. expendens malos omnes ad vanam gloriam tendere, vt eam emant, attamen aliqui pretioſis, aliqui abiectis. *Vna ſunt merces*, ait, *quas concorditer mali emunt, vana gloria nempe, quaſi quædam negotiandi materia in medio poſita eſt, ad quam videlicet diuerſi mercatores accedunt, alij vilia indumenta tanquam pretium de marſupio proferunt, alij exhibere pretioſa contendunt, primi ſunt hypocritæ, qui vilium deformitate veſtium fauorabilem vulgi mercantur applauſum.* Cur hoc pretioſis non faciunt veſtibus? cur noo delicatis ac dulcioribus cibis, cur iſtis eos oon decipit dæmon? Sanè amice, quia ad viliſſimorum inſtar eos deputat, pro viliſſimis eos habet, vnde macie, & exterminatione eos emit, non pinguedine, non ſatietate.

8. *Hypocritæ miſeri, quia in vanum laborant.* Sed age, & aliud amplius malum attendamus, vt in extremum laborantes, oleum (vt dicunt) & operam perdant, animas ooo lucrantur, immo, & quod peius, iuſto Dei iudicio, ſi lucrantur, ſuas perdunt, vt applicare illis poſſes illud Virgilianum,

Sic vos non vobis fertis aratra boues.

Attende ad quæ dico, dum hypocritæ ieiunaot, ſe macerant, ſe perdunt, & inſuper ſe inſumoot, ſtudendo, laborando, prædicando ob totam eorum intentionem, & vt ab hominibus præclari habeaotur, non ſolùm aliquando, immo ferè ſemper noo proficiuot, quin immo ſi aliquando animabus proficiunt, ſæpè lepra proximorū ioficiuntur, ſic vt Dei ioſto iudicio peccatis aliorum de-

turpeotur, inficiantor, muodatis auditoribus, quia in oſtentatione virtutis, aut io prædicatione verbi non Dei, non proximorum attenduot vtilitatem, ſed ſuam. Hoc equidem liceat eruere ex facto Giezi 4. *Reg.* 5. *num.* 5. ſic enim lepra infeſtus exiit Naaman, ſic terribiliter, vt per totum ſuum diffunderetur ſemeo. *Lepra Naaman adhærebit tibi*, ait Eliſæus, *& ſemini tuo, vſque in ſempiternum.* 9. *Lepra inficiuntur proximorum.*

Mira punitio, vt in ſempiternum inficeretur ob pauca munera accepta; quod tantum malom? Sanè amice, ni fallor, qoia mentitus eſt, dum fingeos Eliſæi præceptom, argentum petiit, & veſtes, vt filiis daret Prophetarum, cùm eas pro ſe acquirere deſtinabat, *Dominus meus miſit me ad te, dicens: Modò venerunt ad me duo adoleſcentes filij Prophetarum, da eis talentum argenti, & veſtes mutatorias duplices*; accepit, oon modò vnom, ſed duo taleora: at non filiis Prophetarom, ſed ſibi; vnde ad eum Eliſæus. *Accepiſti argentum, accepiſti veſtes, vt emas oliuas, & vineas, oues, & boues, ſeruos, & ancillas.* Meritò ergo lepra ioſectos, cupidus, & mendax, dum talentum expoſcit, & dom illi pro aliis datur, ipſe pro ſe accepit; quid Giezi niſi ſymbolum hypocritarum, ait, & rectè, Damian. *epiſt.* 6. qui argeotum, aurum, & veſtes, dum quærunt, dum appetuot, dum requiruot, hoc eſt, opera ſpleodida bona, hoc equidem non vt ante Deum luceant, non vt proximis fructificent, ſed ſibi, ad vanam gloriam aucupandam, hinc lepra inficiuntur. Quæ hypocriſis ſymbolum. *Egreſſus eſt autem Giezi ab eo*, ait Scriptura, *leproſus quaſi nix.* Quid nix cum lepra? *Quia etſi alba frigida*, ait Damian. *hypocritam adumbrans qui ſe per ſanctitatem adumbratam ſigmentum transfigurat in Angelum lucis, nullis inferuens æſtibus charitatis.* Ergo Naaman, qui præceptom compleuit, Naaman, qui Giez aoduit, qui obtemperauit, qui credidit, mondus inuenitur, Giezi qui præceptum, ac mandatum intimauit, lepra inficitur, & quod amplius in ſempiteroum; quid vis vt dicam, horrendum eſt, ſed verum, videas aliquos pœnitentes, videas aliquos verbi Dei diſſeminatores, qui ad auram captandam, primi ſe macerant, ſecundi ad bene loquendum, noctes cum diebus coniunguot, laborando, prædicando, inſudando, & cùm hæc fecerint, aut fruſtrà laborant, nullum fructum, ac oullum animarum lucrum accipiendo, aut ſi accipiunt ipſi eadem lepra poſtea inficiuntur, & videmus, & inſpicimus, & ploramus; vnde hoc? quia, vt idem authur, in vita ſancti Barbatiani, *Affectantes laudes hominum, in ſemetipſis diſſipant fructum laborum, cumque ſe oſtendere alienis oculis appetunt, ante diuinæ maieſtatis intuitum damnant totum, quod agunt.* At quid ex hoc? *ex talium hypocritarum dicta.* Sequitur idem, *& audientes non erudiant, & eoſdem ipſos, qui proferunt elatos laudibus, deteriores reddant*; cur deteriores? Sanè oon ſolùm ob vanam gloriam, oeque ob perditum laborem, ſed quia, vt dicebamus, etſi aliquando mundant, lauant, abſterguot, per talenta à Deo accepta auditores, eis non ſecus, ac Giezi io nomioe Domini loquentes, ipſi poſtea eadem lepra inficiuntur, luxurioſos caſtificantes, ipſi in luxuriam incidentes, ſuperbos humiliantes, ipſi in ſuperbiam elati, aliis luceotes, non ſibi, quia nō ante Dominum lucere, ſed ante homines appetierunt, *vt appareant*, ait Dominus, *hominibus* ieiunaotes.

10. *Giezi cur ſordè caſtigetur.*

Damian.

Enim

11. *Prædicatio hodierna cur non multum fructificet.*

Enim verò vſque ad ſtuporem eſt videre, quàm diminutum, quàm paruum, quàm nullum hodierni ferè Prædicatores fructum excipiunt, & reportant animarum, cùm è contra antiquitus ſic vberem reportabant homines ignari, idiotæ, vt plurimum nullius ſecundùm humanam ſcientiam litteraturæ, vt Apoſtoli ipſi; vnde quæſo hoc? ſcio prorſus infinitas adeſſe rationes, ſed pro nunc eam conſidero, prædicationem, nempe hypocritam, vt ſic dicam, dum ſibi fructificare intendunt, non Deo, ſibi lucere, non Deo; *ſæpè ſacræ legis eruditione alios inſtruunt*, ait Damian. vbi ſuprà, *omne quod ſentiunt, teſtimonijs accingunt, nec tamen per hoc vitam audientium, ſed proprios fauores quærunt.* Enim verò, mitum ſi quam Deus ſanctiſſimis illis Prophetis Enoch, & Eliæ poteſtatē dabit in extremo iudicij die conſideres, propè dicam diuinam. Apocal. 11. n. 4. *Hi ſunt, ait, duæ oliuæ, & duo candelabra in conſpectu Domini terræ aſtantes, ſi quis voluerit eis nocere, ignis exiet de ore eorum, ſi quis voluerit eos lædere, ſic oportet eum occidi, habent poteſtatem claudendi cœlum, & poteſtatem habent ſuper aquas, conuertendi eas in ſanguinem, & percutere terram omni plaga quotieſcunque voluerint.* En quanta, quámve mira, quæ ſi conſideres, propè eos non homines, ſed Deos dices; hinc ſanè non mirum, quòd totum ad Deum conuertant mundum, & quod difficilius, & ipſa obſtinatorum Iudæorum corda: at vnde putas, quòd hoc efficient. Et iam copioſum laborum ſuorum excipient fructum, quòd ſcilicet duo, ad ſe tamen totum attrahent mundum? Sanè dices, ex poteſtate, ex miraculis, ex ſignis. Sanè, ſed inquiro, non minora tunc, ni maiora velis dicere, efficiet Antichriſtus, cur hic ad ſe poſtquam hi Sancti aduenient, non illum attrahet per ſua miracula, ſicut illi? mea ſententia, quia tota efficacia eorum prædicationis, & poteſtatis ex recta eorum intentione pendebit, dum non ſuam gloriam quærentes, ſed Dei, ex miraculis, ex prodigiis, ex prædicatione non lucere coram hominibus, ad inſtar hypocritarũ, & ipſiuſmet Antichriſti primum eorum analogatum, ſed ante Deum procurabunt, hinc vacua Antichriſti prodigia, quia non ante Dominum, ſed ante homines lucere appetebat, plena, efficacia Sanctorum, quia ante Deum; hinc adnoto non ſimpliciter dictum, *hi ſunt duæ oliuæ, & duo candelabra*, in terris ſtantes, *ſed in conſpectu Domini terræ ſtantes*, oliuæ erunt pulchræ, ſpecioſæ, fœcundæ, vberes, candelabra lucentia, ſplendentia, refulgentia: at non ante homines, ſed ante Dominum, hinc vberes, plenos, infinitos, reportabant fructus, non ſic hypocrita Antichriſtus,

Idem. quod equidem conſiderauit idem Damian. *ſerm.* 25. qui eſt de ſanctis Apoſtolis Petro, & Paulo, horum ſanctorum Apoſtolorum admirabilem expendens fructum, vbi hunc ipſum Apoc. perſtringens locum, ait, *& attendendum quod dicit, ante Dominum; hypocritæ enim lucent, non ante Dominum, ſed ante mundum, vt videantur ab hominibus; Apoſtoli verè luxerunt ante Dominum, ſed non ante mundum, quia ludibria, & verbera experti diuinæ maieſtati tantummodo placere ſtuduerunt.* Veriſſimè. Hinc totum mundum conuerterunt, quid vis, vt dicam, potius plorare lubet, quàm ſcribere. Videas doctiſſimos, videas eloquentiſſimos, videas pœnitentiſſimos, qui ex veſtitu, ex paupertate, ex neglectu omnium rerum, ex carnis maceratione, ex ieiuniis, ex vigiliis, propè exterminatos dices, & extra naturam, & tamen, cùm hoc, nec ex ſuggeſto aliquis fructus, nec ex conuerſatione, & horum conuictu; vnde hoc? vt ſic infructuoſus ſit omnium horum labor tantus? Vide an quia prædicant, ieiunant, ſe exterminant, vt hominibus appareant, vnde totus eorum labor incaſſus, ac ſine fructu; quid infelicius?

12. *Enoch & Elias vnde totum conuertant mundũ, & cur eorum miracula efficaciora, quàm Antichriſti.*

Tandem concludam cum hac infeliciſſima omnium hominum, ſed præcipue ſpiritualium peſte, cùm vna ponderatione eius malitiæ, vt ſi cæteræ deeſſent, hæc vna ſufficeret, vt quàm longiſſimè ab ea nos conſtitueremus, ac præcaueremus, ea quippe eſt extremum Dei odium in eam, quia præ cæteris peccatis ab ea præcipuè ignominia afficitur; cuius ratio, quia ſi attentè conſideres cætera omnia peccata, & ſi Deum offendant, & contra eum pugnent, tamen hoc non iiſdem Dei armis, ſed diuerſis, non iiſdem inſtrumentis bellicis, quibus ipſe, vtitur ad ſuos debellandos inimicos; immò quid amplius dicam, in cæteris peccatis eorum inſtrumentum eſt dæmon, in hypocriſi autem quantum eſt ex ſe, procurant, vt ſit Deus; ſic vt ſicut in cæteris peccatis homini dæmon ſeruit, hypocritæ autem, vt Deus illis inſeruiat, ſatagunt, & procurant. *Iſai.* 43 *num* 14. de populo ſuo Deus queritur quòd ſacrificia ei non offerebat, *non obtuliſti mihi arietem holocauſti tui, & victimis tuis non glorificaſti me.* Mirum hoc, cùm, ſi attentè inſpiciatur, abundantiſſimè gens illa Deo hæc offerebant; vnde ergo de eis conqueritur, quaſi non offerrent? Cyrill. quia ingrata. & ſolida virtutis fructu carebant, externè ſacrificia, interiorè ex malo affectu offerendi, ingrata, *non eſt*, inquit Cyrill. *ſeruire Deo, ſacrificare, ſed teneram, & quaſi tractabilem ceruicem eius voluntati velle ſubmiſſere.* Hinc quaſi non oblata. At quid poſtea. nam hoc equidem minus eſſet malum, ſed quod ſequitur peius; *veruntatem*, ait, *ſeruire me feciſti in peccatis tuis.* Hoc equidem non intelligo, quomodo ſcilicet Deus peccatori ſeruire poſſit in ſuis peccatis, ſic vt eius peccatorum quaſi ſit famulus; ob hanc difficultatem multipliciter locus exponitur, *primò* per Catachreſim, per verbi ſcilicet abuſionem, cùm ad exprimendum alios non ſuppeterent, quod vellent, inopia verborum *ſeruire* appoſuerunt, cùm Deus verè non alicui inſeruiat, vnde propriè non eſt ſenſus quòd Deus peccatori ſeruit, ſed quia peccatis eum aggrauat, & moleſtiam ingerit, ac ſi eſſet eius ſeruus, ſic Corn. quòd ſi cum L X X. legas, *in peccatis tuis, & in iniquitatibus tuis, ante me ſteiſti.* Optimam eruere potes moralitatem, quantum ſcilicet laborem, quantam moleſtiam excipit Deus ex illis, qui frontosè, ac impudentiſſimè ad ſacramentum accedunt cum peccatis, & in Eccleſiis ante diuinum audent peccare ſacramentum, quaſi non eſſet Deus, ſed vile eorum mancipium, non dedignantes, & viliſſima ante eius conſpectum agere. Alij autem, vt Lactant. *lib.* 4. *cap.* 19. ad analogiam recurrentes, de Chriſto hoc intelligunt, qui verè ob peccata ſeruiuit, crucem, ac mortem pro illis ſuſtinendo. Alij, quia locum cum L X X. ſic legunt, *in peccatis tuis defendi te.* faciunt hunc ſenſum, tantum, in te defendendo à Dei ira, laboraui, vt quaſi ſeruus laſſatus ſum, *quaſi labor ſit Dei*, ait Hieron. *& laſſitudo defendere peccatores.* Omnes expoſitiones aptæ, ſed mea propiùs. Ad rem Foretius, qui ſic, *quaſi dicat, non tam mihi ſeruiſtis veſtris ſacrificiis, quàm ego ſeruiui veſtro ex his quæſtui, honori, epulis, ac voluptatibus, cùm vos*

ijs

Marginal notes in the right column:

13. *Dei odium magnum contra hypocriſim, & cur.*

14. *Hypocrita vt Deo abutitur.*

Cyrill.

Cornel.

15. *Quantum ſit malum corã Sanctiſſimo peccare.*

Lactant.

Foretius.

ijs permitterẽ expiari, & haberi in populo pro expiatis, cum re vera non expiarent, ſed vos æquè vt antea relinquerent, maculatos ſcilicet ex malo affectu, intentione, fine, ac peccaminoſa conſcientia, qua ea offerebãt, ex quo ſanè fiebat, vt peccatis eorum veluti Deus ſeruiebat, & illi non aliis armis contra Deum pugnarent, quia propriis Dei, nempe ſacrificiis eius, victimis eius, quod totum breuiter in paraphraſi explicuit Sanchez. *Dum tuis,* ait, *conſilijs fucatam illam ſanctitatem ſeruire facis, mei nominis religionem iniquis tuis rationibus obtendens,* quod ipſe ad hypocritas aptans, veriſſime ait tales Deum, Deique religioſum cultum, ad vaniſſimas ſuas cogitationes adhibere miniſtrum, quod Hiſpanicè diceremus, *Tomar a Dios por tercero y en cubridor de ſus intentos.* En amice quod dicebamus, en peruerſitas huius vitij præter cætera, en cauſa peculiaris Dei odij in ipſum, vt eiuſdem armis pugnet contra eum, ac Deus contra peccata, & veluti mancipium Deum habens, non ipſe Deo, ſed Deum ſibi ſeruire faciat, hinc pœnitentia, abſtinentia, ieiunio, omnia Dei arma, contra peccata ad Deum offendendum aſſumens, infinitam ei præbeat moleſtiam, dum non vt coram eo Sancti, illa hypocritæ aſſumunt, ſed vt tantùm coram hominibus ſuas exterminantes, *faciem vt appareant,* &c.

Sanchez.

NVM. 17. Tu autem cùm ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua.

NVM. 18. Ne videaris hominibus ieiunãs, ſed Patri tuo qui eſt in abſcondito: & Pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi.

Senſus litteralis, & moralis.

Hieronym.

TV *autem cùm ieiunas.* Hieronym. obſeruat mores eſſe Palæſtinorum, ad luctum demonſtrãdum, ab vnctionibus, & lotionibus abſtinere; ſicut è contra ad lætitiam oſtendendam ſe vngere, & lauare. quod ex multis Scripturæ locis patet. 1. *Reg.* 12. *Ruth* 3. 1. *Regum* 14 immo Abulenſ. 4. *Reg.* 4. *quæſt.* 6 oleo vngere caput non ſolùm affirmat, in vſum Palæſtinis ob lætitiæ ſignum, ſed etiam ob neceſſitatem, ob nimium calorem terræ, caput refrigerantes, hinc in vſu eſſe, non ſolis viris ſæcularibus, ſed religioſis, ob quod affirmat, ſe Dominum vngi permiſiſſe, & pedes, & caput à Magdalena, immo de Phariſæo conqueſtum, quòd oleo caput ſuum non vnxiſſet, ex quo habes non extraneas delitias Chriſtum admiſiſſe, ſed quod in vſu, & quod commune, vnde ſcandalum ex ſingularitate generari non poterat, ne vecors aliquis, & ſpiritualis negligens putet licita ſibi delicatiora quæque ac ſuauia, quia & Chriſtus vngere ſe permiſit.

1. *Vnctiones in vſu Palæſtinis tam ſæcularibus, quàm religioſis.*

2. *Chriſtus cur vnctionẽ admiſit Magdalenæ.*

Janſen. Maldon.

Hæc locutio, vt optimè adnotat Janſ. & ex illo Maldon. metaphorica eſt, ſignificans hilaritatem, quam ieiunantes oſtendere debebant, ad occultandum ieiunium, ſicut hypocritæ mæſtitiam ad eum declamandum, non quòd verè Chriſtus præceperit, in die ieiunij caput nos vngere, quæ ſententia litteralis eſt, nec aliud remanet quoad litteram ſuper. nam, vt pulchrè arguit Author Imp. *Si vnctio capitis, & lauatio faciei, ieiunantibus ſemper reſeruantur, nihilominus erunt ſigna ieiunij.* quæ Dominus prohibebat; ergo non de vera vnctione loquitur, nec illud præcipit, vnde bene Hieron. *Loquitur,* ait, *iuxta ritum prouinciæ Palæſtinæ, vbi diebus feſtis ſolent vngere caput; præcipit ergo, vt quando ieiunamus, læti, & feſtiui nos eſſe monſtremus.* At attendenda ſolutio eiuſdem Auth. Imperf. quæ apta ad mores. *Per exaggerationem,* ait, *intelligenda ſunt iſta, tanquam ſi dicat, ſic longè te facere debes ab oſtentatione ieiunij tui, vt ſi poſſit fieri, (quod tamen non decet,) ea etiam facias, quæ ex diuerſo luxuriæ, & epulationis videntur indicia.* Qui verus humilis, hanc huius authoris intelliget ſententiam, ſunt Sancti, qui non eadem, ſed maiori efficacitate ad occultandam virtutem aliqua oſtenderunt mala, vt viles habeantur, quàm hypocritæ aliqua oſtentant bona, vt præclari teneantur, hinc ſicut illi exterminant faciem, vt hominibus appareant ieiunantes, auram captantes humanam, ſic Sancti ſuam lauant, vt tantum Deo appareant ieiunantes, & cùm ſic in occulto, foras tamen coram hominibus nebulones apparere deſiderent, & vt tales æſtimari. plenæ ſunt de hac re Sanctorum hiſtoriæ, lege vitam ſancti Simonis Salis, & mira de hac re exempla inuenies, lege ſancti Franciſci, & obſtupeſces, quanta fecerit, vt aut inſanus, aut epulo videretur, ad tantæ equidem humilitatis deſiderium veniunt, ad talem viliſſimum de hominum laudibus conceptum; ad talem Dei amorem, vnicè illi ſoli complacere deſiderãtes, & pro illo opprobria pati, & non ſic hypocritæ ad laudes humanas aucupandas inuentiones, ac ipſi ad vituperium excogitant. Millia tibi, mi lector, ſanctorum PP. Hilarionis, Chryſoſtom. Bernard. Aleſij, Antoninij apponere tibi poſſem exempla, ſed breuitatis ergò non vacat: at de vno te ex Baſilio de Tabitha Moniali, quia ſingulare, fruſtrari non audeam, quòd ſi ad manum non eſt Baſilius, inuenies in lib. qui Regnum Dei ſcribitur, *lib.* 7. *c.* 2. *de humilitate,* hæc enim ſancta Monialis ex humilitatis deſiderio inſanam ſe fingens, ad talem apud cæteras venerat deſpectum, vt ad coquinam eam abdicantes, mille opprobriis tanquam inſanam refercirent: at cùm Abbati Pitrioni ex diabolica ſuggeſtione in mentem veniret, perfectiorem ſe aliis, vox de cœlo ad illum, *Pitrion, adhuc inſanæ perfectionem non attigiſti,* eique in viſione eam demonſtrarunt, ad monaſterium ſtatim Pitrion aduolat, Moniales omnes congregat, quam in viſione illi demonſtrarunt, non aſpicit, *Numquid,* ait, *non alia eſt ſuper?* Cui, *vna tantùm, ſed inſana;* at ille *veniat,* ſtatim recognoſcit, ad pedes eius obuolutus confeſſus eſt meliorem, ac ſe ſanctiorem; quibus auditis ad pœnitentiam conuerſæ Moniales cœperunt eam in pretio, ac honore habere ſummo, quod cùm illa vidiſſet honoribus pertæſa, acclamationes abhorrens, è monaſterio fugiens tale reliquit de ſe ſcriptum, *iam nec ego vobis ampliùs neceſſaria, nec mihi vos; parcite ſi in aliquo vobis offendi.* poſt quę non amplius eam viderunt. O fœmina, pluſquam fœmina, non fœmina, ſed vir, ſed heros, plus mihi Tabithæ huius ſanctiſſima inſania, quàm Ariſtotelis prudentia, plus eius deſpectus, quàm Alexandri Macedonis gloria, iſte nunc vritur, quia humanam exquiſiuit gloriam, illa gloriatur, & triumphat, quia diuinam, coruſcent cæteri Sancti miraculis, admirentur cæteri eorum facta ſublimia. nam ego, vt de humilitate Hilarionis ſcribat Hieron. pluris facio meæ Tabithæ inſaniam, ac horum deſpectum, quàm cæteri omnia illa, etſi ſublimia. Sed pergo.

Hieron.

Auth. Imp.

3. *Sancti quanta fecerunt ob humilitatem, & vt deſpicabiles apparerent bonitatibus, vt quæ ad ſtultitiam & vilitatem vitæ ſe deprimunt.*

4. *Humilitatis præclarum exemplum.*

Baſil.

Hic, vt dixi, litteralis ſenſus eſt, allegoricus autem

Origenes. Hilar. Baſil. Auguſt. Bed.

autem multiplex, quem Origenes, Hilar. Baſil. Auguſtin. & Beda aſſerunt, qui aut pro oleo eleemoſynam, aut pro capite Chriſtum, aut rationem, aut alia adſimilia intelligunt, quos conſule, ſi placet, & ſi omnia vnico tractu videre cupis, lege hîc D. Thom.

Chryſoſt.

Ne videaris hominibus ieiunans. Pulchrè Chryſoſtom. *Non paruus autem fructus eſt, humanam gloriam contemnere, per hoc enim aliquis à graui hominum ſeruitute liberatur, & propria virtutis operator efficitur, eam amans, non propter alios, ſed propter ſe; ſicut enim contumeliam nos æſtimamus, cùm non propter nos, ſed propter alios diligimus, ita nec virtutem oportet propter alios ſequi, nec Deo propter homines obedire, ſed propter ſe ipſum.* Quid pulchrius diei potuit, ad funditus vanam gloriam fugiendam, quàm de ſeruitute eorum, qui eam ſequuntur, admonere, quod equidem etſi talis miſeria in ſæcularibus deploranda, tamen ſine modo gemenda in viris religioſis ob illam Regum curiam ſequentibus, ſiue Prælatos conſideres, ſiue clauſtrales viros. *Cùm itaque venerabilis Pater*, Petrus ſit Damian. *opuſcul.* 22. Bonifacio epiſtol. 5. *de modernis Epiſcopis mihi perplura diſpliceant, illud intolerabilius arbitror, quia nonnulli dum honores Eccleſiaſticos Æthnæis vaporibus æſtuantius ambiunt, in clientelam potentius tanquam ſeruos ſe dedititios obſcœne ſubſternunt, & dum non erubeſcunt pro templo Dei mutare palatium, de religione canonica in ordinem tranſeunt laicorum.* Homo Euangelicus Euangelium prædicat, & illi crede, mi lector, & mihi experto. pudet dicere, quæ vidi, quæ inſpexi, quantas vilitates, quantas indignitates, quantas ſtatus, ac dignitatis proſtitutiones, quàm magnas adulationes, *ad diuites accurrimus*, ait S. Nilus in aſcetico, *eoſque vt quod cupimus impetremus, bene meritos, & Chriſtianorum patronos appellamus, omneſque illis virtutes ineſſe dicimus, quamuis in ſumma vitiorum fœditate voluntentur, more canum, qui cauda motu blandiore, oſſa, eaque ſine carne, aut panis micas proijcientibus adulantur.* Quid miſerius? hinc quanta Chriſti gratia, dum te ab illa liberat, & ad patrem ſuum te aduocat, nec velim tranſeas Chryſoſtomi rationem, quia pulchra. nam ſi tu, cùm homo ſis, contumeliam æſtimas, non propter te, ſed propter alios diligi, nunquid minus Deus vt reputes patienter laturus, vt opera bona non propter ſe, ſed propter alios facias, hæc equidem eſt humana deceptio, vt de Deo reputent, quod nec de viliſſimo cogitarent.

5. *Vana gloria fugienda ob eius ſeruitutem.*

Petr. Dam. 6. *Prælatorum ambientium vilitas quanta.*

7. *Adulatores ambitioſi canibus aſſimilantur.*

ANNOT. MORAL. LXXVIII.

De ieiunio, & modo ieiunandi.

T*V autem cùm ieiunas.* Tanta ſicque excelſa Sancti omnes de ieiunio dixerunt, déque eius effectibus, efficacia, ac neceſſitate, vt plenè in immenſum labor creſceret, ſi omnia proſequi velimus, ſufficient aliqua, ne ieiuni ab illo in hoc opere diſcedamus, non tantum illud laudantes, quantum modum, quo proſequi debet, oſtendentes. nam, vt bene Iſidor. apud D. Thom. *hic, qui cibis abſtinent, & mala agunt, dæmones imitantur, quibus culpa adeſt, & cibus deeſt*; cùm verò quando ritè, & recte ieiunatur, incredibile dictu eſt, quantæ apud Deum ſit efficacitatis, quantumque ad ſpiritualem profectum neceſſarium, ſic vt D. ſit in ſententia Hieronym. *epiſt.* 22. *ad Euſtochium*, vt aliam quærat legem, quàm Chriſti, quo ieiunare recuſat, *Quòd ſi volueris reſpondere, te nobili ſtirpe generatum ſemper in delicijs, non poſſe à vino, & excellentioribus cibis abſtinere, nec his legibus viuere; reſpondebo diſtrictius, viue ergo lege tua, quia Dei non potes.* Cuius rationem ſubiungens ſequitur, *non quòd Deus inteſtinorum rugitu, & inanitate ventris delectetur, ſed quòd aliter pudicitia tuta eſſe non poſſit.* Hinc ieiunij apparet neceſſitas, talis equidem, & tanta, vt cùm multa, & de infinitis quodammodo rebus ſint Dei præcepta, de ieiunio tamen nullum inuenitur, quod ieiunium inſtituat, quia vt res neceſſaria ſupponitur, hinc quanta eius ſit neceſſitas, quantuſque apud eum ieiunij valor, voluit in primo homine, qui eum incepit miraculo comprobare.

Iſidor. 1. *Peccatores in peccato ieiunantes, vt dæmones imitantur.*

Hieronym.

2. *Ieiunij cur explicitè non adeſt præceptum.*

Enim verò, vt obſeruat Rupert. *lib.* 6. *de gloria, & honore filij hominis*, primus, qui legitur ieiunaſſe, Moyſes extitit ſanctiſſimus per ieiunium, dum placare peccatis populi procurans, quem iratum gula contra illum tenebat, attamen vt hoc faceret, & ieiunio Deum placaret, nullus extitit, qui ei illud inhiberet, ſed ex ſe didicit ſanctiſſimus homo, dum ſuperno illuſtratus lumine, ſciens per gulam primum decidiſſe parentem, ac ſimiliter, & per ipſam ſuum illum populum, vitio virtutem opponens, contrariis contraria curans, per ieiunium Deum placare præſumpſit. Vnde ad Populum Deuter. 9. num. 15. *& procidi ante Dominum, ſicut prius, 40. diebus, & quadraginta noctibus panem non comedens, & aquam non bibens, propter omnia peccata veſtra, quæ geſſiſtis contra Dominum*; ergo ieiunauit, ſed non iuſſus, dignè reputans ieiunio Dominum eſſe placandum, quod equidem ſic gratum Deo extitit, talemque de ieiunio habuit æſtimationem, vt miraculo comprobaret. dum ſupra naturam, ſine cibo, ſine potu, per 40. dierum curriculum, Moyſem ſuſtentauit, humanum ſua authoritate diuina firmans ieiunium, quantumque ei gratum extaret demonſtrans: vnde rectè idem Rupert. *Eſt*, ait, *ieiunium diuinæ authoritatis res, non quòd Deus illud præceperit, aut digitus eius in tabulis ſcripſerit, ſed quia non ſine virtute Dei mortalis homo quadraginta diebus & 40. noctibus ieiunare potuit:* Egregiè, non illud præcepit Deus, ſed quantùm ei gratum, quantumque neceſſarium, ad eum placandum, miraculo voluit demonſtrare; at mouet animum cùm ſupra naturam ſit tale ieiunium, vnde Moyſi talis præſumptio, ne dicam temeritas, ad, quæ ſupra naturam, apprehendenda? Sanè amice; hoc fecit Sanctus totus à peccatorum pondere occupatus, hinc abſtractus non ad ſuam attendit imbecillitatem, ſed ad populi neceſſitatem; hinc ad impoſſibilia aduolauit virtute fiſus diuina, etſi diffiſus humana, vnde incepit viribus humanis, ſed inſufficientibus, neceſſitatem attendens ex peccatorum pondere, compleuit poſtea diuinis, non in neceſſariis Deus deficiens moralibus, dum non deficit in naturalibus, vt ex hoc homo animetur peccator quando pro ſuis Deum placare intentat ad ieiunandum fortiter,

3. *Moyſes fuit qui primus ieiunauit.*

4. *Miraculo eius ieiunium Deus confirmauit.*

Idem.

5. *Cur auſus miraculoſum apprehendere ieiunium.*

6\. ſuas non conſiderans vires, cùm ſic gratum Deo, ſic neceſſarium ieiunium, vt quando humanæ deficiant, adoenient diuinæ, cùm non ſolùm illud neceſſarium, quia ſine illo nulla pudicitia, vt aiebat Hieronym. ſed etiam nulla temperantia. nam, vt bene ſanctus Leo *ſermon. 12. de Quadrageſima*, illud ſuadens, *circumſtant*, ait, *vndique pericula innumerabilium delictorum, & per illicitos vſus ad immoderatos tranſitur exceſſus, dum per curam ſalutis irrepit delectatio voluptatis, & non ſufficit concupiſcentia, quod poteſt eſſe ſatis natura.* Egregiè, paucis contenta natura, at infinitis nunquam exſatiata concupiſcentia, etſi totus ei deſeruiat orbis, *inſatiabilis gula*, aiebat Seneca lib. 1. epiſtol. epiſt. 89. *Hinc maria ſcrutatur, hinc terras nullis animalibus niſi ex faſtidio pax eſt.* Tolle ergo ieiunium, vbi concupiſcentiæ frenum? & hac effrenata quo euadet homo, lege Hieronym. *vbi ſuprà*, dum nos ad alia properamus.

Ieiunium neceſſarium ad temperantiã ſtabiliendam.
S. Leo.

7\.
Gula inſatiabilitas quãta.
Senec.

Miracula ergo Deus in fauorem ieiunij, & ieiunantium operatur: at nunc & aliquid maius addam, quod etiam & ipſa miracula ſuperet, enim verò quantus ſit Deus in eius obedientia, & vt qood præcipit obſeruetur, etiamſi difficile, etiamſi contrarium, iuſtum videatur, quantumque in tranſgreſſores animaduertet, nemo eſt, qui neſciat. Sit tibi in exemplum Saul miſer, qoi ob vnam inobedientiam à regno expulſus, &, quod maximum, dum ipſe, *neceſſitate compulſus*, affirmaſſet obtuliſſe, *1. Reg. 13. num. 12.* At nihilominus nihil ei hoc profuit, quin ſemper Deo exoſos, per Samuelem Deus ei proteſtans, *ibidem cap. 15. n. 22.* meliorem, ſibíque chariorem eſſe obedientiam, quàm victimas; attamen cùm hoc ſit, tanta eſt ieiunij virtus, tantaque apud Deum eius maieſtas, &, vt ſic dicam, prope reuerentia, vt ex illo non obſecutus, non ſolùm non irritetur, ſed gratam inobedientiam habens, inobedientes remuneret, proſequatur. *Hierem. 35. num. 1.* mandat illi Deus, vt accerſita tota Rechabitarum domo, introductaque in templum, apponat eis vinum, præcipiatque eis ex ſuo nomine, vt vinum bibant. Dictum factum, *appoſui coram eis*, ait Hierem. *ſcyphos plenos vino, & calices, & dixi ad eos: Bibite vinum*; at quid iſti? *non bibemus vinum, quia Ionadab pater noſter præcepit nobis, dicens: Non bibetis vinum, & filij veſtri vſque in ſempiternum; obediemus ergo voci Ionadab patris noſtri.* Antequam ad meum veniam inſtitutum, pondero hoc non fuiſſe præceptum, ſed conſilium, vt bene aduertit Cornelius, cùm tam ardua pater non poſſit filio præcipere, ſicut nec religionis ingreſſum, & tamen ſic ſtrenuè per 300. annos illud obſeruarunt, vt nemo eorum fuerit, qui illud fregerit. mirum; nunquid ſemper omnes ſani? nunquid omnes ſtomacho valentes? &, quod amplius, vt hoc non ſolùm homines, ſed mulieres, & paruuli eorum obſeruarunt, *obediuimus voci Ionadab patris noſtri, ita vt non biberemus vinum cunctis diebus noſtris nos, & mulieres noſtræ, filij, & filiæ noſtra.* Ergo ſemper, & mulieres valentes, & filij, ſeu pueri, ſic fortes, vt vino non indigerent, & ſenes ac decrepiti ſic vegetes, vt vinum non eis neceſſarium? hoc equidem miraculum fuiſſet, quod non ſine authoritate affirmandum. cùm ergo & infirmi, & infirmæ, & ſenes & decrepiti, inter illos vnde tanta obſeruantiæ? Sanè amice, quia viri ſtrenui, quia deuoti, quia ſancti, quia ſpiritu feruentes, totus feruor ſi adeſt, talia refugit emplaſtra mollium, ac frigidorum, *At forſitan inquies*, Petrus ait Dam. *lib. 6. epiſt. epiſt. 23.* ad amicum Monachum, qui eremum refugiebat, timens aquam, & potu carere vini: *At forſitan inquies, dolet caput, languet ſtomachus, hæc ſunt emplaſtra mollium, hæc palliatio carnalium viuentium Monachorum, ſatis macra hæc cernitur excuſatio, cùm ægros aqua frequenter refoueat, & vinum frequenter occidat.* Si faciem præſentis cernas Eccleſiæ, obſtupeſces, & rubore ſuffunderis, obſeruantiam obſeruans Quadrageſimalem; quàm illa diminuta, quàm apud paucos, quàm facilè deſeritur? ſic in aliquibus locis, ſic in aliquibus ciuitatibus, caro diuenditur, ac in carnali, vt dum Chriſtianos eſſe dicere compelleris, & Catholicos, non hæreticos, aſſeuerare, cogeris totam prope modum ciuitatem peſtilentia eſſe infectam, dum propè omnes carnes comedunt, mulier prægnans ne aborteret, vxorata ne minus obeſa marito appareat, virgo ne minus pulchra deſtinato viro, mater quia genuit, puerpera quia genitura, vir ob ſtomachum, puer ex imbecillicitate, ſenes ob annos, ſeruus ob laborem, inops ob mendicitatem, & inopiam, Prædicator ob onus ſubeundum, lector ne deficiat caput, hinc omnibus emplaſtratis ſacra euaneſcit Quadrageſima, ſurgent in iudicio, & contra tales ſtabunt, non viri, ſed fœminæ Rechabitæ, non adoleſcentes, ſed pueri, non iuuenes, ſed ſenes, non valentes, ſed morboſi, dum illi potius mori, quàm conſilium frangere patris maluerunt, dum homo Chriſtianus quolibet mali non colore, ſed odore præceptum audet infringere diuinum; ſed ad meum inſtitutum.

8\.
Deus tantum ieiunium facit, vt & ipſam inobedientiam pro illo gratam habeat.

9\.
Rechabitæ quanta ſtrenuitate obſeruabant vini abſtinentiam, etſi non eſſet præceptũ.

Petr. Dam.

Expreſſis ergo verbis iſti ad diuinum præceptum reſponderunt, *non bibemus*; quid ergo Deus? nunquid iratus? nunquid ad arma confugit: vt puniret, vt perderet? nunquid Hieremiæ quòd Samueli vt eos argueret, pœnaſque intimaret? nihil minus, immo gratias rependeret, ac priuilegia; vnde ad eos Hieron. ex nomine Domini num. 18. *Pro eo quòd obediſtis præcepto Ionadab, patris veſtri, propterea hæc dicit Dominus, non deficiet vir de ſtirpe Ionadab, ſtans in conſpectu meo cunctis diebus.* Mirum, vt Deus inobedientiam coronet, quam meritò felicem appellauit Damian. vbi ſuprà, *O felix inobedientia, quæ tanti iudicij digna fuit habere præconium.* Cur ergo non iraſcitur? Sanè, quia ieiunij priuilegium eſt, & abſtinentiæ: cuius ſolutio quando permittitur, & mandatur, plus iubenti inobedientia, quàm obedientia placet, vnde doctè idem, *enim verò*, ait, *in his, quæ ſecundùm indulgentiam permittuntur, magis placet ſæpè diſcipulus, ſi iuſſionem ſimpliciter præterit, quàm ſi promptus obedit.* Equidem magiſtraliter. præceptum erat Dei, ſed diſpenſationis paternis præcepti, & relaxationis abſtinentiæ, non præceptiuum; quid ergo? Sic grata ei exſtitit reſoluta tenacitas, ac abſtinentiæ obſeruatio, vt plus ei hæc inobedientia, quàm obedientia placeret, hinc quaſi talium abſtinentium veluti æmulator, ac, vt ſic dicam, ad inuidiam prouocatos, cùm extra miniſtrorum ſortem eſſent, ſuos voluit efficere miniſtros, vnde ad eos, *vir non deficiet de ſtirpe Ionadab, ſtans in conſpectu meo.* Mirum hoc, cùm iſti non

Idem.
10\.
Deus cur non iratus Rechabitis obedire nolentibus.
Idem.
Inobedientia diſpenſationis aliquando magis Deo placet, quàm ipſa obedientia.

Leuitæ

11. *Rechabitæ ad quale miniſterium in templo exhibendum electi, & ſi non eſſent de genere Leuitarum.*

Leuitæ, & prohibitum cotam Deo, & in templo aliquem ſtare, non de genere Leuitarum, hinc variè à variis hoc exponitur, ſed pro nunc in ieiunij, & abſtinentiæ fauorem, illàm éligo opinionem, quæ affirmat ob tantam abſtinentiam, exactamque mortificationem, ſic tales Deo placuiſſe, vt Deus eos elegerit ad aliquod templi miniſterium, quod putat Sanchez fuiſſe cantandi, & Rechabitas factos fuiſſe cantatores in templo, & rectè equidem, hos Deo canendum electos, quia plenus venter non Deo eructat Pſalmos libenter, vt videas quàm Deo grata ſit abſtinentia, ac ieiunium, quòd & leges diſpenſet, & extraordinaria priuilegia concedat.

12. *Ieiunium ad vitã æternam ſic neceſſariũ ut Angelus cuſtos.*

Nec mirum, cùm ſic homini neceſſarium ieiunium, vt quaſi impoſſibile ſine ieiunij obſeruantia vitam tranſigere ſpiritualem, continentiamque obſeruare, ac à flammis nos eripere poſſe carnalium æſtuum, hincque, mea ſententia, ſicillud neceſſarium ad noſtram ſpiritualem vitam cuſtodiendam, & ad æternam capeſſendam, ac Angelus cuſtos nobis à Deo ob id miſericorditer datus, ſicut & alibi, ni fallor, diximus, ſed nunc luculentiùs, ſine quo, moraliter loquendo, aut impoſſibile, aut ſaltem perquam difficillimè vitam caperemus æternam. Ad hoc confirmandum aſſumo Dei præceptum Adamo *Geneſ.* 2. quòd, vt ait Chryſoſtom. homil. 1. de pœnitent. *genus quoddam ieiunij eſt, de omni ligno comedetis, de ligno ſcientiæ boni, & mali non comedetis*, Num. 17. Pondero primùm, omnia ligna comediſſe, & poſtea abſtinentiam ab vno præcepiſſe, ſi ad probandum hominis obedientiam illud Deus ordinauit, ſi ad eius fidelitatem, ſi ad meritum, cur poſt eſum, & ſaturitatem, vnius arboris abſtinentiam præcepit, præcipiat, quando egens, quando famelicus, quando cibo indigens, non quando pomis, quando fructibus ſatur, ſi velit obedientiam, ac fidelitatem experiri, meritumque augere; ſane, amice, hoc feciſſet, niſi ieiunium homini conſtituiſſet, vt Angelum cuſtodem, vt pædagogum, qui dum ipſe moderatè, vti & in licitis docebat, ſecurum per ipſum reputabat, & ab illicitis, hinc primò eſum comeſtibilium conceſſit, ſed equidem moderatum, ac ſecundùm temperantiæ regulas, & vt ſic obſeruaret, præceptum inhibuit ieiunij, non tantum vt eum affligeret, quantum vt cuſtodiret, quaſi reputans ſine hoc magiſtro, ſine

Chryſoſt.

13. *Ieiuniũ Adamo cur præceptum.* Idem.

hoc Angelo, & moderatam non poſſe hominem etiam in paradiſo inter tot tantoſque multiplices fructus, temperantiæ cuſtodire virtutem, vnde egregiè Chryſoſtom. vbi ſuprà, *propterea*, ait, *& Deus hominem à principio faciens, illico frenum ei ieiunij manibus impoſuit, velut piæ, & amabili matri, & magiſtro optimo*, (adde tu, & Angelo cuſtodi) *committens*. Quod pulchrè conſiderauit Hieron. *epiſt.* 8. *ad Demetriadem*, ponderans quòd ſicut æſtu ciborum, ac gula diabolus ad laſciuiam homines deiicere intentat, ſic Deus per ieiunium Angelum eorum cuſtodem eos eripere ſatagit, in Iob, *Scriptum eſt*, ait, *de dracone, virtus eius in lumbis eius, & fortitudo illius ſuper vmbilicum ventris eius aduerſus iuuenes, & puellas ætatis ardore hoſtis noſter abutitur, & inflammat rotam natiuitatis noſtræ, & implet illud Oſee, omnes adulterantes quaſi clibanus corda eorum.* At quo Angelo cuſtode omnia hæc diſſipantur? Sanè ſequitur Hieron. *Dei miſericordia*

Hieron.

Idem.

& ieiuniorum frigore reſtringuntur. hæc ſunt ignita diaboli iacula, quæ ſimul vulnerant, & inflammant, & à Rege Babylonis tribus pueris præparantur, ſuccendentis fornacem quadraginta nouem cubitorum; ſed quomodo ibi quartus ſpeciem habens, quaſi filij hominis, (en Angelus cuſtos,) *immenſos mitigauit ardores, & inter carnis æſtuantis incendium docuit flammas calorem amittere, & aliud oculis comminari, aliud præbere tactui; ſic & in animo virginali rore cœleſti, & ieiuniorum frigore, calor puellaris extinguitur, & in humano corpore Angelorum impetratur conuerſatio.* Pende hoc vltimum, per ieiunium Angelorum homines imitari conuerſationem. Vnde Chryſoſtom. ſerm. 1. de ieiunio, *ieiunium*, ait, *Angelorum imitatio eſt pro noſtro virili.* Immo ſicut de virginitate Hieronym. *vbi ſuprà ad Demetriadem*, affirmabat eſſe quid ſupra Angelos dum in corpore carnali, quo ipſi carebant, ſine ſenſu viuebat virgo carnis; ſic pari modo, & de ieiunio dici poteſt, imitationem ſcilicet eſſe Angelorum, at ſupra ipſos ieiunantem conſtitui, quatenus indigens cibo, indigens potu, ſine cibo viuat, ac ſine potu. Cùm ergo imitatio ſit Angelorum, cùm ipſe virginitatis, ac pudicitiæ cuſtos; iure nos hominis Angelum ipſum facimus cuſtodem.

Chryſoſt.
Hieron.

14. *Ieiunium ſupra Angelos nos cõſtituit.*

15. *Quomodo ieiunandum.*

At quomodo ieiunandum, ne labor deperdatur ieiunij? Equidem multa ſunt, quæ ieiunium comitari debeant, quæ longum eſſet retexere, ac pro dignitate tractare, vti rectus finis, & ordinatus, non quemadmodum hypocritæ, qui in ieiunio ſe, non Deum quærunt, ob hocque, vt eleganter adnotat Rupert. hîc amplius in ieiunando laborant, vbi poſtquam dixiſſet fideles ieiunare, vt ſponſum abſentem acquirant, iuxta illud infrà, *Nunquid poſſunt filij ſponſi lugere quandiu cum illis ſponſus eſt, venient autem dies, cùm auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt*, c. 9. ſequitur, cauſam iſtam *ieiunij non habuerunt, nec habent hypocritæ triſtes, & tamen ieiunant frequenter, deſiderium Chriſti non habentes, & mira vani cordis duritia nonnunquam plus ieiunando laborant, quam hi, qui Chriſtum, & vitam æternam deſiderant.* quod equidem, & ſemper hoc cuilibet euenit peccatori, non autem ſolis hypocritis, plus laborat ad peccatum perpetrandum, hinc infelix hypocritarum ieiunium, quia recto caret fine, qui neceſſarius ad bene ieiunandum, eſt etiam neceſſaria conſcientiæ puritas, ſine qua nullum eſt ieiunium. nam, vt ſuprà ex diuo Iſidoro dicebamus, cum peccato ieiunare, potius eſt ieiunium imitari diabolicum, quàm Angelicum cùm illi cibo careant, at peccato referciuntur, *culpa abeſt, cibus adeſt* nec ob hoc dico non ieiunandum, cùm etſi in peccato opera nunquam amittenda bona, ſed quoad meritum, quo ad ſatisfactionem, quoad gratitudinem, quoad Dei beneplacitum, vt ab eo ſuſcipiatur, incaſſum ſit infructuoſum ſit, *impleri enim debet ieiunium non ciborum tantummodo paruitate, ſed magis priuatione vitiorum.* ſanctus ait Leo *ſerm. 6. de ieiunio*, qui perpulchram de hoc reddens rationem, ſic eleganter ſequitur. *nam cùm ob hoc caſtigatio iſta ſumatur, vt carnalium deſideriorum fomites ſubtrahantur, nullum magis ſectandum eſt continentiæ genus, quàm vt ſemper ſimus ab iniuſta voluntate ſobrij, & ab inhoneſta actione ieiuni.* Pulchrè, ieiunium, non finis, ſed medium eſt, ad carnalem fomitem compeſcendum; qualis ergo erit inanitas, dum eum aſſumimus, & finem ad quem deſtina-

16. *Ieiunium hypocritarũ infelix.*

17. *Puritas conſcientiæ neceſſaria ad ieiunium.* Iſid o r.

S. Leo.

tum, negligimus, & vt illud apprehendat obſtamus, nunquid hoc non eſt omnino infructuoſum, & vacuum illud reddere? ergo ieiunandum, ſed cum pura conſcientia, quod principale eſt ieiunium, & à quo nec infirmus excuſari

Idem.

poteſt, *hæc deuotio*, ait idem, nempe ieiunium à peccatis, *non ſecernit inualidos, quia etiam in languidos corpore poteſt animæ integritas reperiri*, quod equidem etſi valentibus ieiunare ſuadendum, maximè non valentibus ex infirmitate, vt dum corpore non ieiunant, ieiunent ſaltem à culpa.

18. *Eleemoſyna coniungi debet cum ieiunio.*

Puritas ergo neceſſaria, non minus eleemoſyna, aut ſaltem paulo minus, vt omnino, hoc eſt, perfectiſſimè Deo gratum noſtrum ſit ieiunium, *illud ieiunium Deus approbat*, ait Gregor. homil. 16. in Euangel. *quod ante oculos eius manus eleemoſynam leuat.* Pendo dictum illud, ieiunium Deo gratum affirmat, cuius manus cum ieiunio ſimul, & eleemoſynam offert; quid hoc? aut qua ratione verum? Sanè, mea ſententia, quia ieiunium dapes, eleemoſyna ferculum. quàm ingratus quis coram Principe appareret, ſi cibos offerret ſine ferculis. ergo vt omnino & perfectiſſimè ſit gratus, offerat cibos cum ferculis, ieiunium cum eleemoſyna. *& quod tibi ſubtrahis, alijs largire*, vt ait Sanctus, ſic vndequaque perfectum ex cibo, ex ferculo, tuum Deus approbabit ieiunium.

19. *Cibi quadrageſimales quanta moderatione ſumendi, vt retribuantur.*

At licèt neceſſaria iſta, ab illis tamen abſtinemus, quia communia, & paſſim obuia: in illo autem placet aliquantulum immorari, quod penè oblitum, tanquam ſi non neceſſarium, moderatio nempe in cibis etiam licitis, & abſtinentia eorum, quæ etiam licitè comedere poſſumus. Pudet equidem dicere, quæ in hoc videntur, & obſeruantur, quia enim vna eis licita comeſtio, ſic in illa reſarciuntur, replentur, opplentur, vt non ſolùm ad vnum diem, ſed ad plures ſtomachum eructet repletum, ſic vt ne moriantur, & color ſupprimatur naturalis, ad vomitum ſe prouocent neceſſe; nunquid hoc ieiunium? nunquid quia carnem non comedo, ſed piſcibus repleor, luxuriam prohibebo, illegitimoſque motus? *Bonum eſt vinum non bibere, & carnem non manducare*, ait Hieronym.

Hieron.

epiſt. ad Furiam, de viduitate ſeruanda, *ſed etiam in ipſis leguminibus, inflantia quæque, & grauia declinanda ſunt. Inde eſt quòd nonnulli vitam pudicam appetentes, in medio itinere corruunt, dum ſolam abſtinentiam carnium putant, & leguminibus onerant ſtomachum, quæ moderatè parcèque ſumpta innoxia ſunt, & vt quod ſentio, loquar, nihil ſic inflammat corpora, & accendit ad libidinem, ſicut indigeſtus cibus.* Magiſtraliter, & verè.

20. *Daniel cur noluit bibere vinum.*

Enim verò Danielem ſanctiſſimum, tréſque illos pueros inuenio à cibis abſtinuiſſe Regis, Daniel. 1. num. 12. *Dentur nobis legumina ad veſcendum, & aqua ad bibendum.* Cur aqua, & non vinum, cùm etſi ratio aderat ciborum abſtinentiæ, quia ex vetitis multi, & ferè omnes ex immolatis Belo Babyloniorum idolo, tamen nec vinum prohibitum Iudæis, nec ex immolatis erat; cur ergo recuſat vinum? Amice, ex illo, quod ſuprà dixerat Scriptura, num. 8. *Propoſuit autem Daniel*, ait, *in corde ſuo, ne pollueretur de menſa Regis.* Quid ergo opus vt non pollueretur? Sanè, equidem vt non ſolùm Daniel ſe abſtineat ab illicitis, vtpote à cibis vetitis, ſed etiam à licitis, quale erat vinum. nam quid leguminibus veſci, & à carne abſtinere, ſi vino poſtea maderent? equidem, ſic ſe polluerent, vt paulo minus ac ſi ſe cibis replerent vetitis.

At antequam ad vltimum quod intendo ex hoc loco deueniam, neſcio quid aliud ſubodo- 21.

Antiquum ieiunium continebat abſtinentiam à vino.

tor in Danielis petitione panis tantùm, & aquæ, nempe ſanctorum hominum antiquitus ieiunium conſtitiſſe, non ſolùm in abſtinentia carnium, ſed vini; ſic hîc videtur ſentire Cornel. &

Cornel.

in Concilio Toletano IV. mille, & amplius ab hinc annis ſub Neſtorio I. reperio, morem apud quaſdam Eccleſias extitiſſe, in Quadrageſima nec vinum bibere, aſſerens enim Concilium Kalend. Ianuarij Alleluia non eſſe canendum, & ieiunandum, ſic ait, *in temporibus vero reliquis*, id eſt, Kalendis Ianuarij; *quæ propter errorem gentilitatis aguntur, omnino Alleluia non decantabitur. in quibus etiam præter piſcem, & olus, ſicut & in quadraginta diebus, cæteris carnibus abſtinetur, & à quibuſdam etiam nec vinum bibitur, quod ieiunium fortiſſimum*, appellauit Hieronym. ad Nepotianum. ergo ex hoc colligere licet, ideo Danielem panem tantùm, & aquam, ac legumina petiiſſe, quia ieiunare intendebat, non ſolùm à vetitis abſtinere, ieiuniumque tunc, & poſtea in Eccleſia ſanctiſſima fuiſſe, non ſolùm à carnibus, ſed etiam à vino abſtinere; vinum autem poſtea ex conſuetudine introductum, viribus deficientibus humanis. At quorſum hæc, dices? Sanè ob duo, *primum* vt videas quàm differens noſtrum nunc ieiunium ab antiquo, quantumque à primitiuo abſtinentiæ gradu decidimus, vt piaculum eſſet nunc alicui vinum interdicere ieiunanti. & *ſecundum*, vt videas, ni 22.

Sorbitiuncula, quæ coccholatte dicitur, frangit ieiunium.

magis plorare lubeat, aliquos aliquaſque vt inediam non ſentiant, aut quia vinum epotare non poſſunt, ſorbitiunculam Indicam inueniſſe, duplo ampliorem in ſe continentem ſaturam, quæ Hiſpanicè *chocolatta* nominatur, & quod amplius (ſi Deo placet) cùm ex Indiarum nucibus ſubſtantialiſſimis, ac pinguiſſimis, farina, ac ſacchato conficiatur, ieiunium æſtimant non frangere, hinc & ante, & poſt prandium, illo ſe ingurgitant; vide an hoc ſit ieiunium illudere, ac Deum irridere velle, & pipere, cariophyllo, ac cinnamomo eructante ſtomacho ieiunium prætexere Eccleſiaſticum, temetipſum, alioſque fallens, edico firmiter, poſt maturam, & diutinam diſcuſſionem, poſt viros doctiſſimos conſultos, talem ſorbitiunculam ieiunium frangere, & peccare mortaliter illa vtentes in ieiunij die, cuius euidens ratio, quia omnia ingredientia eſſentialiter ſunt ſolida, non liquida eſſe ordinata ad cibum, non ad potum, ad ſuſtentationem, non ad vehiculum vt liquida; & ex confectione, nunquid ſic tranſmutantur, vt tranſeant in naturam potus, fiantque potabilia, vt experientia conſtat, quam ſæpè adhibui, & reperi poſt horas ſeparationem ſerum fieri, & infundo omnia decidere, præter ſaccharum; vnde ergo non frangit ieiunium. Audi Hieron. ad Nepotianum, *Audio prætera*, ait, *quaſdam contra hominum, rerumque naturam, aquam non bibere, nec veſci pane, ſed ſorbitiunculas delicatas, & contrita olera, betarumque ſuccũ non calice ſorbere, ſed concha.* Mentiar ſi non illam, quam dicimus, non adumbrat, cũ hac tamen differentia, vt illi pro pane, pro aqua: at noſtri ieiunatores,

Hieron.

etſi

etſi panem, & delicatiſſimos ingurgitent cibos, & vino repleantur, illa vtantur, nunquid hoc ieiunium Deo placitum, & ſi illa ſorbitiuncula contra hominum, rerumque naturam, vult Hieron. vt ſit, quid? nónne à fortiori, & contra ieiunij naturam hanc dicet, & tales non ieiunantes, ſed ieiunij corruptores appellabit?

At ad Danielem reuerto, ponderoque non panem tantùm, & aquam poſtulaſſe, ſed legumina, ex quo clarè infertur, non fortiſſimum ieiunij genus elegiſſe, quod in pane tantùm, & aqua

Idem.

conſiſtit, vt affirmat Hieronym. *vbi ſuprà*, ſed

23.

Daniel cur petijt legumina, non contentus pane, & aqua.

moderatum communeque, quod equidem mirum in ſanctis iuuenibus; cur ergo ſic remiſsè ieiunarunt? Pulchrè Hieronym. *epiſtol. vbi ſuprà ad Furiam*, quia pueri non dum luxuriæ ſartaginem experti, & quia etiam corporis pulchritudinem expetebant, ne macri, ac macilenti coram Rege apparerent, ex qua ratione ſicut illos excuſat, ſic Chriſtianos incuſat, dum iiſdem licitis abutuntur, non pulchritudinem corporis, ſed animæ quærentes, quæ per immoderatum ſæpè & licitorum abuſum deperditur. Accipe Hieron. *Si autem*, ait, *tres pueri, & Daniel leguminibus veſcebantur, pueri erant, nec dum ad ſartaginem venerant, in qua Rex Babylonis ſenes iudices frixit, nobis non corporis cultus, qui in illis, excepto priuilegio gratia Dei, ex huiuſmodi cibis enituerat, ſed anima vigor quæritur, quæ carnis infirmitate fit fortior.* Ergo excuſantur Daniel ſociique, quia pueri, quia ardores libidinis, vti Suſannæ illi ſenes, adhuc nõ ſentiebant, quia tandem & pulchritudinem ac corporis ſuccedinem expetebant, excuſantur, inquam, ſecundùm Hieronym. ſi ad panem, & aquam, & legumina requiſierunt non neceſſaria, etſi licita: at qualis nobis erit excuſatio, dum vigorem animæ contra peccata exquirentes, æſtibus ac verticibus luxuriæ ignitis ardentes, non pueri, ſed iuuenes, non tantùm leguminibus vtimur ſuperfluenter, ſed piſcibus, ſed obſoniis, ſed deliciis, nunquid tale dices ieiunium proficuum? *Quid prodeſt oleo non veſci*, ait idem ſanctus ad Nepotianum. *& moleſtias quaſdam, difficultateſque ciborum quærere, carycas, piperem, nuces, palmarum folia, ſimilam, mel, piſtacia, tota hortorum cultura vexatur, vt cibario non veſcamur pane.* Immo nunc S. Hieronym. & totum mare Tyrrhenum, Oceanumque, fluminaque, fonteſque turbantur, vt non cibario, ſed furfurato pane, ieiunium obſeruetur ſacroſanctum quadrageſimale. Vah pudor Chriſtianorumque hodiernorum ſupina laxatio, qui ſat putant facturi, ſi à carnibus ſe abſtineant, ac de cætero ſe ingurgitent.

24.

In omnibus licitis moderatè vti conſilium eſt Apoſtolicum.

At ne Hieronymi tantùm conſilium hoc æſtimemus ex licitis cibis, & conceſſis parcè nobis ſumendum, ni in obſcœnam velimus incidere Venerem, ſcito eſſe Apoſtolicum, in illis Pauli verbis 1. ad Corinth. cap. 6. num. 12. *Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt, omnia mihi licent, ſed ego ſub nullius redigar poteſtate.* Locus non ſic planus vt prima fronte apparet, cùm non obuium quid per hæc intendat Apoſtol. & quò

Theodor.
OEcum.

hæc verba referantur, Theodoretus, & OEcum. ad peccata, quæ etſi poterat Apoſtol. committere, tamen quia non expediebat, illud referunt, non valet. nam nullo modo licitum, quod prohibitum, vt benè arguit Ambroſius. Idem Am-

Ambroſ.
D.Thom.

broſ. & ſanctus Thom. referunt ad ſumptus, quos ex prædicatione poterat ſuſcipere, tamen nolebat, ne ſuam amitteret libertatem, tanquam non liber, ſed ſeruus, Prædicator ille, qui ob prædicationem ſumptus recipiat. Sana doctrina, & vera, ſed quo modo hìc quadret non video. Anſelm.

Anſelm.
D.Thom.

& idem ſanctus Doctor hæc referũt ad ſuperiora, de iudiciis, in quibus Paul. inuexit, & ne putarent illicitum ſua repetere, nunc declarat quo ſenſu illud dixit, ſcilicet ne ſub alicuius redigeretur poteſtate, Aduocatorum nempe, procuratorum, & ſimilis farinæ hominum, vnde Syrus vertit, *nemo in me poteſtatem exercebit*, hæc

25.

Litem dimittere proprium Apoſtolicorũ hominum, & cur.

ſententia quoad praxim, & præcipuè à religioſo viro maximè amplectenda, meaque ſententia Apoſtolici ſpiritus ſpecimen iudicio eorum, qui ne procuratoribus, Aduocatis, Notariis, ipſiſque iudicibus ſe vendant, ac in eos poteſtatem habeant, potius iudicant ſua non repetere, quàm per litium ſtrepitus acquirere: at licèt hoc verum ſit, tamen ſenſum non iudico litteralem, cùm ex inferius quod dicit aliter eruitur magis aptus; verum ergo exiſtimo Chryſoſto-

Chryſoſt.
Theoph.

mi, & Theophylact. Paulum per hæc verba intelligere abſtinentiam à cibis etiam licitis, ſi quis corpus ſuum ſine peccato, ac Chriſto capiti ſubiectum tenere deſideret, cùm ſi omnibus licitis affluenter vti voluerit, impoſſibile, vt corpus in ordinem redigatur, & Chriſto capiti ſit ſubiectum, qui ſenſus manifeſtè ex illis quæ immediatè ſubiungit, elicitur. nam immediatè pòſt ſequitur, *eſca ventri, & venter eſcis, Deus autem & hunc, & has deſtruet, corpus autem non fornicationi, ſed Domino, & Dominus corpori.* quæ verba, niſi facias argumentum ad confirmandum, quod dixerat, omnia ſcilicet ſibi licere, ſcilicet comeſtibilia; at non licitum, nec Apoſtolo dignum illis vti etſi licitis, neſcio quomodo connecti poſſint. Argumentum ergo eſt confirmans, quod dixerat, etiam à licitis abſtinendum, ne ſub gulæ poteſtate, aut alterius vitij redigeretur. Probat. nam licèt venter factus ob eſcas, & iſtæ ob ventrem, vnde apparet ventrem ius ad omnes eſcas habere, & eſcas omnes ad ventrem, tamen aduertendum quòd corpus non formatum ad fornicandum, & vt fornicationi vti capiti ſubiaceat, ſed Domino, & Dominus Ieſus Chriſtus formatus, vt caput eſſet corporis, quod cùm ſit, vt corpus pro capite Chriſtum poſſideat, & non fornicationem, neceſſarium, vt etiam à licitis quis ſe abſtineat, & ad quæ venter ius habet. nam, vt ſic, corpus noſtrum reſuſcitabit cum Chriſto eius capite, vnde ait, *Deus verò & Dominum ſuſcitauit, & nos ſuſcitabit per virtutem.* Alioquin, ſi quia eſcæ in ventrem, & venter in eſcis ius habet, illis ad libitum vti velimus, & ventrem Deus deſtruat, & eſcas, quia moraliter impoſſibile, vt etiam neceſſariis, & licitis vtens immoderatè corpus non ſubdat fornicationi, & homo alienæ non ſubdatur poteſtati, non verò Chriſto ſuo capiti, *Ventri deditos in hoc loco taxat*, ait Chryſoſtom. *non enim de vetitis hoc dicit, illa enim nullo pacto licent, ſed de his, quæ indifferentia videntur, & ait, ego ſub nullius redigar poteſtate, & non efficior ſeruus huius affectus, qui enim eo ad neceſſitatem vtitur, illi eius dominus eſt; qui verò in incontinentiam probabitur, ſeruus eius efficitur, cùm edacitas dominetur.* Nil meliùs, quid enim refert, carnibus non veſci in Quadrageſima, dum edacitas & ingluuies dominatur, nunquid in ſo-

lis carnibus luxuria? quid profert vino non vti, at ſicera inebriari, qualis eſt, vt D. ait Hieron. ad Nepotianum, *Quæ frumento conficitur, ſiue pomorum ſucco, aut cum faui decoquuntur in dulcem, & barbaram potionem, aut palmarum fructus exprimuntur in liquorem, coctiſque frugibus aqua pinguior colatur*, quæ omnia in domibus Principum abundanter reperies, præcipuè in Quadrageſima, vt ſtomachum cibis repletum aut refrigerari, aut digerere poſſit. En ieiunium Chriſtianorum contra totum Apoſtolicum conſilium.

Hieron.

26\. Cunclùdam, ſic verum Sanctos omnes à licitis ſe ſemper abſtinuiſſe, ſic ſtrenuos in hac re, vt ſi quando neceſſarium illis vti, ſic tenuè, ſic moderatè, ſic exiliter, vt ſic dicam, illis vtebantur, vt neceſſarium diuinum præceptum, ad hoc vt neceſſaria ex licitis ſumerent, ad hoc probandum aſſumo illud Eliæ 3. *Regum* 19. *num.* 5. cùm enim Iezabelem fugeret, & in deſertum perrexiſſet, proiiciens ſe obdormiuit in vmbra iuniperi, aut vix oculos clauſit, *ac Angelus Domini tetigit eum, & dixit illi: Surge, & comede*, qui expergefactus ſurrexit, *& reſpexit, & ecce ad caput ſuum ſubcinericius panis, & vas aquæ.* Antequam hinc tranſeam, pendo Eliam ex laſſitudine dormiſſe, ac ex fame penè enectum, & tamen ad eum refocillandum non carnes, non poma, non herbas, non vinum, ſed tantùm ſubcinericium panem Deum illi præparaſſe, *re vera non poterat*, ait Hieronym. ad Euſtochium, *Deus conditum ei merum mittere, & electos cibos, & carnes*; cur ergo non miſit? ne incentiua luxuriæ Dei homini præberet, præſumit Hieronym. & bene, & Auguſtin. ſermon. 65. de tempore, *ſciebat*, inquit, *Deus Prophetam ſuum tentantem diabolum ſuperare non poſſe, niſi ieiunijs eruditus.* Ergo neceſſaria tantùm illi Deus, non ſuperflua. Bene quidem, *comedit ergo, & bibit, & rurſum obdormiuit.* At quid? ſtatim Angelus iterum eum tangens ait, *ſurge, comede, grandis tibi reſtat via.* Hoc pondero, cur iterum Angelus ad comedendum allicit, cur iterum præcipit? benè primò, quia fame, labore, ac triſtitia penè enectus Elias: at nunc quando iam refectus, quando iam comedit, & bibit; ad quid de nouo vt ſurgat, vt comedat? Sanè amice, ni fallor, præconium abſtinentiæ eſt Eliæ, qui ſic ieiuniis aſſuetus, ſic tenuè etiam licitis vtebatur, & neceſſariis, vt ad neceſſitatem virium non ſufficerent, ſed potiùs ad defectum: vnde etſi primò expergefactus comedit, & bibit; tamen ad vſum ſic parcè, ſic tenuè, vt ad vires reficiendas non ſufficeret, hinc & neceſſarium Angelicum, diuinumque præceptum, vt iterum comederet, vt neceſſarium ſumeret cibum, quia grandis ei reſtabat via, ex quo factum, vt ex hoc ieiunio, talique abſtinentia vſque ad viſionem procederet diuinam. nam, vt ait Ambroſ. de Elia, & ieiunio cap. 2. *tunc plus meruit, quando plus ieiunauit*, vt ex hinc videas, mi lector, quantum Deo gratum illud ieiunium, quod parcè ſumit de licitis, quòd & neceſſaria etiam relinquit, vt ad Dei conſpectum transferat, vt non ſolùm vires non auferat, ſed augmentet, vt Eliæ ſucceſſit, & ſimul, vt exemplo Sanctorum edoctus, quando ieiunas, & à licitis te abſtines, non triſtis vt hypocritæ, ſed hilaris, vt Chriſtianus, ſecundùm Chriſti conſilium, qui dicit, *cùm autem ieiunas, vnge*, &c.

Sancti ſic eo licitis abſtinent, vt ſæpè Deus neceſſe ut eo eſum imponat eorũ.

27\. *Deus Eliæ tantùm panem & aquam miſit.*

Hieron.

Auguſt.

28\. *Elia abſtinẽtia quanta.*

Ambroſ.

Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra, vbi ærugo, & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt & furantur. NVM. 19.

Theſaurizate autem vobis theſaurum in cœlo: vbi neque ærugo, nec tinea demolitur; & vbi fures non effodiunt, neque furantur. NVM. 20.

Vbi enim eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum. NVM. 21.

Senſus litteralis, & moralis.

1\. NOlite theſaurizare, Poſt præcepta de oratione, ieiunio, & eleemoſyna, & modum, quo facienda, & poſt auocationem à cupiditate laudis humanæ, nunc totus eſt Dominus ad hominem auocandum à cupiditate rerum terrenarum, & diuitiarum, quæ multos errare facit à fide, & doloribus inſerit multis, quod, vt rectè adnotat Ianſen. facit, *multis yſdemque mirè vrgentibus argumentis*, vt videbimus, & licèt hoc principaliter faciat Dominus ad amputandam ipſam diuitiarum cupiditatem, tanquam per ſe malam, & nociuam, & totius ſpiritualis boni deſtructricem, quod iudico litteraliſſimum eſſe ſenſum, tamen & ad duo etiam tendit, *primum* ad ſuos præcauendos, ne mores imitentur Phariſæorum, & hypocritarum, qui ſicut toti erant ad laudes hominum adipiſcendas, ſic ad diuitias congregandas; vnde ſicut ſe extenuabant, vt laudem caperent humanam, ſic ieiunabant, vt ex parcitate ieiunij diuitias augerent, vt ſentit Hugo Cardinal. hîc. *Suprà*, ait, *prohibuit Dominus ieiunium pro humano fauore captando, & adhuc idem prohibet, pro lucro temporali acquirendo; ſunt enim quidam auarè ieiunantes, vt parcant rebus ſuis, & multiplicent ſibi theſauros. Secundum* autem ad quod Dominus tendit eſt, vt eleemoſynam ſuadeat, ne aut timore amiſſione rerum, aut eorum penuria velint auaros eſſe in pauperes, & illis non tribuere, & licèt etiam litteralis ſit ſenſus, tamen prior de auertenda cupiditate diuitiarum, mihi ampliùs videtur litteralis, quæ eſt ſententia Caietan. *hîc*, vt infrà dicemus. Ruperti & Abulenſ. *quæſt.* 176. cùm ad quid oratio, niſi radix amputetur omnium malorum, cupiditas ſcilicet acquirendi, & ſitis theſaurizandi, de qua re nos abundè *in noſtris in Sapientiam commentarijs*, ad quæ meum remitto lectorem. nam nos hîc tantùm Domini rationes ponderabimus.

Christus ijs verbis cupiditatem diuitiarum præcidere intendit.

Ianſen.

Hugo. Cardinal.

Caiet. Rupert. Abulenſ.

2\. *Prima* ergo ratio eſt, ex ipſa natura rerum ex ſe contemtibili, dum tantis ſubiacet malis. nam omnis theſaurus, aut auro & argento, aut veſtibus, aut lapillis conſtat pretioſis; aurum, argentumque æruginì ſubiacet, veſtis tineæ, lapilli & gemmæ furibus, *omnia bona mundi tripliciter tollit interitus*, ait Author Imperf. *aut enim à ſemetipſis veteraſcunt, & tineant, ſicut veſtimenta, aut ab ipſis dominis luxurioſè viuentibus comeduntur, aut ab extraneis vel dolo, vel vi, vel calumniis, vel alio iniquo modo diripiuntur, quia per iniquitatem feſtinant aliena facere ſua.* Si attentè, quæ hîc, aut hoc dicit, conſideres, quàm veriſſimam Saluatoris noſtri ſententiam eſſe reperies; do argentum aurumque non æruginari, do

Prima ratio qua Christus probat intercidendam eſſe diuitiarum cupiditatem.

Auth. Imp.

3\. *Mundi bona nullam habẽt ſecuritatem.*

do veſtes tinea, vel vt alia littera, *comeſtura*; non conſumi, nunquid ſecurus theſaurus à luxuriis, ab ebrietatibus, à lauto victu, Luc. 12. num. 19. *anima mea*, dixit ille ſtultus, *habes multa bona poſita in annos plurimos*. En theſauri reconditi, & abſconditi, ac ſummis laboribus accumulati, immo & ſumma diligentia cuſtoditi; quid ergo, nunquid ſecuri? Audi quod ſequitur, *comede, bibe, epulare*. En demolitio: at quando & hoc deficiat, & ſic miſer ſit homo, vt potius mori velit, quàm effundere, nunquid & famuli & famulæ, & miniſtri, & iudices, & lites, & Notarij, & Aduocati, & Princeps, & Rex, deficient omnes ad euacuandum inteuti? Amice theſauros abſconde ſub-

4 *Theſauri nuſquam effugiunt Principum aures.*

tus terram, ſepeli in imo, repone in profundo, nullus ſciat, non vxor, non filius, non famulus, ſolus tu; ſcito tamen quòd aures non effugiet Regis, ſuffodiet, tollet, irrumbunt miniſtri, priuilegium eſt hoc regale, vt ex imis, odoretur aurum. *Iudic. 9. num.* 10. Ioathan Gedeonis filius legitimus, cùm audiſſet contra ius faſque viros Sichimitas Abimelechum fratrem non legitimum in Regem elegiſſe, ſub typo & tropo ex electione infelicia eis annuntians ſicuti euenerunt, ſic ait, *ſeruat ligna, vt vngerent ſuper ſe Regem, dixeruntque oliuæ: Impera nobis. quæ reſpondit: Nunquid poſſum deſerere pinguedinem meam? dixerunt ad arborem fici: Veni, & ſuper nos regnum accipe.* Quòd oliua ſymbolum ſit Regis, ſatis per ſe notum eſt: at quòd ficus, inauditum; ſanè non eſt ſymbolum, reſpondet Arias Montan. Regis fœcundi, ac liberalis, ſed auari, cùm ficus auaritiæ ſit ſymbolum, *nulla*, ait, *ex omni plantarum genere auaritiæ ſtudium aptius refert, quàm ficus, cuius ad exugendum vndique humorem, & frequentiſſima radices, & nonnullæ adeò longa deprehenduntur, vt ad puteos, & ad fontes, ad paludes, & ad lacus longo interuallo diſtantes pertineant, adeò etiam ſagaces (quod admirati cognouimus) vt intra domorum, adiunctaque ædificia, loca quærere, ſubire, atque obtinere didicimus, in quibus lagena, hydria cæteraque aquaria vaſa ad familiæ aſſiduum vſum conſtituta ſolent diutius inhærere, & inſuper in ipſis quoque vetuſtiſſimis muris ex calce, ex cinere, ex puluere, atque adeò ex duriſſimis ſaxis ſuccos petere, exprimere, atque trahere nouit, ob eamque rem firmiſſima quoque alias ædificia diruere ſolet, ad hunc modum auari diuites, Principeſque.* Si faciem, amice, mundi hodiernam aſpicies, quando hæc ſcribimus, ſi Germaniam, Italiam, Galliam, Hiſpaniam, quæque Principes gerunt ad aurum indagandum, tollendum, auferendum, quàm vera Chryſoſtomi ſententia, quàm Montani, de fico Principum ſymbolo inuenies, nec domus, nec antra, nec ſpeluncæ, nec putei iam valent, vt non ex imis, & ſuffoſſis aurum ſubodoretur, &c, quod lacrymabile, ex ipſis aridis, arenoſis, ſiccis, & exuſtis, ac omnino demolitis ſuccum auri expoſcunt, & cùm aurum non inueniunt, ſanguinem ebibunt. Vade nunc, & theſauriza in terra, *vbi ærugo & tinea demolitur*.

At dices, omnibus illicitum ne theſaurizare? ergo nec Regibus, nec Principibus, nec reliquis, qui familiam alere debent? acutè Caiet. ex verbo

Caietan.

5. *Quomodo non ſit licitum theſaurizare.*

illo, *in terra, & in cælo*, dicit, non prohibitum theſaurizare. Theſaurizare, vt ſic, ſed in terra, ſic vt totus animus ſit terrenus, ad terram deditus, nihil de cœleſtibus penſitans, quod veriſſimum. *Littera iſta diligenter inſpecta*, ait, *non prohibet theſaurizare, ſed locum theſauri, prohibet enim eligere terram pro loco theſauri, non autem prohibet homini reponere ſibi, vel filijs, vel Reipublicæ terreſtres theſauros. Principes enim debent habere theſauros, tum vt timeant alij mouere eis bellum, tum ne cogantur populum grauare, tum ne vileſcant petendo mutuum, ſed prohibet reponere in terra, vt terra contrariatur cælo.* Egregiè, diuitiæ ex ſe malæ non ſunt, bonus, aut malus eorum vſus bonas, aut malas facit. nam ipſæ etiam ſunt Dei miſericordia, licèt pertranſiens. Oſeæ 6. num. 4 *miſericordia veſtra, quaſi nubes matutina, & ſicut ros manè pertranſiens.* In quo loco Hieronym. & Theophylact. per miſericor- Hieron. Theophyl.

diam diuitias intelligunt, quas illi populo Deus

6. *Diuitiæ Dei ſunt miſericordia, ſed pertranſiens.*

præſtabat, quæ, quia temporales, non æternæ, ideo nubes erant pertranſeuntes. ergo licet theſaurizare; at non in terra, pro vt terra cœlo opponitur, *ſoli itaque illi*, ait Caietan. *qui theſaurizant in terra, vt terra eſt contraria cælo, agunt contra hoc præceptum, qui ſcilicet accumulant diuitias, confidentes in illis in tantum, vt non curent prouidere ſibi in cælo, horum enim ſolus, & Deus theſaurus in terra eſt, qui verò cumulant diuitias, & reponunt vt organa opportuna, ad opera virtutum ſibi, filijs Reipublicæ praſerendo theſaurum in cælo reponere pro anima in nullo agunt, contra hoc præceptum, quia non reponunt in terra, vt terra diſtinguitur contra cælum, ſed vt terra ſubordinatur cælo.* Senſus & litteralis, & moralis. regulam obſerua Caietani, & ſi diues diuitias noli timere, at prænuntio rem eſſe perquam difficilem, hinc quoad poſſibile, conſultum theſaurizare non in terra, ſed in cœlo, vti noſter conſulit Saluator, dicens:

Theſaurizate vobis theſauros in cælo. hunc locum communiter Sancti de eleemoſyna exponunt, per quam in cœlo per manus theſaurizatur pauperum, ſic Chryſoſt. Cyprian. Author Imperfect. qui egregiè ſic ait, *Quid ergo melius eſt, an ſuper* Chryſoſt. Cyprian. Auth. Imp.

terram reponere, vbi interitus eſt conſeruationis euentus;

7. *Quid intelligi debet per theſaurizare.*

an in cælo, vbi eſt certa cuſtodia; quæ autem ſtultitia eſt, illic relinquere, vnde exiturus eſt, & illuc non præmittere, quò iturus es? illuc ergo ſubſtantiam tuam congrega, vbi patriam habes. At licèt ſolemnis ſit hæc acceptio, & ex illa ſecundùm ſanctorum Patrum ſenſum de eleemoſyna tractari poſſit, tamen litteralior, mea ſententia, eſt Auguſt. Caietani, S.Thom. Rupert. qui pro theſauro in cœlo opera intelligunt ſancta & bona, *non in aliquo loco corporali*, ait Auguſt. *ſed in cælo, id eſt, in ſpiritualibus bonis, id eſt, abundantiam bonorum meritorum acquirite.* & Caiet. *poſtquam Ieſus prohibuit intentionem vanam in ſanctis operibus eleemoſynæ, ieiunij, & orationis, conſequenter ordinat humanum ſtudium, ne occupetur circa terrena, vt terrena abducunt à cæleſtibus, ſed occupetur circa cæleſtia.* cùm enim, vt diximus, rerum temporalium, ac diuitiarum ſtudium compeſcere omnino Dominus intendat, quale ſit verum theſaurum oſtendit, opera nempe bona, quibus & cœlum acquiritur, & meritum ibi reponunt cœleſtem, ſic ſecurum, vt neque tinea, neque ærugo, neque fures illum attingere poſſint. *Quomodo*, ait Rupert. *in cælo debemus theſaurizare? nimirum ieiunando, & eleemoſynas faciendo, cæteriſque modis omnibus lugendo, quia illuc abijt, & nondum redit ſponſus.*

August. Caiet. S.Thom. Rupert.

Vbi enim eſt theſaurus tuus, &c. Hæc eſt ſecunda ratio ad concupiſcentiam diuitiarum auertendam, quæ equidem amplior efficax, quàm præcedens. nam illa ſumpta eſt ex ipſa vilitate rei, & ſubſtantiæ terreni theſauri, quæ in ſe vilis, & mille ſubiecta periculis, attamen, etſi hoc, tamen

8. nuo ſic accipitur, quin etiam ſpiritoales viri non ab illis attrahantor, etſi talia ea teputent; at nullus eſt, qui non calleat, beneque ſciat, ſic fortiſſimam eſſe theſaurotum concupiſcentiam, ſic amorem auri hominem ineſcare, vt totum abſorbeat cor, & cor hominis auari in auro ſit.

Auri concupiſcentia totū abſorbet cor.

Mens auari ſemel vinculis cupiditatis aſtricti, ait Ambroſ. *ſicut hi, ſemper aurum, ſemper argentum videt, ſemper re litus computat, gratius aurum, quàm ſolem intuetur, & ipſa eius oratio ad Deum aurum quærit.* quod cùm ſciat quilibet ſpiritualis, certè ſi animum perdere non vult, theſauros non concupiſcet terreños.

Ambroſ.

Hoc argumentum rectè reputat Ianſen. efficaciſſimum eſſe. qui affirmat prouerbialem eſſe hanc locutionem, & è medio eam Dominum deſumpſiſſe, ex quo fit, vt nemo ſit, qui illud ignorare poſſit, vnde argumentum per *auxim* intellectum magnam obtinet energiam, cùm, vt bene Ianſeo. ſic illud conficere oportet, eſto quòd theſaurus in terra non corrumpatur, eſto quòd nec tinea, nec ærugo, nec fur eum diripiant, ac conſumant, eſto quòd in hoc ſic ſtet ſecurus, ac theſaurus cœleſtis, tamen neque ob hoc eum deſiderare debetis, quia maximum vobis infert damnum, nempe cor à cœleſtibus eripere, ob quæ creatum, & ad terram ſuffodere, *& profectò*, ait, *ſi nihil aliud, hoc vnum ſatis eſſe debebat ad eximendam nobis omnium rerum mundi cupiditatem, quod animus, hoc eſt, cor, qui Deo æterno bono oblectari debebat, prorſus alligetur, nihili huius mundi rebus; quæ enim miſeria? quodve tormentum ſimile, quàm ſi homo ita dementaretur, vt ſciens humanos cibos ſalubriores, & delicatiores, non poſſet tamen niſi ſtercoribus veſci, & oblectari.* quam equidem argumentationem ipſe à Chryſuſtomo ſumpſit, hic hom. 22. *ac ſi dicat*, ait Chryſoſt. *& ſi nihil priorum eueniat, non paruam ſuſtinebit iacturam inferioribus affigens, & eorum ſeruus factus, & à cæleſtibus cadens, & nihil excelſarum cogitare potens.* Polchrè; Caiet. alteram ſolutionem adhibens reſponſioni, quam homo priori argumento dare poterat. nam aliquis ait Caietau. dicere poteſt, *ſcio has conditiones rerum temporalium, nec repono eas, putans conſumi non poſſe, ſed vt valeant quantum valere poſſunt.* cui rationi reſpondens ſequitur, *audi rationem cogentem te, ad ſeruanda hæc præcepta, vbi eſt theſaurus veſter, ibi eſt & cor veſtrum. Attende modò, conſidera, & elige vtrùm malueris, in terra tuum ponere, an in cælo?*

Chryſoſt.

9. Hoc argumentum vt vndequaqoe firmiſſimum ſit, vnum ſupponendum, qnod euidenter Chriſtus ſuppoſuit, nempe moraliter impoſſibile, niſi vinculum des, vt ambiens theſaurizare, ſimul & in diuitiis vt cor non habeat, hoc enim vellem, vt quiſque ſibi pro certo perſuaderet, ne deceptos in laqueos incidat Diaboli, nullus ſit qoi ſibi perſuadeat, hæc duo ſimul conuenire poſſe, efficax diuitiarum deſiderium, & ſimul cor ſolotum, & nō in terra effoſſum, ſed in cœlo exiſtens, vt peſſimè aliqoi deceptoriè autumant. *Exod.* 20. *n.* 23. ſic Deus præcipit Moyſi, vt populo diceret, *vos vidiſtis, quia de cœlo locutus ſum vobis, non facietis Deos argenteos, nec Deos aureos facietis vobis.* Adooto hîc Dominum repetere primum Decalogi præceptum, qood omni populo dederat, at nunc ſoli Moyſi illud repetit, animaduerſionem addens, ſcilicet ipſum illis eſſe de cœlo locutum; ad quid? Senſus litteralis, ne putarent cum diis argenteis, & aureis, qui in terra, ſimul poſſe eos illum adorare qui in cœlo, vnde in Hebræo eſt, *non facietis mecum Deos argenteos*; at moralis? ne putarent auari ſimul cum argentu & auro poſſe illos Deum adorare, qui in cœlo. *nam cupidi, & auari*, ait Lippom. in Cat. *Deos argenteos, & aureos ſpiritualiter ſtatuunt ſibi, omnes ſpem ſuam in illis reponentes, & collocantes, iuxta illud Domini, vbi theſaurus tuus, ibi & cor tuum.*

Auri cupiditas, & cor ſolutum implicant.

Lippom.

Immo non ſolùm impoſſibile, vt ſimul Deos & aurum noſtrum poſſideat cor, ſed etiam vt cor, quod in auro eſt, cœlum intret. Probat hoc egregiè Anſelm. quia cor ex terra fit immundum ex cœlo cœleſte, immundum autem non intrat 10. in cœlum, *ideo non debes in terra theſaurizare*, ait Anſelm. *ſed in cœlo, quia quidquid eſt, quod petiſſimum eſt, illi ſeruis, in illo cor tuum infligis: ſi autem cor eſt in cœlo, mundum eſt, quia munda ſunt cæleſtia; ſi autem in terra, volutatur; quomodo mundum eſt? quoniam ſordeſcit res dignior, dum inferiori miſcetur, ſicut aurum argento.* Vnde Auth. Imperf. *qui collocat theſauros in terra, non habet quod ſperet in cœlo.* quod pulchrè probat ex affectu, quem quis habet dum qui in terra totus eſt ad terram, qui in cœlo totus eſt ad cœlum, *qui in terra*, ait, *ſiue lætatur in carnalibus, & terrenis lætatur, ſiue triſtatur de carnalibus, & terrenis triſtatur; at qui diuitias ſuas ponit in cœlo, vt qui delectatur in terra, ideo ſiue lætatur, de ſpiritualibus lætatur, ſiue triſtatur, de ſpiritualibus triſtatur.* At quid ex hoc? *ergo*, ait, *peccatorum & lætitia mala, & triſtitia peior, iuſtorum autem & lætitia bona, & triſtitia melior.* nihil melius, malorum lætitia, qui hîc cor habent, & triſtitia ſemper mala, quia nec lætantur, niſi de bonis corporeis, nec triſtantur niſi de malis corporalibos; vnde ergo illis ſpes aliqua de cœlo acquirendo? cùm tota eorum ſenſus carnalis. è contra ſpiritualis, cùm de alio non gaudeat, niſi de bono ſpirituali, ſicot nec triſtatur, niſi de malo ſpirituali, peccato nempe; ergo bonam ſpem de cœlo concipere poteſt, ad quod non peruenit, niſi homo ſpiritualis; ergo ex dictis impoſſibile, vt vbi noſter theſauros eſt, non ſit cor noſtrum, & quod ſi terrenum ſimul, & illud in Deo habere poſſimus, ex quo nec ſalutem conſequamur æternam; ergo ſanum Domini noſtri conſilium ſumendum, ne ſcilicet velimus in terra theſauriaare.

Anſelm.

Cor auro deditum non in cœlū intrare non poteſt.

Auth. Imp.

Lucerna corporis tui eſt oculus tuus, ſi oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit. Nvm. 22.

Si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebroſum erit. Si ergo lumen, quod in te eſt, tenebræ ſunt, ipſæ tenebræ quantæ erunt. Nvm. 23.

Senſus litteralis, & moralis.

1. LVcerna corporis. Supponendum vnum, quod ad maieſtatem facit Euangeliorum, Dominum in ſuis ſermonibus perquam conciſum fuiſſe, licèt clarum, ob quod multa ſupplenda, quod equidem genus dicendi, vt bene adnotat Iaoſen. magnā præſefert authoritatem dicentis, ſoletque mirè mentem auditorum, cogitationemque monere, ſtimuloſque ad intelligentiam dictorum Magiſtri, quod eqoidem fecit Dominos, tum quia vt Deos, & filius Dei, ac proinde ſummæ maieſtatis talis modus ei conueniebat dicendi, tum quia ex conciſione mouebantur ad intelligentiam,

Chriſtus conciſus in ſuis ſermonibus, & cur.

gentiam, ac proinda deſiderium accendebatur ſciendi, & ex mora, ac labore ipſa Domini Saluatoris verba ampliùs in corde infigebantur, hoc dixerim, tum ad malos hæreticos confundendos, dum ex conciſione aut repugnantiam hauriunt, aut ſanctorum Euangeliſtarum inſipientiam, tum vt ſcias tibi laborandum in Euangeliorum intelligentiam, nec reputes omnia obuia eſſe. hoc euenit equidem in hoc lòco, qui valde conciſus, & prima fronte non apparet, quomodo cum ſuperioribus cohæreat, cùm ſi attentè conſideres, concinnè.

2. *Quomodo hæc cum ſuperioribus cohæreant.* Dixerat enim Dominus, vt ſuprà vidimus, quòd etſi aliàs theſauri terreni non haberent inconuenientia illa, quæ ipſe enarrauerat, nempe æruginem, tineam, & fures; tamen eſſent abrenunciandi, ob malum, quod cauſabant, nempe cordis abſtractionem à cœleſtibus, quia vbi noſter theſaurus, ibi & cor noſtrum; nunc eleganti metaphora concludit, & demonſtrat illud malum, nempe totum hominem obſcurare, tenebroſum reddere, ac potius inferno, quàm cœlo aptum, vnde ait,

Ianſen. *Lucerna corporis tui.* Ianſen. cum Græcis putat non eſſe legendum *corporis tui*, ſed tantùm *corporis*,
Caiet. in quo cum Caiet. ſentit. Non placet Maldonato,
Maldon. ſed immeritò. nam, vt bene Caietan. in prædictis verbis Dominus inchoat ſimilitudinem, vt illi poſtea corpori particulari accommodet; aſſumit ergo lucernam corporis, hoc eſt, lumen eſſe oculum. nam fungitur vice lucernæ, cùm ſicut lucerna lumen præbet, vt ritè faciant ſua miniſteria, qui in tenebris operantur, ſic oculus corporis omnibus membris lumen præbet, vt ritè ſua poſſint officia fungi. nam in obſcuro quomodo pes curreret, quomodo manus operaretur? quo dicto applicans ſimilitudinem, ait. *Ergo, ſi oculus tuus fuerit ſimplex*, hoc eſt, non admixtus, purus, non retinens humorem, quo impediatur, *totum corpus tuum lucidum erit*, quia vniuerſa corporis membra ita illuminabuntur, vt poſſint ſingula rectè ſuum peragere officium: at è contra, *ſi oculus tuus fuerit nequam*, hoc eſt, vitiatus, deprauatus, malè diſpoſitus, *totum corpus tuum tenebroſum erit*. hoc eſt, nullum membrum tuum clarè, & expeditè ſuum munus obibit, ſed veluti in tenebris totum corpus palpitabit, hæc eſt metaphora ritè, & rectè explicata, ſecundùm totum ſenſus litteralis rigorem; hac ergo metaphora ſuppoſita, nunc ex illa ſic concludit ſapientiſſimus Magiſter.

Si ergo lumen, quod in te eſt, tenebræ ſunt, ipſæ tenebræ quantæ erunt. Oculus corporis eſt lumen, cætera membra, quia lumine carent, ſunt tenebræ; ſi ergo tu facis lumen tenebras, & quod debebat eſſe lumen fit tenebra, cætera membra, quæ ex ſe tenebræ, quanto magis obſcurabuntur; eſt veluti argumentum à maiori ad minus, quod vim obtinet demonſtratiuam; ſi lumen in te tenebræ; ergo quanto magis ipſæ tenebræ tenebricoſæ erunt.

Hic enim eſt litteralis ſenſus metaphoræ; at
3. *Quid per oculum intelligatur varia Sanctorum ſententia.* quia, vt certum, illa appoſita ad intelligentiam ſpiritualem, & ſpiritualem oculum, nunc videndum quomodo applicanda iuxta Saluatoris intelligentiam, & quid per oculum ipſe Saluator intelligat, de qua re variæ ſunt Sanctorum intelligentiæ.

Hieronym. Sanctus Hieronym. per oculum intellexit lumen animæ, quod eſt ipſe intellectus, quia illuminatus gratia ſuas operationes inferiores dirigit, vnde ait, *hoc totum transfert ad ſenſum; quo modo enim corpus totum eſt in tenebris, ſi oculus non fuerit ſimplex, ita ſi anima principalem fulgorem ſuum perdiderit, vniuerſus ſenſus, vel ſenſualitatis pars in caligine commorabitur, vnde dicit, ſi ergo lumen, quod in te eſt, tenebræ ſunt, id eſt, ſenſus quod lumen animæ vitio caligatur, ipſa puta caligo quibus tenebris abſoluetur.* Hic Hieronymi ſenſus ſi ad errorem intellectus referas, quo miſeri laborant hæretici, ad mores 4. *Hæretici ob fidë amiſſam in quanta horrenda incidunt mala.*
mirificè facit, cùm inſcij ex ſemel in eorum intellectu lumen fidei offuſcatum ab hæreſi, in quanta horrenda incidant mala, peccataque enormia, ſolus Deus, quem ipſi offendunt, ſcire poteſt, illum inuoco teſtem huius veritatis, ſemel vnum horum ad fidem Catholicam conuerſum in ſacris audiui confeſſionibus, generaliter ſe confitentem, penè mente exceſſi, ob innumera, horrenda, ac propemodum infinita, in quibus inciderat, obſcœna, turpia, ac malè olentia peccata, ſic vt etſi penè 30. ſint, qui excurrerint anni, vſque nunc horreo, & timeo, veréque ex tunc intellexi, quantum malum ſit veræ fidei luminis amiſſio, ſic vt tales extra Dei vmbram commorantes; ad quod vult, ad quod deſiderat, veluti bruta animalia, ſine vlla reſidentia diabolus impellit, non ſic, quando vera adeſt fides, peccant Catholici (ô vtinam non peccarent,) at viuunt ſub Dei protectione, vnde etſi peccant, tamen eum ſynderesi, non ſemper effrenatè, & vltimò ex efficacia Sacramentorum, non in profundum deſcendunt, ac abyſſum peccatorum, vt infelices hæretici; bene ergo eis adaptatur Domini ſententia, iuxta Hieronym. *ſi lumen quod in te eſt*, &c. cum
Hieronym. ſentit Caietan. pro errore intelligens quodlibet peccatum, vnde ait, *ſi ratio tua fuerit ſimplex abſque admixtione alicuius erroris, errant enim omnes, qui operantur malum, vniuerſa opera tua lucida erunt, vtpote ſub lumine rationis rectæ; ſi autem errauerit, etiam opera tua tenebroſa erunt, vtpote lumine rectæ rationis priuata, & in tenebris deuoluta peccatorum.* Caiet.

Hilar. hic *can.* 5. quantum ex illo colligere potui, per lumen corporis bonam intelligit conſcientiam, quæ ſi bona, lumen immortalitatis in reſurrectione corpori refundet, ſi mala, totum corpus erit tenebricoſum, *de officio luminis oculi*, ait, *lumen cordis expreſſit, quod ſi ſimplex, & lucidum manebit, claritatem æterni luminis corpori tribuit, & ſplendorem originis ſuæ corruptioni carnis infundet, ſcilicet in reſurrectione; ſi autem obſcurum peccatis, & voluntate erit nequam, vitijs mentis natura corporis ſubiacebit.* Si hæc vltima Hilarij verba Hilar.
attendas, deformitatis ac corporum damnatorum iniquæ ſortis originem inuenies, inde enim erunt deformiſſima, putrida, malè olentia, ſic vt vnum tantùm damnati corpus ſufficiens eſſet, ad totum corrumpendum mundum, quod exinde, quia vitia mentis in corpus refundentur & ipſis ſubiacebit, vnde ſicut ex virtutibus animæ beatæ, eiuſque gloria dotes præſtantiſſimè corpori refundentur, ſic ex vitiis, ac malis habitibus, peccatiſque damnatorum animæ in eorum corpora infeliciſſimæ refundentur miſeriæ, ac pœnalitates; vade nunc, & tuum repone theſaurum in terra. 5. *Corporum damnatorum fœtor & deformitas vnde.*

Remigius ad mores, per oculum rectorem Eccleſiæ intelligit, qui ſi ſimplex, ſimplex & populus, ſi nequam, & populus nequam, *per lucernam, ait, intelligitur rector Eccleſiæ, qui bene oculus dicitur, quia ſalutaria ſubiectæ plebi prouidere debet,* Remig.

quæ

quæ per corpus intelligitur. Si ergo rector Eccleſiæ errauerit, quanto magis errabit populus ei ſubiectus. Ampla diſcurrendi materia, ſummam in ſe continens veritatem, ſed de illa alibi.

Auth. Imp.

Author Imperf. hîc ad mores intelligens per tenebras ipſam carnalem naturam peccatricem, per oculum animam lucentem in gratia ab ipſa natura incitatam, at quæ ei valde reſiſtit, viri iuſti, talem elicit conſequentiam, *ſi enim in viro iuſto contradicente ſibi rationali anima ſemper caro ſurripit animam, & quod ſuum eſt agit, quomodo putas in homine malo iniquitatibus ſe imuoluet caro, quando anima quæ contradicere illi debuerat, conſentit ei conſimilia concupiſcens.* quàm vera doctrina,

6. *Sæcularis ſtatus quàm periculoſus.*

quamve omnibus peccatoribus, & ſæcularibus timenda, ſi contradicente iuſto, ac renitente, totiſque animæ viribus obſidente, ea concupiſcentiæ obſiſtentia, ac mali appetitus prurita vix peccata euitat, quid faciet homo peccator, quid in mundo ſæcularis, qui nullam opponit reſidentiam, qui mille eſt periculis irretitus.

Hæ ſententiæ, ſiue interpretationes ſunt equidem tolerabiles, & veneratione dignæ, attamen meo ſenſu non litterales, & difficulter cohærere poſſunt cum antedictis, niſi valde impropriè: quapropter duas æſtimo magis ad litteram, alteram

August. Chryſoſt.

Auguſtini, alteram Chryſoſtomi, hancque Chryſoſtomi amplius, quàm illam Auguſt. vt mox dicam.

Auguſt. ergo *de ſerm. Domini*, per oculum rectam intelligit intentionem, quæ ſi non vitiata, vtpote operis finis, niſi aliunde opus inficiatur, totum opus lucidum reddit, ſi autem ipſa erit tenebroſa, etiam ipſa opera reddet tenebroſa, ex quo infert, & rectè, quòd ſi opera bona vitiantur, & fiunt tenebræ ex malitia intentionis, ipſa opera praua, quæ ea ſe ſunt tenebræ, quantam induent obſcuritatem, quamque erunt tenebroſa. *Oculum hîc accipere debemus intentionem noſtram, quæ ſi munda fuerit, & recta, omnia opera noſtra, quæ ſecundùm eam operamur, bona ſunt.* cum Auguſt. ſentit Gregor.

Gregor.

lib. 28. moral. cap. 6. *Si hoc*, inquit, *quod bene agere credimus, ex mala intentione fuſcamus, quanta ipſa mala ſunt, quæ mala eſſe, etiam cùm agimus, non ignoramus.*

Hæc ſententia vt cum ſuperioribus connectatur, recurrendum eſt ad opera bona, quæ Dominus hîc perſuaſit, nempe orationem, ieiunium, eleemoſynam, affirmans, ſiue demonſtrans ex hac metaphora, ipſa nulla eſſe, ſi recta deficiat intentio, quæ debet eſſe cœleſtis, non terrena, quod, vt vides, nimis à longè eſt petitum principio, cùm optimè cum immediatè antecedentibus hæc poſſimus coniungere. Vnde

7. *Affectus humanus per auaritiam occupatus totum hominem perdit.*

Litteralis ſententia eſt Chryſoſtomi, qui per oculum mentem, ac affectum humanum intelligit, in his inferioribus occupatum, ac proinde offuſcatum, ac tenebricoſum, & totum in thezaurizando poſitum, ex quo ſic offuſcato innumera ſequuntur peccata, ex quo Dominus illationem elicit multitudinis peccatorum, vnde ly *quanta* non intenſionem refert, ſed multitudinem, vnde ſenſus, ſi mens tua, quæ lucida deberet eſſe, ob æternorum deſiderium, tu eam tenebras facis, ob concupiſcentiam theſaurorum, ac diuitiarum, ſic, vt quod lumen in te deberet eſſe, ſit tenebra, ipſæ tenebræ, hoc eſt, peccata inde ſequentia, quantæ erunt, id eſt, quanta, quàm infinita. nam, vt bene Paulus 1. ad Timoth. 6. num. 9. *qui enim volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt hominẽ in interitum, & perditionem.* Audi Chryſoſt. *quia enim de animo iam dixerat in ſeruitutem, iam & in captiuitatem redacto, hoc autem a multis non poterat intelligi ad ea, quæ extrinſecus ſunt, oculiſque propoſita, doctrinam ſuam transfert, vt ex iſtis etiam, quæ de inferioribus dicuntur, intelligat; quod enim oculus corpori, hoc intellectus animæ, vt enim nequaquam optes auro ornari, veſte ſerica conſpici, ſi ſit tibi oculus carendum, ſed horum procul dubio ſanitatem deſiderabiliorem rebus omnibus iudicares, quanto hoc magis pro oculis debes mentis efficere. Quemadmodum igitur in corpore hoc maximè prouidemus, vt oculos habeamus incolumes, ſic etiam in anima intellectus conſeruemus ſalutem; ſi verò cæcamus iſtum, quo alijs quoque debemus lumen, vnde iam ipſi poterimus accipere? ſicut enim qui caput fontis obſtruxerit, totum ſimul exſiccauit, & flumium: ſic etiam qui oculum mentis tenebris obſtruxerit, omnes quoque via eius actus vita confuſione cæcauit.* Hæc Chryſoſtomi ſententia candidè iudicanti litteralis, & veriſſima apparebit, ſupra cæteras, ad quid ad alia recurrere ſuperiora, ſi immediatè habemus cum quo illa connectere poſſumus, *vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt cor tuum*, dixerat Dominus; quid ergo vt quantum eſſet malum cor in theſauro habere terreno, eleganti hac metaphora non ſolùm oſtendit, ſed demonſtrat, ſupponendo vnum tanquam certum & contrarium impoſſibile; quod aduertendum, prædicandum & perſuadendum, Chriſtum Dominum noſtrum ſuppoſuiſſe tanquam certum, & indubitatum, cor concupiſcentia diuitiarum occupatum, & in theſauro terreno repoſitum, obſcurari, obtenebreſcere, offuſcari, ac totum fœdari, & ex hac ſuppoſitione, poſita metaphora ipſum concluſionem elicere, vt bene Caiet. *concludit ex dicta metaphora magnitudinem conſequentis ſi cor ponitur in terra.* hoc ergo ſuppoſito tanquam certo, & infallibili, demonſtratiuè ea metaphora concludit damnum talis concupiſcentiæ, & vt aduertit Chryſoſt. noluit alia damna diuitia- Chryſoſt.

rum ponere, cùm iſtud ſit omnium maximum, *propterea nunc quidem*, ait Chryſoſt. *omiſit dicere ea, quæ diuitijs tendunt inſidias, lites, pugnas, ſed ponens his omnibus ſeuiora, & quæ abſque dubio ſemper accidunt, à maligna concupiſcentia liberet audientes.* Quomodo, quæ hîc dicit, ſemper accidunt. nam reſpondet Chryſoſt. contingens eſt, vt per diuitias aliquis ponatur in carcere, aut aliquid aliud patiatur; at verò maculari, fœdari, ſordeſcere, *indiuiſibile habet cum pecunia cupiditate conſortium, & idcirco iſtud locauit, vtpote peſſimum, & quod omnibus ſolet accidere.* quod egregiè etiam proſequitur Caietan. *intendit enim*, ait, *quòd inde* Caietan.

oculus, hoc eſt, lumen, & ratio vertitur in tenebras, ac per hoc reliquæ partes animi, reliqua officia noſtra, quæ ſecundùm ſe carent lumine, multo tenebrioſiora redduntur, vt perpendere poſſimus, quod ſi defigimus in terrenis rationem noſtram, quæ oculi, ac lucernæ officium habere debet, incurritur hoc damnum, quod vertitur in tenebras, & vniuerſa opera noſtra incurrunt non ſolùm damnum tenebrarum, ſed magnitudinem, ſed immenſitatem tenebrarum.

Ex hac ergo doctrina, amice, duo certiſſima elicere potes, ac infallibilia ad mores excellentia, cùm non ob aliud tanti in hanc ſententiam fuimus, *primum*, infallibiliter fœdari animum, ac impoſſibile, vt non fœdetur & obſcuretur in concupiſcentia auri, & huius vitæ rebus obuolutum, vnde toto cœlo errant, qui contrarium reputant,

ſtat

ſtat Chriſti ſententia, quæ ſumma eſt veritas, non eſt cur aliter mendax penſitet homo. Et *ſecundum* etiam certiſſimum, quòd qui diuites volunt fieri ex tali concupiſcentia, ſic cor eorum obcœcatur, ſic mens obſtruitur, & confuſa redditur, vt in infinita incidens mala, prorſus inepta ac incapax ſit diuinorum; eleganter hoc idem Chryſoſtomus in Imperf. *Sicut*, ait, *qui graues habet oculos, ſi ponas eum in loco tenebroſo, melius videt; ſi autem ponas in ſole, nihil videt; ſic & homo mundialis, qui oculum, hoc eſt, mentem terrenis deſiderijs ſordidam habet, ſi ponas eum in rebus mundialibus ſapit, & aſtutus eſt: ſi autem trahas eum ad res ſpirituales, nihil ſapit, quia mens eius terrenis deſiderijs corrupta, iuſtitia bonum non ſentit, non ſentit, dico, non autem non neſcit, ſcit autem, ſed non ſentit bonum iuſtitia, quia nec delectatur in eo, praeoccupatum habet cor circa delectationem terrenam.* Magiſtraliter & verè, multi acutiſſimè de perfectione diſcurrunt, de oratione, de mortificatione, ac de rebus ſpiritualibus magnifica prædicant, diſputant, dilucidant, quaſi oraculum auditi, obſequnti, immo & proſequuti, cùm etſi illa ſciant, tamen non ſentiunt, hinc etſi ſcite, tamen non ſentire faciunt auditores; vnde? quia præoccupatum habentes cor, non delectantur in his, quæ dicunt, hinc nec ſentiunt illa; totaliter ad ſpiritualia inepti, quia cor habent in terreno theſauro obſcuratum, ex quo in infinitis ſe implicant obſcuritatibus, cùm firma ſtat magni noſtri Magiſtri ſententia, *ſi lumen, quod in te eſt*, &c.

NVM. 24. Nemo poteſt duobus dominis ſeruire: aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget, aut vnum ſuſtinebit, & alterum contemnet; non poteſtis Deo ſeruire, & mammonæ.

Senſus litteralis, & moralis.

1. *Oculus ſimplex qui.* NEmo poteſt, &c. Hoc eſt tertium argumentum non minus efficax, immo maius, ad perſuadendum concupiſcentiæ rerum huius mundi abnegationem, cuius vis vt intelligatur, ſuppono vnum ex Hieronymo ſuper verba proximè anteriora, nempe, *ſi oculus tuus fuerit ſimplex*, oculum ſcilicet ſimplicem, illum eſſe, qui purè, & ſingulariter videt res, vt in ſe ſunt. nam, ait Sanctus, *ſolent lippientes lucernas videre numeroſas, ſimplex autem oculus & purus, ſimplicia intuetur & pura.* Hac ergo doctrina ſuppoſita, cùm mundani oculum non poſſideant ſimplicem, ſed lippum, in eo ſe decipiunt, quia reputant poſſe ſe videre plura iunctim, & ſimul cum intentione diuitiarum, intentionem habere diuinorum: vt autem ab hoc eos eruat Dominus errore, clariſſimè eis prædicit illud impoſſibile, cùm impoſſibile duobus ſeruire, *dictum eſt ſuprà*, ait Gloſſa, *quòd propter intentionem temporalium bona mala fiunt, vnde poſſet aliquis dicere: Ego faciam bona, & propter temporalia, & propter cæleſtia, contra hoc, ait Dominus, nemo poteſt.* & excellenter Anſelmus, *determinat*, ait, *quomodo oculus eſt lucerna, ſcilicet ſi ſimplex eſt intentio, id eſt, pura, non duplex, id eſt, partim propter temporalia, partim propter cæleſtia.* vt ergo hanc euaſionem omnino præcludat Dominus, hanc poſuit clariſſimam ſententiam. (Gloſ. Anſelm.)

Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Prouerbialem eſſe locutionem multi affirmant, cum Chryſoſt. & Rup. De hoc non ſentit bene Barrad. pro quidem; indignum enim reputat præclaras ſententias vulgo, & non Chriſto tribuere, at ſic diuerſi ſunt hominum ſapores, & mihi amplius placet prouerbiales has facere locutiones, quia veluti argumenta ad hominem efficaciùs concludunt, ſic vt nec muſſitare quidpiam poſſint maligni ex aduerſo, cùm ex ſuis eos Chriſtus arguit, & concludit. (Chryſoſt. Rupert. Barrad.)

2. *Quomodo hæc ſententia intelligenda.* At quomodo ſententia intelligenda, an ſcilicet, quando contraria præcipiunt, an etiam, quando diuerſa. Chryſoſt. Theophylact. quando contraria, ſic etiam Anſelm. At mihi placet cum Abulenſ. Ianſen. Maldonat. Barrad. etiam intelligere quando etſi non contraria, diuerſa, & multiplicia præcipiunt, cùm, vt bene Ianſen. prouerbialis locutio totum illud complectitur, cùm experimur quòd ſi pater, ſi filius, ſi vxor, vni famulo diuerſa præcipiant, impoſſibile illi, vt omnibus ſeruiat, aut ſatisfaciat. (Chryſoſt. Theophyl. Anſelm. Abulenſ. Ianſen. Maldon. Barrad.)

Sed etſi non ſeruiat, cur neceſſe vt alterum odio habeat? ſufficiat non ſeruire. Ad rem Abulenſ. *cùm non poſſit ambobus, dum vult vni ſeruire, & ex ſe alterum relinquere, efficitur, vt quia ex electione inſeruit, eum diliget, & quia ex electione alterum reliquit, eum odio habeat*; cùm, vt rectè Maldonat. ſeruus amorem domino debet, hinc etſi vnus dominus multos ſeruos habere poſſit, non autem vnus ſeruus multos dominos, quia domini eſt imperare, non amare ſeruum; at ſerui eſt amare, & imperium diuidi poteſt, amor non poteſt. ergo cùm duobus ſimul ſeruire non poſſit, vnum odio habebit, alterum diliget. (Abulenſ. 3. *Cur ſeruus duobus nõ potens ſeruire vnum odio habet.* Maldon.)

Aut enim vnum ſuſtinebit. Mirum eſt, quàm difficilem hanc ſententiam reddant ſcrupuloſitates aliquorum, vt ſic dicam, cùm ex ſe clariſſima ſit, myſterium faciunt in ly *vnum & alterum*, an opponantur inter ſe, an *vnum* non opponatur cum *altero*, ſed cum *vno*, in qua re verè moroſi, & piget ea referre, cùm ſenſus ſit planiſſimus, qui talis eſt. Nemo poteſt duobus dominis ſeruire, nam ex electione ſeruiens, aut vnum odio habebit, nolens ei ſeruire, aut alterum diliget, libenter ei ſeruiendo: at ſi cogatur duobus dominis ſeruire, cùm ſit impoſſibile, vt poſſit vtrique, vnum ſuſtinebit, illi ſeruiens, etiamſi non diligat, alterum verò contemnet, omnino ei non ſeruiens, nullumque aliud penitus in hac replicatione adeſt myſterium, niſi plena probatio, quod ſiue voluntate, ſiue coactione, quis ſeruiat, impoſſibile, vt duobus ſeruiat, omnino ſtabilitum relinquens, impoſſibile vt quis duobus ſeruiat dominis.

4. *Peccatores cur dicantur Deum contemnere.* Digna eſt Auguſt. ponderatio, eiuſque ingenij, dum aduertens non dixiſſe Dominum, vnum ſuſtinebit, nempe diabolum, alterum odio habebit, *ſed contemnet*, myſterium agnoſcit, quia nemo Deum ex ſe poteſt odio habere, ſed contemnere, *nullius*, ait, *ferè conſcientia, Deum poteſt odiſſe, contemnit autem, id eſt, non timet eum, cùm quaſi de eius bonitate ſecurus eſt.* Egregiè. mali, etſi peſſimi, nunquam Deum odio habent; quis illorum hoc dicit, niſi purus ſit dæmon, at omnes eum contemnunt; in quo? quia ſecurus de eius bonitate eum non timet, hinc peccat eum contemnens. veriſſima doctrina, & omnium peccatorum ſcaturigo.

Non poteſtis Deo ſeruire, & mammonæ. Mammon Chaldaicè, Syriacè diuitiæ dicuntur, vt Hieron. *hoc loco*, ex antecedenti ſuum concludit Dominus conſe

conſequens, eo vel maximè, quia Deus & mammon, non ſolùm ſunt domini diſparati, ſed contrarij omnino, vnde Gloſſ. *res autem terrena, vel Deus, ſi in corde hominum dominetur, ad contraria ex vtroque trahitur homo. nam Deus trahit ad ſuperiora, ſibi ſeruientem, res verò ad inferiora, & ideo quaſi concludens dicit, non poteſtis ſeruire*, &c.

Ex dictis ergo abſolutum, ac concluſum remanet ex Domini ore, tum non poſſe nos duobus dominis ſeruire, tum ex conſequenti, nec Deo

Chryſoſt.

ſimul, & diuitiis. nam, vt bene Chryſoſt. vbi ſuprà, *non enim*, ait, *in hoc ſolum nobis nocent diuitiæ, quod latrones aduerſus nos armant, & quòd intellectum obtenebrant, ſed etiam à ſeruitute Dei nos expellunt, quod Dominus probat à communibus conceptibus dicens, nemo poteſt*, &c.

1. *Diuitias poſſidere nō malum. ſeruire malum.*

Adnotat Author Imperfect. non dixiſſe Dominum, nemo poteſt duos dominos habere, ſed *ſeruire*. nam, vt optimè ipſe ait, *aliud eſt habere diuitias, aliud ſeruire diuitijs.* nam qui diuitias ad bonum vſum poſſidet, non ipſe diuitiis, ſed ipſi diuitiæ ſeruiunt: at ſi in malum vſum, & ob auaritiam, tunc ipſe ſeruit, & diuitiæ dominantur, & hoc modo impoſſibile, vt ſimul Deo, & diuitiis quis ſeruiat, cùm impoſſibile, vt quis duos dominos ſimul ſuſtineat, in quo tota verſatur humana deceptio.

Annot. Moral. LXXIX.

Hominum deceptio duobus dominis ſeruire ſe poſſe credentium.

NEmo poteſt, &c. Stadium ingredior, in quo ſæpe, ni dicam ſemper, ex ſuggeſtu decertaui, cùm velim ſciat meus lector, totum meæ prædicationis, ac ad populum declamationis ſuggeſtum, ſemper circa hæc duo verſatum, hominibus perſuadere, ſine operibus nullam ſupereſſe vitæ æternæ ſpem, decipique omnes qui ſpem ſalutis in ſola Dei miſericordia reponentes, interim ipſi otio ſtertunt miſerè peccatores, de qua re *Annot. ſeq.* Alterum verò Deum mundumque in vno ſimul ſtare non poſſe, nec vnquam ſibi cohæſiſſe, impoſſibile, vt ſimul Deo, & diabolo mundi principi ſeruiatur. De quo nunc qua ſumma breuitate poſſumus, cùm ſi, quod in hac re ſentio, plenè edicere vellem, prius vita, quàm materia deficeret, hoc vnum ſanctis Dei Concionatoribus efficaciter, ſed humiliter admonens, nullam propoſitionem, ac materiam ſic declamatione dignam, ac, quas dixi, & ex nulla ſic copioſum eruent fructum, ſi ſaluti animarum, & non pruritui aurium incumbere velint, experto credam, tota

1. *Tota hominis perditio, quia reputat Deo ſeruire poſſe, & mundo.*

namque humana perditio ex hoc, putant homines, vtrique ſatisfacere poſſe Deo, & mundo, mille ex hoc conficientes fallaces diſcurſus.

Tertull.

Enimvero Tertull. *de ſpectaculis cap. 2.* cùm ab illis Chriſtianos eripere decreuiſſet, malum illorum ſuadens, quamque contra Chriſtianam religionem facerent, qui illa adibant, argumentabatur contra eum, non eſſe mala, quia conſtabant ex Dei rebus, *iam verò non eſt*, ait, *qui non hoc quoque prætendat omnia à Deo inſtituta, & homini attributa,*

2. *Hominum argumenta vt probent Deo ſeruiri poſſe, & mundo.*

& vtique bona omnia, vt boni authoris, inter hæc deputari omnia iſta, ex quibus ſpectacula inſtituuntur circum, v. g. & leonem, & vires corporis, & vocis ſuauitates; igitur neque alienum videri poſſe, neque inimicum Dei, quod de conditione conſtet ipſius, neque cultoribus Dei vitandum, quod Deo non ſit inimicum, quia nec alienum, planè, & ipſæ extructiones locorum, quòd ſaxa, quòd cæmenta, quòd marmora, quòd columnæ, Dei res ſunt, qui ea ad inſtrumentum terræ dedit, ſed & ipſi actus ſub cælo Dei tranſiguntur. Si omnia hæc conſideres, omnes ſimul rationes inuenies, quibus ſe ſæculares muniunt, vt Deo ſimul, & mundo, Deo, & diuitiis ſeruire abſque incommodo reputent, omnia equidem, quæ in mundo, immo & mundus ipſe à Deo inſtitutus, & homini traditus, vt eum regeret, vt poſſideret, vt eo oblectaretur, ſi impoſſibile hoc, niſi Deus deſeratur, ad quid ea creare, hominique tribuere? ergo cùm dedit ſignum, quòd non ei inimicus, ſic diuitiæ, ſic theſauri, ſic honores, reliquaque mundi bona à Deo ſunt, ille ea diſtribuit; ergo vtriſque bene ſeruire poſſumus, quod etiam, & mille aliis confirmant argumentationibus. ſic vt veriſſimè dixerit Tertull. ſequens, *quàm ſapiens argumentatrix ſibi videtur ignorantia humana, præſertim cum aliquid eiuſmodi de gaudijs, & de fructibus ſæculi metuit amittere.* nihil elegantius, *prudentiores ſunt filij huius ſæculi filijs lucis*, argutiores, ſubtiliores, vt rationes inueniant, vt ſuis poſſint frui delectationibus, diuitiis, ac bonis, quod ſi fontem, originemque huius ignorantiæ deſpicere velis, ſcias, non alium niſi Chriſtianorum diminutam Dei cognitionem, familiaritatem, ac amicitiam, non diſtinguentes inter rei ſubſtantiam, eiuſque vſum, hinc cùm longè à Deo, neſciantque eius circa vſum voluntatem, miſeri ac vecordes diuitiis, mundo, ac pompis vti ad vſum ſecundùm eorum libitum reputant, & vt ſic Deo, & mundo, Deo & diuitiis ſeruire poſſe, *nemo negat*, ait Tertull. *quia nemo ignorat, quod vltrò natura ſuggerit, Deum eſſe vniuerſitatis conditorem, eamque vniuerſitatem tam bonam, quàm homini mancipatam.* quis hoc negare poteſt? omnes hoc ſciunt Chriſtiani: at vnde malum eis, *ſed quia*, ſequitur, *non penitus Deum norunt, niſi naturali iure, non etiam familiari, ſed longinquo, non de proximo, necesse eſt ignorent qualiter adminiſtrari aut iubeat, aut prohibeat, quæ inſtituit.* En amice, tota humana deceptio, reputans fallaciter bene Deo, & mundo, ſimul ſeruire poſſe, ſtant à longinquo, ſi non naturali, ſaltim frigidiſſimo fidei lumine, hinc quomodo bonis huiuſmodi ſecundùm Dei voluntatem vtendum neſcientes, vtuntur ſecundùm ſuam, ſat reputantes factum, licitumque, quia Dei, & propter hominem creata: at, vt bene Tertull. *non ergo ſolùm reſpiciendum eſt, à quo omnia ſint inſtituta, ſed a quo conuerſa.* Pulchrè à Deo ſunt inſtituta, ſed à Diabolo in malum vſum ex hominum malitia conuerſa. nam, vt bene ipſe, *multum intereſt inter corruptelam, & integritatem, quia multum eſt inter inſtitutorem, & interpolatorem*, hoc eſt, diabolum, omnia immutantem, fingentem, adulterantem, quod ſonat nomen *interpolatoris*. Ergo etſi mundus, etſi diuitiæ Dei ſint, ab ipſo inſtitutæ, & hominibus datæ, eo Dei eſſe deſinunt, quo per eas Deus offenditur, *quid non Dei eſt*, ſequens ait idem, *quod non offendit, ſed cum offendit, Dei eſſe deſiit, & cùm deſiit, offendit*, nihil pulchrius. Dei eſt mundus hominibus datus, at Dei eſſe deſiit, quando per ipſum Deus offenditur, offenditur autem per ipſum Deus, non quia ab ipſo inſtitutus, ſed quia à dæmone corruptus eius vſus, cùm, quod vt per illum homines Deo ſeruirent, ab ipſo inſtitutus arte corruptoris homines ad Deum offendendum vtuntur, & quia difficillimum,

Margin notes (right column): Tertull. — 3. *Vnde tal. præſumptio hominum homines?* — Idem. — Idem. — Idem.

mum, iſtis poſſeſſis, bene vti, tum ex dæmonis malignitate, tum ex hominum vitiata natura, hinc euenit, vt dum metaphyſicè illud apprehendatur poſſibile, decipiantur miſeri homines, reputantes practicè etiam poſſibile, in quo falluntur, à qua fallacia ſtrenuè ſatagendum illos auertere, quia ſæpe non ſolùm non poſſunt, ſed nolunt. nam plus ſæpe à vita ſpirituali anocat periculum carentiæ voluptatis, & mundi, quàm ipſam timere mortem,

4. *Homines plus faciunt voluptatem, quàm vitam.*

ſicut affirmat idem Tertullian. ſæpiùs à Chriſtiana religione magis extorres facere homines voluptatis carentiam, quàm ipſam mortem, *plures denique inuenies quos magis periculum voluptatis, quàm vitæ auocet ab hac ſecta*, Chriſtiana nempe religione, cuius rationem aſſignans ſubtiliter ſequitur, *nam mortem etiam ſtultus vt debitum non extimeſcit, voluptatem etiam ſapiens, vt tantam non contemnit, cùm alia non ſit, & ſtulto, & ſapienti vita gratia, niſi voluptas.* nihil elegantius, quid gratia vitæ, ſeu cur vita grata, niſi ob voluptatem, quam Gregorius Niſſenus lib. de Virg. cap. 8. *patrocinium* appellauit *matrimonij*, & etiam dici poteſt vitæ. nam *ſi abeſſet hac patrona*, vt quidam ait, *nihil eſſet quod vita patrocinaretur.* cùm ergo malunt homines vita, quàm voluptate carere, & illa ſine diuitiis, honoribus, ac mundo poſſideri non poſſit, fit vt nulla amplior ſit apud homines difficultas, quàm illis carere, hincque mille inueniunt rationes, vt ſibi perſuadeant, ſimul illis & Deo frui, ac ſeruire poſſe, hinc ſtrenuè contrarium illis ſemper, ac continuè perſuadendum, demonſtrandum, quod nunc aggredimur.

5. *Deus & mundo omnino inimici, & cur.* Rupert.

At antequam ad rationes accedam, ſuppono Deum & mundum, Deum & diuitias, non eſſe dominos tantùm diſparatos, ſeu diſſitos, ſed omnino contrarios, ac inimicos, vnde acutè aduertit Rupertus Dominum non dixiſſe, *nemo poteſt* duobus hominibus, ſed *duobus dominis*, quibus ipſe ait impoſſibile neminem poſſe ſeruire, *quia dominatio ſuperbia factus eſt*, inquit, *& dualitas dominationis nuſquam abſque ſciſſura contrarietatis eſſe poteſt.* hinc cùm Diabolus regnum affectet in homine, ac dominatum, bellumque gerat, non aliis armis contra Deum, quam mundi & carnis, fitque vt nullo modo in nullo conuenire poſſint, cùm etiam Deus in homine abſolutum, vnicum, & ſingulare dominium expoſcat, omnino ac totaliter dæmonium, ſuaſque mundi pompas excludens; hoc ergo ſuppoſito, hacque perenni omnimodaque inimicitia,

6. *In Baptiſmo tur mandatũ renuntiare Diabolo, & pompis eius.*

Sit *prima* ratio, qua, mea ſententia, euidenter conuincitur propoſitio. nam ſic illud eſt impoſſibile, vt nemo velit Deus, vt in cenſum aſcribatur Chriſtianorum, neque vt aquam ſuſcipiat baptiſmatis, & ſuam profiteatur militiam, cingulumque accipiat militandi, niſi priùs omnimodè abrenuntiet Satanæ, & omnibus pompis eius. hoc primum à puero expetitur in Baptiſmo, hoc ab eo primum, antequam intingatur, poſtulatur. *Abrenuntias Satanæ, & omnibus pompis eius*, quorum parentes eius nomine reſpondent, *abrenuntio*, qua facta abrenuntiatione ſcribitur in cenſu, non aliàs ſcribendus; quid hoc? ſi bene attendis, niſi impoſſibilitatem cuilibet baptizandorum priùs indicere, ſimul Deo, & mundo, Deo & diabolo ſeruiendi, ne deceptus poſtea reputet, ab ipſo Deum aliquid noui petere, aut inſolens quod neſciuit; quid ad hæc Chriſtianus, quid illi aliud perſuadere poſſumus, niſi ſi nos audire non vult ſe præparet, vt habeat quid ex aduerſo reſpondere poſſit, quando in tremendo illo die inſtrumentum ſuæ fidei oculis eius obiiciant, *regnum Chriſti, & regnum diaboli longè à ſe diuiduntur*, rectiſſimè ait Paſchaſius Rhabertus, *propter quod bene à principio fidei nemo ingreditur fontem Baptiſmatis, per quod intratur ad regnum Chriſti, donec abrenuntiet diabolo, & omnibus operibus eius, atque omnibus pompis eius.* Ex qua poſitione rectè ſic concludit. *Vnde cogitet vnuſquiſque apud ſemetipſum quid abiecerit in Baptiſmo, diabolum ſcilicet, & omnia opera eius, atque pompas eius vnuſquiſque noſtrûm repudiauit, & fit mira deceptio cùm aut opera carnis, aut pompas ſæculi ſectamur.* Mea ſententia argumentum eſt indiſſolubile, pompis mundi cum diabolo in Baptiſmo renuntiamus ſcienter, & voluntariè, nobis proteſtatum apertum, eruendumque bellum inter Deum, mundum, & diabolum intereſſe. petitum ſi à diabolo, eiuſque pompis velimus renuntiare, vtpote ex parte ac ſub poteſtate Diaboli nos ſtantes, & in eius malitia aſcripti, quatenus ſub peccato, & hoc à nobis expoſcitur, accurrentes ad Baptiſmum voluntariè, vnde primum, quod à parocho poſtulatur, ad Baptiſmum properanti eſt, quid petat, *quid petis?* cui reſpondet, *Baptiſmum*, & poſtea illi dicitur, *renuntias*, &c. quaſi non aliter aſcribendus, neque intingendus, reſpondet, *renuntio*; qualis ergo deceptio, vt bene Rhabertus, poſtea erit opera carnis, pompaſque mundi ſectari, ac reputare, cum illis ſimul, & Deo ſeruiri poſſe, dum à principio à nobis poſtulauit eorum totalem abnegationem, renuntiationem, pura equidem hæc eſt deceptio. nam firmiter manet Deo, & mundo ſimul Chriſtianum ſeruire non poſſe. — Paſch. Rab.

Hinc fit, vt qui tales prorſus inepti ad Chriſti regnum, & ad Chriſti templum ædificandum, & ſi quid liberiùs licet dicere, ad ipſum Chriſtianiſmum, templum Dei Chriſtianum eſſe iuxta Apoſtoli ſententiam 2. *ad Corinthios* 6. *num.* 16. nemo eſt, qui ignoret, anima enim

fidelis Chriſtiani, quia nata ad Deum adorandum, ſeruiendum, colendum, ideo in illa Deus tanquam in vero templo adoratur, & colitur, quod templum virtutibus inſtruitur, operibus bonis coaleſcit, fide cimentatur, ſpe erigitur, charitate adornatur, perficitur; quod ergo nunc aſſerimus eſt, ineptiſſimos ad talem templi Dei ſtructuram eſſe Chriſtianos illos mediatos (vt ſic dicam) qui ſimul & mundo, & Deo ſeruire intendunt. ad hoc probandum aſſumo locum *Eſdræ* 1. *cap.* 4. *num.* 1. cùm enim ex captiuitate Babylonica filij reuerterentur Iſraël cum Zorobabel eorum Principe, primum ipſorum inſtitutum templi Dei extitit ædificatio, quod audientes gentes, qui reliquam terram Iſraël habitabant, ſic ad eos accedentes ſunt locuti, *ædificemus vobiſcum, quia ita, vt vos, quærimus* 7. *Chriſtiani illi Deo, & mũdo putantes poſſe deſeruire, inepti ad Dei templum formandum.*

rimus Deum veſtrum; ecce nos immolabimus victimas à diebus Aſer Naddan Regis Aſſyriorum,
8. *qui adduxit nos huc.* At quid Zorobabel cum omnibus Iſraëlitatum Patribus, *non eſt nobis, & vobis, vt ædificemus domum Deo noſtro, ſed nos ipſi ſoli ædificabimus Domino Deo noſtro.* Mirum hoc, vt nollent vt eum eis ſimul ædificarent iſti, qui Deo ſacrificabant, & quod; amplius, certiſſimum tenentes, inimicos eos habituros, & templi ædificationem impedituros, quod & ſummis procurarunt votis, ſic vt per dies, & annos templi intermiſſa ædificatio; cur hoc? aut quale inconueniens, vt potius vellent à templi ædificatione ceſſare, quàm eos in ſocietatem ſtructuræ templi admittere? Sanè amice, quia iſti ex illis erant, qui, vt habetur 4. Regum 17. num. 33. *& cùm Dominum colerent, Dys quoque ſuis ſeruiebant, iuxta conſuetudinem gentium.* cùm enim tranſlatis Hebræis, Salmanaſar Rex ex populis Aſſyriorum in terram Iſraël miſiſſet, vt eam colerent, & iſti Gentiles non Deum colentes, in eos Deus leones immiſiſſet, quam plagam æſtimantes veniſſe, quia ipſi, vt dicebant, ritum Dei terræ neſciebant, vnum ea captiuitate Sacerdotem illis Salmanaſar Rex miſit, qui ritum Dei eos doceret, qui & fecit: at ipſi iniqui, & peruerſi putantes ſimul cum Deo vero, & ſuos falſos colere poſſe, & Deo immolabant, & aliis Diis, hincque dum vero Deo templum ædificare audierunt, ſtatim in conſortium aſſumi poſtularunt. ratio, quia etiam ipſi vero Deo ſacrificabant, ſtulti & vecordes meritò eiecti à Zorobabel, reliquiſque, meritò illis dictum, *non eſt vobis, & nobis vt ædificemus domum Deo noſtro.* cùm impoſſibile vt apti iſti ad ædificandum vero Deo templum eſſe poſſent, dum ſimul & falſos adorabant, cùm non niſi ab illis ædificetur, qui cæteris abiectis Diis, vnum, & verum colerent, cùm vera ſit ſententia impoſſibile duobus dominis ſeruire, & mundo, & Deo, & vti poſſe rebus diuinis, & humanis, &, vt Diuus aiebat Hieronymus *epiſt. 34. ad Iuliam*, ſimul duas felices poſſidere vitas, impoſſibile ſit equidem & hic duos ſimul veros colere dominos, *difficile*, ait, *immo impoſſibile, vt & præſentibus quis, & futuris fruatur bonis, vt & hic ventrem, & ibi mentem impleat, vt de delitys tranſeat ad delitias, & in vtroque ſæculo primus ſit, vt & in cælo, & in terra appareat glorioſus.* En ratio, cur illi eiecti, ſic crude vt etſi bellum timeretur, ſi templi ædificationis interminatio potius nollent templum ædificare, quàm in ſocietatem eos illos aſciſcere, non vnum Dominum colebant cum Deo vero, & falſos retinebant, meritò vt inepti reiecti; ſic equidem, ſic crede mihi amice, deciperis totoque cœlo erras, ſi putas poſſe te Deo templum ædificare, aut aptum ad illud te æſtimare, dum cùm Deo, & etiam mundo ſacrificas, dum cùm Deo, & diuitiis ſeruis, reputans vtriſque te ſufficere, & quod in tem-
9. plo cordis tui ſimul Deum, & Belial adorare poſſis, illiſque ſacrificare, aut quòd illud permittet Deus, & ibi commorari velit, ob hoc equidem, & ex hac eius maieſtatis indigna conceptione tibi edico, infinita tibi euentura mala, maximaque flagella, cùm nihil æquè grauius Deus æſtimet, quàm reputare ipſum & mundum, aut diabolum, in vnum coire poſſe.

Princeps Zorobabel cur ad ædificationem templi in conſortium accipere noluit gentes, qui in terra Iſrael morabantur.

Hieron.

Qui ſimul Deo, & diabolo ſeruire præſumunt, in innumeros incidunt labores.

Enimvero Philiſthiini poſt deuictos Hebræos captiuatáque arca eam in templum duxerunt Dagon Dei ſui, 1. Regum 5. num. 12. *tuleruntque Philiſthyn arcam Dei, & intulerunt eam in templum Dagon, & ſtatuerunt eam iuxta Dagon.* Abulenſis *hic quæſt.* 10. iure petit cur Philiſthiin Domini arcam tangentes, non eos percuſſit Dominus, ſicut cum Bethſamitis egit; reſpondet, *quia erant nimis deuoti circa venerationem arcæ. quod patet, quia impenderunt ei maximum honorem, quem impendere poterant, ſcilicet quia poſuerunt eam in loco ſacratiſſimo totius terræ ſuæ, ſcilicet in templo Dei magni Dagon.* Ergo, vt vides, ſecundùm iſtum authorem, alioſque etiam, non ob ignominiam, ſed ob honorem, & deuotionem, arcam impoſuerunt in templo Dagon, ac iuxta illum eam ſtatuerunt, ac propter hoc non morte damnati. bene quidem; ſed nunc peto cur infrà contra eos indignatus Dominus ob hoc ſic percuſſit eos, tantaque ſtrage, vt penè ſit demolitus, num. 6. *Aggrauata eſt manus Domini ſuper Azotios, & demolitus eſt eos, & percuſſit eos.* neque perſo- 10.
narum demolitione contentus, etiam & agros, & campos deuaſtauit, *& ebullierunt villæ, & agri in medio regionis illius, & nati ſunt mures, & facta eſt confuſio mortis magna in ciuitate.* Si ergo ob deuotionem arcam repoſuerunt iuxta Dagon, ac ob hoc non percuſſi iuxta Abulenſem, cur ſic dirè poſtea vaſtati, vt penè ad totalem ſint adacti internecionem. Sanè *primò* non ſunt percuſſi, quia ex pio affectu moti inuincibiliter errantes, putarunt ſimul in vnum arcam, & Dagon coïre poſſe, & ab eis ſimul adorari ac ſacrificari: at quando poſtea de impoſſibilitate compoſitionis inter arcam, & Dagon animaduerſi ex demolitione Dagonis impiè perſeuerarunt Dagon erigentes, & iterum iuxta Dagon eam reponentes, iniquiſſimè, ac indigniſſimè de arca reputantes quaſi poſſibile cum Dagone conſortium inire poſſe, & quod ſimul ipſi, & Dagoni ſacrificarent, tunc ea hac præpoſtera cogitatione, æſtimationeque ſic Deus indignatus, vt ad totalem eos demolitionem redigeret, quod equidem notarunt multi ex Auguſtino *in epiſt.* 77. rationem 11.
reddentes, quare in poſterioribus Philiſthiin percuſſit, *quia poſteriora dilexerunt, ex ipſis iuſtiſſimè cruciati ſunt*, ait Auguſtinus. quid eſt, *poſteriora dilexerunt?* Ad rem Mendoça, *quia collapſum ſæpiùs Dagonem, ſæpiùs erigebant.* non iam deuoti in arcam, ſed indeuoti, ſed contumelioſi, indignè, ac fœdè reputantes arcæ & Dagoni ſimul ſeruire poſſe; faxit Deus, vt non quid ſimile Chriſtianis contingat, ſi Gentiles, ſi Arabes, ſi Mahometani hoc penſitarent, ſcilicet Deo, & mundo, Deo, & diuitiis ſimul famulari poſſe, & quòd in vnum Deus, & mundus coire poſſint. Equidem Deus non iraſceretur, vtpote inuincibiliter ignorantes, & aliqualem ex hoc in Deum pietatem oſtentantes: at quòd Chriſtiani lumine fidei inſtructi, & qui Dei veri notitiam obtinent, illud penſitent, plus ex hac indigna cogitatione Deus offenditur, quàm ex ipſia, vt ſic dicam, peccatis. Quid ergo attendunt, niſi quòd Dei animaduerſionem ſupra illos venturam extimeſcant, qui eos,

Abulenſ.

Deus cur percuſſit Azotios propter Arcam.

Cur in poſteriora.

Auguſt.
Mendoça.

reſque

reſque ſuas deuaſtet, & ni reſipiſcant, ad inferni pœnas in æternum mancipatos deiiciat, ſicut & hîc in gratia ſua extorres, & à præſentia efficit.

Attende ad quæ dico, ſic Deus indignatur contra tales, qui illud reputant, ſic illud indignum ſuæ iudicat maieſtatis, vt huiuſmodi homines gratia ſua priuatos à ſe expellat, amandet, ac vt in barathrum incidant peccatorum permittat, hoc equidem aduoto in illis Domini noſtri verbis ad proditorem Ioan. 13. num. 27. *quod fac, fac citiùs.* quid hæc, & ad quid ea Dominus Iudæ? Pulchrè Tolet. propter tres rationes illa Dominum dixiſſe affirmat. *Prima* ſuppoſita inemendabili Iudæ malitia, ne putaret ob timorem ſui beneficiis illum cumulaſſe, lotione pedum, ſacramento, & buccella panis, & à traditione eum retardaret, ſed intelligeret, quòd omnia illa, non propter ſe, ſed propter ipſum, vt ſe conuerteret, præſtitiſſe, etſi peccatores hoc intelligerent, forſitan non ſic Dei abuterentur beneficiis, nunquid minus eſt Deus, quia tu te condemnas, aut ſi vniuerſos in infernum detruderet, quid minus gloriæ in ſe haberet? ſiue Angelis, ſiue hominibus; ſic beatus à principio æternitatis extitit ac modò cum Angelis, cum Sanctis, nihil amplius in ſe recipiens ac modò, etſi exteriùs glorificatur, ſuaque gloria videtur, quod extendatur, hoc non ſuus, ſed noſter eſt profectus, ad nos illud amplius tendit, non ad ipſum, extrinſecè noſter creſcendo profectus videtur quòd ſuus creſcat, cùm non ſit. nam in ſe & eſſentialiter nihil minus, nihil amplius vnquam habuit, aut habere poteſt; hinc non ſuus, ſed totus peccatoris eſt amor, quando à peccato eum retrahere vult beneficiis ab gratiis, & hoc vt attenderet Iudas, dixit illi, *quod fac, fac citiùs. Videns Dominus,* ait Tolet. *inemendabilem Iudæ malitiam, & firmum proditionis propoſitum, ne ille æſtimaret, & ſe timore aliquo eum beneficijs affeciſſe, idcirco dixit ei, quod fac, fac citiùs. Secunda* ratio, ne etiam Iudas æſtimaret ſe à Chriſto non poſſe impediri, & ſuas fraudes inanes reddere, ſi vellet, propterea illud ei dixit, quaſi diceret, ait Tolet. *quod facis, vtique facere, niſi me permittente, non poſſes, ne me tibi reſiſtere non poſſe arbitreris, fac citiùs, non prohibeo.* ergo Chriſtus oſtendere voluit Iudæ ſe potentem ad eius impediendum peccatum, & peccati opus; nolle tamen, ſed illud permittere, & ſuæ eum tradere libertati, quia ſic ſua infinita exigebat malitia, ac peruerſitas, quòd ſi hoc, quilibet timeat peccator dum ſine fræno peccans à peccato non eum Deus cohibet; ſciatque non eſſe omnipotentiæ defectum, ſed iuſtiſſimæ permiſſionis, nemoque perfidus sudeat Deum incuſare, quaſi potens mala tollere, & non tollit, quia etſi poteſt, tamen non conuenit, non expedit, & quòd non expediat, nos ſumus in cauſa, noſtraque peruerſitas, ac obſtinata malitia efficit, vt etſi poſſit, in pœnam nolit, noſtraque permittat ſcelera. *Tertiò* ait Tolet. illa Iudæ Dominum dixiſſe, ne putaret ipſum neſcire, quis eum eſſet traditurus.

Tolet.

12. *Chriſtus cur Iuda dixit, quod fac, fac citiùs.*

13. *Chriſtus cur Iudam expu-lit à ſe.*

Optima hæc, ſed ad meum inſtitutum amplius facit Ambroſij ſenſus, *lib. de Cain, & Abel, cap.* 4. verba eſſe Chriſti præcipientis, non quaſi inducentis ad malum, ſed permittentis illud, attamen iubentis, vt illico à ſe diſcederet, ac foris exiret; ſi cauſam petis, quia iam diabolus poſt buccellam in cor Iudæ intrauerat, hic autem miſer ad ſuam diſſimulandam proditionem ſimul cum diabolo, & cum Ieſu ſtare intentabat, quaſi poſſibile vt ſimul Ieſus, & diabolus coïrent: at quid Dominus illico eum expulit à ſua præſentia fortiter, ac vehementer plus ex hac audacia, vt ſic, dicam quàm ex ipſa offenſus proditione, *vbi Satanas immiſcuit ſe cordi Iudæ*, ait Ambroſius, *Chriſtus receſſit ab eo, momentóque eo, quo illum recepit, hunc amiſit, vnde illi, quod fac, fac citiùs; quid hoc? vt quia introierat in illum Satanas, ipſe abiret à Chriſto, eycitur itaque, & excluditur, eo quòd iam cum Domino Ieſu eſſe non poſſet, qui cœperat eſſe cum diabolo.* nollem durum videri, nollem acerbè loqui, nollem alicui ſcandalum parere, ſi nimius in hac re, parcant mihi, meus eſt ſenſus, corrigat qui aliter ſentit, ſic ex hac infami, ac præpoſtera cogitatione Deum ſanctiſſimum offendi, ſic acerbè illam tolerare, quòd ſcilicet reputent Chriſtiani, ei & mundo ſimul deſeruire poſſe, ſicque latum eos habere cor, vt tam diſtantia, diſſita, ac contraria ſimul includere valeant, vt ob hoc multorum dependeat perditio; ac à gloria expulſio, non ſecus, ac infeliciſſimi hominis proditoris illis, ac iſti dicens, *quòd facitis, facite citò*, à ſe expellens, ac quàm longiſſimè amandans, in profundum eos permittens barathrum incidere peccatorum, & vt quid inſolens dicam, in illo ſum ſenſu, non ſic acrius, immo multo mitiùs cum illis ſe Deum acturum, qui dignè reputarent ſe ſimul Deo, & mundo, Deo & diabolo ſeruire non poſſe, tamen aut naturæ fragilitate, aut paſſionibus, aut malitia victi diabolo ſeruiunt, ſcientes ſe Deo non ſeruire, quàm cum illis, qui ſe decipientes ſimul poſitant vtriſque ſe ſeruire poſſe, mille aſtutiis, cauillationibus, ſophiſticis argumentationibus, vt mundo fruantur, ac eius pompis, ſiue delitiis peccatum non facientes, delitiari nocte, & manè Deo ſacrificare, & ne pius in hac re aures offendam, à quibus ſcio, à quibus vidi, à quibus intellexi, & à quibus legi, ſuperſedeo, pudet dicere, quæ in hac re dicere poſſum, ſed ad noſtra.

Ambroſ.

14. *Diabolus quando bene Deus ipſe nollet in vnũ coire in homine.*

Concludo tandem (ne nimis ſim moroſus in hac re) vt omnino eam perſuadeam, aſſerendo, quòd ſic illud impoſſibile, vt quando bene Deus illud permitteret, & in tui gratiam vellet, in ſui conſortium diabolum admittere, ſic vt vtriſque ſeruires, iſte nollet, nec permitteret hoc in tui odium, non amorem, ad hoc probandum aſſumo illud *Daniel 6. num.* 6. cùm enim inuidia ſatrapæ contra Danielem moti, vt eum exterminarent, aliquam inuenire cauſam procuraſſent, qua apud Regem eum criminarentur, & de latere Regis non poſſent, quia fidelis Daniel erat Regi, peruerſi, ac malitia obcœcati dixerunt, *non inueniemus Danieli huic aliquam occaſionem, niſi fortè in lege Dei ſui*, quam ſtatim excogitantes Regi *ſurripuerunt*, vt decretum imperatorium firmaret, *vt omnis, qui petierit aliquam petitionem à quocumque Deo, & homine, vſque ad triginta dies, niſi à te Rex, mittatur in lacum leonum.* quod cùm reſciſſet Daniel, decretum non timens, Deum exorabat, in oratione

innentus, accuſatus, condemnatus, in lacum immiſſus leonum.

At antequam ad meum deueniam inſtitutum, placet aliqua priùs percurrere. *Primum*, vnde iſtis talis contra Danielem Inuidia, quale motiuum? Sanè Regis cogitatio, vt eum conſtitueret ſuper totum regnum, num. 4. *porrò Rex cogitabat conſtituere eum ſuper omne regnum.*
15. *Priuatorum ſors quàm miſera.* Vix hoc ſatrapæ intellexerunt, inuidia armati, Danielem deiicere intentarunt. O miſera priuatorum ſors! ô infelices, qui latus obſeruant Regis, miraculum neceſſarium vt dentibus non laceretur leonum.

16. *Aula Regum peruerſus vſus quis.* *Secundò* pendo modum, quo iſti occidere Danielem inuenerunt, nullam in Daniele cauſam contra Regem reperientes, quia fidelis Daniel; quid ergo procurerur, vt adſit, ſeruitium Regis obtendatur, contra Deum Danielis, & ſub emolumenti prætextu regalis ſaturetur inuidia, acquirantque ipſi ſuum. En aulæ vſus, en iniquorum miniſtrorum inuentiones, ſub palliato regalis ſeruitij colore, inimicos occidere, ac perdere. Væ eis.

17. *Peruerſorum miniſtrorum finis qui.* *Tertiò* obſeruo, tandem ſtropham reſciſſe Regem, Danielem à lacu extraxiſſe, & eos omnes cum vxoribus, filiis ac familiis, ne tam maledictæ generationis aliquis remaneret ſuper, in lacum leonum immiſiſſe. Exemplum miniſtris vt ſe præcaueant, Regi, vt adſimiliter faciat, ſi quando ſimile reperit. Sed ad me redeo.

Pondero ergo non inueniſſe hos diaboli miniſtros contra Danielem vllam calumniam ex latere Regia; ſi rationem exposcis, reſpondet Rupert. Rupert. in Dan. cap. 11. *quia cùm redderet, quæ erant Regis, Regi, nihilominus curabat, quæ erant Dei, Deo reddere*, iuxta illud Chriſti, *reddite, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo.* ergo quantum ex ſe in ſui ſeruitij conſortium, & Darium Deus admittebat. Nunquid ſatis hoc diabolo? nihil minus, ipſum diuinum reſpuens conſortium, potius vult Danielis mortem, quàm vt Deo, & Dario eius figura ſeruiat, hinc iniquiſſimè, ac perfidè vult, vt à nemine ſiue homine, ſiue Deo petatur aliquid, ſolus ipſe diuinitatem aucupans, & adorationem, ac proinde totum dominatum, dum orationem. Cornel. nam, vt bene Cornel. hîc, *dum Deum inuocari prohibent, ipſum Regem pro Deo colendum & inuocandum cenſent.* En amice, quod dicebamus, ſic impoſſibile Deo, & mondo ſeruire Deo, & diabolo, vt quando Deus hoc impoſſibile vellet, ipſemet diabolus nollet, & hoc in tui ruinam. Theodor. nam, vt bene Theodoret. hîc aduertit, in iſto impio decreto ſic eos obcœcauit paſſio, vt vellent, quod ab vno tantùm peteretur, qui omnia neceſſaria concedere non poterat, *nihil eſt inuidia ſceleratius*, ait Theodoret. *quæ & iſtos impios coëgit eſſe, & impium fecit edictum proponi; at non intellexerunt ipſi, quorum mentis aciem perſtrinxit inuidia, Regem non poſſe omnia præbere petentibus, neque bonam valetudinem, neque vitam, neque liberos, neque pluuiarum*
18. *vim, neque alia omnia, quæ à ſolo Deo accipimus.*
Diabolus ex odio noſtri, nõ ex beneuolentia vult vt ad illum accurramus petendo. quod cùm ſit, cur tale decretum emanatum, cur Rex illud admiſit? ne mireris amice, typus erat diaboli, impatiens conſortij ſeruitutis Danielis nolebat, vt ſimul à Deo, & à Rege peteret, & ſolum Regem Dominum orationis conſtitoit, qui de neceſſariis prouidere petenti non poſſet, vt videas, quòd etſi totum te poſſidere velit, & vt ad illum tantùm accurras, non eſt vt tibi ſuccurrat, ſed vt mactet, ac perdat, vt verum ſit, & euidens tibi, quod Dominus dixit, vnum Dominum neceſſe ſuſtinere, ſi alterum contemnitur, nempe, vt vult Auguſt. ſi Auguſt. Deus contemnitur, & ad diabolum accurrimus, ei ſeruiendo, neceſſarium vt Deum ob tyrannidem ſuſtineamus, qui nos aggrauabit, deſtruet, opprimet, quod vno tantùm loco illuſtrabo.

Enimvero *Geneſ.* 3. *num.* 14. Deus ad ſerpentem 19.
Diaboli tyrannus quanta. ipſam maledicens, ſic ait, *quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia animantia, ſuper pectus tuum gradieris.* in LXX. habetur, *ſuper pectus tuum, & ventrem ambulabis.* quid hoc? Caietan. ad rem Caiet. noſtram, affirmat in figura tyrannidem diaboli exprimi, qui quos ſubiectos habet peccatores, ſuper ipſos ambulat, eos conterens, deſtruens, opprimens, *venter eſt officina cibi dirigendi*, ait Caietanus, *ac per hoc ſuper ventrem ire eſt, proprium ventrem eundo comprimere. officium diaboli erga animas peccantium deſcribitur, opprimendo illas, eundo, ſerpendo, ac ſi apertiùs dixiſſet, non ſolum maledictus eris tu, ſed etiam maledicti erunt tui, opprimentur ſiquidem à te.* Veriſſimè inglutit peccatores diabolus, & veluti cibos in ſtomachum mittit, non vt ibi eos refoueat, ac à tempeſtate veluti mare Ionas cuſtodiat, ſed vt ſupra eos equitans, in terram deiiciat, calcet, premat, tundat, vt ſic in ſubſtantiam diabolicam redacti tandem vti putida excrementa in infernum adducat; vade nunc, & illi ſerui, relicto vero domino, cùm impoſſibile, vt illi non ſeruias, ſi Dominum derelinquis, aut quòd Domino poſſis ſeruire, diabolum non relinquendo, cùm ſtat vera ſententia, neminem poſſe *duobus dominis ſeruire.*

ANNOT. MORAL. LXXX.

Qui ſunt, qui Dominum contemnunt.

A*Vt alterum contemnet.* Suprà in commentario diximus ex Auguſt. ſententia, neminem propriè poſſe Deum odiſſe, ſed tantùm contemnere: contemptus autem Dei in eo ſtare, quatenus eum homo non timet ſub ſpe veniæ, *nullus*, ait Auguſtinus, *ferè conſcientia poteſt Deum odiſſe, contemnit autem, id eſt, non timet Deum, cùm quaſi de eius bonitate ſecurus eſt.* quid hoc? quomodo Deum non timet, qui de 1.
Deum quomodo dicatur contemni. eius bonitate eſt ſecurus? nunquid malum firmiter de Dei ſperare bonitate? Sanè non malum; ergo quomodo Deum non timet, qui de eius bonitate eſt ſecurus, ac per hoc non 2.
Præſumptio quid & quale peccatum, & cui virtuti opponitur. eum timendo contemnit? Sanè tibi reſpondeo, tunc hominem, non Deum timere in eius bonitate ſperantem, quando non vult à peccatis deſiſtere, & tamen de miſericordia Dei ſperat ipſius ſaluationem, quod peccatum dicitur præſumptio, & id facit Diuus Thomas D. Thom. in Spiritum ſanctum 2. 2. *quæſt.* 21. *artic.* 1. *& quæſt.* 130. *artic.* 2. *ad primum*, affirmatque timori Dei opponi. *circa ſpem autem*, ait Sanctus, *qua aliquis inhæret diuinæ potentiæ, poteſt per immoderantiam eſſe præſumptio in hoc, quòd aliquis tendat in aliquod bonum, vt impoſſibile per virtutem,*

rem, & miſericordiam diuinam, quod poſſibile non eſt. Sicut cùm aliquis ſperat ſe veniam obtinere ſine pœnitentia, vel gloriam ſine meritis; hæc autem præſumptio eſt propriè ſpecies peccati in Spiritum ſanctum, quia ſcilicet per huiuſmodi præſumptionem tollitur, vel contemnitur adiutorium Spiritus ſancti, per quod homo reuocatur à peccato. At quomodo opponitur timori, *quia reſpicit pœnam*, ait Sanctus artic. 3. in corpore, *ex Dei iuſtitia prouenientem, cuius præſumptio remiſſionem ſperat.* at non mediis ordinatis, *non omnis præſumptio*, ait Sanctus *quæſt.* 130. *artic.* 2. ad primum, *ponitur peccatum in Spiritum ſanctum, ſed illa, qua quis diuinam iuſtitiam contemnit ex inordinata confidentia diuinæ miſericordiæ, & talis præſumptio ratione materiæ, in quantum ſcilicet per eam contemnitur aliquid diuinum, opponitur charitati, vel potiùs dono timoris, cuius eſt Deum reuereri.* Ex qua Sancti doctrina hæc habes, peccatum eſſe præſumptionis nolle à peccatis reſurgere, in peccatis voluntariè permanere, & tamen de Dei miſericordia ſalutem ſperare, & inſuper tale peccatum Dei timori opponi, quatenus ex præſumptione falſa, iniquáque quis habet ſpem à Dei iuſtitia euadendi ſine pœnitentiæ operibus, ac per tale peccatum Deum contemnere, qui ſic ſperat, & inſuper peccatum eſſe in Spiritum ſanctum, quatenus per talem præſumptionem tollitur, vel contemnitur adiutorium Spiritus ſancti, quo quis bene operando, pœnitentiæque opera faciendo, dignè de Dei miſericordia ſperare poteſt. ex quo patet ſummum Dei contemptum eſſe obſtinatum peccatorem nolentem peccatum deſerere, de Dei miſericordia ſperare, quæ ſpes, vt ait Sanctus *vbi ſuprà*, quæſt. illa 21. artic. 2. ad 3. *non minuit, ſed auget peccatum.* quod cùm ſit, & huic doctrinæ ex aduerſo nihil opponi poteſt, attolle nunc oculos; & præſentem Eccleſiæ faciem aſpice, quando ſic obſtinatè peccatur, ſic frequenter, ſic continuè, ſic ferè ab omnibus, & tamen nullus eſt, qui fiſus in Dei miſericordia ſaluationem non ſperet, & vide ſi totaliter non Deus contemnatur, & quàm verè Auguſtinus dixerit, Dei contemptum ſtare quando ipſe non timetur, & tunc non timetur, quando peccator ſecurus ſtat de Dei bonitate, ac proinde in tali bonitate fiſus ſecurè, peccat ſine timore, & licèt hoc in Chriſtianis non ſit mortale, nam aliàs eſſet hæreſis, cùm, vt bene Suarez *diſput.* 2. *de ſpe, ſect.* 3. *num.* 3. hoc peccatum formaliter, & expreſsè quando eſt graue, vix committitur ſine infidelitate, tamen quàm ſit periculoſum, quámve totalis perditionis occaſio, & quomodo Chriſtiani in illud incidunt, radicitus nunc explicandum, antequam ad vlteriora, eiuſque grauitatem inculcando procedamus; quapropter

Suarez.

3. *Quot modis in peccatum præſumptionis incidatur.*

Adnoto ex Suarez *vbi ſuprà*, quinque modis poſſe quemlibet in hoc præſumptionis peccatum incidere. *Primum*, ſi quis ſperet conſequi beatitudinem, vel remiſſionem peccatorum propriis viribus, & hæc eſt præſumptio Pelagiana. *Secundus* eſt, ſi quis indebito ordine ſperet, aut velit ſupernaturalia, aut remiſſionem peccati ſine pœnitentia, gloriam ſine meritis, excellentiſſimam ſanctitatem tepidè operando: at hæc eſt Lutherana præſumptio, quæ, vt bene aduertit Suarez, vix poteſt committi grauiter ſine tali hæreſi, & apertè ſpei repugnat. nam ad ſpem pertinet non ſolùm digna, ſed dignè de Deo ſperare, quod notandum ob infrà dicenda. *Tertius* eſt, ſi quis ſperet à Deo ſpeciale auxilium ad res illicitas, vt ad peccandum, vel ad ſumendum vindictam de inimico. Et hæc eſt præſumptio Caluiniſtica, qui impiè ſic Deo tribuit negationem Petri, ac conuerſionem Pauli. *Quartus* eſt, ſi quis ſperet à Deo ſupernaturalia bona præter ordinem diuinæ prouidentiæ, vt ſi quis ſperet ſe habiturum tantam gloriam, quantam habet Beata Virgo, quæ etiam eſt præſumptio Lutherana, & eſt contra ſpem, cùm hæc innititur potentiæ Dei ordinatæ, & promiſſionibus eius, vnde licèt talis præſumptio videatur magna ſperare de Deo, tamen peruertit eius ordinem ſapientiæ, ac indignè de Deo ſentit ordinem inuertens ſperandi. *Quintus* eſt illorum, qui cùm diu in peccatis perſeuerent, tam facilem ſperant futuram veniam, & tam certam, ac ſi nihil peccarent, quod etiam eſt contra ſpem. nam, vt bene Diuus Thomas *vbi ſupra, quæſt.* 21. *art.* 2. *ad* 3. licèt peccare ex fragilitate ſub ſpe veniæ percipiendæ, cum propoſito abſtinendi à peccato, & pœnitendi, non ſit præſumptio, immo minuat peccatum, attamen ſperare cum propoſito perſeuerandi in peccato, eſt peccatum præſumptionis, &, vt ait Sanctus, non diminuit, ſed auget peccatum.

S.Thom.

Ex omnibus his dictis hæc eliciuntur. *Primum* eſſe peccatum præſumptionis, non ſolùm quando ſperatur à Deo quod impoſſibile, ſed quando indignè, hoc eſt, præter ordinem diuinæ ſapientiæ, ac prouidentiæ, ex quo propter viros religioſos infertur hoc peccato inuolui quando tepidè operando, nullaque opera peragendo heroica, Sanctos fore præſumunt, & ſperant: cùm non ſolùm digna, ſed dignè à Deo ſunt ſperanda. *Secundum* primos tres modos ſemper eſſe peccata mortalia, ſed facilius eſſe peccata leuia, quàm grauia, quatenus non ſperant formaliter conſequi veniam, aut ſine operibus, aut Dei iuſtitiam ſpernendo, ſed à propria paſſione decepti, reputant indignitatem perſeuerantibus illis in peccatis, nihilque boni agentibus, Deum illis in vltimo vitæ daturum illa auxilia efficacia, quibus ſe ſaluent, ſub qua vana ſpe, ſeu potiùs, vt rectiùs loquar, præpoſtera præſumptione totus quaſi orbis inuoluitur Chriſtianus, dum ſit quilibet ſceleratiſſimus, & obſtinatus peccator, nullus tamen erit qui non certiſſimè ſperet, ac confidat, in vltimo vitæ actum tenere contritionis, dulciſſimum inuocando Ieſu nomen, ſicque ex indulgentia plenaria, ex calculis ſanctiſſimis, quæ ſecum ferunt (ſi Deus vult) à culpa, & pœna abſoluti in cœlum rectà aduolent, poſt totam tranſactam vitam in perditiſſimis, ac obſcœniſſimis peccatis; quæ maior dementia? Vnde verè talis ſtultus, & meritiſſimè, nota ſtoliditatis à Spiritu ſancto inſignitur, Prouerbiorum 14. num. 16. *ſtultus tranſilit, & confidit, nam ſapiens timet, declinat à malo.* quod nunc probandum.

4. *Religioſi tepidè viuentes, Sanctos tamē futuros ſe ſperantes præſumptuoſi.*

5. *Chriſtianorū præpoſtera præſumptio qualis.*

Et primò ſuppono vti de fide certiſſimum, quilibet peccator, ſi ſimul in vno omnia peccata Dæmonum, ac hominum haberet, non ſolùm

præterita, aut præſentia, ſed futura, & non ſolùm actualia, ſed poſſibilia, tam infinitam Dei eſſe miſericordiam, ſic infinitè omnia illa excedere, vt omnia non amplius reſpectu illius eſſent, quàm gutta vna aquæ ad totum Oceanum, ac per hoc vnico tantùm contritionis actu omnia illa deleri, abſorberi, ac amplius non apparere, hoc equidem ſupponendum tanquam de fide; tota ergo difficultas ſtat in actu contritionis ſi tali peccatori Deus illum præſtabit, in quo tota peccatorum eſt deceptio. nam talis actus cùm in ſe gratiam inuoluat efficacem,

6. *Contritio in vltimo vita eſt donum Dei prouidentia extraordinaria.*

non debitam, ſed ex mera Dei liberalitate præſtandam, mirum, & admirandum, vt de illa ſic concipiat homo, vt faciat ordinariam, non miraculoſam, cùm etſi aliquando confiteamur, tales Deum ſaluaſſe peccatores, immo & ſaluare; tamen hoc ex lege extraordinariæ prouidentiæ, non ordinariæ, ac proinde veluti gra

7. *Peccatores in quo decipiuntur putantes ſe in vltimo vita pœnitentiam conſecuturos.*

tiæ miraculo computanda: hoc autem quod extraordinarium, & veluti miraculoſum, miſeri, ac decepti peccatores putant ordinarium, & poſſe ſe conteri in illo extremo, quaſi hoc ex ſuo tantùm penderet arbitrio, & non ſimul ex liberali, & non debita Dei gratia, quam rarò, & veluti ex miraculo concedit; quapropter in hoc ſtat totius difficultatis cardo, an

Ambroſ.

Deus velit tibi illam gratiam dare? Audi Am-

8. *Quàm difficilè iudicetur peccatores in vltimo vita pœnitentiam agentes, & bonum vel ratio.*

broſium in lib. cuius titulus, ad pœnitentiam agendam exhortatio. *Qui autem poſitus in vltimo infirmitatis acceperit pœnitentiam*, ſigna, verbum, hoc eſt, ſe confeſſus fuerit, *& exit de corpore, fateor vobis, non illi negamus quod petit*, hoc eſt, abſolutionem, *ſed non præſumo dicere quod bene hinc exit, non præſumo, non polliceor, non dico, non vobis promitto, non vos decipio.* En quantus Ambroſius in hoc, quantiſque verbis illud inculcat, *non polliceor, non dico, non promitto*, tandem, *non vos decipio.* mirum cùm ſit confeſſus, ac abſolutionem accepit, vt ſic trepidus ſit Ambroſius de eius ſalute, vnde ei talis tremor? Sanè amice, quia dubitat de vera contritione, & ratio, *quia*, ait, *dum agis pœnitentiam, quando peccare iam non potes, peccata te dimiſerunt, non tu illa.* ſenſate, vera contritio odium includit, peccatorum firmum non peccandi propoſitum: at hoc abſolutè propter Deum ſummè dilectum; ſi ergo quis tunc ſe pœnitet, quando illum peccata deſerunt, non ille peccata, indicium dat, quòd ſe pœnitet, non quia illa abhorret, ſed quia amplius peccare non poteſt, non ob amorem Dei, ſed ex ſenſu ac dolore, vt ſic dicam, quia illa ipſum deſerunt, hinc falſa contritio, & incertus valor pœnitentiæ, hincque dum putant peccatores ob amorem Dei ſe conteri, in Dei iuſto iudicio inueniuntur, ob amorem ſui, ob quod miſericordia indigni in æternam incidunt condemnationem.

9. *Antiochus Rex cur miſericordiam non ſit conſecutus, etſi pœnitentiam egerit.*

Enimvero hoc licet expendere in Antiochi Regis infeliciſſima morte 2. *Machab. cap.* 9. hic enim ſceleſtus ſic ſemper vixit, ac ſi Deus vindex non eſſet in cœlis, mactans, perdens, occidens, quos volebat, ſine iudicio, ſine iuſtitia, ſine pietate. templum expolians, deprædans, contaminans, Iudæos perſequens, & à patriis legibus auocans, ad idololatrandum compellebat iuuenes, ſenes, virgines, matres, pueros occidens, ſine metu, ſine intermiſſione. lege Machabæorum ſecundum librum, à cap. 5. & perhorteſces; quid ergo? tandem infirmitate percuſſus, ab illa admonitus, Deum recognouit exclamans, ac clarè profitens num. 12. *iuſtum eſſe ſubditum eſſe Deo, & mortalem non paria Deo ſentire.* hincque de præteritis dolens, quæ contra Iudæos egerat, ad illam deuenit pœnitentiam, vt promitteret *Iudæum ſe futurum, & omnem locum terræ perambulaturum, & prædicaturum Dei poteſtatem*; & tamen cùm omnia hæc præſtitiſſet, vt ſic vehementer de præteritis indoluiſſet, attamen non ſic miſericordiam eſt conſecutus, dicente Scriptura num. 13. *orabat hic ſceleſtus Dominum, à quo non eſſet miſericordiam conſecuturus.* O mirum! ô magnum, ſi eius pœnitentiam conſideres, cùm nec Dei cognitio, nec ſui humiliatio, nec bonum propoſitum, nec præteritorum deteſtatio, nec vitæ immutatio defecit. Vnde ergo, & quare miſericordiam non eſt conſecutus? Sanè amice, quia in peccatis, ac ſceleribus ſemper viuens, peccatis aſſuetus tunc indoluit, quando iſta eum, non ipſa ille deſerebat, hinc obſeruandum non antea Deum confeſſus, quàm vermes ex corpore eius ſcaturirent, quàm carnes diffluerent, quàm fœtor ſui ad ipſum perueniret, iam antea totus exercitus fœtore grauabatur, num. 9. *Odore etiam illius & fœtore exercitus grauabatur, & qui paulo ante ſydera cæli contingere ſe arbitrabatur, eum nemo poterat propter intolerantiam fœtoris portare*, & cum eſſet nec ſic conuerſus, vſquedum *nec ipſe iam fœtorem ſuum ferre poſſet*, quem cùm perſenſiſſet, ait, *iuſtum eſt ſubditum eſſe Deo, & mortalem non paria Deo ſentire.* At antequam vltrà procedam, ne occaſio excidat, mirum certè, & maximum videri poteſt in hoc facto, vt ſcaturientibus vermibus ex corpore huius impij, & carnibus defluentibus, & odore ſic teterrimo exhalante, vt totus grauaretur exercitus, ipſe eum non ſentiret; quid enim in cauſa eſſe poteſt, vt omnibus malè olens, ſibi non malè oleat. Alibi, ni malè recordor, aliquas adduximus de hac re rationes, ſed nunc accipe alteram, ſanè quia è curru decidens, ex quo totum proſpectabat exercitum, *geſtatorio portabatur*, num. 8. inter duos in illo in-

10. *Reges cur malum odorem ſuæ gubernationis non ſentiunt.*

cluſus, nullum iam proſpiciens, nulli ad eum accedere iam permiſſum, ſic miſeri, ac propè deſtituti ſunt ſortis Principes, ac terræ Reges, vt vndequaque adulatoribus ſeptis, ac amicis aſſentatoribus, ſic altutis, ac in bonum ſui prouidis, vt portis, ſeris, ac ferratis cancellis, vt ſic dicam, vndique velut in geſtatorio concluſi, eorum fœtor operum, etſi totum prorſus grauet, & inficiat imperium, ipſi tamen non eum perſentiunt, carnes eduntur viduarum, pupillorum, pauperum, res abſumuntur, diſtrahuntur, veluti mancipia homines ingenui, dilapidantur omnia, ſudores, ac pauperum ſanguis ad inania impenditur, omnium nares impleuit fœtor, ſolus Princeps non eum odorat; vnde? quia nemo audet eum de illo auertere, immo nec poteſt, quia non aditus, vſque dum populorum Deus miſertus, ipſo iubente, ad eum velint, nolint perueniat: at tunc miſeri, quando deſperata plaga. En, Antiochus iniquus, vt ad noſtra reuertamur, tunc ſe pœnituit, quando prope mortem, & dolor de præteritis non ei ex Dei amore, ſed ex proprio fœtore, indoluit, quia

ſibi

ſibi fœtabat, grauatus fœtore peccata deteſtabatur, quia eum cruciabant, non quia Dei erant offenſæ, hinc totus ad ſe, nihil ad Deum; quid ergo mirum ſi miſericordiam non ſit conſecutus? *Antiochi pœnitentia non fuit vera*, ait Lyra, *quia non fuit propter offenſam Dei, ſed tantum propter euaſionem corporalis flagelli, & ſic non fuit miſericordiam conſecutus quantum ad remiſſionem culpæ, nec pœnæ.*

Lyra.

11.

Contritionis actus difficultas vnde, & quanta.

In qua re illud adnotandum, defectum huius pœnitentiæ in eo ſtetiſſe, quia etſi doluit, non tamen propter motiuum ſupernaturale, & propter Deum ſummè dilectum; in quo ſtat vis actus contritionis, qui perfectiſſimum inuoluit amorem amicitiæ, omnino excludens concupiſcentiam, ex qua re pendet tota talium peccatorum deceptio, præſumptio, ac vana ſpes. nam vbi illis niſi ex miraculo talis Dei amor? qui eum per totius vitæ periodum contempſerunt, neſciuerunt, ac veluti ex fama cognouerunt? eius declarati inimici, qui continuè, ac ſemper non ſolùm pupugerunt, ſed quantum ex ſe occidere intentarunt, ac perdere. O bene! quomodo putandum, quòd tunc quando doloribus grauati, quando prope mortem, quando horror inuadit eos nocturnus, quando iam in metu Dei iuſtitiæ eos ferientis, mactantis, ac perdentis, quid tunc his omnibus relictis, ac ſpretis nullo præſentium calamitatum, retento reſpectu, quaſi ad otium toti ſint in diligendo, ac ſummè amando, ac pro eo depereundo, quem in vita nunquam, aut vix cognouerunt, vnde eis talis dilectio? quam vix ex mera Dei liberalitate illi obtinent, qui ſemper ac ſine intermiſſione, per totam illi famulati ſunt vitam, *omnes impij*, ait Auguſtin. ſerm. 60. de tempore, *amaram habent in tormentis pœnitentiam*. Pende verbum, *amaram, ſed non proficit eis ad remiſſionem, ſed conſcientia torquet ad augmentum pœnarum, quas patiuntur.* En ſceleſtus iſte per totam vitam Dei inimicus, illi, ac ſi non eſſet Deus, inſolians, totus ad ſe ſemper, à Deo extraneus, vnde ſi attentè eius pœnitentiam conſideres, nihil prorſus inuenies, niſi amorem ſui confeſſus eſt, Deum eſſe ſupremum Dominum, ac ſe hominem, ſed à grauitate fœtoris motus, vt eum fugeret, ad orationem ſe conuertit, ſed vt à malis liberaretur corporalibus, tandem Iudæum ſe facturum: at vt ſanus factus omnē terræ locum peragraret celer, *prædicaturus Dei poteſtatem*, Quid? nunquid Deus fallitur, aut falli poteſt. Meritò ergo miſericordiam non eſt conſecutus, hinc rectiſſimè Ambroſ. talem pœnitentiam non promittit, non dicit, non affirmat eſſe veram, ac proinde ſalutem operari.

12.

Impij cur in fine vitæ pœnitentiam agunt.

Aug.

13.

Quàm vanè peccatores obſtinati de Dei miſericordia præſumunt in fine.

Dices miſericordiam Dei eſſe infinitam, in hominem eius amorem infinitum, Chriſtum pro peccatoribus ſanguinem fudiſſe, non ſic nunc, vt olim, quando Deus non incarnatus; ergo faciliter talem impertitum gratiam Chriſtianis, & ſi in vltimo vitæ. hoc eſt alterum huius præſumptionis fundamentum, in quo omnes miſeri decipiuntur peccatores, & in quo ſic homines, ac mulieres decipiuntur, vnde, ſi eis & hoc eripiemus, ſicut & primum, prorſus deſtituti ab omni ſpe manebunt; & quoad primum ſuppono, vt iam dixi, Dei miſericordiam eſſe infinitam vltra quàm aliquis excogitari poſſit, hincque tibi gaudeo, ſic bene de illa ſentire: at cardo difficultatis non ſtat, an Dei miſericordia ſit infinita, ſed an Deus velit tecum vti infinitate eius miſericordiæ, hic punctus. nam ſecundùm Apoſtoli ſententiam, cui potiùs ſtandum, quàm tibi, Dei patiens miſericordia, quæ te ſtatim non punit, dum peccas, non eſt ad hoc, vt amplius pecces, ſed vt ad pœnitentiam adducaris, audi ipſum *ad Rom. 2. num.* 4. loquitur de peccatoribus obſtinatis, & qui de ſua non retractabant conuerſione, & eum vno ex iſtis quaſi loquens, ſic ait, *an diuitias bonitatis eius, & patientiæ, longanimitatis contemnis, ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?* Pendo hoc Apoſtolum dixiſſe de illis hominibus, qui proximorum mala, ac vitam iudicantes, & exprobrantes, tamen ea ipſa peragebant, vnde ad eos, *in quo enim iudicas alterum, te ipſum condemnas, eadem enim agis, quæ iudicas.* Et poſtea, *exiſtimas autem hoc ò homo, qui iudicas eos, qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugias iudicium Dei?* In quibus verbis, ni fallor, ipſos indigitat Chriſtianos peccatores, qui mala eſſe mala ſciunt, qui ea in aliorum perſonam ponderant, ac diiudicant, tandem qui fidem habent; & in Chriſtum credunt, ne reputando, quaſi quòd cum infidelibus loquatur, quòd tu Chriſtianus liber à ſententia Apoſtoli exiſtas; quid ergo ait cuilibet Chriſtiano? vt ſciat Dei longanimitatem, patientiam, ac miſericordiam infinitam, dum eum non punit, expectat, tolerat, ſuffert, non ad amplius peccandum hoc facere, ſed vt à mala vita ſe conuertens, peccare deſinens, ad pœnitentiam recurrat; & quid amplius dicit? Sanè ſi aliter penſitat, quod Deum contemnit, quid clarius dici poteſt vt firmum remaneat peccantes in ſpe Dei miſericordiæ, & de eius bonitate ſiſi Deum contemnere? at proſequor, & peto ſi aliquid amplius dixit Apoſtolus? Sanè, quid illud? iudicium equidem, de talibus impœnitentibus in morte; quid enim? forſitan ſi non vult homo ſe pœnitere, vltimum vitæ expectans protelata hæc Dei patientia, ac infinita miſericordia, etiam & tunc ſtabit, ſic efficaciter, vt infallibiliter ſaluet, an potius ex theſauro miſericordiæ in theſaurum conuerſa iræ vindicabit, condemnabit, tu primum ſperas, Apoſtolus, meo ſenſo, affirmat, ſecundum, cui potiùs credendum, hinc ſequens ait, *ſecundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iuſti iudicij Dei.* Ergo in die iræ, & reuelationis iuſti iudicij, quod eſt dicere in die iudicij ſecundi, quatenus iam primus proceſſit miſer peccator, ex protelata pœnitentia, ex ſpe miſericordiæ, non hanc inueniet, ſed iram, immo & iræ theſauros, cuius rationem excellenter attingens Bernard. ſerm. de triplici miſericordia, *hoc eſt*, ait, *theſaurizas tibi theſauros iræ pro prorogatis theſauris miſericordiæ, quos contemnis, & euacuas in te miſericordiam Dei.* Pende explicationem, & extimeſce miſer peccator in peccatis obſtinatus, de Dei miſericordia vanè confidens; ſcito ergo vſque ad mortis punctum, dum per totam vitam Deus te peccantem ſuſtinuit, in vas tuum ſuos prorogaſſe theſauros miſericordiæ, te patienter expectans, vocans, ſufferens, ſuſtinens, ac tu, ex obſtinatione, ſicut Deus ſuos theſauros effundebat, vt te ad pœnitentiam adduceret, eos diffundebas, in peccatis perſeuerans; quid ergo in fine? vt ait Bernard. pro prorogatis theſauris in vita miſericordiæ vacuum inueniatis eis in morte, & tunc non miſericordia, ſed ira dignus inueniaris; vado nunc, & temerariè, aut ſpera, aut quia impœnitens in Deum confidis, aude dicere, quòd eum non contemnis?

14.

Deus cur ſtatim poſt peccatum non punit.

15.

Patientia Dei à peccatoribus in vita abuſa, in fine in iudicium ſe conuertens illos condemnans.

Bernard.

Ar perſiſtis, non obſtante hoc, in Dei miſericordiæ infinitate, & non vis omnino ſpem hanc falſam deſerere; breuiter concludendo ex Orig. *in hunc locum Apoſtoli*, te conuincam ſic, vt nihil
16. *Dei miſericordia infinita ſubſtãtialiter, finita relatiuè.* vltrà obtendere poſſis; ſcito ergo quòd etſi infinita Dei in ſe ſit miſericordia, tamen relatiuè, vt ſic dicam, & ad extra, ſuam obtinet menſuram, ſuam limitationem, ſuum terminum. nam etſi infinita non operatur, vt ſic dicam, ſemper infinitè; attende hoc, & extimeſce., vnde breuiter etſi in ſe infinita, tibi non infinita, ſed finita. Audi
Origen. nunc Origen. qui poſtquam ex loco Pauli infinitam Dei miſericordiam oſtentaſſet, ſic grauiter poſtea ſequitur, *Sed non nos diſſoluat hoc, & tardos ad conuerſionem faciat, quia rurſus patientia eius, & ſuſtentationis certa menſura eſt.* Probat exemplo, vnde proſequitur; *nam ſicut omnia in menſura fecit Deus, & pondere, & numero*, Sap. 11. num. 21. *ita etiam patientia eius certa menſura eſt, quam menſuram credendum eſt, eſſe conſumptam, vel ab his, qui diluuio periere, vel ab his, qui in Sodomis cæleſti igne vaſtati ſunt.* Quæ, & quanta hîc eſſent ponderanda? quantum ſcilicet Noë ſanctiſſimus Dei iram prædicauit, & tamen dum in miſericordia cæleſti illi confiſi, contempſerunt, hinc ſubitò exterminati, quantum ſanctus Loth cum cognatis effecit, vt ſe à flammis præcauerent. Et tamen *videbatur eis vt ludens loqui*, cum quo in momento exuſti. abſtineo ne longus, ac moroſus ſim, tu ad ſalutem animarum pende, mi lector, clama, & inculca, in nullo ſcilicet homines ſic Deum contemnere, ac quando præpoſterè de eius fidunt bonitate, diabolo ſeruientes, eum ſuſtinendo, vnde Dominus, *aut vnum ſuſtinebunt*, &c.

NVM. 25. Ideo dico vobis ne ſolliciti ſitis animæ veſtræ quid manducetis, neque corpori veſtro quid induamini, nonne anima plus eſt, quàm eſca, & corpus plus, quàm veſtimentum.

Senſus litteralis, & moralis.

1. *Sollicitudo nimia habendi, & procurandi res neceſſarias ad victũ, quàm perniciosa.* IDeo dico vobis. Totus Chriſtus in demolienda auaritia, ac auri cupiditate, terrenarumque rerum, bonorum, nunc excuſationem fortiſſimam præcludit theſaurizandi ſub ſpe neceſſitatis, probatque ſic ſollicitudinem huius neceſſitatis, in terra cor affigere, oculum nequam reddere, à Deo auertere, ac ipſummet theſaurizandi deſiderium. attende ad dicta, facilè namque, aut ſaltem ſi difficilè, minorem habemus reſiſtentiam perſuadendi ne quis diuitem eſſe cupiat, cùm enim tale deſiderium ex ſe vitium importet, & ſit malum, difficulter aliquis aut illud defendit, aut contrà arguit: at perſuadere remiſſionem quærendi victum, & veſtitum, de his nullam ſollicitudinem habere poſt moderatam præſtitam diligentiam, ac laborem Deo ſe committere, cùm, vt dicemus, non laborem, ſed ſollicitudinem Dominus interdixit, hoc perſuadere etiam viris alioquin religioſis, ac ſpiritualibus, & præcipuè patribus, ac matribus familiæ, tum carnalium, tum ſpiritualium, ſic mihi videtur difficile, vt penè dicam impoſſibile, cùm verum ſit ita eſſe ſpiritui inconuenientem, ac damnoſam talem inordinatam ſollicitudinem, ac ipſum theſaurizandi deſiderium, vnde aptè obſeruat Ianſen. ideo primò Dominum non hanc interdixiſſe ſollicitudinem, ne nimis moroſus videretur, & veluti impertinens tanquam rerum præcipiens impoſſibilem, ſed priùs voluit malitiam oſtendere theſaurizandi, vt poſtea illa percepta perciperetur, & huius
ſollicitudinis, *Obſeruandum*, ait, *Dominum in principio non intuliſſe hunc ſermonem de excutienda ſollicitudine, ſic enim oneroſus fuiſſet, & importunus, ſed priùs miſeriam, ac diſtenſionem animi de pecuniæ amore naſcentem oſtendens, tum deinde intulit de abyciendâ ſollicitudine ſermonem, vt iam yſdem de cauſis, quibus pecuniarum amor de facili cognoſcitur eſſe pernitioſus, & noxius, etiam ſollicitudo neceſſariorum cognoſceretur eſſe mala.* Cordatè, non prius Ianſen.
Dominus ſollicitudinem neceſſariorum interdicere voluit, quàm mala concupiſcentiæ theſaurizandi aperiret, hæc ſunt, non poſſe duobus dominis ſeruire, à Deo abſtrahere, oculum efficere nequam, & omnem bonam peruertere intentionem, cor in terram, & terrenum efficere; hæc autem omnia ſecum importat ſollicitudo neceſſariorum, immo aliquando fortius, vtpote de neceſſariis, non ſuperfluis, cum peccatis noſtris ob illam, & Deo ſeruire negligimus, vt Dominus à quibus ſuſtentamur, aſſiſtamus, omnem prorſus ſpiritualem ac rectam intentionem amittimus, tandem cor ſic terrenum efficimus, vt prorſus, etſi Religioſi, carnales deueniamur, vnde August. de ſerm. Domini, *ne fortè*, ait, *quamuis ſuperflua non quærantur, propter ipſa tamen neceſſaria cor duplicetur, & ad ea deflectenda torqueatur intentio, ſubiungit dicens, ideo dico*, &c. 2. *Eadem mala facit ſollicitudo neceſſariorum, quam deſiderium theſaurizãdi.* Auguſt.

At, vt certa ab incertis ſeparemus, ſupponendum, vt diximus, hic Dominum laborem, & moderatam victitandi diligentiam non interdicere, fuit enim hæreſis Eutychorum, vt refert Auguſt. *de hæreſibus cap. 57. tom. 6.* qui affirmabant Monacho non licere ſuſtentandæ vitæ ſuæ cauſa aliquid operari, contra quos ipſe diſputat, de operibus Monachorum, *cap. 1 tom. 3.* probans ex Apoſtolis tum authoritate, tum exemplo, Monachum laborare debere, & quemlibet Chriſtianum, vt manducet, vnde ait Apoſt. *qui non vult operari, non manducet*, 2. *ad Theſſ 3. num.* 10. in qua re ſic ſeuerus eſt Auguſt. vt velit, vt ſi miniſter, Eccleſiæ paſtor, & in ſpiritualibus adiutor habeat ex patrimonio vnde ſuſtentetur, non ſumat ſuſtentum ex bonis Eccleſiæ, ac non operando manducet ex illis: ſecus autem ſi bona ſua diſtribuit, pauperibus ea tribuens, ex quibus ſuſtentabatur, non laborando. nam aliàs etiamſi ea antea dediſſet ei, tamen laborabat, vult vt in officio etiam laboret, vt dicemus: qui autem non paſtor, non miniſter, nullo modo vult, vt ſine opere manducet, quæ doctrina vtpote ſingularis, placet hîc inſerere, vt ſenſu conſiderato tanti Doctoris, ac magiſtri, videant Clerici diuites ex patrimonio, videant paſtores quomodo redditibus vtantur Eccleſiaſticis, cùm illis, ſi aliunde eis prouiſum, nolit Auguſtin. vti poſſint, ſed omnia pauperibus diſtribui. Accipe ergo Auguſt. doctrinam, in ſupradicto opere Monachorum, qui poſtquam confirmaſſet exemplo Pauli illum manducaſſe operando, vt nullius opere indigeret, & nulli eſſet grauis, licèt poteſtatem haberet quatenus paſtor eorum repetendi ab eis neceſſaria, *ipſi ſcitis*, ait Apoſtol. *quomodo oporteat vos imitari nos, quia non inquieti fuimus inter vos, neque panem ab aliquo gratis manducauimus, ſed in labore, & fatigatione* Idem. 3. *Ad vitam ſuſtentãdam operandum.* Idem. 4. *Eccleſiæ miniſtri contra Auguſtini ſententiam quando de redditibus Eccleſiæ ſe ſuſtẽtare poſſunt.*

gatione die, ac nocte laborantes, ne quem veſtrûm grauaremus, non quia non habuimus poteſtatem, ſed vt nos ipſos formam daremus vobis, qua nos imitamini. ponderans, quòd etſi poteſtatem haberet neceſſaria repetendi, tamen noluiſſe, ſic ait, *& tamen Apoſtolo tanquam prædicatori Euangelij, militi Chriſti, plantatori vineæ, paſtori gregis conſtituerat Dominus, vt de Euangelio viueret, qui tamen ſtipendium ſibi debitum non exegit, vt ſe formam daret eis, qui exigere indebita cupiebant, audiant ergo qui non habent hanc poteſtatem, quam ille habebat, vt non tantummodo ſpiritualiter operantes, manducent panem, à corporali labore gratuitum: ſi autem Euangeliſtæ ſunt, ſi miniſtri altaris, diſpenſatores ſacramentorum, habent hanc poteſtatem.* At quando ſecundùm Auguſtin. tunc, quando quod in ſæculo habebant, pauperibus diſtribuerunt, iſtis ait Sanctus, quia in ſæculo, ſine opificio viuebant, licebit ſine illo etiam viuere ex reditibus Eccleſiæ, vnde ſequens ait, *ſi ſaltem habebant aliquid in ſæculo, quo facilè ſine opificio ſuſtentarent hanc vitam, quod conuerſi ad eum indigentibus diſpartiti ſunt, & credenda eſt eorum infirmitas, & ferenda.* Ex quibus patet duo in miniſtro Eccleſiæ quærere Auguſtinum, ad hoc, vt non laboret miniſtrando, *primum*, vt ſuum patrimonium in pauperes diſtribuerit, & *ſecundum* quòd quando non miniſtet, ſuſtentaretur ex illo non operando, tunc ait, *huius infirmitas*, ſigna verbum, *& credenda, & ferenda.* At quid ex hoc Auguſtin. nunquid illi ſatis de miniſtris Eccleſiæ tantùm illud affirmaſſe? minimè, niſi ad Mona-

5\. chos tranſiens ſic neruosè loquitur. *Sed qui veniunt ad profeſſionem ſeruitutis Dei ex vita ruſticana, & ex opificum exercitio, & plebeio labore, ſi quominus operentur, excuſari non poſſunt, nullo enim modo decet, vt in ea vita, vbi ſenatores fiunt laborioſi, ibi fiant opifices otioſi, & quo veniunt relictis delitijs ſuis, qui fuerunt prædiorum domini, ibi ſint ruſtici delicati.* Quantum in ſe hæc verba pondus includant, ſciunt ſancti religionum Prælati, ſciunt & ſancti Religioſi, ad talem enim horum miſerabilium in ſæculo ſuperbia ſtatum aſcendit, vt ſi Principum filij, non plus delicatè in religione, ac quaſi ex iuſtitia regale victum poſtulent, dum in proprijs domibus, inter iumenta pecudes, ac porcos pane ſuſtentabantur laboris. Sed ad rem, ſol-

Religioſi pauperes in ſæculo, & qui liberè victum parabant, quàd propterea deprecarè in religione viuere volunt.

6\. licitudinem ergo interdixit Dominus, non hu[…]rem, moderatamque induſtriam, vnde Hieron. hic, *Præcipitur nobis ne ſolliciti ſimus, quid comedamus, quia in ſudore vultus præparamus nobis panem; ergo labor exercendus eſt, ſollicitudo tollenda*, & Auguſtin. vbi ſuprà, *non hoc dicit, vt iſta non procurent, quantum neceſſitatis eſt, vnde honeſtè poterunt viuere, ſed vt iſta nõ intueantur, & propter iſta faciant quidquid in prædicatione Euangelij facere iubentur, eam namque intentionem paulo ſuperius oculum vocauerat.* Egregiè. non procurationem vetuit, neque laborem, ſed animæ ſollicitudinem. nam, vt bene Chryſoſtom. in Imperf. *non ſollicitudinibus ſpiritualibus, ſed laboribus corporalibus acquirendus eſt panis.* remaneat ergo firmum, non laborem, ſed ſollicitudinem, Dominum inhibuiſſe. nam, vt bene Ianſ. ſollicitudo laboris non propriè eſt ſollicitudo dicenda, ſed diligentia, *laudabilis*, ait, *eſt ſollicitudo, qua quis ſecundùm exigentiam rei diligentiam adhibet perficiendi illud, & hæc rectè vocatur ſollicitudo diligentia, nec propriè eſt ſollicitudo dicenda, ſed diligentia.* Subtile. Sollicitudo propriè eſt animi, diligentia propriè reſpicit laborem externum, hanc Dominus non prohibuit, bene illam, nos vult, non noſtra, animum, non externa, mentem, non manum. Laboremus ergo victum operando, ſed ſine animi ſollicitudine.

Dominus non laborem, ſed ſollicitudinem interdixit.

Hieronym.

Auguſt.

Chryſoſt.

Ianſen.

At nunc quid per ſollicitudinem? Ad rem ſan- S.Thom.

7\. ctus Thomas, *Dicendum*, ait, *quòd ſollicitudo nominat prouidentiam cum ſtudio.* At cur prohibita prouidentia cum ſtudio? quia, ait Sanctus, *ſtudium eſt vehemens applicatio animi, in illa autem vehementi applicatione poteſt eſſe peccatum.* Quod peccatum varijs modis affirmat poſſe interuenire. *Primò* quando talis vehemens ſollicitudo tendit ad rem corporalem procurandam tanquam ad finem; quapropter, vt bene Ianſ. *hic*, prius, & potius æſtimat victum comparare, quàm regnum Dei quærere. *Secundò* quando ad ſuperflua. *Tertiò* quando excedit modum, & eſt nimius hominis animus ad temporalia acquirenda, & neceſſaria. *Quartò* tandem, quando quidam eſt ſollicitus cum timore, & deſperatione, timens ſibi deficere, in his omnibus affirmat Sanctus ineſſe poſſe peccatum, in ſollicitudine neceſſariorum. Quos

Sollicitudo quid, & quo modo in ea peccatum eſſe poſſit.

8\. ſi attentè conſideres, non ſolùm talis ſollicitudinis damnum inuenies, ſed etiam quòd vix ſine peccato illa exerceri poſſit, immo quod ſine illo moraliter exerceatur, intellige veniali. nam ſi aliquis eſt nimis ſollicitus de his, & ſi non vt ad finem, neque pro fine illa intendit, vitians ex hoc intentionem boni operis, tamen vix ad ſuperflua non ſe extendet, reputans eſſe neceſſaria: at & ſi nec hoc, neceſſarijs tamen contentus, modum non obſeruabit, die, noctuque in neceſſarijs animum vehementer intendens, tandem ſi nec hoc, anxius ſemper manebit, timẽs defectionem, hinc nunquam ſatisfactus, ſi per annum ſufficientia habeat, formidans neceſſitatem, ad annos ſuam extẽdet ſollicitudinem: at cùm vehemens ſit hoc ſtudium, & animi applicatio, quantum hæc creſcit circa hæc, tantum à Deo ſe abſtrahit, & elongat. Hinc paulatim frigeſcente animo ad ima dilabimur, ſic ad acquirenda diſtracti neceſſaria, ac

Quanta difficultate ſine peccato exerceatur.

9\. ſi toti eſſemus ad theſaurizandum, ex quo eadem mala ab hac ſollicitudine, ac ex theſaurizandi appetitu, *Multos ſollicitudo iſta ſcandalizauit*, ait Rupert. *vt malum Dominum ſuſtinerent, & bonum Dominum contemnerent, & non ad horam tantùm, ſed vſque in finem, alius plus, alius minus à curis huius ſæculi, à ſollicitudinibus huius vitæ ſcandalizatur.* In qua equidem tanti DD. authoritate, licet illud pendere, nempe aliquos vſque in finem ex hac ſollicitudine ſcandalizari, hoc eſt, vſque ad mortem, vſque ad infernum, cur hoc, cùm neceſſaria procuret, & de neceſſarijs eſt ſollicitus? ſanè reſpondet ex periculo. nam ſæpè ex neceſſitate, & de neceſſarijs ſumus ſolliciti, ac tractu poſtea temporis deuenimus ad ſuperflua: *ſed hæc via periculoſa eſt*, ait Rupert. ſcilicet ſollicitudo de neceſſarijs, *ne fortè dum quaſi ex neceſſitate corporis ad hoc peruenias, vt ex amore ſeruias Mammonæ, & non tu, ſed illa dominentur tibi, & dum putas ire fortiter cõtra ictum fluminis, victus cupiditatum ſeruus ad inferiora deuoluaris.* At quomodo de neceſſarijs ſollicitus ſeruus efficitur? Ad rem Paſch. Ratb. quia qui

Ad infernum ſæpè detrahit, & cur.

Rupert.

Idem.

Paſch Ratb.

10\. ſollicitus eſt diuitijs acquirendis, diuitijs ſeruit, ſollicitudo enim ſeruitium quoddam eſt: vnde bene Maldon. *non omnem reprobat*, ait, *ſollicitudinem, ſed eam, quam ſeruus erga dominum habet.* Quid ergo refert ſi neceſſaria tu procuras, non ſuperflua, ſi ſeruis: at cùm Dominus dixerit neminem poſſe duobus dominis ſeruire, ſiue neceſſaria ergo procures, ſiue ſuperflua, parum refert:

Sollicitudo neceſſariorum nimia eſt ſeruitus.

ſi

ſi ſeruis, ſic excluderis à Domini ſeruitio, & cogeris diabolum ſuſtinere, vt ait Rup. ac ſi ſuperflua requireres, cùm firma ſtet ſententia neminem poſſe duobus dominis ſeruire; quid ergo reſtat? vt ſic hæc procures, vt ſine ſollicitudine, te diuinæ prouidentiæ committendo, tu laborando ſine ſollicitudine. nam ille te prouidebit cum ſollicitudine; amplius tui curam ſollicitus gerens ex tua ignauia, vt ſic dicam, quàm tu, tui ipſius ſi ſummam adhiberes diligentiam.

17\. *Nemo eſt ſollicitus in prouidendo illi qui non eſt ſollicitus ſui.*

Amice experto crede religioſo viro, nulla ſit opulenta negotiatio ad omnia habenda, quàm de omnibus etiam neceſſariis nulla ſollicitudo, quod non ſolùm de priuato intelligendum religioſo, ſed, quod caput, de ſuperiore, cui prouidentia fratrum incum-

18\. *Superiores ſi domum abundantem poſſidere volunt, ne nimis ſint ſolliciti.*

bit, tunc de illis erit amplius ſollicitus, quando ſine animi ſollicitudine, hanc tantùm ad ſui ſuorumque profectum intendens, loquor experimentaliter, & non quod audiui, aut legi, ſed quod expertus in prælatione, & prælationibus, nunquam ſic domum poſſedi abundantem, refertam, opulentam, ac quando domi retentus modica ex cellula diligentia adhibita, totus ad domius obſeruantiam me deſtinabam, nihil de temporalibus ſollicitus, *dixi præſens*, Petrus ait Da-

Petr. Dam.

mia. lib. 6. epiſt. ad Abbates, & Monachos 35. *dico*

19\. *Perpetuò erunt mendici, ſi nimis ſolliciti, & huius rei ratio.*

nunc abſens, ſpernite diuitias, ne perpetuò mendicetis. Magiſtraliter, & practicè ament, & cupiant ſæculares diuitias, & de illis ſint ſolliciti, vt mendicent: at religioſi quorum prouidentia Deo incumbit, amittant diuitiarum ſollicitudinem, ſi

20\. *Religioſi quo modo victũ quærere debent.*

mendicare nolint, non enim noſtra negotiatio, ad victum quærendum admodum debet eſſe ſæcularium negotiationis mercatorum tractantium, ex ſua induſtria fructum ſperantium, ad altiora vocati ſumus, labor noſter, quo panem, quo neceſſaria acquirimus, obſeruantia eſt noſtrarum regularum, cùm ſuſtentationem noſtram per paupertatis votum Deo commiſimus, hinc dum obſeruantias complemus, nocturnum, diurnumque laborem in terra ſerimus diuinæ prouidentiæ, ex qua centuplum haurientes non manducabimus, in modi ireſcemus, omnibus ſuperfluentibus: at ſi contrà ad modum ſæcularium. velimus de neceſſariis nobis prouidere, ſerendo, mercaturam exercendo, vagando, ſanctas relinquendo obſeruantias, vt victum quæramus, toti ſolliciti ad illum, edico cum Damiano, perpetuò mendicemus,

Chryſoſt.

eſcas, ait Chryſoſt. relatus ab Hugo Card. *& ſi ſollicitus non fueris, habebis, iuſtitiam verò niſi ſollicitus fueris, non habebis; quæ ergo ſapientia de hoc ſollicitum eſſe, quod ſine ſollicitudine etiam apprehendes, & non eſſe ſollicitum de eo, quod niſi ſollicitus fueris, perdes.*

Caietan.

Pulchrè Caietan. ponderans ly *veſtra*, ſic ait, *ſignificantiùs appoſuit, animæ veſtræ, vt tollat, ſollicitudinem etiam de neceſſarijs ad vitam, ac per hoc multo magis de neceſſarijs ad perſonæ ſtatum.* Egregiè, de ipſa vita noluit nos eſſe ſolicitos, hoc eſt, de pertinentibus ad ipſam, nunquid velit de his, quæ ad ſtatum perſonæ, quæ minus, obſeruat Ianſen. non ſolum eſſe malam. Malam ſollicitudinem anxiam de rebus corporalibus, ſed etiam de ſpiritualibus, quod equidem magiſtraliter eſt dictum, nam ait talem ſollicitudinem arguere diffiden-

21\. *Sollicitudo anxia etiam in rebus ſpiritualibus mala.*

tiam diuinæ bonitatis, *Non ſolùm anxia illa ſollicitudo, vituperabilis eſt*, inquit, *dum in rebus temporalibus occupatur, ſed etiam in rebus ſpiritualibus, cùm æquè tunc arguat diffidentiam diuinæ bonitatis.* Quod Apoſtolica doctrina confirmans ſequitur, *vnde Paulus huiuſmodi anxietatem, & timiditatem in omnibus rebus volens abeſſe dicit, nihil ſolliciti ſitis, ſed in omni oratione, & obſecratione petitiones veſtræ innoteſcant apud Deum*, ad Philip. 4. quod equidem veriſſimum, & ſecundùm omnium myſticorum doctrinam, in omnibus ſcilicet ſemper pacem ſeruandam animæ. Quod ſi hoc in ſpiritualibus, quid dicendum in temporalibus.

Nonne anima plus eſt quàm eſca. Quid per animã? Sanè vt omnes ipſa portio ſpiritualis, altera corporis pars, quod ex oppoſita quam nominat pater, corpus nempe. At quid, nunquid anima comedit? Ianſ. Maldonat. affirmant ex Auguſtin. animam eſſe poſitam pro vita: at nõ eſt neceſſarium, Ianſ. Maldon.

cùm verba non animæ ſoſtentationem ſignificent, ſed donum. nam qui animam dedit pretioſiſſimam, nunquid non dabit eſcam? quaſi dicat, ait Hugo Cardinal. *qui dedit animam, quæ magis eſt, dabit & eſcam, quæ minus eſt.* & Auth. Imperf. *confirmat ſpem noſtram, primò de maiori ad minus, niſi enim voluiſſet conſeruare quod erat, non creaſſet: quod autem ſi creauit, vt per eſcam ſeruetur, neceſſe eſt, vt det ei eſcam, quandiu vult eſſe, quod fecit.* Hoc equidem fecit primum Chriſti argumentum, ſiue ad perſuadendam ſollicitudinis carentiam rerum neceſſariarum, in qua te ſic efficacem ſe oſtendit, ſic argumentis luculentum, vt illud non vno, vel duobus, ſed pluribus, vt videbimus, probat, quod neſcio, an alibi hoc fecit: ſignum tum malitiæ & periculi talis ſolicitudinis, tum difficultatis eam ab animis eripiendam humanis. Vnde rectè

Hug. Card. Auth. Imp.

22\. *Chriſtus quãtum in exſtirpanda nimia ſollicitudine rerum neceſſariarũ.*

Ianſ. *Cùm ſciret Dominus*, ait, *ſollicitudinis morbum, in omnium ferè mentibus nimis hærere non ſatis fuit ex ſuperioribus inferre, non oportere nos eſſe ſollicitos, ſed multis, idque efficacibus argumentis proſequitur ſollicitudinis huius vanitatem, & indignitatem oſtendere.* Sic miſerum, ſic auidum cor eſt humanum, ſic in Dei confidentia remiſſum, vt etſi totum poſſideat mundum, tamen neceſſaria etiam de futuro timeat, vnde Dominus talem puſillanimitatem, in ſanctiſſima Theraſia amicè reprehendens, dum de emptione cuiuſdam domus dubitaret, quia nummis carebat, exclamando dixit, *Heu puſillanimitas cordis humani, adhuc reputas terram tibi defecturam.* Idem.

Reſpice volatilia cæli, quoniam non ſerunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & Pater veſter cæleſtis paſcit illa, non ne vos magis pluris eſtis illis? NVM. 26.

Senſus litteralis, & moralis.

VOlatilia cæli, &c. Quid per volatilia? Aliqui, vt apud Hieronymum, Angelos intelligunt, alij Dæmones; ſed audi Hieronymi de hac re iudicium. *Sunt autem quidam*, ait, *qui dum volunt terminos patrum excedere, & ad alta volitare, in ima merguntur.* Quod de Scripturarum expoſitione Hieron. dic tu, & de cæteris facultatibus, ſiue Philoſophicis, ſiue Theologicis, iam Ariſtotelicam fœtet doctrinam in Philoſophicis, nolo dicere apud aliquos iam nauſeare Thomiſticam, bene mihi ſentire eſt de omnibus, nullo modo credo ſanctorum Patrum authoritatem apud aliquos iam viloſcere: at ſi fortè hoc eſt, cum Hieronymo dico, quòd dum volunt terminos patrum excedere, & vltra illos ad alia volitare, in ima mergentur;

Hieron.

1\. *Quid per volatilia.*

gentur; per volatilia ergo, vt ait Hieronym. & cum illo omnes, ſimpliciter ipſi cæli paſſeres intelliguntur.

2. *Chriſtus quo ſenſu ad volatilia nos remiſit.*

Argumentum eſt à minori ad maius, paſcit volatilia, quæ mioora; ergo non paſcet vos, qui maiores. ſuprà in primo argumento, proceſſerat de maiori ad mious, dedit animam, dedit corpus, quod maius; nunquid non dabit minus? eſcam ſcilicet ac veſtimentum, vt videas oullum modum argumentationis dereliquiſſe, vt propoſitionem concluderet. nam poterat aliquis dicere, eſto, quòd ſit id, quod dicis, Deum non defuturum in neceſſariis, & qui dedit animam, & corpus, dabit & eſcam, & veſtimeotum. At quomodo hoc ſine ſollicitudine? hoc enim impoſſibile; vt autem hanc euacuet inſtantiam, ad volatilia cæli eos remittit, quæ oeque ſerunt, neque metunt, & tamen Deus ea paſcit.

3. *Quomodo hæc ſint intelligenda. Caiet.*

At quomodo hoc iotelligendum, & applicandum, nunquid non ſerendum, non colligendum, nunquid ſicut paſſeres ad cantum tantùm attendere debemus? nihil minus. ergo quomodo? Caietan. *Hoc eſt*, ait, *quemadmodum volatilia paſcuntur à Deo faciendo, quod in ſe eſt, ſcilicet eundo ad locum vbi eſt cibus, & omittendo officia incompetentia illis, & excedentia vires eorum, vt ſunt metere, & ſerere; ita homo faciat, quod in ſe eſt, exerceat officia, omittendo ſollicitudinem, vtpote irrationabilem, & excedentē vires eius, vtpote de futurorum contingentia euentu, diuina proprio prouidentiæ.* Caiet. conſonat Ianſ. qui veram huius loci intelligentiam meo ſenſu eſt aſſecutus, affirmans etſi volatilia non ſerant, neque metant, tamen laborare ſequendo naturalem inſtinctum, quem eis Deus dedit ad cibom requirendum, ex quo rectiſſimè infert, pro labore non intelligendum tantùm corporalem, ſed omne illud, ad quod quemque Deus deſtinauit, ſiue ſit corporalis, ſiue labor ſpiritualis.

Ianſen.

audi ipſum, *Sed intelligendum, Dominum voluiſſe, vt nos reſpiciendo ad Dei prouidentiam, circa paſtum auium anxiam animi ſollicitudinem exueremus, certò perſuaſi quòd cùm Deus illarum conditor, noſter verò etiam pater, illas paſcat citra illarum laborem, dum tantùm id faciunt, ad quod naturæ inſtinctu impelluntur, etiam nos ſic multo magis paſturus dum id facimus, quod ex eius voluntate & præcepto nobis incumbit, adeò vt ſi ex eius voluntate alijs melioribus operibus intenti ſimus, quàm his, quæ ad victum parandum directè ordinantur, qualia ſunt ſerere, & metere, metuere tamen non debemus ne nobis non ſerentibus, nec congregantibus in horrea, deſit vnde viuamus.* Si intimiùs Ianſenij ratio expendatur, ſummam continet veritatem, ex qua, quoad ſtatum pertinet Religioſorum, duo eliciuntur documenta, tum veriſſima, tum perquam neceſſaria.

4. *Exercitia ſpiritualia Religioſorū media etiā ſunt ad comparanda tēporalia, & neceſſaria ad victum. huius rei efficax ratio.*

Primum, quando ipſi toti ſunt ad exercitia ſuæ religionis perfectiſſimè exequenda, chorum, orationem, ſilentium, ſolitudinem, clauſuram, aliaque reliqua ratiooe ſui inſtituti, ad quem Deus eos addixit, & vocauit, non ſolùm talia eſſe media, ad regnum acquirendū cœlorum, propriamque perfectionem, ſed etiam ad victum veſtitumque lucrandum, non eqoidem aliter ac paſſeres, inſtinctum ſuum naturalem ſequendo. nam ſi Deus hos paſcit prouidendo illis, vt victum inueniant paratom, ſuum illo exercendo officium, profectò multo magis & Deus paratum præſtabit victum illis, qui ſuo fungentes ſtrenuè opus ſequuntur, ad quos Deus eos ordinauit, adduxit, eòque ampliùs, quanto ipſorum eſt pater, non Dominus tantùm, vt paſſerum. Ad quam doctrinam cooſirmaodam mirifice facit illa Auguſtini *de oper. Monach. c. 23.* dum eos inſtruit, quid ei reſpondere debebant, ſi videns eos laborare, reprehendiſſem ex iſto Euangelij loco affirmans, Monacho noo eſſe laborandum, quia Dominus dixit, *reſpicite volatilia cæli, ſi ex Euangelio mouerit quæſtionem*, ait Auguſtin. *de volatilibus cæli, quæ non ſerunt, neque metunt, facilè reſpondebitur, ſi nos per aliquam infirmitatem, vel occupationem non poſſumus operari, ille nos paſcet, ſicut aues, quæ nihil operantur.* Magiſtraliter, equidem laborandum, at ſi adeſt occupatio ex Dei mandato, laborem interdicens manualem, aut alium quemlibet, tunc opus illud, ſeu occupatio in locum iottabit illius laboris, & ad inſtar paſſerum Deus nos ſuſtentabit, paſcet, abundanter, ſuperaffluenter. *Auguſt.*

5. *Religionum ſuperiores quantū errent alijs medijs victum procurantes, quā à regulis inſtitutum.*

Secundum autem quod à veriſſima Ianſ. doctrina elicitur, eſt, quantum à vero aberrent hi Religioſi, aut religionum ſuperiores, qui aliis mediis ſuam procurant ſuſtentationem, quàm à Deo, ipſis per ſuas regulas conſtitutis ſacras obſeruantias de relinquendo chorum, orationem, ſilentium, clauſtrum, ſolitudinem, per compita, per vias, per caſtella vagando, circūcurſando totum penè annum inter ſæculares homines, fœminaſque victitando, immo, ſi Deus vult, & mercaturam exercendo, non ſolùm ſerendo, metendo, ſed lucrando, ne quid aliud peius dicam, vt triſtem lucreotur panem; iuſto Dei iudicio ferè ſemper fame pereuntes, falluntur equidem, quia cùm ad acquirendum ipſorum victum noo ſint illa proportionata media, ſed incongrua, ac diſſita, hinc nunquam illum acquirent, quem equidem ſæcularis acquireret, vtpote media illi proportionata, ex quo quantum iudicij pondus ante Dei tribunal eis remaneat, ex hoc cogitare poſſunt, quia nulla eis iuſta excuſatio, nulla iuſta reſpooſio, hoc ſcilicet feciſſe ad neceſſaria quærenda, quæ deerant, cùm ſua culpa deficiunt, iuſta, & apta ſecuodùm inſtitutum, media non apponendo. nam, vt ſuprà ex Caietan. dicebamus, ideo aues cibum conſequuntur, quia aptis viuntur mediis, non impertinentibus, & improportionatis eorum naturæ, volando accedunt ad cibom, non verò ſerunt, aut

6. *Religioſorum multitudo nō eſt cauſa paupertatis.*

metuot. nam ſi hoc exquirerent, nunquam ad cibum peruenirent. Sic eqoidem & de religioſis dicendum, non eſt cur de penuria cauſentur, cùm mediis ſibi proportionatis non vtantur, neque eſt qoòd multitudinem cauſentur Religioſorum; nam ſi ipſi obſeruantes ſuarum eſſent obſeruantiarum, nunquid impotens Deus ad multos ſuſtentandos? S. Alpherius, vt in eius vita Patrum occident. *pag.* apud me 170. cùm ſuis mandaſſet poſt eius mortem non amplius eſſent quàm duodecim, *ne ſi numerum excederent, ſuſtentari de rebus monaſterij non poſſent.* In morte banc retractans conſtitutionem, ſic eis dixit, *Ego quod de numero fratrum conſtitui, ſecundùm hominem dixi. nam quod mihi Dominus reuelare dignatus eſt, in hoc monaſterio innumerabilis multitudo ad eius ſeruitium colligenda eſt, atque qui eos ad regnum ſuum congregat, temporales etiam ſumptus miniſtrabit.* En Sanctorum doctrina, & veritas. Dices, verum quando Deus congregat, vocat, attrahit, quando cum prudentia, ac diſcretione admittuntur, quando iuxta mediorum poſſibilitatem ad exigentiam victus, cùm equidem manifeſtum, prudentialiter loquendo, non eum numerum Religioſorum quamlibet domum ſuſtentare poſſe, quæ exercitijs vtitur contemplationis, *S. Alpherius.*

7. tionis, ac, quæ actiuis, hincque ne fame pereant, ad victitandum foras mitti exercitiis interpolando, ſiue deſerendo. Sanè hæc ratio vrgens eſt, & ex qua mea ſententia vnica pendet omnium religionum ruina, dum ſupra poſſe grauantur: at tuæ, amice, prouidens conſcientiæ, duo tibi conſulam, *primum* conſulit iux te officium dimittere, immo & religioni ipſam domum, quàm contra regulam talem modum victum conquirendi admittere, eſt ſententia S. Bonauen. *de ſex alis Seraphin*, ſic grauiter caſum decidens, *cùm talis forma conquirendi eſt contra regulam, & in ſcandalum, & religionis deformitatem, melius eſt ibi non eſſe Religioſos, vbi non poſſunt, nec nolunt viuere vt religioſi. Secundum*, vt velint, nolint, ad regulares obſeruantias eos addices, cùm vnum de duobus, aut diſcedant alibi, &

Domus Religioſa potius deſerenda, ſi ſtatuta in ea obſeruari non poſſunt, ob paupertatem.

S. Bonauent.

8. ſic numerus minorabitur, aut certiſſimè Deus prouidebit, quod equidem, meo ſenſu, abſque infidelitatis nota, addubitari non debet, prouidebit, dico, mandans, iubens, imponens diuitibus huius ſæculi, vt ſuos pauperes obſeruantes, vitam Apoſtolicam degentes, alant, ſuſtentent, immo & quòd & domos, monaſteria ac Eccleſias ædificent, ſi fortè aut diruta, aut eis careant. *Saturabuntur ligna campi, & cedri Libani, quos plantauit*, ait Propheta Rex Pſalm. 103. num. 16. *illic paſſeres nidificabunt. Herodij domus dux eſt eorum*, per ligna, per cedros Rupert. hîc diuites intellexit huius ſæculi, per paſſeres, Religioſos, per herodium, Chriſtum, per eius domum, Apoſtolorum vitam, poſt quæ ſic ait, *Si paſſeres eſſe cupitis, ſi derelictis omnibus hunc magiſtrum ſequi vultis, domus eius præcedet volatum veſtrum, clamans ad ligna campi, dicens ad cedros Libani, præcipiens potentibus, & diuitibus huius ſæculi, Expendite ramos veſtros, & ſuſcipite paſſeres iſtos, effundite theſauros veſtros, & paſcite voluntarios pauperes iſtos, nidificent apud vos paſſeres iſti, conſtruite cœnobia, fundate Eccleſias, vbi habitent pauperes iſti, vt vacet veſpere, & manè, & meridie narrare, & annuntiare, & exaudiet Deus vocem eorum, tam pro vobis, quàm pro ſemetipſis clamantium, atque exorantium.* quod cùm ſit, certiſſimè hoc eueniet, neque apud iudicem eris ſecurus ex multitudine Religioſorum, excuſationem inobſeruantiarum prætexens; ſed progredior.

Deus certiſſimè obſeruantes religioſos prouidebit,

Rupert.

9. Cur exemplum poſuit de paſſeribus? nónne ſatius, ſi in medium Eliam adduxiſſet, ſi Moyſem? Minimè, ait Chryſoſtum. *Nam voluit oſtendere diuinam prouidentiam, ad minimas quaſque, atque viliſſimas etiam res pertinere, nec vt ſtulti illi dicebant, cœlo tantùm Deo claudi.* Theophyl. acutè, ideo non Eliam, non Moyſem affirmat in medium adduxiſſe, ſed aues, vt ſignificaret brutiores nos illis eſſe, ſi illis Deus prouidens reputemus non nobis prouiſurus, *Potuiſſet*, ait, *afferre in exemplum, Eliam, & Ioannem, & meminit auium, vt admoneat nos etiam illis brutiores eſſe*, ſcilicet, ſi de eius prouidentia non erimus ſperantes.

Cur Chriſtus exemplum poſuit in auibus, & non in ſanctis hominibus.

Chryſoſt.

Theoph.

10. At cur aues, & non alia nominauit animalia? Maldonat. tres aſſignat cauſas, *prima*, vt nobis exempla proponeret, ex toto mundo, vnde incipit à cœlo, deſinit in terra, *conſiderate lilia agri. Secunda* quòd cùm verſentur in aëra, longiùs à cibo abſunt, & tamen eas Deus paſcit. *Tertia* quòd alia animalia terreſtria, in cibo procurando, plus ſolent habere induſtriæ, vnde Salomon negligentem mittit ad formicam, *Prou. 6. num. 6. & 30. num. 25.* Bona hæc, ſed meliora Ianſ. quia aues cœli non ſolùm minorem præſeferunt ſollicitudinem, ſed quia totæ ad cantū ſint, *Vt nos transferat*, ait Ianſ. *ad auium imitationem, etiam in eo, vt terrenis omnibus ſuperegreſſis cœleſtia petamus.* vnde Hugo Cardin. *veriſimiliter*, ait, *poſſunt hæc exponi de Religioſis, qui nec ſerunt, nec metunt, & nihil in terra quærunt, & ab omni mundana ſolicitudine ſemoti, ſola contemplatione in cœlo degunt.* Ex quo licet inferre quòd ſicut cantando aues ſuo fungentes officio, nihil de cibo curantes, Deus paratum eis illum tenet, ſollicitus de eorum prouiſione, ſic, immo & multo magis cantantibus in choro, illique pſallentibus ſanctis Religioſis, dum in cantu toti ad ipſum, ipſe totus ad eos, vt ſine labore paratum inueniant victum.

Cur aues nominauit, & non alia animalia.

Ianſ.

11. *Chorus medium efficax ad victum procurandum.*

Tandem, aues cœli dixit, ad differētiam auium, quæ ab hominibus aluntur, humana prouidentia, cùm aues, ſiue paſſeres, cœli ſola à diuina, *Luc. c. 12. num. 24.* coruos nominatim dixit, *Conſiderate coruos, qui non ſeminant, neque metunt, quibus non eſt cellarium, neque horreum, & Deus paſcit illos.* Hoc ideo aliqui putant, quia coruorum pulli à patre deſeruntur, vtpote non nigri, quos tunc Deus paſcit: vnde Iob 39. num. 3. *Qui præparat coruo eſcam ſuam, quando pulli eius clamant ad Deum, vagantes eo quòd non habeant cibum*, in quem locum Gregor. *coruus*, inquit, *vt fertur, editis pullis eſcam plene præbere diſſimulat, prius quam plumeſcendo nigreſcat, eoſque inedia affici patitur, quoad vſque in illis, per pennarum nigredinem, ſua ſimilitudo videatur.* & Dauid Pſalm. 146. num. 9. *qui dat iumentis eſcam ipſorum, & pullis coruorum inuocantibus eum.* Alij qui de hiſtoriæ veritate addubitant, affirmant, ideo coruos in medium produxiſſe tanquam animal vile, & edaciſſimum, & tamen illud paſcit. placet, nam ad mores amplius facit, ne quis reputet ad ſufficientiam Deum non eſſe prouiſurum ei, quia multis indiget, vt infrà iterum dicam, paſcit coruos deuoratores, qui nunquam exſatiantur abundanter, & ſufficientiſſimè; ergo non paſcet homines abundantiſſimè, ſecundùm totam eorum exigentiam?

12. *Chriſtus apud Lucam cur coruorum prouidentia meminit.*

Gregor.

Et Pater veſter cœleſtis paſcit illa. Signanter, non Deum, vt ſic, nominauit, ſed patrem, & patrem veſtrum. nam Deus non eſt paſſerum pater, etſi Dominus: at noſtrûm eſt pater; ſi ergo paſcit volatilia, quorum non eſt pater, nunquid non paſcet homines eorum pater? vnde bene Raban. *Quis Rex deuotis militibus debitam non procurat annonam? quis dominus ſeruis ſuis non miniſtrat cibaria? quis pater non dat filijs? noli homo exacerbare Deum, pro te taliter cogitando, dabit regnum, ſuſpiras panem, induet immortalitatis gloriam, plangis corporis veſtimentum.*

13. *Cur patrem Deū dixit, & non Dominum.*

Quis autem veſtrûm cogitans poteſt adiicere ad ſtaturam ſuam cubitum vnum. Num. 27.

Senſus litteralis, & moralis.

QVis autem veſtrûm cogitans. Græcè, *ſollicitus exiſtens*, apud Lucam *cap. 12.* ſic hæc proponitur ſententia, *quis veſtrûm cogitando, poteſt adijcere ad ſtaturam ſuam cubitum vnum? ſi ergo neque quod minimum eſt poteſtis, quid de cæteris ſolliciti eſtis?* Cur hæc Dominus adiecerit? veram rationem aſſecuta eſt Gloſſa, vt, ſicut ſuprà exemplo auium improbauerat ſollicitudinem cibi, & potus, ſic nunc experimento proprio, dum ſicut aues, nihil ſollicitæ, tamen eas

1. *Cur hæc Dominus adiecerit.*

Deus

Deus paſcit, ſic nunc etſi homo nihil cogitans de ſui corporis incremento, tamen Deus augmentat illud, cùm etſi noctu, diuque cogitaret, nihil ageret; ad quid ergo ſollicitudinem habere de victu? *Non ſolùm exemplo auium*, ait

Gloſſ.

Gloſſ. *ſed experimento docet, quòd ad hoc quod poſſumus, & viuimus noſtra cura non ſufficit, ſed diuina prouidentia operatur, dicens, Quis veſtrûm.* Hoc argumentum, vt vides, non tendit ad ſequentia, ſcilicet ad probandum, non debere nos eſſe ſollicitos de veſtimentis, quaſi qui nihil nobis cogitando corpori dat incrementum, dabit & veſtimentum illi congruum, vt

Auguſt. Beda. Strab. Abulenſ.

vult Auguſtin. *lib. de ſermo. Domini*, Beda, Strabus, Abulenſ. ſed eſt confirmatio dictorum, de non tenenda ſollicitudine eſus, & potus, ductum ab impoſſibili humano, quod tamen Deus ſupplet, nihil de eo homine cogitando, vnde ſenſus, ſi noctu diuque cogitaretis, vt ad veſtram ſtaturam adiiceretis vnum cubitum, nihil ex hac ſollicitudine colligeretis, ex quo vana illa eſſet, & impertinens, & tamen cùm iuſtam ſtaturam hominis Deus prouidit, ſibi curæ eſt, vt abſque veſtra cogitatione ad ſtatum perfectum illam ducat; ſic pari modo cùm Deus vobis dedit animam, dedit corpus, conſequenter dabit omne illud quod neceſſarium ad illa ſuſtentanda, etiamſi vos de illa nihil cogitetis, quod cum experientia probetis ſine veſtra ſollicitudine, corpori veſtro Deum incrementum dare, cur non ſimiliter crederis, quod etiam & victum: vnde egregiè Chryſoſtom. in Imperf. *Deus eſt enim*,

Chryſoſt.

ait, *qui per ſingulos dies incrementa corporis tui facit, te non intelligente, ſi ergo in te ipſo quotidie Dei prouidentia operatur, quomodo in neceſſarijs tuis ceſſabit? ſi autem vos cogitando modicam partem corpori veſtro addere non poteſtis, quomodo cogitando ſaluandi eſtis in toto.* Hæc eſt litteralis ac germana huius loci ſententia, quam ſequuntur Euth. Theophyl. Ianſ. Barrad. Carthuſ. quod autem ait Maldon. hanc ſententiam non eſſe nouum argumentum, ſed confirmationem illius, nempe animam eſſe pluſquam eſcam, & corpus pluſquam veſtimentum, probans à Deo eſſe animam, & corpus, ſicut cubiti augmentum, optimè refellitur à Barrada, vide apud ipſum, piget in re parui momenti diutius immorari.

Euthym. Theophyl. Ianſ. Barrad. Carthuſ. Maldon.

Caiet.

Caietan. acutè ex effectu cibi in naturali motu enutritionis ducit inanitatem ſollicitudinis humanæ formidantis ex defectu cibi diminutam fore vitam humanam, ac proinde non diu nos victuros, ob quod de prouidentia cibi ſollicitus nos eſſe debere. *Contra hunc timorem*, ait Caietan. *affert Ieſus rationem circa effectum cibi in motu augmenti, ſcilicet, quòd ſicut vana eſt omnis cogitatio humana, circa effectum cibi in motu augmenti* (quis enim cogitando tantum poteſt ſe augere?) *ita vana eſt omnis ſollicitudo circa effectum cibi in motu nutritionis; quantumcumque enim prouideas de cibo & potu, non propterea potes adycere ad dies vitæ tuæ annum vnum.* Subtile. ſic impar eſt homo cogitando ad motum augmentationis, ſicut nutritionis; ergo ad quid ſollicitudo parandorum ciborum in longum, ſi à Deo non longa tibi conceſſa eſt vita, cùm neque inſtans illi adiicere poſſis, etiam ſi infinitos paraſti cibos, quòd ſi longam tibi Deus determinauit dare vitam, etiam ſi tu non cogites de nutritione ciborum, ipſi tibi eos dabit, prouidebit; ad quid ergo ſollicitudo?

2\. *Sollicitudo parandorum in lõgam vitã quàm vana euincitur optime argumento.*

Rupert.

Rupert. etſi cum citatis authoribus ſentiat, tamen reputat hoc dictum reſponſionem, ſeu ſolutionem eſſe cuiuſdam obiectionis, quæ ab inconfidentibus fieri poſſet, nempe, *Sto quòd paſſeribus Deus prouideat abſque ſollicitudine, at paſſeres parui ſunt, paruum habent corpuſculum, & idcirco de modico paſci poſſunt, nos autem grandes ſumus, & idcirco fortioribus, & grandioribus alimentis indigemus.* Hanc autem inconfidentiam ſoluit hoc argumento, ait Rupert. nam dum interrogat Chriſtus, *quis veſtrûm cogitans ad ſtaturam ſuam cubitum vnum?* Sanè reſpondebit omnis, *nemo.* ergo quomodo creſcit? *Non cogitatione*, ait Rupert. *ſed poſita à Deo lege naturæ. ergo qui te grandem fecit, & creſcentem vltra quantitatem, vel modulum paſſeris, ipſe eſcam augere poteſt, vltrà quàm neceſſarium ſit.* Ex qua doctrina illud eruitur morale documentum, nempe Deum cuilibet prouiſurum neceſſaria, non ſimpliciter, ſed iuxta ſtatus ſui exigentiam, ita vt ſi cui non conueniat mendicare, dabit neceſſaria ſine mendicitate, ſi ſerico veſtiri dabit, ſerica, ſi famulos, dabit famulos, & ſi non ad oſtentationem, tamen ad ſtatus exigentiam, in ſanctiſſima vita, ac prodigiorum plena beati Ioannis de Deo ordinis hoſpitalitatis ſanctiſſimi fundatoris, vir eximiarum ac heroïcarum virtutum inſignis, vt in beatificationis ſuæ Bulla ſanctiſſimus teſtatur PP. Vrbanus VIII. miraculorum in vita, & in morte illuſtris, verè *pauperum pater*, vt eum è mortuis reuiui vocarunt, *cap. 52.* tale narratur poſt eius mortem miraculum. Matriti nobilis quædam extabat mulier, at vetula, pauperrimaque ex pudore ac ſuæ nobilitatis ingenuitate, etſi extremam patiebatur paupertatem, tamen ſuam nulli aperuit neceſſitatem, niſi tantùm in orationibus ſuo ſanctiſſimo Ioanni eius deuoto, accidit vt quadam die penitus quid comederet, non haberet, humiliter querula ad Eccleſiam ſanctæ hoſpitalitatis acceſſit, quæ dicitur *Anton Martin*, ibi beato Ioanni ſuam expoſuit querimoniam, & neceſſitatem, rogans, vt de victu eam prouideret, ſicut quando viuus cæteris ipſe præſtabat. Mirum, poſt ſacrum auditum, domi rediens inuenit menſam paratam, cum pane, vino, obſonio, *hallo la meſa pueſta y en ella pan, vino, y vianda*; quid? Non ſufficiebat panis ad neceſſitatem prouidendam, ne fame periret? equidem. Cur, menſa parata, vinum, & inſuper obſonium? Sanè amice, quia nobilis, & ſuo ſtatui talis menſa conueniens, non ſic forſitan ſi pauper aſſueta, pane tantùm, vt videas ad exigentiam ſtatus Deum tibi prouiſurum; ſed de hac re infrà.

Idem.

3\. *Deus cuilibet prouidebis ſecundùm ſtatus ſui exigentiam.*

4\. *Exemplum mirũ de ſufficentia prouiſionis diuinæ.*

Cubitum vnum. Cur non palmum dixit? Cur non digitum? cùm eadem ſit ratio, immo ampliùs impoſſibilitatem demonſtraret humanam. Euthymius, quia cubitus propria eſt menſura hominis ex quatuor cubitis conſtantis, Maldonat. quia erat vulgaris locutio, nullum in ſe includens myſterium, niſi minimæ partis ſignificationem, quod veriſſimum æſtimarat ſi ad mores etiam hoc applicare velis, vt nihil prorſus Scripturæ ad ſalutem non deſeruiat, cum Rupert. dices, potius cubitum, quàm palmum, quàm digitum dixiſſe, quia ex induſtria homo mulierque ad palmum creſcere poſſunt, vt ad cubitum minimè, ex quo vanitas, ni dicam, inſania mulierum noſtrarum aperitur, ex induſtria non naturæ defectum, ſed vanitatis appetitum ſupplere ſatagentes, corpus ducentes medietate fictitium,

Euthym.

Maldon.

5\. *Mulierũ vanitas circa fictionẽ corporis altitudinis.*

vnde Rupert. ſic facit Chriſtum loquentem, *noui enim vos, quia dum erubeſcis, alter, altero apparere breuior, extendit ſe, quiſquis ille, vel illa ſit, ſed quantumcumque extendat, non poteſt adycere ad ſtaturam ſuam cubitum vnum, & multum eſt ſi per extenſionem, poſſit adycere palmum vnum.* Quid ergo quæ talia agunt, expectare poſſunt? niſi quòd ſicut illæ fictitiæ exaltantur, & extenduntur, verè à Deo deprimantur. *Exaltata ſunt filia Sion*, ait plenus

6. *Earum ſupplicium.* Spiritu ſancto Iſaias 3. n. 16. *& ambulauerunt alto collo.* Quid eſt ambulare alto collo, niſi corpus ſandaliis extendere? at quid hoc? *decaluabit Dominus verticem filiarum Sion, humiliabit Deus*

Cyprian. *principales filias Sion.* Legit Cyprianus de diſciplina, & habitu virginis, *hoc eſt*, ait, *exaltata ceciderunt, compta turpidinem fœditatemque meruerunt*, & meritò quidem. nam cùm Dominus dicat, neminem ad ſtaturam ſuam poſſe adiicere cubitum vnum, iſtæ ad vincendam Domini vocem, adiicere illum præſumunt, quod equidem neruosè reprehendit Cyprian. in fucatis mulierum capilli coloribus, pendens locum illum Matthæi vbi ſuprà cap. 5. n. 36. *Neque per caput tuum iura-*

7. *Fucatus color capillorũ malum omen futurorum.* *ueris, quia non potes vnum capillum album facere, vel nigrum.* In quo Cyprian. *num ſinceritas perſeuerat, & veritas, quando quæ ſincera ſunt, polluuntur colorum adulteriis, & medicaminum fucis, in mendacium vera mutantur, Dominus enim dicit, non potes facere capillum vnum album, aut nigrum, & tu ad vincendam Domini tui vocem, vis te eſſe potiorem, audaci conatu, & ſacrilego contemptu crines tuos inficis malo præſagio futurorum, capillos iam tibi flammeos auſpicaris.* Quod de capillis Cypri. clamat tu de ſandaliis, quę ſic malum futurorum ſunt præſagium, ac fucati capilli, iſti, quia colorati, ignem præſagiunt infernalem. ſandalia, quia lignea, materiam præſagiunt gehennalem; ſed de hac re ſatis.

NVM. 28. Et de veſtimento quid ſolliciti eſtis? conſiderate lilia agri quomodo creſcunt, non laborant, neque nent.

NVM. 29. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt, ſicut vnum ex iſtis.

NVM. 30. Si autem fœnum agri, quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit, quanto magis vos modicæ fidei.

Senſus litteralis, & moralis.

Chryſoſt. ET *de veſtimento. Poſtquam monſtrauit*, ait Chryſoſtom. *quod non oportet nos pro cibo eſſe ſollicitos, ad id quod leuius eſt, pertranſit, neque enim ita neceſſarium eſt indumentum, ſicut cibus, vnde dicit, & de ve-*

1. *Chriſtus quanta cura ſollicitudinem horum inferiorũ voluit à nobis euellere.* *ſtimento*, &c. vt attendas quanta diligentia totam penitus noſtram ſollicitudinē de his terrenis voluerit à nobis Dominus eradicate, vt ſiue à præciſe neceſſariis vti cibus, ſiue à non ſic præciſis vti veſtimentum, omnino voluerit eam tollere, ad quam eradicandam non equidem minus efficacioribus vtitur argumentis, quàm ad cibi tollendam.

Hilar. *Fidei noſtræ*, ait Hilar. *inuiolabilem confidentiam exemplorum authoritate confirmat, vt tanto maiores periculi res ſit ambigere. quanto impenſiore cura omnem occaſionem infidelitatis abſtulerit*; hinc ſequens Dominus ait,

Conſiderate lilia agri. Primò antequam vltrà procedam, placet hîc adnotare doctrinam quandam Aug. *de ſerm. Domini lib. 2. c. 23.* qui hæc verba conſiderans ſic ait, *ipſa autem documenta non ſic allegoricè diſcutienda ſunt, vt quæramus quid ſignificent aues cœli, aut lilia agri, poſita ſunt enim, vt de rebus minoribus maiora perſuadeantur.* Hanc equidem Augustin.

2. Sancti doctrinam, ſi multi, tum ex antiquis, tum ex modernis conſiderarent, non ſic obſcurus nobis aliquando ſenſus eſſet Scripturæ, at dum in quolibet verbulo velint, myſteria, allegorias, ac reconditos inuenire ſenſus, quod obuium, imperuium faciunt, quod clarum, obſcuriſſimum, & ſanctiſſimum ac perlucidum Scripturæ triticum ſic paleis inuoluunt, vt poſt exantlatum laborem vix inueniatur. experientia pertæſus volui hoc hîc aduertere; quid ergo indagandum ſecundùm literam, quid aues, quid lilia? Sanè, vt rectè Auguſt. poſita hæc ſunt, vt de rebus minoribus maiora perſuadeantur, ex pulchritudine quæ veſtimentum eſt liliorum, voluit Dominus arguere diuinam prouidentiam circa hominum veſtimenta, illa ſic veſtit, & ſi non ſerant, neque nent, cùm & viliſſima; quid ergo non homines veſtiet? at nunc ad moralitates quæ excellentiſſimæ ex hoc exemplo. *In Scriptura non ſemper in quolibet verbo myſteria, & allegoria quærenda.*

3. *Primò* ergo attendendum, non poſuiſſe lilia hortorum, ſed agri, eadem quippe ratione, qua ſuprà aues cœli poſuit. nam hortorum humana creſcunt induſtria, ſicut domeſticæ aues, non ſic autem agri lilia, *Et dicitur*, ait Abulenſ. *lilia agri, quia habent magnam pulchritudinem ſine ſua ſollicitudine, quia ſi eſſent lilia domorum, poterat dici, quòd humanus labor & ſollicitudo conferebat aliquid ad illam pulchritudinem.* Ergo illa lilia attulit in medium ab omni humana ſollicitudine deſtituta, vt tu quando te ſic videris deſtitutum ab omni prorſus humano auxilio, tunc ampliùs expectes diuinum, non parcè, ſed abundanter, vt mox dicam. *Chriſtus nominauit lilia agri, & nõ hortorum.* Abulenſ.

At ſi pulchritudinem veſtimentorum ex coloribus voluit demonſtrare, cur in medium non poſuit pauonem, cur non pſitacum, cur nõ cygnum? Ad rem Chryſoſt. *Nam vult ex duobus monſtrare ſuperabundantiam, ſcilicet à munificentia pulchritudinis, & à vilitate participantium tali decore.* Equidem, Chryſoſt.

4. nihil efficacius ad inconfidentiam tollendam, & fidem augendam, ſi ſic viliſſima, quæ hodie ſunt, manè in clibanum mittuntur, & non plus illa, & quàm agri fœnum ſic veſtit. ergo te hominem ſuam creaturam, te ſuum filium non veſtiet? immo & ſplendidè, ob quod placet obſeruatio Maldon. *hic* poſuiſſe Dominum pulchritudinem liliorum, ad demonſtrandum ſuam in hominibus prouidentiam non parcam, non diminutam, ſed regalem, vnde ait, *Videtur autem Chriſtus hoc exemplo docere voluiſſe Deum non ſolùm neceſſitatem, ſed etiam elegantiæ, & pulchritudinis noſtræ curam habere, vt ne eius quidem cauſa ſollicitos nos eſſe oporteat, quemadmodum patres non ſolùm prouident, ne quid liberis ſuis ad vitam & ſtudia, ſed etiam ne quid ad vſitatam elegantiam & honeſtam recreationem deſit.* Optima obſeruatio, & de qua iterum ſermo infrà redibit, in annotatione: at & optima eſt ratio Abulenſ. ideo pulchritudinem veſtimenti liliorum in medium Chriſtum produxiſſe, quia in veſtimentis non tantum eſt ſollicitudo eorum ſubſtantiæ, vt neceſſitati prouideatur, quantum elegantiæ, & decori, *Quia licèt veſtes*, ait, *prima intentione quærantur, propter neceſſitatem tegendi corpus, tamen ſecundariò quæruntur propter pulchritudinem, & ex hac parte eſt tota ſollicitudo, quia ſi ad ſolam neceſſitatem veſtes quæreremur,* *Deum hominibus non ſolùm neceſſaria, ſed etiam decentia tribuere* Maldon. Abulenſ.

facilè

facilè erat cuilibet homini habere veſtes de panno groſſo, & rudi, iam tamen præcipuè in veſtibus pulchritudo quæritur, & pro iſta extenditur ſollicitudo noſtra in infinitum, vt ſemper pulchriores obtineamus: hanc autem ſollicitudinem Dominus interdicere voluit. Equidem non ſolùm interdicere, quia ſi talis pulchritudo, & veſtium decor nobis eſt neceſſaria, liberaliter dabit ſine noſtra ſollicitudine, vt infrà dicemus, ſed etiam vt ſine ea viuamus, talia non quærendo veſtimenta. Quando illa non congrua, ſed tantùm ad luxum, & procacitatem deſtinata, in qua te ſatis inſiſtendum, populóque perſuadendum, ac præcipuè vulgo mulierum, quæ ſuam proſtituunt honeſtatem, ſub prætexto indigentiæ veſtium, cauſantes maritorum parſimoniam de neceſſariis eas non prouidentium cùm mentiantur, nam verè ſæpè, immo ferè ſemper (vt expertus loquor) defectus non eſt neceſſariorum, ſed ſuperfluorum, & quod pudet dicere, dedecori æſtimant, ſi in publico, ſi in Eccleſiis non ſic ſericatæ accedant, & ſi infimæ ſortis ac quælibet nobiliſſima matrona, nunquid ante Dei tremendum illud tribunal excuſabuntur? ſed pergo.

Auth Imp. *Non laborant, neque nent.* Ad rem Author Imperf. *Lilia*, ait, *ſtatuto tempore formantur in frondibus, veſtiuntur candore, implentur odoribus, & quod terra radici non dederat, Deus inuiſibili operatione largitur. in omnibus autem eadem plenitudo ſeruatur, vt non ab euentu facta putentur, ſed Dei prouidentia, intelligantur eſſe diſpoſita, dicendo autem non laborant, viros confortat; dicendo verò, neque nent, mulieres.* Egregiè, non terra radici dat frondes, dat candorem, dat odorem, ſed Deus æterna ſua lilio dedit omnia admirabili diſpoſitione, vt non caſu facta intelligas, ſed conſilio, ſed prouidentia, vt exinde tu homo modicæ fidei non dubites, quando in herbis ſic ſollicitum Dei aſpicis prouidentiam, neque tu mulier, quando veſtimentis indiges, quia, qui liliis ſic de veſtibus admirabilis pulchritudinis prouidit, ipſis non nentibus, prouidebit tibi, & ſi de illis non cogites, immo ſi forſitan ob infirmitatem, ſeu aliud impedimentum, nere non poſſis.

Idem. *Dico enim vobis.* Emphaſim habet dictio, vt obſeruet Ianſ. *Nec Salomon in omni gloria ſua vt magis Dei prouidentiam commendet*, ait Author Imperf. *qua omnem ſuperat humanam induſtriam, ſubdit, dico autem vobis, quòd neque Salomon*, vnde rectè Hieronym. (Hieron.) *re vera enim*, ait, *quod ſericum, quod Regum purpura, quæ pictura textricum poteſt floribus comparari? quid ita rubet vt roſa, quid ita candet vt lilium? viola verò purpuram nullo ſuperari murice, oculorum magis, quàm ſermonis indicium eſt.* & Chryſoſtom. (Chryſoſt.) egregiè. *Quantum veritatis ad mendacium, tantum veſtimentorum, ac florum differentia.*

At cur Salomon nominauit? *Quia*, ait Abulenſen. (Abulenſ.) *inter Reges Iudæorum nemo fuit tam diues in auro, & argento, & varietate domeſtica ſupellectilis.* Sic, vt 3. *Reg.* 10. *num.* 5. ipſa Regina Saba admirata præcipuè de veſtibus ſeruorum ſpiritu defecerit, *videns ordinem miniſtrantium, veſteſque eorum, non habebat vltra ſpiritum*, quòd ſi ſic famulorum veſtes eam obſtupuerunt & ſi Regina, quales Salomonis reputas fuiſſe? & tamen verum, quòd in tota gloria ſua nunquam veſtitus ſicut vnus ex liliis, & hoc, vt adnotat Chryſoſtomus, non ſemel tantùm, ſed ſemper, toto tempore vitæ ſuæ, *ſic vt nec in vno die ita decoratus eſt vt flores*, & tamen penè omnis ei terra ſeruiebat ad ornatum, ex qua argumentatione bene educit Abulenſ. (Abulenſ.) non ſolùm negligentiam ſollicitudinis, quam habere debemus de veſtibus, ſed etiam inanitatem curioſitatis humanæ, dum etſi qualibet die, noctuque cogitando cogitet nouas veſtium inuentiones, pulchritudinem & decorem, opereque operoſiſſimo illam compleat, vt miſeræ ſæpè ſe conſumunt in his, non tamen ad pulchritudinem florum naturalem vnquam peruenient. *Sollicitudo magna de veſtibus eſt inutilis*, ait Abulenſ. (Idem.) *ac per hoc hic talis ſermo introducitur liliorum, quia quantumcumque magna fuerit, non poterimus peruenire per eam ad id, quod volumus, quia Salomon nunquam potuit peruenire, vt haberet veſtes ſic pulchras, vti lilia; fruſtrà ergo eſt conari ad hoc.*

5. Chriſtus cur Salomonem nominauit.

At enim pulchrè Author Imperf. adnotat, ideo Salomonem poſitum, ne putaremus, quia Rex, ac proinde in veſtimentis non laborans, eumque abſque ſollicitudine, ſiue moleſtia fuiſſe vti lilia, *Quia*, ait, *etſi non laborabat, tamen iubebat; vbi autem iuſſio, illic & miniſtrantium offenſa, & iubentis ira frequenter inuenitur, hic autem quando neſciunt ſic ornantur.* Nihil verius. O ſi pauperes mulieres, diuitibus inuidentes pompoſis incedentibus veſtibus, ſcirent quæ & qualia pro illis patiuntur, ſuæ ſortis contentæ illis non inuiderent, vidi aliquas penè ad delirium ex ira veniſſe, nunc cum ſartoribus iraſcuntur, nunc cum famulis, nunc conqueruntur de non aptitudine, nunc non ſolùm patientiam, ſed etiam & iudicium ob tarditatem amittunt. Quid dicam de fraudibus, & impoſturis, de furtibus, quæ patiuntur, ob quæ excandeſcentes, penè ira abſorbentur: his omnibus libera ſancta ruſticitas, ſanctaque paupertas, dum veſtita incedat iuxta Apoſtoli ſententiam contenta remanet, non laborans, neque nens, nihil ſollicita, quia Deus eam veſtit, eo ſollicitior, quo ipſa minus ſollicita.

6. Mulieres pro pompoſis veſtibus quanta patiuntur.

Si autem fœnum agri. Cur lilia fœnum nunc nominat? *vt efficaciùs perſuaderet vanitatem ſollicitudinis noſtra*, ait Ianſ. *de parandis veſtimentis vilitatem liliorum maximam comparando cum ſumma illorum pulchritudine.* Hinc ea nominauit fœnum, hoc eſt, gramen, vel agri herbam, & inſuper tantæ vilitatis, vt hodie eſt, & cras non deſinit eſſe, ſed in clibanum mittitur, & tamen Deus *ſic veſtit*, emphaticè appoſitum ly *ſic*, *non autem lilia iam vocat*, ait Chryſoſtom. *ſed fœnum agri, vt eorum vilitatem oſtendat, ſed & aliam vilitatem apponit, quæ hodie ſunt, & non dixit, cras non erunt, ſed quod eſt multo deficientius, quia in clibanum mittitur.*

7. Chriſtus lilia cur fœnū nominauit. Ianſ.

Quanto magis vos modicæ fidei. Increpatiua dictio, *ex qua oſtendit*, vt bene Ianſ. *ſollicitudinem naſci ex diffidentia diuina prouidentia.* Dicit autem *modicæ fidei*, ait Chryſoſtom. (Chryſoſt.) *quia modica eſt fides, quæ nec de minimis certa eſt.* At aliquid aliud ſub hac dictione, *modicæ fidei*, ſubodoror, & neſcio ſi per illam illi ſignificantur, ſic diminutæ fidei, vt ab illa ſecedant, ſi Deus in neceſſariis illis non prouideat, prouidere potens, audi me, ſunt aliqui, qui Deo fidunt, in illo ſperant, & credunt: at hoc, quia aut abundè illis prouidet, aut ſi aliquando penuriam patiuntur, ad modicum eſt tempus, ſcit enim Deus, quòd ſic diminutæ, ac modicæ ſunt fidei, vt ſi eis deficeret, illico in peccata ruerent, vt panem, vt veſtimenta lucrarentur. hi equidem verè diminutæ, ac modicæ ſunt fidei. At alij

8. *Homines magna, & parua fidei qui dicantur.*

ſunt, aliæque ſic magnæ fidei, vt etiam ſi ad mortem deducantur, ſic altè de Dei omnipotentia concipiunt, ſic bene de illo ſentiunt, vt potiùs mori, deficere, ac omnino perire velint, quàm Deum offendere. hi equidem ſunt magnæ fidei homines, enim verò ad adorandum ſtatuam tres illos ſanctiſſimos pueros compellere intendens Nabucbodonoſor *Dan.* 30. *num.* 16. adiuranſque eis ſtatim in fornacem mittendos, niſi ſtatuam adoraſſent: at illi, *Deus quem colimus, potens eſt eripere nos de camino ignis, quod ſi noluerit, notum ſit tibi Rex, quia Deos tuos non colimus, & ſtatuam auream non adoramus.* En fides magna, & immenſa, ſic firmiter in bono ſtare, ſic Deo ſemper credere, quòd ſi noluerit prouidere, non ob id cum illo amicitiam ſcindamus, at è contra qui modicæ fidei, ſi parum eis aliquid deeſt, illico ad murmurationes, illico ad Dei derelictionem tranſiliunt. Audi tales apud Pſalmiſtam, Pſalm. 72. num. 12. *Ecce ipſi peccatores, & abundantes in ſæculo, obtinuerunt diuitias*; quid ex hoc? Sanè Dei ſequelæ pœnitudo, vnde ſequens ait, *ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meum.* Nunquid iſtos magnos fidei dices? minimè equidem. Ad rem ſatis Rupert. *Certos ergo terminos, ait, neceſſe cupiamus, quos cùm attigerit fides, magna ſit, cùm non attigerit, parua, vel minima ſit, quicunque dicunt, potens eſt Deus, quem colimus, paſcere nos, quoniam paſſeres paſcit, potens eſt Deus veſtire nos, quoniam & fœnum quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur, ſic veſtit, & adhuc adyciunt ad inſtar trium puerorum, quòd ſi noluerit paſcere, vel veſtire nos, nihilominus tibi Mammon nequaquam ſeruiemus, immo relictis omnibus ipſum ſequemur, non ſolliciti quid manducemus, aut quid induamur, nimirum iſti magna ſunt fidei.* Egregiè quidem. taliter enim animatus deberet eſſe quilibet homo, quælibet fœmina, ſic in Deo fidens, ſic firmiter in eius fide, ac immobilis perſeuerans, vt etſi in extremis ſperet, & in illo confidat, cibum daturum, ac veſtimentum, tamen ſi noluerit, etiam ſic firmus perſeuerat in eius fide, ac amicitia, vt Mammoni, ac ipſimet diabolo, improbando dicat, quòd etiam ſi eum occiderit, in ipſum ſperabit animatus potius fame, & frigore mori, quàm Deum ſuum relinquere, hic equidem, & hæc verè homines, ac fœminæ magnæ fidei dici poſſunt, cuius rationem aſſignans idem ait, *quia fides illorum in futurum ſæculum tota ſe extendit.* Egregiè, cur deficit qui pane indigens, & veſtimento Deum citò non ſuccurrentem relinquit, & ad peccatum recurrit? Sanè, quia fides eius non in futurum ſæculum ſe extendit, non ad æterna inhiat, non viuaciter futura credit, & amat, immo totus eſt ad hæc infima; hinc quid mirum ſi in neceſſitatibus deficiat, at è contra, quando totus alterius vitæ futura credens ac ſperans, pereat anima fame, pereat corpus nuditate, ſemper ſtabit immobilis in fide, certus, quòd ſi hæc caduca Dominus non dabit, dabit æterna, at è *contra*, ait Rupert. *Qui minimæ ſunt fidei ſcandalizantur, niſi à cunctis protegantur, vel defendantur aduerſis, cunctiſque fruantur proſperis, nec putant quòd de ipſis Deo cura ſit, vel quòd vlla ſit prouidentia Dei; tales ergo quoniam de victu, & veſtitu nimium ſunt ſolliciti, & murmurant niſi fuerint ſaturati; rectè dicuntur minimæ fidei, & licèt Deum ſequantur, congruit tamen illis illud, quod quibuſdam ad ſe venientibus Dominus dixit,* Ioan. 6. *quæritis me, non quia vidiſtis ſigna; ſed quia manducaſtis, & ſaturati eſtis.* Quod quàm verum ſit in multis, potius experientia palpatur, quàm verbis ſuadetur, ex qua doctrina, quæ veriſſima, duo ſuadentur, *primum* quanta ſit Dei miſericordia, quæ etiam hos modicæ fidei paſcit, ſic vt de eius prouidentia minimè addubitare debeant, vt ſemper culpabiles inueniantur, ſi à virtute deficiant; & *ſecundum*, quòd ſi hos paſcit, qui modicæ ſunt fidei, nunquid non paſcet, qui ſunt magnæ, potiùs ipſi Reges, ipſi Principes magni, potius ipſe Salomon nudus exiſtet, quàm iſtis veſtimentum deficiat.

9. *Mulieres cur pe... ſi ſtatim non eis Deus prouidet.*

Rupert.

Tandem, ſi tropologicè hunc locum cum Hilario *hic* & Remigio intelligere velis, dum ipſi per lilia, aut fideles, aut Sanctos intelligunt, per fœnum, aut gentes, aut peccatores, optimè argumentare potes. *Nam ſi Deus*, ait Remig. *infidelibus tribuit bona temporalia, quanto magis tribuet nobis æterna*, adde tu, & hic etiam temporalia? ex quibus cum Hilario concludere debemus protſus his argumentis victi, *Quòd Dominus noſter omnem expectationem noſtram, in fidei repromiſſionem, & virtutis ſuæ poteſtatem exegit collocari, vt cura rerum, quibus indigemus, omiſſa, ab eo potiùs omnia, a quo ipſi vitale exordium ſumpſimus, expetamus, regnumque Dei vita noſtra ſtipendys quæramus.* Pulchrè hoc vltimum. non enim nobis Deus vitam contulit ob eſcam, ob veſtitum, ſicut animalia nata ad ſaginam, ſed vt eius ſtipendiis, ac ſudoribus regnum quæramus æternum, hinc partita cura vult, vt noſtra ſollicitudo ſit circa cæleſtia, terrenam autem de his ſcilicet terrenis illi derelinquentes, ab illo ea exquirentes fide firma, ea certiſſimè expectantes, ex quo infrà, vt videbimus, concludens Dominus dixit, *Primùm quærite regnum Dei, & hæc omnia adycientur vobis.* Hilar. Remig.

10. *Homo curet de cæleſtibus ſi vult, vt ſua Deus curet terrena.*

Nolite ergo ſolliciti eſſe, dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur, hæc enim omnia gentes inquirunt. NVM. 31.

Scit enim Pater veſter, quia his omnibu s indigetis. NVM. 32.

Senſus litteralis, & moralis.

NOlite ergo ſolliciti eſſe, &c. Ad quid repetit eamdem concluſionem? Ianſ. Caietan. vt amplius de qua ſollicitudine intelligebat aperiret, nempe de ſollicitudine anxia, ac timida, Remig. *Vt oſtenderet rem eſſe pernéceſſariam, vt arctiùs eam in cordibus noſtris inculcaret.* In qua re magnum Chriſti noſtri profectus ſtudium elucet, cùm non defatigetur bis, & ſæpè idem inculcare, arguens, obſecrans, increpans. Gloſſ. affirmat *hic* reprehendi ſollicitudinem, reſeruandi vltra neceſſaria, eſt *etiam*, ait, *alia ſollicitudo ſuperflua ex vitio hominum quando fructus, & pecuniam, plus quàm neceſſe eſt, reſeruant, & dimiſſis ſpiritualibus illis intenti ſunt, quaſi de bonitate Dei deſperantes, & hoc prohibetur.* At mea ſententia meliùs Rabanus qui vult, vt non ſolùm ſit repetitio, ſed

Ianſ. Caiet.

1. *Chriſtus cur repetat hanc ſententiam.*

Remig.

ſed alterius ſollicitudinis interminatio, nempe de ſuperfluis in cibo, potu, & veſtitu, *Notandum*, ait, *quòd non dixit, nolite quærere, aut ſolliciti eſſe de cibo, aut potu, aut indumento, ſed quid manducetis, aut quid bibatis, aut quid veſtiamini, unde mihi videtur argui, qui ſpreto victu, vel veſtimento communi lautiora cibi, vel auſteriora his, cum quibus vitam ducat, alimenta, vel indumenta requirunt.*

2. *Chriſtus interra ſuperfluorum quanta cura interdicit.*

3. *Religioſi cõmunibus non contenti de ſuperfluis ſolliciti reprehenſione digni.*

Hæc Rabani doctrina Religioſos maximè reſpicit, qui in communi viuentes, de communi non fiunt ſatis, hinc (quod pudendum) quid manducent, quid extra communem bibant, recogitant: at non ſolùm ad hos reſtringenda doctrina, ſed etiam ad omnes Chriſtianos, quorum equidem maior pars nun tantùm eſt ſollicita de neceſſitate cibi, potus, & veſtimenti, quantum de iſtorum ſuperfluitate, appetitu, & gula, neceſſariis non contenti, ſed exquiſitis, in qua re vſque ad ſtuporem eſt videre quantum profuſi, ne dicam, procaces, ſint noſtri officiales, qui ex labore victitant, totum lucrum vno die impendunt ex multis acceptum, delicatiora ſi diuenduntur, & ſi ad libram argenti libra aſcendat piſcis, aut delicatioris carnis, ſi muræna, ſi anguilla, ſi ſturnus, ſi perdix, ſi tandem phraſianus, in platea primi accurrentes ſunt ſutores, carpentarij, ſabricatores, cæterique harum infimarum artium homines, ſic vt (ego teſtis) euenit aliquando, vt in vnica comeſtione; quid dico? in vno ientaculo plus aſſumant, quàm triginta argenteos, & conquerentur poſtea de Deo, quia neceſſaria deficiunt, in qua re non ſolùm ſunt viri, ſed mulieres, licèt quòd viri in cibo, illæ in veſtitu, ſic, vt iam diſcernere non poſſis qualis vilis, qualis ingenua, firmiter edico, reſpectu talium rerum ſic cararum emptionem eſſe peccatum mortale gulæ, tum ex grauiſſimo exceſſu, tum ex neceſſitate, in quam incurrunt, tum ex grauiſſimo damno, quod Reipublicæ inferunt, dum ob hoc neceſſe, vt cariſſimè res diuendantur, & operarij cariſſimè conducantur, tum ex damno propriæ familiæ; ſed ad nos. Interdixit ergo Dominus curam de neceſſariis, ex qua rectè arguit Euthym. dicens, *Tu verò conſidera quòd ſi nobis iuſſum eſt, ne de rebus neceſſarys ſimus ſolliciti, quam ſperabimus veniam, cùm de his etiam, quæ neceſſaria non ſunt, anxy ſimus.* Reprehendit ergo Dominus nimiam ſollicitudinem eſus, & potus., duobus, & quidem validiſſimis argumentis, è quibus primum talem ſollicitudinem eſſe propriam Gentilium, vnde ait,

4. *Republica officiales lautè. & delicatioribus ſe ſuſtentantes peccant grauiter.*

Euthym.

Hæc enim omnia Gentes inquirunt. Hæc prima ratio *terroris plena*, vt ait Rupert. nam ſequitur, *Quid aliud eſt hoc dicere, niſi ac ſi dicatur, eritis enim Gentibus ſimiles, quorum Deus venter eſt, ſi ſollicitudini huic, quam interdico, poſtponitis Deum.* At cur gentes hoc inquirunt? ad rem idem, & cum illo Abulenſ. quia præter hanc vitam nullam aliam expectant, vnde, *Præter hoc ſeculum nihil amplius quærunt. quæ autem huius vitæ tanquam beatitudinem ſummam quærunt.* Qualis ergo maior pudor Chriſtianorum eſſe poteſt, vt talem ſollicitudinem de iſtis corporalibus habeant, ac gentes, quæ Deum ignorant, nullamque aliam expectant vitam, immo, vt Author Imperf. ſentit, ideo gentes de potu, ac de cibo erant ſolliciti, quia nullam Dei prouidentiam eſſe credebant, vnde caſu omnia

Rupert.

5. *Gẽtes cur inquirunt ſuperflua huius vitæ.*

Abulenſ.

6 *Chriſtiani nimis ſolliciti de rebus huius vitæ, potius Gentiles dici poſſunt ex vita, quã imitantur.*

fieri, quia *in rebus humanis fortunam eſſe credunt, prouidentiam, neque iudicio res ſuas gubernari æſtimant, ſed incerto duci euentu, meritò timent, & deſperant, quaſi qui neminem habent gubernantem.* Ex quibus, vt vides, Chriſtianus non confidens, & nimis de his ſollicitus, ex his vitiis exuni ſe non poteſt, ſcilicet aut ad modum Gentilium viuere, aliam vitam quaſi non ſperans, aut quòd ſuam hîc reponat beatitudinem, aut tandem quòd ſi non neget, tamen diminutiſſimè de Dei credat prouidentia, & ſi ingenuè loquendum, ſic hodie Chriſtiani viuunt aliqui, vt etſi ore illud non dicant, operibus demonſtrent, ſic ſolliciti circa hæc infima, ſic toti ad temporalia lucranda, vt penitus dicas Dei eſſe oblitos, ſuæque propriæ ſalutis, ac aliam vitam non ſperare. *Gentium igitur eſt infidelitatis*, ait Hilar. *iſtius curæ angi, quibus ſæculi amore detentis, & corporis gaudijs occupatis nullum per fidem, & confeſſionem Dei in cæleſte regnum iter quæritur, & optatur.* Ex qua doctrina eruunt rectiſſimè Abulenſ. ac Ianſ. pondus iudicij Chriſtianorum vt gentes viuentium. nam cùm ſuprà Dominus non ingreſſuros ſuos diſcipulos regnum cœlorum dixiſſet, niſi eorum iuſtitia abundaſſet, pluſquam Phariſæorum, ac Scribarum, *Quæ pœna digni erimus*, rectè arguit Ianſ. *ſi non ſolùm illos non vincimus, ſed in gentium etiam vilitate permanemus.*

Hilar.

Abulenſ.
Ianſen.

Scit enim Pater veſter, quia his omnibus indigetis. Et hoc eſt ſecundum argumentum, non priore inualidius. ad rem Euthymius, *Poſtquam*, ait, *eos corripuit, rurſus aliunde eos cohortatus eſt, eſt enim præceptoris officium, & obiurgare, dum expedit, & conſolari, ac vtrinque excitare.* In qua ſententia tria ſunt ponderanda, *primum* ly *ſcit*, *ſecundum*, *Pater veſter*. *tertium*, *his omnibus indigetis.* quæ omnia validiſſima ſunt ad confidentiam ſtabiliendam, ſi neſciret, forſitan non prouideret. At ſciens neceſſitatem, quomodo non prouidebit? niſi forſitan, vt ex Auguſtin. ait S. Thom. *Sicut medicus abſtrahit ab infirmo cibum, & potum, vt curet eum; ſic Dominus qui habet prouidere, permittit hominem pati, vt curetur.* At ſi ſcit, forſitan nollet, ſed quomodo poſſibile ſi Pater? at etſi velit, tamen reputabit ſuperflua, nihil minus ſcit eſſe neceſſaria; ergo vndequaque concludit, nihil intactum relinquens, vt omnino rationem rebellem conuincat humanam, *Non dixit, ſcit Deus*, ait Euthym. *ſed ſcit Pater veſter, quo maximam habeant fiduciam, ex quo enim pater eſt, & talis pater filios deſpicere non poterit, & pati, vt rerum neceſſariarum indigentia deficiat, cùm neque terreni patres id ſuſtineant, & quia his omnibus ſcit indigere; dabit vtique, non ſunt enim ſuperflua, edere, bibere, aut veſtiri, vt poſſit negligere, ſed corpori vtilia, atque naturæ ipſius neceſſaria.* Hoc equidem vltimum pendendum. in quo vis ſtat argumenti, cùm acutiſſimè, vt ſic dicam, diuina ſua ſapientia inconfidentes Chriſtus redarguit, & concludit, quaſi dicat, quid dicis? iuſtè te ſollicitum eſſe, quia neceſſaria, & ego è contra dico, quia neceſſaria, ideo non debes eſſe ſollicitus. nam Deus in neceſſariis non deficit, ſi eſſent ſuperflua. Bene quidem, at dum neceſſaria, quomodo poſſibile, vt Deus deficiat? *Si autem eſſent ſuperflua*, bene infert Author Imp. *non ita oporteret confidere*, vnde rectè Euth. *quã tibi exiſtimas eſſe cauſam ſollicitudinis,*

Euthym.

7. *Dei prouidẽtia vnde infallibilis.*

8. *Deus cur permittit aliquando res deficere.*

D. Thom.

Euthym.

Auth. Imp.

magis eſt cauſa ſecuritatis, quia enim hæc neceſſaria ſunt, ideo magis confidere oportet, quis enim pater etiam neceſſaria filijs denegabit. aut, vt inquit Rupert. Rupert.
Nunquid voluntas deeſt illi, niſi vos murmuraueritis? & murmurando compuleritis vt velit. Et vt videas, mi lector, quàm amplè hanc Dei prouidentiam intelligere debeas, quamve ſecurus ſtare, quod Deus ſecundùm tuum ſtatum, ac exigentiam tibi prouidebit, Dionyſ. Carthuſ. ſanctiſſimæ, ac præclariſſimæ Carthuſianorum religionis Profeſſor, Dionyſ. Carthuſ.
quorum vita, cubiculum, ac cellula, pro neceſſariis non ſolùm intelligit victum, & veſtitum, ſed etiam cubiculum, *nomine enim indumenti*, ait, *ſeu operimenti, etiam habitaculum, vel hoſpitium inſinuatur, de quo eſt maior ſollicitudo habenda, quàm de indumento.*
9. Cella computatur in neceſſariis.
O verè ſanctiſſimus vir, ſic charam ſuam æſtimans cellulam, ſic pretioſum ſuum ſilentium, vt potius illam faciat, quàm ipſum operimentum, talibus in illa perfrui debebat delitiis, talibus altiſſimæ orationis vit contemplatiuus fruitionibus, vt non dicam, plus quàm veſtimentum, ſed plus quàm ipſam vitam ſuam faceret cellulam; vadant nunc mundani, & mundanæ, oſtro ſericoque induantur, ad pretioſa, curioſaque inſudent veſtimenta, plus mihi eſt Dionyſij æſtimatio ſuæ cellulæ, quàm omnia eorum indumenta; ſed ad rem.

Hug. Card. Placet vltimò adnotare cum Hugo. Cardinal. cauſas, quare Dominus ſollicitudinem carnalium prohibuit, quas ipſe in vnum congerens amplam diſcurrendi ſubminiſtrat materiam. Prima eſt, ait, *quia verbum Dei ſuffocat*, infrà cap. 13. *ſollicitudo huius ſæculi.* Secunda, *quia fructificationem bonorum exterminat.* Hier. 4. *nouate vobis nouale.* Tertia *hominem illaqueat*, 1. ad Timoth. *Vltimò, qui volunt diuites fieri.* Quarta *à ſpiritualibus retrahit.* Gregor. *Amor temporalium æternarum viſus eſt pennarum.* Quinta *inebriat*, Thren. 3. *inebriauit me abſinthio, hoc eſt, ſollicitudine pungitiua, & amaricante animam.* Sexta, *animam affligit, & quo ſperabatur non inducit.* Eccleſ. 1. *vidi in omnibus vanitatem.* Septima *dormire non permittit.* Eccleſ. 31. *vigilia, & tortura.* Octaua *vigilando ſomniare facit*, Eccleſ. 5. *multas curas ſequuntur ſomnia.* Nona *animam excæcat.* 4. Regum 25. *Sedecias excæcatus eſt in Reblatha, quæ interpretatur multa hæc.* Decima *euacuat pœnitentiam*, Geneſ. 4. *Cain id eſt, poſſeſſio temporalium poſtquam eduxit Abel id eſt, luctum, in agrum ſollicitudinis occidit eum.* En quanta habes, mi lector, contra hanc peſſimam humanarum rerum ſollicitudinem, quæ ſi pro dignitate tractanda, prorſus nullus finis, tu pende, & extende. nos autem infra aliquid tantùm attingemus.

NVM. 33. Quærite ergo primùm regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis.

Senſus litteralis, & moralis.

QVærite ergo primùm, &c. Poſt præceptum negatiuum, quo animam ſollicitudinem prohibuit rerum harum caducarum, etiam neceſſariorum poſitiuum addit, quid ſcilicet ſit nobis quærendum, & de qua re ſollicitudo habenda, illi ſollicitudini hanc opponens, vt rectè Maldon. Maldon.
ſuperuacaneæ neceſſarium malæ bonam, placet Ianſ. qui adnotat, non ſolùm hac ſententia nobis Chriſtum voluiſſe inſinuare, de qua re noſtra deberet eſſe ſollicitudo, ſed etiam quo medio Dei prouidentiam circa hæc temporalia promereri deberemus, nempe primùm Dei regnum, eiuſque iuſtitiam quærendo, contra id quod gentes 1. Dei prouidentia ſpecialis quomodo admercanda. Ianſ.
faciebant, *Subiungit*, ait, *præceptum affirmatiuum, quo demonſtrat, & quomodo à moribus Ethnicorum in quærendo debeamus differre, & quomodo ſine noſtra ſollicitudine Dei prouidentia nobis neceſſaria aſſequamur.* Quæ doctrina etſi omnibus faueat, præcipue viris religioſis in clauſtro viuentibus. dixi, dicam, 2. Et à Religioſis præcipuè.
niſi fame perire velint, deſinant victum ad modum ſæcularium quærere, totam Dei prouidentiam ad ſe aduocabunt, ſi primùm regnum eius quærent, eiuſque iuſtitiam.

At antequam ad ly *primùm* accedam, oportet 3.
prorſus declarare, quid per Dei regnum, quidve Quid Dei regnum, quid eius iuſtitia.
per eius iuſtitiam? vt ſic vis verbi *primùm* amplius intelligatur; per Dei ergo regnum Chryſoſtom. *in Imperf.* Dei iudicium intelligit, quomodo ſuprà illud intellexit in illa verba, *adueniat regnum tuum. regnum Dei eſt retributio bonorum operum*, ait, quæ cùm vltimatè in iudicio dabitur, ideo reputat, per regnum Dei diem ſignificari iudicij, at extorta eſt intelligentia. Alij, vt apud Ianſ. pro regno Dei extenſionem eius nominis intelligunt per prædicationem, bona expoſitio, ſed non litteralis. Alij pro regno Dei ipſam intelligunt beatitudinem, ſic S. Thom. Caiet. Carthuſ. Abulenſ. Euthym. aliique, veraque eſt ſententia. D. Thom. Caiet. Carthuſ. Abulenſ. Euthym.

At nunc quid per iuſtitiam eius? Supponendum *primò* relatiuum, *eius*, non poſſe referri ad regnum, vt optimè Ianſen. & ex illo Maldonat. nam in Græco *regnum* eſt fœmininum, ly *eius* maſculinum, refertur ergo ad Deum; at nunc quid per Dei iuſtitiam? breuiter cum Ianſ. Maldonat. aliiſque ipſam iuſtitiam, quam nobis præſcripſit, executionem ſcilicet eius voluntatis, eiuſque mandatorum, qua iuſti ante Deum apparemus, quam cum regno Dei coniunxit, vt ſignificaret, ait Ianſ. *non alia ratione, poſſe obtineri regnum Dei, quàm per iuſtitiam eius.* Ergo per regnum Dei ipſa intelligitur beatitudo, per eius iuſtitiam ſancta operatio, quam primùm ait quærendam eſſe, quod nunc explicandum.

Primùm ergo quærite. Caiet. ſic vult intelligi, *primum*, vt intranſitiuum ſit, & non dicat reſpectum Caiet.
ad ſecundum, *Non refertur*, ait, *primum ad ſecundum neceſſariò, alioquin non eſſet primogenitus vſque quo naſceretur ſecundus, ſed neceſſariò negat anterius, ſeu prius, & propterea hic non habetur, Dominum Ieſum præcipere, vt regnum Dei quæramus primùm, ſic quod ſecundariò quæramus hæc alia, ſed habetur, quòd debemus quærere regnum Dei primùm, hoc eſt, quod nihil ante ipſum quæramus.* Et ne locus relinqueretur interpretandi, ſcilicet ipſum intellexiſſe nihil ante regnum Dei quærendum, quaſi Dei regnum poſtponendo, infra ſuprà verba ſequentia *adijcientur* planè affirmat, ſic Dei regnum nobis quærendum, vt nec ſimul cum illo, & alia quæramus, *adijcientur vobis*, ait, *non ſupputabuntur ad mercedem, ſed ſupra mercedem addantur, & hoc atteſtatur ei, quod diximus, quòd ſcilicet non præcepit Dominus ſecundo loco inquiri, ſi enim inquiri iuſſiſſet ſecundo loco, non diceretur, adijcientur vobis.* Ergo ſecundùm Caiet. ſic Dei regnum, ſic eius iuſtitia, eſt quærenda, vt nec ſimul etiam ſi ſecundo loco hæc infima, etſi neceſſaria, quærenda, totam omnimodò curam Deo derelinquendo, quia veluti corollaria nobis hæc ab ipſo adijcientur. 4. Quomodo intelligenda ſit hæc ſententia, primùm quærite, &c.

Hæc

Hæc Caiet. ſententia ab omnibus exploditur, cùm inconueniens reputent, etiam & ſecundariò hæc non quærere, cùm neceſſaria, vt infrà ex Auguſt. dicemus: at mea ſententia non ſic explodenda, vt non intelligatur etiam veriſſimam eſſe, non equidem communiter, ſed reſpectu aliquorum perfectiſſimorum virorum, in ordine ad quos ipſe illam intellexit, quod equidem patet ex his quæ adiungit poſt dicta, *verùm aduerte*, ait, *quòd hac promiſſio non ſit omnibus, ſed ſolummodo ijs, qui tanto amore mouentur erga Deum, vt quærant regnum Dei, & iuſtitiam eius primum, hoc eſt, ratione ipſius Dei, & non ratione proprij boni, etiam ipſa bona ſpiritualia; hoc enim ſignificat formaliter quærere regnum Dei, & iuſtitiam eius.* in

5. *Dei extraordinaria prouidentia erga aliquos Sanctos qualis.*

quibus verbis, vt apparet, illos homines ſanctos indigitat, qui ex amore Dei ſic abſtracti, & alienati à rebus mundi viuunt, vt non ſolùm eſus, & potus obliuiſcantur, qualiter erat Bernard. Benedict. Antonius, & alij, ſed etiam ſuimet, & propriorum commodorum, etiam ſpiritualium, toti in vnum Deum tranſlati, eiuſque amorem, cum iſtis enim loquendo, & his ſimilibus iuxta eorum perfectionem, veriſſima eſt doctrina, & Caietani intelligentia, non ſolùm ſecundariò, ſed nec comitanter debere ſollicitudinem tenere de iſtis temporalibus, etſi neceſſariis. nam ex ſpeciali erga illos Dei prouidentia, cui ex ſpeciali ac particulari Dei inſtinctu, motione, immo aliquando & vi, totaliter ſe commiſerunt ſine illorum cura, labore, ac diligentia cætera adiiciuntur eis, quod non ſolùm ex antiquis conſtat exemplis, ſed etiam ex modernis, Deum ſcilicet miraculosè talibus prouidiſſe, dum ipſi toti ad ipſum, à quibus ſuperſedeo ne moroſus ſim.

6. *Hæc temporalia quomodo inquirenda.* Auguſt.

Auguſt. à quo cæteri omnes, ly *primùm* intelligit, vt ſecundariò etiam licitum ſit hæc quærere, non tanquam finis, nec ſic vt regno Dei eiuſque iuſtitiæ aduerſentur, ſed vt neceſſaria, & ob ipſiuſmet regni ſeruitium, audi ipſum in ſerm. Domini in monte *lib.* 2. *cap.* 14. ſuper illa verba, *& hæc omnia adiicientur vobis*, ſcilicet ait, *temporalia, quo manifeſtè hic oſtendit, non eſſe talia bona noſtra, propter quæ bene facere debeamus, ſed tamen neceſſaria eſſe; Regnum verò Dei, & iuſtitia eius bonum noſtrum eſt; vbi finis conſtituendus eſt, ſed quia in hac vita militamus, vt ad illud regnum peruenire poſſimus, quæ vita ſine his neceſſarijs agi non poteſt, apponentur, inquit, hæc vobis: cùm autem dixit, illud primùm, ſignificauit, quia hoc poſterius quærendum eſt, non tempore, ſed dignitate, illud tanquam bonum noſtrum, hoc tanquam neceſſarium, neque enim, verbi gratia, debemus euangelizare, vt manducemus, ſed ideo manducare, vt euangelizemus.* Si attentè Auguſtini authoritas expendatur, nihil vltrà addendum, vt perfectiſſimè Chriſti Domini noſtri mandatum exequamur, cùm duo includat, in quibus perfectiſſimè ſtat regula rectè viuendi, tum circa ea, quæ ad Deum pertinent, tum circa ea, quæ ad nos. circa ea, quæ ad Deum pertinent, vt ſcilicet primum eis locum demus, de qua re abundè nos in noſtris commentariis in Sapientiam; circa ea verò, quæ ad nos, vt ſic ea inquiramus, vt beatitudini ſeruiant, non vt illi aduerſentur, & ſumma, vt viuamus propter Deum, non propter nos, hæc fac, & ſufficit, & de reliquo nihil timeas, quia hæc omnia tibi ſuperabundanter adiicientur. vnde ſequitur,

Idem.

Et adiicientur vobis. Græcè, *& apponentur vobis*; cur non dixit, *dabuntur*? Auguſt. *ne horum temporalium ſuppeditatio videretur eſſe merces.* Chryſoſt. *vt diſcereremus qualitatem eorum, quæ in præſenti dantur, ſi futurorum magnitudini comparentur, cùm temporalia, veluti acceſſoria ſolùm ſint, & accidentia.* in vſu equidem eſt, cùm aliquid magnum, & pretioſum diuenditur ex gratitudine emptionis, aliqua veluti corollaria gratis adiicere, quæ parui pretij, quæ non multum æſtimantur, vt ſic quilibet ad pretioſa comparanda animetur; ſic nunc videtur Dominum dixiſſe, ex gratitudine, vt ſic dicam, quia primùm pretioſa quærimus & emimus, hæc omnia veluti corollaria affirmat Deum nobis daturum, Iſaiæ cap. 55. num. 1. *omnes ſitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, venite, emite, & comedite, abſque vlla commutatione vinum, & lac.* Pondero inuitaſſe omnes ad aquas, & illico dixiſſe, vt venirent, & emerent abſque argento, & poſtea quando inuitat ad vinum, & lac, inuitaſſe ad emendum, non ſolùm abſque argento, ſed abſque vlla commutatione. ergo aquæ, etſi abſque argento, tamen cum aliqua commutatione bibendæ: at vinum, & lac abſque vlla commutatione; quale in hoc myſterium? Sanè mea ſententia, quia per aquas Spiritus ſancti gratiæ intelliguntur, ac proinde ipſa œconomia Incarnationis, ipſaque gratia, qua ad vitam peruenitur æternam, vt optimè Leo à Caſtro, quæ à nobis quærenda non abſque noſtro labore, & ſollicitudine, ac proinde non abſque aliqua commutatione, ſaltem deſiderij, vt vult Nazianz. in ſanctum Baptiſm. adnotans ipſam ſitim loco pretij ſuccedere, vnde ait, *O benignitatem, & liberalitatem admirabilem! ô commercij ſingularem facilitatem, ipſa voluntas accipienda eſt tibi pro maximo pretio, ſitit Dominus, ſitiri potum cæleſte propinat his, qui tantùm voluit viuere, beneficium accipit, qui tantùm petit.* Dat ergo Deus cœleſtia, & ſi abſque argento, tamen non abſque ſollicitudine, non abſque eorum deſiderio, petitione, ſiti, quæ dum adeſt affluenter, illa propinat, quod cùm videt, & noſtrum deſiderium non terrenorum, ſed æternorum eſſe, non equidem mirum quòd poſtea, non ſolùm ſine argento, ſed ſine vlla commutatione det vinum, & lac, vtpote temporalia; ſeu, vt L X X. *vinum, & adipem*, hoc eſt, pretioſiſſima temporalia, tanquam ad illa cœleſtia corollaria. Ad rem Euthym. *niſi enim ſpiritualia petierimus, nequaquam dabit, ea verò, quæ corpori neceſſaria ſunt, & petentes, & non petentes accipiemus.* Pulchrè, *ſpiritualia*, quia aquæ ſunt diuinæ, non dabuntur, niſi cum aliqua commutatione, cum petitione ſcilicet, cum noſtra ſiti, ac deſiderio: at temporalia vinum, & lac, & petentes, & non petentes abſque vlla commutatione; vnde Salomoni 3. Reg. 3. num. 13. *Sed & hæc, quæ non poſtulaſti, dedi tibi.* Ad rem idem Euthym. *ſi enim, ait, hæc petieritis, quæ ſunt animæ neceſſaria, etiam ea dabit, & adiiciet quæ corpori neceſſaria ſunt, neque enim ad hoc facti ſumus, vt edamus, & bibamus, ac veſtiamur, ſed vt illi complacentes, æternis fruamur bonis, & ad hoc maximè conuenit viuere, idque magis poſtulare*, pende ly, *non ad hoc facti ſumus, vt edamus & bibamus, ſed vt æternis fruamur bonis.* cùm ergo, vt his fruamur, vita neceſſaria, quæ potu, victu, ac veſtitu ſuſtentatur, non ne qui nos deſtinauit, ad finem dabit, & neceſſaria ad illum non tanquam mercedes, ſed tanquam neceſſaria, vt ait Auguſt. per additionem, non ob præmium, *quærentibus primùm regnum Dei*, ait Auguſt. vbi ſuprà, *& iuſtitiam eius, hoc eſt, præponentibus cæteris rebus, vt propter hoc cætera quæramus, non debet ſubeſſe ſollicitudo*

Chryſoſt.

7. *Chriſtus cur dixit, adiicientur, & nō dabuntur.*

8. *Spiritualia nobis non dabit Dominus ſine noſtro labore, temporalia etiam ſine illo.*

Leo à Caſt.

Euthym.

Auguſt.

tudo, ne neceſſaria deſint, & ideo ait, hæc omnia adÿcientur vobis, id eſt, conſequetur, ſine vllo veſtro impedimento, ne cum iſta quæritis, illinc auertamini, aut duos fines conſtituatis.

Ianſen.
9.
Neceſſaria nõ ſollicitis abũdantiſſimè Deus præſtabit.
Chryſoſt.

Ex dictis optimè eruit Ianſen. inſinuare Dominum ſollicitudinem terrenorum, regni Dei acquiſitionem impedire, ac eius iuſtitiam operari, & ſimul ſignificare, *non ſollicitis multo abundantius danda eſſe, quæ ſunt neceſſaria, ſollicitos verò præterquam quod inutilem patiantur ſollicitudinem, non tantùm neceſſarÿs excidere, ſed etiam cœleſtibus bonis.* quod etiam pulchrè dixit Chryſoſt. qui ſic Chriſtum facit loquentem, *ac ſi diceret, propterea iubeo iſta non quæri non vt recipias, ſed vt abundantiùs accipias, dumque ea, quæ tibi competit, vtilitate etiam præſentia conſequaris, nec ſollicitudinibus afflictus, & curarum morſibus ſæpe diſcerptus, non modò iſtis, ſed etiam ſpiritualibus bonis te facias indignum, ne & ſuperfluam patiaris ærumnam, & quod eſt amplius, propoſitam tibi amittas coronam.* nihil luculentius.

10.
Sancti quatatione aliquando etiam neceſſaria deficiant.

At dices, quomodo hoc verum? dum aliquando & fame, & ſiti Sanctos excruciari videmus. Audi Auguſt. *vbi ſuprà*, de ſermone Domini. *cùm autem legamus*, ait, *in fame, & ſiti Apoſtolorum laboraſſe, non exiſtimemus hic Domini promiſſa titubaſſe; quando quidem iſta ſunt adiutoria: medicus iſte, cui nos totos commiſimus, nouit, quando apponat, & quando detrahat, ſicut nobis indicat expedire; ſi enim nobis aliquando defuerint (quod plerumque propter noſtram exercitationem Deus ſinit) non debilitat propoſitum noſtrum, ſed examinatum confirmat.* Egregiè, ex quo infertur, has, & ſimiles Dei promiſſiones, ſemper cum conditione eſſe intelligendas, quantum ſcilicet ſaluti noſtræ expediens erit.

11.
Sacra Scripturæ ſtudium præcipuè ad ſe Dei prouidentiam bonorum terrenorum aduocat.
Rupert.

Tandem vltimò in gratiam ſtudioſiorum ſacræ Scripturæ placet hîc intelligentiam afferre Rupert. qui cùm per regnum Dei cœlorum intellexiſſet, in agro Scripturarum reconditum, affirmat, quòd qui omnibus diuenditis, vt hunc theſaurum in agro Scripturarum inueniat, eas reuoluendo, legendo, & vt ſemper ad hoc paratum ſe inueniat, cæterorum omnium obliuiſcitur, huic Deus ſic abundanter cætera adiecturus, vt ſuperabundet. *Theſaurus eſt*, ait, *hoc Dei regnum in agro littera legalis, atque prophetica littera, magna ex parte parabolica, ſiue ænigmatica diligenter clauſum, atque ſignatum. hunc theſaurum inuenire eſt Scripturas ſacras intelligere, & præ gaudio theſauri omnia vendere, ſolumque amplecti ſtudium Scripturarum, vt ſemper homo ſit expeditus ad verbum Dei tractandum, ſiue audiendum, hoc primum faciens, ô quantos ſtudium huiuſmodi non ſolùm vſque ad ſufficientiam horum, ſcilicet, victus, & veſtitus, verùm etiam vſque ad ampliſſimos honores citò prouexit.* Veriſſimè, & experientia magis conſtat, quàm verbis.

Nvm. 34. Nolite ergo ſolliciti eſſe in craſtinum, craſtinus enim dies ſollicitus erit ſibi ipſi, ſufficit diei malitia ſua.

Senſus litteralis, & moralis.

1.
Dominus de qua ſollicitudine hoc intelligat.

N*Olite ergo ſolliciti eſſe*, &c. Vt omnis ſoluatur dubitatio, ſupponendum, Dominum de illa ſollicitudine intelligere, quæ anxia, quæ plena timore, in confidentia, ac puſillanimitate fide vacua, & tandem quæ commodum temporale ſpirituali præponit, ex qua doctrina ſoluuntur duæ illæ difficultates, *prima*, quia ipſemet Dominus iuſſit petere panem; ergo & ſollicitos nos eſſe de craſtino. *Secunda*, quia ipſemet Dominus loculos habebat, & ſimiliter alÿ Sancti; ergo licet de craſtino nos ſollicitos eſſe, ſoluuntur, inquam, quia non negat Dominus neque moderatam, ac prudentem ſollicitudinem, quæ eſt prouidentiæ pars, ſed immoderatam, anxiam, infidelem tandem ſtatui non conuenientem, ob quod magiſtraliter S. Auguſt. *de ſerm. Domini, lib. 2. cap. 25.* hinc præcauens cùm ex ſententia Domini ſollicitudinem in craſtinum, ſeu temporalium, vt ipſe vult, & mox dicemus, interdixiſſet, ſic animaduertit, *Hic eſt cauendum, ne cum viderimus aliquem ſeruum Dei prouidere, ne iſta neceſſaria deſint vel ſibi, vel eis, quorum ſibi cura commiſſa eſt, iudicemus eum contra præcepta Domini facere, & de craſtino eſſe ſollicitum. nam & ipſe Dominus, cui miniſtrabant Angeli, propter exemplum loculos habere dignatus eſt, & in Actibus Apoſtolorum ſcriptum eſt, ea quæ ad victum ſunt neceſſaria, procurata eſſe in futurum propter imminentem famem; non ergo hoc Dominus improbat, ſi quis humano more iſta procuret, ſed ſi quis propter iſta non militet Deo.* Nihil amplius Auguſtino addendum, ſolùm animaduertendum ex eius doctrina, Religioſos Prælatos regulam ſumere poſſe, qualis ipſis ſollicitudo eſt interdicta à Chryſoſt. qualis non illa ſcilicet, quæ efficit, vt ſui Religioſi non *militent Deo*, & tunc non militabunt, quando vt promptuaria ipſi habeant plena ad ſuas domos ſuſtentandas, ſic vagabundos ſuos efficiunt Religioſos, vt præter habitum, aut nomen nihil illis remaneat ſuper, mundum ſcandalis opplentes, Væ & ſubditis & ſuperioribus. nam firma contra ipſos hæc omnipotentis Domini ſtabit ſententia, nec ignorantia prætexant, *nolite ſolliciti eſſe*, &c. placet Ianſen. qui prudenter explicat non eſſe ſollicitudinem, de craſtino neceſſitatem futuram prouidere, quæ aduertitur, & prudenter timetur; qualis illa famis Ægypti à Ioſeph præuiſa, prouidenterque curata, *non omnes ſolliciti ſunt in craſtinum*, ait, *qui ea in præſenti tempore curant, quæ in futurum erunt neceſſaria. ſed qui in præſenti tempore occupantur ea cura, quæ ſecundùm rectam rationem non congruit tempore præſenti, ſed futuro, vnde cura incumbens præſenti tempore de prouiſione futurorum, etiam per multos annos non eſt cura craſtina, ſed hodierna; quomodo cura Ioſeph non fuit craſtina cura, quia cognouit futuram famem.* Ex qua doctrina euidenter colligitur, quæ cura craſtina diei debet, quæ hodierna; quod amplius explicans Anſelm. & ad particularia deſcendens, ſic ait, *prohibet ſollicitudinem Dominus noſter in his verbis ex vitio hominum prouenientem, non ex rebus: vnde ſi quis Abbas prouidens ſibi, & Monachis ſuis colligeret annonam ad annum præſentem ſufficientem. hoc eſſet prouidentia, non ſollicitudo vana, ſed ſi eſſet timens, vel deſperans de bonitate Dei, & ideo ad vſum reliquorum annorum vellet eam reſeruare, hæc eſſet vana ſollicitudo, & hoc eſſet cogitare de craſtino.* His ergo ſic ſtatutis, nunc ad textus explicationem.

2.
Prælatis Regularibus qualis ſollicitudo interdicta, qualis non.

Ianſen.

3.
Quid eſſentialiter intelligatur procurare de craſtino.

Anſelm.

4.
Quid per craſtinum.
Auguſt.

In craſtinum. Quid per *craſtinum*? Sanctus Auguſt. intelligit tempus præſens, ac per conſequens temporalia bona, de quibus Dominus non vult nos eſſe ſollicitos, ac proinde vt pro iſtis Deo militemus, & explicans illud, *ſufficit diei malitia ſua*, pro malitia intelligit pœnalitatem victus, & veſtitus. ergo ait, ſufficit, vt quando adeſt neceſſitas, iſta ſumas, nihil addendo amplius moleſtiæ, &

ſollicit

ſollicitudinis, *non dicitur craſtinus dies*, ait, *niſi in tempore vbi præterito ſuccedit futurum. Ergo cùm aliquid boni operamur, non temporalia, ſed æterna cogitemus, craſtinus enim dies ſollicitus erit ſibi ipſi, id eſt, cùm oportuerit ſumas cibum, cùm neceſſitas vrgere cœperit, ſufficit enim diei malitia ſua, id eſt, ſufficit, quòd iſta ſumere vrgebit neceſſitas, quam malitiam nominat, quia pœnalis eſt, pertinet enim ad mortalitatem, quam peccando meruimus; huic ergo pœnæ temporalis neceſſitatis noli addere aliquid grauius, vt non ſolùm eam patiaris, ſed etiam propter hanc explendam, milites Deo.* Ergo ſecundùm Auguſt. tantum fuit Dominum dicere, nolite ſolliciti eſſe de craſtino, quantum, nolite bonum operari, Deoque ſeruire propter hæc temporalia prometenda, atque vti mercedem ea reputari. bona doctrina, & apprimè neceſſaria hominibus ad proximorum ſalutem procurandam deſtinatis, vt nolint pro temporalibus ſalutem proximorum intendere, & in ſumma, vt ſuprà ex eodem Auguſt. diximus, nolint prædicare, vt manducent, ſed manducare, vt prædicent: at licèt vera doctrina, tamen ſenſus non litteralis, cùm Dominus non tantùm nunc intendit finem, quo debemus operari, ſed vanam reſecare ſollicitudinem horum temporalium.

Auth. Imp.

Author Imperfect. pro *craſtino* intelligit ſuperflua, vnde ait, *nolite ſolliciti eſſe in craſtinum, id eſt, nihil curetis ſuper id habere, quod neceſſarium eſt vobis ad vitam quotidianam, quod enim ſuperfluum fuerit, quod eſt cras, curabit ſe, & hoc eſt, quod dicit, craſtinus enim dies ſollicitus erit ſibi ipſi, ac ſi dicas, ſuperflua cùm congregaueris, ipſa ſe curabunt, te quidem eis non fruente inuenient dominos multos, qui ea procurant; quid ergo curas de illis, quorum poteſtatem ex alijs dimiſſurus? ſufficit enim diei malitia ſua, quaſi dicas, ſufficit tibi labor quem pateris propter neceſſaria, noli de ſuperfluis laborare.* ex quibus verbis,

5. *Sollicitudo parandorum poſt mortem quàm vana.* Rupert.

apparet, pro *craſtino* hunc authorem intelligere tempus poſt mortem, pro quo impenſiſſimè aliqui laborant, ſic vt talis labor & ſollicitudo vſque ad mortis articulum, eis perſeueret, *quis eſt enim ſeruorum Mammonæ*, ait Rupert. *qui non etiam pridie, quàm anima eius ab ipſo repetatur, & ſub ipſo ferè mortis articulo in annos plurimos malè perſeuerat ſollicitus.* quem laborem vanum, & ſtultum appellat Salomon. Eccl. 2. num. 26. *peccatori dedit Deus afflictionem, & curam ſuperfluam, vt addat, & congreget, & tradat ei, quod placuit Deo, ſed hoc eſt vanitas, & cauſa ſollicitudo mentis.* immo non ſemper congregat, vt poſt mortem ſua Dei ſeruis veniant, & non filiis, ac propinquis, quod etſi vanitas, & incaſſa ſollicitudo, quatenus extra eius mentem, cùm ipſe illud non intendebat, tamen magnum beneficium. nam ſæpe & inimicis non ſolùm extraneis illa ſuccedunt, vt alibi ex Chryſoſtomo diximus, & latè de hac re in noſtris in Sapientiam commentariis, quod cùm ſit, bene hic author illud intelligit; at non eſt etiam ſenſus litteralis.

Ianſen. Barrad. Rupert.

Ianſen. & Barradas pro *craſtino* diem intelligunt ſubſequentem, ſicut & Rupert. ſi attentè legatur, eſtque meo ſenſu legitima interpretatio incluſa in illa Hieronym. quæ germana, & litteralis, qui ſimpliciter pro craſtino totum tempus intelligit futurum, vnde nec craſtinum excludit, in Scripturis enim, vt probat Hieronym. cras futurum tempus indicat, vnde Iacob Geneſ. 30. *exaudiet me cras iuſtitia mea*, & 1. *Reg.* 28. Samuel ad Saul, *cras eris mecum*, hæc interpretatio litteralis eſt, & vera, cùm enim Dominus curam præſentium neceſſariorum interdixiſſet, voluit nunc & curam futurorum, ſic vt nec de futuro craſtino anxiè ſolliciti ſimus, vnde Gloſſ. *prohibueras ſollicitudinem præſentium rerum, modò prohibes ſollicitudinem futurorum vanam ex vitio hominum prouenientem nobis*, vt veriſſimus Pater prohibens ad hoc vt vitam degamus tranquillam. nam, vt rectè Caiet. *nobis ipſis conſulimus, craſtinas curas diei craſtino reſeruando, præueniendo namque aduocamus futuras afflictiones ad præſens, quam non ſatis ſimus præſentium curarum pœnæ.*

6. *Chriſtus omnem ſollicitudinem interdixit tum præſentium, tum futurorum.* Gloſſ. Caiet.

7. *Dei ſerui hodie duplo laborare non debent, dum craſtinum præueniendo.*

Craſtinus dies ſollicitus erit ſibi ipſi. Græcè, *ſollicitus erit de ijs, quæ ad ipſam pertinent.* hoc eſt, affert ſecum ſollicitudines ſibi conuenientes, loquitur, vt ait Chryſoſt. per proſopopœiam, cuius vim, & dicti energiam acutè conſiderauit Ianſen. (ne caſu reputes figuris Dominum vſum) per illam nempe præoccupauit rationem illorum inconfidentium, qui poterant dicere velle ſe diem craſtinum præuenire, duplo labore in die hodierno, contra hanc rationem facit hæc proſopopœia, ait Ianſen. *ſignificans ipſum diem craſtinum neceſſariò ſecum curas ſuas allaturum, quamuis præſenti cura ab illis nos ſtudeamus liberare, & iniuriam facere diei præſenti, qui onerat curam diei craſtinæ, cùm ei ſatis ſit afflictio ſua.* Alij volunt figuram eſſe metonymicam, vnde ſicut mors dicitur pallida, quia pallidos facit homines, ſic dies ſollicitus, quia homines facit ſollicitos, in idem reincidit.

Ianſen.

Malitia ſua. id eſt, afflictio, & vexatio, quam ſecum affert abſque eo, quòd nos ex noſtra vana ſollicitudine, ampliorem afflictionem ei addamus, ac per conſequens nobiſmetipſis, ex qua ſollicitudine oppreſſi Deo vacare non poſſimus, vt rectè Theophylact. qui ſic ait, *ſufficit enim tibi, quòd hodierna afflictione obrueris, quòd etſi pro craſtino ſollicitus fueris, quando vacabis Deo, ſemper temetipſum crucians pro ſæcularibus.* Veriſſimè; vnde placet Ianſen. qui non ſolùm hanc ſollicitudinem anxiam intendit eſſe prohibitam reſpectu rerum temporalium, ſed etiam ſpiritualium, *non ſolùm*, ait, *ex hoc loco concluditur excutienda ſollicitudo craſtina victus, & veſtitus, ſed etiam omnium aliorum quæ futuro tempore vel expectamus accipere, vel incumbens nobis facienda, quantumuis bona, & occupationis ſtudiorum, aliorumque bonorum operum, quorum non alia cura habenda eſt, quam ratio præſentis temporis exigit.* hæc Ianſen. doctrina ſic vera eſt, ſicque ſpiritualibus viris neceſſaria, vt à ſumma ſe expediant perfectione illam non obſeruantes. nam cùm in pace ſit Dei locus, & vbi hæc non adeſt, nec Deus, nec oratio ad ipſum, nec laus illa, quæ in ſummo conſummatur ſilentio, inueniatur, fit vt dum cum anxia ſollicitudine nullo modo talis pax animi conſeruari poſſit, hinc nec animi moderatio, ac paſſionum caſtificatio, vnde nec ipſa perfectio. Sic ad rem egregiè ipſemet Ianſen. *ſingulis enim diebus*, ait, *curandum de his, quæ ipſis diebus erunt facienda, pro Dei gloria, pro proximorum vtilitate, & propria ſalute corporis, tum animæ, reliquorumque omnium cura excutienda, diuina prouidentiæ omnibus commiſſis.* quod ſic verum, vt etiam de ipſamet ſaluatione anxiè, ac nimis ſcrupuloſè non debemus eſſe ſolliciti; ſic vt pacem animæ exturbet, vt multis euenire ex diaboli ſolet æſtu, ſed tantùm curare bene viuere, ac opera exercere pœnitentiæ, de qua re ſatis ad rem Hilarius, *iubemur igitur*, ait, *non ambigere de futuris, ſatis enim vita noſtra malitia, & dierum, quibus viuimus, peccata ſufficiunt,*

Theophyl.

Ianſen.

8. *Sollicitudo anxia de craſtino non ſolùm relinquenda circa bona temporalia, ſed etiam circa ſpiritualia.*

Hilar.

ſufficiunt, vt circa iſta purganda, & promerenda, omnis vita noſtra meditatio laborque verſetur; ne etiam de futurorum diffidentia inexpiabilis irreligioſitas contrahatur. hæc vltima ponderanda, malum enim talis ſollicitudinis, ſeu potiùs diabolicæ tentationis panditur, nempe ex vſu diffidentiæ male cuſatæ, vt ſic dicam, inexpiabilē contrahi irreligioſitatem, vnde in vltimo vitę protelata facilè ex obſtinata, ac irreligioſa diffidentia in deſperationem homo prolapſus ſalutem amittet æternam, en quò tendit talis inepta ſollicitudo ſub boni ſpecie apprehenſa? hinc etiam, & de hac non nimia debemus eſſe ſolliciti, quia, vt bene ſequens idem ait, *cùm ceſſante cura noſtra, ipſa in officio ſuo, quæ ſunt futura, ſollicita ſint, & nobis æterna gloria profectus Dei procurante bonitate, iam non ſollicitis præparetur.*

9. *Beatitudinis ſine ſaluationis anxia nimis ſollicitudo etiam refrenanda.*

Ea dictis ergo Saluatoris noſtri, quæ longè lateque proſequuti ſumus, ſumma eſt, voluiſſe Dominum illuſtriſſimis exemplis creaturarum, ac diuiniſſimis rationibus nobis perſuadere, vt relicta anxia ac nimis ſollicita cura rerum temporalium, vtpote noſtræ ſaluti valde contraria, totos nos diuinæ prouidentiæ committamus, vtpote medium efficaciſſimum ad ea ipſa temporalia neceſſaria obtinenda, ſicut anxia illa ſollicitudo inefficax, immo nihil amplius præter ſuperfluos labores in ſe continens, hocque vltimo intelligit non ſolùm de neceſſariis præſentibus, ſed futuris, vt ſic ab omni nimia ſollicitudine exempti ipſi ſoli vacari poſſimus, cùm impoſſibile, vt duobus dominis æquè impensè ſeruire poſſimus.

Annot. Moral. LXXXI.

Malum anxiæ ſollicitudinis humanæ circa corporalia.

1. *Sollicitudo corporalium ſimul cum ſpirituali ſe cohibere non poteſt.*

NIhil ſolliciti ſitis. Suprà ex Hugone multa mala adduximus nimiæ ſollicitudinis humanæ, vt ibi eſt videre *num. 32. in fine*, ex omnibus autem illis vnum placet eligere, cùm etſi cætera deeſſent, hoc vnum ſufficeret omnino eam à nobis allegandam, nempe ſuffocationem verbi Dei, ac proinde totius ſpiritualis profectus, cùm prorſus impoſſibile, vt ſimul hæc duo conſiſtere poſſint, nimia ſollicitudo corporalium, & ſimul rerum ſpiritualium.

Ad hoc autem confirmandum aſſumo verba illa Domini noſtri infrà *cap. 13. num. 22.* de grano, qui cecidit ſuper ſpinas, ab iſtis ſuffocato, quod explicans ait. *Qui autem ſeminatus eſt in ſpinis, hic eſt, qui verbum audit, & ſollicitudo ſeculi iſtius, & fallacia diuitiarum ſuffocat verbum, & ſine fructu efficitur* Ergo ſecundùm Domini ſententiam ſpinæ ſollicitudinas ſunt huius mundi rerum, quas maledicta terra profert humani cordis: at quid inde? vt illis ſuffocatus ex homine cœleſti fiat, non ſolùm terreſtre, ſed animal ſollicitudinibus deditus, eo inuolutus. Geneſ. 30. num. 17. *Maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ.* At quid ex hoc labore? ex hac ſollicitudine, *ſpinas & tribulos germinabit tibi.* nouas ſcilicet ſollicitudines, ex non reddito fructu, vt fructum reddat, hinc ſequens ait, *& comedes herbam terræ.* pondeſo non dixiſſe, comedes fructus terræ, ſed herbam, cur non fructus, ſed herbam? quia iam non amplius homo, ſed animal, primus

2. *Sollicitudo corporalium hominem animal conſtituit,*

homo cœleſtis, quia in paradiſo exiſtens ſine ſollicitudine, poma arborum ex ſe naſcentia comedebat, poſtea totus ſollicitus ad laborem, & inter curarum ſpinas, iam non homo cœleſtis, ſed animal, non poma, ſed herbam comedit, adhuc Hugo de ſancto Victore, *Superius dixerat*, ait, *Ecce dedi vobis omnem herbam virentem, & omne lignum pomiferum in eſcam, quomodo nunc dicit, & comedes herbas terræ? ſed ibi dedit herbas ad opus animalium, ipſis verò primis parentibus lignum pomiferum in eſcam, hic verò maledicendo dat hominibus herbam in eſcam cibum iumentorum, quaſi dicat, qui prius comedebas fructus paradiſi, comede nunc eſcam iumentorum.* Si ad viros ſpirituales hæc referas, ſi ad eos, qui Dei verbum vocationis audierunt, hanc doctrinam in praxi exercitam aſpicies, in principio vocationis, in ſpiritu feruentes, in Dei charitate ardentes, veluti Angeli, ſeu homines cœleſtes ſine ſollicitudinibus viuentes, poma comedebant diuina, at, neſcio quo malo fato, ſic aliquando ſollicitudinibus huius vitæ replentur, vt ex Angelis dæmones, vt ex cœleſtibus terreni, ex hominibus animalia redditi, qui priùs delectabantur in croceis, amplectuntur poſtea ſtercoſa, non iam poma, ſed herbam comedentes.

At cur Adam hæc maledictio? Sanè, mea ſententia, ex multiplicata ſollicitudine, qua ſuffocatus & Deum amiſit, & ſe in viliſſimam formam redegit, *quia audiſti vocem vxoris tuæ*, dixit ad illum Deus, *& comediſti de ligno, ex quo præceperam tibi, ne comederes, maledicta terra in opere tuo.* Ante vxorem totus in vna ſollicitudine ſtabat Deo complacendi, poſt vxorem multiplicata ſollicitudine, dum duobus ſimul placare contendit, impar ad vtrumque, mulierem Deo præferens ſe perdidit, ſpinis ſe ſuffocauit, *culpat itaque virum*, ait Eucherius, *quia præuenienti Dei mandato, vxoris præpoſuit voluntatem.* Pulchrè. præuenienti Dei mandato, quod erat de vno tantùm ligno vetito, cæteris omnibus conceſſis, vxoris voluntatem præpoſuit, quæ licitis, & neceſſariis non contenta ad vetita, & ſuperflua ſe extendens, dum ad illa virum impulit, & hic de illa implenda ſollicitus & ſe, & mulierem, totumque penitus perdidit mundum, & dum prius ſine ſollicitudine neceſſariis abundabat, & affluenter, poſtea ſollicitus ad ſuperflua, & vetita, labore conſumptus, fame enectus, ſpinis, ac ſollicitudinibus ſuffocatur. Iam me habes, cur ſollicitudinibus ſuffocantur homines, quia non neceſſariis contenti ad ſuperflua aſpirant, & vt ad ſententiam Domini reuertamur, audi quid dicit, *ſollicitudo ſeculi iſtius, & fallacia diuitiarum ſuffocant verbum.* priùs ſollicitudinem poſuit, poſtea fallaciam diuitiarum; cur hoc? Sanè, quia niſi fallacia adeſſet diuitiarum, non eſſent tantæ ſollicitudines cor humanum ſuffocantes, at in quo diuitiarum fallacia? meo ſenſu, quia dæmonis aſtutia ſuperfluum, & vanum diuitiarum neceſſarium homines reputant, hinc ſub ſpecie neceſſitatis, dum ſuperfluum ambiunt, in immenſum ſollicitudines creſcunt. nam non ſolùm ipſi diuites fieri, ſed & filios, & vxores, & parentes, & totam ſimul progeniem curantes, nummi non ſolùm adeſſe debent ad expenſas, ſed ad recondendum, vt plenæ ſint arcæ, ſumptus non ſolùm ad neceſſaria, ſed ad ſplendorem ſupra ſtatum, menſa, veſtes, equi, frena non ferrea, ſed aurea, famulorum turbæ ſupra conditionem ac ſtatum, ſupellex regia, & ſi priuatus ſit homo, & cùm hæc omnia inquiſant,

3. *Adamus ex nimia ſollicitudine temporalium ſe perdidit.*

4. *Homines ex ſollicitudine ſuperfluorum ſe perdunt.*

5. *Diuitiarum fallacia eſt ſuperflua pro neceſſarijs iudicare.*

S. Baſil.

rant, neceſſaria dicunt, quod ſtupens S. Baſil.

6. *Diuites vt dementantur à dæmone.*

hom. aduersùs diuites, *eſt quoddam*, ait, *diaboli inuentum, quod infinitas ſumptuum cauſas, in diuitum animis comminiſcitur, vt ſuperflua, & inutilia veluti neceſſaria affectentur, nihilque illis ſufficiat ad impenſarum rationes.* quod explicans ſanctiſſimus Pater ſic luculenter proſequitur, *diſtribuunt diuitias ad præſentem, & futurum vſum, has ſibi illas filijs aſſignant, inſuper hæ vſibus iactentur, illa reponantur, iſta domi ſumptus tolerent, illa foris noſtram magnificentiam oſtentent, hæ mihi in itinere commeatum luculentum ſuppeditent, illa domi ſplendidum victum ſuppeditent, vehicula ſexcenta aere argentoque obducta, equi quamplurimi, horum alij ſuperbis per vrbem geſtationibus, alij venatui, alij itineribus, frena, zonæ, collaria, cingula omnia ex argento, & auro, tapetia purpurea, quæ equos vt ſponſos ornent. Mularum ingens numerus, ſeruorum aliorum immenſa turba, & qui piſtores, pincernæ, venatores, caterua camelorum, ædes marmoribus relucentes, balnea in vrbe, balnea ruri, ita vt non queam admirari tot ſuperflua rerum commenta.* at etſi omnia admiratione digna, illud eſt vltra admirationem, quòd cùm tanta ſint immenſa, & ſuperflua neceſſaria dicuntur, omni ſollicitudine digna, ſicque die, noctuque ad hæc explenda laborantes ſpinis oppleti, dum totum humorem grani exhauriunt, ſic illum præfocant, vt non ſolùm non Religioſum, ſed nec penè Chriſtianum hominem efficiant virtutes præfocantes.

Raban.

Audi Raban. in hunc ipſum Euangelij locum, *rectè autem*, ait, *ſollicitudines ſpinæ vocantur, quia cogitationum ſuarum punctionibus mentem lacerant, & quaſi ſtrangulando ſpirituales virtutum fructus gignere non permittunt.*

Immo ſi aliquid pullulauit, ſuperflua ſollicitudo exurit, vaſtat, & veluti bruchus granum comedit, ſpicaſque conſumit. audi Nahum 3. num. 16. *comedet te ignis*, loquebatur de Niniue excisione, *peribis gladio, deuorabit te bruchus.* at cur hoc? ſequitur, *plures feciſti negotiationes tuas, quàm ſtellæ ſunt cæli*, non dixit negotiationem, vt bene adnotat Ribera, ſed negotiationes, quia ambitioſus non in vno honore quieſcit, auarus non in vna mediocri diuitia, guloſus non in vno ientaculo, hinc dum

7. *Sollicitudo rerum temporalium diluuij cauſat malorum.* Ribera.

multiplicant negotiationes, multiplicant ſollicitudines, quæ veluti bruchi paruum illum granum conſumunt, & perdunt, vano labore conſumpti. nam verè Ribera, *magno emitur quidquid poſſidetur ex his rebus mundi, magno labore, magna mentis ſollicitudine, & anxietate, magna iactura temporis, pecuniæ, ſalutis, ſpiritualium bonorum.* hinc totius ſpiritualis ædificij ruina, & non quælibet, ſed grandis, cùm non ſolùm ex talibus anxiis rerum ſuperfluarum, ſollicitudinibus malum, ſed diluuium malorum: nam cor ſollicitudinibus totum occupatum huius mundi rerum non neceſſariarum, ſic potens omnibus dæmonis actibus fit, vt ad nutum, quò vult, quò deſiderat, impellat, ſic vt paulatim creſcentibus ſollicitudinibus in diluuium mergat peccatorum, non iam ex fragilitate, ſed ex malitia patratorum, ex quo fit, vt quaſi impoſſibilis reddatur conuerſio talis peccatoris, ac proinde eius quaſi deſperata ſalus. Audi me.

8. *Diluuium quare in mundum venit.*

Vnde nam putas diluuium veniſſe in mundum? Sanè dices, ex eo, quod ait Scriptura Geneſ. 6. num. 1. *cumque cœpiſſent homines multiplicari ſuper terram, & filias procreaſſent videntes filij Dei filias hominum, quòd eſſent pulchræ, acceperunt ſibi vxores ex omnibus, quas elegerant.* ex hoc ergo diluuium? at quæ malitia in hoc? Sanè, reſpondet Chryſoſtomus, concupiſcentia, ac proinde ſollicitudo ſuperfluorum, vnde vna non contenti vxore, à pulchritudine, non à ratione incitati auidi ad plures vxores ſine delectu concurrerunt, *vide*, ait

Chryſoſt.

Chryſoſt. *quomodo per verbum hoc* (ſcilicet quòd eſſent pulchræ) *omnem nobis eorum intemperantiam inſinuat, non enim ob deſiderium procreandorum filiorum conueniebant, ſed ob voluptatem.* ergo intemperans ſollicitudo acquirendarum mulierum pulchrarum diluuium inuexit: ſanè dices! at meo ſenſu licèt ex hoc principium diluuij, non tamen vltima cauſa. qualis illa? ea nempe, quæ ex iſta ſequitur, cor ſcilicet totum in malum occupatum, ac preſſum, ſic vt quaſi deſperata plaga nullum aliud remaneret remedium, hincque paulo infrà proximam diluuij rationem aſſignans Scriptura ait, *videns autem Deus, quòd multa malitia hominum eſſet in terra, & cuncta cogitatio hominis intenta eſſet ad malum omni tempore, tactus dolore cordis dixit, delebo*, &c. At vnde cuncta cogitatio hominis intenta ad malum, & inſuper omni tempore ſic obfirmata, vt nullum ſupereſſet remedium? Amice, ab illa nimia effrenata concupiſcentia, quæ ſic diabolo cor apertum reddidit, vt ad quod vellet malum, ad quam vellet iniquitatem, eum impellens, in malitia obſtinatum ſic reddidit, vt eius remedium Deus deſperaret, ſic vt priùs veluti ex fragilitate peccarent, ex pulchritudine moti, poſtea ex malitia etiam, & ſine pulchritudinis obiecto.

Caiet.

Audi Caiet. qui illa verba, *vidit Deus*, ponderans, quibus Deus dicitur non audiens, ſed videns, ſic ait, *& primum viſum deſcribitur in voluntate hominum exiſtens in illa malitia, non imbecillitas, non paſſio, ſed quod in voluntate peſſimum eſt, malitia, nec ea parua, aut vna, ſed multa, vt hinc intelligamus homines vſque adeò declinaſſe in malum, quod peccabant ex malitia, ac per hoc incorrigibiles erant.*

9. *Vt venitur ex fragilitate ad peccandum ex malitia.*

10. *Pulchrum vt diminuit voluntarium.*

Egregiè, primùm peccabant ex fragilitate, quaſi à pulchro allecti, vexati, & veluti coacti, libidine exiſtente in appetitu ſenſitiuo, quę peccatum diminuit, iuxta ſancti Doctoris doctrinam 2. 2. *quæſt.* 114. *art.* 3. *ad* 1.

S. Thom.

at ex vſu poſtea peccandi ſic ad malum declinauerunt, vt libido ex appetitu ſenſitiuo in voluntatem aſcendens iam non ex fragilitate, ſed ex malitia peccantes, etiam, vt ſic dicam, nec ab obiecto moti, ſed ex praua conſuetudine ipſi ſemetipſos ad peccandum excitantes incorrigibiles euenerunt, ſic à malitia poſſeſſi, vt totum cor oppletum habentes, tota eorum cogitatio, ſollicitudo, ac intentio ad nihil aliud protenderet, niſi ad malum, diabolus eos ducens quò volebat, etſi leuiter impelleret; vnde tantum malum? Sanè ab illa illicita viſione, *videntes filij Dei*, ab illa illicita ſollicitudine, ac nimia, perenni, & continuata, *vt acciperent ſibi in vxores quaſcunque elegerant*, ex

11. *Chriſtiani vnde in profundum deſcendunt peccatorum.*

hoc rupto cum Deo fœdere, diabolo ſe coniungentes, deſperata eorum facta eſt plaga, vnde à diluuio malorum in diluuium venerunt ſuffocationis, ſi ad praxim hæc reducere velis, practicè nunc aſpicies, quod olim in Scripturis factum reperies. nam dum ſemel Chriſtianus animus laxata habenis ad quæ vult, ad quæ deſiderat, ad quæ aſpicit, ſe extendit cor replens infinitis ſollicitudinibus, vt concupita acquirat, ſenſim, ac paulatim ſic diſtrahitur, ac ſub iugo premitur diaboli, vt ad reſiſtendum factus impotens, iam non ex fragilitate, ſed ex malitia peccans, proùt animal ad nutum diabolo ſeruiens, ab iſto ducitur, quò vult, quò iubet, ſine conatu, ſine reſiſtentia, immo, vt diximus, etiam non ab extrinſeco

tentati,

tentari, ſed à ſemetipſis, ipſos ſe impellentes, ac ad peccandum excitantes; quapropter prudentiſſima quædam matrona nobilis filia nobiliſſimi Fernandi à Toleto monita ſalutis tradens filio inter cæters, vt ille mihi retulit, hoc vnum, *fili ne pecces*
12. *non tentatus.* Equidem ſenſata doctrina. nam qui peccat tentatus, ſanè potius ex fragilitate, at qui ſine tentatione, omnino ex malitia conſummata, quos ad nutum, vt dixi, ducit, mouet, impellit diabolus: taleſque cùm videris, dic penè deſperatam eorum ſalutem, quod nunc probandum, vt videas, in quale barathrum ſollicitudo nimia terrenorum conducit humana.

Sollicitudo nimia terrenorũ vt penè deſperatam reddit ſalutem aperꝫ. [illegible]

Enimvero Paulus *ad Epheſ. cap. 2. num. 2.* peccatores filios nominat diffidentiæ, beneficium enim redemptionis ac vocationis Epheſiis inculcans, quantamque per Chriſtum gratiam à Deo recepiſſent ad fidem à gentiliſmo vocati declarans ſic grauiter eis prædicat, *& vos cùm eſſetis mortui delictis, & peccatis veſtris*, ſupple conuiuificati Chriſto, *in quibus aliquando ambulaſtis, ſecundùm ſæculum mundi huius, ſecundùm principem poteſtatis aeris, ſpiritus, qui nunc operatur in filios diffidentiæ.* Explico ly *ſpiritus*, cùm difficultas ſit quid ſignificet, & cum quibus concordandum. nam aliqui in genitiuo illud ſumentes, cum ly *aeris* illud concordantes faciunt ſenſum, ſecundùm principem poteſtatis aëris, qui aër eſt ſpiritus. Alij hunc faciunt ſenſum, ſecundùm principem aëris huius, in quo degunt ſpiritus, quæ expoſitiones verè non ſunt ad litteram; vera autem eſt illorum, qui per epexegeſin, ſeu ſynonymiam, illud intelligunt, coniungentes cum ly *poteſtatis*, quaſi dicat Paulus *ſe-*
13. *cundùm principem poteſtatis aeris huius*, non cuiuſlibet poteſtatis, ſed ſpiritualis. nam eſt ſpiritus maligno ſuo ſpiritu, impulſu, afflatu, vim, energiam, malignitatem ſuam exercendo in filios diffidentiæ; quid iſti? *Primò* aliqui dicunt illos eſſe peccatores, qui Deo non fidunt, hoc eſt, et non credunt practicè, quia non ei obediunt. nam, ait Cornel. *qui enim credit dicenti, facile illi obedit, illique fidit, & ab eo ſe regi patitur.* quòd ſi hoc verum, quàm pauci hodie Deo credunt. *Secundò* alij filios diffidentiæ illos appellant, qui ob peccata ſua de ſua ſalute deſperant: at, mea ſententia, omnibus melior eſt *tertius* modus ſancti Thomæ, qui eos peccatores affirmat filios dici diffidentiæ, quos ad nutum ducit diabolus quò vult, quò deſiderat, quò concupiſcit, de quorum ſalute cùm ad hunc ſtatum deuenerint, prudenter diffidere poſſumus; cùm enim ſuperioribus modis illud expoſuiſſet, tertium addens ſic ait, *vel diffidentia, id eſt, de quibus eſt diffidendum, ſcilicet quia ex malitia peccant, in quibus princeps mundi huius etiam operatur ad nutum, de his enim. qui ex ignorantia, vel infirmitate peccant, non eſt diffidendum, nec in eis princeps iſte operatur ad nutum.* Terribilis ſententia, niſi miſericordia illam temperet diuina, potens etiam & hos ſaluare: at etſi hoc, verè multum timenda, ac formidanda, tanti fulta authoritate Doctoris, vt videas, ad quale te barathrum ſollicitudo nimia, anxia, ac etiam diffidens (de hac enim loquimur) terrenorum te ducat, vt prudenter iudicando de tua ſalute diffidere poſſimus, cùm ad nutum diabolus te impellat, quia diſtractum tenens cor, diaboloque apertum, variis exagitatum ſollicitudinibus ſpiniſque obrutum, ad illum miſerum ſtatum deuenis, vt quaſi iumentum ad ima mergaris.

Filij diffidentiæ qui dicantur.

Cornel.

D Thom.

Hinc, ni fallor, ad talem ſollicitudinem tolendam, ne nimis homo in ea eſſet temporaria, *Leuit.*
19. *num.* 19. prohibuit Dominus agrum diuerſo 14.
ſemine ſeri, *agrum tuum non ſeres diuerſo ſemine.* quid hoc? nunquid de bobus cura eſt Deo? non equidem; quale ergo myſterium, ſeu qualis doctrina? Theodoret. ad ſimplicitatem, qua Deus coli vult, referens legem, ſic ait, *Deus enim cùm in ſe ſit ſimpliciſſimus, ſitque ipſa ſimplicitas, idéoque vnitas, primitas, & cauſalitas rerum omnium, amat ſimplicia, & adulterinas mixtiones, ſiue carnis, ſiue ſpiritus in ſuo cultu odit, & vetat*, hinc Cyrillus *lib. 8. de adoratione*, hac lege putat biformes mores prohiberi, ac proinde vafriciem doloſitatemque in conuictu, de qua re nos abundè in noſtris in Sapientiam commentariis *tom.* 1. Radulph. ad mores, ne quis bona loquatur, & mala operetur: at, mea ſententia, omnibus meliùs Auguſt. *hom. 2. in Ioann.* vt remoti à ſollicitudinibus mundi, à quibus duplices conſtituimur, Deo ſeruiamus ſimpliciter, *ſimplex eris*, ait, *explicando te à mundo, implicando duplex eris.* Veriſ- 15.
ſimè, enimvero non vetitur ſeminare, ſicut moderata, non vetitur ſollicitudo rerum, vt in commentario diximus, ob hoc equidem Chriſtus Dominus noſter non dixit à ſollicitudine, ſed *a ſollicitudinibus*, & moderata ſollicitudo, quæ ſpiritum non ſuffocat, non ſolùm neceſſaria, ſed præcepta, non enim miraculoſe viuendum. quid? *Geneſ. 30. num.* 31. paciſcens Iacob cum Labano de maculoſis ouibus, Deo forſitan Iacob induſtria, ac ſollicitudo ingrata, vt ſuæ prouideret domui? nil minus, immo gratiſſima, miraculoque, vt ſic dicam, comprobata: at ſi attendis, illa tam moderata, tam de Deo confidens, vt non mirum, ſi ea ad ſummas deuenerit diuitias. nam illa non equidem alia, niſi his, ſemel manè, ſemel autem veſpere virgas ponere, & tollere à carnalibus, num. 41. *igitur quando primo tempore aſcendebantur oues, ponebat Iacob virgas in canalibus aquarum; quando verò ſerotina admiſſura erat, non ponebat eas.* cum qua diligentia tota ſecluſa ſollicitudo, quod reliquum erat temporis, Deo impendebatur; hanc ergo non prohibet Deus, at illam, qua in pluribus homo diuiſus, ſic diſtrahitur, vt penè Dei obliuiſcatur. Vnico ſemine agrum ſeminare vna eſt ſollicitudo, at diuerſo non ſolùm vnica, ſed multiplex, ſic multiplex, vt ſtulto labore, penè ad defectionem deueniat homo, ſi grana ab inuicem ſeparare vellet, vt ſentit Hug. Card. *maximus, ait, hic eſſet labor, nec ita poſſent eligi grana vnius ſeminis, quin ibi eſſet granum alterius ſeminis.* En myſterium, en morale præceptum. Sinè amice, non tibi prohibet Chriſtus, quando præcipit, ne ſis ſollicitus, quid manducabis, aut quid veſties, ſed nimiam ſollicitudinem horum prohibet, nata ex deſiderio non tantum neceſſariorum, quantum ſuperfluorum, cùm ſi rectè iudicare velimus, quando neceſſariis contenti, quælibet modica ſufficit ſollicitudo. Quid enim diuerſum ſemen iacere, niſi ex cupiditate diteſcendi, non tantùm ſe ſuſtentandi? quo modo etiam in eodem loco prohibet, ne veſte ex duobus texta induerent, *veſte, qua ex duobus texta eſt, non indueris.* quid, nunquid Deo ingratum veſtiri diſculoribus? Sanè fuit error Pelagij, gloriam ſcili- 16.
cet veſtium, & ornamentorum Deo contrariam eſſe, quem refutat Hieronym. agens contra ipſum, & in Concilio Gangrenſi *d. 30. cap. ſi quis virorum*, damnatur, qui viles veſtes deferens, tanquam ex eo iuſtitiam habiturus alios reprehendit, qui nitidiores deferunt; quid ergo, cur illud vetuit? Sanè ob eamdem cauſam, ad prohibendam veſtium ſuperfluitatem, ac proinde earum nimiam ſollicitudinem,

Deus cur mandauit diuerſo ſemine agrum non ſeri.

Theodor.

Cyrill.

Radulph.

Auguſt.

Sollicitudo moderata Deo placet, & approbatur.

Hug. Card.

Pelagij error non licere ſplendidis indui veſtibus.

Hieronym.

tudinem, equidem dum pauper mulier, quæ honeſtè inceſſerat pannoſa, ſericas concupiſcit, in quantaa, quæſo, ſe inuoluit ſollicitudines, & ex iſtis in quanta peccata? Meritò ergo talis inhibita ſuperfluitas, ac proinde ſollicitudo, non ſolùm quia nimia, ſed quia, vt diximus, præfocat granum, quo modo aliqui & hunc locum Leuit. legentes prn *agrum tuum*, exculerunt, *vineam tuam*, vnde in Deuter. cap. 22. num. 9. *ne ſeras vineam tuam altero ſemine, ne & ſementis quam ſeuiſti, & qua naſcuntur ex vinea, pariter ſanctificentur*, hoc eſt, vt ait Lorin. polluantur, ſuffocentur, & pereant, dum alia impediunt alia, ob hoc equidem illam Deus prohibet, quia, vt ait Hugo, ſuffocat granum, deſtruit, & inſuper vano, ac ſtulto labore: vt tandem concludam,

17. *Stulto labore conſumuntur nonnulli ſollicitati de rebus carnalibus.*

Dico, nimis ſollicitudinibus huius mundi præoccupatum etiam iuſtiſſimis ſtulto labore conſumi, & Deo ab illo diſcedente præfocari. Terribilis forſitan alicui hæc apparebit propoſitio, ſed quando experientis tum propria, tum aliena edoctus non fuiſſem, intrepidè illam aſſererem, ex Scripturæ authoritate fiſus & motus; hoc autem probo ex illo loco *Exod.* 18. *num.* 1. qui ſic. *Altera autem die ſedit Moyſes, vt iudicaret populum, qui aſſiſtebat Moyſi à manè vſque ad veſperam, quod cùm vidiſſet cognatus eius, ait: Quid eſt, quod facis in plebe, cur ſolus ſedes, & omnis populus præſtolatur de manè vſque ad veſperam. cui Moyſes: Venit ad me populus quærens ſententiam Dei, & leges eius; at ille, non bonam*, inquit, *rem facis, ſtulto labore conſumeris & tu, & populus iſte, qui tecum eſt, vltra vires tuas eſt negotium, ſolus illud non poteris ſuſtinere; ſed audi verba mea, atque conſilia, & erit Dominus tecum.* Sic prægnans eſt hic locus ſanctiſſimis, ac moralibus præceptis, vt ne occaſio excidat, nolo illum vt ſic præterire, vnde antequam ad meum veniam inſtitutum, percurram velociter aliqua adnotands.

18. *Moyſis ſollicitudo in populo gubernando.*

Primum enim adnoto, ly *altera die ſedit Moyſes.* quid altera die? Sanè poſt illam, in qua Iethro receperat, poſt gaudia ſocietatis, poſt honeſtiſſimam cœnam, non amplius otio ſtertens, nec vti Princeps remiſſus ad gaudia, illico ad laborem ſedit.

19. *Principes otioſi perſtringuntur exemplo Moyſis.*

O Princeps tauto dignus principato, qui etſi vxorem, etſi filios, etſi cognatum receperat, cum quibus conueniens vt ſaltem per dies continuaret, ſaltem per duos ſaltem, non ſic manè e cubili ſurgeret, nil minus, nec ab amore filiorum, nec à ſocietate cognati, vel denique à delitiis matrimonialibus detentus, ſtatim è manu ſurgit ad populum iudicandum, vna ſaltem die nec feriatus, quid ad hæc otioſiſſimi Principes, qui non per vnam diem, ſed per totam vitam quaſi populos non poſſidentes, dies ducunt in delitiis? *poſt gaudia ſanctæ ſocietatis*, ait Lippoman. *& cœnam honeſtiſſimam, ſtatim ſanctus redyt, ſine impedimento hoſpitalitatis ad ſuum officium conſultandi, & conſulendi granatus, & ad cauſas tractandi ciuiles pro fouenda, & in tanto populo conſeruanda charitate.* (Lippom.)

20. *Principes vt procul debent eſſe ad audientias præbendas.*

Secundò pondero ly *ſedit*; quid hoc deſignat? niſi non ſolùm ſerenitatem animi, qua quilibet iudex præditus eſſe debet, non in motu paſſionis, ſed in tranquillitate iudicans, ſed aſſiduitatem, ſpatium, longanimitatem, ac diuturnitatem in populo audiendo, norma Principum, & adminiſtrorum, in audientiis præbendis, cùm nulla res ſic Principem, ſic adminiſtrum odioſum reddit, ac audientiarum moroſitas; hinc Plutarch. *de vita Demetry*, ob hanc cauſam inuiſum Demetrium Lacedæmoniis fuiſſe affirmat, *indigniſſimè autem ferebant*, ait, *difficiles ad eum aditus, quippe aut non dabat accedendi ſui facultatem, aut colloquentibus durum ſe, moroſumque præſtabat.* Vnde vetula quædam eùm ab illo audientiam expoſtulaſſet, ac iſte, *nō vacare ſibi*, reſpondiſſet, ſtatim illa, *noli ergo regnare*, non ſic ergo noſter Moyſes, ſedebat ad audiendum, longas audientiæ moras ſignificans, ex quibus, vt rectè adnotat Lippom. nullum emolumentum, niſi ſui officij bonum regimen, ac populi pacem reportabat, *aſſiduitas deſignatur*, ait, *à Moyſe, qui à manè vſque ad veſperam incumbebat in iudicijs decernendis, abſque eo tamen quod aliquid emolumenti è ducatu ſuo perciperet.* quod ipſe conſtanter poſtea dixit aduersùs Dathan, & Abiron tyrannidem illi audentes exprobrare Num. 16. num. 16. *tu ſcis Domine quòd neque aſellum quidem vnquam acceperim ab eis, nec affligi quempiam eorum.* (Plutarch.) (Lippom.)

Tertio pondero ly *quid eſt, quòd facis in plebe?* quæ verba ſanè aliquid fieri ſonant, non in fauorem, ſed in detrimentum plebis, & ſanè in hoc ſenſu accipit ea idem Lippoman. *quaſi diceret*, ait, *quid tu populo ſic facis, vt totam diem hic expectare, & durare cogantur.* Mirum vt beneficium homo iſte cordatus in detrimentum vertat, ac, vt ſic dicam, maleficum ipſum Moyſem efficiat; vnde ergo hoc? aut ex qua cauſa? attende ad quæ ſequuntur, & illam inuenies. *Quid eſt*, ait, *quod facis in plebe, cur ſolus ſedes?* En populi offenſa, ſolùm ſedere, omnia ſolùm portare velle, ſocium, & adminiſtrum non admittere, hoc populo intolerabile, vt alibi diximus, quod ſi in Principe, quid quando non Princeps, ſed adminiſter? nunquid non ex tali ſolitudine populo infinitus labor. (Idem.)

21. *Populi conſumuntur ex ſingularitate miniſtrorum.*

Quartò pondero ly, *& oſtendam præcepta Dei, & leges eius.* Quomodo præcepta Dei, & eius elges oſtendebat, quæ adhuc non extabant, vt rectè addubitat Auguſtinus *in qq ſuper Exod. queſt.* 67. nunquid ad ſingulas diſceptationes tabernaculum adibat, Deum conſulebat, reſponſa accipiebat, ridiculum hoc eſſet aſſerere. ergo quo modo? reſpondet Auguſt per legem, & præcepta hîc intelligi æterna ac naturalia in omnium cordibus ſcripta, ad quam legem Moyſes reſpiciens cauſas decernebat. *nam aliter*, ait Sanctus, *niſi ſuæ menti præſidentem Dominum conſuleret, legemque eius æternam ſapienter attenderet, quid iuſtiſſimum iudicare inter diſceptantes poſſet, non inueniret.* ergo præcepta, & leges Dei Moyſes populum docebat, quia dum ad cauſas decidendas ſederet præſidentem Dominum intus ſuæ menti attendebat, lumen, auxilium, ſcientiam ab illo poſtulans, & obtinens. Duo ex hoc elice documenta, *primum* quantum iudici neceſſaria oratio, ac cum Deo commonicatio; *ſecundum* quàm certum eos errare, dum ſine oratione præuia ad iudicandum accedunt, & dum aſpicis vix quempiam eorum de oratione tractare, noli mirari, ſi iniuſtitia in mundo regnet, ex infinitis quos tractaui vix duos, vel tres reperi orationis homines, vnde rectè Lippoman. *diſcendum*, ait, *iudicium nobis iuſtum inquirendum à Deo, cuius lex eſt, non noſtra; ſpiritum legis tenendo, non ſolùm litteram, ne qui legum ſunt peritiſſimi, fiant omnium peſſimi, ac verſutiſſimi homines.* Sanè perquam egregiè. (Auguſtin.) (Lippom.)

22. *Moyſes quomodo præcepta Dei populo oſtendebat cùm adhuc non extarent.*

23. *Iudices orent ſi rectam iuſtitiam tenere deſiderant.*

Quintò tandem ad noſtra deueniendo Iethri reſponſionem, *ſtulto labore conſumeris.* mirum, vt tâtus

labor ob Dei amorem ſuſceptus, ob charitatem populi toleratus, ſtultus dicatur, immo amplius, vt niſi ab illo deſiſtat, Deum ab eo diſceſſurum. Vnde illi conſulens ait, *ſed audi verba mea atque conſilia, & erit Dominus tecum*, quaſi non

24. *Animus nimis terrenis rebus occupatus Deo euacuatur.*

futurus, ſi verba eius non audiret, ſi conſilia non apprehenderet; quid hoc? Magiſtraliter Auguſt. vbi ſuprà, quæſt. 68. *Ex dictis verbis*, ait, *mihi videtur, ſignificari nimis intentum humanis actionibus animum Deo quodammodo euacuari, quo fit tanto plenior, quanto in ſuperna, atque æterna extenditur; vnde ex his apparet, quàm ſit obſeruandum, quod alibi Scriptura dicit, fili, ne in multis ſint actus tui.* En quod dicebamus, ſi actus ſint multi, ſi ſollicitudines multæ, ſi cor diſtractum in his temporalibus etiam licitis. quid enim amplius licitum, quàm ex officio lites dirimere, & Principem negotia peragere: at ſi hoc imprudenter, & non eo moderamine, quo conuenit, & incaſſum laborabit, & inſuper à ſollicitudinibus cor occupatum, velut à ſpinis ſuffocabitur, quòd ſi hoc in occupationibus, ac ſollicitudinibus licitis, quid in illicitis; ſanctiſſimus ergo Dominus noſter noſtro proſpiciens profectui, nos admonet ne velimus eſſe nimis ſollicitos, dicens, *ne ſolliciti ſitis.*

Annot. Moral. LXXXII.

De Dei prouidentia admirabili in non ſollicitos.

Conſiderate lilia agri. Priùs ad paſſeres nos Dominus noſter remiſerat, vt ſuam diuinam aſpiceremus de nobis prouidentiam, *reſpicite volatilia cœli*; at quia iſti etiam ſollicitudinem habent, quatenus ad adquirendum victum aduolant, ideò non ſatisfactus ad lilia nos remittit, quæ ad ſuam pulchritudinem acquirendam, in qua tota eorum vita, ac, vt ſic dicam, eſſe, *non laborant, neque nent*, & tamen ſic Deus ea veſtit, vt exinde euidentiſſimè diſcamus, tunc Dei maiorem adfuturam prouidentiam, quando nos amplius improuidi.

Ad hoc autem probandum nullus mea ſententia aptior Scripturæ locus, quàm ille *Marc.* 8. *à num.* 1. quando Chriſtus ſic abundanter turbas refecit, qui locus ſic dilucidè hanc noſtram probat propoſitionem, vt extra illum pro nunc alium quærere non liber, ſic enim ait Marc. *cùm turba multa eſſet, neque haberent, quid manducarent, conuocatis diſcipulis, ait illis: Miſereor ſuper turbam, quia ecce iam triduo ſuſtinent me, nec habent, quod manducent, & ſi dimiſero eos ieiunos in domum ſuam, deficient in via. quidam enim ex eis de longè venerunt.* Pende ſingula, & maiorem neceſſitatem non inuenies, nec turbarum minorem ſollicitudinem, ſicut nec maiorem Dei prouidentiam, amorem, ſollicitudinem, dum ſic in deſertum poſt Chriſtum abierunt, vt de viatico nihil curantes, nec cogitantes, an panis deficeret, poſt Saluatorem conſtanter animoſéque ambularunt. Expende neceſſitatem, turba erat, quæ impatiens, *cùm turba*, & non parua, ſed multa, *cùm turba multa*, neceſſitas autem non quælibet, ſed fames, quæ dira, *nec haberent quod manducarent*, & hoc non propè ciuitatem, ſed *in deſerto*, vt ait *Matth.* 19. *num.* 32. ex quo impoſſibilis prouiſio: at non quælibet, ſed diuturna, *ecce iam triduo*, non ſolùm diuturna, ſed extrema, *ſi dimiſero, deficient in via.* En qualis

1. *Neceſſitas turbarum in deſerto expenditur, & Chriſti prouidentia.*

neceſſitas: at dum talis eſt & tanta, tunc amplior Dei prouiſio, eiuſque paternalis prouidentia, hinc ſtatim, *miſereor ſuper turbam.* En eius neceſſitatis conſideratio, *ſi dimiſero eos ieiunos, deficient in via.* At non ſolùm hoc, ſed ad omnes extenſiſſimè, *quidam enim de longè venerunt*; quid ergo? quid ad talem tantamque prouidentiam Deum impulit? Sanè, mea ſententia, ipſamet extrema neceſſitas, & neceſſitas patiens, & ſecundò nulla ſui ſollicitudo. Sed ad ſingula.

Primum ergo diuinæ prouidentiæ philtrum, vt ſic dicam, extrema extitit neceſſitas, &, vt dixi, neceſſitas patiens. nam ordinaria ipſa impatiens, ſibi inuenit modum, non ab alio requirit, *in deſperatis cauſis*, ait Chryſolog. ſerm. 35. *eſt ſæpe magiſtra neceſſitas, inuenit ipſa ſibi paſſio medicinam*, fortior, ac valentior ipſa natura, ſic Dionyſ. Halicarnaſſ. *neceſſitas valentior eſt ipſa natura, quæ omnia experiri cogit*, vt ait Curtius *lib.* 3. præceptor præſtantiſſimus, *nemo præſtantior eſt Doctor, quàm neceſſitas*, clamat Xenoph. Tandem cum Liuio concludam, Dec. 1. lib. 4. *vltimum ac maximum telum eſt neceſſitas*, quæ ſi famis etiam contra filios inſurgit, 4. *Reg.* 6. *num.* 18. mulier illa ad Achab, *mulier iſta dixit, Mihi da filium tuum, vt comedamus eum hodie, & filium meum comedemus cras. coximus ergo filium meum, & comedimus; dixique ei die altera: Da filium tuum, vt comedamus eum. quæ abſcondit filium ſuum.* quod factum abhorrens Auguſt. *ſerm.* 211. *de tempore*, ſic exclamat. *Proh dolor! in cibum pietas vertitur, in pabulum ſuſcepta ſoboles commutatur, ante parricidium geritur, quàm ad funeſtas epulas veniatur.* Cùm ergo neceſſitas harum turbarum talis erat, nempe extrema, & inſuper famis, patienter tamen tolerata, non mirum quòd tantæ extitit cauſa prouidentiæ. Vnde ad rem Theodoret. *hoc miraculum*, ait, *non feciſſet Dominus, niſi quia videbat turbis periculum imminere.* quale ex hoc facto documentum? Sanè, amice, triplex, *primum* vt ſe à Deo expediat, qui ſimul & mundo plenum, & Dei etiam prouidentia frui recogitat. *Secundum*, vt tunc Deus pronus ad miſerendum, quando extrema adeſt neceſſitas. *Tertium*, vt eo animum reſumere debeas, quo te ad ſtrictiorem videns neceſſitatem redactum. probo ſingula.

2. *Neceſſitas patiens ad ſe diuinam aduocat prouidentiam.*

Chryſol.

Dion. Halic.

3. *Neceſſitatis vis quanta, & præcipuè famis.*

Curtius.

Xenoph.

Liuius.

Auguſt.

Et quoad primum, firmum illud tibi inhæreat animo, quòd niſi te ſuperfluis cutis euacuaueris, nunquam diuinis repleris prouidentiis, & tunc à Deo omnia expectare potes, immo quòd ipſe ſit tua vnica ſpes, quando omnia à te euacuaueris, tunc equidem, inquam, omnia à Deo expectare potes, quando ſolus Deus tua expectatio, deſiderium, diuitiæ, ac poſſeſſio. Audi Dauid Pſalm. 38. num. 10. *& nunc quæ eſt expectatio mea, nónne Dominus?* vnde Dauid tanta confidentia, vt totam ſuam ſic in Deo reponat, vt ab illo omnia expectet, ſic confideret, vt in abſtracto dicat Deum ſuam eſſe expectationem? ni fallor, ex duobus, ex euacuatione omnium rerum huius mundi, & ſecundò ex vnitate, vt ſic dicam, omnium ſuorum affectuum in vno tantummodo Deo nihil amplius expetens, deſiderans, ambiens, vnde pende ante hæc verba paulo ſuperiùs n. 8. ſic Deo dixiſſe. *Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos*, ſuam palmarem conſiderans vitam, vnde alia littera, *palmares poſuiſti dies meos.* At quid ex hoc? *& ſubſtantia mea tanquam nihilum ante te.* paraphraſ. Chald. *corpus meum.* Alij, *ætas mea.* Alij, *vires meæ.* ergo

4. *Quando totaliter de Deo ſperare poſſumus.*

5. *Dauid cur tantum de Deo fidit.*

ergo ſubſtantiam, corpus, vitam, vires, pro nihilo ante Deum ponens, omnibus ſe exuens, ſolum ad illum attendebat, nec his factus ſatis, eſi omnibus ſe denudauerat, & perfectiſſimum adiecit, nempe ad Deum ſua omnia dirigere deſideria, vnde poſtquam dixerat, *& nunc quæ eſt expectatio mea, nónne Dominus.* ſtatim adiecit, *& ſubſtantia mea apud te eſt.* quid hoc? ad rem Lippom. *quia tu es poſtulatio mea, & patientia mea, quem ſolum expecto, cum deſiderio, vt te aliquando poſſideam, propter quem alia omnia temporalia pro nihilo contemno, & omnia aduerſantia patienter ferre volo, & ſubſtantia mea omnis apud te eſt, hoc eſt, meas omnes diuitias in te vno poſitas habeo, teque reputo omnes diuitias, & totam poſſeſſionem meam, in quo vno habere me omnia confido.* En quod dicebamos, expectationem ſuam Deum Dauid ſanctus dicebat, omne ab illo remedium, ac fulcimentum expectabat, non ſolum humanum, ſed diuinum, quia non mundo, & Deo frui, ſed Deo tantùm, non ſolùm ab alienis, & externis ſe euacuans, ſed etiam à propriis, & intrinſecis, corpus, vires, vitam; quid ergo mirum, ſi ſemper abundans. fac tu ſimiliter, & experieris.

6. *Homo ipſam rationalitatē exuere debet, ſi Dei prouidentiam ad ſe aduocare vult.*

Immo aliquid amplius quid dicam, vt non ſolùm vitam ipſam neceſſe eſt vt renunties ſi per Deum diteſcere velis, ſed ipſam etiam rationalitatem, ſic vt iumentum veluti apud ipſum factus ſines te duci ab illo, ſiue per penuriam, ſiue per abundantiam, tunc equidem ſuſtolleris, & vſque ad altitudinem nubium eleuaberis, vt ſic dicam, non ſolùm diues, ſed princeps in diuitiis conſtitutus.

7. *Iacob ditatur, quia neceſſarijs contentus ſuo ſtatu viuebat.*

Audi me *Geneſ. 27. num. 15.* quomodo Iacob ad principatum aſcendit, ſeque ſupra fratrem erexit? Sanè per denudationem, ſanè per humiliationem, ac, vt ſic dicam, per rationalitatis exuitionem, frater omnium Dominus pretioſiſſimis induebatur veſtibus, appetibilibus, ac deſiderabilibus, vnde Hebraïcè pro ly, *& veſtibus Eſau valde bonis*, eſt *hamudoth*, quod *concupiſcilibus, & pretioſis* verti poteſt, Chald. *quæ erant munda.* LXX. *pulchra.* quæ omnia pretioſitatem veſtium, qua ſe operiebat Eſau, demonſtrant: at Iacob paupertimis, & paſtoritiis tantùm neceſſariis contentus, & ex hoc, quia neceſſariis, & paupertimis ſatisfactus, nihil ſecum ſuperfluum de mundo habens, ad ſuperflua poſtea peruenit, ad principatum, ad regnum; *hinc quoque apparet*, ait

Caiet.

Caiet. *quanta differentia erat inter Iacob, & Eſau, ille namque veſtibus vtebatur deſideratis, iſte verò veſtibus quæ deſiderabiles erant, carebat.* quod ſi à Caietano petas, cur hoc? reſpondet, quia in domo patris habebatur vt famulus, *inſinuatur mos*, ait, *qui etiam hodie ſeruatur in locis vbi ſolus primogenitus eſt hæres; fratres enim & in veſtitu, & in cæteris habemur ferè vt famuli.* qua ſorte contentus vir ſanctiſſimus, non vltra illam appetens dùm de ſuperfluis ac ſuo ſtatui inconuenientia non curabat, ad altiſſima, ac magnalia per Dei peruenit prouidentiam.

8. *Iacob ad principatum eneſtus, quia rationalitatē exuit.*

At etſi hoc ex alia etiam viliori cauſa ad ſuprema aſcendit, cùm ſi attendas, vt ad benedictionem perueniret patris, vt ad principatum, neceſſe fuit vt veluti rationalitatem exuens in animal ſe conuerteret, nihil amplius hominis retinens præter vocem, hinc caprinis pellibus indutus, ad patrem acceſſit, & quia iumentum ſe fecit, vt ſic dicam, benedictionem auxit. nam qualis homo ratione præditus illud efficeret, quod Rebecca mater illi iubebat, vt pellibus indueretur, *in*

Laur. Aponte in Euang. Matth. Tom. II.

duitque eum, pelliculaſque hædorum circundedit manibus, & colli nuda protexit. nunquid ob hoc non vox Iacob? nunquid, etſi piloſæ manus, non facilè diſcerni ex tactu poſſent, an hominis, an animalis? nunquid ex odore illud etiam non percipi poterat? quomodo ergo illud effecit; ſanè quia vt iumentum ſe conſtituens, diſcurſum relinquens, ac proinde ipſam rationalitatem, obediuit vt animal, hinc ad gloriam ductus. Audi Dauid Pſalm. 72. num. 23. *vt iumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum.* quid inde? *tenuiſti manum dexteram meam, in voluntate tua deduxiſti me, & cum gloria ſuſcepiſti me.* quid vt iumentum? Ad rem Lippoman. *quaſi dicat*, ait, *hoc habui conſilium, vt tanquam iumentum reputarem me ipſum ante conſpectum tuum, vt quemadmodum iumentum irrationale ſui domini imperio ſubijcitur, nihil inquirens eorum, quæ dominus agit, neque rationem poſtulans eorum, quæ iubet, ſed per omnia vt ducitur, & trahitur, ſic mouetur; ſic ego erga te Dominum meum ſum, quaſi brutum animal rationem non habens.* At quid ex hoc? *cùm autem ego me totum ita diſpoſui.* ſequitur idem, *tu me errare non feciſti, quemadmodum neque dominus iumentum ſuum,* (ſigna verbum,) *ſed apprehendiſti manum dexteram meam, & in tuo beneplacito factus es mihi ductor in via via huius, cum magnifica gloria me poſt illam recipiens.* Immo & in iſta, vt videre eſt in Iacob, quia nempe factus iumentum, ſimpliciter obediens, ipſam, vt dixi, rationalitatem exuens, tantùm Deo ſe committens, in ſuam eum Deus prouidentiam ſuſcipiens, ſic eum euexit, vt pater fieret Principum, Regumque. En quod dicebamus, vt prouidentiam Dei obtineas, amice, non ſolùm exterioribus, ſed, vt ſic dicam, interioribus te exui debes, certus de Dei prouidentia; quid? reſpice ad turbas, quale animal illud efficeret, vt hominem in deſertum tanto ardore ſequerentur, vt neceſſariorum obliti nullam extimeſcentes famem, per triduum illum ſuſtinerent; nunquid hoc rationabile? at quia ſine ratione, & veluti animalia illud effecerunt, ab affectu, ab amore, à deuotione moti talem ad ſe prouidentiam Dei attraxerunt, vt eius oculos, manus, viſcera, intentionem, ſollicitudinem mererentur, tanta felicitate, vt ſaturarentur, vltra deſiderium, vltra appetitum.

Lippom.

9. *Homo quomodo apud Deum vt iumentum ſit, & qualis illi promotio ex hoc.*

10. *Deus in extremis ſemper ſuccurrit, quando patienter toleramus.*

Venio ad ſecundum, tunc ſcilicet Deus amplius pronus ad ſuccurrendum, quando ad vltimum neceſſitas, quando ad extremum vergit, ſemper tamen tolerata, fideliter, conſtanter. *Ecce iam triduo ſuſtinent me, nec habent quod manducent.* Summa patientia triduo ſuſtinuerunt famem, tanta perſeuerantia, tanta patientia, nihil obmurmurantes, nec de præceptore cauſantes, vt mea ſententia, ſic poſt triduum animati ſtabant, vt potius mortem, quàm ab illo diſiungi permitterent; cùm ergo ad talem ſtatum tolerata, ac, vt ſic dicam, patientiſſima deueniſſet neceſſitas, tunc diuina affuit prouidentia, largitas, affluentia, quando res deſperata, 1. Reg. 27. à num. 1. *& ait Dauid in corde ſuo, aliquando incidam vna die in manus Saul, nonne melius vt fugiam, & ſaluer in terra Philiſthinorum.*

11. *Deus tunc Dauid in auxilium quàdo ampliùs deſperatus.*

At quid inde? vt in illa exiſtens, & rem, & vxores, & familiam, & amicos, & ciuitatem tandem & domum perderent, habitabat ſiquidem in Siceleg, ipſo abſente venerunt Amalecitæ, omniaq; ıe tollentes, etiam ipſam vrbem incenderunt, ibi *cap. 30.* quis quæſo non diceret actum iam tunc fuiſſe de Dauid, de ſocijs, de regno, de corona

& propè ad deſperationem redactum, ſanè immo & hoc ipſum de ſe ipſomet profert, Pſalm. 32. num. 21. *Ego dixi in exceſſu meo: Proiectus ſum à facie oculorum tuorum.* qualis hic exceſſus? Sanè talis tribulatio, ſic ad extremum redacta, vt penè ſe euadere poſſe deſperaret; quapropter ſe à Dei oculis proiectum æſtimat, vnde Camp. *Ego quidem olim in anxietate ſumma conſtitutus, abiectum me eſſe putabam abs te*, & Hebraicè, *ego in deſperatione mea dixeram, proiectus ſum*; at quid, quando ſic res, & in tali ſtatu, tunc exauditus, tunc factus Rex, vnde ſequitur, *ideo exaudiſti Domine vocem orationis meæ.* Nota cauſalem, ideo exaudiſti, quia iam deſperatus, & ex deſperatione fortiter clamans, *ideo modum ponens emendationi, & oſtendens me pertinere ad curam tuam, exaudiſti Domine vocem orationis meæ, cùm eam ex tribulatione nimis intenderem*, ait Auguſt. *verùm tu etiam tum diligentiſſimè auſcultabas, quotieſcumque clamabam, & omnes precationes meas audiebas*, ait Camp. Egregiè quidem, & ad praxim excellens doctrina, incipiente enim tribulatione noſter incipit clamor, at Deus tacet, & tribulatio creſcit, ſic creſcit vt ad vltimam perueniat deſperationem, numquid primùm non audiuit clamorem? nihil minus, ait Camp. *auſcultabas quotieſcumque clamabam.* At cur non exaudit? quia maiorem expoſtulabat vocem, ex tribulatione auctam, ait Auguſt. vt creſcente periculo creſceret meritum, merces, exauditio, impletio ſanè poſt perditas vxores Dauid, poſt rem deprædatam, poſt ciuitatem ſubuerſam, quando res iam deſperata, tunc non amplius quàm poſt tres dies Saul mortuus, & ipſe ad regnum euectus 2. *Reg. cap.* 1. *à num.* 1. vt videas Dei morem, tunc propiùs eius auxilium quando iam res acta, & ad hoc nobis demonſtrandum, illud efficere, fluctuantibus diſcipulis in mare, non venit quippe ad eos Dominus noſter, niſi in quarta vigilia noctis, infrà cap. 14. num. 25. *quarta autem vigilia noctis venit ad eos*; cur in quarta, & non in prima? cùm vis illi in mare, ac tempeſtas? Ad rem Chryſoſt. *tota nocte dimittit eos fluctuari, erigens eorum cor poſt timorem, erudiens eos, non citò ſolutionem inquirere aduenientium malorum, ſed ferre ea, quæ contingunt, viriliter*; ſed de hac re ſæpe & diximus, & dicemus.

Camp.

August.

Camp.

12. *Deus cur non audit orationis clamorem in principio tribulationis.*

Idem.

August.

13. *Christus cur ad diſcipulos venit in quarta vigilia noctis.*

Chryſoſt.

14. At in gratiam tribulatorum, vt animum viresque reſumant, placet hic adiungere talem Dei morem, in vltimo ſcilicet ſuccurrere tribulationis, non in principio, non illum vti cum quibuſlibet, ſed cum perfectiſſimis, ac in perfectione conſummatis hominibus. nam quando non ſic, ſed in virtute nouitij, tunc ſanè non in fine, ſed in principio, vix ea pullulante, hoc licet ponderare, in ſucceſſu Petri in hac eadem hiſtoria, cùm enim præ timore clamaſſent diſcipuli, putantes Ieſum phantaſma, & Dominus loquens, eiſque dixiſſet, *nolite timere, ego ſum.* Petrus ad eum, *Domine, ſi tu es, iube me venire ad te ſuper aquas.* cur hoc Petrus? Sanè vt veræ viſionis ſignum peteret, id eſt, ſi verè eſſet Ieſus, ſciret, vt ſemper in ſimilibus locutionibus ſpiritualibus, magiſtri debent perſuadere cordati, quaſi diceret, ait Auguſt. *in Pſalm.* 30. ſuper illa verba, *Ego dixi in exceſſu meo, hinc probo ſi tu es, ſi in verbo tuo potuero quod tu potes.* At Dominus ait, *veni, & deſcendens Petrus de nauicula ambulabat ſuper aquas vt veniret ad Ieſum*; at, *videns ventum validum timuit.* quid inde? *cùm cœpiſſet mergi, clamauit, dicens: Domine ſaluum me fac, & continuò Ieſus extendens manum apprehendit eum*, & ait illi, *modicæ fidei quare dubitaſti.* Adnoto clamaſſe Petrum via ac cœpiſſet mergi, in ipſo ſubmerſionis principio, in initio periculi, & cùm hoc eſſet contra morem, continuò Dominus extendit manum, illum apprehendens, ſaluans; cur hoc? cur non eum cum vndis litigare, cum mare luctari, cum ventis bellum gerere priùs ſinit, poſtea in vltimo ſuccurrens? ſanè quia modicæ fidei, & nondum ad perfectionem euectus. nam, vt bene Chryſoſt. in hunc locum, *neque ventus nocere potuiſſet, ſi firma fide fuiſſet.* Egregiè ſi firma, ſi prægrandi, ſi heroica, vt poſtea fuiſſet Petrus fide indutus, non continuò Dominus manum extendiſſet, ſed poſt diu, vt eius mos.

Deus in principio tribulationis ſuccurrit quando homines in virtute ſunt nouitij.

15. *Magiſtri ſpirituales, vt ſigna Dei locutionum an ſit petere debent,* August.

16. *Christus cur Petro tam citò ſuccurrit.*

Chryſoſt.

Venio ad tertium, tunc amplius ſcilicet nos confidere debere, quando amplius res deſperata, quod vnico tantùm exemplo probabo omni exceptione maiori, *Geneſ.* 15. *num.* 5. ſine filiis Abraham triſtis. cùm illi Deus dixiſſet, *noli timere, ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis.* ex filiorum deſiderio reſpondit; *quid dabis? ego vadam abſque liberis*, quod audiens Dominus illico, *non ſic erit*, & foris eum ducens, ſic ait ad eum, *ſuſcipe cælum, & numera ſtellas, ſi potes, ſic erit ſemen tuum.* quod audiens, *credidit, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam*, & ad talem, vt ob tantæ fidei excellentiam meruerit, ex eius naſci Chriſtum ſemine, de qua re videndus eſt Suar. *de Incarnat. diſp.* 10. *ſect.* 6. §. *dico quartò.* At nunc peto vnde Abraham tanta ſpes, tantaque fidei certitudo? Sanè, mea ſententia, quia planè ad deſperationem peruenerat ſpes generandi, enimvero ſuprà *cap.* 12. *num.* 6. quando egreſſus de domo paterna Dei iuſſu terram perambulaſſet Chanaam, promiſſionem acceperat filiorum, *apparuit autem Dominus Abraham, & dixit ei: Semini tuo dabo terram hanc*, qui & illud credens, *ædificauit ibi altare Domino, qui apparuerat ei*, longo pòſt tempore, ſpatio quaſi vigeſimoſecundo annorum, paulominus. nam hæc promiſſio facta illi extitit, cùm ſeptuaginta quinque eſſet annorum, hæc ſecunda prope centum. iterum Deus ad illum, eandem reiterans promiſſionem; addidit inſuper multitudinem filiorum infinitam, quod ſic credidit, vt ſuperiorem antecederet fidem plus firmiter quàm priùs; vnde hoc? Sanè quia priùs etſi credidit, tamen quia corpore vegeto rem non abſolutè impoſſibilem cogitabat, ideo non tanta fides, at modò cùm ad decrepitam veniſſet, amplius credidit, tunc pro certo habens quòd Deus promittebat, quia res erat deſperata. Do tibi teſtem huius opinionis omni exceptione maiorem, Paulum ſanctiſſimum *Rom.* 4. *num.* 18. qui hanc Abrahæ fidem extollens, eius energiam in deſperatione facti, ac eius impoſſibilitate repoſuit, *qui*, ait, *contra ſpem in ſpem credidit; vt fieret pater multarum gentium, ſecundùm quod dictum eſt ei, ſic erit ſemen tuum, & non infirmatus eſt fide, nec conſiderauit corpus ſuum emortuum, cùm iam ferè centum eſſet annorum, & emortuam vuluam Saræ.* in quo facto primò adnotandum, quàm longanimiter ſe habuit hic vir ſanctiſſimus in Dei promiſſionibus; dum etſi inter primam, & ſecundam quaſi ſpatium cucurriſſet viginti duorum annorum, tamen patienter expectauit longanimiter, non obmurmurans, nobis ex hoc præbens documentum, vt ſimiliter ſi credamus, non feſtinemus, iuxta illud Iſaiæ cap. 28. num. 16.

17. *Confidentia in Deo tunc amplior eſſe debet quando amplius res deſperata.*

Suarez.

18. *Abrahæ fides quanta, & quàm excreuerit.*

19. *Promiſſiones Dei longanimiter expectandæ.*

qui crediderit, non feſtinet; & *ſecundò* quòd ſic ille Domino extitit fidelis, vt tunc ampliùs, & fortius credidit quando amplius rem vidit deſperatam. Equidem priùs credidit, ſed non ſic firmiter, vt diximus, quin ex longitudine temporis aliquid non ſit paſſus infirmitatis, non ex parte Dei, ſed, vt bene Coruel. ex parte ſua, reputans ſe indignum Dei promiſſionis effeciſſe, vnde ad Deum, *quid dabis? ego vadam ſine liberis.* nec hoc mirum. nam, vt diximus, cùm prima promiſſio illi facta eſt, tunc quando vegeto erat corpore, ad generandum præpotens ſic credidit, vt ſimul rem non eſſe deſperatam attenderet, vnde etſi Deo fidit, tamen & ſibi, & ſuis viribus, hinc deficientibus iſtis reputabat ſuis euacuaſſe Dei ſponſionem demeritis: at quando iterum ad eum Dei promiſſio, fideliſſimus pater, altéque de Dei concipiens omnipotentia, eo amplius credidit, quanto amplius de ſe deſperauit, quaſi argumentans, & rectiſſimè, tunc prope

20. Dei eſſe promiſſum, ad effectum reducendum, quando nullam in illo partem humana induſtria, quando ab iſta deſperata res, Dei morem callens, vt bene Chryſoſt. *hom.* 51. *in cap.* 16. *Matth.* in locum, quem ſuprà adduximus, ponderans, quare Dominus non in prima, ſed in quarta venerit vigilia noctis, vt Apoſtolis in mari periclitantibus opem ferret, *ſemper enim hoc Dominus facit*, ait, *cùm ſoluturus ſit mala aliqua, difficilia, & terribilia inducit.* Soluturus erat Saræ ſterilitatem. quo medio hoc? aut quale ſolutionis certiſſimum ſignum? ad eius ſterilitatem addere corporis Abrahæ mortificationem, talem vt Apoſtolus mortuum eum dicat, *& non conſiderauit corpus ſuum emortuum*; at quando hoc terribile ſupra Saræ ſterilitatem, tunc ſignum, quòd eam ſoluere vellet. ad noſtram doctrinam hæc, vt tunc amplius in Deo fideores ſimus, quando amplius res deſperata, & quòd tunc abundabimus, quando amplius deficiet, quando res ad extremum, quando iam omnibus deficientibus humanis mediis, ex diuinis pendentes, deſinentes ſollicitudinem noſtram, diuinam expectabimus. nam tunc eam amplius aduocabimus, quando nos minus ſolliciti, quod erat illud ſecundùm quod de turbis dicebamus. nam etſi neceſſitas vrgeat, tamen illæ nihil curabant, hinc ad ſe Chriſti aduocarunt ſollicitudinem, prouidentiam.

Signum, Dei curam in tribulatione, quando terribile aliquid ei Deus addit.

Annot. Moral. LXXXII.

De Dei prouidentia in non ſollicitos.

Dei conſiderauimus prouidentiã in turbas ex extrema earum neceſſitate, nunc ex incuria, vt propiùs ad noſtrum accedamus argumentum, affirmantes eo, quod nos minus ſolliciti, eo amplius Deus de nobis ſollicitus, *lilia non ſerunt, neque nent*, ait Dominus, *& tamen pater ſic veſtit.*

21. Cur ſic, ſanè, quia non ſerunt, neque nent, nullam lilia de ſe ſollicitudinem habent, & Deus ob hoc nimis eſt ſollicitus, fac tu ſimiliter, & Dei experieris prouidentiam, cuius ratio. nam dum tua non adeſt ſollicitudo, quando illa tibi prouidet, nullo modo tibi, tuæque induſtriæ illud adſcribere poteris, ſed illi, quod equidem ſemper attendit in omnibus ſuis operibus ad hoc, vt ei opus aſcribatur, non homini, non eius induſtriæ, Geneſ. 1. num. 9. *dixit Deus, congregentur aquæ, quæ ſub cælo ſunt in locum vnum, & appareat arida.* Si ſuprà legas num. 1. inuenies ſic, *in principio creauit Deus cælum, & terram, terra autem erat inanis, & vacua, & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi.* Ex his duo habes, terram ſubtus aquam extitiſſe illis madidam, & ab illis obtutam, & eam non aridam, ſed terram dictam: at 22.
dum illam ab aquis Deus iuſſit ſeparari, non terrã, ſed aridam nominauit; nunquid caſu talis mutatio nominis? non equidem, immo ex magno myſterio, ait Ambroſ. *lib.* 3. *Hexaem. cap.* 4. nam terra poteſt eſſe cum luto, & aqua mixta: at arida illa eſt, quæ ſine aqua, & omnino ſicca ſpecies quædam terræ; cur ergo terra aquis permixta dixit, vt appareret non iam terra, ſed arida? *ne videatur*, ait Ambroſ. *ſole magis, quàm Dei præcepto eſſe ſiccata, quia arida facta eſt, antequam ſol crearetur.* Ex quo tu, non ipſi, ſed ſoli gratias tribueres terræ ſiccitatis, hinc etiamſi obſerues, & etiam ante ſolem iuſſit, vt terra omne produceret germen, in tertia die, *germinet terra herbam virentem.* Cur 23.
herbæ ante ſolem, qui nobilior creatura? *ne homines ſibi perſuaderent ſolem eſſe cauſam lucis, generationiſque herbarum, atque arborum*, ait Vatabl. *atque idololatriæ anſam acciperent.* En ratio, abſque Solis ſollicitudine, vt ſic dicam, terram ſiccauit, herbas, arboreſque vt produceret iuſſit, nulla humana prorſus induſtria, nulla creaturarum, vt ſibi, non iſtis gloria daretur, ob id & lilia veſtit, ad tuam quippe eruditionem, vt ſcias tunc tibi ampliùs prouiſurus, tunc ampliùs de te ſollicitus, quando tu tui minus, vt ei, non tibi de tua aſcribas prouiſione æſtimationem.

Terram cur Deus aridam nominauit.

Ambroſ.

Cur herbas produxit ante ſolem.

Et ne reputes ſtrictam ſic eſſe Dei hanc proui- 24.
dentiam, vt tantùm expetat à te, ne tui ſis ſollicitus, quinimmo etiam velim ſcias, ne tuorum, vnde ſi fortè non tantùm tu indigeatis, ſed etiam & alij, quorum curæ tibi eſt, vt ſi pater filios poſſideas, ſi dominus ſeruos, ſi prælatus ſubditos, ne anxius, vel tui ſimiles ne anxij ſint, ante de cibo, de veſtitu prouidit, quàm aut patrem, aut matrem, aut dominum, aut in prælatum aliquem conſtituat. *Geneſ.* 1. *vbi ſupra num.* 19. ſexta die hominem creauit, & poſt creationem dominum eum conſtituens terræ maris, iumentorum, omniumque volatilium, *dominamini piſcibus maris, & volatilibus cæli, & vniuerſis animantibus, quæ mouentur in terra.* ſtatim adiecit, *Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen, vt ſint vobis in eſcam, & cunctis animantibus terræ, omnique volucri cæli & vniuerſis, quæ mouentur in terra, & in quibus eſt anima viuens, vt habeant ad veſcendum.* Ad quid hoc? ſiue ad quid talis enumeratio ſic diligens, nunquid non videbat Adam omnia illa iam creata? immo ſi aliquid ſcrupuloſius dicere licitum, neſcio quid indignius de homine illud retinet in ſe, quaſi parem cum animalibus ipſum feciſſe, dum parem in cibo illum efficit. *Ecce dedi* 25.
vobis omnem herbam, vt ſint vobis in eſcam, & cunctis animantibus. immo, vt adnotat Ambroſius Hexaëm. *lib.* 3. *cap.* 7. prius de eſca animalium, quàm hominum curauit, ponderans ly *germinet terra herbam virentem*, quem locum ipſe legit *herbam fœni*, quæ propria animalium pa- 26.
ſtus, ſic enim ait, *& fortè mirentur aliqui quòd prius pecori pabulum, quàm cibus hominis ſit creatus.* quod ipſe refert, tum ad extenſionem diuinæ prouidentiæ de minimis, tum quia ſimpliciori cibo vtebantur, quaſi amplius Deus prouidus circa pauperes ſimpliciori cibo vtentes, quàm circa diuites, qui condito, ob quod verum

Sollicitudo deſerenda non ſolùm noſtri, ſed noſtrorum, & huius rei efficax ratio.

Deus cur prius animalibus prouidit de eſca, quàm homini.

Ambroſ.

Cur pauperibus prius prouidet, quàm diuitibus.

prius de animaliom cibo curaſſe, ac proinde minus hominem feciſſe, & minus ouoe fieri ipſum in cibo cum animalibus coæquare, vnde potius illud eſſet reticendum, quod cùm ſit, cur illud dixit.

Chryſoſt.

Ad rem Chryſoſt. *in hunc Geneſis locum*, ne Dominus homo factus animalium ſollicitus de corum extaret prouiſione, *magna Domini*, ait, *erga hominem, quem condidit, extitit cura. nam quia ipſum produxit, & omne ei dominium creaturæ dedit, vt ne ſtatim ab initio iumentorum multitudinem videns ſtomachari poſſit, quaſi non ſufficeret ad alenda tot, & tanta animalia priuſquam de hoc cogitaret*, (ſigna verbum) *bonus Deus prauidendo demulcet eum, & oſtendit, quod tam ipſe, quam iumenta, præcepto Domini omnem copiam, terra ſuppeditante, ſit habiturus.* nihil præclarius, prædeterminauerat hominem effecturus dominum animalium; quid ergo oe in dominatione ſit ſollicitus, & ex nimia ſollicitudine anxius, ac proinde ab actu contemplationis diſtractus, ob quem ipſum creauerat, ſciat quòd nullam habere debeat ſollicitudinem tum ſui, tum ſuorum. nam ante quàm ipſe eſſet, ac cogitauerat de ſua, ſuorumque prouidentia, iam ipſe de cibo & ei, & animalibus prouiderat; amice idem Deus nunc, qui tunc, quod cùm ſit, erige nunc mecum diſcurſum, hancque audi demonſtrationem, ſi Deus, ne homo eſſet ſollicitus ſui, ac ſuorum ipſo non cogitante, & ne cogitaret quidem, priùs herbas ad pabulum creauit ex ſe, ſic homines exoſam habent ſollicitudinem; ergo illum ſibi hominem, ſeu, vt rectiùs dicam, illius hominis ſollicitudinem ſibi reſeruat, qui de iſtis non ſollicitus; ergo quo noſtra circa hæc temporalia incuria creſcit, eo diuina circa nos cura, vnde ſicut homini prouidit ne curaret, & tibi prouidebit ne cures, & eo tui amplius erit ſollicitus, quàm tu minus.

An ne credas, quòd hoc ſtrictè, diminutè, ac parcè, quod ex ſuperioribus hic reſeruauimus, enimvero facile erit, aliquibus perſuadere, non defuturum Deum in neceſſariis, at titillat aliquorum aliquatumque animus; quid per *neceſſarium?* panis, & aqua vita hominis, nunquid hoc tantùm, ſi in croceis nutritus? pannoſum veſtimentum ſat ad cooperiendum, & frigus arcendum, quo Paulus erat contentus, nunquid nobilis matrona, ac ingenua pannoſa incedet? quid ergo per *neceſſarium?*

27. reſpondeo neceſſarium intelligendum iuxta ſtatus

Neceſſarium quod Deus prouidet quomodo intelligendum.

exigentiam, immo & iuxta Dei, vt ſic dicam, magnificentiam, non ſolùm ad ſufficientiam, ſed etiam ad ornamentum, lilia enim veſtit non quidem ordinariè, ſed ſic, vt nec Salomon ſit veſtitus, ac illa, In quo loco Maldonat. *Videtur*, ait,

Maldon.

28. *Chriſtum hoc exemplo docere voluiſſe, Deum non ſolùm*

Dei cura etiā ſe extendit ad ornatum noſtrum.

neceſſitatis, ſed etiam elegantiæ, & pulchritudinis noſtræ curam habere, vt ne eius quidem cauſa ſollicitos nos eſſe oporteat. Ad hoc autem probandum, illum aſſumo Scripturæ locum, *Exod.* 11. *num* 1. vltimam Deus aſſignans plagam, poſtquam exituri erant filij Iſraël ex Ægypto, *dices*, ait Moyſi, *omni plebi vt poſtulet vir ab amico ſuo, & mulier à vicina ſua vaſa argentea, & aurea*, &, vt infrà ex *cap.* 12. *num.* 35. etiam & veſtimenta, *feceruntque filij Iſraël ſicut præceperat Moyſes, & petierunt ab Ægyptijs vaſa argentea, & aurea, veſtemque plurimam.* Ad quid

29. hoc? nunquid non neceſſaria habebant? Sanè. nam

Deus cur diuites ex Ægypto voluit vt Iſraëlitæ exirent.

infra *num.* 38. dicitur cum eis aſcendiſſe, *oues & armenta, & animantia diuerſi generis multa nimis.* cur ergo illud? mitto iuſtificationem facti, ac præcepti diuini, iuſtè enim hoc præcepit Dominus tanquam ſupremus non ſolùm Dominus, ſed iudex, dum Ægyptij ex tyrannide multo plura Iudæis debebant, vt ex Irenæo aduersùs hæreſes *lib.* 4. *cap.* 49. Auguſt. & aliis conſtat, mitto enim hoc, ac ſuppono ſummam illam fuiſſe iuſtitiam, rationem tamen inquiro, cur ſic locupletes, ac diuites voluit Dominus, vt exirent, ſic vt illud Abrahæ prædixerit Geneſ. cap. 15. num. 14. *& poſt hæc egredientur cum magna ſubſtantia.* Sanè, ni fallor, quia etſi neceſſaria adeſſent, tamen non ſecundùm ſtatus exigentiam cuiuſque, erant inter populum illum viri principes, mulieres nobiliſſimæ, ac ingenuæ ad paupertatem redactæ ob tyrannidem, & oppreſſionem. Vnde etſi armenta, & veſtes, non tamen aurum, argentum, veſteſque, vt nobilibus decebant; quid ergo? prouideat illis Deus non ſolùm de neceſſariis tantùm, ſine quibus vita tranſigi non poteſt, ſed de neceſſariis ad decorem, ad ornatum, ad decentiam, & ad armenta addatur aurum, argentum, pretioſaque

Irenæus.
Auguſt.

monilia, gemmæ ac veſtes ditiſſimæ, & non ſo- 30.

Deus oſtendit ſuam magnificentiam hominibus prouidet.

lùm habeatur reſpectus ad ipſos tantùm exeuntes, ſed ad Dei magnificentiam, qui eis prouidet, ac ducit, vnde pulchrè Chryſoſt. hoc conſiderans *in Geneſ. cap.* 1 *num.* 22. ſuper illa verba Domini ad piſces, *creſcite, & multiplicamini, & replete aquas maris.* ponderans aliqua cete grandia in mari non ad vſum hominum creata, nec ob id illa non eſſe bona, immo optima, huius bonitatis aſſignans

rationem, ſic ait, *neque enim ob noſtram vtilitatem* 31.

Deus cur creauit cete grandia.

duntaxat ea omnia facta ſunt, ſed ob immenſam ipſius magnificentiam, alia enim propter noſtram vtilitatem fecit, alia propter ſuam magnificentiam nihil pulchrius. equidem ſat erat filiis Iſraël cum neceſſariis exire, cum armentis, ouibus, iumentis, reliquiſque animalibus, ac veſtibus, quæ tamen frigus arcerent, ac ſi illis ſatis cùm inter eos viri Principes, mulieresque nobiles, non illud ſatis ad Dei magnificentiam, quæ de illis ſollicitè curabat, ſed addatur argentum, addatur aurum, ſic pari modo, & pater ille clemens *Luc.* 15. *num.* 22. ſuper filij collum decidens, ſtatim ad ſeruos ait,

citò proferte ſtolam primam, & induite illum, & date 32.

Pater filium prodigum cur ſic pompoſè induit.

annulum in manu eius, & calceamenta in pedibus eius. At quid tanta? mitto rationes myſticas, quas ibi ponderabimus, ſi vita comes, literalis eſt, quam tradit Maldonat. quia vir ingenuus, & nobilis, vnde non debuit vt ſic veſtiri, ſed vt eius decebat nobilitati hinc non ſolùm datur ei quælibet ſtola, ſiue quælibet veſtis, ſed prima, & non ſit ſatis illum induere, ſed ad nobilitatis inſigne addatur annulus, & non ſolùm de neceſſariis illi prouideatur vt ſic, ſed ad exigentiam perſonæ, ac ſuæ nobilitatis, vnde rectè Maldonat *hæc omnia*, ait, *nihil* Maldon.

mihi aliud ſignificant, quàm adoleſcentem illum in filij locum a patre repoſitum fuiſſe, ideoque ſeruis imperatum, vt illi aſſeruirent, vt veſtirent, calcearentque, & annulo inſuper adornarent, ex quibus, vt vides, conſtat, non ſolùm de non ſollicitis, vtcumque Dei eſſe prouidentiam, ac iuxta ſtatus cuiuſque exigentiam, ac proinde omnino poteris non eſſe ſollicitus etiam de pompoſis, vt ſic dicam, quia qui lilia ſic pompoſè veſtit, & te etiam pompoſè induet.

At dices vt tandem concludam, omnemque 33.

Deus cur aliquando petita vitæ ſubſidia denegat.

præcludam excuſationem, ſæpè te iſta à Deo petiiſſe, tamen nunquam illa tibi conceſſiſſe, hincque impoſſibile te ſollicitum non ſtare, pro Deo ſtando, ne reputes indemnem te ob iſtam rationem ante diuinum tribunal aſtiturum, reſpondeo

deo breuiter, tribus de cauſis iuſtiſſimè Deum tibi illa nõ præſtitiſſe *prima* eſſe poteſt fidei defectus, & ſpes amplius in humanis tuis diligentiis, quoniam in diuinis, admirabilia de hoc exempla leguntur, in vita heroici illius Franciſci pueri Ieſu dicti, qui tandem poſt infinita prorſus miſericordiæ opera, in præclaram ingreſſus eſt religionem Carmelitanorum Diſcalceatorum dictam, ſed inter tanta duo referam,

34. *Exēpla mira de Dei prouidentia.* *Primum* ex *lib.2.c.4.* à Duce Sabandiæ tunc Matriti morante, eleemoſynam petierat, promiſerat, diu procurauerat, tandem omnium oblitus Dux Barcinonem diſceſſerat, ab ære alieno preſſus Franciſcus, quem ob pauperes contraxerat, querimonias cum puero Ieſu habuit, reſponſio, dura reprehenſio, quia non in ipſo, ſed in ſuis extitit ſiſus diligentiis, pœnitentiam egit eius Deus miſertus, eodem die, quo ſolutio debiti erat faciẽda, tabellariis è Barcinone à Duce miſſus apparuit, qui ex eius nomine tantam illi pecuniam tribuit, quanta ad debiti ſolutionem ſuffecit.

Secundum ex *c.10. eiuſdem libri.* Enixè Princeps quidam vt ſecum Guadalaxarã iret rogabat, ſe ex hoſpitalis neceſſitate excuſãs renuebat, vt iret, ducentos aureos ob ſuos pauperes ei promiſit, eleemoſynæ concupiſcentia attractus fuit cum illo, ac prima nocte in medio itineris, ſic dirè à Deo reprehenſus, vt ſilentibus omnibus, ac dormiẽtibus, cùm vndique portæ eſſent clauſæ, ex impatientia moræ per muros ſe deiecit, Complutum rediit; at quid? dum hoſpitalis ianuæ aperitionem expectabat, iuuenis equo inſidens albo ei appropians, *En*, ait, *frater Franciſce, gaudeo, te hîc inueniſſe, tolle ducentos hos aureos, qui te diligit tibi eos mittit.* Quid dulcius, ſiue quid amplius te perſuadebit ſæpe te Deum non exaudire, quia in illo non confidis, ſed in homine, aut in tuis plus æquo diligentiis.

Secunda cauſa eſſe poteſt, quia ob iſta Deum quæſiſti, & in conſpectu eius ſtans nihil aliud expectabas, niſi triticum, & vinum, *Ioan.6.à n.24.* ex Chriſti deſiderio poſt panum miraculum, cùm turba eum non reperiſſet ſtatim, *aſcenderunt nauiculas, & venerunt Capharnaum, quærentes Ieſum, &*

35. *Chriſtus cur nobis iſtum quærentes reprehendit.* *cùm inueniſſent eũ trans mare, dixerũt ei, Rabbi quando huc veniſti?* Toti piæ lætitis tripudiantes, quis hoc non illis gratificaret? quis non acceptam tantam haberet voluntatem? Sanè nullus hominum, bene tamen Chriſtus, vt Deus interiorum cognitor, nihil illis pro hac diligentia gratias rependit, immo pro gratiis reprehenſionem, cuius ratio, quia illum, non propter illum, ſed propter ſe quærebant, vt iterum eos ſaturaret, vnde Dominus ad illos, *Amen, amen dico vobis, quæritis me, non quia vidiſtis ſigna, ſed quia manducaſtis ex panibus, &*

ſaturati eſtis. quaſi dicat, ait Aug. tract.25. in Ioan. August.
propter carnem me quæritis, non propter ſpiritum; ſic equidem, ſic ad Deum accedis, ad illum vadis non primò propter illum, ſed propter te; quid ergo mirum, ſi te non exaudiat. Audi Greg. lib.25. mor. c.20. *ideo Dominus*, ait, *non dat, quod poſtulamus, quia magis*, quam ea, quæ condidit, vult amari, æterna potius, quàm terrena poſtulari.

Tertia ratio, quia etſi ab illo hæc poſtulas, ſic tamen, vt non primum locum des ſpiritualibus, immo cor ſic occupatũ habes, vt & primò iſta, & ſemper recogitas, hinc nec ſpiritualia, nec temporalia obtines. Magiſtraliter, ac grauiter hoc Chryſoſtomus hom.24 in Geneſim, *Omne ſtudium*, ait, *in his quæ ad vitam hanc pertinent, euacuatur, de ſpiritualibus autem nulla ratio eſt*; at quid ex hoc? Audi, *propterea nobis neque terrena illa pro voto proueniunt, ſed plurima etiam ibi difficultates.* dicerem, niſi prolixitatem timerem, & experientia magis res conſtat, quàm quod neceſſarium ſit illam probare; quid ergo faciendum ad hoc, vt ad te diuinam attrahas prouidentiam, ac ſollicitudinem, duo, *primum*, vt tui non ſis ſollicitus, ad liliorum inſtar. *Secundum*, vt ſi ſollicitus, cùm impoſſibile omnem prorſus exuere ſollicitudinem, ſicut ſæpè in commentario diximus, vt iuxta Domini ſententiam, primùm Dei regnum quæras, & iuſtitiam eius bona operando, ſecurus de cætero quòd hæc omnia adiicientur tibi. Quod pulchre dixit Tertull. *lib.1. contra Marc. c.24.* ponderans differentiam modi loquendi inter benedictionem Iacob & Eſau, *Geneſ.28.* nam benedicens Iſaac Iacob à cœlo cœpit, & ad terram deſiit, *det tibi de rore cœli, & de pinguedine terræ.* At quod Eſau *n. 39. in pinguedine terræ, & in rore cœli deſuper erit benedictio tua.* Nunquid caſu hæc orationis ſtructura? minimè. quid ergo? an quia Iacob prædeſtinatus, Eſau præſcitus, & iſti priùs de terrenis cogitant, poſtea de cæleſtibus; ſicut è contrà illi, quaſi ſit reprobationis ſignum, hic ordo inuerſus, an quia, vt inquit Ferr. qui primùm Dei regnum quærunt, hæc terrena poſtea conſequuntur, vnde ipſe, *Denique*, ait, *animaduertenda eſt hic etiam ſtructura benedictionis ipſius, tum circa Iacob, qui quidem poſterioris, & prælationis populi figura eſt, id eſt, noſtri prima promiſſio cæleſtis eſt roris, ſecunda terrenæ opimitatis, nos enim primò ad cæleſtia inuitamur, quàm à ſæculo auellimur, & ita poſtea inuenimur, etiam terrena conſecuturi.* Elige quem vis ex his duobus ſenſum, vtrumque capit Scripturæ locus. nam ex quolibet certificaueris, nullam tibi aſſumendam eſſe de rebus his humanis ſollicitudinem, & quo tu ſegnior, eo Deus ſollicitior abundè tibi prouidens, vt & liliis, ad quæ te remittit, dicens, *conſiderate*, &c.

Chryſoſt.

36. *Temporalibus primùm inhiantes, illis & ſpiritualibus priuantur.*

37. *Prædeſtinati prius de cæleſtibus ſunt ſolliciti, quàm de terrenis.*

Ferr.

SANCTI IESV CHRISTI *Euangelij ſecundùm Matthæum*

Vulgat. Editio.

CAPVT SEPTIMVM.

Luc.6.f.37. Rom.2.a.1.

1 NOLITE iudicate, vt non iudicemini.

2 In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini [a], & in qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis.

a Marc. 4. c.24.

3 Quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui: & trabem in oculo tuo non vides?

4 Aut quomodo dicis fratri tuo: Sine eiiciam feſtucam de oculo tuo, & ecce trabs eſt in oculo tuo.

5 Hypocrita, eiice primùm trabem de oculo tuo, & tunc videbis eiicere feſtucam de oculo fratris tui.

6 Nolite dare ſanctum canibus, neque mittatis margaritas veſtras ante porcos, ne fortè conculcent eas pedibus ſuis, & conuerſi dirumpant vos

b Infr.21. c.21. Marc. 11. c.24. Luc.11.b.9. Ioan.14.b.13. Iacob.1.a.6.

7 Petite, & dabitur vobis; quærite, & inuenietis; pulſate, & aperietur vobis.

8 Omnis enim qui petit accipit, & qui quærit inuenit, & pulſanti aperietur.

9 Aut quis eſt ex vobis homo quem ſi petierit filius ſuus panem, nunquid lapidem porriget ei?

10 Aut ſi piſcem petierit, nunquid ſerpentem porriget ei?

11 Si ergo vos, cùm ſitis mali, noſtis bona data dare filiis veſtris; quanto magis Pater veſter, qui in cœlis eſt, dabit bona petentibus ſe?

c Luc. 6. e. 31. Tob. 4. c.16.

12 [c] Omnia ergo, quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis; hæc eſt enim lex, & Prophetæ.

d Luc. 13. e. 24.

13 [d] Intrate per anguſtam portam; quia lata porta, & ſpatioſa via eſt, quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt qui intrant per eam.

14 Quàm anguſta porta, & arcta via eſt, quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt, qui inueniunt eam.

e Luc. 6. g. 44.

15 [e] Attendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.

16 A fructibus eorum cognoſcetis eos. Nunquid colligunt de ſpinis vuas, aut de tribulis ficus?

17 Sic omnis arbor bona fructus bonos facit, mala autem arbor malos fructus facit.

SANCTI IESV CHRISTI Euangelij ſecundùm Matthæum

Tranſl. ex Syriac.

CAPVT SEPTIMVM.

1 *NE indicaueritis, vt ne indicemini.*

2 *Quo enim iudicio vos iudicatis, iudicabimini, & qua menſura vos metimini, menſurabitur vobis.*

3 *Quid autem intueris feſtucam, quæ eſt in oculo fratris tui; trabem autem, quæ in oculo tuo eſt, non animaduertis.*

4 *Aut quomodo dicis fratri tuo: Sine educam feſtucam de oculo tuo; & ecce trabes in oculo tuo?*

5 *Acceptor vultus (perſonate) educito primum trabem de oculo tuo, & tunc proſpicies ad educendam feſtucam de oculo fratris tui.*

6 *Ne dederitis ſanctum canibus; nec proieceritis margaritas veſtras ante ſues, ne fortè conculcent eas pedibus ſuis, & conuerſi dilacerent vos.*

7 *Petite, & dabitur vobis; quærite, & inuenietis; pulſate, & aperietur vobis.*

8 *Quiſquis enim petit accepit, & qui quærit inuenit, & ei qui pulſat aperietur.*

9 *Sed qui eſt vir ex vobis, qui, ſi ab eo filius eius petat panem, lapidem porrigat ei?*

10 *Et ſi piſcem petierit, num colubrum porriget ei?*

11 *Quod ſi ergo vos, qui mali eſtis, noſtis munera bona dare filijs veſtris; quanto magis Pater veſter, qui in cælis eſt, dabit bona eis qui rogauerint eum?*

12 *Quæcumque igitur volueritis, vt faciant vobis homines, & vos facite eis; hoc enim eſt lex, & Prophetæ.*

13 *Introite per anguſtam portam, quoniam lata eſt porta, & ſpatioſa via, quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt illi, qui abeunt per eam.*

14 *Quàm parua eſt porta, & ſtricta via quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt qui inueniunt eam.*

15 *Cauete à pſeudo Prophetis, qui veniunt ad vos cum veſtimentis ouium, intus autem ipſi ſunt lupi rapaces.*

16 *Sed à fructibus eorum cognoſcetis eos. Num colliguntur ex ſpinis vuæ, aut ex tribulis ficus?*

17 *Ita omnis arbor bona fructus bonos facit; arbor autem mala, fructus malos facit.*

Impoſſi

Non poteſt arbor bona malos fructus
facere; neque arbor mala bonos fructus
facere.
f Sup. 3. c. 10. [f] Omnis arbor quæ non facit fructum
bonum, excidetur, & in ignem mittetur.
Igitur ex fructibus eorum cognoſcetis
eos.
g infr. 25. a. 11. [g] Non omnis qui dicit mihi: Domi-
ne, Domine, intrabit in regnum cœlo-
rum: ſed qui facit voluntatem patris mei,
qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnum
cœlorum.
Multi dicent mihi in illa die: Domine,
Domine, nonne in nomine tuo propheta-
h Act. 19. c. 13. uimus; & [h] in nomine tuo dæmonia eie-
cimus, & in nomine tuo virtutes multas
fecimus?
Et tunc confitebor illis; quia nunquam
i Pſ. 6. b. 9. Infr. 25. d. 41. Luc. 13. f. 27. noui vos [i]; diſcedite à me, qui operamini
iniquitatem.
[k] Omnis ergo qui audit verba mea
hæc, & facit ea, aſſimilabitur viro ſapien-
k Luc. 6. g. 48. Rom. 2. c. 13. Iacob. 1. d. 22. ti, qui ædificabit domum ſuam ſupra
petram.
Et deſcendit pluuia, & venerunt flu-
mina, & flauerunt venti, & irruerunt in
domum illam, & non cecidit, fundata
enim erat ſuper petram.
Et omnis qui audit verba mea hæc, &
non facit ea, ſimilis erit viro ſtulto, qui
ædificauit domum ſuam ſuper arenam.
Et deſcendit pluuia, & venerunt flu-
mina, & flauerunt venti, & irruerunt in
domum illam, & cecidit, & fuit ruina il-
lius magna.
Et factum eſt; cùm conſummaſſet Ie-
ſus verba hæc, admirabantur turbæ ſuper
doctrina eius.
l Marc. 1. c. 22. Luc. 4. c. 32. [l] Erat enim docens eos, ſicut poteſta-
rem habens, & non ſicut ſcribæ eorum, &
Phariſæi.

18 *Impoßibile eſt arborem bonam fructus
malos facere, aut arborem malam fructus
bonos facere.*
19 *Omnis arbor quæ non facit fructus bonos,
exciditur, & in ignem cadit.*
20 *Itaque à fructibus eorum cognoſcetis eos.*
21 *Non quiſquis dicit mihi: Domine mi, Domi-
ne mi, intraturus eſt in regnum cælorum; ſed
is, qui facit voluntatem Patris mei, qui in
cælis eſt.*
22 *Multi dicturi ſunt mihi in illo die; Do-
mine mi, Domine mi, nunquid in nomine
tuo nos prophetauimus, & in nomine tuo dæ-
monia eiecimus, & in nomine tuo virtutes
multas edidimus.*
23 *Tunc autem profitebor eis: Numquam
noui vos, diſcedite à me operarij iniqui-
tatis.*
24 *Quiſquis igitur audit hos ſermones meos,
eoſque exequitur, aßimilatur viro ſapienti,
qui quidem extruxit domum ſuam ſuper
petram.*
25 *Et deſcendit pluuia, venerũtque flumina,
ac flauerunt venti, & irruerunt in ipſam do-
mum illam, neque cecidit, quippe cuius funda-
menta ſuper petram iacta fuerant.*
26 *Et quiſquis audit hos ſermones meos, nec
eos exequitur, aßimilatur viro ſtulto, qui ex-
truxit domum ſuam ſuper arenam.*
27 *Et deſcendit pluuia, veneruntque flumi-
na, ac flauerunt venti; & irruerunt in do-
mum illam, atque corruit, & fuit ruina eius
magna.*
28 *Et factum eſt quum abſoluiſſet Ieſchua
hos ſermones, vt obſtupeſcerent turbæ ſuper
doctrina ipſius.*
29 *Docebat enim eos vt poteſtatem habens,
non autem, vt ſcribæ ipſorum, & Peri-
ſchai.*

SANCTI IESV CHRISTI
Euangelij ſecundùm Matthæum.

Tranſl. B. Ariæ Mont.

CAPVT SEPTIMVM.

1 NE iudicate, vt non iudicemini.
2 In quo enim iudicio iudicaueri-
tis, iudicabimini, & in qua menſura menſi
fueritis, remetietur vobis.
3 Quid autem intueris feſtucam in oculo
fratris tui, at in tuo oculo trabem non ani-
maduertis?
4 Aut quomodo dicis fratri tuo: Sine eii-
ciam feſtucam de oculo tuo, & ecce trabs
in oculo tuo?
5 Hypocrita eiice primùm trabem de

SANCTI IESV CHRISTI
Euangelij ſecundùm Matthæum

Tranſl. Eraſm. Roterod.

CAPVT SEPTIMVM.

1 NOLITE *condemnare, ne condemnemini.*
2 *Quo enim iudicio iudicatis, eo iudi-
cabitur de vobis, & qua menſura metimini,
ea metientur vobis alij.*
3 *Cur autem vides feſtucam quæ eſt in ocu-
lo fratris tui, trabem autem quæ in oculo tuo
eſt, non animaduertis.*
4 *Aut quomodo dicis fratri tuo: Sine eximam
feſtucam ex oculo tuo, & ecce trabes in oculo
tuo?*
5 *Hypocrita eijce priùs trabem ex oculo
tuo,*

oculo tuo;& tunc intueberis eiicere feſtucam de oculo fratris tui.

Ne detis ſanctum canibus; neque mittatis margaritas veſtras ante porcos, ne fortè conculcent eas in pedibus ſuis, & conuerſi dirumpant vos

Petite,& dabitur vobis; quærite,& inuenietis; pulſate,& aperietur vobis.

Omnis enim petens accipit, & quærens inuenit, & pulſanti aperietur.

Aut quis eſt ex vobis homo, quem ſi petierit filius ſuus panem, nunquid lapidem det ei.

Aut ſi piſcem petierit,nunquid ſerpentem det ei?

Si ergo vos mali exiſtentes noſtis data bona dare filiis veſtris, quanto magis Pater veſter, qui in cœlis,dabit bona petentibus ſe?

Omnia ergo quæcumque vultis; vt faciant vobis homines,ita & vos facite illis, ſic enim eſt lex,& Prophetæ.

Intrate per anguſtam portam, quia lata porta, & ſpatioſa via ducens ad perditionem, & multi ſunt ingredientes per eam.

Quàm anguſta porta, & ſtricta via ducens ad vitam, & pauci ſunt qui inuenientes eam.

Attendite verò à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos, in indumentis ouium,intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.

A fructibus eorum agnoſcetis eos, nunquid colligunt à ſpinis vuam, aut de tribulis ficus.

Sic omnis arbor bona fructus bonos facit,at carioſa arbor fructus malos facit.

Non poteſt arbor bona fructus malos facere, neque arbor carioſa fructus pulchros facere.

Omnis arbor non faciens fructum pulchrum,excinditur,& in ignem iniicitur.

Itaque ex fructibus eorum agnoſcetis eos.

Non omnis dicens mihi,Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum, ſed faciens voluntatem Patris mei, qui in cœlis.

Multi dicent mihi in illa die, Domine, Domine, nonne nomine tuo prophetauimus, & tuo nomine dæmonia eiecimus, & tuo nomine efficientias multas fecimus.

Et tunc confitebor illis quòd nunquam noui vos: abſcondite à me omnes operantes iniquitatem.

Omnis ergo quicumque audit mea verba hæc, & facit ea, aſſimilabo illum viro prudenti qui ædificauit domum ſuam ſuper petram.

tuo; & tum perſpicies feſtucam ex oculo fratris tui.

6 *Ne detis quod ſanctum eſt canibus,ne proieceritis margaritas veſtras ante porcos, ne quando hi conculcent eas pedibus ſuis, & illi verſi in vos lacerent vos.*

7 *Petite, & dabitur vobis,quærite, & inuenietis, pulſate,& aperietur vobis.*

8 *Quiſquis enim petit, accipit,& quicumque quærit,inuenit,& pulſanti aperietur.*

9 *An quiſquam eſt veſtrûm homo, qui ſi filius eius petierit panem, lapidem daturus ſit illi.*

10 *Aut ſi piſcem petierit,num ſerpentem porriget illi?*

11 *Si vos igitur cùm ſitis mali, noſtis dona bona dare filijs veſtris, quanto magis Pater veſter, qui eſt in cælis,dabit bona,ſi poſtuletis ab ipſo.*

12 *Omnia igitur quæcumque volueritis, vt faciant vobis homines, ſic & vos facite illis, hæc enim eſt lex,& Prophetæ.*

13 *Introite per arctam portam, quoniam lata eſt porta, & ſpacioſa via, quæ abducit in exitium, multique ſunt qui ingrediuntur per illum.*

14 *Quoniam anguſta eſt porta,& ſtricta via quæ abducit ad vitam, & pauci ſunt qui inueniunt illam.*

15 *Cauete verò vobis à pſeudo-Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtitu ouium, ſed intrinſecus ſunt lupi rapaces.*

16 *A fructibus ipſorum agnoſcetis eos, nunquid colligunt de ſpinis vuam? aut de tribulis ficus.*

17 *Sic omnis arbor bona fructus bonos facit, putris autem arbor fructus malos facit.*

18 *Non poteſt arbor bona fructus malos facere,neque arbor putris fructus bonos facere.*

19 *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, exciditur,& in ignem conijcitur.*

20 *Igitur ex fructibus eorum agnoſcetis eos.*

21 *Non quiſquis dicit mihi, Domine, Domine,introibit in regnum cælorum, ſed qui fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis eſt.*

22 *Multi dicent mihi in illo die, Domine, Domine,nonne per nomen tuum prophetauimus, & per nomen tuum dæmonia eiecimus, & per nomen tuum multas virtutes præſtitimus.*

23 *Ac tum confitebor illis, nunquam noui vos; diſcedite à me, qui operamini iniquitatem.*

24 *Omnis igitur qui audit ex me ſermones hos, & facit eos, adſimilabo illum viro prudenti, qui ædificauit domum ſuam ſuper petram.*

25 Et deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & procubuerunt domui illi, & non cecidit, fundata erat enim ſuper petram.

25 *Et deſcendit imber, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non eſt proſtrata; fundata enim fuerat ſuper petram.*

26 Et omnis audiens mea verba hæc, & non faciens ea, aſſimilabitur viro ſtulto, qui ædificauit domum ſuam ſuper arenam.

26 *Et omnis, qui audit à me ſermones hos, & non facit eos, adſimilabitur viro fatuo, qui ædificauit domum ſuam ſuper arenam.*

27 Et deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & proruerunt domui illi, & cecidit, & fuit caſus illius magnus.

27 *Et deſcendit imber, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & impegerunt in domum illam, & erecta eſt, & fuit ruina illius magna.*

28 Et factum eſt quum conſummaſſet Ieſus ſermones hos, ſtupebant turbæ ſuper doctrina eius.

28 *Et factum eſt vt cùm finiſſet Ieſus ſermones hos, obſtupuerint turbæ ſuper doctrina illius.*

29 Erat enim docens eos, vt auctoritatem habens, & non ſicut ſcribæ.

29 *Docebat enim eos velut habens auctoritatem, & non ſicuti ſcribæ.*

CAPITIS SEPTIMI

ARGVMENTVM.

DOCET *non iudicandum de feſtuca in oculo fratris, & trabe in proprio. Sanctum non dandum canibus, omnem petentem, quærentem, & pulſantem à Deo exaudiri, faciendum alijs, quod nobis fieri volumus, per anguſtam portam ad vitam intrandum, quomodo dignoſcantur falſi Prophetæ, & arbor bona, & mala, comparatio de audiente Chriſti verba, & operante, aut non operante iuxta illa. Ex quibus omnibus illud colligitur, in tot prorſus diuiſiones caput iſtud diuidi, quot in illo ſunt præclariſſimæ ſententiæ.*

NVM. I. Nolite iudicare, vt non iudicemini.

Senſus litteralis, & moralis.

Ianſen. 1. *De connexione rerum, & ordine Euangeliſtarũ non multum curandum.*

NOLITE *iudicare.* Et ſi cum Ianſenio, à quo reliqui, ſtatuendum, non ſemper Euangeliſtas aut ordinem rerum, aut ſententiam Chriſti Domini noſtri eſſe ſecutos, quapropter non multum de illo curandum, nec deſudandum, cùm, vt ipſe ait, & rectè, *ſiquis velit certo ordine aut inter ſe, aut cum ſuperioribus ſtudioſius, aut curioſius connectere quæ Euangeliſtæ narrant, is ſibi vltrò tenebras effuderit, & implicabitur potius, quàm explicabit.* Quod ex hoc capite ſatis conſtat, cùm quo modo verè hæc connectatur ſententia, cum immediatè dictis nón ſatis conſtare poſſit; tamen quia ex authoribus, qui illud intendunt, optimè ex connexione moralitates elici poſſunt, operæpretium duxi illas adducere, ne quoad poſſumus aliquid, quod proficiat, relinquamus.

Auguſt. Auguſtinus ergo *lib. 2. de ſerm. Domini, cap. 18.* ſic hæc connectit, ſuprà enim Dominus cùm temporalium rerum ſollicitudinem inhibuiſſet, & euenire poterat, vt aliquis de his eſſet ſollicitus, nunc ſuadet, vt non ſollicitus nolit iudicare eum, qui ſollicitus eſt, ſicut Paul. 1. *Corinth.* 14. eũm ſollicitus veſci prohibebat, non vult tamen vt abſtinens iudicet non abſtinentem; quia poterat aut ignorantia, aut bona intentione veſci, vnde Auguſt. *Quia poſſunt qui iſta temporalia procurare in futurum, & incertum ſit quo animo fiunt, cùm poſſit ſimplici corde fieri, & duplici, opportunè hoc loco ſubiecit, nolite iudicare;* excellens doctrina, & maximè viris ſpiritualibus neceſſaria, & qui pœnitentiæ opera exercent, aut mortificationis, vt nolint non exercentes iudicare; audi Paul. ad Rom. 14. num. 13. *Is qui manducat, non manducantem non ſpernat, & qui non manducat, manducantem non iudicet.* Scita controuerſia tunc inter Iudæos, aliquos æſtimare eam Euangelica lege, & Iudaicam eſſe etiam ſeruandam; alios verò cum Apoſtolis minimè, & conſequenter nullam eſſe ciborum diſtinctionem, at quia nunc nondum res clara, ideo Apoſtolus ſuadet, vt qui fortis in fide Chriſtiana manducabit, non ſperneret non manducantem, & è contra, qui non manducabat, manducantem non iudicaret: at vnde ſic libenter Chriſtianum manducabat? Ad rem ſanctus Thom. vel quia *cum ſecura conſcientia reputabat omnia manducari poſſe, vel ſine periculo libidinis.* Hîc autem talis ait Sanctus alium non ſpernat non manducantem, eum reputans aut in fide infirmum, aut ad libidinem promptum. *Non ſpernat*, ait, *Sanctus manducantem tanquam infirmum in fide*, vel *quaſi pronum* ad

2. *Nunquã proximum iudicandum.*

D. Thom.

3. *Pœnitentes non iudicent, qui pœnitentiam ſic ſtrictam ac illi non agunt, & ad quæ ratione.*

ad vitia. Nil meliùs, & ad praxim nil códucibilius videas aliquos abſtinentes à carnibus, à vino, ſic cæteros iudicare, ſiue ſpernere, vt quaſi omnino obſcœnus eos reputantes, quia illis vtuntur Phariſaico ſupercilio ab illis ſe abſtinere; non ſic agendum, ſed iuxta Domini noſtri præceptum abſtinendum; vnde ſi aliquis à rebus mundi abſtractus de eis habet ſollicitudinem, non iudicet qui eam tenet, poſſibile vt iuſtiſſimè eam habeat.

Anſelm. Hug. Card.

Anſelmus, à quo ſumpſit Hugo Cardin. *in c.7.* affirmat ideo de iudicio Dominum ſermonem

4 *Iudicia temeraria, ac murmuratio nes de qua iudicio prodeunt.*

addidiſſe poſt ſollicitudinem rerum huius mundi, quia qui de illis ſolliciti, pleni ſemper iudiciis incedunt temerariis. *Remouit ſollicitudinem, modo remouet illud quod ſequitur etiam ex ſollicitudine, ſcilicet temeraria iudicia; qui enim diligit terram, facile habet ſuſpiciones malas de factis aliorum.*

5\. *Aulici cur ſtent in murmurationes, & falſis iudiciis.*

Quam verum hoc ſit, ſciet qui in aulis Principum eſt verſatus, dum enim omnes iudiciis temerariis pleni exiſtunt, ſemper mala de proximis aut iudicantur, aut murmurantur, quod non equidem mirandum, cùm toti ſint ad res huius mundi procurandas, ſollicitandas ea cuius ſollicitudine, vt in Anſelm. *inuidia, detractiones, odia, temeraria iudicia, oriuntur, de ſua conſcientia alios iudicantes,*

Ianſ. Maldon.

Ianſenius, à quo Maldonatus, obſeruans hoc idem præceptum apud Lucam *cap.6. num.36.* poſt illud *eſtote*, nempe, *eſtote miſericordes, ſicut & Pater veſter miſericors eſt*, & immediate pòſt, *nolite iudicare, & non iudicabimini*, reputat hæc coniungenda cum illis *cap.5. à num 43.* vbi de dilectione proximi. Vltimò Dominus concludens num. 58. *Eſtote perfecti, ſicut & Pater veſter cæleſtis perfectus eſt*; cùm cætera omnia affirmat interpoſita fuiſſe, *poſtquam Matthæus*, ait, *interpoſuiſſet doctrinam Domini de vitanda cupiditate laudis humanæ hypocriſis propria, & vitanda cupiditate, qua vulgus hominum ferè laborat, redit ad doctrinam dilectionis proximi.* Cuius rei aptam aſſignans rationem ſequitur, *ſiquidem Phariſæi cùm ſibi ignoſcerent in grauibus peccatis, tamen aliorum iudices erant inclementiſſimi, etiam ea calumniantes, quæ recta erant ſiniſtre interpretantes, quæ erant dubia, exaggerantes quæ erant leuia, & omnino vt Dominus illis exprobrat, excolantes culicem, camelum autem glutientes.*

6\. *Phariſæorum mores & alios in proximos iudicandi.*

Nec ſolùm hac doctrina Phariſæos, ſed etiam & reliquorum hominum turbam affirmat Dominum notaſſe: nam, vt ipſe ait, *ingenio vulgi inter reliqua vitia penitiſſimè inſitum eſt in alienis factis curioſum eſſe, eaque cenſere, vt cùm in ſe ipſis verè iuſti, ac laudati homines eſſe nequeunt, aliorum ſaltem collatione nonnullam probitatis vmbram ſibi concilient.* Hæc Ianſen.

7\. *Peccatorum mos ex vitiis alienis falsò impoſitis ſua velle iuſtificare, ob quod & in cõmuna ſunt murmurationes.*

connexio licèt mihi non arrideat, & potiorem faciam illam Auguſtini & Anſelmi. Ad quid enim tanta intermedia Matthæum apponere? tamen quia veriſſimam doctrinam continet, ideo eam appoſui, vt cuilibet ſit notum phariſaicum eſſe ſupercilium, mitem in ſe, durum in alios ſtare, ſua peccata minorare, aliena exaggerare, & plus quàm vulgi ac infimæ plebis notam eſſe decorem ex alieno velle dedecore captare?

8\. *Iudicare duplicitor accipi poteſt.*

Iudicare. De quo iudicio, & de qua re intelligenda ſit hîc quæſtio, variant multi authores, ac primò aduertendum, ly *iudicare* dupliciter poſſe accipi, aut pro ſententiam ferre, aut pro iudicio rei alicuius, aut temerario, aut indebito; & *ſecundò* ſi de rebus ſit ſermo, aut de operibus malis, quæ nullo modo tergiuerſari poſſunt, aut de dubiis; quibus ſtatutis,

Primò tanquam certum ſupponendum cum Hilar. Hieron. Ianſen. Maldonat. Barrad. aliiſque Hilar. Hieronym. Ianſ. Maldon. Barrad. Auguſt.
non omnino Dominum prohibuiſſe iudicare, vt eleganter Hieronym. qui ait, *non prohibuit Dominus iudicare, ſed docuit quomodo ſcilicet iudicandum.* nam, vt bene argumentatur Hilarius, *ſi omnino iudicandum non eſt quomodo dicit, in quo iudicio iudicaueritis iudicabimini.* Vnde certum eſt de manifeſtis

9\. *De quibus iudicare poſſumus, & qui poſſunt iudicare.*

operibus malis fas eſſe iudicare, ſic Auguſt. *lib.2. de ſermone Domini*, ſic ſcriptum eſt infra, *ex fructibus eorum cognoſcetis eos, de manifeſtis dictum eſt, quæ non poſſunt bono animo fieri, ſicut ſtupra, vel blaſphemia, vel furta, vel ebrioſitas*, & ſi quæ ſunt alia, quibus iudicare permittitur. Vnde Paulus 1. *ad Timoth. cap.5. num. 24. Quorundam peccata manifeſta ſunt præcedentia ad iudicium. Secundò* etiam certum eſt non prohibuiſſe iudicare eos qui non ſolùm publicam habent poteſtatem, ſed obligationem 10.
de aliis iudicandi, ſumendo iudicare, pro ſententiam dare, quales ſunt iudices, magiſtratus ac ſuperiores, quibus cura incumbit alios regendi & diiudicandi, immo aliqui volunt neque de dubiis Dominũ prohibuiſſe iudicium, modò aiunt vitia quam quò nos ducunt indicia iudicemus, quam doctrinam, ſi de iudicio definitionis intelligatur, quo poſitiue dubia in malam partem interpretantur ſecundùm indicia æſtimo falſum. nam etſi quoad peccatum poſſint ab illo excuſari quatenus iuxta indicia iudicent; tamen nunquam ab imperfectione, ad quid cùm ſibi non noceat, & ex indiciis malam de proximo concipere famam, charitatemque cum illo abrumpere, cùm ſi à iudicio abſtineres, bonam conſeruares de proximo famam æſtimationemque: at ſi de iudicio, per modum ſuſpicionis, vt ait ſanctus Doctor 2.1. *q.60. art.4. ad* 3. ad actum cautelæ & remedij, & prouiſionis, vt *ibi* ait Caietan. veram eſſe exiſtimo. nam

De rebus dubiis quomodo iudicare poſſumus abſque peccato.

D Thom. Caiet.

tunc, vt optime Caietanus ea indiciis iudico dubia in peiorem partem, non ad iudicanda perſonam definiendo ipſam eſſe malam, ſed ad meam cautelam ſupponendo, ac ſi eſſet, video pauperem in cubiculum meum intrantem, non definio eſſe furem, ſed ſupponendo ac ſi eſſet, cuſtodio rem meam, hoc modo & famæ proximi ſatisfit, & prudentiæ debitæ. ex qua regula vt excellenter

11\. *Suſpiciones & ſuſpicionum iudicia quomodo licitè fieri poſſ.*

Caietanus, *Prælati debent ſubditos ſubditaſque ex dubiis factis, non malitia arguere, aut punire, ſed bonam de illis opinionem, vt priùs, habere, & tamen cautelas, cuſtodias, remediaque adhibere, ac ſi mali eſſent, prouide tamen ne aliquid fiat quo fama proximi deroget.* Hæc Caiet. doctrina veriſſima & apprimè notanda. nam ex illa infinita in praxi ſolui poſſunt dubia, & ſcrupulos euitare, iuxta quã nec hęc iudicari Dominus prohibuit, ſed alia, vt mox dicemus, declarato priùs quid intelligatur per ly *iudicare.*

12\. *Prælati & ſuperiores quomodo ſine damno proximi ex indiciis mala ſuſpicare poſſunt.*

Anſelm. Caiet.

Anſelmus & Caietan. *iudicare* ſumunt pro ſententiam ferre, & officium ſumere, ſeu vſurpare alienum, & publicæ poteſtatis. *Si autem aliquis iudicat fratrem ſuum*, ait Anſelm. *ſiue conuictum, ſiue peccatorem publicum, temerarium iudicium eſt, & tunc iudicat quando nec loquitur cum eo, nec comedit, immo alios à conſortio eius ſubtrahit.* Eiuſdem opinionis eſt Caietan. nam ait quod hîc eſt ſermo de iudicio non rerum, ſed perſonarum, quòd Deo quantum ad occulta publicæ poteſtatis, quantum ad manifeſta reſeruatur; hæc ſententia etſi veram contineat doctrinam, tamen non eſt litteralis. nam Dominus non loquitur hîc de iudicio vſurpationis contra iuſtitiam, sed de iudicio definitionis contra charitatem.

13\. *Hic iudicare quomodo accipiatur.*

Aliqui

Aliqui, *nolite iudicare*, ſic accipiunt, quaſi Chriſtus diceat, nolite iudices eſſe propter periculum ob ſententias iniuſte prolatas, vnde Iacob 3. n. 1. *Nolite plures magiſtri fieri, fratres mei, ſcientes, quoniam maius iudicium ſumitur.* Eccleſ. 7. num. 6. *Noli quærere fieri iudex niſi valeas virtute irrumpere iniquitates.* Senſus nō literalis, & doctrina veriſſima, & quæ per accōmodationē accipi poteſt, eiuſque occaſione improbare malitiam prætenſionum, indicatur eorum periculum quaſi probabile animæ, cùm audeo dicere, vix ex mille etiam iuſtiſſimis iudicibus vnum reperiri qui ſic ſimpliciter directè iudicauerit, vt aliquando non ſit lapſus in ſuis iudiciis; quis iuſtior, quis Dauid ſanctior, quis amplius in ſuis iudiciis rectus; & tamen ex paſſione victus, iniquum iudicium egit cum Miphiboſeth in fauorem Sibæ proditoris; vt conſtat ex 2. *Reg. cap.* 17. *n.* 9. cùm enim ex mendaci informatione Sibæ [illegible] Miphiboſeth totam huius hæreditatem ipſi aſcripſiſſet, nimis credulus, vt conſtat ex *c.* 16. & poſtea occurrens illi Miphiboſeth poſt victoriam Abſalonis proditionem Sibæ pandens, iniquitatemque eius factum, hoc nō obſtante iniuſtiſſime [illegible] Sibam non puniuit, ſed medietatē bonorum Miphiboſeth ei aſcripſit, vnde de Miphiboſeth, *quid vltra loqueris? fixum eſt quod locutus ſum, tu & Siba diuidite poſſeſſiones.* Cuius iniquæ ſententiæ dans Abulenſ. rationē *q.* 29. ait illud feciſſe Dauid ex verecundia. *nam cùm prius incautè ſententiam, ſcilicet dando totam poſſeſſionem Miphiboſeth Sibæ. viſum eſt ei inuerecundum valde, vt ſententiā iſtam totaliter mutaret, qui in hoc oſtenderet & ſe valde erraſſe, & ſecundo ex quodam fauore Sibæ nam iſte prius ei fugienti malitioſe occurrit,* vt ſuprà *cap* 16. Si ergo Dauid ſanctus, & homo ſecundùm cor Dei, tamen in officio iudicis exiſtēs ſic fœdè peccauerit, quia tandem homo paſſionibus circundatus, quid aliter efficiet, non Dauid, nō ſanctus, non ſic ſecundùm cor Dei, etiāſi iuſtus, nō peccator, nónne prope ad miraculum ſi aliquando non excidat, periculumque ſubeat animæ ac ſaluationis exteriorem. Vide nunc & procura iudicē fieri, & indicare. rectè ergo Dominus conſuluit, vt nolimus iudices fieri; at, vt dixi, bonus ſenſus, ſed non litteralis.

14.
Quàm periculoſum iudicē velle fieri.

15.
Dauid ſuadiſſimè errauit in iudicando contra Miphiboſeth.

Hilar.
Ambroſ.
Irenæus.

Diuus Hilarius *c.* 5. Ambroſ. *lib.* 6. *de Parad. c.* 5. Irenæus lib. 4 c. 49. *Nolite iudicare*, aiunt, *de ſponſionibus, ac promiſſis diuinis.* Cuius rationem perbelle aſſignans Hilarius ſic ait, *iudicari de ſponſionibus ſuis Deus vetat, quia vt iudicia de incertis rebus inter homines ſumuntur, ita & hoc iudicium aduerſus Deum ex ambiguitate ſuſcipitur, quod penitus repellit a nobis, vt conſtans potius fides teneatur.* Pulchrè in dubiis, vt dicemus, ſemper factum hominis in meliorem partem debeo interpretari, alioquin peccatum erit iudicij temerarij; cur ergo cum Deo non ſic ſemper agendum? etiamſi ratio iuſtitiæ in illo Dei factum nobis remaneat occulta: Scio aliter aliquos [illegible] intelligere, vt pro *iudicare* intelligat ſententiam ferre, quaſi ſupra Deum ſe conſtituentes vt iudices Dei factum definiant, vnde Iacob cap. 4. num. 11. *Qui detrahit fratri, iudicat legem; ſi autem iudicas legem, non es factor legis, ſed iudex.* Scio etiam hoc, ſed primus ſenſus optime verba Hilarius patiuntur.

16.
In occultis Dei iudicijs ſemper pro Deo ſtandum, pulchra de hac re ratio.

Rupert.
17.
Iudices ex odio iudicantes, & ſtrictè, quàm iniuſtum ſubeunt iudicium.

Rupertus pro *iudicare*, cum odio iudicare accipiens, ſic intelligit, nolite iudicare, *hoc eſt, nolite iudicando habere odium in cordibus veſtris.* Excellens doctrina, etſi ſenſus non litteralis, vnde pulchrè ipſe ſecundum hunc ſenſum intelligit ſequentia, nempe, *in quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini*, nempe non iudicio approbationis, ſed odij, quia licet iudices ex odio, non ex iuſtitia iudicaſtis, *etenim*, ait Rup. *ſuper odium non cauſam, ſed perſonam iudicaueritis, iudicabimini & vos, in iudicio non dilectionis, ſed odij Dei, qui odit omnem odiose iudicantem.* Formidanda ſententia, & apprime iudicibus omnibus inculcanda, cùm obiectum ſe Dei odij conſtituunt, & æterna mancipantur damnatione, non ex iuſtitia, ſed ex rancore, ex vindicta, ex odio iudicantes, ac ſententiam ferentes. Vnde pulchrè Euſeb. Emiſſen. ſiue Eucherus, vt vult Baron. *tom.* 6. *annal. pag.* 8. de iudicibus hunc locum intelligens, ſic ait, *non iudicandi licentia aufertur, non iuſtitia prohibetur, temeritas tollitur, ambitio vetatur, crudelitas interdicitur.*

Emiſſen.
Baron.

Theophylactus, Euthymius pro *iudicare* condemnare intelligentes, hoc eſt, ſententiam proferre, affirmant hunc locum non loqui cum iudicibus, ſed cum ſubditis. *Monens ne qui propria debent inſpicere*, ait Euthymius, *ac ſeipſos diiudicare inſpiciant aliena, ac iudicent alios, & ſimul ad eos qui cum maioribus offendant, condemnant eos, qui in paruis labuntur*, vnde infra, *quid inſpicis feſtucam in oculo fratris tui.* Verus ſenſus, & litteralis, ſed amplius hìc Dominus prohibet, vt mox videbimus.

Theophyl.
Euthym.

Vera ergo & litteralis ſententia, & Auguſtini *lib.* 1. *de ſerm. Domini, & ſerm.* 202. *de tempore*, Baſilij *in regul. breuior* 164. Hieronym. *hìc.* Chryſoſt. *homil.* 24. Anaſtaſ. *q.* 24. Bedæ, Ianſ. & recentiorum, Dominum hìc prohibere, non ſolùm condemnationem, ſed etiam iudicium temerarium aliorum, ex leuibus ſuſpicionibus ortum; nam interpretando in bonam partem fratris factum, cùm poſſemus, & ex charitate teneamus dubia in meliorem partem interpretari, vt cum D. Thoma omnes Scholaſtici 2. 2. *q.* 60. *art.* 4. quæ ſententia vt clarior fiat,

Vera ſententia.
Auguſt.
Baſil.
Hieronym.
Chryſoſt.
Anaſtaſ.
Beda.
Ianſen.

Adnoto ex Hugone Cardinali, & Carthuſian. multiplex eſſe humanum iudicium, *primum* eſt diſcretionis, quod eſt meritorium, ſi cum debitis circunſtantiis fiat, *ſecundum* commendabile, quando ſeipſum quis diſcutit, *tertium* tolerabile, quando fit de inexcuſabilibus malis, vt diximus. *Quartum* vtile, quando fit a iudice ſecundùm allegata & probata *Quintum* [illegible] ſuſpicamur, & per ſuſpicionem iudicamus ſine conſenſu rationis. *Sextum* tādem eſt deteſtabile ex [illegible], quintum, & ſextum hic prohibetur, quod quatuor modis fieri poteſt, *primo* cùm fertur ſentētia de ſecretis cordis ſine ſufficientibus ſignis. *Secundò* cùm dubia in peiorem partem interpretantur. *Tertiò* dū iudicatur de futuro hominis ſtatu: *quartò* cum contra ius aſſumitur executio; quapropter omnia diſtinctè complectens Ianſ. affirmat hìc primum prohiberi iudicium, *quo quis curioſius obſeruans aliena dicta, vel facta in animo ſuo illa cenſet*, dubia in malam partem referens, deinde iudicium quo priuatus alienos dicta, vel facta etiam apertè latia mala notat. *Non animo, vt emendet alium, ſed vt famæ eius detrahat, grato que proximo ſibi probitatis opinionem concilient.* Poſtremum prohibetur iudicium, quo quis hominem quemdam apertè mala committentem, *condemnat veluti deſperata ſalutis.* Vnde Auguſtinus, *duo autem ſunt*, ait, *in quibus temerarium iudicium cauere debemus, cùm incertum eſt quo animo [illegible] factum ſit, vel cùm incertum eſt, qualis quiſque futurus eſt, qui nunc vel bonus, vel malus apparet.* Vnde Paulus ad Romanos 14. num. 4.

Hug. Card.
Carthuſ.
18.
Humanū iudicium quotuplex, & quale prohibetur.

19.
Nunquam iudicium ferendum de vltimo hominis ſalute.
Auguſt.

20.
Nunquam de externis iudicandum, dũ animum neſciatur.
Epictet.

Tu quis es qui iudicas alterum ſeruum, domino ſuo ſtat, aut cadit; ſtabit autem, potens eſt enim Deus ſtatuere illum, & vt videas quomodo hæc doctrina non ſolùm ſit Sanctorum, ſed etiam Philoſophorum, ſolo lumine naturalis rationis ductis annectam hîc ſententiam de hac re Epicteti *Enchirid. cap.* 160. qui ſic ait, *lauatur quis citò, ne dicas malè eum lauari, ſed citò, bibit quis multum vinum, ne dicas malè, ſed multum, niſi enim eius conſilium ſcias, vnde ſcias, an malè*, non plus dixit Auguſtinus.

Ex dictis concludo ex hac Domini ſententia omne illud iudicium prohiberi malignum, & temerarium, quod, vt ait Ianſenius, *Ex curioſitate, noxia, aut inuidentia, odio, & peruerſitate animi, ex alieni ignominia voluptatem capientis, aut denique ſuperbia captante ex aliorum collatione opinionis propria augmentum, de ſingulis iudicare præſumens gignitur.* Et inſuper omne illud quo leuiter ductus quis, malum non ſolùm iudicat, ſed ſuſpicatur de proximo, & qui dubia poſſit in meliorem, in deteriorem partem interpretatur.

21.
Quibus rationibus à iudicando nos abſtinere debemus.

At multis equidem rationibus & vrgentiſſimis à talibus iudiciis nos abſtinere debemus. *Primò*, quia cuilibet conuenit potius ſua facta, quàm aliena inquirere, ſua potius plorare peccata, quàm aliena diiudicare, eo vel maximè, quando quis maioribus ſe inuenit peccatis implicatum, ad quam cauſam reſpexit Dominus infrà quando dixit, *Quid autem vides feſtucam*. *Secundò*, quia hoc charitas exigit, *quæ non cogitat malum*, 1. ad Corinth. 13. num. 5. ſic Baſilius, Auguſtinus, & Beda, *locis ſupra adductis*. *Tertium*, quia quilibet, vt ait Ianſenius, *cognoſcere ſe debet proximi ſui conſortem, non iudicem, & ob id aduertere iniuriam ſe Deo facere, cuius officium ſibi vſurpat.* Sæpè alibi de hac re diſſeruimus, & cùm impoſſibile omnia proſequi, ideo à longo ſuperſedimus de hac re diſcurſu. Vnum tamen nolo reticere, quòd ſi bene attenditur, quilibet non ſolùm à temerè iudicando, ſed à iudicando, nec leuiſſimè detrahere debet, cùm, mea ſententia, nullus ſit amplius maior malus effectus iudicij in fratrem, quàm quem mox ſubtexam; aſfirmo ergo experientia propria, tum aliena numquam me de fratre iudicaſſe, ac non in eo idem incidiſſe defectus, immo ſi iudicium extitit de re graui, licèt non affirmatiuè, cùm numquam recorder per ſexaginta & ampliùs annorum curſum affirmatiuè de aliquo vnquam malum affirmaſſe, ex præſumptionibus, aut relationibus tamen aliquando, ſi plus debito propendi, numquam recordor me ſaltem de eodem malo tentationem non ſubiiſſe, à qua experientia edoctus etiamſi mille ſubiiciar deceptionibus, nunquam iudicium de fratre proferre amplius audeo, ſemper dubia in bonam, non in malam partem referens; ſint alij prudentiores, ſint cautiores, æſtimentur velint illud aliquando conuenire; hoc vnum ſcio vix vidiſſe aliquem malum de fratre iudicium ferre, ac non in eadem incidiſſe, imò & peiora. *Tria fuerunt*, ait Abbas Machetes apud Caſſianum lib. 5. cap. 30. *in quibus diſcuſſi, vel reprehenſi fratres, quòd ſcilicet vana ſibi nonnulli parerentur abſcindi, quod haberent in cellulis ſagum, quod oleum benedicentes expoſcentibus ſæcularibus darent, & in hæc omnia incurri.* Quæ cùm narraſſet, quomodo ſcilicet in illis incurrerit, tandem ſic concludit. *Quibus manifeſtè mihi compertum eſt, ijſdem cauſis ac vitijs Monachum obligari, quibus de alijs iudicare præſumpſerit.* Veriſſima ſententia, & quam experientur ſemper qui non ex officio de aliis præſumere, aut ſuſpicari tenentur ad euitanda, aut præcauenda mala, vt *ſuprà* diximus. nam talium ſuſpiciones, & iudicia potius Deo placent; etſi decipiantur, quia tamen ex beneuolo animo, non maleuolo à Deo illuminantur.

Baſilius.
Auguſt.
Beda.
Ianſ.

22.
Efficax ratio non iudicandi ne ſcilicet in eadem nos incidamus.

Caſſian.

23.
Macheta Monachi experientia ſæpe incidiſſe in ea, de quibus fratres iudicauerat.

24.
Superior beneuolè de fratre ſuſpicans meretur à Deo illuminari.

25.
Sanctiſſimus Ioſeph cur à Deo illuminatus in ſua de ſua ſponſa ſuſpicione.
Chryſoſt.

Enim verò ſanctiſſimus Ioſeph non leuiter de ſanctiſſima ſua ſuſpicabatur ſponſa ſuprà primo *num.* 19. ſicut eam deſerere propoſuiſſet: at quia talis ſuſpicio erat beneuola tanquam ſuperioris, & non ad eam publicandam, nec puniendam, meruit miraculosè miſſo de cœlis Angelo ab illa eripi, quod eleganter ponderans Sanctus Chryſoſtomus *homilia de ſancta Suſanna* ſic ait, *dignum fuit ab Angelo corrigi, quia nulla erat maleuola ſuſpicio, maleuolæ ſuſpiciones ſunt calumniantium, beneuolæ ſunt gubernantium, licuit cuique de filio malè ſuſpicari, ſed filio non licet calumniari. vtique ſuſpicaris malum, ſed optas inuenire bonum. qui beneuolè ſuſpicatur vinci cupit, tunc enim bene lætantur quando falſum inuentum fuerit, quod malè ſuſpicabatur, talis erat Ioſeph.* At quando ex officio nobis non incumbit, nunquam licitum de aliis iudicare. nam, vt bene idem Abbas Machetes, *oportet vnumquemque ſemetipſum iudicare tantummodo & circunſpectè cautèque cuſtodire in omnibus, non aliorum conuerſationem vitamque diſcurrere, ſecundùm illud Apoſtoli*, ad Romanos 14. *tu autem quid iudicas.*

26.
Suſpiciones beneuolæ qua.

27.
Nunquam licitum iudicare quando ex officio non incumbit.

Abulenſ.

Vt non iudicemini. Abulenſis hîc *quæſt.* 2. ad homines refert, quaſi dicat, nolite temerè iudicare homines, ne ab hominibus temerè iudicemini. conſonat cum illo quod infrà dicitur, num. 12. *Omnia quæcumque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis.* & cap. 26. n. 52. *conuerte gladium in vaginam ſuam, omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt*, & Iſai. 33. num. 1. *Væ qui prædaris, nonne & ipſe prædaberis. Væ qui ſpernis, nonne & ipſe ſperneris.* At Auguſtin. Chryſoſtom. Beda, Euthym. Author Imperf. ad Dei iudicium illud referunt, cum quibus ſentit Rupertus. Mihi tamen Ianſenij ſententia placet, qui æſtimat vtrumque iudicium Dominum comprehendiſſe, & hominum, & Dei. nam, vt experientia conſtat, qui temerè alios iudicat, & temerè etiam in plurimum iudicatur, ſic in pœnam ſuæ temeritatis Deo permittente, Ex quo fit, vt bene Ianſenius hoc medium voluiſſe Dominum, nos à iudicio temerario terrere. nam, vt bene ipſe, *qui aliquam æquitatis portiunculam tenet, à prauo, & odioſo iudicio vitæ alienæ facilè exterrebitur, ſi cogitet quàm graue, & permoleſtum ſibi ſit, & ſua ad hunc modum iudicari.* Et inſuper poſtea adeò terribiliter & fortiter, eo vel maximè, ſi iudicium de hominibus ſit iuſtis. nam, vt benè D. Hieronymus *epiſtol.* 99. ad Aſellam, *non facilis venia, praua dixiſſe de rectis.*

Auguſtin.
Chryſoſt.
Beda.
Euthym.
Aut. Imperf.
Rupert.
Ianſ.

28.
Iudicantium pœna à Deo, & ab hominibus iudicari.

Antiquitus aliqui poſt hæc verba legebant, *nolite condemnare, & non condemnabimini*, quæ apud Lucam inueniuntur *cap.* 6. *num.* 37. ſed emendata lectio illa non habet, & putant aliqui ex margine in textum irrepſiſſe, dum aliquis ex Lucæ loco vellet explicationis gratia illa afferre. vt quod per *iudicare* Dominus intellexerit, *ſciretur*, ſcilicet quòd condemnare; at, vt bene obſeruat Maldonat. condemnare non eſt idem quod iudicare, ſed iudicando condemnare, prius enim de aliquo iudicium facimus, poſtea ſententiam condemnationis damus, quod quando primum fit,

Maldon.

ſemper

ſemper iniuſtum, & ſæpè vnum condemnamus, quem Deus abſoluit, ſic Phariſæus ille peccatricem mulierem damnauit *Luc. c.7. num.48.* tamen
29. Chriſtus abſoluit; ex quo etiam apparet iudicij periculum, dum ſæpè illud condemnamus, quod apud Deum abſolutum, & quod leue, apud ipſum graue, vnde benè idem Abbas Matthæus apud Caſſianum vbi ſuprà, *Etiam ob hoc*, ait, *iudicare de alijs eſt periculoſum quod ignorantes vel neceſſitatem, vel rationem, quia illi hæc in quibus offendimur, aut rectè coram Deo, aut venialiter agunt, inuenimus eos temerè iudicaſſe, & per hoc admittimus non leue peccatum.* Ideoque ſemper Deo aliorum iudicium remittendum tum de occultis, tum de manifeſtis, ſibique vnum attendendum non ſolùm ſi peccata excuſare, ſed ſi veram conſequi pacem velimus, vnde Sanctus ille de imitatione Chriſti *lib.3. cap.24.* ſic Chriſtum facit colloquentem, *Fili, noli eſſe curioſus, nec vacuas gerere ſollicitudines; quid hoc, vel illud ad te? tu me ſequere, quid enim ad te, vtrùm ille ſit talis, vel talis, aut iſte ſic & ſic agit? tu non indiges reſpondere pro alijs, ſed pro te ipſo rationem reddes; quid te implicas? ego omnes cognoſco, tu verò ſerua te in bona pace, & dimitte agitantem agitare quantum voluerit.* Quot verba, tot gemmæ.

Iudicij periculum ſæpè condemnare quod apud Deum eſt abſolutum.

Contemptus mundi.

NVM. 2. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini, & in qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis.

Senſus litteralis, & moralis.

IN *quo enim iudicio.* Hæ duæ ſententiæ ſi ad opinionem eorum, qui ly *iudicium* ad iudicium hominis referebant, vt ſuprà dicebamus, conſeratur, nullam habent difficultatem, cùm nullum ſit inconueniens, ex permiſſione Dei affirmare homines temerè iudicantes, ab alijs etiam ipſos temerè iudicandos, & eadem menſura metiendos: at difficultas, etſi ad Deum referatur ly *iudicemini*, vti etiam refertur, ſicut diximus, num quid etiam Deus temerè nos iudicabit, abſit.

August. Beda. Chryſoſt. Hoc dubium mouerunt Auguſtinus *lib. 62. de ſermone Domini, & epiſt. 9. quæſt. 4. & lib.2. quæſt. Euangel. cap.4.* Beda, Chryſoſtom. cui dubio reſpondet Auguſtinus ſenſum eſſe, quòd in Dei iudicio ipſa temeritas, qua fratrem iudicauimus, iuxta eius exigentiam faciet, vt nos Deus iudicet. *Sed hoc dictum*, ait Auguſtin. *quoniam temeritas, qua punis alium, ipſe te puniat neceſſe eſt*; quomodo? ſcilicet ad iudicium Deum adducens, vt iuxta tuam temeritatem, eiuſque menſuram te iuſtiſſimè iudicet, ex quo prudentiſſimè ſequens
1. Auguſtinus ait, *iniquitas enim ſæpè nihil nocet ei, qui patitur iniuriam, ei verò qui facit, neceſſe eſt vt noceat.* Satis ad rem; ex qua doctrina & altera potiſſima elicitur ratio, non temerè iudicandi, cùm ex tali iudicio ſæpè alteri non nocemus: at ſemper nobis conſtitutis reis ante Dei tribunal de noſtro in fratrem iudicio, & ſanè inſania, & reum ſe aliquem apud Deum velle conſtituere pro illo, quod nihil ad ſe, & cuius cura ei non incumbit.

Iudicans fratrem ſæpè illi non nocet, at ſemper ſibi.

Chryſoſt. Euthym. Ianſen. At licèt bona ſit hæc Auguſtini interpretatio & litteralis; tamen mihi ampliùs placet Chryſoſtomi, Euthymij & Ianſenij, qui affirmant, hic non reſpici omnes iudicij qualitates, ſed tantùm curioſitatem, ſeueritatem, ſubtilitatem, ac nimiam ſcrupuloſitatem, quâ aliqui facta iudicant aliorum, demonſtrans ac denuntians illis Dominus, eadem curioſitate, ſeueritate, ſubtilitate, ac, vt ſic dicam, ſcrupuloſitate, ipſos in Dei iudicio iudicandos fore. *Hoc eſt*, ait Euthymius, *ſi leuem fratris lapſum curioſè inquiſieris, etiam & tu condemnaberis, & leuia peccata tua anxiè diſcutientur, ac tempore tremendi iudicij condemnabuntur.* & Ianſenius, *qui verè æquus fuerit proximorum iudex, æquum quoque & benignum experietur Dominum, & in genere, quali menſura menſi fuerimus, remetietur nobis.* Adeò excellens expoſitio, & 2.
ad mores valde apta, & quam ſæpè hominibus inculcare debemus, & præſertim iudicibus, ac in dignitate conſtitutis, qui ſæpè veluti ac ſi eſſent inculpabiles, & extra Dei iudicium, ſic ſeueriſſimè in alios animaduertunt, vt toti iuſtitia ſint, ſine miſericordia; quid ergo expectant niſi quod Iacob. 2. num. 13. *Iudicium ſine miſericordia ei, qui non fecit miſericordiam.* In quo loco ſanctus Thomas intelligit de iudicio damnationis, D.Thom. hoc eſt, de iudicio abſque miſericordia liberante & abſoluente, cùm tales illud mereantur, quia abſque miſericordia iudicarunt, ſicut & cæteri rigidiſſimi aliorum actionum cenſores eos diiudicantes, exquirentes, &, vt ſic dicam, culicem excolantes. Quid expectant? niſi eandem 3.
ſubituros eſſe menſuram, qua ipſi & proximum metierunt, infrà 18. *num.* 29. Infelix ille ſeruus, cui dominus omne debitum dimiſit, dum alium conſeruum reperit ei debentem, *ſuffocabat eum*, & licèt iiſdem prorſus verbis miſericordiam poſtu- 4.
laſſet, quibus ipſe à domino obtinuerat, *patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.* tamen nihil profert, quin conſeruum non mitteret in carcerem. *abijt, & miſit eum in carcerem, donec redderet debitum*; at quid? hoc reſciens dominus, ait Chriſtus, *quòd tradidit eum tortoribus, quoad vſque redderet vniuerſum debitum*; cui tortoribus? equidem ille in carcerem miſit conſeruum ſuum, non tradidit tortoribus mittatur ergo in carcerem, vt par pari referatur; bene hoc, niſi ipſe crudelis in fratrem tortor ipſe non extitiſſet, eùm ſuffocans, premens, exanimans; reddatur ergo vicis illi, iuxta quod ipſe in fratrem, ipſe in carcerem fratrem, & Deus eum in carcerem, ipſe fratris factus carnifex ſuffocabat eum, & Deus tradebat illum tortoribus, vt eum præfocent, vnde ad rem ſatis Auguſtinus de verbis Domini ſerm.15. *ſi non* August.
dimiſeris, reuocabo te, & quidquid tibi dimiſeram, replicabo tibi. Pulchrè, *replicabo tibi* Quid replicabit, ſanè omnem immiſericordiam, quam in Chryſol.
fratrem exercuit, ſic illum iudicans, vt ipſe fratrem; quapropter ad rem ſatis Chryſologus ſerm. 5.
51. *Homo*, ait, *tu tibi miſericordia factus es ipſe menſura, quantum quæris miſericordiæ, fac tantum.* Et è contrario, mea ſententia, quantum quæris iuſtitiæ, fac tantum, vnde bene Carthuſianus in Carthuſ.
hunc locum, *qualem vis Deum eſſe tibi, idem te exhibe alteri.* Et omnium excellentiſſimè Chryſoſtomus in hunc Matthæi locum; *Sicut*, ait, *in venia peccatorum promerenda, à nobis principia ſumuntur, ſic etiam in ipſo iudicio à nobis condemnationis menſura procedit.* nil pulchrius. Chryſoſt. 6.

Enim verò *Iudic.1.num.6.* captiuantes Iſraëlitæ Regem Adonibezech ſummitates manuum eius ac pedum exciderunt, tradentes eum in carcerem. *Comprehenderunt cæſis ſummitatibus manuum eius & pedum.* Non caret ſua hæc actio difficultate.

Iudices ſeueriſſimi abſque miſericordia iudicantes, etiam ſine illa iudicabuntur.

Immiſericors in fratrem eũ ſuffocans cur traditus tortoribus.

Deus eadem menſura iudicij hominẽ iudicabit qua ipſe fratrem.

In homine eſt poteſtate quo iudicio velit à Deo iudicari.

Dei varia iudiciorum exempla in Scripturis, quibus probatur eadem menſura ipſi iudicium ferre qua homines fratrem iudicarunt.

nam cùm in præcepto haberent Iſraëlitæ omnes interdicere Cananæos, videtur malè illos egiſſe, hunc ſeruando Regem. Cur ergo illud contra præceptum egerunt? Reſpondet Abulenſis *quæſt.* 10. quòd non peccarunt, quia non ſic vniuerſale erat præceptum quod ex aliqua cauſa vrgenti & neceſſaria interpretari non poſſet, & hac poſita *quæſt.* 7. affirmat à Deo motos fuiſſe ad illud faciendum, cuius æquum iudicium & ſolueret & iudicaretur, ſicut ipſe alios iudicauerat Reges, vnde quando in ſe tale iudicium vidit, ſtatim dixit, *Septuaginta Reges amputatis manibus, & pedum ſummitatibus, colligebant ſub menſa mea ciborum reliquias, ſicut feci, ita reddidit mihi Deus.* in quo facto illud adnotandum quantum Deus ſit ad par pari reddendum in iudicio, vt etſi vellet ac præcepiſſet omnes occidi Cananæos, tamen voluit iſtum ſeruari iniquum, & non occidi, vt eodem condemnaretur iudicio, quo ipſe peruerſus alios, licèt maius mors eius eſſet ſupplicium. *Dicendum*, ait Abulenſis, *quòd illud fuit factum, quia Deus mouebat Iſraëlitas ad ſic faciendum, vt iſte pateretur in eo quod deliquerat.* Immò, obſeruat idem, ideo præcidiſſe ei Iſraëlitas manuum ſummitates, *ne arma poſſet manu tenere, ac præ tædio ſe occideret*, vt exinde omnimodam Dei iuſtitiæ æquitatem intelligas, impius iſte Reges non occidebat, ſed vitam viuere permittebat infelicem, reddat ei iuſtus iudex eandem menſuram, & in quo iudicio cæteros ipſe iudicauit, iudicetur & ipſe; ſic *Eſther.* 7. in eadem cruce Aman ſuſpenſus, in qua ipſe ſuſpendere putauerat Mardochæum, & 3. *Regum* 21. in quo loco occiſus Naboth, in eo Achab. & 2. *Regum* 12. *num.* 12. ad Dauid, *eo quòd deſpexeris me, & tuleris vxorem Vriæ, tollam vxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cum vxoribus tuis.* & *Amos* 7. *num.* 17. Amaſiam Pontificem, qui populum à Deo ſuo fornicari faciebat, Amos impediens ne illis prædicaret ex parte Domini; *propter hoc*, ait, *hoc dicit Dominus: Vxor tua in ciuitate fornicabitur.* Ipſe fornicari populum faciebat, adeò & Deus iuſtus iudex eodem iudicio & vxorem fornicari permiſit, vt par pari reddens experiretur in ſe quod Deus experiebatur, & eodem iudicio condemnaretur, quo ipſe condemnauerat, eademque menſura puniretur.

7.
Iſraëlitæ cur Adonibezech Regem Cananæum non occiderūt, ſed tantùm ſummitates manuum ac pedū præſciderunt.

8. Et vt tandem nil intactum relinquamus, adnotandum ex hoc loco Gentiles Deum incuſare æterna pœna peccatum, quod temporale eſt, punire. nam quo modo iuſtus, & eadem menſura punit aiebant, dum æternaliter punit quod temporaliter geſtum eſt, mitto alias reſponſiones, tum antiquorum, tum recentiorum, addo quàm hîc ſanctus Doctor omnem propemodum ſoluens quæſtionem, qui ſic ait, *In peccato duo ſunt conſideranda, duratio & offenſa, & in offenſa duo, auerſio & conuerſio; ex parte conuerſionis culpa finita eſt, ex parte auerſionis infinita, quia auertitur à Deo, qui eſt infinitus. ergo infinitè puniri debet, item ex parte durationis, & duo conſiderare, & actum, & maculam, actus momentaneus eſt, macula æterna. ergo æternaliter puniri debet.* Si alios vidiſſes, & quæ & quanta ingerunt ad quæſtionem ſoluendam claritatem ac breuitatem Sancti obſtupeſceres, quod vt facias, ideo ad verbum eius tranſcripſi ſententiam.

Deum iuſtiſſimè æternaliter punire peccatum.

Quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? NVM. 3.

Aut quomodo dicis fratri tuo: Sine eiiciam feſtucam de oculo tuo, & ecce trabs eſt in oculo tuo. NVM. 4.

Hypocrita, eiice primùm trabem de oculo tuo, & tunc videbis eiicere feſtucam de oculo fratris tui. NVM. 5.

Senſus litteralis, & moralis.

QVid autem vides. Tota hæc ſententia quoad ſenſum litteralem ſic clara eſt, vt nullus propemodum ſit, qui eam ignoret; omnes ſciunt per trabem peccatum magnum, per feſtucam minimum intelligi, & per hypocritam hominem fictum, & ſimulatum prætextu religionis, cùm ex odio faciat Medici figuram accipere, & indignè officium exercere correptionis; vnde ad rem Caietan. affirmat quòd ſicut prius Dominus iudiciū prohibuiſſet malum ex non officio, quando quis fratrem diiudicat, cùm illi nō pertineat; nunc prohibet iudicium malum, quando fit ab indigno *grauiori peccato ſubiecto*, vt ipſe ait, & inſuper aſſerit prohibitum tum actum iudicij interiorem, tum exteriorem; interiorem in illis verbis, *vides feſtucam, & trabem non conſideras*; exteriorem, *ſine eyciam feſtucam.* Vtrumque enim indignum eſt vt à peccatore peccatis obnoxio exerceatur, hincque non prohibens fratris correctionem ex charitate, & amore, ſed illam ordinans mandat, vt priùs quis trabē eiiciat ab oculo ſuo, hoc eſt, peccata emendet ſua maxima, & poſtea minora corrigat in fratre, vnde ait, *hypocrita eijce primùm.* nam qui aliter facit, duo & maxima operatur mala, vt rectè affirmat Ianſenius, & ſe hypocritam conſtituit, dum ex aliena reprehenſione ſanctitatem vult aucupare, & ſecūdum, *vt veritatem ipſam reddat ei, qui admonetur, odioſam*, quod veriſſimum, & experientia magis teſte, quàm ratione probatur; ſi tantùm litteralem ſenſum proſequeremur, his profectò non aliud eſſet addendum; at quia & moralem & Patrum ſenſum addemus eorum quæ dicta, vt ex illis quàm graue ſit hoc præceptum appareat.

Caiet.

1.
Peccator officiū correctionis aſſumens quanta mala operatur.

Ianſ.

Hieronymus ergo in hunc locum, ſic magnum & leue peccatum exprimit. *De his loquitur*, ait, *qui cùm mortali crimine detineantur, minora peccata fratribus non concedunt, vt ſi fortè ira ille peccauerit, tu odio reprehendas, quantum autem inter feſtucam, & trabem, tantum inter iram diſtat & odium. odium enim ira inueterata eſt, fieri autem poteſt, vt ſi iraſceris homini, velis eum corrigi, non autem ſi eum oderis.* Pulchra ſententia, & quam ob vltima hæc verba appoſui, licet enim ſuperiori in ſubditum iraſci, & in eius peccatum ac ob hoc eum corrigere & reprehendere, cum timore, & tremore tamen ſi ipſe maioribus malis eſt irretitus, vt ait ſanctus Doctor *hîc*; at ex odio nunquam. nam, qui ex odio, maleuolentia, ac mala voluntate ſubditum caſtigat, non equidem ſuam vult correctionē, ſed ſuæ ſatisfacere paſſioni, non ex amore ductus in fratrem, ſed ex vindicta; quid mirum ſi nil poſtea proficiet? & ſe & ipſum condemnet? vnde ad rem S. Chryſoſt. *hîc*, hom. 24. *Corrige quidem*, ait, *ſed noli vt hoſtis, neque vt inimicus, exigens vltionem, ſed vt Medicus remedia profutura conficiens.* Quod

Hieronym.

2.
Reprehēſio, & correctio quomodo facienda. & ex qua radice emananda.

3.
Superiores nūquam reprehendāt ex odio, ni malum experiri effectum velint.

equidem

Rupert.

equidem argumentum egregiè proſequitur Rupertus *hic*, probans quomodo correctio ex maleuolentia & odio nil proficiat, ex benignitate multum.

4. *Correctio beneuola fratrē lucratur, odioſa eum perdit.*

Dauid enim reprehenſus à Nathan ſe correxit, admonitus ab Abigail iram depoſuit, *quia*, ait Rupert. *licèt hanc feſtucam viderint, tamen eum charitate & amore, non ex odio correxerunt.* At è contra Semei quando eum reprehendit 2.*Reg.* 16. *num.* 7. quia talis reprehenſio ex odio ac maleuolentia, *non ſolùm non eduxit feſtucam*, ait Rup. *quæ tunc erat in oculo David, veruntamen zeli iuſti longanum, ſiue diuturnum iniecit ignem, vt mox dormiturus cum patribus ſuis diceret ad Salomonem: Noli pati eum eſſe innoxium, deduceſque canos eius cum ſanguine ad infernum*; quod Semei, crede quod & omnibus ex odio reprehendentibus & iudicantibus non correctionem, ſed potiùs odium ac maleuolentiam haurient, & experientia. nil amplius. verius.

Idem. Chryſoſt.

Idem Chryſoſt. ad ſeculares, Religioſos iudicantes, hæc adaptans, ſic ait: *plurimi hoc faciunt*, nempe trabem habere, & feſtucam videre in oculo alterius,

5. *Religioſorum cenſores quā ſeuerè à Deo iudicabūtur.*

Qui ſi viderint Monachum habentem ſuperfluum veſtimentum, legem illam Dominicam impudenter obijciunt cùm multos ipſi aliena diripiant, & ſi eum cibo vti viderint largiori, accuſatores exiſtunt amari, ipſi quotidie crapulati atque temulenti. Seueri in Religioſos cenſores, dulciſſimi in ſemetipſis, ſicuti ſancta illa Theraſia dixit, *volunt vt nec comedant, nec bibant planè, nec veſtiant.* Religioſi animaduertant quid faciant. *Nam*, vt

Chryſoſt.

ſequens Chryſoſtom. ait, *ignorant quòd ex hoc maius ſibi congregant iudicium, omnique ſemetipſos excuſatione denudent, vt enim diligentiùs peccata examinentur tua, legem primùs ipſe poſuiſti, ſeueriùs de his quæ proximus peccauerat, iudicando.*

Auth. Imp.

Author Imperf. *hom.* 17. ad Doctores, Religioſoſque hoc dirigens, ſic ait, *Hoc quod hic dicitur,*

6. *Leuia Religioſorum peccata grauia reſpectu peccatorū ſæcularium, & econtrà.*

Doctoribus conuenit, omne enim peccatum iudicatur, modicum, aut magnum, ſecundùm peccantis perſonam, laici enim peccatum feſtuca eſt, quantum ad Sacerdotis peccatum, Doctor autem etſi modicum fecerit peccatum, magnum eſt, & trabs eſt quantum ad laici peccatum. Veriſſima doctrina ſi ad ſcandalum referatur, & ad damnum, quod Eccleſiæ Dei ingerunt tales Doctores ſcandaloſè viuentes, & alios reprehendentes, vnde ipſe, ſi *Medico opprobrium eſt qui nec alte-*

7. *Prædicatores aliique Religioſi verò, ac Doctores malè viuentes acriter reprehendentes taxantur durè à Chryſoſtomo.*

rius ſanitatem habet in poteſtate, nec ſuam, ſi alios velit curare, & ipſe debilis ſit, quaſi teſtimonium imperitia ſuæ portat in corpore ſuo propriam paſſionem, quomodo doctori non ſit opprobrium alios velle curare à peccato, & ipſum in maioribus eſſe peccatis, dum poſſit ampliùs ſeipſum eruere à peccato, quàm alios. Si hæc poſtrema obſerues, inſipientiam maiorum Doctorum attendes, poſſunt ſe curare, cùm hoc in eorum poteſtate ſit, Dei gratia cooperante, & tamen nolunt, & cùm hoc ſit, volunt alios curare; quorum cura non in eorum ſit poteſtate? Qualis maior dementia? Vnde ſatis prudenter ipſe, iuxta Domini præceptum conſulens, ſic ait, *Vis liberè, & fideliter reprehendere laicum, & eijcere de oculo mentis eius peccatum, priùs tuam ipſius mentem purga ab omni malo, vt cùm tu argueris laicum pro peccatis eius, ex diuerſo laicus non habeat vnde redarguat te pro peccato tuo.* Cuius rationem perbellam ſubiungens, inquit, *nam incipiet te timere in ſe, cùm non inuenerit quid condemnet in te.*

Hilar.

Hilarius *can.* 5. ad infideles, hæc adaptans ſic ait, *Peccatum in Spiritum ſanctum eſt diuinæ virtutis poteſtatem negare, eſt Chriſto ſubſtantiam abnuere æternitatis; ergo quantum inter feſtucam & trabem differentia eſt, tantum oſtendit peccatum in Spiritum ſanctum, cætera crimina excedere, vt cùm infideles delicta corporis alijs exprobrant, onus peccati, quod de promiſſis Dei ambigunt, in ſe non vident, trabe in mentis oculo veluti incidente.* Si

8. *Hæretici taxantur contra Eccleſiaſticos oblatrantes.*

ad hæreticos hæc adaptes, contra ipſos propriè hæc doctrina eſt Saluatoris, peſſimi nebulones ad nil aliud attendunt, niſi vt vitam Catholicorum, & præcipuè Eccleſiaſticorum carpant, ſic vt, ſecundùm quod à fide dignis accepi, tota paraſiti Prædicatoris doctrina dum ad populum ſermonem, ſiue comœdiam habet, in hoc ſolùm verſatur, mendacia referre habita ex correſponſalibus in Romana vrbe, & contra Pontificem, Prælatoſque inſanire, ac maledicta conferre. infelices ac deploratæ ſortis homines trabem infidelitatis ipſorum non attendunt, feſtucam tamen vide .r Catholicorum.

9. *Correctionis verus ordo quis.*

Hypocrita eijce primùm. En ordo veræ correctionis, *mundari, & mundare alios*, hinc Chriſtus Ioan. 8. num. 7. *Qui ſine peccato eſt veſtrûm primus in illam lapidem mittat.* Hinc Deus ad Dauid 1. Par. 22. num. 8 *non ædificabis mihi domum, quia multum ſanguinem fudiſti.* Vnde Gregorius, *Sordes manus tergere non valent, quæ lutum tenent.*

Gregor. Chryſoſt.

& Chryſoſtom. *oportet vt priùs cum diligentia inueſtiget quæ tua ſunt, & tunc quæ proximi ſunt diſcuties*; vnde bene Anſelmus, ex hoc loco

Anſelm.

10. *Quibus Deus correctionem permiſit fratris.*

colligit; quòd iudicium de alijs facere omnibus coæqualibus Deus prohibuit, exceptis Prælatis: at corrigere omnibus impuris, ſolùm autem mundis. *Iudicium omnino abſtulit paribus, non Prælatis, correctionem autem omnis, ſed mundis*, qui corrigere debent & tenentur quando occaſio adeſt. ob quod notandum, non ſimpliciter correctionem Dominum interdixiſſe, ſed ordinem dediſſe, vnde ait, *primùm eijce trabem*, & poſtea *feſtucam*. ergo qui ſine trabe eſt, eijcere tenetur feſtucam; vnde ad rem idem Anſelmus, *Quoniam*, ait, *in omni re eſt gradus, priùs videat ne ſint in eo peccata, & tunc mittat in alium lapidem, deinde ne foueat peccatum alterius, quin corrigat eum, quia aliter conſentire eſſet*; ergo mundis permittitur correctio, ſed eo modo, quo docet Auguſtinus de

Auguſt.

11. *Quomodò corrigendum.*

ſerm. *Domini lib.* 2. *cap.* 30. cum recognitione propriæ fragilitatis & naturæ, vnde ait, *Primùm ergo cogitemus, cùm aliquem reprehendere nos neceſſitas coegerit, vtrùm tale ſit vitium, quod nunquam habuerimus, & tunc cogitemus & nos homines eſſe, & habere poſſe; vel tale quid habuimus, etiamſi non habemus, & tunc tangat memoriam communis fragilitas, vt illam correctionem, non odium, ad miſericordiam præcedat.* At ſi in vitio eodem ſimus, quid

12. *Non corrigat qui eodē vitio eſt irretitus.*

agendum ſecundùm Auguſtinum? Equidem à correctione abſtinere, vnde ſequens ait, *Si autem inuenerimus nos in eodem vitio eſſe, non obiurgemus, ſed congemiſcamus, & ad pariter emendandum inuitemus.* En Sanctorum doctrina, omnino Chriſti Domini doctrinæ conformis, qua docentur non ſolùm peccatores, ſed Sancti, modumque quomodo iſti corrigere, quomodo à correctione abſtinere debeant peccatores, corrigant, ſed cum memoria propriæ naturæ, cùm ſi eos Dei non adiuuiſſet gratia, adſimilia, & forſitan peiora feciſſent, quòd ſi practicè illud ſentient, non cenſores acri, ſed beneuoli ſtabunt monitores, quod apprimè in correctionibus animaduertendum:

13. *Sanctus ſic corrigens, ſi fructũ ex correctione haurire velit.*

at ſi peccatores, & in eodem vitio, qua fronte fratrum corrigent, infirmitateſque curabunt alienas, cùm, vt iſtæ curentur, homo ille neceſſarius, qui in nouitate ambulet ſpiritus, qui vas nouum Deoque acceptabile.

Enim verò 4. *Regum* 2. *n.* 20. viri ciuitatis Hiericho dixerunt ad Eliſæum, *Ecce habitatio ciuitatis huius optima eſt, ſed aquæ peſſimæ ſunt, & terra ſterilis: at ille ait, Afferte mihi vas nouum, & mittite in illud ſal, & ſanatæ ſunt aquæ.* Libet primùm ponderare, quomodo habitatio optima, cùm aquę eſſent peſſimæ, & terra ſterilia? quid ergo bonum, aut optimum poterat eſſe in tali ciuitate? Sanè re-

Lyra. ſpondet Lyra ex Rabbi Salomone ſitum ciuitatis optimum fuiſſe, non reſpectu ſecularium; ſed Prophetarum, *quia aptus ad contemplationem.* Mo-

14. *Religioſi vbi viuere debẽt, & quem ſitũ ad viuendum eligere.*

ralis, & apta pro Religioſis, vt ibi viuere procurent, vbi locus amplius ſpiritui, quàm carni aptus, vbi aquæ amaræ, vbi terra ſterilis, vbi nullæ delitiæ, hoc enim animæ cõtemplatiuæ ſignum; at etſi bona hæc intelligentia, tamen, mea ſententia, & alia erit proprior, amor patriæ, qui bonum dicit ipſum malum, ex quo amor mundanorum exprimitur, qui etſi in mundo premuntur, comburantur, & mille conſummentur tribulationibus, amaritudinibus, ac ſterilitatibus; optimam tamen eius habitationem dicunt, etſi aquæ peſſimæ ſint, & terra ſterilis, vnde bene ad hoc adno-

Abulenſ. tat Abulenſis, non filios Prophetarum hoc di-

15. *Aquæ ab Heliſeo quomodo dulces redditæ cùm eſſent amaræ.*

xiſſe, ſed habitatores ciuitatis, quaſi mundanos indigitans, nõ homines ſpirituales. Sed ad noſtrum deuenientes inſtitutum, quomodo Heliſæus ſanauit aquas? Sanè mittens ſal in vas nouum. Mitum aquæ peſſimæ, amariſſimæ, & ad dulcorandas eas ſal mittitur, quod potius eas amplius amareſcere deberet. Sane, ſi illud non miſiſſet in vas nouum, purum, illibatum, per quod homo ſapiens deſignatur, corrigens ad ſanandum homines, purus intactus ſine peccato. Adhuc Hugo

Hug. Card. Cardinalis, *Legitur*, ait, *de Heliſæo quòd poſuit ſal in vaſe nouo, vel mundato, & poſt hoc dulcoratæ ſunt aquæ, id eſt, homines flexibiles.* Profectò, ſi vas non eſſet nouum, ſed ſal in vaſe veteri, equidem non eſſent aquæ dulcoratæ; ſic ſi ſapientia, ac correctionis ſermonia in peccatore in malis inueterato, non ſolùm fratrem non emendabit, ſed, vt diximus, perdet, in odij amarorem eum reducens.

Auth. Imp. Hinc eleganter Auctor Imperf. ponderans ly

16. *Prædicatores non bene viuentes non ex charitate, ſed ex vana gloria reprehendere conuincuntur an Chryſoſtomo.*

quomodo dicis fratri tuo, concludit peccatorem arguentem, non ex charitate, ſed ex vana oſtentatione proximum reprehendere, vt ex reprehenſione propriam aucupet gloriam, vnde ait, *Quomodo dicis fratri tuo, vel quo propoſito putas ex charitate vt ſalues proximum tuum, cum teipſum ante non ſalues? vis ergo non alios ſanare, ſed per bonam doctrinam malos actus celare, & ſic etiam laudem ab hominibus quærere, non ædificationem mercedis, quæ eſt à Deo.* Hæc doctrina directè ad Prædicatores tendit, malè viuentes, bene loquentes, quos non charitas ad reprehendendum impellit, ſed gloria, ſed laudis appetitus. Patet equidem, quia ſi charitas, hanc primò ſecum haberent, & poſtea in proxi-

Chryſoſt. mum. nam, vt bene ſanctus Chryſoſtomus, ait hîc homilia 24. *Quæ ſui ipſius ſunt, magis aliquid noſcit, quàm quæ ſunt aliorum. & quæ maiora ſunt, magis videt, quàm quæ minora, & ſeipſum magis diligit, quàm proximum*; quid ergo ex his? vt *primò*, ait, *cum diligentia inueſtiges quæ tua ſunt, & tunc quæ proximi ſunt diſcutias*; vnde Saluator, *& tunc videbis*

Auguſt. *eijcere feſtucam ex oculo fratris tui.* nam, vt bene Auguſtinus de ſerm. Domini, *auferentes de oculo noſtro trabem inuidentiæ, vel malitiæ, vel ſimulationis*, videbimus eijcere feſtucam de oculo fratris.

Vltimò tandem adnoto Chriſti diſplicentiam, 17.

Chriſtus Dominus quantum ſentit peccatorem alios arguere.

quando aliquis peccatis onuſtus audet cæteros reprehendere, quæ equidem talis, vt extra ſuam naturam eum ferens vſque ad iniuriandum eum adducat, vnde non ſimpliciter ait, peccator *eijce primùm*, ſed *hypocrita*, contumelia afficiens talem ad grauitatem peccati, ſuæque diſplicentiæ. Adnotandum, vt bene aduertit Chryſoſtomus vbi ſuprà, *& notandum*, ait, *quod vbicumque vult monſtrare magnum aliquod peccatum, à contumelia incipit, ſicut ibi, ſerue nequam, omne debitum dimiſi tibi, & ideo hîc dicit, hypocrita eijce primùm.* Sic odioſum eſt illi propriè quempiam contemnere, & alienis durè inſiſtere, vt videant qui hoc egerint, licèt ex officio, vti ſunt Prædicatores, in quale tremendum Dei iudicium incident, dum vt hypocritas eos habens, cum hypocritis eos collocabit, quod vltimum omnium malorum; concludo cum Au-

guſtino *vbi ſuprà*, ſic delicatam rem eſſe alium Auguſt.

corrigere, vt ſicut ipſe ait, *rarò & non niſi ex ma-* 18.

Rarò correctiones adhibendæ, & eſſe cum ſumma corrigendi.

gna neceſſitate obiurgationes adhibendæ ſint, & tunc non vt nobis, ſed vt Domino ſeruiatur inſtemus. Prudens hæc vltima animaduerſio. nam ſæpè reprehendimus potius, vt nobis, quàm vt Deo ſeruiatur.

Nolite dare ſanctum canibus, neque mittatis margaritas veſtras ante porcos, ne fortè conculcent eas pedibus ſuis, & conuerſi dirumpant vos. N v m. 6.

Senſus litteralis, & moralis.

NOlite dare ſanctum canibus. Vt tota hæc metaphorica ſententia pleniùs intelligatur, duo priùs declaranda ſunt, *primò*, quæ connexio eius cum ſuperioribus, & *ſecundò*, quid per ſanctum, quid per margaritas, quid per porcos, quid per canes?

Et quoad primum, Auctor Imperf. hæc cum il- Auth. Imp.

lis *cap.* 5. *num.* 44. 45. coniungens, nempe, *diligite inimicos veſtros, benefacite ijs qui oderunt vos, vt ſitis filij Patris veſtri, qui in cælis eſt, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos*; affirmat nunc ſenſum aperuiſſe, diſtinctionemque de quibus & illud eſſet intelligendum, nempe de propriis, non autem de Dei bonis. nam hæc cum diſcretione ſunt repartienda. *Iuſſerat ſuperiùs*, ait, *Dominus di-* 1.

Quæ bona Deus iubet, vt inimicis præſtemus.

ligere inimicos, & benefacere his, qui peccant in nos; ne ergo cogitarent Sacerdotes etiam, quæ Dei ſunt eis communicare, talem cogitationem compeſcuit, dicens: Nolite ſanctum dare canibus, ac ſi diceret, Mandaui vobis diligere inimicos, & benefacere eis de veſtris corporalibus bonis, non tamen de meis ſpiritualibus paſſim, quoniam in natura nobiſcum communes ſunt, non in fide, & Deus carnalia beneficia dignis, & indignis ſimiliter præſtat, non autem gratias ſpirituales. Hæc

2. *Quidam indiſcretè quotidianam communionem indiſcriminatim omnibus concedere.*

ſententia veritatem continet, ſed non eſt litteralis: attamen ſi ad mores eam applicare velis, ex illa deduces falſitatem eius opinionis, indiſcretumque zelum, qui indifferẽter cotidianam dant communionem, ſacrumque ac ſanctum Chriſti corpus omnibus paraſitis, nebulonibus, meretricibus dũmodo confiteantur, condignam iudicantes diſpoſitionem ad quotidie communicandum

peccati

peccati mortalis tantummodo carentia aſque alia aliqua virtute, ex quo fit, ſicut experientia conſtat, vix poſt ſacramentum ſanctiſſimũ acceptũ ad vomitũ volui vt canes, & ſancta ſpecioſiſſima cõculcare, ob indecentiam, vti porcos, nunquid non hoc verum? dum illud ſpecioſiſſimum os, quod paulo antè cum amaſio, vel amaſia ſe coniunxit permittere, vt cum ſanctiſſimo, & quod nunc ſanctum Sanctorum, paulo pòſt, & laſciua, brutaque accipiat ab altero oſcula; quid ni? nónne hoc eſt dare ſanctum canibus, & margaritas proiicere ante porcos. *non enim de corpore & ſanguine Domini agendum eſt cum hæreticis dilacerantibus*, ait Anſelmus hìc, *nec porcis, vel meretricibus, & ebrioſis, & quibuſlibet laicis contemnentibus, vel etiam clericis vilipendentibus exponendum eſt.* An non vilipendunt dum eadem die, quid dico eadem prorſus hora, peccant fœdiſſimè, immediatè confitentur, (quomodo? Deus ſcit) ad ſynaxim accedunt, & eadem hora ad vomitum redeunt; quid hoc niſi Chriſtum vilipendere, ac ſanctum canibus proiicere; ſed de hoc alibi ſatis diſſeruimus, in noſtris in Sapientiam commentariis, diſputatione de hac re.

D. Anſelm.

August.

3.

Cum ſimplicitate prudentia ſemper connectenda.

Auguſtinus putat, quia ſuprà *cap. 6. num. 23.* ſimplicitatem docuerat, *ſi oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit*; nunc affirmat quòd ſimplicitati prudentiam voluit adnectere, *quia poteſt aliquis per nomen ſimplicitatis, ad quam per ſuperiora induxerat decipere, ideo nunc addit, nolite.* Optima doctrina, ſed à nimis longo petita diſcurſu, cùm non neceſſarium ſit.

Hugo.
Caiet.
Ianſen.

4.

Correctio eſt diſcretione agēda. quare in illa conſideranda quomodo fiat.

Vera ergo ſententia eſt Hugonis, Caietani, & Ianſenij & aliorum, Dominum ſicut ſuprà prohibuiſſe iudicia, & correctionem peccatoribus, & tamen eam permiſiſſe Innocentibus, nunc modum præbere, quomodo illa patranda locum, tempus, perſonam conſiderando, *quaſi dicat*, ait Hugo, *mundi debent mundare, ſed non indifferenter, quia non omnibus ſunt dicenda*; & Ianſenius, *ne ergo is, qui purus eſt, & trabem iam deiecit è proprio oculo, putaret ſe quoſuis corripere, & docere debere, quos videt vitijs aliquibus obnoxios, hanc doctrinam ſubiecit, ne ſanctum daretur canibus, ſignificans abſtinendum ab admonitione illorum, qui admoniti euaſuri ſunt peiores, & potius ſunt irritandi, quàm ſanandi.* hæc ſententia ſic intelligenda eſt, vt non reſtringatur ad ſolam correctionem, ſed etiam ad totam prædicationem euangelicam, tum myſteriorum, tum præceptorum, vt ex infrà dicendis apparebit, & de correctione ſumpta, veriſſima eſt, cùm, mea ſententia, nil difficilius, quàm fratrem corrigere, ſic vt ex correctione proficiat, & logicum quempiam oportet eſſe, vt ſciat arguere, & iudicem vt pœnas iuſtas ſtatuat, & oratorem, vt ſuadeat, tandem ſtatuam, vt patienter ſuſtineat, vnde Paulus ad Timotheum 4. num. 2. *argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina*; *argue*, en officium Logici, *obſecra*, en oratoris; *increpa*, en iudicis; *in omni patientia, & doctrina*, en ſtatua: vnde Auguſt. *lib. 1. de ciuitate Dei, cap. 9. tom. 5.* affirmat diſſimulationem correctionis eſſe conſilium charitatis, poſtquam enim dixiſſet cauſam flagellationis bonorum ſimul cum flagellatione malorum, eſſe diſſimulationem correptionis, quam boni adhibent, ne à peccatoribus, & malis aliquid mali patiantur, poſtea quibus in caſibus correptio diſſimulari poteſt, aduertens ſic ait. *nam ſi propterea obiurgandis & corripiendis malè agentibus parcit, quia opportunius tempus inquirit, vel eiſdem ipſis metuit ne deteriores ex*

5.

Corrigens fratrem quas partes habere, & fungi debet.

Auguſt.

6.

Correctionis diſſimulatio quando opus charitatis, ſecundùm Auguſtinum.

hoc efficiantur, vel ad bonam vitam & piam erudiendos impediant infirmos alios, & premant atque auertant à fide, non videtur eſſe cupiditatis occaſio, ſed conſilium charitatis. Enimvero *Geneſis 42. num. 22.* Ruben ad fratres, *Nunquid non dixi vobis, nolite peccare in puerum, & non audiſtis me; en ſanguis eius exquiritur.* Cur non ante correctionem & obiurgationem adhibuit, ſed tandiu expectauit, cùm eſſet primogenitus, & fratribus tenebatur corrigere? Sanè, quia nunquam eos ſic molles vidit, ac ſui peccati recognitores; vnde cùm audiuit, *meritò hæc patimur, quia peccauimus in fratrem noſtrum*, tempus opportunum cognoſcens, nunc & non ante correctionem adhibuit, ſciens, quia ſicut priùs eum ex duritia audire noluerint hortantem, nunc libenter audirent increpantem, ac corrigentem, *erat natu maior*, ait Lippom. *quem cùm audire noluiſſent dehortantem, nunc ferre coguntur improperantem flagitia.* Adſimiliter Chriſtus Dominus noſter in horto infrà *cap. 26. num. 43.* primò corripuit dormientes; at ſecundò veniens cùm inueniſſet eos, etiam poſt correctionem dormientes, nil dicens, *relictis illis abijt*; quid, nunquid ex indignatione hoc? aut ex negligentia correptionis? nil minus, immo ex indulgentia, ob quod notanter Euangeliſta ait, *inuenit eos dormientes*, addenſque cauſam, ſequitur, *erant enim oculi eorum grauati*, inepti ad correptionem ob hoc, hinc eos amplius affligeret, impotentiæ emendationis, miſerans diſtulit correctionem, emendationis tempus opportunum operiens. Ad rem Origenes cap. 35. ſuper Matth. *puto enim*, ait, *quòd non tantum corporum oculi, quantum animarum grauati erant, nondum enim erat eis ſpiritus datus, vt ac non eos reprehendit.*

7.

Ruben cur fratres non correxit de peccato, niſi quando in præſentia ſtabant Ioſephi.

Lippom.

8.

Chriſtus cur non reprehendit ſecunda vice Apoſtolos dormientes.

9.

In correctione tempus operiendũ opportunum.

Origen.

Quoad ſecundum autem, quid per margaritas, quid per Sanctum, quid per canes, quid per porcos. Multi multa, Author Imperfect. per Sanctum intelligit ſacramenta Baptiſmum, Euchariſtiam, per margaritas myſteria in Scripturis incluſa, cum quo Anſelm. *Margaritæ*, ait, *dicuntur lapides inuenti in conchis, qui politi pretioſi ſunt, ſimiliter allegoria de concha figurarum ſumpta, & benepolita pretioſa ſunt.* Theophylactus per ſanctum myſteria, per margaritas ſermones de Theologia; alij aliter. At quid per canes? Hieronym. hìc malos Chriſtianos intelligit ad vomitum reuerſos; per porcos infideles. Econtra Chryſoſt. Euthym. Anſelm. Carthuſian. per canes infideles, & hæreticos, per porcos malos intelligunt Chriſtianos. Author Imperfect. per canes Gentiles, per porcos hæreticos intelligit, *Canes & porci immunda animalia ſunt*, ait, *ſed canis ex omni parte, quia non ruminat, nec vngulam findit; porcus autem ex parte, propter quod canes puto intelligendos Gentiles omnino immundos, & propter actus & propter fidem; porcos autem hæreticos, quia nomen Domini inuocare videntur.* hæc ſententia optima eſt, quia veriſſimè hæretici porci, immo & canes ex latratu, porci ex peccatorum fœce, in qua inuoluuntur, & ex perſecutione ac conculcatione Catholicorum, Deique Eccleſiæ, cùm non ſic Gentiles, non ſic Turci ac Mahumetani Eccleſias Dei conculcarent, at iſti deſperatiſſimi porci; quod his temporibus audiuimus, & plorauimus. Quid Caluiniſtæ hæretici his diebus quibus ſcribimus, quid Lutherani in Belgico, quid in Germania fecerunt Dei Eccleſias cremando, diripiendo, ac diruendo vſque ad ſtuporem eſt audire, Caluiniſtæ ex Gallia pluſquam octo millia diripuerunt ac exciderunt ſanctas in Germania Eccleſias, pudet dicere, quæ in Belgico egerunt in ciuitate *Terli-*

10.

Quid per margaritas, ſanctum, canes & porcos.

Auth. Imp.

Anſelm.

Theophyl.

Hieron.

Chryſoſt.
Euthym.
Anſelm.
Carthuſ.

11.

Hæretici porci, & canes.

mone dicta, iumentis ſanctiſſimum præbentes, Dei Eccleſias cremantes, Virgines ſacras obſtuprantes. O porci, ô ſues, ô canes, o congeries omnium beſtiarum! peiores ipſis dæmonibus, verè porci, in quibus dæmones exiſtunt; vt ad inſtar illorum in quos Dominus permiſit intrare, *Marc. 5. n. 9.* in profundum vos demergant inferni.

August. Abulenſ. Maldon. Janſen.

12. *Vera intelligentia dicto-rum Christi.*

At licet bona ſit hæc intelligentia, tamen mihi amplius placet ſententia Auguſtini, quem ſequitur Abulenſis, Ianſenius, & Maldonatus, idem ſignificari per ſanctum & per myſteria, ſicut per canes, & porcos, duplici metaphora, ex qua circa eaſdem res explicatur non diuerſitas in ſpecie, vt ſic dicamus, ſed grauitatis, & magis, & minus, vt, verbi gratia, per ſancta intelligantur omnia myſteria, per margaritas inter myſteria quæ maxima, ſic per canes omnes peccatores, ſiue fideles, ſiue infideles: attamen vti canes omnia contemnentes, ſiue deridentes, ipſos ſermones in deriſum habentes: at per ſues illos peccatores in peccatis maximis ſpurciſſimos ac proſtitutæ deploratæque ſortis, quibus omnibus ſancta Dei non ſunt danda; *quærendum autem eſt*, ait Auguſtinus de ſermone Domini, *quid ſit ſanctum, quid canes, quid margarita, quid porci, ſanctum eſt quod corrumpere nefas eſt, cuius ſceleris voluntas rea tenetur, quamuis illud incorruptibile maneat. Margaritæ autem ſunt, quæcumque ſpiritualia, magni æſtimanda ſunt. Licet itaque vna eademque res, & ſanctum, & margarita dici poſſit, ſed ſanctum dicitur ex eo quòd non debet corrumpi, margarita verò ex eo quod non debet contemni.* Nil pulchrius, omnia Dei ſacramenta, omnia quæ in ſacra Scriptura, omnia quæ in Dei Eccleſia, quæcumque ſint ſancta, ſunt & margaritæ ſecundùm diuerſos reſpectus, ſancta, quia non poſſunt corrumpi, etſi corruptio intentatur, voluntas ſceleris remaneat, imputata, ac maculata, homo in ſuem redactus, ipſa tamen incorruptibilia manent. Audite canes, audite ſues, audite beſtiæ ſpurciſſimæ, auditæ diaboli incarnati, ex corruptione quam in Telemone intentaſtis; in ſanctiſſimum ac diuinum, omni hominum Angelorumque adoratione dignum, ſacramentum corporis Domini noſtri; audite quid profeciſtis, ipſum incorruptibile remanſit, at vos ex hominibus in ſues, in canes, in porcos, in Behemoth, in beſtias euaſiſtis. nam ſancta incorruptibilia ſunt, vt ſanctus ait Auguſtinus, quæ ſimul ſunt margaritæ ſecundùm alium reſpectum, nempe quia omnia magni æſtimanda ſunt; hinc vt ſancta non debent corrumpi, hoc eſt, non debet voluntas eius intentare corruptionem quantumvis impoſſibilem, & vt margaritæ non debent contemni; quid ex hac aperta & plana ſententia Chriſti, literalis intelligentia, vt ſi canes adſint, ſi ſues, non illis danda ſunt ſancta, quia aut corruptionem intentabunt, aut conculcationem, vnde ſequens Auguſtinus ait: *Canes*

13. *Omnia Dei ſacramenta ſunt ſancta, & margaritæ ſecundum diuerſos reſpectus.*

Idem.

autem pro impugnatoribus veritatis, porcos pro contemptoribus poſitos, non incongruè accipimus. quapropter, quia canes exiliunt ad dilacerandum, quod autem dilacerant integrum eſſe non ſinunt, dixit, nolite ſanctum dare canibus, quia quantum in ipſis eſt, ſi fieri poſſit, conantur perimere veritatem; porci autem, quamuis non item vt canes morſu appetant, paſſim tamen calcem inquinant, & ideo dicitur, neque mittatis margaritas ante porcos.

14. *Generalis regula quibus ſancta non danda.*

Ex dictis regula generalis ab omnibus Prædicatoribus, Doctoribus, viris ſpiritualibus tum Sacramenta, tum Dei verbum, tum pretioſas margaritas, tum Dei eloquia illis, ſiue infidelibus, ſiue hæreticis, ſiue malis Chriſtianis, qui aut canes ſunt, non diſtinguentes inter ſanctum, & non ſanctum, oblaterantes, & mordentes, aut porci ſic in volutabro peccatorum conuoluti, vt omnia contemnant, derideant, ac conculcent, quales ſæpe malo noſtro videmus inter Chriſtianos, qui verè homines poſſunt appellari contemptores, iſtis equidem nullo modo verbum Dei dicendum, aut diſſeminandum, niſi neceſſitas, obligatio, officium, occaſio aliud poſtulet, vt mox dicemus; & vt ſimiles peccatores terreantur, & ob timorem reſipiſcantur, velim ſciant nullum maius præſcientiæ ſignum, aut fidei amiſſionem, quàm ſic Dei verbum contemnere. Enimvero Paulus *Act. 13. n. 41.* ad Iudæos prædicationem contradicentes, *Vobis oportebat*, ait, *primum loqui verbum Dei, ſed quoniam repellitis, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad Gentes*; mirum vt ex ſola reſiſtentia tale ſupplicium eis inferat Paulus, vt & præſcitos dicat, æternæque vitæ indignos, & ſimul prædicatione priuet, ac Dei verbo, ſe totum ad Gentes conuertens, ne mireris, quia ex Iudæis facti ſunt canes latrantes, porci contemnentes, hinc iuſtiſſimè ſancta non eis amplius danda; num. 45. *videntes autem turbas Iudæi repleti ſunt zelo, & contradicebant his, quæ a Paulo dicebantur blaſphemantes.* en canes; & *n. 40.* ex habitu & geſtu nonnullos ex Iudæis dum prædicabat Paulus adnotans verbum Dei contemnere vult Lorinus, ſtatim ad eos quaſi præſagiens ſiniſtrum ait; *videte ergo ne ſuperueniat vobis quod dictum eſt in Prophetis, videte contemptores.* En ſues, en porci; quid ergo mirum, ſi canes, ſi porci, Dei ſanctum, ac eius myſteria ab eis auferantur, & nolit Paulus iuxta ſui magiſtri præceptum, ſanctum dare canibus, & mittere margaritas ante porcos, & illos ſimul vitæ æternæ indignos dicere. audiant hæc peccatores contemnentes Dei verbum, & contremiſcant, tum quia tale contemptum præſagium eſt, malumque ſuæ ſaluationis omen, tum quia iuſto Dei iudicio poſſibile, vt ab eis verbum auferatur prædicationis.

15. *Verbi Dei contemptio magnum præſcientiæ argumentum.*

16. *Paulus cur relictis Iudæis ſe ad gentes conuertit.*

Lorinus.

Obiectio.

At contra dicta duo faciunt, *primum* Chriſti non ſolùm præceptum, ſed exemplum. nam ſæpe canibus Iudæis contra ipſum oblaterantibus, & porcis ipſum conculcare ſatagentibus myſteria prædicauit, ac margaritas proiecit; & præceptum, Marc. 16. num. 15. *prædicate Euangelium omni creaturæ*; & infra cap. 10. num. 27. *quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta*, hoc eſt, omnibus indifferenter. Huic dubitationi reſpondet Auguſtinus nunquam Dominum ſic abſolutè prædicaſſe, vt inter multitudinem malorum aliqui non eſſent boni, qui non canes, qui non porci, ob quorum ſalutem ſancta dabat, hinc clarè deducitur, non canibus ea dediſſe: *quod autem quædam*, ait ſerm. Domini in monte, *Dominus dixiſſe inuenitur quæ multi qui aderant, vel reſiſtendo, vel contemnendo, non receperunt, non putandum eſt ſanctum dediſſe canibus, aut margaritas ante porcos miſiſſe, dedit enim eis qui capere poterant, & ſimul aderant, quos propter aliorum immunditiam negligi non oportebat, & quamuis tentantes eum in ijs, quæ eis reſpondebat, contabeſcerent alij, tamen qui poterant capere ex illorum occaſione multa vtiliter audiebant.* Vera reprehenſio, ſicut inſtructio omnibus tum Prædicatoribus, tum Dei miniſtris, non ideo, quia obtrectatores patiuntur, aut perſecutiones ex Dei verbo à canibus, a porcis ab illo diſſeminando, ſe abſtinere debere, ſi adſint non canes, ſi ſpes ſit fructificandi

Solutio. Auguſt.

17. *Chriſtus cur ſuas margaritas coram iniquis, & perfidis proijciebat prædicando.*

18. *Prædicatio nunquam deſerenda ſit ſpes ſit aliquorum ſalutis.*

candi apud alios: at, vt bene Ianſenius, tunc à prædicatione abſtinendum, quando prædicatio veritatis nullum momentum allatura eſt, vel ad ſalutem proximorum, vel ad gloriam Dei; ſed appareat tantùm canes illam oppugnaturos, vel porcos contempturos, hinc infrà 21. *num.* 21. Phariſæis tanquam canibus interrogantibus reſpondere noluit Dominus, ſicut nec Herodi, vt exemplum nobis daret ſanctum non dandum canibus quando conculcandum, vnde *Act.* 16. *num.* 6. Paulus & Timoth. prohibiti ſunt à Spiritu ſancto verbum Dei diſſeminandi in Aſia,

19. *Spiritus ſanctus cur prohibuit Paulo ne in Aſia prædicaret.* OEcum.

Tranſeuntes Phrygiam & Cappadociam vetati ſunt à Spiritu ſancto loqui verbum Dei in Aſia. Cur hoc, nunquid omnes illi reprobi? Sic perperam aliqui, quod contrarium apparet. nam paulo pòſt per Ioannem illis prædicatum, ergo cur? OEcumenius, quia Paulus præuidebat famem futuram in Aſia, *quæ hominum curas à fide ad panem quærendum auertit*, ſententia non litteralis, at doctrina vera:

Ieiunus venter non audit verba libenter.

20. *Fames & neceſſitas quantum ad conuerſionem officiunt.*

Non ad otium hoc poſui, penè omnes conuertiſſem mulieres peccatrices è ſacris eas audiens, ſi poſt efficacem exhortationem, ac diuina verba panem eis dediſſem quo ſuſtentarentur, cùm penè omnes, non tantum ex malitia, aut fragilitate, quantum ex neceſſitate peccant, ſed quia ipſæ panem, ego verba, ipſæ victum, ego ignem tantùm diuinum, vt ſe calefacerent & abirent, parum, aut nihil vt plurimum profeci; quid ex hoc? Sanè iudicium duriſſimum diuitum auarorum, dum ab eis ſanguis horum exquiretur, cùm quando ad eos ſancti accurrunt confeſſores, remedium expoſcentes, potius canibus ſuis panes dare malunt, quàm Dei creaturis ex fame peccantibus, væ eis, ſanctus Chryſoſtomus, *quia Aſia ſeruabatur ſancto Ioanni.*

21. *Prædicatores confeſſoreſque in meſſem non mittant falcem alienam.*

Excellens doctrina vt quiſque in ſuo ordine ſe contineat, non vni totus datus eſt mundus, vt Deo illum lucrifaciat, ſuæ cuilibet aſſignatæ ſunt partes, Aſia quia Ioanni, non prædicet in ea Paulus, Macedoniani quia Paulo, vt infrà, non prædicet in ea Ioannes, vt ſic ex ordine non naſcatur confuſio, non abſcindatur charitas, non intrent æmulationes, & Deo omnia omnibus facto ab omnibus iuxta ſuam voluntatem, diſtributionem, beneplacitum ſeruiatur, hinc infrà num. 9. *Viſio Paulo oſtenſa eſt vir Macedo ſtans, & deprecans eum, dicens tranſiens in Macedoniam, adiuua nos, vt autem viſum vidit, ſtatim quæſiuimus proficiſci in Macedoniam, certi facti quòd vocaſſet nos Deus.* En ratio;

22. *Authoritate conſilii ad opus bonum arripiendum cum fructu.*

hinc admirabiles ibi colligit fructus, fecit opera, non ſic ſi ibi Dominus eos non aduocaſſet de conſilium vt expertus, nullus quodlibet intentet bonum ex ſe niſi à Deo vocatus; at dices, quomodo hoc cognoſcam, nunquid reuelatio expectanda vti Paulo? nil minus, vnico verbo dicam paſſiuè, non actiuè te habendo nunquam te mouens, niſi motus, aut à Superiore ſi Religioſus, aut ab interiori efficaci impulſu à confeſſore viriſque doctiſſimis examinato, approbato, & tandem quando occaſio ex ſe aduenit, non tu eam inquiris, quia opus, oleumque perdes.

Sedulius. Sedulius *in cap.* 1. *ad Romanos*, affirmat cauſam fuiſſe, quia adhuc Aſiani imparati erant, & indiſpoſiti ad recipiendum Euangelium,

Origen. ac proinde, vt ait Origenes *hom.* 9. *in Leuit.* præuidebat Spiritus ſanctus, *Aſianos contempturos verbum Dei*; en vera ratio, præuidit fore tunc contemptores, pro tunc abſtulit ab eis verbum, ne fierent canes, ne fierent ſues. hinc Abbas Moyſes apud

Caſſian. Caſſianum *collat.* 1. *cap. vlt.* affirmat ſecundùm audientium diſpoſitionem Deum verba Prædicatori

23. *Deus iuxta diſpoſitionem audientium Prædicatoribus verbum ſubminiſtrat.*

ſubminiſtrare. nam notat ſæpe expertum fuiſſe, quòd ſibi volenti exhortari defecerit ſermo, *quibus indicijs*, ait, *euidenter cognoſcitur Domini gratiam pro merito, ac deſiderio audientium diſpenſantibus aperire ſermonem.* Vt iam non mirentur Chriſtiani quando aut verbum deficiat Prædicatoribus, aut feruor, aut doctrina, aut tandem quando vana proloquantur, eruditionibus, fabulis ac Gentilium dictis prædicationem confarcinantibus, non mirentur, inquam, non vult Deus vt ſancta, vt ſua diuina myſteria, aut canibus, aut porcis dentur, proiiciantur.

Secundum autem quod opponitur contra dictam doctrinam, eſt factum Iudæ, cui Chriſtus corpus ſuum dedit, etſi canis, etſi porcus; ſed facilis eſt reſponſio Sacramenta non danda publicis, non occultis peccatoribus, vnde ad rem ſatis acutè

Hug. Card.

Hugo Cardinalis adnotat, non dixiſſe Dominum, non date ſanctum canibus, ſed *nolite dare. nam aliquando oportet indignis*, ait, *dare ſanctum, ſed nunquam ex voluntate.*

24. *Quando licet indignis dare ſanctum abſque peccato.*

Concludo ergo intentionem Domini noſtri fuiſſe in his metaphoris ſanctum, & pretioſis ſuas margaritas, hoc eſt, Dei verbum, vt vult Ianſenius,

Caiet.

ſiue, vt Caietanus, *Eccleſiaſtica ſacramenta hominibus prohibuiſſe dare, qui*, ait Caietanus, *illa non cognoſcunt, qui non æſtimant qui terrenis ſunt dediti, quorum anima ſolis terrenis paſcitur, ne affectibus, malaque vita inculcent illa.* quod ille exemplificans ſic proſequitur.

25. *Sancta Dei Eccleſia vnde magnum accipit detrimentum.*

An non margaritæ mittuntur ante porcos, quum paſſim ſacramentum Ordinis, ſacra Religionis, caſtitatis profeſſio, ſacerdotia, & id genus alia pretioſa apud Eccleſiam, exhibentur hominibus ſola cupiditate hæc ſubeuntibus, tollatur conſequens conſultatio tam pretioſorum ordinum, ſtatuum, graduum, atque officiorum, quam vtinam non videremus ex cœnoſis officijs eorum ſic eſſe. Si qui hoc legis Dei es Prædicator, inclama, exclama, exalta vt tuba vocem tuam, pondera, extende Caietani veram doctrinam. nam mihi tempus non ſubeſt, cùm verè tota ſanctiſſima inuertatur Eccleſia, quia indignis myſteria ſancta dantur, ſolùm ſibi apponam, & aliam non minus

Paſch. Rhat.

grauem auctoritatem Paſchaſij Rhatberti viri ſanctiſſimi, ac miraculorum poſt mortem clariſſimi, qui de Pœnitentiæ ſacramento hanc Domini auctoritatem intelligens, ſicut Caietanus de ſacramento Ordinis ſic grauiter ait,

26. *Peccatores ad vomitum redeunt, quia ſæpè facilè abſoluto ſacramentalis impenditur.*

hinc etiam eſt quòd hodie in Eccleſia indulgentia pœnitentia toties conculcatur, & ſecurius promittitur, ita vt illuſio potius interdum ſordeſcentibus fiat, quia dum facilè præſtatur, vilior habetur, & percepta negligentiùs cuſtoditur atque culpa in facto cum ſpe veniæ audentiùs non vnquam reiteratur. Veriſſima ſententia, ſi non ſic facilè peccatores abſoluerentur, qui non grauia pœnitentiæ demonſtrant documenta, & in peccatis diu immerſi inueniuntur per annum, & per annos in illis obdurati, forſitan non tanta iterata eſſent in mundo peccata, at quia nec pœnitentia magna, & ſtatim abſolutio impenditur, ideo ad vomitum citò redeunt peccatores.

Abulenſ.

Ne fortè conculcent ea. Abulenſis vult vt ly *fortè* ſit abſolutum, non verbum addubitans. Alij

Gloſſ. Caiet. Ianſ.

meliùs, vt Gloſſa, Caiet. Ianſen. non abſolutum, ſed dubium, vnde Gloſſa, *dicit autem ne fortè, quia reſipiſcere poſſunt ab immunditia.* Vera ſententia. nam non ſemper illud ſuccedit, attamen non excuſantur ohinde qui eas proiecerunt.

Et conuerſi diſrumpant vos. Quid per diſruptionem: aliqui ad hæreticos hoc referentes planum

faciunt

faciunt ſenſum. nam iſti, vt porci contra Catholicos eis prædicantes, ſic inſurgunt, vt eos dirumpant; alij & de Catholicis ipſis peccatoribus, quos ſæpe vſu venire attendimus; ſic Author Imperf.

Auth. Imp.

27. *Prædicator vt est zelo conſumitur, atque diſrumpitur.*

litteralis ſententia, & non minus ea Auguſt. *de ſerm. Domini in monte*, qui per talem diſruptionem non ſolùm intelligit perſecutionem audientium, ſed zelum, quo conſumitur Prædicator, videns margaritas conculcari; *quod autem ſequitur*, ait Auguſtinus, *& conuerſi diſrumpant vos*, *non ait ipſas margaritas, illas enim conculcant, & cum conuertuntur vt aliquid audiant, diſrumpunt eum, à quo miſſas margaritas conculcant, non enim facilè inueneris quod ei gratum eſſe poſſit, à quo magno labore inuenta contemnantur; qui ergo tales docent, quomodo non diſrumpantur, indignando, & ſtomachando non video.* Expertus veritatem Auguſtini doctrinæ intelliget; nil crudius, ſeu nil amplius dolorificum, quàm poſt multos ſudores, vt ſana proferatur doctrina, conculcari a porcis illam aſpicere, verè porci, nil æſtimantes, nil pretiantes.

NVM. 7. Petite, & dabitur vobis; quærite, & inuenietis; pulſate, & aperietur vobis.

NVM. 8. Omnis enim qui petit accipit, & qui quærit inuenit, & pulſanti aperietur.

Senſus litteralis, & moralis.

PEtite, & dabitur. Iam diximus non eſſe quærendam connexionem ſententiarum in hoc Domini ſermone. nam Euangeliſtæ non eodem ordine, quo eas Chriſtus in illo eas narrauerint: attamen non ſunt Auctorum ſanctorum & aliorum grauium expoſitiones contemnendæ, & in primis Chryſoſt. Euthym. Theophylact. Hilar. Author Imperfect. affirmant ideo Dominum de oratione nunc ſermonem facere, quia valde difficilia ſuprà mandauerat, vt de dilectione inimicorum, de non habenda ſollicitudine rerum temporalium; ideo nunc orationem addit, vt oſtendat modum quo illa obſeruare poſſimus, à Deo auxilium, ac adiutorium poſtulando *Non ſolùm*, inquit Chryſoſt, *nos oportet ſtudere virtutibus, ſed ad tantum opus diuinum inuocare præſidium, veniet enim, atque aderit, Deus, & nobiſcum certamina ipſe tractabit, & faciles nobis cuncta perficiet, propterea & petere præcepit Dominus, eiſque ſe daturum ſpopondit.* & Auctor Imperf. *Quoniam maiora erant mandata, quàm virtus humana eſt, tranſmitti eos ad Deum, cuius gratia nihil impoſſibile eſt, dicens, petite, & dabitur, vt quod ex hominibus conſummari non poteſt, per gratiam Dei impleatur.* Qui pulchrè addit, hoc præcipuum ſupra omnia cætera animalia Deum homini contuliſſe, vt eius fortitudo non ſicut illis alia aliqua ſint inſtrumenta, ſed ipſe ſolus, vnde ait, *cùm enim alia animalia Deus munierit veloci pedum curſu, aut velocibus plumis, aut vnguibus, aut dentibus, aut cornibus, hominem ſolùm ſic diſpoſuit, vt virtus illius & ipſe.* cuius rei rationem ſubiungens ſequitur, *vt infirmitatis ſua neceſſitate coactus, ſemper neceſſarium habeat Dominum ſuum.* Si attentè hæc expenderis, multa excerpere poteris vtilia documenta; percurram velociter. *Primum*, quanta ſit gloria hominis Deum eius voluiſſe eſſe virtutem. *Secundum*, quanta ſit orationis neceſſitas, dum alia non habeat homo arma, quibus ſe defendere, quibus ſe protegere poſſit. *Tertium*, quanto decipiuntur

Chryſoſt.
Euthym.
Theophyl.
Hilar.
Auct. Imp.

1. *Cur poſt dicta orationis ſermonem Dominus adiecit.*

2. *Hominis fortitudo Deus.*

3. *Præclara documenta ex doctrina Sanctorum.*

illi, qui in alio ſuam ſeponunt fortitudinem, quàm in Deo, eum ipſe ſit eius virtus, quam longe ab obtentu finis & operis abſint, qui ſine oratione aliquid attingere cupiunt, cùm oratio ſola ſit virtus hominis ad illa attingenda. *Quartum*, non hominum, ſed animalium eſſe modum vnguibus, cornibus, dentibus, viribus propriis, & non oratione velle negotia attingere, etiam humana. *Quintum* demum, quantum Deus oratione delectatur, & vt homo cum ipſo tractet, eum ideo impotentem plus quàm animalia effecit, vt neceſſariam eius opem æſtimans, ex qua fieret omnipotens, vt ita dicam, ad eum accurreret, cum eo tractaret, ſermocinationem ac colloquia haberet. En quanta.

At idem Author aliam dat connexionis rationem, quæ etſi non litteralis, tamen & deuota, & ſatis moralis, ait enim ideo hæc ſubiunxiſſe Dominum, quia cùm immediatè dixerat ſanctum non eſſe dandum canibus, nec margaritas porcis, ex horum miſeratione motus tanquam pius & bonus Dominus, ne eos perdat, monet quòd etſi canes, etſi porci, tamen orent pro eis, vt canes porcoſque eſſe deſinentes eos lucrentur. *cùm mandaſſet*, ait, *ſupra omnibus vt diligerent inimicos, & poſtea prohibuerit ne ſub obtentu dilectionis ſancta canibus darent, nunc dat eis bonum conſilium, vt petant Deum pro illis, & dabitur eis, quærant eos, qui perierant in peccatis, & inuenient, pulſent eos, qui in erroribus ſunt concluſi, & aperiet eos Deus, vt habeat ſermo eorum ad animas eorum ingreſſum.* Excellens documentum, ex cuius defectu innumeræ deperduntur animæ, innumeri non conuertuntur peccatores. Prædicamus, at ſine præuia oratione, meditata, non contemplata aliis tradimus, quid mirum ſi ad noſtra dicta ſurdeſcant peccatores! enim verò Prædicator vt Aquila deberet eſſe, qui irreuerberata acie lumen aſpiciens Solis, inde eos non eripit niſi neceſſitate famis, & tunc ad cadauer eoſdem inclinat; ſic equidem Prædicator, vt Diuus ait Gregorius moral. cap. 24. lib. 69. *moris quippe eſt aquilæ, vt irreuerberata acie radios Solis aſpiciat, ſed cùm refectionis indigentia vrgetur, eoſdem oculos ad reſpectum cadaueris inclinat.* Pulchrè illud, *ſed cum refectionis indigentia vrgetur*, cùm pro certo tenendum prædam non facturus Prædicator qui ad ſuggeſtum famelicus non aſcendit animarum ſalutis. Dicuntur enim accipitres, niſi famelicos, non volare, ad prædam non accurrere. hinc venatores ante venationem probant, an aliquid ſibi in buccis habeant, quod cùm probauerint nihil habere, tunc ad venandum eos producunt; quos tunc *temperatos* extare dicunt, ſic profectò temperatus accedat ad ſuggeſtum Prædicator, famelicus ſi prædam facere, ſi cum profectu ac fructu prædicare velit. nam profectò langueſcit omnis oratio, non ex affectu dicta, & vt talis ſit, & prodat efficaciter, eſurire debet cibum animarum tanto deſiderio, vt corporalis cibi obliuiſcatur, iuxta illud Ioannis cap. 4. num. 32. *ego cibum habeo manducare quem vos neſcitis.* contemplari ergo debet, orare, quærere, pulſare, petere in contemplatione inſtanter, perſeueranter Prædicator, vt ſua non conculcentur, ab illa nunquam niſi fames eum cruciet animarum, oculos auertere, famelicum aſcendere ſuggeſtum. Quid dicam? experientia probabit, quòd heri canes, porci, hodie oues, agni. hinc optimè Author Imperfecti connectit Domini præceptum de oratione cum prohibitione ne ſanctum datetur canibus.

4. *Prædicatio ſine fructu, quia Prædicator non orat.*

5. *Prædicator ſit vt Aquila.*

S. Gregor.

6. *Suggeſtum aſcendat famelicus, ſi animarum prædam facere vult.*

Auth. Imp.

Sanctus

Auguſt.
7. *Oret vt habeat ſancta quæ prædicet.*

Sanctus Auguſtinus ſic hæc connectit, vt faciat diſcipulum Dominum interrogantem, vnde ait, *cùm præceptum eſſet ne ſanctum daretur canibus, ponis auditor ſua ignorantia conſcius dicere, quid ſanctum me dare canibus vetas, cùm adhuc me habere non videam? & ideo opportunè ſubiecit, dicens: Petite.* Mitto an litteralis ſit hæc connexio, tamen optimam habet doctrinam. quod ſi ſanctum velit habere, & margaritas Prædicator, oret, poſtulet, inquiret, & *quoniam*, ait Hugo Cardinalis, *non eſt ab homine quod prædicet, oſtendit vbi inuenitur, & qualiter, quod valeat prædicari inuenitur in Domino, in quo omnis ſapientia, inuenitur autem oratione Iacob 1. cap. n. 5. ſi quis indiget ſapientia.*

Hug. Card.

Caiet.
8. *Orationis neceſſitas vnde oritur, efficax ratio Caietani.*

Alij putant hæc cum oratione Dominica coniungenda, quia Lucas poſt illam eam coniungit *cap. 11. num. 9.* &c, vt diximus, idem eſt ſermo quem Matthæus, quem Lucas narrat, ſic Caietanus, qui affirmat in his voluiſſe demonſtrare Dominum vtilitatem petendi & quærendi, & pulſandi, occurrens illis, qui dicere poterant vanum eſſe quærere & pulſare, cùm Deus omnia noſſet. *Huiuſmodi errorem confutat*, ait Caietanus. *nam non obſtat certitudini ſcientiæ diuinæ prædeſtinationis, & immutabilitatis vtilitas, petitionis, inquiſitionis, & pulſationis, intelligentes quod cauſæ ſecundæ non contrariantur diuinæ prouidentiæ, ſed exequuntur illam, petitio autem inter cauſas ſecundas annumeratur, ſicut & reliqua,* poſt quæ luculenter ſequitur, *vtique ſicut diuina prouidentia ordo habet vt veſcamur pane in ſudore ſerendo, metendo, expurgando, coquendo; ita habet vt petendo, inquirendo, pulſando regnum cœlorum ingrediamur.* At quid ex hoc elicit Caietanus? Sanè quod *ſicut ſtultum eſt dicere vana eſſe media humana ad habendum panem; ita ſtultum eſt credere vana eſſe hæc media ad poſſidendum regnum cœlorum.* Adde tum & ſtoltiſſimum, vt putetur quòd *ſine illis*, vt videas quàm *neceſſaria* tibi ſit oratio, quamque difficulter in cœlum intrabunt qui ſine illa.

Connexio capitis optima. Abulenſ.

Nulla ex præcedentibus ſententiis repudiari poteſt, eo vel maximè, cùm res non ſit magni momenti; attamen meo guſtui connexio Abulenſis hic magis ſapit, ob id quòd ſupra primam opinionem addit, qui affirmat, ideo Dominum de oratione ſermonem ſubiecisse, quia prædicata Euangelica lege demonſtrare voluerit, illam eſſe poſſibilem, & obſeruabilem, ad quam obſeruantiam cùm tria faciant, nempe imploratio diuini auxilij, conatus liberi arbitrij, euitatio mali conſortij, ideo hæc tria ſubnectit, implorationem diuini auxilij per orationem; vnde ſubdit, *petite*, conatum liberi arbitrij, infra, *intrate per anguſtam portam*, remotionem praui conſortis. *attendite à falſis prophetis.* placet, quia totum ferè ordinat caput. At nunc ad ſenſum.

9. *[...] ha[...] vt do[...] [...]nt ex [...] verbis.* Irenæus.

Petite, & accipietis, quærite, & inuenietis, pulſate, & aperietur. Quomodo Gnoſtici hæretici his verbis abutebantur ad probanda ſua myſteria, ſeu potiùs delitia, ſcribit Irenæus *lib. 2. cap.* 18. 26. & 5. qui *cap.* 30. optimè de his & ſimilibus hominibus affirmat propriè contra eos extare ſententiam illam Domini *Matth. 12. num.* 36. reddituros homines de omni verbo otioſo Deo rationem, quod proprium talium, quando bene non ſint eorum verba blaſphemiæ, *omnis ſermo ocioſus*, ait, *quem locuti fuerunt homines, reddent pro eo rationem in die iudicij; omnes enim, quicumque tales ſunt, otioſos ſermones in aures hominum immittentes aſſiſtent in iudicio, rationem reddituri de his, quæ vanè coniecerunt, & mentiti ſunt aduerſùs Deum.* hoc dixit Irenæus, quia meræ nugæ, quæ illi fingebant; quid ergo quando non otioſa verba, ſed blaſphemiæ, ſed ſacrilegia? At ad rem multi myſteria cognoſcunt in his tribus verbis Domini, ſicut aliquando intellexit Auguſtinus *de ſerm. Domini, lib. 2. cap.* 33. licèt poſtea *in lib. retract. 1. cap.* 19. meliùs iudicauerit omnia referri poſſe ad inculcandam feruoroſam orationem. *Operoſum*, ait, *iſta tria quid inter ſe differant, exponendum putaui, ſed longè meliùs, ſi ad inſtantiſſimam petitionem omnia referantur, vnde poſtea concluſit, dicens, dabit bona petentibus ſe, ſed non addit, quærentibus, & pulſantibus.* Ex quibus rationem habes retractationis Auguſtini, & ſimul in ſuo ſenſu inualidam eſſe illam orationem, quæ abſque feruore quantum ea ſe, niſi aliunde Dei largitas ſuppleat, vnde Chryſoſtomus, *per hoc quod addit, quærite, & pulſate, cum inſtantia multa & robore peti iuſſit, qui enim quærit, omnia alia proycit a mente, & ad illud ſolum efficitur, quod quærit, qui autem pulſat cum vehementia, & feruida mente, venit.* nil melius, & ad probandum quanto feruore orandum, ſatis ad rem. Et Auguſtinum ſequitur Rupert. *petendo*, ait, *quærendo, & pulſando ſemetipſos manifeſtant hi qui digni ſunt, hic fortitudine opus eſt ſimili illi, qua pater fortium Iacob cum Angelo luctatus eſt.* hoc Patres ſequuntur quamplurimi recentiores, attamen etſi puto ſeorſum eſſe litteralem, tamen quia pulcherrimæ à Sanctis adduntur expoſitiones, omnes ſatis ad mores relinquendas non duxi.

Auguſt.
10. *Quid Dominus intellexit per hæc verba, petite, &c.*
11. *Oratio non feruens inualida quantum ex ſe.*
Chryſoſt.
Rupert.
12. *Quanto feruore orandum.*

Sit ergo *prima* ipſiuſmet Auguſtini, qui ſic, *petitio pertinet ad impetrandum ſanitatem animi, vt ea quæ præcipiuntur, implere poſſimus, inquiſitio autem ad inueniendam veritatem, ſed cùm quiſque veram viam inuenerit, perueniet ad ipſam poſſeſſionem, quæ tantùm pulſanti aperietur.* In hac Auguſtini auctoritate aduertendum, per animum ipſam voluntatem intelligere, ex quo patet petendorum ordinem eſſe vt *priùs* inſtanter à Deo petamus bonam voluntatem efficiendi quod iubet. *Secundò* lumen veritatis, ſuæque diuinæ voluntatis; *tertiò* ipſam noſtram ſaluationem; ſi bonam habemus voluntatem; at quid ſi neſcimus viam? at ſi ſcimus, ad quid ſine voluntate ambulandi? At ſi vtrumque adſit, ad quid niſi finis adipiſcatur.

13. *Quo ordine petendum in oratione.*

Hugo Cardinalis multipliciter hæc tria exponit, ſatis ad mores, *primò* ſic: *Tria*, ait, *affirmat Dominus eſſe petenda, per tria hæc verba. peccati remiſſionem bene operandi facultatem, & intelligentiam, qua venitur ad æternam beatitudinem, & hoc eſt, petite peccati remiſſionem, quia in maleuolam animam non intrabit ſapientia; quærite facultatem operandi, quia intellectus bonus omnibus facientibus eum; pulſate vt ſapiatis guſtu experientia in contemplatione; petite pertinet ad incipientes, quærite ad proficientes, pulſate ad perfectos, quoniam venerunt vſque ad oſtium.* Lata materia ad diſcurrendum, quomodo homo ad perfectionem manuducendus per tres illas vias; quis hæc proſequetur ad finem tendens?

Hug. Card.

Secundò hæc ſic accipit, *petite intellectu, quærite affectu, pulſate lachrymis*, verè lachrymæ pulſant. nam, vt Gloſſa *ad cap. 3. Tobiæ*, ſuper illa verba, *ingemuit Tobias cum lachrymis, oratio*, ait, *Deum lenit, lachryma cogit; hæc vngit, illa pungit.*

Gloſſ.
14. *Lachryma Deum cogit, & vngit.*

Tertiò accipit ſic, *petite orando, quærite eleemoſynas dando, pulſate ieiunando.*

Druthmarus hîc ſic hæc accipit, *petite animo, quærite verbis, pulſate operibus. item, petite verbo, quærite operibus bonis, pulſate perſeuerantia. Item petite fide, quærite ſpe, pulſate charitate.*

Druthm.

Anſelmus.

Anſelm. Anſelmus, *petite à Deo facultatem bene operandi; quærite* [illegible] *ſit hoc quod vultis, & eo inuento poſtea pulſate, & aperietur vobis. nam duo ſunt quæ ſunt neceſſaria homini, operatio, & intelligentia, & prius oportet nos operari, quam perfectè intelligamus, vnde Dauid, annunciauerunt opera Dei, & poſtea intellexerunt.*

15. *Oratio, ac bona operatio Prædicatori vt bene prædicet ſunt neceſſaria.* Excellens doctrina ad probandum, ſine oratione operibuſque bonis nec ſciet quis, nec Scripturas intelliget, ac proinde nec bene prædicabit.

Tandem Abulenſis licèt ipſe opinionem ſequatur Auguſtini, tamen affirmat communiùs in his verbis quatuor illius orationis ordines ſignificari, nempe vt ſit pia, perſeuerans, pro nobis, & de neceſſariis ad ſalutem, vt infrà dicemus, *Vnde petite, hoc eſt, piè, & neceſſaria ac honeſta, ſpiritum ſcilicet bonum, vt infra, quærite, hoc eſt, perſeueranter, pulſate, pro vobis.*

16. *Verus ſenſus in tribus illis Saluatoris verbis inſtantiam ſignificari orationis. Ianſen.* Omnia hæc moralia ſunt, & ex quibus amplè diſcurrendi materia ſumi poteſt: at litteralis, & verus ſēſus, vt dixi, eſt Auguſtini, & Chryſoſtomi, per illa tria inſtantiam, ac feruorem inculcari orationis, vnde ſatis ad rem Ianſenius, *tribus iſtis ſententijs*, ait, *vnum & idem ſignificatur, niſi quòd congeries ſententiarum commendet fidentem, inſtantem, & ardentem precationem. nam ipſum petere fiduciam in oratione, neceſſariam ſignificat, quærere verò diligentiam, pulſare ardorem, & perſeuerantiam, omnis enim qui petit accipit*, in his verbis tota poſita eſt huius

17. *Quomodo ſententia intelligenda.* ſententiæ difficultas, quomodo verum ſit omnem orantem accipere, cùm contrarium ſæpe conſtet, & an oratio habeat infallibilem impetrationem; cui difficultati ex omnium ſententia reſpondendum, iuxta regulam ſuperiùs traditam, de præceptis, aut de ſponſionibus affirmatiuis, ſemper illa intelligenda eſſe cum ſuis conditionibus, & ſemper conditionata eſſe, non abſoluta. Quapropter ſi ritè, & rectè petatur, vt infrà dicemus, proculdubio oratio eſt infallibilis, *hoc præceptum*, ait

Caietan. Caietanus, *quia affirmatiuum fert ſecum ſubintellectas conditiones, circunſtantias præceptorum affirmatiuorum, quando, ſoli, ſicut, quid.* Vnde rectè obſeruat non dici, & dabitur quod petitis, ſed abſolutè dabitur, cuius rationem ſubiungens addit;
18. *Præcepta affirmatiua ſemper conditionaliter ſunt accipienda.* *quia noceret, aut inutile eſſet, quandoque dare quod petimus.* Et Auguſtinus *in lib. ſententiarum quinum Proſper fideliter*, ait, *ſupplicans Deo pro neceſſitatibus huius vitæ, & miſericorditer non auditur; quid enim infirmo ſit vtile, magis nouit medicus, quam ægrotus.*

Auguſt.

Ex hac doctrina, quæ communis, ſequitur euidenter ex multis cauſis poſſe prouenire orationem
19. *Oratio ex multis cauſis poteſt non exaudiri, & quæ illæ. Primum impedimentum. Suarez.* non exaudiri, quæ variæ, & multæ à diuerſis adducuntur, *primò* quando mala petuntur & ob prauum finem, & tunc non ſolùm non exaudimur, ſed peccamus, immò Suarez *lib. 1. de oratione in communi, cap. 23. num. 5.* vult vt petitio de re indifferenti, nec turpi, nec honeſta, nec relata ad honeſtatem, ſed ſolùm ob iucunditatem, vel humanam
20. *Defectus qui ſit circunſtantia orationis reddit illam fallibilem.* vtilitatem, quam habet, vtpote petere felicem ſucceſſum & lucrum ex ludo, non ſolùm non habeat infallibilitaté, ſed etiam quòd ſit peccatum, immo vult vt oratio cum defectu, qui ſit circunſtantia actus orandi, non verò defectum concomitans actum orandi, etiam non ſit infallibilis ad impetrandum, & comprehendi ſub ſententia Iacob 4 num. 3. *petite, & non accipitis, eo quod malè petatis.* Fundamentum eius, quia talis defectus, vt circumſtantia actus inficit actum, & ſic talem orationem, non religioſam; formidabilis ſententia, cuius fundamentum æſtimo inſolubile; quòd ſi

ſic, & difficile inueniatur oratio, quæ omnes prorſus contineat circunſtantias debitas, & præcipuè, ſi debita attentione, aut reuerentia ſit ſermo, quæ ſunt orationis circunſtantiæ [illegible] qualis erit oratio 21. *Opera vndique perfecta & meritoria quàm* [illegible] *reperiuntur*
quæ infallibilem contineat impetrat[illegible] immo qualis meritoria, quin potiùs non [illegible] o-ria; ergo quod tremendum, & ex[illegible] auc[illegible], ego miſer peccator poſt ferè quinquaginta orationis annos, quia non ſic oraui, vt debui, quia [illegible] ea attentione, & reuerentia, non eo feruore, ac fide qua debebam, in tremendo iudicio pro tanta oratione, non gloriam, non meritum, ſed pœnam reportabo; quis te non timebit Deus Iſr[illegible] ex hac conſideratione Deus, in cuius conſpectu ſcribo, ſcit quòd non mentior, ſic aliquando totus contremiſco, & poſt ferè quinquaginta religionis annos, in religione, vbi de oratione men[illegible], h[illegible] pœnitentia, ac aliis operibus bonis agitur [illegible] in qua etſi nolim, teneor bonum operari, Deus, inquam, ſcit quòd libenter de omnibus bonis operibus quæ in tantis annorum curriculis ex inſtituto eg[illegible] pactum cum Deo formarem, vt pro [illegible] lis nec pœna, nec gloria mihi tribueretur. Sic diffi[illegible]le reperiri mihi perſuaſum eſt opus bonum omnibus ſuis [illegible]circunſtantiis va[l]latum.

Secundum impedimentum eſt quando [illegible] qui petimus, indigni ſumus, & peccatores. hanc conditionem, ſiue hoc impedimentum, ideo app[illegible], quia aliqui æſtimant neceſſariam eſſe gratiam iuſtificantem ad infallibilitatem impetr[illegible] q[uo]s videtur ſequi Maldonatus, probans ex illo Ioan. 9. num. 31. *Deus peccatores non audit*, huiu[s] opin[ion]is ſunt Gabriel *lect. 63. littera D.* Ledeſma *in 4 di[st]. 14. quæſt. 16. art. 14. dub. 2.* Aragon *in 2. 2.* Bellar[min]us *tom. 3. de bonis operibus, lib. 1. cap 9.* quos citat & refutat Raphaël Torres *2. 2. quæſt 83. art.* [illegible] *d*[illegible], cum quo aſſentior, & falſam talem opinionem æſtimo, eo quòd nimis Dei promiſſionem [illegible]ngit, ideo vt eam declarem, & quomodo popu[l]is ſit proponenda, placuit ipſam hic adnectere, breuiterque quid ſentio in hac re declarare. *S*[illegible] *impedimentum.* 22. [illegible] *affirmatiua re[s]citur* Maldon. Gabriel. Ledeſma. A[ragon]. Be[ll]arm. Raph Torr. *Vera* [illegible] *affirmatiua.*

Primò ergo ſuppono cum Abulenſ. *hic quæſt* 16. Suarez *vbi ſupra.* Caietano Ferrarienſ. *in contra gentes, cap 96.* Tolet. *in Ioan. cap.* 6 Valentia *in* 1. 2. *quæſt.* 83. *art.* 10. gratiam habitualem non eſſe neceſſariam, ad infallibilem impetrationem, ſi cæteræ adſint conditiones, vt ſi piè petit, ſi perſeueranter, ſi pro ſe ipſo, ſi quæ neceſſaria & vtilia ad ſalutem. Fundamentum huius dicti eſt, quia, vt rectè ſanctus Doctor *vbi ſupra*, infallibilitas orationis non fundatur in dignitate perſonæ, ſed in miſericordia diuina, & eius verbo: ergo licèt quis ſit peccator, ſi petat vt oportet, infallibiliter etiam impetrabit. Abul. Suarez. Tolet. Valent. 23. *In quo infallibilitas orationis fundetur.*

Secundò ſuppono omnia illa loca Scripturæ quæ affirmant, peccatores Deum non exaudire, intelligenda eſſe quando peccator vt talis orat, ſic vt ex aliqua mala circunſtantia ipſum ſuum peccatum oratio participet, vt, verbi gratia, ſi petat mortem vxoris, quia reputat eam ſibi conuenientem aut aliquod teſtim[oniu]m, quo ipſe approbetur, vt rectè Suarez, & tunc, vt bene Abulen[ſ]is, ex D. Thom. 2. 2. *quæſt* 83. *art.* 16. cùm non oret vt homo, ſed formaliter vt peccator, nec vt [illegible] exauditur, quia verè tunc non habet in ſua orat[i]o[n]e [co]nditiones requiſitas. 24. *Quo[modo]* [illegible] *loca Scr[ipturæ]* [illegible] *da peccatores à Deo exaudiri.* Suarez. Abulenſ. S.Thom.

Ex dicti[s] concluditur, ſimpli[c]iter loqu[e]ndo, peccatorem à Deo ex [ſ]ua [li]be[ra]litate ex[audiri], at quando vt peccatores orant, non rect[è] p[etentes] non exaudiri, in quo pares ſunt cum [illegible]

rant

orant ſine conditionibus requiſitis; attamen, quia difficilius iſti illis carent, quàm qui in ſtatu gratiæ ſunt, & difficulter illas peccatores obtinent, ideo dicuntur peccatores à Deo non exaudiri, non tamen iuſtos, licèt & alia differentia aſſignari poteſt, vt bene Torres *vbi ſuprà.* nam iuſti exaudiuntur infallibiliter ex merito, & ex Dei liberalitate, peccatores autem non niſi ex Dei liberalitate.

Vltimò, quia ad terrorem, ſiue ad timorem peccatoribus incutiendum valde conducet, placet hîc adnectere opinionem illam, quam probabilem æſtimat Suarez *vbi ſuprà, num.* 9. qui tres gradus

Suarez.

26. diſtinguens peccatorum, tertium illorum ſuam malitiam conſiderantium, nec de illa dolentium, ſed voluntariè in illa permanentium, qui tamen a Deo poſtulant beneficia temporalia, vel ſpiritualia, horum orationem affirmat Suarez probabile eſſe non habere infallibilitatem impetrationis. An hoc ſit verum, nec ne, nunc non diſputo, & an hæc opinio vt probabilem æſtimem, non dico; ſolum affirmo ex auctoritate tanti Doctoris eſſe formidabilem, & populis proponi poſſe, non vt ab oratione exterreantur, (imò ad eam ſunt animandi, vt ipſe ait) ſed vt videant in quali ſint ſtatu, quàm infelici, quàm miſero, vt ſit homo tantæ authoritatis, qui dicat probabile eſſe ſuas orationes infallibilitatem non continere impetrationis.

Oratio peccatoris habitualiter in ſtatu peccati exiſtentis infallibilis quòd non habeat impetrationē probabilis eſt ſententia.

Tertium impedimentum.

Tertium impedimentum eſt ex defectu fidei, & ſpei, vnde infra 21. *num.* 22. *Omnia quæcumque petieritis in oratione, credentes accipietis.* Et præmiſerat, *ſi habueritis fidem, & non hæſitaueritis.* & Iacob 1. num. 6. *poſtulet autem in fide, nil hæſitans,* in quibus omnibus poteſt eſſe talis defectus, vt non ſit infallibilis oratio; multa hîc eſſent dicenda potius ad ſcholaſticam, quàm ad moralem, & poſitiuam Theologiam pertinentia, ideo breuiter aliqua proponam.

27. *Primò* ſi quæſtio intelligatur de fide catholica, certum eſt, & indubitatum, neceſſariam illam eſſe.

Quæ fides neceſſaria ad infallibilitatē orationis.

Secundò de fide abſoluta, hoc eſt, de fide quæ infallibiliter credat, ſe obtenturum quod petit abſque alia conditione; ſic etiam certum eſt hanc non eſſe neceſſariam. nam non alia fides, ſeu non amplius certa fides requiritur, quàm ſit ipſa promiſſio; ſed promiſſio hîc facta ſuas conditiones inuoluit, nempe ſi expedit, ſi conuenit, &c. ergo & talis fides etiam non eſt neceſſaria.

Tertiò ſi ſermo ſit de fide huius promiſſionis, nempe, vt qui orat, neceſſaria illi ſit fides, & credere quòd Deus promiſit orationi infallibilitatem, dummodo conditiones adſint requiſitæ, ad hoc vt eius impetratio ſit infallibilis, Suarez reputat hanc conditionem neceſſariam, niſi inuincibilis excuſet ignorantia, ſic *cap.* 24. *num.* 3. At ego nullo modo æſtimo, vt per ſe quis teneatur, hanc noſſe Dei promiſſionem explicitè, ſed ſufficiet, vt ſimpliciter orans, eam cum cæteris credat quæ in ſacra Scriptura.

28. *Quartò* omnia illa loca Scripturæ ſuprà adducta, & alia, quæ adduci poſſunt, quo ad fidem, intelligi debere de illo defectu, qui eſt contra ſubſtantiam fidei, & de illa hæſitatione, quæ eſt

Quæ hæſitatio tollit infallibilitatē orationis.

29. contra ſpem deſtruēs ſpem; vnde ſi aliquis orans, hæſitans de impetratione, non quia non credit Deum non eſſe omnipotentem, aut veracem, aut fidelem, ſed an velit, & licèt ſperet, non tamen ſic firmiter, ac cum tali fiducia, non tamen contra

Fiducia magna in oratione, & ſignum validum impetrationis.

ſpei virtutem, illam deſtruens, ſed ſuam conſiderans vilitatem, hæſitet aliqualiter, hanc hæſitationem non tollere infallibilitatem orationis, licèt valde eam impediat; hincque ſignum certiſſimum impetrationis eſt, quando ex Dei gratia ſic cum magna fiducia quis orat, vt firmiter nil hæſitans credat impetraturum quod orat; vnde Caſſianus collat 9. cap. 32. *Signum, ait, futuræ impetrationis eſſe quando Spiritus ſanctus mouet ad petendum, cum magna fiducia, & quaſi ſecuritate impetrandi.* qua fide efficiuntur etiam miranda; ſed de hac re conſule Scholaſticos.

Quartum impedimentum eſt, quando id quod petimus, licèt non ſit malum, immo bonum, tamen maius bonum impedit, aut Dei maiorem gloriam.

Quartū impedimentum.

Quintum eſt, non quòd non dabit Dominus quod petimus, ſed quia vult vt frequenter oremus, & ſæpe petamus, ob emolumentum, quod inde nobis prouenit, *cùm enim,* ait Auguſt. de ſerm. Domini, *aliquando tardius dat, commendat dona, non negat. diu deſiderata dulcius obtinentur, citò autem data vileſcunt; pete ergo, quære, inſta, petendo enim & quærendo excitatur appetitus, vt capias, ſeruat ſibi Deus, quod non vult citò dare, vt tu diſcas magna, magnè deſiderare, ideo oportet ſemper orare, & non deficere.* Tot verba, tot ſententiæ; ſed pergo.

Quintū impedimentum.

Auguſt.

30.

Deus cur aliquando differt exaudire.

Sextò ſi inclementes, ac immiſericordes cum fratribus ſimus, nolentes, & dimittere, aut eleemoſynas dare, quod confirmat Ianſenius ex illo *Prouerb.* 21. *num.* 1. *& qui obturat aurem ſuam ad clamorem pauperis, & ipſe clamabit, & non exaudietur,* & ſuprà. *Si autem non dimiſeritis hominibus peccata,* &c.

Ianſ.

31.

Immiſericordes cum fratribus non merentur exaudiri.

Septimum tandem impedimentum eſt, quando, etſi quod petimus non obtinemus, tamen vt det nobis aliud, melius illud Deus negat. *Bonus autem Dominus*, ait Auguſtinus ad Paulin. & Heraſiam, *qui non tribuit ſæpe quod volumus, vt quod mallemus attribuat.*

Auguſt.

32.

Deus aliquando non dat quod petimus vt meliora det.

Ex omnibus iſtis, vt vides, impediri poteſt infallibilitas orationis, quibus deficientibus, ſi reliquæ adſint conditiones, infallibilis eſt impetratio, vt dicemus.

Omnis enim qui petit accipit. Vniuerſalis promiſſio omnibus Chriſtianis, ſiue iuſtis, ſiue peccatoribus, vnde ad rem Auctor Imperfect. *quia verò dixerat, petite, & accipietis, ne forte peccatores audientes dicerent ad hoc, Dominus dignos hortatur, nos autem indigni ſumus; ideo repetit, vt tam iuſtis, quàm peccatoribus miſericordiam Dei commendet, & ideo dicit, omnis qui petit, accipit, vel iuſtus ſit, ſiue peccator, tamen petere non dubitet, vt conſtet neminem ſperni niſi qui petere dubitauit a Deo.* Cuius rationem perbellam aſſignans ait, *non enim credibile eſt vt opus pietatis, quod exhibetur benefaciendo inimicis, Deus iniungat hominibus, ipſe autem non faciat cùm ſit bonus.* & Auguſtinus ſuper Ioannem, tom. 9. *Vnde peccatores non exaudit Deus? ſi enim peccatores non audiret, fruſtrà publicanus dixiſſet, Domine, propitius eſto mihi peccatori, & ex iſta confeſſione meruit iuſtificationem.* Firmum ergo remaneat omnibus tam iuſtis, quam peccatoribus Dei eſſe factam promiſſionem infallibilitatis, modo quo ſuprà, ſi neceſſariæ adſint conditiones, de quibus, vt omnino perfecta remaneat hæc doctrina, infra in tractatu de hac re commodiùs dicemus.

Auth Imp.

33.

Ab oratione & impetratione nemo excluditur ſiue peccator, ſiue iuſtus.

34.

Pulchra ratio cur Deus peccatores etiam exaudit.

Auguſt.

Nvm. 9. Aut quis ex vobis homo, quem ſi petierit filius panem, nunquid lapidem porriget ei

Nvm. 10. Aut ſi piſcem petierit, nunquid ſerpentem porriget ei

Nvm. 11. Si ergo vos, cùm ſitis mali, noſtis bona data dare filiis veſtris; quanto magis Pater veſter, qui in cœlis eſt, dabit bona petentibus ſe?

Senſus litteralis, & moralis.

August. Rupert. 1. *Deus cur differt dare, & ſæpe vt muſto more precipit.*

A*Vt quis ex vobis homo.* Senſus planus & apertus, argumentũ à minori ad maius. vt habet Auguſt. ſi nos mali, damus filiis bona, ea petẽtibus, nunquid non Pater Deus. ergo, vt optimè Rupert. *Argumentũ hoc, ait, totum tendit vt non ſimus filij diffidentes, propter hoc, ſi Pater veſter petẽtibus dare, & pulſantibus diſtulerit aperire, non vult hoc Pater, ſed iſtud potiùs, vt vbi magis clauſum eſt, ibi magis te exerceas, ſpemque tuam in exercitio robores, ex ea conſideratione qua Pater eſt, & cùm differt dare, ſiue aperire, idcirco differt, vt experiaris, quia nihil habes, quod non acceperis, & non in te ipſo glorieris tanquam ſufficiens tibi ſit, ſed tota ſufficiẽtia ex illo.* Verus ſenſus; roborant hæc verba confidentiam ſi aliquando pulſandu oſtium nobis aperitur, nec ob hoc animũ deſpondeamus, nam intus Pater ſtat, vnde pulſare amplius debes, certus de apertione, ſi perſeuerantia adſit.

Chryſoſt. 2. *Creatura cur maledicitur reſpectu Dei.* 3. *Amor creaturarum reſpectu Dei amoris nil eſt.*

Cùm ſitis mali : nõ natura, ſed Dei comparatione: vnde Chryſoſt. *Hæc dixit non detrahens humanæ naturæ neque malum confitens omne genus humanum, ſed ad differentiam bonitatis ſuæ dilectionem paternam malitiam vocans, & ſuperabundantiam amoris ipſius ad homines.* Excellens dictum & ad ſpem noſtram exigendam fiduciamque in oratione nil aptius. cogita Patrem amantiſſimum, ac pro filio deprecantem, extende conſiderationem quantum voles, quantum appetis, finge amorem omnem poſſibilem, imaginabilem, humanum, percurre hiſtorias, & accumula exempla Patrum dilectionis, quæ aliquando tanta, vt ad mortem vſque eos adduxerit, quinimo da eis amorem Angelorum, vnde ſimul iungatur in patribus amor naturalis, & ſupernaturalis Angelorum, totus tamen hic amor reſpectu amoris Dei erit, non amor, ſed malitia. *Quia quantum ad comparationem Dei, qui ſolus ſingulariter eſt bonus, omnes mali videntur, ſicut ad comparationem Solis omne lucidum videtur obſcurum*; ait idem Chryſoſt. Enim vero Exod. 33 n. 1. *Aſcende de loco iſto*, ait Deus ad Moyſem, *tu & populus tuus, mittam præcurſorem tui Angelum, vt eyciã Cananæum. & Amorrhæum, & intres in terram fluentem lacte, & melle, non aſcendam tecum, quia populus duræ ceruicis es ne fortè diſperdam te in via. Magna ſacramenta, & mira profunditas*, ait, & meritò, Auguſtinus in hunc locum,

August. 4. *Deus cur volebat mittere Angelum, & non ipſum ire cum populo Iſraël.*

tanquam miſericordiam maiorẽ poſſet Angelus habere, quàm Deus, qui populo duræ ceruicis parceret, cui Deus ſi cum illis eſſet ipſe non parceret. Excellens dubitatio; quid? nunquid amplius Angelus quàm Deus patiens? an amplius amans? quid ergo hæc ſententia, ſi omnia verba attendis: myſterium agnoſces. nam non ſimpliciter dixit, *mittam præcurſorem tui Angelum*, ſed, *vt eyciam Cananæum, & intres in terram*. Ex quibus apparet, etſi Angelum mittebat, tamen cum reſtrictione, tantùm, ad benefaciendum, non ad puniendum. ſciens non ſic populum, tam duræ ceruicis Angelum daturum, tanta patientia, ac ipſe vſque tunc; quia non ſic eum diligebat, amabat, & quia nolebat illum caſtigare, ſed ſufferre, ob id nolebat cum illis aſcendere. nam, vt bene Auguſtinus, cum populo duræ ceruicis Deum eſſe, nihil aliud ſonat, niſi ſupplicium & punitionem. *Eſſe autem Deum*, ait ſanctus Pater, *cum duræ ceruicis hominibus, nihil eſt aliud, quàm vindicando adeſſe, atque puniẽdo.* hinc quia nolebat eos punire, mittebat Angelum, vt bene faceret, eius reſtringendo potentiam, zelum, iram, & tamen hoc audiens populus, hunc ſermonem *peſſimum dixit*, ſic vt lugeret, luctuque ſe veſtiret. *audienſque populus ſermonem hunc peſſimum, luxit, & nullus ex more indutus & cultu ſuo.* Vnde peſſimum? Sanè, quia etſi Angelus benefaciens & amans, comparatione tamen Dei beneficentiæ, & amoris, peſſimus dici poteſt. ſecus Patris amor, reſpectu Dei amoris, malitia, vt ait Chryſoſtomus.

5. *Deus aliquando miſericorditer ab hominibus abeſt, & quo ſenſu intelligendum.*

6. *Deus quando cum peccatoribus adeſt obſtinatis, eſt ad eos puniendum.*

7. *Populus cur accipiendo Angelum dixit illum ſermonem eſſe peſſimum.*

August. 8. *Homines cur dicuntur mali.*

Alij malos dicunt vocaſſe homines ex mala propenſione inclinante ad peccatum; alij ex voluntate & moribus. Sic Auguſtinus de ſerm. Dom. *Vel malos appellauit huius ſæculi dilectores & peccatores, vnde bona quæ dant ſecundum eorum ſenſum, bona dicenda ſunt, quia hæc pro bonis habent. nam, vt ipſe, bonum quod facit bonos Deus eſt, aurum autem & argentum bonum eſt, non quòd te faciat bonum, ſed vnde facias bonum.*

Chryſoſt. 9. *Deus eſt qui ſemper quod dat eſt bonũ, homo minimè, & cur.* August. S. Thom.

Dabit bona. Ad rem Chryſoſtomus. *quoniam non omnia petentibus præſtat, ſed bona tantummodo, ideo conuenienter addit bona*; homo dat bona ſine relatione an proficiat, deceptus in inconuenientia recipientis, Deus dat bona ſemper relatione ad recipientem; nam ſi aliter, non eſt donum, ſed priuatio, vt aliquando malis ſuccedit, quibus quod petunt, an Auguſt. concedit, iratuſque non conceſſiſſet ſi benignus; quæ conceſſio propriè non dicitur impetratio, vt rectè D. Thom. *in 4. diſt. 15. art. . quæſt 4. ad 5.*

De conditionibus infallibilis orationis impetratoriæ.

Annot. Moral. LXXXIII.

De numero conditionum, & quæ illæ ſint.

1. *Quatuor ſūt conditiones infallibilis orationis.*

O*Mnis qui petit.* Conditiones quas infallibilis oratio obtinere debet, huc remiſimus, poſtquam Dominus totum de oratione ſermonem explicuit; de ſingulis diſcurrendo quantum breuitas, quam ſummopere affectamus, nobis locum dederit. Hæ autem conditiones à multis multæ, vt videre eſt apud Abulenſ *hic quæſt.* 15. attamen nos ad quatuor reducemus, quæ communiter ponuntur ab omni cœtu Doctorum Theologorum, etiam ante tempora Altiſiodorenſis omnium Scholaſticorum antiquiſſimi, quas omnes ſumpſerunt ex Patribus, & præcipuè ex Auguſt. *ſuper Ioan.* & Baſilium, vt mox dicemus. & D. Thom. *in 4. diſt. 15. art. 5. quæſtiunc. 3.* illas ſumpſit ex Gloſſa.

Abulenſ. August. Baſil. D. Thom.

2. *Sine illis aliquando impetratur ex Dei liberalitate.*

Conditiones ergo orationis, cui infallibilitas promiſſa eſt, quatuor ſunt, non quòd ſit oratio, quòd non exaudiatur à Deo aliquando etiam ſine illis, vt aduertit ſanctus Doctor *in 4. diſtinct. 15. art. 13. ad primum*; licèt Gabriel *ſuper canonem*, falsò illi contrarium attribuit *lect. 63.* ſed quòd nulla promiſſionem infallibilitatis

fallibilitatis habeat, quæ quatuor his conditionibus non ſit vallata. Quæ ſunt, *prima*, vt oratio ſit pia, *ſecunda* de neceſſariis, & vtilibus ad ſalutem, *tertia* vt pro ſe, *quarta* cum perſeuerantia, quæ quatuor expreſſit ſanctus Baſilius *de orando Deo*, dicens: *ideo quandoque petis, & non accipis, quia perperam poſtulaſti, vel infideliter, vel leuiter, vel non conferentia tibi, vel deſtitiſti*. ergo ſi fideliter, quod eſt pie, ſi neceſſaria, ſi tibi conferentia, & non aliis, quod eſt pro ſe orare, ſi perſeueranter petiiſſet, & obtinuiſſet.

Baſilius.

Toletus *in Ioan. cap.* 16. ſuper illa verba; *ſi quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis*, contra Auguſt. ſenſit conditionem pro ſe non eſſe neceſſariam, ad infallibilitatem orationis, probatque ex Baſilio *in regulis breuior. reg.* 261. ſed reuera magis eſt contra ipſum Baſilius, vnde ab Auguſtino & communi non æſtimo recedẽdum, cùm licèt Sancti audiantur frequentiſſimè pro aliis, tunc non infallibiliter; cum hoc tamen tam grauis eſt Doctor Cardinalis Tolet. vt ob hoc probabilis etiam eius æſtimari poteſt ſententia.

Toletus.

3\. *Sufficientia conditionum infallibilis orationis ex ſancto Thoma.*

Sufficientia autem harum conditionum excellenter, vt aſſolet, explicat ſanctus Doctor *vbi ſuprà*, hoc modo, ſupponit enim impetrationem orationis fundari in Dei liberalitate, ac promiſſione, non in propriis meritis, hinc licèt quando oratio fit in charitate, ſemper ſit meritoria, quia meritum fundatur in charitate, tamen non ſemper eſt impetratoria, *quia*, ait Sanctus, *aliquid poteſt habere, quod repugnet impetrationi in prouidẽtia Dei ad quem oratur*. Ad quæ impedimenta tollenda ordinantur quatuor iſtæ conditiones, quibus omnia tolluntur; quod ſic probat Sanctus. nam poteſt eſſe impedimentum ex parte orantis, ſi orationem inordinatè emittit, nempe, non ea pietate ac fide, ſiue fiducia, qua oportet, vt diximus, & ad hoc impedimentum tollendum ponitur prima conditio piè; vel impedimentum poteſt eſſe ex eo quòd petitur; quia quandoque ait Sanctus, *etiam petenti non expedit*, & ſic ponitur ſecunda, quòd ſit *de neceſſariis ad ſalutem*, vel poteſt eſſe impedimentum ex parte eius pro quo petit, & tunc vel hoc impedimentum eſt quando oratio actu fit, & vt ſic non poteſt eſſe, nec poteſt interuenire quando aliquis pie, & de neceſſariis petit pro ſe ipſo, benè autem quando pro alio, & ideo additur *pro ſe*. Vel tale impedimentum poteſt eſſe intermedium inter orationem & impetrationem, & hoc excluditur per perſeuerantiam, vnde additur *perſeueranter*.

4\. *Oratio infallibilitatem habet ex Chriſti promiſſione.*

Ex dictis ergo ſtatuatur firmiter orationem infallibitatem continentem quatuor habere debere conditiones, quæ infallibilitas habetur ex promiſſione Chriſti multis in locis, vt *hic*, & *Luca* 11. *n.* 9. & infrà c. 21. n. 21. *omnia quæcumque petieritis in oratione credentes accipietis*. & Ioan. 16. n. 23. *Amen dico vobis, ſi quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis*. Ex qua auctoritate aliqui procurant quatuor conditiones, quas diximus eruere. nam *primam* ſumunt ex illo *in nomine meo*, nam qui in nomine Chriſti petit, religioſè petit. *Secunda* ex illo, *ſi quid*, nam verè illud quod aliquid eſt, non eſt quod ad hanc vitam conducit, ſed quod ad æternam, hinc petenda neceſſaria ad ſalutem. *Tertia* ex illo *vobis*, non promittit quod aliis. *Quarta* tandem quæ eſt perſeuerantia [illegible] ſumunt ex nomine *Patris*, qui cùm talis ſit, nunquam faſtidit importunitatem;

5\. *Dei oſtium ſemper opportune pulſatur non ſic homi num.*

hominũ ianuam, ait Chryſoſt. *hic*, *ſi in opportuno tempore pulſabis Dei ianuam, & ſi media pulſaueris nocte, pulſabis opportuniſſimè, hac ille importunitate lætatur;*

de qua re infrà.

At cùm in hunc Ioannis locum incidimus, ad quæ dicenda vt gradum aſtruamus, placet radicitus explicare quid ſit in nomine Chriſti petere.

Gregorius *hom.* 17. *Euang* affirmat idem eſſe ac ea petere, quæ ad ſalutem ſpiritualem. nam cùm Dominus Saluator ſit, non petit in nomine eius, qui contra ſuam ſalutem aliquid petit. Auguſt. *n.* 102. *in Ioannem*, ad hanc Gregorii explicationem addit veram fidem de Chriſto, quòd ſcilicet ſit Deus, Patri conſubſtantialis, vnde illũ affirmat in nomine Chriſti petere qui vtilia ad ſalutem, & de Chriſto ſentit, vti ſentire debet, hinc ait Aëtium Neſtorium Eutychet. in nomine Chriſti non petere, quia non rectè de Chriſto credebant.

Gregorius. 6. *Quid ſit in nomine Chriſti petere.* Auguſt.

Contra hos Patres arguunt aliqui. nam dicunt multa Apoſtolos vtilia petiiſſe, & rectam de Chriſto fidem habuiſſe, & tamen illis dixiſſe Chriſtum immediatè poſt dicta; *vſque modò non petiſtis quidquam in nomine meo*, ſic Tolet. *in Ioan. cap.* 16. *annot.* 29. & ex illo recentior quidam: at nil hoc contra hos Patres, cùm licèt ex alio ſenſu commodiori illud intelligi poſſit, non proinde & vt non ſit etiam peti in nomine Chriſti vtilia petere, & recta fide, & quando illud Chriſtus Apoſtolis dixit, de nomine explicito intelleait, non de implicito, vt antiquitus orabatur, cùm quidquid Pater ab initio conceſſit in ordine ad ſalutem, in gratiam exitus Chriſti venturi, qui implicitè inuocabatur, quia explicita Trinitatis fides tunc apud omnes non erat, niſi apud paucos Prophetas, & Patriarchas. Ex quo inferunt Cyrillus, aliique Patres, hunc orandi modum proprium eſſe nouæ legis, & præceptum Chriſti, immo & eius donum, quo modo hæc verba exponit ipſe Toletus *Annot.* 32. Bene ergo cum Auguſtino & Gregorio dicere poſſumus quòd petere in nomine Chriſti, ſit petere neceſſaria ad ſalutem, & recta fide, quæ ſunt duæ ex conditionibus orationis.

Tolet. 7. *Antiquitus implicitè, non explicitè, in nomine Chriſti orabatur.*

Cyrillus. 8. *Explicitè in nomine Chriſti orare & donũ Chriſti, & nouæ legis priuilegium.*

At licèt hoc verum ſit, tamen cum Toleto ſentio propriorem eſſe intelligentiam Cyrilli *lib.* 11. *cap.* 7. & Chryſoſt. *hom.* 78. petere ſcilicet in nomine Chriſti, eſſe petere per ipſius mediationem, per ipſius merita, per ipſius reuerentiam omni acceptione digniſſimam. nam, vt bene Toletus, in oratione præter petentem, cui petitur, rem petitam, eſſe rationem petendi, & dandi, vt ſi quis petat à Rege mercedem, propter eius filium principem, tunc ratio dandi & ipſemet princeps, ad quem reſpiciens Rex, etiam ſi aliàs ille non mereretur mercedem propter nomen, & inuocationem filij dilecti, illam concedit.

Cyrill. Chryſoſt.

Tolet. 9. *In nomine Chriſti petimus quando per ipſius merita Patrem oramus.*

Sed hic notandum, non eſſe neceſſarium, vt alia ſit perſona à qua petitur, ab ipſa ratione petendi. nam multoties à Rege petimus, ob ipſiuſmet perſonam, ac magnitudinem, vnde fit vt quando oramus ipſum Chriſtum vt Deum, etiam in nomine eius nos peti, quando ipſi, eademque ſua offerimus merita, at propriſſimè dicitur in nomine Chriſti peti, quando ad Patrem orationem dirigimus, quem propriſſimum modum accipit Eccleſia in omnibus ſuis orationibus, ſemper concludens, *Per Dominum noſtrum*, &c. cuius rationem perbellam dans Rup. *lib.* 1. *de diuinis offic. c.* 31. ſic ait. *Quod autem in fine orationis ſubiungitur, Per Dominum noſtrum*, eo reſpectu fit, *quòd Dominus noſter Ieſus Chriſtus, mediator eſt Dei & hominũ, & impoſſibile eſt æterna Dei beneficia, per aliã viã decurrere ad nos, quin per ipſũ* Quod elegantiſſima ſimilitudine explicans ſic ſequitur. *per ipſum ergo petimus & im-*

10\. *Eccleſia cur ſemper in orationibus adiungit, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ.* Rupert.

11\. *Elegans ſimilitudo, quomodo ſiſtit et [illegible] via nobis per Chriſtum donantur.*

petramus ſicut ſæpe per mediantem cryſtalli lapidem ſubiectam eſcam a longinquo ſole cœleſtem mutuamus ignem. Nil pulchrius accendimur, at vnde, ex radiis Solis, non in nos, ſed in cryſtallo pectoris Chriſti radiantis, inde noſtrum incendium, inde in nos Dei beneficia.

12\. *Quantũ beneficium ſit explicita cognitio nominis Chriſti, eiuſque inuocatio.*

Ex quibus duo colligere potes ſatis ad mores; *primum*, quanta confidentia, ac fiducia orare debes, dum in oratione tantum patronum habes, de qua re mox *Annotatione ſequenti*; & *ſecundò* quantas gratias Deo referre, ac Chriſto Domino, qui talem orandi modum tibi dedit, fecitque commune quod omnibus antiquis, etiam ſanctiſſimis negauit, ſoliſque amiciſſimis manifeſtauit; quid vis vt dicam, ex hac quippe gratia, ex hoc peculiari dono, vt explicitè ſcilicet tibi reuelatum ſit nomen filij Dei, & non ſolùm facultatem datam, ſed præceptum, vt in oratione eius ſanctiſſimum pro te alliges, & inuoces nomen; ſic confuſus ac totus in reuerentiam reſolutus, in oratione extare, nec oculos ad cœlum attollere, præ reuerentia, ac ſtupore deberes; enim verò *Exod.* 3. *n.* 6. apparẽs Dominus Moyſi in rubo, in flamma ignis; cernens quòd audacter, & irreuerenter accedebat, ſic ei, *Ne appropies huc, ſolue calceamenta de pedibus tuis, locus in quo ſtas terra ſancta eſt.* In quo loco primùm quæro, quis erat iſte Angelus? & ne tempus teram,

Ambroſ.

Ambroſ. *lib.* 1. *de fide cap.* 5. tenet ipſum Dei filium fuiſſe. *Non pater in rubo, non pater in eremo. ſed filius*

13\. *Angelus qui Moyſi apparuit verbum fuit Patris.*

Moyſi locutus eſt. Verbum ergo Patris tunc in rubo, & flamma locutus Moyſi ſicut poſtea nobis in rubo carnis ſuæ, & flamma diuinitatis. Hic ergo Dei filius, talis ac tantus Moyſi præcepit, ne appropiaret, vt ſolueret calceamenta, quia terra ſancta; vnde ſancta, & ex quo? Multi multa.

Hugo. Caiet.

Hugo de ſancto Victore; *propter diuinam præſentiam.* Caietanus. *quia mons ille dicatus erat, ad apparitiones diuinas.*

Greg. Niſſen.

Meliùs Gregorius Niſſenus, *Ob diuinam lucem quæ ibi reſplendebat.* At qualis iſta lux? Sane, mea

14\. *Terra cur ſancta in qua ſtabat Moyſes.*

ſententia, non ſolùm ignis quo fulgebat Dominus, ſed claritas ſui nominis, eiuſque manifeſtatio, vnde ſtatim poſt dicta ad Moyſem. *Ego ſum Deus Patris tui Abraham Deus Iſaac, & Deus Iacob.*

15\. *Cur illi præceptum vt ſolueret calceamenta.*

hinc terra ſancta immo *Actor.* 7. *n.* 32. primò ponitur manifeſtatio nominis, poſtea præceptum de ſolutione calceamentorum ac non appropiationis. Vnde Stephanus, *accedente illo.* Moyſe nempe, *facta eſt ad eum vox Domini, dicens: Ego ſum Patrum tuorum Deus Abraham,* &c. & poſtea, *Dixit illi Dominus, ſolue calceamentum de pedibus tuis, locus in quo ſtas, terra ſancta eſt.* Ergo iuſtum æquumque iudica-

16\. *Quanta reuerentia ac tremore in oratione nomen Chriſti inuocare debemus.*

uit Dei filius, quia manifeſtabat Dei nomen, hoc ſumma, ac indicibili reuerentia acciperetur; & quale hoc nomen? ſanè non amplius quàm Dei Abraham, Iſaac, & Iacob, hominum licet iuſti, & ſancti, tamen non pluſquam homines fragiles, mortales, ac caduci; quid ergo requireret ſi illi pãdiſſet Dei nomen, non Patris Abraham, Iſaac, & Iacob, ſed dilectiſſimi filij ſui, myſteriumque illi aperuiſſet Trinitatis? At nõ hoc eſt quod intendo, ſed aliud, nempe, quod audita nominis manifeſtatione Moyſe, ſtatim ait Scriptura, quod *abſcondit Moyſes faciem ſuam, non enim audebat aſpicere contra Deum.* Quid eſt *abſcõdit*? nunquid pallio aliquo, aut linteo ſe cooperuit? nil minus, ſed totus tremefactus ad tanti nominis tonitrum, ſe in terram eiecit, proſtrauit, vultumque dimiſit, quod ſacra Scriptura explicuit Chaldaica, dicens, *& inclinauit Moyſes vultum ſuum, horruit,* ait Euſeb. apud Lippom. *ad illud ſpectaculum, horribilis fuit auditus, & non ſine perturbatione voluptas, ob id reueritus faciem ſuã auertit.* & tamẽ manifeſtatio non erat niſi Dei Abraham; quid ergo nunc deberemus nos efficere, quanta reuerentia, quanto tremore, quanta humilitate orationes fundere, quanta gratitudine, dum in illis nomen nobis indicitur, & declaratur ipſius Dei filij, & Dei patris, non Abraham, non Iſaac, non Iacob, ſed dilectiſſimi filij ſui?

Quod amplius apparebit, ſi talis nominis emo- 17.
lumentum manifeſtationis attendas, & inſuper priuilegium; nam, ſi bene aduertis, nomen quod Deus Moyſi manifeſtauit, ſcilicet, *Deus Abraham,* non proprium erat Patris, ſed nomen Dei eſſentiale, hinc hoc ſpeciale à filio nos obtinuimus beneficium, ex quo ratio ſumitur gratitudinis, dum, quod antiquis illis negatum, antiquis, inquam, etſi maximis, nunc & omnibus non ſolum iuſtis, ſed peccatoribus manifeſtatur.

Patris nomen antiqui cognoſcebant eſſentiale, non notionale, niſi pauci aliqui.

Vnde licèt omnes illi antiqui Deum Patrem creatorem omnium ac omnipotentem agnoſcerent, tamen & verum eius nomen, & ſui filij penitus ignorabant; quid ex hoc? vt non illa patria protectione, ac ſublimi digna, vt modò nos per agnitionem nominis Patris, & filij, hinc Salom. *Prouerb. c.* 30. *n.* 4. petit à quolibet ſi ſcit mundi creatorem, *qui ſuſcitauit terminos terræ* & ſupponendo quòd quilibet tunc reſpondiſſet, Deum; vltra ab eis quærit, quale ei nomen. *Quod nomen eſt eius, & quod nomen filij eius, ſi noſti?* ſi Deum agnoſcebant creatorem, ac factorem eſſe mundi, conſequenter & omnium patrem; vnde ergo nomen ignorabant? Sanè amice, quia nomen *patris*, vt mundi creatoris, non propriè Deo, ſed metaphoricè competit, nomen eſt eſſentiale, non notionale: vnde quia proprium filium neſciebant, proprium nomen patris ignorabant, hinc antiquis non multum gloriandum de talis nominis cognitione, ob hoc eis equidem illud ab eis petens dixit

Salomon, *quod nomen eius,* quaſi diceret, non mul- 18.
tum, non magnum Deum cognoſcere creatorem, at quod multum, quod magnum, eius cognoſcere proprium nomen, & filij ſui, vnde multum, vnde maximum? Sanè reſpondet tibi Dauid, quia fructus nominis Dei cognitionis eius paternalis, eſt cura protectionis, vnde Pſalm 90. num. 4. *protegam eum, quoniam cognouit nomen meum.* protegam, defendam, cuſtodiam, impetrabit tandem à me, *quia cognouit nomen meum,* quod ſcilicet propriè & veriſſimè, ac ſubſtantialiter dicit *pater*, proprium, ſubſtantialem, ac æqualem generans filium; qualia hæc gratia? quale hoc donũ, quis eũ æſtimare poteſt? hine, quales ob hoc Chriſto gratias rependere debemus? quod equidem excellenter conſiderauit

Quàm magnum ſit nomen cognoſcere patris notionale.

Rupertus *de victoria verbi Dei, cap.* 2. expendens Rupert.
ipſum, & locum Salomonis, quem nos adduximus, ponderans gratias, quas Deo dare debemus, 19.
ob emolumentum ſui nominis agnitionis *Loquitur Sapientia in Parabolis,* ait Rupert. *deſiderans vt diligenter cognoſcatur, quis ſuſcitauit terminos terræ? cumque ſine dubio reſponderis, Deus, ſtatim percontabitur, & dicet, quod nomen eſt eius? & quod nomen filij eius, ſi noſti? ſic percontante ſapientia, tunc temporis in pleriſque reſponſio deficiebat, immo præter pauciſſimos, diuinum, atque propheticum habentes ſpiritum, ferè nullus reſpondere nouerat; quod eiuſdem Dei nomen eſſet Pater, & quòd filius eius, verbum, [illegible] ermo vocaretur,*

Quã ac Chriſto ob hoc referre debemus gratias.

20\. hiocque cũ nullus ferè ex ant[illegible] illud ſciret nos ſcimus, ait Rupertus, ea benign[illegible]e filij, qui nobis illud reuelauit. At quale ea hoc emolumentum? ex reuelatione, ex nomine Patris, & filij? Sanè reſpondet idẽ Dei protectio, nõ quælibet, ſed ignota,

Chriſtiani qualem patris protectionem merentur ex nomine Chriſti.

Omnis

Omnis ſermo Dei, inquit Salom. *vbi ſuprà*, ait Rupertus, *ignitus clypeus eſt ſperantibus in ſe.* quid hoc? ait idem, niſi, *quaſi dicat nomen filij eius ſermo Dei eſt, & qui nouit ac diligit hoc nomen, eo quaſi ignito protegitur clypeo, & bene confortans cognitorem ſui, protegam, inquit, eum, quoniam cognouit nomen meum.* Egregie; quid & filius? quod ei nomen? ſanè verbum Dei ſermo Dei, at ſermo Dei, hoc eſt, verbum Dei ignitus clypeus eſt ſperantibus in ſe; ergo, qui hoc verbum, qui hoc nomen cognoſcit ignitum, amabilem, feruentem, inconſam Dei meretur protectionem; vnde hoc? ſanè ex Dauid, ipſomet Spiritu ſancto dictante, *protegam eum*, cur? *quoniam cognouit nomen meum.* ergo cognitio nominis talem, ac tantam meruit protectionem. Quid ergo ea hoc? *vt cùm cognitio eius nominis*, ait Rupert. *tam magnum ſit præmium, gratias agamus ipſi, quia cognouimus, & confiteri meruimus hoc verbum.*

21. *Amor Chriſti quantum relucet præcipuendo vt in nomine eius petamus.*

Ex quibus habes quantum tui amans ſit Chriſtus, quantoque deſiderio teneatur, vt à patre protegaris, & inſuper, quod petis orans, accipias, vt emolumentum, & efficaciam nominis eius apud patrem, ſciens illud, tibi manifeſtauit, & inſuper, vt in oratione ante conſpectum Patris adduceres, firmiter tibi promittens, quod quidquid petieris in nomine eius, impetrabis, & non aliter, vt diximus.

22. *Nulla oratio ad Patrem aſcendit niſi per manus Chriſti.*

nam, non eſt ſub cœlo aliud nomen in quo ſalui ſimus, & per quod aliquid à Patre accipiamus, cùm velim ſcias, non ſolùm per nomen Chriſti Patrem te exauditurum, ſed etiam quòd nec tua oratio, aut cuiuſlibet Sancti, immo nec ipſius virginis, ad thronum aſcendet Patris, niſi priùs in manibus Chriſti eam reponas, & ipſe eam offerat.

23. *Omnes orationes in manibus eius reponenda.*

Ad hoc probandum excellens locus eſt *Apoc. 8. num. 3.* vbi Ioannes ait, *& alius Angelus venit, & ſtetit ante altare habens thuribulum aureum, & data ſunt illi incenſa multa, vt daret donationibus Sanctorum omnium, ſuper altare aureum, quod eſt ante thronum Dei, & aſcendit fumus incenſorum, de orationibus Sanctorum, de manu Angeli coram Deo.* Si hunc locum ſecundùm eius dignitatem explicare vellemus, nimij profectò eſſemus; at breuiter cum Ruperto hunc Angelum eſſe Chriſtum dicimus, quæ communis eſt ſententia, Altare Catholica Eccleſia, thuribulum Chriſti humanitas; hinc ergo Domino mediatori noſtro apud Patrem data ſunt omnium orationes Sanctorum, quatenus per ipſum ſolum Eccleſia ſancta Deo, omnes ſuas offert orationes; vnde Paulus ad Hebræos 13. n. 15 *per ipſum offerimus hoſtias laudis ſemper Deo.*

24. *In cruce exiſtens omnes acceptauit, & cum ſua coniunxit.*

Ex cuius manu aſcendit fumus aromatum, in conſpectu Dei. Ex quibus patet, omnes Sanctorum orationes, vt apud Patrem ſint in pretio, vt ante eius thronum aſcendant, vt ab ipſo acceptentur, grat æque ſint, in manibus reponendæ Chriſti Domini noſtri, ab ipſo ſuſcipiendæ, offerendæ, præſentandæ, quæ quippe orationes, cum illa Chriſti oratione copulandæ, quam ipſe in cruce exiſtens, cum clamore valido apud Patrem orauit. nam tunc præſciens ſanctiſſimus Dominus, ſanctiſſimam Eccleſiam ſuam, omnes Sanctorum orationes, ad Patrem per ipſum oblaturam, & in eius manibus eas repoſituram, ex tunc, anticipata acceptatione eas accipiens, cum feruoroſiſſima ſua eas vniẽs, *cum clamore valido, & lacbrymis ipſas offerens, exauditus eſt pro ſua reuerẽtia*, vt ait Paul. *vbi ſuprà, c. 5. n. 3.* vnde Rupert. *in hunc locum, lib. 5. Apoc.* tractans quomodo Chriſtus in cruce ſe offerens ſimul & orationes obtulit Sanctorum, ſic ait, *itaque non ſe defendens ſtetit ante altare tanquam ouis ductus ad immolandum in manu ſua habens thuribulum apparens in conſpectu Eccleſia, factus ipſe thuribulum, & de orationibus Sanctorum obtulit incenſa, ipſi enim libauit Eccleſia preces ſuas, quas ipſum accepiſſe dicitur, & obtuliſſe, quia per ipſum omnium preces, ad Dominum ſuauiter peruenire poſſunt; nam Chriſto Domino ſe hoſtiam ſuauitatis offerente, compunctio cordis Sanctorum acceptabilis facta eſt.* Ex quibus manifeſtè apparet, id quod dicebamus, non ſolùm orationes noſtras, per Chriſtum eſſe præſentandas, ſed in manibus eius reponendas, ſi ad Deum ſint aſcendendæ, quæ ſi vallatæ quatuor conditionibus, quas ſuprà poſuimus, aſcendent, infallibiliter exaudientur, cùm firma ſtat Domini ſententia, *omnis qui petit accipit.*

Annot. Moral. LXXXIV.

De pietate prima orationis infallibilis conditione.

OMnis qui petit. Ad rem me facturum, credo, vt amplior ſit fructus quem intendo in his de oratione annotationibus, primum antequam ad morales intelligentias veniam, ſiue argumentationes, quid ſcholaſticè probabilior mihi videtur, ſingulis dubiis, quæ in illis fieri poſſunt, breuiter, ſine diſputatione declarare; vt ſic enim, & perfectior de qualibet conditione intelligentia obtinebitur, & quomodo proponẽda ſimul declarabitur.

Prima conditio orationis pietas. S.Thom.

Primò ergo adnotandum ex S. Thoma *in 4. diſt. 15. q. 4 art. 7. q. 3.* quòd hæc circunſtantia piè importat modum latriæ, quæ pietas dicitur, ſecundùm quam oratio modificari debet, à quo actu ipſa oratio ordinatur ad exhibendum Deo debitum latriæ cultum, ex quo fit, vt ſub hac conditione includantur omnes illæ neceſſariæ oranti vt orans, ad hoc vt piè oret. hæ autem ad quatuor reduci poſſunt, ad fidem, ad ſpem, ad humilitatem, ad deuotionem, vt colligitur ex D. Thoma 2. 2. q. 83. *art.* 1. *in corpore*, ergo piè orare eſt quando oratio procedit à virtute religionis, eiuſque habitu infuſo in iuſtis, aut in peccatoribus, cum illis conditionibus, quæ elicerentur à virtute, & habitu religionis infuſæ, ſi fuiſſent in gratia; nam, vt D. Thomas vbi ſuprà ad 1. *aliquando quis piè petit, qui pietatis virtutem non habet, ſicut aliquis iuſta facit, qui iuſtitia habitum non habet.* Vt de iudice iniquo, cuius actus dicimus iuſtitiæ, non quia procedat ab habitu iuſtitiæ, ſed quia iuſtè iudicat; ſic peccator piè orabit, quia actus exercebit pietatis, hoc eſt, requiſitos, & pietati debitos, & quod ab ipſo habitu elicerentur ſi adeſſet.

1. *Quid ſit piè orare, & quas conditiones requirit.*

2. *Peccator quomodo dicatur piè orare, etſi non in gratia.*

3. *Quando non piè oratur.*

Ex hoc dicto infertur vnum, &, vt diximus ſuprà in expoſitione litterali, valde ſumendum, vt quandocumque oratio, vitiatur, aut ex malo fine, aut praua intentione, aut ex iniqua petitione, aut demum ex aliqua circunſtantia ipſius orationis, tunc orantem non piè orare. Vnde ſi aliquis petit ſapientiam vt exaltetur, ſiue orat ob vanam gloriam, aut diuitias petit vt lautè viuat, aut neceſſaria ad vitam tranſigendam, ſed tamen non vult laborare, aut media ſumere neceſſaria; ſimiliter ſi vitam æternam, recuſans bene operari, hic equidem piè non petit, ac proinde non exaudietur. hinc infrà 20. *n.* 21. ob id non exauditi filij Zebedæi, quia non piè petierunt, ſine labore enim deſiderabant, & ſublimitatem petebant præmij hinc ſapientiſſimus Dominus, *neſcitis quid petatis.* non ſolũ quid, hoc eſt, rem, ſed quid, hoc eſt, modum, quo petẽda,

4. *Filij Zebedæi cur non exauditi & eorum petitio vnde defectuoſa.*

dom petebant ſine operum exhibitione; hinc vti ſapientiſſimus Magiſter volens eos informare, & quomodo petere debebant ad hoc, vt exaudirētur, ſtatim adiunxit. *Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum*, ad opera eos ſtimulans. nam, vt ait

Chryſoſt. Chryſoſt. hom. 35. in Matth. *bonum erat earum deſiderium, ſed inconſiderata petitio.*

Ex dictis ergo conſtat primam piæ orationis conditionem eſſe fidem; patet ex ſacra Scriptura ad Rom. 10. n. 4. *Quomodo inuocabunt, in quem non crediderunt*, &c. Iacob 1. n. 6. *Poſtulet in fide, nil hæſitans.* Marc. 11. n. 24. *quæcumque orantes petitis, credite quia accipietis, & fiet vobis.*

Secunda conditio eſt ſpes, & fiducia impetrandi, hanc Dominus infrà *cap. 9. n. 2.* à Paralytico requiſiuit, *confide fili, remittuntur tibi peccata tua.* Paulus ad Hebræos 4. n. 16. *Accedamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius.* Pſalm. 90 *Quoniam in me ſperauit, liberabo eum.* Et infinita alia ſunt loca ſacræ Scripturæ, quæ idem confirmant.

5. *Secunda conditio ſpes, & fiducia impetrandi.*

Ex his duabus conditionibus conſurgit difficultas, de qua fide, aut de qua ſpe, ſiue fiducia intelligendæ; an de illa quæ omnem prorſus excludit timorem, & formidinem, ita vt certiſſimè quis orans, & firmiter credere, ac ſperare debeat ſe obtenturū quod petit, an verò de illa fide, & fiducia, quæ aliqualem includunt timorem, quæ res, mea ſententia, ſcitu digniſſima, ad hoc, vt debiles, ac in virtute nouitij, animentur ad orandum, etiamſi non ſint in fide robuſtiſſimi, ac in fiducia omnino firmati, ad cuius declarationem

6. *De qua ſpe & fiducia intelligendum, an de illa quæ omnem excludit formidinem.*

D. Thom. Adnoto *primò* ex D. Thoma 2. 2. q. 129. *art. 6. in corp.* nomen fiduciæ ex fide deriuari, ad fidem autem cùm pertineat, & aliquid, & alicui credere; hinc fiducia eſt de aliquo, & ab aliquo: at cùm ipſa non ſit per ſe virtus, ſed modus virtutis, vt ait Sanctus, pertinens ad ſpem, hinc propriè nomen fiduciæ principaliter ſignificare videtur ſpem, qua quis credit verbis alicuius promittentis ſibi aliquid auxilium, at quia ſpes verſatur circa arduum, & difficile, ideo adiungitur ei fiducia, vt ſit eius robur, tanquam eius nodus, qui eam confirmet, animet, conſolidet, & omnino faciat ſperare; ex quo fit, vt ſi directè petas, quid ſit fiducia, tibi dicetur, quòd ſpes roborata, firma, ac, vt ſic dicam, virilis, quæ cum fide iuncta, licèt hæc ſit eius fundamentum, immo eam pariat practicè proponens voluntati, res credendas. Vnde Paulus ad Epheſios 3. n. 12. *in quo habemus fiduciam, & acceſſum in confidentia per fidem eius.* tamen eam talis ſpes auget, & heroicam efficit.

7. *Fiducia quid, & ad quā virtutem pertinet.*

8. *Eſt ſpei robur.*

9. *Spes heroicam effi.* ... *fidem.*

Ex dictis clarè ſequitur fidem, & fiduciam non eſſe idem. nam fides eſt in intellectu, fiducia in voluntate: fides eſt virtus Theologica, fiducia modus ſpei, ſeu ſpes roborata: fides parit fiduciam, vt ſuprà ex Paulo dicebamus; ergo non eſt idem cum fide.

10. *Fiducia à fide diſtinguitur.*

11. *Fides cum fiducia dupliciter conſiderari poteſt.*

Secundò adnoto, hanc fidem, ſiue hanc fiduciam, aut, vt meliùs dicam, fidem cum fiducia dupliciter conſiderari poſſe, aut in gradu heroico, ſic vt omnem prorſus excludat inconfidentiam, & timorem, & infallibilem obtineat certitudinem impetrationis, qualis eſt fides miraculorum, & gratia gratis data, iuxta illud Pauli 1. ad Corinth. 12. n. 9. *alteri fides in eodem ſpiritu*; & cap. 13. n. 2. *ſi habuero omnem fidem, ita vt montes transferam.* aut in gradu remiſſo, ſic vt non excludat omnem dubietatem, vnde licèt ſit vera fides Theologica cum fiducia, non tamen ſit viua, efficax, & roborata, vt prorſus omnem expellat formidinem, ſed ſit cum illa, aut quia ſe peccatorem aſpiciens, indignum ſe æſtimet impetratione, aut dubitat ſi Deus velit illud præſtare: attamen ſic dubitat, vt nō deſtruat actum fidei, vel ſpei Theologicæ, vel de illis rebus, quas tenemur ſperare, ex virtute ſpei Theologicæ, vt eſt vita æterna, & media neceſſaria ad ſalutē, aut ſpem de illo bono, aut virtute ad quam reducitur ſpes, ſiue fiducia, ſed tantùm non ſic firmiter credit, aut ſperat, licèt non deſperet. his ergo ſuppoſitis,

Dico *primò*, quod attinet ad fidem, ad infallibilitatem impetrationis, & vt piè quis oret, non eſſe neceſſariam fidem illam robuſtam, quæ ſit donum, ſic vt omnem prorſus excludat timorem, & certiſſimè credat ſe impetraturum, vt peſſimè Lutherani, ſed ſatis eſſe fidem Theologicam, quia qua orans credit certiſſimè Deum eſſe omnipotentem, ad omnia præſtanda, fideliſſimum ad omnia obſeruanda, ſummè miſericordem, ac bonum, infinitè liberalem. Scire omnia quæ petimus, immo & velle facere ea, niſi ex parte noſtra aliquid obſtet. Et tandem fideliſſimè obſeruaturum hoc promiſſum de nobis exaudiendis; quæ fides ſi adſit, piè orator, & ad infallibilitatem ſufficit, etiamſi ſit cum formidine non impetrandi. 12. *Illa ſufficit ad infallibilitatē orationis, quæ non omnem excludit timorem impetrandi, & quomodo hoc accipiendum.*

Probatur *primò* apertiſſimè ex illo *Ionæ* 3. *n.* 9. nam piiſſimè orauerunt Niniuitæ, & tamen non cum omnimoda certitudine, vnde dixerunt; *quis ſcit ſi conuertatur, & ignoſcat Deus.* At cum hoc exaudiuit eos Deus. *Secundò* patet. nam aut talis fides eſt Theologica, & materialiter vna cum fide miraculorum, vt multi volunt, ſi neceſſaria eſſet talis fides, omnem prorſus excludens dubietatem, ſic viua, efficax, illuſtrata, & clara, vt omnimodam pariat fiduciam, profectò diminutiſſima eſſet Chriſti promiſſio, & non generalis, cùm talis fides paucorum ſit, & in perfectione conſummatorum. nam licèt ſit Theologica, includit tamen gratuitum donum, quod conſiſtit in ſuperaddita illuſtratione, & perfectione; vnde tantum poteſt creſcere fides Theologica, talem fiduciam parere ex illuſtratione miſericordiæ, ac Dei liberalitatis, vt iiſdem priuilegiis gaudeat, quibus fides miraculorum, quæ licèt ſit communis quatenus Theologica, tamen ſecundùm hunc altiſſimum modum, valde paucorum; ex quo Dei promiſſio non eſſet generalis, ſed valde particularis, quod omnino non concedendum; aut ſi non eſt idem cum fide miraculorum, planum fit, quòd cùm ſit donum, non poteſt eſſe omnium; quod profectò argumentum euidenter conuincit perfidos Lutheranos, qui omnia confundentes, tum fidem, tum fiduciam, impiè nec aliam fidem cognoſcunt, niſi qua quis certò credit ſe Deo eſſe gratum, vt liberè poſtea peccent, & ſola fide contenti nil amplius illis remaneat ſuper, vnde conſequenter affirmant ad impetrandum illam fiduciam eſſe neceſſariam, quæ omnem excludat dubietatem, de qua mox. 13. *Probatur efficaciſſimè.*

Dico ergo *ſecundò* quoad fiduciam ad piè orandum neceſſariam, & ad infallibilitatem orationis, illam tantùm eſſe neceſſariam, quæ licèt cum aliqua formidine impetrationis ſit, non tamen deſtruit ſpem Theologicam, aut moralem illius virtutis pro qua orat, ſic vt omnino deſperet ſe impetraturum, ſed ſperat & confidit, licèt cum aliqua formidine, quod vt planè intelligatur, 14. *Fiducia ad piè orandum ſufficit illa, quæ aliquem admittit timorem, & quomodo hoc intelligendum.*

Adnoto *primò* dupliciter effectum orationis, ſeu impetrationis conſiderari poſſe, aut abſolutè, aut conditionatè. abſolutè, hoc eſt, quod omnino Deus illud decretauerit; conditionatè, ſi omnes adſint conditiones, hoc ergo ſuppoſito, certiſſimè 15. *Orationis effectus dupliciter apprehendi poteſt.*

orans

orans, niſi reuelationem habeat, vllo modo poteſt conſiderare effectum futurum ſub conditione abſoluta; ergo ſubconditionata, ſi ſcilicet adſint conditiones; quas cùm ignoret, impoſſibile omnino fidat infallibiliter & ſine aliqua dubitatione, & vt ſic non dicetur hæſitare contra ſpem, quia non hæſitat abſolutè, etiam ſi, verbi gratia, adeſſent conditiones, ſed hæſitat ſecundùm conditionem promiſſi, quod eſt conditionatum, & talis hæſitatio non eſt contra pietatem requiſitam in oratione.

16. *Ad altitudinem fidei Theologicæ ſequitur altitudo fiduciæ ordinariè loquendo.*

Adnoto *ſecundò*. Ex fide Theologica, & ad eius magnitudinis gradum ſequi in plurimum magnitudinem fiduciæ. nam licèt poſſit eſſe fides ſine fiducia, vt in his qui deſperant, & non neceſſariò ſequatur, vt ad magnam fidem, magna ſequatur fiducia; tamen ordinariè loquendo, & præcipuè in his, qui in gratia ſunt, qui practicè applicant lumen fidei, ad altitudinem fidei luminis Theologicæ, altitudo ſolet ſequi fiduciæ, ſic vt gaudeat, vt diximus, iiſdem priuilegiis, quibus fidei donum; attamen ad infallibilitatem orationis, cùm non ſit neceſſaria talis fides Theologica, vt diximus, ſic eminens, & extraordinaria, ſequitur, vt nec etiam neceſſaria ſit talis fiducia, quæ omnimodam includat ſecuritatem, ſed ſufficit illa quæ ex fide Theologica communi omnibus ſequitur, quam quis obtinens niſi aliud obſtet, priuilegium ſua obtinebit oratio infallibilitatis, ex quibus omnibus conſtat apertiſſimè noſtrum dictum, & quòd non neceſſaria ſit illa fiducia, quæ omnem excludat formidinem, ſicut nec illa fides in gradu ſic heroïco, & prægrandi, quæ talem fiduciam pariat.

17. *Exponuntur loca Scripturæ quæ videntur obſtare noſtræ ſententiæ.*

At vt omnino remaneat certa hæc ſententia, & ex illa quod intendimus eruamus, neceſſarium eſt, vt ſenſum exponamus aliquorum locorum Scripturæ, quæ ad impetrandum omnimodam expetere videntur fiduciam; vt illud Iacob 1. num. 6. *Poſtulet autem in fide nil hæſitans, qui enim hæſitat, ſimilis eſt fluctui maris, qui à vento mouetur, & circumfertur; non ergo exiſtimet homo ille, quòd accipiat aliquid à Domino.* 2. Paralip. 20. n. 18. *Credite in Domino Deo vero, & ſecuri eritis.* & infrà 21. n. 21. *Si habueritis fidem, & non hæſitaueritis.* & Marc. 11. n. 24. *habete fidem Dei, amen dico vobis, quia quicumque dixerit huic monti: Tollere, & mittere in mare, & non hæſitauerit in corde ſuo, ſed crediderit, quia quodcumque dixerit fiat, fiet ei.* Et alia adſimilia loca, quæ adducuntur, vt omnimodam videantur requirere certitudinem.

Nimis moroſus eſſem, ſi, vt par eſt, reſpondere vellem, omneſque aliorum examinare ſententias. nam tota huius rei difficultas in eo conſiſtit, an pro fide in his locis intelligatur, fiduciaque in voluntate, an fides Theologica in intellectu, quæ res difficilis, ob varia Doctorum placita, ex vtraque parte grauiſſimorum, remitto lectorem ad Balthaſarem Paez *in epiſt. Iacob cap. 1. num. 6.* in expoſitione litteræ, & conſultò ad hunc tantùm meum remitto lectorē, cùm poſſem ad alios, quos vidi. nam nullus, vt ipſe, ſic clarè, ſic diſtinctè, ſic dilucidè, ſic meo ſenſu verè, vnde indignanter accepi cuiuſdam neoterici mordacitatem, dum hunc retractans locum audeat de ſapientiſſimo homine dicere, quòd nihil de ſuo ſcripſit; ad illum ergo Doctorem meum remittendo lectorem, vt breuiter quid ſentiam dicam, — *Paez.*

18. *Fides Theologica quæ & in intellectu ſufficit ad piè orandum in quocūque gradu illa ſit.*

Affirmo cum ipſo Paez in omnibus præallegatis ſacræ Scripturæ locis, & ſimilibus, quæ de firma fide loquuntur ſine vlla hæſitatione, omnia intelligenda de fide Theologica, vt *ſuprà* diximus, in quolibet gradu remiſſo, dummodo ſit integra, & perfecta, ac conſequenter de fiducia ei correſponte in illo gradu. Nam tunc verè nil hæſitat, quia ſperat obiectum non conſideratum ſub ratione abſoluti, vt diximus, ſed conditionati, vti ſtat promiſſio; quæ fides licèt ſit vt granum ſynapis, ſufficeret ad mouendum montem, ſi adſint requiſitæ conditiones. Vnde ſi peccator qui (vt in India accepi eueniſſe) rectè credens, attamen in gradu valde remiſſo, vt ferè omnes peccatores, ſi ad proteſtationem fidei neceſſariam, monti dicat, vt ſe mittat in mare, infallibiliter ſe mittet, & exaudietur; ſic militi illi eueniebat (vt homines fide digni mihi retulerunt,) multa ſcilicet patraſſe miracula, ex imagine ſanctiſſimæ Virginis, quam idololatris proponebat adorandam, licèt eius ſocij ſciebant, in ſtatu eſſe peccati. Ex quibus omnibus adducor conſtanter affirmare, quoad infallibilitatem impetrationis, & Chriſti promiſſionis, ſufficere integritatem fidei Theologicæ in quocumque gradu; & conſequenter fiduciæ; nec amplius Dominum requiſiſſe in omnibus locis adductis, ab eo immediatè, & ſimul quæ in Scripturis ſunt aliorum, quæ cùm facilè ſit exponere, ideo conſultò prætermitto.

19. *Fiducia omnē excludens formidinem impetrationis validum ſignum.*

At licèt hæc veriſſima ſint ſecundùm omnem ſcholaſticum rigorem, veramque locorum ſacræ Scripturæ intelligentiam contineant, tamen quia ferè ſemper, quando aliquid à Deo impetratur, ſic animus roboratur, vt fiducia plenus nil de impetratione dubitet, quod magis experientia conſtat, quàm neceſſarium ſit illud probare; ideo dico, quòd etſi hoc non ſit neceſſarium, tamē nullū maius impetrationis ſignum à poſteriori, quàm cum omnimoda fiducia omnem excludentem dubitationem orare. nam tunc, quaſi euidens erit ſignum omnes adeſſe neceſſarias conditiones, ac proinde, ſi perſeuerātia adſit Deum velle quod ab ipſo petitur dare. Vnde tamquam expertus Caſſianus affirmat, vt alibi diximus *collat. 9. c. 32.* ſignum exauditionis certiſſimum magnam eſſe fiduciam. — *Caſſian.*

20. *Tertia orationis piæ conditio humilitas.*

Tertia orationis piæ conditio & humilitas, & meo ſenſu ad infallibilitatem impetrationis æquè neceſſaria, quod ex multis ſacræ Scripturæ locis conſtat Iſai 66. num. 2. *Ad quem reſpiciam niſi ad pauperculum, & contritum ſpiritu, & trementem ſermones meos.* & Eccleſiaſt. 35. n. 21. *Oratio humiliantis ſe, nubes penetrabit.* & Iacob num. 6. *Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus dat gratiam.* Et alia infinita ſunt ſacræ Sacripturæ loca, quæ hoc idem indicant. Vnde D. Thom. 2. 2. quæſt. 83. art. 15. in corp. *humilitas*, ait, *eſt neceſſaria ex parte ipſius petentis, qui ſuam indigentiam cognoſcit.* Nam quomodo orabit ſi ſe indigere non ſentit, de qua re mox dicam.

21. *Quarta orationis piæ conditio deuotio.*

Quarta tandem, & vltima conditio, eſt deuotio, quam vti neceſſariam ponit inter piæ orationis conditiones ſanctus Doctor *vbi ſuprà*, in qua re, vt ſine ſcrupuloſitate procedatur, & quomodo ſit hæc conditio intelligenda, percipiatur, — *Idem.*

22. *Deuotio quid & quotuplex accipiatur.*

Adnoto, deuotionem dupliciter accipi poſſe; *primò*, pro actu deuotionis pertinens ad virtutem religionis, quam definit ſanctus Doctor, vbi ſuprà quæſt. 82. art. 1. *eſſe voluntatem promptè tradendi ſe ad ea, quæ pertineant ad Dei famulatum.* qui actus ad religionem pertinet, cùm ad eandem virtutem pertineat, velle facere aliquid, & promptè velle facere illud; vnde cùm ad virtutem religionis

pertineat, propriè operari quæ ad cultum Dei pertinent, ſic vt ad eandem pertineat, actus promptè velle ea operari. Ex quo educitur propriè deuotionem eſſe animi promptitudinem, ad opus Dei exercendum. *Secundo* modo deuotio accipitur, non pro illa promptitudine, ſed pro feruore & conatu, ac gradu intenſionis illius promptitudinis, vt ſcilicet non ſolum promptè, ſed feruoroſiſſimè opus Dei exequamur. his ergo ſic notatis,

23. *Qualis neceſſaria ad piè orandum.* Dico, deuotionem neceſſariam ad piè orandum eſſe illam quæ primo modo ponitur, & quæ ad religionis actus, & non quæ ſecundo. Patet apertè. nam ſecũdo modo accepta deuotione non eſt neceſſaria in aliis virtutum actibus, neque in oratione, vt patet in contritione, fide, ſpe, &c. ergo ſola eſt neceſſaria ſecundùm primam acceptionem. *Secundò* patet experientia. nam multi ex Sanctis piè, ac deuotè ſæpe, immo frequentiſſimè orant, attamen ſine gradu intenſo feruoris deuotionis: vt ergo non eſt ille neceſſarius, cùm ſine illo poteſt conſiſtere vera deuotio, quæ ſit actus religionis, & tunc piè cum deuotione dicetur quis orare. At tunc piè non orabimus, quan-

24. *Quid ſit vere piè indeuotè ad orationem accedere, ex qua indeuotione fit vt non piè oretur.* du coactè ad orationem accedimus, nulla promptitudine, ac deuota voluntate, ſed tantùm ex neceſſitate aſtricti, aut quia ſi Religioſi nos cogunt ad orandum, aut ſi ſæculares quando timore pœnæ admiſſam aliquando accedunt. nam tunc prorſus inuoluntarii, vnde indeuoti omnino accedentes, non equidem piè orabunt, & hoc modo hac conditione intellecta, iuxta illam interpretanda ſunt omnia illa loca ſacræ Scripturæ, in quibus contra indeuotos loquuntur. Vt Hieremiæ 48. num. 10. *Maledictus homo, qui facit opus Dei negligenter.* hoc eſt, coactè, ſine actu deuotionis, vel promptæ voluntatis. & Apoc. 3. num. 16. *Vtinam frigidus, aut calidus eſſes, ſed quia tepidus es*, hoc eſt, ſine vlla prompta voluntate, *incipiam te euomere.* & Michææ 6. num. 8. *indicabo tibi ô homo quod Dominus requirat à te, vtique facere iudicium, & diligere miſericordiam, & ſolicitum ambulare.* hoc eſt, prompta voluntate, non coactè, *coram Deo meo.*

Ex dictis conſtat, quid ſit piè orare, & ſimul, quæ ſint conditiones ad piè orandum neceſſe in toto rigore ſcholaſtico. Nunc de ſingulis moraliter aliquid breuiter.

§. II.

De fide, & fiducia orationis.

HAs duas conditiones ſimul coniungimus, quia ſimul ſemper eunt, ſed ad gradum fidei vtplurimum ſequitur, fiduciæ gradus; fide ergo & fiducia orandum, ſi impetrare velimus, de qua re, & in noſtris in Sapientiam commentariis diximus *tom. 1. homil. 5.* nunc accipe alia.

25. *Impoſſibilia ex fide qua oratur etiam quodammodo ſperanda.* Et ſit *primum*, vt ad orationem accedens quis, tali fide, fiduciáque debet accedere, vt difficultatem rei, immo, vt quid inſolentius dicam, nec ipſa impoſſibilitas, eum terrefaciat, dignè æſtimans, tam potentem eſſe fidem cum fiducia, vt ipſam Dei omnipotentiam æquet, ſic, vt ſicut Deus eſt actu omnipotens, fides in potentia omnipotens Deus cathegorematicè, fides ſyncategorematicè, vt Dialectici loquuntur. Ad hoc probandum aſſumo locum illum *Marc. 9. num. 15.* vbi ille ad Ieſum, *Magiſter, attuli filium meum ad te, habentem ſpiritum mutum*, & infrà, *& dixi diſcipulis tuis, vt eycerent illum, & non potuerunt.* Cui Dominus: *O generatio incredula, quandiu apud vos ero, quandiu vos patiar; afferte illum ad me.* quem cùm pater attuliſſet, & Chriſtus percontaſſet de tempore, quo ſpiritus eum tormentabat, paterque reſpondiſſet, à iuuentute, dixiſſetque Domino; *ſi quid potes adiuua nos miſertus noſtri*; tunc illi Dominus, *ſi potes credere, omnia poſſibilia ſunt credenti.* Cui pater, *credo Domine, adiuua incredulitatem meam.* in quo loco antequam ad meum veniam inſtitutum, placet aliqua adnotare.

Primum ergo adnoto, cur diſcipuli hunc hominem curare non potuerunt? Sanè conſtat ex Matthæo infrà *cap. 17. num. 19.* ob incredulitatem. Vnde Chriſtus ad eos interrogantes; *Quare nos non potuimus eiicere illum?* reſpondit, *propter incredulitatem veſtram.* qualis autem hæc fuerit incredulitas, ibi Deo duce dicemus. Si ergo diſcipuli 26.
Diſcipuli cur dæmoniacum ſanare non potuerunt.
increduli, cur eos non reprehendit, ſed turbas? Vnde ait, *O generatio incredula!* Sanè reſpondeo vt diſcipulorum conſuleret authoritati, cùm alias & pater, & turba fuiſſet incredula, immo ſic ſcribæ increduli, vt dum vidiſſent Apoſtolos Chriſti, diſcipulos dæmoniacum non potuiſſe ſanare, contra Chriſtum inſurgentes, vanam aſſerebant eorum poteſtatem à Chriſto eis traditam, ſupra quod inuenit eos cum ſcribis diſceptantes. Vnde 27.
Cur eos non reprehẽdit in publico, cùm ob incredulitatem non eam ſanoſſent.
Marc. num. 13. *Veniens ad diſcipulos ſuos vidit turbam magnam circa eos, & ſcribas conquirentes cum illis.* Profectò, vt aiunt Doctores, de impoſſibilitate eiectionis; ergo nec turba credidit, nec pater, & amplius, nec diſcipuli, quorum culpa maior, attamen non illos reprehendit, ſed populum eorum, vt dixi, conſulens authoritati, quia religioſi, quia magiſtri, quia tandem gens ſpiritualis, vt exinde docearis, quanta circunſpectione talium ſint reprehendenda delicta, quantoque conatu eorum ſeruanda authoritas. Ad rem Toletus. *Dominus enim vt bonam opinionem diſcipulorum apud turbas conſeruaret, ne Iudæorum ſermonibus contra diſcipulos conſentire videretur, noluit diſtinctè eos infidelitatis arguere; eaque de cauſa Iudæos generaliter reprehendit.* In qua huius grauiſſimi authoris ſententia, illud adnotandum, noluiſſe Dominum in publico Apoſtolos reprehendere, *ne Iudæorum ſermonibus contra diſcipulos conſentire videretur.* Potiſſima equidem ratione 28.
Quanto reſpectu ſuperiores reprehendendi.
in publicum viri reprehendantur religioſi, ſicut nec Prælati, aut magiſtratus, ne turbis, ne oblocutoribus, ne inuidis, ne æmulis, qui aliquando, & ferè ſemper, ex inuidia liberè & mala voluntate malè ſentiunt, illos animemus, & cum eis conſentire videamur, quod præcipuè obſeruandum puto in Religioſorum domibus, vbi aliquando diſcoli, vbi inobſeruantes, vbi impoſſibile, vt omnes ſuperiori conſentiant, & ſimul quòd ex omni parte ſit vndequaque ſuperior perfectus, ſuoſque non habeat næuos, ſuaſque imperfectiones. in hoc caſu præcipuè affirmo, ſanum, immo neceſſarium (ſi indemnẽs à peccato eſſe velimus) vt ſuperioris næuos occultemus, ſileamus, in publico non reprehendamus, ad Chriſti Domini noſtri exemplum, ne cum turbis contra ſuperiores conſentire videamur. Immo Victor Antiochen. & Chryſoſtomus *in Matth. homil. 58.* à Toleto relati volunt, vt generaliter Victor Ant. Chryſoſt.
Dominus reprehenderit, ne conturbaret hominem illum pueri patrem incredulum, & in deſperationem adigeret, vt videas cum quanta prudentia,

dentia, ac charitate reprehenſio adhibenda ſit, præcipuè in ſuggeſtu à prædicatore, ne potius in deſperationem homines, quàm ad compunctionem redigat, quò ſi hoc Chriſtus cum homine infimæ ſortis, vt colligitur ex Euangeliſtis, nulla clara nota eum inſignientes, quid cum magiſtratibus, quid cum Principibus agendum? quanta mollitie, quantáque blanditie reprehenſionis acrimoniam mitigare debeant, væ illis aliter facientibus, ſanguinem animarum ab eis Deus exquiret.

Secundò adnoto, non ſolùm culpam diſcipulorum incredulitatis in cauſa fuiſſe, non curationis, ſed ipſum dæmoniorum genus. Vnde apud Marcum 9. num. 28. *hoc genus in nullo poteſt exire, niſi in oratione, & ieiunio.* quod etiam dicitur apud Matth *vbi ſuprà.* quid hoc? aut quale hoc dæmoniorum genus? infrà funditus hoc examinabimus; nunc cum Iaoſenio dico, illud eſſe quod diu in

Ianſen.

29\. corpore extitit obſeſſi. *Rectiùs intelligitur*, ait, *illud genus dæmoniorum, qui iam diu aliquem poſſederunt, vt malum ferè in naturam ſit verſum.* Ad hoc ergo expellendum dæmoniorum genus, non ſolùm neceſſaria & integra & magna fides, ſed oratio & ieiunium, opera ſcilicet, non quælibet, ſed perfectiſſima, iam me habes. Sunt aliqui peccatores, non in malis inueterati, non ſicut illi Suſannæ ſenes, quem Daniel, *inueterate malorum*

Quanta difficultate à corporibus expellitur dæmon diu in illo exiſtens.

30\. appellauit, ſed aut in malis recentes, aut ſæpe ſurgentes, non diu perſeuerantes, ac ſemper in peccatis; ab iſtis equidem, non ſic difficile dæmonium expellere, ad ſalutem, & integram ſanitatem eos redigere; at alij ſunt peccatores ſic in peccatis obſtinati, ſic continuati, vt per annos, & annos, imò ferè per totam vitam in illis extiterint; ab iſtis equidem non ſufficit quælibet fides, non quælibet opera, ſed vt dæmon ab eis expellatur, neceſſarium ieiunium, oratio, opera non quælibet, ſed magna pœnitentiæ, ac ſatisfactionis peragenda, non ſolùm ab obſeſſo, ſed etiam ab ipſomet expellente, vt ibi dicemus; vnde ad rem

Peccatorum difficilis conuerſio qualis, ex quibus modis procuranda.

Remig. Remigius, *ieiunium hoc*, ait, *intelligitur generale, quo non ſolùm abſtinemus à cibis, ſed ab omnibus illecebris carnalibus, & peccatorum paſſionibus; ſimiliter oratio intelligenda & generalis quæ impijs & bonis operibus conſiſtit.*

31\. At ad noſtrum deueniendo inſtitutum, adnoto, quòd cùm pater huius Domino dixiſſet, *ſi quid potes adiuua nos, miſertus noſtri*; Dominum reſpondiſſe, *Si potes credere.* Cur non, crede, & faciam, ſed ſi potes credere; ſanè vt par pari redderet, vt ait Beda, & oſtenderet illi potentiam ſuam, ſiue omnipotentiam ſuam à potentia ſuæ fidei pendere, & quantum iſta ſe extenderet, tantum illa. iſte dixit, *Si potes aliquid.* Cui Dominus, ſanè *ſi potes credere*; ipſe dubitauit de omnipotentia Chriſti, in fide infirmus, vnde Gloſſa, *ſi potes*, inquit, *exprimens in verbis fidei defectum.* at Dominus in illum culpam reijciens reſpondit, *ſi potes credere*, nam hucuſque non potuiſti tua culpa credere. Ergo ſi potes. At quid erit ſi poterit credere? *Sanè omnia poſſibilia ſunt credenti.* En fidei omnipotentia, omnia ait ſine termino, ſine limite; ſic vt quantum illa ſe extenderit, tantumdem de omnipotentia capiet diuinâ. Ad rem egregiè Cyprianus Donato *Epiſt.* 2. de magnis beneficijs diuinis tractans, poſt Baptiſmum ei exhibitis, vt non admiraretur amicus, ſic luculenter ſcribit; *non enim (qui beneficiorum terreſtrium mos eſt) in capeſſendo munere cœleſti menſura vlla, vel modus eſt,*

Chriſtus cur dixit pater dæmoniaci ſi poteſt credere

Beda.

Gloſſ.

Cyprian.

manat iugiter, exuberat affluenter, noſtrum tantùm ſitiat pectus, & pateat; at quid ex hac ſiti, & pectus apertione? Sanè reſpondit, *quantum illuc fidei capacis afferimus, tantum gratiæ inundantis haurimus.* Nil luculentius, iuxta fidei capacitatem erit inundatio gratiæ, non enim ſunt Dei dona ad inſtar terreſtrium donorum, immenſitas illa bonitatis ſemper profluit, nullis premitur finibus, niſi tu illos ex defectu fidei apponas, ſitiat pectoris, pateat, extendat etiam ad impoſſibilia fidem cum fiducia. nam tantum gratiæ innundantis hauriet, quantum eius fuerit fides. 32.

Ad tantam accedimus ſitiam bonitatem gratiam quantam attulerimus fidem.

Immo iuxta dicta ſuperiùs, ſic magnum, ſic altum eſt fidei donum, ſic ipſa in ſe eſt omnipotens, vt etſi minima, hoc eſt, etſi in minimo gradu, ſi tamen diuina, mira, grandia, omnipotentia faciet. attende ad quæ dicam, hoc non alia puto authoritate firmari, quàm ipſiuſmet Domini, vt vndequaque firma remaneat noſtra propoſitio, ad hoc vt quilibet orans, ſuos extendat fiduciæ fines, immo & vota, vt non minima, non infima, non mediocria, adeò petat ſpiritualia, ſed grandia, ſed maxima, ſed heroica, ſuam non attendens paruitatem, indignitatem, ſed cum humilitate Dei liberalitatem, bonitatem, infinitamque omnipotentiam; vnde ſi humilitatem petat, non petat quamlibet, ſed ſummam, ſed heroicam; ſi amorem ſummum, ſi Virginis deuotionem, an deoſiſſimam, excelſam, ſeraphicam, ſupra reliquos omnes, credat tamen, & fiet ei; quod ſic ex Magiſtri ſententia probo; non potuerunt eiicere dæmonium Apoſtoli; à Chriſto cauſam expoſcerunt, vt vidimus, reſpondit Dominus ſuam fuiſſe incredulitatem, quod intelligentes humiles diſcipuli ex deſiderio gloriæ Magiſtri, animarumque profectus, ſtatim ad illum, vt apud Lucam 17. n. 4. *Adauge nobis fidem.* hoc eſt, vt ex Græco, *Appone, adduce, comple, perfice.* Quod pulchrè explicans Burgenſis, ſic facit diſcipulos loquentes, Burgenſis. *fatemur fidem nobis eſſe exiguam, admodumque imperfectam, id quod in nobis ſæpiùs culpaſti, nec mirum eſſe, quod non aſpiraris, non faueris conatibus noſtris, ad eijciendum dæmonium hoc, ſed qui ſanare atque ornare potes animas, non minus quàm corpora, perfice fidem noſtram, qua gratiores ſimus patri, & tibi, & nihil fruſtrà tentemus, quod fieri expediat ad gloriam Dei, hominumque ſalutem.* Ex quibus, vt patet, accretionem fidei petebant Apoſtoli, ad magna facienda, putantes equidem minimam non ſufficere, etiamſi firma ac integra: at in gradu minimo, diminutè, vt ſic dicam, de altitudine concipientes fidei: at quid Magiſter ſapientiſſimus? pro dono fidei ſtans, eiuſque altitudinem pendere volens, eorumque animas illuſtrare, ſic reſpondit. *Si habueritis fidem tanquam granum ſinapis, diceretis huic arbori moro, eradicare, & transplantare in mare, obediet vobis.* qualis hæc reſponſio ad petitionem? ſi attendas potius ſonat increpationem, quàm exauditionem. illi petierunt fidei accretionem, *Adauge nobis fidem*, & Dominus non dicit, adaugeam, ſed, *ſi habueritis fidem quantum granum ſinapis*; quid hoc? nunquid ſine fide Apoſtoli? Sanè non ſine omnimoda fide, vt ibi dicemus, licèt aliqui hoc velint, ſed defectibili in illo caſu, non æquè vt par de Chriſti omnipotentia ſtabiliter credentes, cùm enim illud genus dæmoniorum non poterat eiici niſi in oratione & ieiunio, vt Dominus dixit, cùm eum non eiicerent ſolo verbo vt cæteros, & in

33\. *Fides etſi minima magna obtinebit.*

34\. *Magna & heroica ſemper à Deo petenda.*

35\. *Quam fidem ab Apoſtolis Chriſtus poſcebat & illi nunc non poſſidebant.*

36\. *Quid ſit habere fidem vt granum ſinapis.*

37\. *Apoſtoli quomodo defectibiles in fide, ex quo dæmoniacum ſanare non potuerunt.*

inſtanti

inſtanti cauſam ignorantes Infirmati ſunt in fide, omnipotentiæ magiſtri, non firmiter, vt par de ea concipientes; hinc impoſſibilis eis reddita poſtea omnino expulſio, quod bene callens ſapientiſſimus Magiſter pro fide ſtans eiuſque magnitudine, ad petitionem non reſpondens, ſed ad curationem præteriti defectus, ſic eos informat, inſtruit, & docet, vt ſcirent defectum non extitiſſe in gradu diminuto fidei, ſed in vacillatione, vt ſic dicam, eiuſdem fidei, dum, vt ait Apoſtolus Iacobus *vbi ſupra*, qui vacillando petunt ſimiles eſſe *fluctui maris, qui a vento mouetur, & circumfertur.* hinc ſequens ait, *non ergo æſtimet homo ille, quòd accipiat aliquid à Domino.* Defectus ergo Apoſtolorum ſanctiſſimorum, in illo caſu non fuit ex parte gradus fidei, quaſi minimi, ac proinde impotentis, ſed ex vacillatione orta ex non conſequutione effectus, ſic inſtantaneè, vt aſſolebat, quod cùm euenit ex defectu orationis, & ieiunij neceſſarij, ad illud genus expellendum dæmoniorum, hoc ignorantes in potentia vacillarunt magiſtri, vt diximus, & veluti fluctuantes, vnde à vento agitati variorum diſcurſuum, non mirum, quòd non exaudiri, quod Dominus illis aperiens pro dono ſtans fidei docet ad mira patranda, ad transferendos montes ac arbores è terra ad mare non eſſe neceſſariam, vt illi putabant, tam magnam fidem magnitudine molis, vt ſic dicam, ſed illam ſufficere adhuc quæ eſſet ſicut granum ſinapis, quod etſi paruum, tamen mor-

Chryſoſt.

dax, quod excellenter dixit Chryſoſtomus in Epiſtola ad Corinth. cap. 2. *Sinapis autem meminit*, ait, *immenſam eius virtutem declarans. Licèt enim magnitudine paruum eſſe videatur, at virtute cæteris eſt ſeminibus vehementius; oſtendens igitur vel quid minimum ſinceræ fidei ingentia poſſe; ſinapis mentionem facit.* Nil melius, quid nimirum dummodo ſinceræ ſit fidei, hoc eſt, ſtabilis, firmæ omnimodè fixæ ingentia poteſt, quia, vt ait

Cyrill.

Cyrillus, relatus *in Catech.* 65. Patrum in Lucam *cap* 17. in hunc locum num. 4. *Dei omnipotentia*

Clem. Alex.

noſtra fit per fidem, & pulchrè Clemens Alexandrinus *lib.* 5. *ſtromat.* facit poſt auditum fidei virtutem à Domino grano ſinapis comparatam, Apoſtolos, non eius accretionem; ſed mordaci-

58\.

Apoſtoli non tantum accretionem fidei, quantum eius mordacitatem poſtulabant.

tatem poſtulaſſe, *fidem montes tranſmouere ait, & arbores transplantare. vnde cùm ſenſiſſet magnitudinem poteſtatis, rogabant, vt adderetur eis fides, quæ vt granum ſinapis morderet vtiliter animam* (hoc eſt, excitaret ad confidendum & orandum) *& in ipſa adeò creſcerent, vt in ipſa requieſcerent de rebus ſublimibus rationes.* Pulchrè hoc poſtremum, ſit gradus fidei ſinceræ minimus quantum voles, nam ſi mordax ſit, vt in ea firmiter adhæreant ratione ſacrorũ ſublimium, nempe omnipotentiæ, bonitatis, ac infinitæ Dei ſcientiæ, mira operabit, montes transferet, arbores tranſplantabit, &, quod mirum, efficiet vt in ipſo ſe eradicet ſolo,

Theodor.

vt acutè adnotauit Theodoretus in hunc Lucæ locum, ponderans ly *transplantare in mare; duo magna*, ait, *concurrunt in idem, transpoſitio radicati in terra, & plantatio in mari; quid enim in vndis plantatur? per quæ duo, virtutem fidei manifeſtat.* Vt exinde intelligas quanta ſit virtus fidei, in quocumque gradu, & quomodo cum illa te orare oporteat.

At ſi ad ſubſtantiam fidei, ſpei robur adiicias, hoc eſt, fiduciam, quid non efficies? impoſſibilia impetrabis, immo ſic de futuris eris certus, ac ſi præſentia ea videres. 2. *Regum cap.* 7. *num.* 25. orans Dauid Dominum, vt quod per Nathan ei prædixerat confirmaret ſic ait. *Nunc ergo Domine* 39.

Fides roborata ex fiducia in oratione pro facto dat quod petit.

Deus verbum, quod locutus es ſuper ſeruum tuum, & ſuper domum eius, ſuſcita in ſempiternum, & fac ſicut locutus es, & paulò pòſt; *& domus ſerui tui erit ſtabilita coram Domino.* Vnde Dauid tanta ſecuritas, vt pro facto det quod orat? Dices, ex reuelatione Nathan; verum, ſed vnde tanta fides reuelationi, vt pro facto det quod per mille & amplius erat futurum annos? Sane ex robore fiduciæ quam ex reuelatione Prophetæ conceperat, vnde ex illa orans, ex oratione prolata cum fide, & fiducia, ſic eius cor roboratum extitit ad credendum reuelatis, vt pro facto dederit futurum: hinc copulans ipſe rationem ſuæ confidentiæ, & cur pro facto dabat ſuæ domus ſtabilitatem, ſic ait. *Quia* 40.

Dauid vnde pro facto dedit quod Nathan ei dixit.

Domine exercituum Deus Iſrael reuelaſti aurem ſerui tui, dicens, Domum ædificabo tibi, propterea inuenit ſeruus tuus cor ſuum, vt oraret te oratione hac. Hæc vltima expendo, *erit ſtabilita domus ſerui tui*, dixit tantæ confidentiæ dat pro ratione, reuelationem, *quia tu reuelaſti.* poſtea *propterea inuenit ſeruus tuus cor ſuum vt oraret*; quid hoc quantum ſapio, quantum capio, quid, niſi ex reuelatione audax factus ad orationem confugi, vt eius executionem impetrarem, & ex robore quo concepi ex fide fiducia roborata ſic animatus extiti, vt iam pro facto reputo futurum. Sic hunc locum interpretatur

Hieron.

Hieronymus in quæſtionibus Hebraicis. *inueniſſe ſe dicit cor ſuum, vel inuenit audaciam in corde ſuo, vt oraret eum.* Orauit ergo Dauid fide ſpe roborata, quid ergo mirum ſi futurum tam certum habuit, ac ſi eſſet præſens. ora tu ſimiliter, & impetrabis, at cum humilitate, & deuotione vt mox dicam.

§. III.

De humilitate, & deuotione orationis.

Fide ac fiducia orãdum vt piè oremus, at humilitas adiungenda, quam ſanctus Chryſoſtomus

Chryſoſt.

in Pſalm. 9. *num.* 13. ad illa verba, *non eſt oblitus clamorem pauperum*, vehiculum appellat orationis. *Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit.* Eccleſiaſtic. 35. *num.* 21. ait. *Cuius vehiculum & humilitas*, ſine 41.

Humilitas vehiculum orationis.

qua ipſa fiducia in præſumptionẽ tranſibit quod equidem duobus modis fieri, ſeu euenire poteſt, aut totaliter in propriis meritis fidendo, tanquam ex propriis viribus, & hoc præterquam quod & hæreticum, & ſumma præſumptio. Aut quod etiamſi credamus, merita eſſe ex gratia Dei, & ex illa nos opera feciſſe bona, tamen amplius in his, quàm in Dei liberalitate fiduciam ponimus, quod etſi non ſit hæreticalis præſumptio, tamen & præſumptio, quando indebite, & ſuperbiæ indicium, quod omnino petitionem euacuat; vnde licèt contra hæreticos aſſerendũ ad impetrationem rationis multum noſtra valere merita ex gratia acquiſita, tamen, vt rectè conſulunt omnes ſpirituales magiſtri, & orans nunquam, aut rarò, niſi ex ipſa humilitate, ac confidentia motus in oratione, conſiderationem in propriis debet ponere merita, vt inde fiduciam orandi, non impetrandi accipiat, quia, vt bene Suarez *lib.* 1. *de oratione in communi cap.* 25. *num.* 13. in hoc magnum eſt periculum ſuperbiæ ac deceptionis, & licèt aliqui Sancti orando Deo ſua allegarunt merita, vt Ezechias Iſaiæ 38. num. 30. *Obſecro Domine, memento, quomodo ambulauerim coram te in corde perfecto.*

42\.

... diat orationi.

43\.

Propria merita quo ſenſu permittantur allegare in oratione.

Suarez.

perfecto. & Dauid Pſalm. 118. *in toto corde meo exquiſiui te ne repellas me a mandatis tuis.* Tamen, vt bene aduertit ipſe Suarez, hoc fecerunt ad expellendam nimiam puſillanimitatem concipiendo ſpem non in ſeipſis, ſed in Deo, ſua merita recognoſcendo ex Dei gratia, ſperantes illa pro

44. beneficiis, & gratiis acceptis, vt ex vna gratia alteram ſperarent; ergo humilitas quam hic neceſſariam dicimus, & illa, quæ excludit nimiam æſtimationem de ſuis meritis, & principalem fiduciam in illis. & ſimiliter illa quæ facit in oratione hominem viliſſimè ac indigniſſimè de ſe ſentire, ſic vt nulla ſit dignus gratia, & non aſcendat ſe

Humilitas neceſſaria ad orationem quæ, & qualis.

45. eleuando, ſed per humilitatem vſque ad profundum ſe deiiciat inferni; quæ humilitas, quando in oratione ſentitur (quod profectò magnum eſt Dei donum) practice, non ſpeculatiuè tantùm, nullum certiſſimæ impetrationis maius ſignum.

Quando adeſt ſignū impetrationis.

Enim verò 4. *Regum* 20. *num.* 1. ægrotans Ezechias vſque ad mortem, ſic ei Iſaias ex verbo Domini. *Præcipe domui tuæ, morieris enim tu, & non viues.* quod triſte nuntium audiens Ezechias, fleuit, orauit, ſic feruenter, vt dicat Scriptura *num.* 4. quòd *antequam Iſaias egrederetur mediam partem atrij, factus eſt ſermo Domini ad eum, dicens: Reuertere, & dic Ezechiæ, Audiui orationem tuam, & vidi lachrymas tuas, & ecce ſanaui te, die tertia aſcendes templum Domini.* Cui Ezechias, *quod erit ſignum, quia Dominus me ſanabit?* Cui Iſaias. *hoc erit ſignum. Vis vt aſcendat vmbra decem lineis, an*

46. *vt reuertatur totidem gradibus*; & Ezechias, *facile eſt vmbram creſcere decem lineis, nec hoc volo vt fiat, ſed vt reuertatur retrorſum decem gradibus.* In quo loco primùm adnoto cùm de ſanctitate Iſaiæ Ezechias plenum conceptum haberet, eiuſque prophetiæ veritatem ſæpe aliàs expertus fuiſſet, cur nunc ad credendum ſignum petiit? in quo loco neſcio vnde vir doctus Sanchez eruit Ezechiam ſignum non petiiſſe, ſed vltro Iſaiam illud ei obtuliſſe, cùm apertè contrarium ſacra Scriptura dicat, ſed pergo. cur ergo, cùm tantum Ezechias crederet Iſaiæ, ſignum tamen veritatis prophetiæ petiit. Ad rem Auguſt. *lib.* 2. *de mirabilib. ſacræ Scripturæ cap.* 28. quia prius ei contrarium dixerat, ipſum ſcilicet moriturum. *Dum Iſaias*, ait Sanctus, *duas prophetias ſibi metipſis inuicem contrarias eadem hora protuliſſet, neceſſe erat vt altera quæ facienda eſſet, ſigni oſtenſione firmaret.* Ex quibus habes duo ad praxim vtilia, *primum* non admirari, nec mendacio inurere ſanctiſſimos homines, ſi aliquando ex Dei ſpiritu contraria dicant, ignorantiæ maximè magiſterij ſpiritualis, hoc eſt ſignum.

Ezechias cur petijt ſignum ſalutis ſuæ ab Iſaia & vt Sol retrocederet.

Sanchez.

Auguſt.

47. *& ſecundum* quanta circumſpectione, prudentia, ac remiſſione reuelationes, & futurorum prædictiones, præſertim in hoc tempore accipere debeas, cùm nec multi Iſaiæ, nec multi Prophetæ, nec multi Sancti, nec multi vera videntes, infiniti tamen ſomniātes; ſed ad noſtra, petiuit ergo ſignum, & elegit non aſcenſionis Solis, ſed deſcenſionis; ratio, quia difficilius ſignum; quod ſi daretur, certiſſimè prognoſticabat, Dei donum futurum, ſi per deſcenſionem Solis, moraliter humilitatem intelligas, vt multi Sancti intelligunt, hoc ad humilitatem Incarnationis Chriſti applicantes, non eſt amplius quod quæras, ad confirmandum quod diximus, ſignum veræ impetrationis eſſe, quando in oratione animus non aſcendit, ſed deſcendit vſque in abyſſum, per humiliationem; nam tunc ſicut homo in culmine ſe ponit humilitatis, ſic tunc conſtituitur in impetrationis dignitate, vt rectè

Quanta circumſpectione reuelationes credenda.

Bernardus ſerm. 85. in Cantica; *quod in ſcala illa, quæ in typo humilitatis Iacob monſtrata eſt, Dominus deſuper innixus apparuit; quid aliud innuit, niſi quòd in culmine humilitatis conſtituitur cognitio veritatis,* non ſolùm ſpeculatiuæ, ſed practicæ, hæc cognitio ac certitudo veritatis impetrationis.

Bernard.

Quod ampliùs confirmatur ex eodem facto, multorum enim eſt opinio in ſigno Ezechiæ præſtito, non verò ſolem retrogreſſum, ſed aſcendiſſe, vmbram tamen eius retroceſſiſſe, ſic vt ipſa ad aſcenſum Solis eum ſequi debebat, & pariter cum illo aſcendere, magno miraculo fiebat, vt retrocederet eodem gradu, quo Sol aſcendebat, quam tenet Burgenſis *hic*, Vatablus, Arias Montanus in Iſaiam, & licèt non ſequatur, multis probare conatur Sanchez, de qua re modò diſputare non libet, ſed pro nunc illam ſuppono, quia valde facit ad meum inſtitutum: ſol ergo ſecundùm iſtorum ſententiam aſcendebat, ſed vmbra retrocedebat, quod cùm ſit, quid aliud myſticè ſignificare poteſt? niſi quòd animus in oratione poſitus & veluti ſol factus ex feruore, eo quòd ipſe ad alta aſcendit per contemplationem, totus in diuinam tranſlatus lucem, eo eius vmbra, hoc eſt, eius infima portio, eiuſque cognitio & humilis apprehenſio in infima deſcendit, quod quaſi miraculum gratiæ reputari debet, vt quo altior anima per orationem eleuatur, eo profundiùs eius infima pars deprimatur, quod vſu euenire Dei ſeruis minimè eſt dubitandum.

48.

In miraculo Ezechiæ Sol nō eſt regreſſus, ſed tantum vmbra.

Burgenſis.
Vatablus.
Arias Mont.
Sanchez.

49.

Anima ſancta in oratione eo quo ſublimantur eo humiliantur.

50. hinc *Ezechiel* 2. *n.* 1. cùm capite primo admirabilem illam viſionem animalium vidiſſet, vt eius altitudinem explicaret, vno verbo eam ſignificauit, affirmans, ſi non gloriam, tamen ſimilitudinem fuiſſe gloriæ Domini. *Hæc viſio ſimilitudinis gloriæ Domini*, quod cùm dixiſſet ſtatim ait. *& vidi, & cecidi in faciem meam*; cur cecidit? Sanè, quia eo quòd ſublimis eius ſuperior pars eleuabatur, & veluti refulgens Sol aſcendebat ad Orientem Dei, eius infima portio deprimebatur. Vnde ad rem Hieronymus; *Non eſt elatus*, ait, *viſionum magnitudine, ſed conſcientia fragilitatis humanæ procidit in faciem ſuam.*

Ezechiel cur cecidit in faciem ſuam.

Hieronym.

51. At antequam hinc diſcedam, ne occaſio excidat, placet adnotare Sanctiſſimum Prophetam non dixiſſe, ſe gloriam Domini vidiſſe, ſed ſimilitudinem gloriæ Domini. *Hæc viſio ſimilitudinis gloriæ Domini.* Mirum hoc, cùm tanta, & ſic ſupernaturalia vidiſſet, vt rectè æſtimare poſſet, ſe gloriam Domini vidiſſe, currus, Cherubin, animalia quadrifacialia, rotæ oculis plenæ, firmamentum cryſtallinum, ſolium, & quod amplius, ſupra ſolium Rex ſedens habens ſpeciem electri, & ignis; quid amplius Dei obtinet gloria? Cur ergo viſionem gloriæ dixit, & non gloriam? Sanè ad rem Cornelius. *Quia gloria Domini in ſe nulli mortali, ſed ſolis beatis viſibilis eſt.* hinc cùm verè homo ſpiritualis & virtutis eſſet Ezechiel, ac intellectu illuminatus,

Cur dixit ſe ſimilitudinē vidiſſe gloriæ Domini, non ipſam gloriā.

Cornelius.

52. acutiùs intelligens, in illa ineffabili luce perſiſtens, etſi alia, etſi maxima, etſi quantum fas homini videre ſe illa obtulerunt, tamen in ſe exiſtens, non ſomnians, ſimilitudinem dixit ſe vidiſſe gloriæ, non ipſam Domini gloriam, ami ce, pudet dicere quæ viſiones de ipſa eſſentia diuina in hac infeliciſſima temporum ætate circumferantur, vt iam non ſit neque homo, neque mulier ſanctitatis æſtimatione digna, de qua non dicatur Dei eſſentiam vidiſſe, & quod maximum, vt typis mandetur. talis reuelatio, ac in ſuggeſtu proponatur, prædicetur à viris

Viſiones de eſſentia diuina quæ hodie aut typis mādantur, aut propalantur, nullo prorſus credita dignæ, imme temprouiſſ. ſi ra credatur, nō præmiſſo ſanctiſſimo Romano examine.

alioquin

alloqnin doctis, & in virtute propè conſummatis. Vah pudor, quod vix Moyſi, vix Paulo conceditur tanto in Scriptura fundamento, tantis vallata Patribus opinione, quin infinitè illud negent, nunc ſine vlla authoritate, nulloque diligentiſſimo examine contra ſacræ Scripturæ regulam, audent dicere eſſentiam diuinam aliquem vidiſſe, & contra dictum diuinum, *non me videbit homo, & viuet*, non conſtante priuilegio ipſi audent quod vidit & viuit, non ſanctitatem incuſſo eorum, de quibns id aſſeritur, non vitam, non mores, ſcio ſanctiſſimos ac in virtute conſummatos, ſed facilitatem reprehendo, non ſolùm aſſenſus, ſed propalationis, non prius Romano ſanctiſſimo præmiſſo examine, eo vel maximè, cùm ſi quod ſentio dicere valeam, non eorum qui illuſtrationes recipiunt, ſit culpa, ſed magiſtrorum, aut ignorantiam non patefacientium veritatem, aut eam propalantium mentiar ſi millies animæ prorſus Sanctiſſimæ ac immaculatiſſimæ illud mihi non dixerunt, excepi eum riſu ſimplicitatem, docui, inſtruxi, declaraui, quomodo non veritas, ſed ſimilitudo veritatis, ex conferentiis ac reſponſionibus tandem ipſe veritatem agnouerunt ſimilitudinem fuiſſe gloriæ Domini, non ipſam Dei gloriam. Sed ad rem, humiliauit ſe Ezechiel, eo quòd ſpiritum aſcendebat in oratione; ſignum Ezechias impetrationis petiuit, Solis deſcenſionis, nos aſcenſionis, hoc eſt, ſignum humilitatis, vt ſcias cum oratione ſemper humilitatem iungi debere, & illam eſſe piam orationem, quæ cum humilitate reperitur coniuncta.

Deuotio ad impetrandum neceſſaria.
S. Thomas.
53. Nec minus deuotio, per quam non ſolùm promptitudinem intelligimus, ſed attentionem quantum fas eſt, & homini conceditur, & vt radicitus res intelligatur, ſimulque omnis ſcru-
Orationis effectus qualis.
54. pulus tollatur, adnotandum ea S. Thoma 2. 2. *quæſt.* 83. *art.* 13. triplicem eſſe effectum orationis, nempe meritum, impetrationem, ſpiritualem mentis refectionem; quod autem ad meritum, & impetrationem, ſufficere primam intentionem habendi in oratione attentionem debitam, quod equidem animabus iuſtis magnum erit ſolamen in diſtractionibus, quas violenter patiuntur in ſuis orationibus; quod autem ad mentis refectionem neceſſariam eſſe ait Sanctus
Attentio in oratione neceſſaria, nam alias ſi culpabiliter non attenditur, oratio potius digna riſu, quàm impetratione.
55. actualem attentionem; ergo ex dictis concluditur primam voluntatem attentionis eſſe neceſſariam quoad meritum & impetrationem, quæ ſemper coniuncta reperitur cum deuotione, hoc eſt, cum prompta voluntate orandi: at etſi hoc verum, tamen ſciendum, quòd etſi prima intentio ſufficiat, tamen in progreſſu ſi oſcitanter, ſi diſtractè, ſi aliud agens quis orat, vt ſua culpa attentionem actualem amittit, corpore in oratione vacans, mente in plateis, potius eius oratio riſu digna inuenietur, quàm impetratione. *Thren.* 1. *num.* 7. de perditione Ieruſalem loquens Hieremias inter cætera ait. *Viderunt eam hoſtes eius, & diriſerunt Sabbata eius.* Quid
B. Bernard.
Gentiles in Sabbatis Iudæorum dignum inue-
Gentiles cur Sabbata deridebant Iudæorum.
56. nerunt riſu? Sanè reſpondet Bernardus de interiori domo cap. 70. in Sabbatis Deo dicatis, cum ex creatione operum Deo vacare debebant ipſi, è contra corpore tantum Deo vacabant, mente tamen vitiis, peccatis, ac cæteris diſtractionibus. *Vacantes corpore, vacantes vbique corde*, Sanctus ait Bernardus, *nequaquam merentur videre quàm dulcis eſt Dominus neſcientes facere Sabbatum ex Sabbato.* Pulchrè hoc poſtremum *Sabbatum ex Sabbato.* quid hoc? Sanè ni fallor ex feriatione, ex quiete corporalium feriari ab interioribus tumultibus, & imaginationibus ad quietem interiorem attentionemque in orando; hine ſe-
quens Bernardus ait; *merito viderunt eam hoſtes,* 57.
& deriſerunt Sabbata eius; inde enim hoſtes deri-
dent Sabbata eorum, vel tua vacationis otia. quid? nonne hoc & videmus, & dolemus, videas ad orationem, ad Eccleſias aliquos accurrere diebus feſtiuis ad ſanctiſſimum quando exponitur aſſiſtendum, & niſi in tali aſſiſtentia loquacitatem, in garrulitatem dicam, non inuenies, nunquid horum aſſiſtentia, ſiue oratio impetratoria?
In Eccleſia loquacitas taxatur.
homines miſerabiles, ait Baſilius homilia 5. in Pſal- Baſil.
mum 28. ſuper illa verba; *& in templo eius omnes dicent gloriam, relictis ædibus ſuis ad templum concurrunt quaſi emolumenti quicquam inde laturi, cum tamen nec accomodent aures verbis Dei, nec ſuam intelligant conditionem, naturam, nec peccato quopiam præoccupati mærore afficiuntur, nullo corripiuntur Diuini iudicij metu, adeò vt ſibi arridentes, domum orationis in locum euertunt effuſiſſimæ loquacitatis.* Mentiar ſi hoc non eſt quod nunc vſu euenire ſolet, ad orationem, ad ſacrum audiendum, ad diuina officia, tandem ad orandum, ad oratoria, ad Eccleſias accedunt, etſi attendis præter loquacitatem, non aliud inuenies. Quid ex hoc? nunquid impetratio? immo & condemna-
tio. Baſil. *Vide*, ait, *ne cùm hinc migraris loco mer-* 58.
cedis recipienda, pro diuinis laudibus, vnà cum ijs, qui nomen Dei execrantur, & blaſphemis vocibus inceſſunt, condemneris. Nil aliud tremendum, cuius rationem adducens Sanctus eam eſſe affirmat, quia non ſolùm qui talia agit, ipſe in templo Dei non canit gloriam, ſed nec quod alter canet ſinit. Vnde ait, *In templo eius omnes dicent gloriam, tu autem non ſolùm non dicis, ſed alteri cuipiam impedimento es, eumque ſibi vni reddis attentum dum obſtrepere tuo clamore obtundis, & exuperas perſonantem Spiritus ſancti doctrinam.* Numquid hoc eſt orare, aut ea tali oratione impetrationem expectare? Nil minus, orandum equidem, deuotè orandum, attentè orandum, ſilenter orandum ſine ſtrepitu, quod equidem totum nobis docuit Magiſter ille ſummus in ſuis orationibus quando hîc degens Patrem orauit.

Quanti periculo ſe exponãt loquaces in Eccleſiis.

Enim verò *Luc.* 7. *num.* 12. electurus Apoſtolos notanter ait Euangeliſta, *quòd exijt in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei.* Ad quid ad montem exire, qui facie ad faciem Dei cernebat eſſentiam? nunquid concurſus hominum, aut ciuitatis locus eum exturbare poterant? Nil minus. Ergo cur receſſit? Sanè reſpondet
Titus Boſtren. Bibl. 1. tom. 4. *Vt per hoc ſpiritua-* Tit. Boſtren.
lis vita formam ſeipſum praberet, quique inter ve- 59.
ros adoratores cenſendi ſunt, patefaceret. hoc vltimum adnoto, voluiſſe ſecedere, vt veros patefaceret adoratores; quid hoc? Reſpondet idem
Cur Chriſtus ſecedebat ſeorſum ad orandum.
veræ orationis, & veri adoratoris ſigna præbens. 60.
Nam qui ſalubriter precari cupiunt, ſanctas puraſque, & ab omni ambitione alienas manus ad Deum ſubleuent, eumque in modum ſeſe componere operientur, quaſi diuinam maieſtatem coram aſſiſtere conſpiciant, debent adhuc mentem ab omni tumultu mundáque cura abducere, & ſeuocare, debent æquè non remiſsè, aut ignauiter, hoc eſt, cum quodam mentis tædio, & animi inconſtantia illud ipſum facere, ſed conſtanter, & ſtudiosè: debet poſtremò, opus ſi forſitan præ manibus eſt, in ſecundis habere,

Orationis conditiones.

neque

neque mirari, aut frangi ſi non ſtatim audiantur, audiuimus enim Dominum noſtrum, non quouis modo, hoc eſt, obiter oraſſe, ſed in oratione Dei pernoctaſſe. quot verba, tot piæ orationis ac deuotæ præcepta, & neſcio an alias meliores, aut luculentiores inuenies, quas ſi vt par eſt proſequeremur, nullus prope eſſet finis, tu mi lector exeudes, nam ſufficit mihi eas tibi prælibare, & memorare, vt oſtendam omnes veræ orationis partes hunc grauiſſimum authorem breuiter narraſſe. nam piæ, ac veræ orationis pars, vt omnes affirmant Doctores, & puritas vitæ; *ſecunda* humilitas, hæc innuit, dum ait; *Sanctas puraſque ab omni ambitione alienas manus ſubleuent.* *Tertia* reuerentia, reſpectus & admiratio diuinæ maieſtatis, cumque orans loquitur, & in eius præſentia aſſiſtit, quod omnes tantum inculcant ſpirituales magiſtri, vnde ait. *Eumque in modum ſeſe componere oportet, quaſi diuinam maieſtatem, coràm aſſiſtere conſpiciant.* *Quarta* eſt ſumma attentio, de qua loquitur, vnde ait. *debet ad hæc mentem ab omni tumultu mundáque cura abducere.* *Quinta* eſt deuotio ac feruor cum quo orandum, hoc eſt, promptè, non ſegniter: vnde ait, *debet aquè, non remiſſè, aut ignaui.* *Sexta* eſt ſegregatio & ſeceſſio ab omnibus operibus exterioribus, ſi quæ adſint, ſic vt pro tunc ſequeſtretur omnia manualia opera. Vnde ait, *Poſtremò opus ſi quod fueris.* Tandem *ſeptima* neceſſaria perſeuerantia. Vnde ait, *neque mirari, aut frangi.* Quid amplius in oratione requiri poteſt, quæ omnia ſi attendere velis, in ea Chriſti oratione inuenies. nam puritas, & humilitas tum ex eius vita, tum ex facto demonſtrabat ad orationem accedens, vt Apoſtolos eligeret, quaſi illa neceſſitaretur, & non eſſet Deus, & ideo conſilium deberet requirere. Reuerentia autem, & reſpectum & attentionem in ſeceſſione demonſtrat, quaſi indignum reputans in loco communi cum patre alloqui, illumque deprecari, attentionem in orando demonſtret, dum non per diem, ſed per noctem orat, vt totus in oratione eſſet. feruor autem innuitur in illis. nam non quomodolibet ſtabat, ſeu non in qualibet oratione, ſed *in oratione Dei*, quod ſignificat propriè illum altiſſimum modum orandi, ac contemplandi, quem Sancti ex Dei infuſione habent, quando à Dei ſpiritu aguntur, ſubleuantur, attrahuntur, miro incendio, miróque feruorè, ſeceſſos ab operibus, vt patet dum & in montem ſeceſſit, & in nocte ab ipſomet ſomno feriatus. Tandem perſeuerantia, dum pernoctat, de qua re infrà ſuo loco. Ora tu ſimiliter, & piè ac deuotè orabis, quæ eſt prima orationis infallibilis circumſtantia.

Annot. Moral. LXXXV.

De ſecunda conditione orationis infallibilis, quæ eſt de neceſſarijs & vtilibus ad ſalutem.

HÆc eſt ſecunda & neceſſaria infallibilis orationis conditio, quam Sanctus Auguſtinus eruit, ex illis verbis. *Primùm quærite regnum Dei, & hæc omnia adijcientur vobis*, vt ſuprà diximus; at efficaciùs hoc eruitur ex illis Ioan. 1. Can. c. 5. n. 13. *hæc eſt fiducia quam habemus ad Deum, quia quodcumque petierimus ſecundùm voluntatem eius, audit nos.* quæ explicans Didymus pulchrè eruit hoc es modo, quo Apoſtuli petebant. nam ait, cùm ipſi ſemper, quæ ad ſalutem neceſſaria, vel vtilia peterent, ac pro his ſemper exaudiebantur, *præſumebant*, ait, *quoties alijs eo quoque modo peterent exaudiendos.* Quod apertè colligitur ex ſequentibus, quæ Ioannes addit, nempe, *Scimus, quia audit nos quidquid petierimus, ſcimus quoniam habemus petitiones quas poſtulamus ab eo.* Quæ vltima notanda. nam in illis oratio totalis conſiſtit exauditionis. Ad quod declarandum adnoto ly *petitiones* intelligi debere, non pro petitionibus, hoc eſt, pro rebus petitis, & conceſſis, ſed pro rebus petitis, & concedendis; & ly *habemus* non pro poſſeſſione earum ad extra, ſed, vt ſic dicam, ad intra, quatenus non ex carne & ſanguine, ſed ex impulſu Spiritus ſancti, qui cùm omnem Dei voluntatem, & ſecreta nouit, impellit ad poſtulandum gemitibus inenarrabilibus, quod cùm adſit, infallibile eſt ſignum impetrationis, vt ſupra dicebamus, & hoc ſenſu hæc verba intelligit Didymus, qui pulchrè ſic hunc elucidat locum. *habentibus enim ſcientiam voluntatis diuinæ munificentiſſimus atque largiſſimus eſt Deus, & petitionem ſecundùm voluntatem ſuam habitas confert, multam fiduciam concipientes apud eum ſanctum filij apud Patrem, vnde confidunt ſe percipere pro quibus rogant, certè ſcientes, quoniam audit eos, cùm præſtari ſibi poſcunt quæ illi grata ſunt.* Ex quibus apertiſſimè conſtat ſecundùm Ioannis & Apoſtolorum ſenſum, ad hoc vt impetratio ſit infallibilis, debere eſſe de illis rebus, quæ ſunt ſecundùm Dei voluntatem, quæ cùm ſit noſtræ ſanctificationis, vt ait Paulus 1. *ad Theſſalon. cap. 4. num 3.* ſequitur euidenter quòd promiſſio infallibilitatis tantum erit circa eas res, quæ ad ſalutem conferunt, & ad illam neceſſaria ſunt, vt communis fert ſententia omnium Patrum, & Scholaſticorum.

1. Oratio tunc infallibiliter audietur quando quæ Dei ſunt placita poſtulamus.

2. Ad ea poſtulanda Spiritus ſanctus nos impellit.

Ad pleniorem huius rei intelligentiam, notandum neceſſarium eſſe duplex, aut abſolutè, aut ſecundùm quid, ſic etiam aliquæ res ſunt ad ſalutem neceſſariæ ſimpliciter, vt gratia, virtutes, opera ſtudioſa; alia ſecundùm quid, quæ ſunt omnia illa, quæ homo neſcit, an ad ſuam conducant ſalutem, & ſint vtilia, nec ne, vt paupertas, ægritudo, honores, diuitiæ, ſalus corporis, cæteraque, quæ poſſunt eſſe, aut materia virtutis, aut vitij, & de omnibus intelligenda eſt infallibilitas, ſed cum hac differentia, vt de abſolutis neceſſarijs, ampliorem fiduciam ſpemque concipere poſſimus recipiendi; non ſic autem de his, quæ ſecundùm quid neſcimus, an ſint vtilia ad ſalutem; ex quo fit vt primi generis abſolutè, & efficaciter abſque conditione, cum magna confidentia petere poſſumus; ſecundi verò generis non niſi conditionatè, ſi ad ſalutem conducibiles. nam, vt Apoſtolus ad Roman. 8 num. 16. *nos quid oramus ab ipſo eſt quod ſcimus.* quæ doctrina clara eſt. nam licèt Suarez *de oratione in communi cap. 23. num. 8.* Metaphyſicè conſideret bonum honeſtum poſtulandum, quod per ſe non confert ad ſalutem, neque illam impediat, & diſputet, an hoc comprehendatur, affirmatque comprehendi; tamen non amplius affirmat, quàm cæteri;

3. Neceſſaria ad ſalutem duplicia ſunt abſoluta & ſecundùm quid & de omnibus eſt orandum, ſed cum differentia.

S. Auguſt. — Suarez.

cùm dicat quòd tale bonum non poteſt aliquo modo non prodeſſe ad ſalutem, & vt ſic oratio erit ſupernaturalis, quod idem eſt ac dicere, quod licèt non per ſe conferat ex intentione Dei, aut orantis, poteſt conferre, quod idem ſonat, quod nos affirmamus. Ex quibus omnibus conſtat, quomodo propoſitio de neceſſariis ad ſalutem ſit intelligenda, & quæ à Deo ſint petenda, vt infallibilem conſequantur poſtulationem; quod cùm ſit, illud nunc admirari libet, vt cùm Deus totam orationis infallibilitatem in neceſſariis ad ſalutem, ſiue abſolutè, ſiue ſecundùm quid,

4.
Hominũ in uerſio in orã-do dum non efficaciter orant pro neceſſariys ad ſalutem, ſed ad bonũ temporale.

reponere placuit, & hæc enixè ac ardenter petere; homines his relictis toti ſe conferunt ad poſtulanda vana, futilia, non neceſſaria, dolentque ſi pro his non exaudiantur. *Alius*, ait Baſilius homil. 5. in Pſalm. 28. *ex affecta tantum orat, alius ſcitè & prudenter cœleſtia quærit, quidam perfunctoriè, nec acri intentione ſummis labiys verba loquitur, cor autem eius longè eſt à Deo, & ſi etiam orat, carnis tamen proſperam valetudinem, corporis bona, inſuper & diuitias, & gloriam quærit humanam.* Quid ineptius? nunquid ob hæc Chriſtus mortuus, & ſua morte infallibilem nobis harum rerum obtinuit impetrationem.

5.
Oratio efficax quæ.

Hinc equidem illa oratio erit efficax quæ nihil rerum huius mundi ſecum importat, ſed tota ſe erigit in bonum, ac ſpirituale deſiderium. Geneſis 24. num. 1. *Eratque Abraham ſenex, dierumque multorum, & Dominus in cunctis benedixerat ei*, ait ſacra Scriptura. *Dixitque ad ſeruum ſeniorem domus ſuæ, Pone manum tuam ſubter femur meum, vt adiurem te per Dominum Deum cœli & terræ, vt non accipias vxorem filio meo de filiabus Chananæorum, inter quos habito, ſed ad terram & cognationem meam proficiſcaris, & inde accipias vxorem filio meo Iſaac.* Quod cùm audiſſet ſeruus, obiiceretque ſi mulier venire nollet,

6.
Abrahã vnde certò ſperanis Deum miſſurũ Angelum ad viã ſerui dirigendam.

an ductutus ipſe eſſet Iſaac in terram paternam; cui Abraham, *Caue ne quando reducas filium meum illuc, Dominus Deus cœli mittet Angelum ſuum coram te, & accipies inde vxorem filio meo.* Vnde peto tanta fiducia Abrahæ vt pro certo æſtimet Angelum Deum miſſurum ducentem, regentem, ac gubernantem ſeruum? mea ſententia, quia tantùm ſpiritualia petebat, non temporalia; totus ad bonum filiæ ſpirituale, non temporale, vxorem illi procurans, non pulchram, non diuitem, non Principem, ſed ſanctam, bonam ſanguinis, vt ſic dicam, Catholici, non hæretici.

Ambroſ.

Quod eleganter adnotauit Ambroſius in hunc locum, ſic fatus. *Conſtrinxit ſeruum iuſtus vt non de ſemine Chananæorum accerſiret domino ſuo, quorum generis author patrem non honorauerat, & ideo maledictionis hæreditatem tranſmiſit in ſuos, vt cognoſcamus fidem, & quandam hæreditatem de authoris proſapia in his requirendam, quos nos volumus adiungere.* Pulchrè, renuit etſi homo diues ac præpotens, matrimonia iungere cum potentibus Chananæorum, qui ab illo deriuantur ſanguine (Cham ſcilicet) qui patri debitum non deferens, honorem ſub maledicto comprehenſus, filios procreauit maledictionis, quod ſapiens, ac ſanctus conſiderans pater, totus ad filij ſpiritualem profectum maluit pauperem, ſed Chriſtiani ſanguinis (vt ſic dicam) filio mulierem dare, quàm infecti, etſi diuitem, ac præpotentem; cuius rationem adiungens Ambroſius, cur ſcilicet cum catholicis matrimonia iungenda, non cum ſanguine infectis, ſic luculenter addit. *Cum Sancto enim Sanctus eris, & cum peruerſo peruerteris; ſi hoc in aliys, quanto magis in coniugio, vbi vna caro, & vnus ſpiritus eſt; quo modo autem poteſt congruere charitas ſi diſcrepet fides? & ideo caue Chriſtiana Gentili, aut Iudæo filiam tuam tradere; caue alienigenam, hoc eſt, hæreticam, & omnem alienam à fide tua vxorem accerſere tibi.* Quod ſanum conſilium ſequens Abraham, non ſimpliciter, ſed ſub iuramento famulum adſtrinxit, vt filio ſuo vxorem non acciperet de filiabus Chananæorum, quod factum etiam ponderans Chryſoſtomus ait. *Vidiſti mandatum Patriarchæ, cogita mentem iuſti, & attende quomodo veteres non quærebant ſubſtantiam multam, non diuitias, non ſeruos & iugera agri tot, & tot, non externam venuſtatis formam, ſed animæ pulchritudinem, & morum nobilitatem; vnde videns malitiam Chananæorum præcepit ſeruo cum iuramento, vt ex ſua cognatione vxorem ducat Iſaac, & neque interuallum locorum, neque alia difficultates ſegnem eum in his reddebant, ſed ſciens rei neceſſitatem, omni cura miſit ſeruum.* Quid ergo ſi talia operans, talia intendens, talia procurans de Dei protectione fidat certum ſe exauditurum æſtimans, Deumque Angelum ſuum miſſurum.

7.
Matrimonia nunquam eſt infidelibus & hæreticis tractanda, & pulchre hoc vel Ambroſij ratio.

Chryſoſt.

8.
Abrahã cum Chananais matrimonia iungere noluit.

Immo qui ſic ſunt animati, vt tantùm ſpiritualia quærant, non ſolùm exaudiuntur, ſed ſic citò, vt vix verba orationis promant, ac negotium abſolutum, hoc equidem adnoto in ſeruo ab Abrahamo adiurato, qui ex domini ſui exemplo & doctrina inſtructus, ad locum perueniens, non auro, non argento, non gemmis, non veſtibus fiſus, ſed oratione, vt aptam filio domini ſui mulierem acciperet, ſic orauit. *Domine Deus domini mei Abraham, occurre obſecro mihi hodie, & fac miſericordiam cum domino meo Abraham, puella cui dixero: Inclina hydriam tuam & bibam, & illa reſponderit, bibe, quin & camelis tuis dabo potum, ipſa eſt quam præparaſti ſeruo tuo Iſaac.* Qua oratione vix peracta, vix completa, en Rebecca *nedum*, ait ſacra Scriptura num. 15. *intra ſe verba compleuerat, & ecce Rebecca egrediebatur.* Vnde tam citò exauditus, vt vix verba pronunciauit, ac impetratio. Sanè, vt adnotat Theodoretus *ſermon. 8. de prouidentia*, quia non fidit in gemmis, ſed in oratione, & in illa non petiit terrena, ſed diuina, non carnalia, ſed ſpiritualia. *peruenit ad charras, Camelos recumbere ſinit*, ait Theodoretus; *ipſe vero donis quæ ſecum ferebat, & omni diuitiarum ſplendore longum valere renuntians, manibus in cœlum extenſis Deo ſupplicat.* O magnum ex hoc documentum patribus amiciſque, ac pronubis datur, potius oratione, quàm largis ſponſionibus matrimonia tractanda; en famulus iſte diſcretus, etſi Camelos de omnibus ſui domini bonis honorauerat, tamen longum vale illis præbens, ac omnino ea renuntians, ad orationem procumbit, orationem eſſe concludendam dignè æſtimans; at quid in illa orauit? qualiſque eius extitit oratio? *fide, ſapientia, ac pietate ornata*, ait Theodor. *fide, quia iuſtitia domini ſui confidit, & quod omnibus aliys renuntiat, & profectionis cauſam diuinæ prouidentiæ committit, quis non pietatis, & supernæ ſapientiæ opus eſſe dicat?* At quid orauit, *non formam*, ait idem, *non corporis ſtaturam, non generis ſplendorem, non diuitiarum abundantiam, ſed mentem hoſpitalem, mores placidos, manſuetam, & modeſtam facundiam, æquum, & humanum animi habitum, &*

9.
Oratio ſpiritualia petens quàm citò exauditur.

10.
Seruus Abrahami in oratione exauditus, quia non fidit in auro.

11.
Matrimonia oratione petenda, quàm ſponſionibus tractanda.

herili

12. *Homines non exaudiuntur quia ſpiritualia non petũt & quæ ad ſalutem conducunt.*

herili domo dignum hæc petijt, hæc accepit. Nil elegantius, *hæc petijt*, quæ ſpiritualia bona, quæ ſancta, quæ ad vitam conducibilia æternam. *hæc accepit*, non poſt annos, non poſt longum tempus, ſed illico ſtatim, in inſtanti, *ſic vt nedum*, vt ait ſacra Scriptura, *intra ſe verba compleuerit.* Ora tu ſimiliter, & accipies, & quod petis, & citò; quod ſi ſic non oras, ſi non proficua, ſi non ad ſalutem neceſſaria, immo nociua, quid mirum ſi non exaudiris.

13. *Rerum penditur deceptio, & ſoluitur argumentum ſpiritualia non petentium, ſed temporalia.*

Neque enim valet ſi dicas, te hæc temporalia petere, vt ad ſalutē conducibilia. nam in hac petitione latet anguis in herba, cùm ſalus non ſit verè, & realiter motiuum iſta temporalia petendi, ſed potiùs pallium, vt ipſa conſequaris, ſcis enim & fides te docet, hæc tibi Deum non conceſſurum, niſi in ordine ad ſalutem; quid ergo tu, illis cupidus fingis ſalutis deſiderium, & ob illam affirmas te iſta deſiderare, cùm tamen non appetis realiter ſalutem, & bona ob ſalutem, ſed è contra ſalutem ob bona, hincque indignus exaudiri inueniris, quia non ſimplici, ſed duplici oras corde, immo dignum te efficis potius ſupplicio, quàm exauditione. 3. *Regum* 2. *n.* 15. Adonias ad matrem

14. *Adonias cur à Salomone occiſus.*

Salomonis accedens, vt Abiſag Sunamitidem ab illo ſibi peteret, ſic ait. *Tu noſti, quia meum erat regnum, & me propoſuerat omnis Iſraël ſibi in Regem, ſed tranſlatum eſt regnum, & factum eſt fratris mei; nunc ergo petitionem vnam precor à te, ne cōfundas faciem meam, precor vt dicas Salomoni Regi, vt det mihi Abiſag Sunamitidem vxorem.* Sic iuſta Betſabeæ hæc viſa petitio, vt ſtatim ad filiū acceſſerit petens Adoniæ Abiſag. Ex qua petitione indignatus, ac in iram totus abiit Salomon, vt ſtatim mandauit occideretur Adonias, vti & occiſus eſt, quæ malitia in hac petitione, vt non poſtulationē, ſed mortem meruerit Adonias? Sanè prolatam eſſe ex duplicitate, ſimplicitatem diſſimulans; attende; *tu noſti*, ait Adonias Betſabeæ, *quia meum erat regnum, quia Iſrael me propoſuerat*, quia coronatus, quia iam Rex, & tamen cùm hoc eſſet fratri meo ex abrupto tranſlatum, ob quod ingenti premor triſtitia, dolore, luctu. Quid ergo vt illum eleuet, vt in tantis malis aliquod excipiam ſolatium, vt non penè triſtitia conſumar, precor vt mihi det frater meus Abiſag Sunamitidem, plus à me dilectam, quàm ipſummet regnum. ſit hoc Salomonis, ſit mea Sunamitis, vterque felices cum hoc, ipſe ex regno, ego ex Abiſag. Quem non moueret talis oratio, talis precatio? hinc non mirum, vt ſtatim Berſabea ad Regem de impetratione certa. At, quid Salomon? *Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, quia contra animam ſuam locutus eſt Adonias verbum hoc.* Cur contra animam ſuam? cur ex illa morte dignus & occiſus? Amice, quia duplicitatem petitionis calluit Salomon, quod non Betſabeæ, atten-

Abulenſis.

dit enim, vt ait Abulenſis, ſub illa petitione ſimplici, quæ moleſtiarum ſubleuamen petebat ambitionem extare regnandi, & hoc eſſe motiuum petendi Berſabeam, non triſtitiæ remedium. Vnde ſtatim de hoc matrem aduertens, illi ait, *Cur Adonia petis Abiſag, poſtula ei & regnum.* Meritò ergo occiſus, qui non ſimpliciter, ſed duplici corde orauit. Ad rem noſtram Bernardus in declama-

Bernard.

tionibus ad illud, *Ecce nos reliquimus omnia. Indignus, ait, cœleſti benedictione conuincitur qui duplici intentione petit.* Dignus ergo morte extitit Adonias, quia etſi honeſta prima fronte petere videbatur, tamen peruerſa intentione regnum affectabat, matrem decipiens Regis, non Regem; quid ergo? & adſimilia tibi euenient quando non ſimplici, ſed duplici oraueris corde, indignus reperietis cœleſti benedictione, quia etſi ob æternam ſalutem temporalia petere dicas, non realiter, ſic eſt ſi verè te examinare, ac ſcrutari velis, ſed ſalutem ob temporalia bona; quid ergo, nunquid & Deum decipere putas? ſalleris, ac pro petitione ſupplicium reportabis. hinc non mireris quando ad Dei ſeruos accurrens vt pro te verum orent Salomonem quòd non exaudiantur; petis inutilia, petis temporalia ſub ſalutis æternæ prætextu; nec iſti exaudiuntur, & tu potius pœnam reportabis.

15. *Serui Dei cur ſæpe pro alijs orantes non exaudiantur.*

hinc hoc callens Saluianus *lib.* 1. *de prouidentia*, hanc præueniens quaſi diaboli calumniam tuam, exturbare orationem procurantis, ſic ad Dominum orans dixit. *Domine, non proſperitatem vitæ iſtius petimus, nec pro bonis præſentibus ſupplicamus, ſcimus enim aures tuas pro his ſupplicationibus clauſas eſſe, & auditum te ad preces huiuſmodi non habere; ſed pro his tantummodo petimus, quæ ſunt futura poſt mortem.* At nunc contrarium agitur, & quòd non exaudiantur conqueruntur. Vnde grauiter pro Domino ſtans Chryſoſtomus loco

Saluian.

Chryſoſt.

16. *Homines iniuſtè de Deo conqueruntur quod eos non exaudit.*

infrà citando ſic ait. *Chriſto iubente nos nihil petere fragilium horum temporalium; nos è contra, quæ non iuſſit, illa quærimus, & quæ iuſſit quæri, illa non quærimus, & hæc facientes, & tam pigrè noſtra inſtituentes exacerbantes mitem, & humanum Dominum, quaſi obliti quæ fecerimus, cauſam quærimus ſuæ in nos indignationis, & quare nos ſæpe deſpicias, in varia incidentes tentamenta, & non cogitantes peccatorum noſtrorum magnitudinem, nos metipſos decipimus voluntariè.* Si ad praxim hæc adaptes, experientia propria veritatem intelliges Chryſoſtomi; ingentes aliquando de Deo fundi querelas, quia poſtulatis non annuit, quia vota non recipit, quia paupertatem non tollit, quia tribulationes non ſubleuat, & non miſeri attendimus, vt ait Chryſoſtomus, quòd toti carnales, ea petimus, quæ quæri non iuſſit, & ea non petimus, quæ peti mandauit. Pete amice

17. *Petenti ſola ſpiritualia & carnalia adijciuntur.*

ſpiritualia, & fide quòd carnalia tibi adijcientur. nam ſi totum te viderit Deus ad ſe, quomodo ipſe non totus erit ad te? tua curans non ſolùm ſpiritualia, ſed temporalia, dum videt te totum ſpiritualia procurare.

18. *Sancti ſe totos Deo dāt quia Deum ſe totum illis.*

Ex hac quippe conſideratione vice verſa homines ſancti, ac ſpirituales, quia Deum vident totum ad ſe, ideo ipſi omnia obliti totos ſe ad Deum dant, ſolius Dei recordantes, ad ſpiritualia tantùm anhelantes: ex quo fit vt poſtea carnalibus etiam abundent. enim verò Iacob *Geneſis* 28. *num.* 13. ſic in ſomnis Dominum audiuit ſecum alloquentem. *Ego ſum Dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Iſaac, terram in qua dormis, tibi dabo, & ſemini tuo, eritque ſemen tuum quaſi puluis terræ, dilataberis ad Orientem, Occidentem, Septemtrionem, & Meridiem, & benedicentur in te, & in ſemine tuo omnes Tribus terræ, & ero cuſtos tuus quocumque perrexeris, & reducam te in terram hanc, nec dimittam te niſi compleuero quæ dixi.* Poſt quæ è ſomno exſurgens Iacob, ſtatim vngens lapidem erexit in titulum, & vouens votum dixit. *Si fuerit Deus mecum, & cuſtodierit me in via per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad veſcendum, & veſtimentum ad induendum, reuerſuſque fuero proſperè in domum patris mei, erit mihi Dominus in Deum, & lapis iſte vocabitur Dominus Dei. cunctorumque quæ dederis mihi, decimas offeram tibi.* In quo loco aduertendum quanta magnalia temporalia

Deus promiſerit Iacob, equidem ſi attendes ingẽtia, terram io qua dormiebat, per quam non intelligenda illa palmaris, vt ſic dicam, in qua dormiebat, ſed totam prooineiá, ae regnum illud Chananæorum, promittit ſemen ſic fœcundum, vt puluerem æquet terræ. Promittit dilatationem ſic prægraodẽ, vt quatuor mundi repleat partes, promittit fœcundam benedictionem. Tandem in his omnibus proſperis adiecit promiſſionem certiſſimam ſuæ custodiæ, & reductionem in patriam, &

19. *Iacob vt ſe totũ Deo dicauit, nil de temporalibus curans.* cùm hæc omnia Iacob audiſſet, quaſi omnium oblitus præter panem, & veſtimentum, hoc eſt, neceſſaria, totum ſe contulit ad vota, ad ſacrificia, ad promiſſiones, ad ſponſiones, ad pro Deo profuſiones; cur hoc? cur in voto non mentionem fecit omnium promiſſorum, cur ad iſta non ſe extendit, ſic ampla, ſed tantùm ad neceſſarium victum & veſtitum? Sanè ob rationem quam diximus, vidit totum Deum ad ſe, hinc ipſe totũ ſe in Deum tranſtulit, nil amplius in oratione petens, ac voueos niſi ſpiritualia templa, ſacrificia, adorationem, decimas; qoid ergo mirum ſi in omnibus exaoditus, quando poſtea in patriam redit cum duabus turmis, qui ſolus egreſſus fuerat, inſtà

Chryſoſt. *cap. 31. num.* 10. quod obſeruans Chryſoſtomus

20. *in hunc locum*, ad imitandum hunc iuſtum nos

Deus temporalia nobis praſtabit etſi non petamus. prouocans ait. *Æmulemur omnes hunc iuſtum, & nihil temporale petamus à Domino, neque enim expectat donec à nobis admoneatur, ſed & non petentibus largitur, & quæ ad vſum pertinent.* Probat eleganter dictum, ſcilicet non expectare Dominum vt hæc temporalia à nobis petantur, vt ea dernato abſque petitione ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtus & iniuſtos. Quid ergo ait Chryſoſtomus, nónne hoc argumentum eſt quòd ſi ſpiritualia petamus, & hæc temporalia, etiam ſine petitione, adiiciat? certiſſimum. *Oriri facit*, ait, *ſolem ſuper bonos, & malos, & pluit ſuper iuſtos, & iniuſtos. ergo credamus ei admonenti, & dicenti: Quærite primùm regnum Dei, & hæc omnia adycientur vobis. quod nobis ipſe etiam illa præparauit, vt concedat, & hæc in lucri,*

21. *& auctary parte daturum ſe promittit.* ſpiritualia

Temporalia bona ſunt auctaria. præparauit, vt per orationem concedat, temporalia præparauit, & conceſſit abſque oratione, vt auctaria ad ſpiritualia; ergo petendo tantùm ſpiritualia, & temporalia adiicientur, ſic equidem Salomoni 3. Regum 3. num. 13. *Sed & hæc quæ non poſtulaſti, dedi tibi, diuitias ſcilicet, & gloriam.* Quale ergo conſilium ex hoc ſumere debemus? Sanè illud quod ipſemet Sanctus ſequens addit. *Ne igitur ea, quæ ſunt acceſſoria, quaſi primaria pete, ne inuertamus ordinem, ſed quæramus illud ſicut præcepit Dominus, vt & hæc, & illa habere liceat.* Chryſoſtomo nil aliud addendum, niſi concludendum ſecundùm omnium Doctorum doctrinam tunc noſtram orationem infallibilitatem continere, quando non hæc temporalia, ſed ſpiritualia, quando neceſſaria petimus ad ſalutem æternam conſequendam.

Annot. Moral. LXXXVI.

De tertia conditione infallibilis orationis, vt ſit pro ipſo orante.

Hæc eſt tertia infallibilis orationis conditio, vt ſcilicet quis pro ſe petat, non pro alio. nam licèt Sancti pro aliis frequentiſſimè exaudiuntur, tamen ratio, quæ pro aliis funditur, non continet infallibilitatem, quia Chriſti promiſſio non fuit omni orationi, ſed ei tantum, quam quis pro ſe fundit, quæ opinio eſt Auguſtini *tractatu* 73. *&* 102. *in Ioannem*, quam ſequuntur Diuus Thomas *vbi ſuprà artic.* 15. *&* 16. & omnes antiqui Scholaſtici verba Auguſtini ponderantis illa verba Ioannis cap. 16. num. 23. *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis*, ſunt, *exaudiuntur quippe omnes Sancti pro ſe ipſis, non autem pro omnibus exaudiuntur vel amicis, vel inimicis ſuis, vel quibuſlibet alys, quia non vtcumque dictum eſt dabit, ſed dabit vobis.* 1.

An hæc conditio ſit neceſſaria.

S. Thom.

August. *Prima ſententia.*

At licèt hæc ſententia Auguſtini ſit omnium antiquorum Scholaſticorum, tamen aliqui moderni, & quidem grauiſſimi authores reputant, hanc conditionem non eſſe neceſſariam ſi aliæ adſint, vt ſcilicet quando oratio eſt ex fide pro neceſſariis ad ſalutem, & perſeueranter oblata, tunc dicunt promiſſionem infallibilitatis ſe extendere etiam quoad alios, dummodo ex parte iſtorum non ſit impedimentum, & ſit æquè diſpoſitum ſubiectum ac ipſe orans. hanc opinionem tenet Salmeron *de ſermone Domini in monte, tomo* 5. *tractatu* 61. *§. alterum quod petitioni.* Toletus *in cap.* 16. *Ioann. Annotation.* 10. Valentia 3. *tom. diſputat.* 641. *puncto* 4. Bellarmin. *tomo* 3. *tractatu de oratione cap.* 9. ſi attentè legatur. Suarez *lib.* 1. *de oratione cap.* 27. fundat hanc ſuam opinionem, Toletus ex illo, alij primò ex ſacra Scriptura, vt ex illo Ioann. cap. 14. num. 13. *quodcumque petieritis in nomine meo, hoc faciam.* Vbi locutio eſt generalis, non reſtrictiua ad illum qui petit, & hîc etiam videtur generalem eſſe locutionem. *Omnis qui petit accipit.* & ex 1. Ioann. 15. num. 13. *hæc eſt fiducia quam habemus ad Deum, quòd, quodcumque petierimus ſecundùm voluntatem eius audit nos.* & infrà, *Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccatum ad mortem, petat & dabitur ei vita peccanti non ad mortem.* Ex quibus omnibus locis patet generalem eſſe locutionem, ſiue aliquis pro ſe, ſiue pro alio petat. *Secundò* probat ſuam ſententiam Toletus ex authoritate Baſilij *in regulis breuioribus regula* 261. *vel* 262. at re vera ſi attentè legatur Baſilius nil de hac re. nam ibi tantùm tractat de impedimentis orationis, & cur aliqui aliquando non exaudiuntur, & inter cætera ponit indignitatem orantis, & exemplum quod affert Hieremiæ, qui non fuit exauditus propter malitiam eorum pro quibus deprecabatur, non ideo attulit, quaſi intelligeret id quod intendit Toletus infallibilitatem orationis, etiam pro aliis, ſed quia orans pro aliis indignis quaſi indignus ipſe efficiebatur, etſi ſanctus eſſet & iuſtus. nam pari modo & indignum effecit Dauid, quando orans pro ædificatione templi non fuit exauditus. Verba eius, *fit autem interdum, vt rogantis indignitas cauſa ſit, quamobrem non impetretur quod rogatum ſit, quem admodum in Dauid, qui cum ſupplex rogauit à Deo vt liceret ſibi ædificare domum Deo, prohibitus eſt, licèt à Dei gratia excluſus non eſſet, nihilominus tamen hoc, quod petebat, idoneus, qui impetraret iudicatus non eſt. nam Hieremias apparet non additum fuiſſe propter malitiam illorum pro quibus orabat.* Cur non auditus propter malitiam?

Salmeron. Toletus. Valentia. Bellarm. Suarez.

2. *Secunda ſententia.*

Baſil.

malitiam? equidem ex ſenſu Baſilij, quia non idoneus repertus, quod intendebat, nil aliud exquirens. Hoc ideo dixerim, quia reuera nullus ex antiquis tum Patribus, tum Scholaſticis pro hac eſt opinione, in qua re quid mihi probabilius videtur, paucis aperiam, argumentationibus relictis.

2. *Authoris opinio.*

Dico ergo quòd propter authoritatem recentiorum grauiſſimorum, qui eam tenent, ac morales argumentationes, quas in eius fauorem adducunt, opinionem eſſe piam, & probabilem, & optimè defendi ac propugnari poſſe: at verò, quia de intelligentia agitur Scripturæ, & de extentione promiſſionis Chriſti, cùm reuera nullus ſit ex antiquis Patribus pro illa ſententia (ſaltem quod ego ſciam, & ſimul auctores quos viderim) qui Chriſti promiſſionem faciant generalem, in omnibus illis ſacræ Scripturæ locis ſuprà adductis, vt intelligantur ſcilicet, tam pro ſe, quando quis orat, quàm pro aliis. Opinio Sancti Auguſtini, & Sancti Thomæ cæterorumque antiquorum, videtur magis certa & vera, ac cum communi concludendum inter cæteras infallibilis orationis conditiones hanc eſſe vnam, vt ſcilicet pro ſe quis petat.

3. *Illi quantum errent qui nō operādo alienis fidūt orationibus.*

Ex hac communi concluſione illud morale documentum velim vt eruamus, quantum ſcilicet decipiuntur illi, qui otio ſtertentes, nec bonum aliquod operantes alienis fidunt orationibus; quid ergo putant exaudiri? nil minus. cuius equidem ratio mea ſententia illa eſt, quia cùm ad impetrationem illa ſit neceſſaria oratio, quæ non voce tantùm, ſed corde promatur, qui alienas poſcit orationes, in illis fidens, nil ipſe operans tantùm voce, non corde orat; quid ergo mirum ſi non exaudiatur; enim verò *1. Reg. cap. 1. num. 17.* Heli Sacerdos ad Annam. *Vade in pace, & Deus Iſraël det tibi petitionem tuam quam rogaſti eum.* Cui reſpondens Anna, *Vtinam*, ait, *inueniat ancilla tua gratiam in oculis tuis.*

Abulenſis.

Quid hæc ſonant? Rectè Abulenſis precatiuonem vt Pontifex pro ipſa oratet, *dicendum*, ait, *quòd intelligatur quòd Anna petebat ab Heli Sacerdote vt oraret pro illa ad habendum petitionem ſuam.* quam equidem obtinuit Samuelem concipiens; at quid, nunquid tantum Sacerdotis orationi fidit, nil ipſa orans, nil cooperans? nil minus, immo & primò, & amplius orauit ardenter, efficaciter, ex corde; vnde ſi Sacerdos ore, illa ex corde; quod expendens Cyprianus de oratione Dominica ſic ait. *Loquebatur Anna pro ſe occulta, ſed manifeſta fide loquebatur, non voce, ſed corde, quia ſic Deum ſciebat audire, & impetrauit efficaciter, quia fideliter poſtulauit.* Impetrauit efficaciter, non equidem ſolùm, quia orationem expetit Sacerdotis; ſed quia & ipſa petiit, ipſa cooperata eſt, ipſa etiam poſtulauit.

4. *Anna cur exaudita, & orationi illius Sacerdotis ſibi proficua.*

Chryſoſt.

Sanctorum virorum, ait Chryſoſtomus *ſerm. ne deſperemus ſi in benefaciendo tardi fuimus, tom. 1 fieri orationum participem, optimum eſt, tum tamen cùm boni aliquid & ipſi facitamus.* nam, vt ipſe infrà ait, *ſi in otio erimus, nemo profectò nobis orando aliquid poterit vtilitatis afferre.* Quod equidem eleganter euidentiſſimo infrà probat argumento. nam, ait quòd ſi nil nobis agentibus Sanctorum orationes prodeſſent, equidem totus conuerteretur mundus, cùm pro toto illo à Dei Eccleſia oratur, *Plurimum*, ait, *orationes aliorum iuuant, ſed tunc cùm aliquid & nos boni peragimus. nam operantibus nobis cooperantur, & iuuant, quòd ſi deſes manſeris, & ocioſus, nil magnæ vtilitatis conſequère; nam ſi quirent aliorum preces deſides nos & pigros nos ſubleuare ad cælos, quid impedit quominus & ipſi Gentiles omnes Chriſti fidem conſequantur? Nonne pro vniuerſo terrarum orbe oramus? nonne & illud idem Paulus faciebat? nonne & reliquos precando petiuit ſaluos fieri?* Equidem nil magis ad rem. Pro Turcis, pro hæreticis, pro ſchiſmaticis oramus, & ſancta Dei Eccleſia orat, tamen non exauditur. Cur? Sanè, quia ipſi orationibus non cooperantur, otio ſtertunt, & pigritia ac malitia conſumuntur. Quid ergo, & pari modo cum peccatoribus eueniet, etſi Chriſtiani, ſecundum Chryſoſtomi ſenſum.

5. *Vt Sanctorum orationes ſint proficua nobis, ſunt neceſſaria opera.*

6. *Cur illa non iuuant, & quod non mouent nil nobis cooperantibus, pulchra Chryſoſtomi ratio.*

Hinc euenit, vt ſicut quando nos cooperamur, Sanctorum orationes, quæ pro nobis offeruntur, exaudiuntur, ſic non operantes, inualidæ ſunt; enim verò *1. Regum cap. 7. num 8.* concurrentibus Philiſthiois contra Iſraëlem, ex metu iſti ſic ad Samuelem, *ne ceſſes clamare pro nobis ad Dominum Deum noſtrum, vt ſaluet nos de manu Philiſthinorum.* Quod audiens Samuel, *tulit agnum lactentem*, ait Scriptura, *& obtulit illum in holocauſtum integrum Domino, & clamauit Samuel ad Dominum pro Iſrael, & exaudiuit eum Dominus.* Tam citò tantaque maieſtate ac potentia, vt vix Philiſthiim inicere prælium cum Iſraël, ac Dominus ſuper illos intonans exterruit, occidit. *Cumque Samuel offerret holocauſtum, Philiſthiim iniere prælium contra Iſraël, intonuit autem Dominus fragore magno in die illa ſuper Philiſthiim, & exterruit eos, & caſi ſunt a facie Iſrael.* In quo loco, & celeritatem auxilij diuini & impetrationis, ac efficacitas orationis Samuelis attendenda; ſic equidem potens, vt nondum completum ſacrificium, & Deus in campo prælians, ac bellans, quo cum admiratus fueris attende, eumdem etiam Samuelem aliàs impotentiſſimum cũ Deo orationem tum prò populo, tum pro vno tantùm illorum, Saule nempe ſundentem. Vnde Hieremias cap. 15. n. 1. *Si ſteterit Moyſes, & Samuel coram me, non eſt anima mea ad populum iſtum, eyce illos a facie mea, & egrediantur.* Et cùm prope ad defectionem lugeret pro Saul, *1. Regum cap. 15. n. 35.* tamen non ſolum non eſt exauditus, ſed *cap. 16. n. 1.* reprehenſus audiuit à Domino. *Vſque quo tu luges Saul, cùm ego proiecerim eum ne regnet ſuper Iſrael.* In quo loco animaduertenda eſt eſſic citas orationis Samuelis, ſiue, vt meliùs dicam, feruor & ſtudium, ac abſoluta voluntas obtinendi, quod precabatur, & tamen non eſt exauditus; res equidem hæc extra regulam eſt, cùm ſuprà ex Caſſiano & aliorum ſenſu impetrationis magnum ſignum affirmauimus quando feruentiſſime Sancti orant. Cur ergo nunc non exauditus Samuel ſic cum Deo potens, & ſic feruenter orans? ſanè amice, quia non pro ſe orabat, ſed pro aliis, & pro illis tunc celeriter exauditus, quando & ipſi cum eo cooperabantur: vnde ſignanter aduotat ſacra Scriptura conueniſſe Populum in Maſpha, & quod ibi ieiunauerunt, & contriti dixerunt, *peccauimus Domino.* imò & prælia ntes in campo quando Samuel orabat; quid ergo mirum, ſi exaudita oratio Samuelis? at quando apud Hieremiam illud Dominus dixit infrà *n. 4.* ſtatim rationem adiungens ait, *Propter Manaſſem filium Ezechiæ Regis Iuda, ſuper omnibus quæ fecit in Iſrael.* hic enim impius viuebat, ſanctiſſimi Patris impiiſſimus filius, quia cultum idolorum à Patre deſtructum renouans a Deo totum Iſraelem diſtraxerat, im-

7. *Cooperantibus nobis efficaciſſimæ ſunt orationes Sanctorum, inefficaces quando non cooperamur.*

8. *Samuel cur aliquando nō exauditus, etſi feruenter orauerit.*

piéque viuens non mirum quòd inefficaces eſſent Samuelis orationes; quod expendens Sanctus Chryſoſtomus *vbi ſuprà*, ſic ait. *Orauit Samuel pro Iſraelitis, & effectus eſt voti compos, tum tamen cùm eſſent illi Deo accepti.* At per Hieremiam poſtea obſeruat idem quod dixerit Dominus, *Si ſteterint Moyſes, & Samuel, neque id aſſequentur.*

9\. *Sancti etſi Deum placatum iri eſſe pro aliquo, qui nil operatus eſt, operibus poſtea exquirunt quaſi incerti de impetratione quando ſine operibus.*

Immo hoc ſic verum, vt etiam ipſi Sancti pro patribus orantes, ſi fortè aliquando pro ipſis intercedunt, etiamſi nil contulerint, ſed in ſuis ſteterint peccatis, ſic dubij de ipſa remanent impetratione, vt opera procurantes eorum pro quibus orauerunt, iterum ad Deum accedunt impetratione. hoc expendo in oratione illa Moyſis, quando Deum contra populum iratum pro erectione vituli placauit Exodi 32 num. 14. *Placatuſque eſt Dominus*, ait Scriptura, *ne faceret malum quod locutus fuerat aduersùs populum ſuum.* In quo loco expendendum tantam fuiſſe ſanctiſſimi Moyſis vim orationis, vt plus cum Deo potens extiterit eius clamor, quam populi peccati. Vnde licet ipſi actu peccarent, nilque de pœnitentia cogitarent, quinimo de luxu, feſto, & ſolemnitate vituli, agenda tamen pro illis orans ſanctiſſimus legiſlator Deum placauit: bene hoc, & ſi inferiùs legas *num.* 30. reperies

10\. *Moyſes in tanto populi impetratione venia dixit, cùm ſciret Deum eſſe placatum.*

illum ſic populo loquutum, *facto altero die locutus eſt Moyſes ad populum: Peccaſtis peccatum maximum, aſcendam ad Dominum ſi quo modo quiuero eum deprecari pro ſcelere veſtro.* Quæ vltima ſic aliqui legunt apud Lippomanum in Catena, *ſi fortè expiem, orando pro peccato veſtro*; quid hoc? ipſe ſuprà placatum reliquit Dominum, ipſe pro populo exauditus, & nunc quaſi dubitans inquit, *aſcendam ſi fortè quiuero deprecari, ſi oratione placare.* hanc quæſtionem mouet Lippomanus *in Catena*, & reſpondet quòd etſi Moyſes Deum placauerat, non tamen ſciebat, an ſit pro ſemper. *Licet certus eſſet Moyſes, vt Dominum Deum, totum populum ſimul, & ſubitò non eſſe deleturum, non tamen certus erat, an ex interuallo temporis, ſiue per partes, & ideo pro hoc ſe oraturum ſpondet* Meliùs Caietanus, *Quia*, ait, *non impetrauit abſolutè, ideo non audet promittere impetrationem veniæ.* Egregiè ad meum ſenſum, impetrauit, audiuit ex ore Domini populo ſe eſſe placatum, tamen vt prudens, & diuino ſpiritu repletus conſiderauit prudenter, ſe non impetraſſe abſolutè, quia orationem fudit peccante populo, & nil illi cooperante, hinc de tali impetratione parum fidens, poſt machæram, & vindictam exercitam poſt populi pœnitentiam, poſt luctum, lachrymas, & eorum lamenta iterum aſcendit oraturus, vt Dominum placaret, fidens nunc abſolutè impetraturus, & omnino certiſſimum a Domino condonationem reportaturum, vti euenit; vt ex hoc intelligas quàm parum fidere debeas orationibus quæ pro te funduntur, quando tu nil agens, nil cooperans, in peccatis totus manes, reputans ſalutem conſequuturus, quia filius, aut filia, religioſus, aut Religioſa pro te orat. Vnde rectè Chryſoſtomus *homilia prima ad Theſſalon.* hoc expendens ait. *Si nos in virtutis ſtudio ſeduli fuerimus, efficaces erunt & preces aliorum pro nobis; ſi verò deſides fuerimus, nemo nos iuuare poterit.*

Lippoman.

Caietanus.

Chryſoſt.

11\. *Orationes Sanctorum ſemper petendæ.*

At dices: Quid ergo, non ſunt petendæ orationes Sanctorum, aut ipſæ nil adiuuant peccatoribus, & in malo degentibus ſtatu? Nil minus, & petendæ & adiuuant, de qua re videndus Chryſoſtomus *vbi ſuprà*, in ſermone illo, quem allegauimus, & pro nunc ſufficiat tibi eius ſententia *in ſuperiori homilia* allegata, qui ſic hoc concludit negotium. *His itaque cognitis, nec Sanctorum preces contemnamus, neque totum in illas proyciamus, hoc quidem ne deſideamus, ac temere inſidijs opprimamur; illud verò ne extra multum lucrum, & profectum excidamus.* Sed de hac re ſatis, cùm de ea ſæpe aliàs dicemus.

Annot. Moral. LXXXVII.

De quarta conditione infallibilis orationis, quæ eſt perſeuerantia.

HÆc eſt quarta infallibilis orationis conditio, omnino neceſſaria ad infallibilem impetrationem, ſic vt nulla alia ita expreſſe inueniatur à Domino præcepta, vt hæc, ex quo elucet, quanta ſupra cæteras ſit eius neceſſitas; & quia rem iudico neceſſariam, & quæ multum ad animarum conducet profectum, vt ad perſeuerantiam ſe animent, ac ſtabilient in petendo, conſultò paulo extenſiùs rem agam, vtpote res non ſic facilis, & in qua multa ſunt ſcitu digna. Vnde hoc ordine, quâ poſſumus breuitate procedemus. *Primò* dicemus quanto conatu Chriſtus Dominus noſter eam perſuaſit. *Secundò* rationes afferemus, quare aliquando Deus petita differat. *Tertiò* qualis debeat eſſe hæc perſeuerantia. *Quartò* per quid interrumpatur.

§. I.

Quanto conatu Chriſtus Dominus Noſter perſeuerantiam in oratione ſuaſit.

HOc equidem apertè patebit ex duabus parabolis, quas Dominus apud Lucam adiecit, *primam cap.* 11. *num.* 5. immediatè poſt traditam orationem Dominicam. *Secundam* verò *cap.* 18. *num.* 3. ad confirmandum quod dixerat *num.* 2. nempe quòd *oportet ſemper orare, & numquam deficere.* hoc eſt, perſeueranter, & non deſiſtere in petitione etiamſi petita ſtatim non concedantur, ad quod confirmandum parabolam adiecit de vidua; expendo primam tantùm.

Quis veſtrùm habebit amicum, ait Dominus Noſter, *& ibit ad illum media nocte, & dicet illi, Amice, accomoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod ponam ante illum; & ille de intus reſpondens dicat, Noli mihi moleſtus eſſe, iam oſtium clauſum eſt, & pueri mei mecum ſunt in cubili, & non poſſum ſurgere, & dare tibi, & ſi ille perſeuerat pulſans, dico vobis, etſi non dabit illi ſurgens, eo quòd amicus eius ſit, propter improbitatem tamen eius ſurget, & dabit illi quotquot habet neceſſarios.* Multa in hac parabola aduotanda, quæ ſatis conatum Domini demonſtrant, vt perſeuerantiam in orando doceat. Vnde *primò* aduoto Dominum dixiſſe amicum ad amicum acceſſiſſe *media nocte*; quid hoc? non ſuffeciſſet dicere acceſſiſſe quando oſtium clauſum,

1\. *Chriſtus Dominus noſter cur dixit amicum ad amicum media nocte acceſſiſſe.*

quando

quando aliis amicus occupatus? nil minus. Cur ergo media nocte. Ad rem Ambroſius in hunc locum, *vt omnibus momentis, non ſolùm diebus, ſed etiam noctibus oratio deferatur.* Et Titus Boſtrenſis hîc, vt non ſolùm ſignificaret nullum orationis eſſe tempus importunum, aut excuſatum, ſed quòd vnquam ab illa deſiſtunt. *Hæc*, ait, *per modum parabola proponuntur, ne ignauo, negligentique animo precationi inſiſtamus, neque ſi prima forte oratione fuſa auditi non fuimus, ſecundam ſtatim, tanquam qua nullum nobis opera pretium adferre queat, auerſamur, inſultè aliquid iſtiuſmodi animo pertractantes, en ſæpenumero iam acceſſi, lachrymatus ſum, obteſtatus ſum, nihil hactenus conſequutus ſum; non ita rationari licet;* hinc Dominus nuſtet *Luca 6. num. 12.* ad magnum illud opus aggrediendum, electionem nempe Apoſtolorum non per diem, ſed per noctem acceſſit: *Orat pernoctans in oratione Dei, non vt ſibi prodeſſet, ſed nos doceret*, ait Ambroſius *lib. 2. de Cain, & Abel, cap. 6.* at quid doceret? vt dum prolixiùs orabat, nobis præberet exemplum, etiam prolixius orare debere; *in tempore precator opportunus, cum Patre exauditor æternus*, vt ait Auguſtinus *epiſt. 118. ad Probam viduam, tom. 2.* hinc vt tibi talem perſeuerantiam inculcaret, & quòd nullum tempus orationi eſt importunum, ſignanter dixit amicum non per diem, ſed media nocte acceſſiſſe ad amicum.

Ambroſ.

Tit. Boſtr.

2.
Ab oratione nunquam deſiſtendum ſiue diebus, ſiue noctibus.

3.
Christus cur pernoctabat in oratione.

Ambroſ.

Auguſt.

Secundo pendo circumſtantias petitionis, omnes omnino neceſſarias, & quæ petitionem iuſtiſſimam reddebant, etſi tempore importuno; amicus venerat non extraneus, & non è ciuitate, ſed è via; ergo hoſpes, peregrinus, fameliens, tandem extremam paupertatem ſignificans, *& non habeo quod ponam ante illum*, immo nec amicus, quia pauper; ad quid hæc? mea ſententia, vt quo iuſtior petitio, duriorem faceret repulſam, vt ad perſeuerantiam te animaret, ſi quando videns te iuſtiſſima petere, ſpiritualia, non carnalia, vtilia, ac ad ſalutem neceſſaria, non expaueſceres, ſi ſtatim non exaudiris, ſi repulſam audis, ſi videaris repelli. nam, vt bene Baſilius in regula breuior. reſp. 261. *ſi non audiamur*, ait, *intelligendum eſt opus eſſe perſeuerantia, aut contentione maiori.* Quid amplius dici potuit ad neceſſitatem perſeuerantiæ in orando demonſtrandam.

4.
Nunquid animum despondendum etſi iuſta petamus, ſi citò non exaudimur.

Baſil.

Tertiò adnoto repulſam, non ſolùm moleſtiam ſignificans, *noli mihi moleſtus eſſe*, ſed rationibus vallatam, oſtium clauſum, quia ex nocte fur extimeſcebatur, pueri cum illo, non ſolùm in cubili, ſed in eodem lecto, & pueri qui non ſolùm ſerui, ſed filij, & filij paruuli, &c, vt vult Toletus, quos euigilare oportebat ſi ipſe ſurgeret; tandem abſolutam negationem, *non poſſum ſurgere, & dare tibi*; ad quid tanta? vt te inſtrueret, quanta perſeuerantia orandum, etſi infinita tibi eueniant obſtacula, vt nonquam animum deſpondeas, immo & reſumas ampliùs perſeuerandi, & clamandi. nam, vt rectè ait Chryſoſtomus hom. 49. in Geneſim. *Si permaneas poſtulando, etiamſi non continuò accipias, accipies tamen propterea, quippe oſtium clauſum eſt, vt tu pulſari cogaris, idcirco non celeriter annuit, vt tu diutius inquiras.*

5.
Et etiam ſi infauſta occurrant impedimenta.

Tolet.

Chryſoſt.

Quartò adnoto ly *etſi perſeuerauerit pulſans*, cùm nil amplius ad perſeuerantiam inculcandam adijcere potuit. nam primò verba poſuit, *venit amicus ad amicum, dicens*; at poſt repulſam talem nil ex ea exanimatus ad vocem addidit pulſationem, moleſtiam, tumorem, amicus d[…]erat non poſſe præbere, ne pueri excitarentur; ergo frontosè excitetur expulſatione, omniſque repellatur excuſatio; quid ad perſeuerantiam magis ſuadendam aptius, dum talis improbitas adiungitur, & commendatur. Vnde Toletus, *prudenter autem homo hic licèt importunè, vocibus addit pulſationem; excuſabat ſe amicus exurgendo, ne expergefaceret pueros, ac perturbaret, ille autem tollens excuſationis argumentum fores pulſat, vt ex ſtrepitu expergefaciat ac perturbet, eóque magis amicus compellatur ſurgere. non ergo deſiſtit appetendo ob repulſam amici, ſed maiori conatu continuauit petitionem. Vnde factus eſt vt ſit exauditus.* Ex quo apparet ſic Dominum ad perſeuerantiam nos animare voluiſſe, vt ad impudentiam eam redigeret, ne aut eius maieſtatem revereri, aut repulſam, aut difficultates exanimaremur, immo ex repulſa vult vt potiùs animemur.

6.
Perſeuerantia in orando talis eſſe debet, vt ſi neceſſe, ſit frontoſa.

Tolet.

Quintò tandem & vltimò adnoto, ly *& ſi non dabit eo, quòd amicus eius ſit, dabit propter improbitatem.* In quibus quantum valeat in oratione perſeuerantia, ſic elucet vt nil amplius quid maius excogitari poteſt, cùm plus facit eum Deo potentem ad dandum noſtram improbitatem, quàm eius amorem, ac charitatem, non dat, quia amicus ob amicitiam, dabit ob importunitatem, *magna perſeuerantia eſt*, ait Hieronymus in hunc locum, *quamdiu importuna eſt, quamquam moleſta ſit Deo, tamen plus amica eſt, quam amicus.* Nil elegantius, plus amica, quàm amicus, plus ipſa potens, quàm Dei amor: at Deus infinitè nos amat; ſi ergo perſeuerentia plus cum eo & potens ad impetrandum, quàm eius amor, quid dicemus, niſi quia cum Deo infinitè potens, ſeu omnipotens eſt perſeuerantia in oratione; & certiſſimè quod orat exorabit; quod equidem conſiderans Chryſoſt. *hom. 24. in hunc locum Matthæi*, ſic luculenter ait. *tu igitur iſta conſiderans*, nempe quæ de perſeuerantia dixerat, *ne deſiſtas donec accipias, quamdiu inuenias ne recedas, nec omnino abeas quoad vſque clauſa reſerentur, ſi enim cum hoc ſtudio mentis acceſſeris, & dixeris, niſi accepero, non recedam prorſus, recipies.*

7.
Omnipotens cum Deo & amplius quod eius amor.

Hieron.

Chryſoſt.

Immo aliquid amplius mihi videre videor in his verbis, nempe ex illis voluiſſe Dominum ſignificare, ſic petentem cum illo eſſe perſeuerantiam in petendo, quæ iuſta & neceſſaria ad ſalutem, vt etſi petens actu eius non ſit amicus, ſed peccator, obtinebit tamen perſeuerans in petitione; quod equidem cogitabam; attamen cum aliqua formidine, ne totum ſenſum apponerem extra expoſitorum ſententiam, quod ſemper refugio; attamen incidi in Toler. qui eandem affert cogitationem, vnde *annotat. 22.* ſic ait: *Eſt autem hic iudicio meo conſideratione dignum, quod Dominus etiam docere nos intendit, nimirum oratione hac aſſidua non ſolùm iuſtos, & amicos, ſed etiam peccatores à Deo impetrare, inquit enim, ſi non, quia amicus eſt propter improbitatem, tamen dabit, quaſi diceret, licèt amicus non eſſet exauditus, & aſſiduitate & improbitate petitionis.* Meo ſenſu veriſſimum dictum, & litteralis etiam ſenſus, multum illuſtrans perſeuerantiæ vim apud Deum, immo & conatum Chriſti ad illam perſuadendam, dum affirmat ſic potentem cum Deo, vt non ſolùm valeat cum illo amico, ſed etiam inimico, ſtimulatus ab illa, ex quo fit, vt nullo modo, nullaque ratione ab oratione deſiſtere debeamus, ſiue iuſti, ſiue peccatores, dum ſic potens cum Deo eſt perſeuerantia in petendo, vt etſi inimicus, concedet, ſi non ex amicitia, tamen ex importunitate apud Deum opportuna, vt infrà dicemus ex Hieronymo.

8.
Quanta conſtantia orandum.

9.
Perſeuerantia in orando ſit cum Deo potens vt etiam ex illa peccatores exaudiantur.

Tolet.

§. II.

Quare Deus aliquando concedere differat quod petitur.

10. *Deus ordinariè non ſtatim audit orationem, ſed differt, & huius rei rationes.*

EXperientia conſtat ſæpe, immo frequentiſſime, etiamſi quatuor iſtis circunſtantiis ſit vallata oratio, Deum petita differre; quod equidem, mea ſententia, ſic frequens, vt dicere audeam, rem eſſe extraordinariæ prouidentiæ, ſi aliquando ſtatim, ac illico exaudiat, quod magis experientia, quàm rationibus probatur: cauſæ autem, quare Deus, etſi concedere velit, infallibiliter quod petitur, tamen differat, multæ à Sanctis adducuntur Patribus, omnes in ordine ad eius prouidentiam, quæ ad noſtrum bonum ſemper talem obtinet tarditatem, vt quia qui petit, adhuc non eſt diſpoſitus, & paulatim diſponitur ad recipiendum, vel quia tunc non eſt illi vtile, erit tamen poſtea, vel vt res poſtulata in maiori habeatur æſtimatione, & deſiderium eius creſcat, vel tandem, vt

Suarez. fides exerceatur. nam, vt bene Suarez *vbi ſupra*, ſi ſtatim daretur quod petitur, eſſet potius experientia quædam, quàm fides; quæ omnia pulchrè à Sanctis explicantur. Hieronymus enim *in cap.* 10. *Daniel.* expendens illa verba, num. 11. *Ex die primo, quo poſuiſti cor tuum ad intelligendum vt te affligeres in conſpectu Dei tui, exaudita ſunt verba tua.* At non ſtatim, licèt preces exauditæ, ad eum miſſus An-

Hieron. gelus, cauſam quærens Hieronymus ſic ait, *Quæ-*

11. *Angelus ad Danielem cur ſtatim non miſſus.*

ritur ſi ſtatim exauditus eſt, cur non ſtatim ad eum miſſus ſit Angelus? Data eſt ei, reſpondet, *per moram occaſio amplius Deum deprecandi, vt ex eo quod plus deſiderat per laborem, plus audire mereatur.* In qua authoritate vltima adnotanda verba, differt

12. *Deus differt dare vt maiora poſtea det.*

Deus ſtatim concedere, non vt abſolutè neget, ſed vt ampliora det, quàm poſtulauimus. nam creſcente ex perſeuerantia labore, creſcit & diuina liberalitas, quod valde nos animare debet ad perſeuerantiam; hoc equidem adnotandum in parabola illa Lucæ, quam ſuprà adduximus. nam accedens amicus tres petor panes, perſeuerauit poſt repulſam; quid inde, vt non ſolùm tres, ſed ſurgens acciperet quotquot habuit neceſſarios, plus

Toletus. quàm ſcilicet petierat, vt obſeruauit Toletus *annotat.* 32. dicens, *Improbitas*, quod eſt perſeuerantia,

13. *Perſeuerantia maiora meretur impetrare quàm quod petimus.*

non ſolùm obtinet quæ petuntur ſed adhuc maiora. nam & hic dicitur quod ſurget, & dabit non tantùm tres, ſed quotquot habet neceſſarios; quod etiam nobiſcum Deus aget qui abundantiora, quàm petamus, & deſideremus, confert, ſi petamus vt oportet.

August. Ad rem hæc etiam Auguſtinus *ſerm.* 5. *de verbis*

14. *Deus differt dare vt deſiderium accipiendi dilatetur.*

Domini, ſatis luculenter, omnes ferè ſuperiores rationes adducens, ſic ait, *Qui nos hortatur vt petamus, & cui diſplicet ſi non petamus, vult quod ab eo poſtulatur dare, ſed cùm aliquando tardius dat, commendat dona non negat ea, diu deſiderata dulcius obtinentur, data verò citò vileſcunt, pete, quære, inſta petendo, & quærendo creſcis vt capias; ſeruat tibi Deus quod non vult citò dare, vt & tu diſcas magna magnè deſiderare.* Egregiè, in quibus illa adnotanda, *petendo & quærendo creſcis vt capias*; quomodo creſcis? nempe amplius deſiderando extendendo vota, extendendo deſideria. nam deſideria dilata creſcunt; quid inde? vt dilatato deſiderio dilatetur & cordis ſinus, cordis ſinus, hinc & aptiùs fiat ad ampliora capienda, quod Dei eſt deſiderium, ſeu finis in petitionis dilatatione, vt ſuprà dicebamus, *ſæpe enim*

Anſelm. *Dominus differt*, ait Anſelmus de commenſuratione crucis, cap. 2. *Vt excitet magis appetitum, non enim differt eo quod nō velit dare, ſed vt aucto deſiderio abundantius poſſit dare. Ego enim ſum Deus tuus qui eduxi te de terra Ægypti.* Per Regium Pſaltem ait Dominus populo ſuo Pſalm. 80. num. 11. *Dilata os*

15. *Cur Deus populo præcepit vt dilataret os.*

tuum, & implebo illud. Quid hoc ſecundum cum primo? quid dilatatio oris cum exitu Ægypti? Sanè multum, ne populus cogitaret exhauſtam Dei potentiam in benefaciendo, ex miraculis in Ægypto ob illum patratis, aut ex gratiis conceſſis, quaſi pertæſum voluntatem amiſiſſe dandi; monet vt non tantùm apetiat, ſed dilatet os ad

Lippom. ampliora recipienda, *neque*, ait Lippumanus, *dixit, aperi os tuum, & ego in illud inijciam aliquid; ſed ait, dilata, vel latè aperi, & ego totum implebo quantumcumque dilataueris.* etiamſi more humano impoſ-

16. *Impoſſibilia Deus vult vt ab illo quandoque petamus.*

ſibilia petas. quod acutè notauit in hoc loco idem auctor, expendens homines illos dici dilatati oris, qui impoſſibilia, & admirabilia narrant, *iuxta communem modum loquendi*, ait, *dicuntur dilatare homines os ſuum, quando magnum aliquid, & incredibile proferunt, veluti ſi quis hiſtoriam incredibilem narret, ita in oratione poſtulando, dilatat os ſuum qui magnum aliquid, & quod ſecundum humanum iudicium non videatur impetrabile, poſtulat.* Egregiè. Ergo menſura doni & dati dilatatio eſt cordis dilatatio deſiderij, quid ergo, nónne dum Deus differt datum vt deſiderium creſcat voluntatem, potius innuit maiora, quam petita dandi, non ea negandi? hinc ſi non ingrati ex dilatatione, non querelis, ſed gratias dare, non animum ſpondere, ſed reſumere debemus.

Chryſoſt. Nec equidem minus luculenter hoc proſequitur Chryſoſtomus argumentum *homil.* 30 *in Geneſim*, vbi inter extera hæc. *relinquendum eſt hoc*

17. *Optimæ rationes cur nō indignè ferendum ſi citò non exaudiamur.*

omnium conditori, tempus ſcilicet concedendi, magis enim ſcit quid nobis proſit, quam ipſi nos, ipſe nouit quomodo ſalus noſtra paranda, noſtrum ergo ſit opus continuis inſiſtere precibus, & non ægrè ferre, ſi differatur quod petimus, ſed longanimos eſſe, neque enim renuens preces noſtras differt, ſed arte ſedulos nos efficiens ad ſemetipſum attrahere vult. Quot verba, tot ſententiæ, tot excellentiſſimæ actiones; indigitabo tantùm. *Prima* attingit virtutem illam

18. *Oratio ſemper debet eſſe cum omnimoda reſignatione.*

maximam, ſic in oratione neceſſariam, reſignationem ſcilicet, ac omnimodam voluntati diuinæ ſubiectionem, qua vt pueri in manibus eius nos remittentes, altiſſimè de eius ſapientia concipientes intelligamus. *ipſum magis ſcire quod nobis prodeſt, quàm nos ipſi*, vt ait Chryſoſtomus, vnde licèt ardentiſſimè expoſtulandum, tamen ſemper cum illa conditione, ſi ſic ei placitum; ſemper clamando, *non mea, ſed tua voluntas fiat*; quod equidem non ſolùm in rebus indifferentibus, ſed etiam in neceſſariis, aut ad ſalutem vtilibus, cùm hæc deſiderare debeamus, non quia noſtra ſunt bona, non quia nos ea volumus, ſed quia Deus vult vt illa habeamus; ſic vt deſiderium eſſi ax petendi, non noſtrum ſit vtile, aut voluntas ea poſſidendi, ſed Dei gloria, ac voluntas; vnde velimus, quod ad dandum moueatur non tantum ex noſtra voluntate, quantum ex ſua, & accepto dono illud nos retineamus, ac acceptum feramus, potius quia Deus voluit illud nobis donare, quàm quòd nobis illud dedit, quia ſic noſtra erat voluntas, vt tandem donum in nobis aſpiciamus totum diuinum, nil prorſus in ſe includens humanum, nec ipſam voluntatem accipiendi, dum tota in petendo, & accipiendo tranſlata inueniri debet in diuinam. Ad rem S. Nilus de oratione c. 29. Biblioth. PP. 1. tom. *S. Nilus.*

1.tom. *Ne eres vt fiat quæ fieri velis*, ait, *non enim omnes cum voluntate Dei conſentiunt, ſed potiùs ora ſicut erare didiciſti, vt fiat voluntas Dei in te, atque in omni re hoc poſtula, vt fiat voluntas eius, vult enim quod bonum & commodum animæ tuæ eſt, tu verò non hoc omnino quæris.* Nil excellentius. orandum non vt fiat quod fieri volumus, etiamſi ſanctum, ſed vt fiat, quia Deus vult vt illud fiat in nobis, quod equidem perfectiſſimus eſt modus orandi.

19. *Tempus dādi nūquam Deo præfigendum.*

Secundè attingit Sanctus rem illam valde opportunam in petitione, vt ſcilicet ſemper tempus dandi Deo relinquamus, in qua te attentiſſimè procedendum, cùm nil tantum Deum, vt ſic dicam, pungit, & moleſtiam infert, quantum tempus ei dandi præſignare; quod ſapiens conſiderans Iudith, *cap.* 8. *num.* 10. audiens poſt quintum diem determinaſſe Preſbyteros ciuitatis eam tradere niſi Dei adiutorium adueniret, *Quid eſt hoc verbum, in quo conſenſit Oſias*, ait, *vt tradat ciuitatem Aſſyrys, ſi intra quinque dies non venerit nobis adiutorium? & qui eſtis vos qui tentatis Dominum? non eſt iſte ſermo, qui miſericordiam prouocet, ſed potiùs qui iram excitet, & furorem accendat. poſuiſtis vos tempus miſerationis Domini, & in arbitrium veſtrum diem conſtituiſtis ei.* Hæc vltima expendenda. nam in illis myſterium latet, & ratio, quare ſic durè hoc Deus accipit, & ſic illum tentare. nam qui tempus Deo præfinit miſerendi, non orat ſupplex, ſed iubet imperiosè, non quaſi ſubditus, ſed quaſi

S.Nilus. Deo ſuperior; vnde magiſtraliter ſanctus Nilus vbi ſuprà cap. 32. *ne petas*, ait, *à Deo imperiosè, quod ſtatim velis impetrare, vult enim Dominus te beneficio afficere in oratione perſeuerantem; quid enim excellentius, quàm cum Deo colloqui; & vſu eius detineri?* Pulchrè, in qua authoritate non ſolùm habes quod dicebamus, Deo ſcilicet tempus impetrationis non aſſignandum, ſed etiam rationem aliam, quare aliquando petitionem differat, vt ſcilicet cauſam teneas iterum, & iterum ad eum accedendi, vt ex collocutione ac eius familiaritate in oratione amplioribus beneficiis cumuleris, vt tandem ſæpe eius digneris præſentia collocutione; quo quid excellentius? Quod etiam dixit Chryſoſtomus in illis vltimis verbis, *ſed arte ſedulos nos efficiens ad ſemetipſum attrahere vult.*

20. *Sicut nec quantitatem rei poſtulatæ.*

Tertiè tandem illud attingit Chryſoſtomus valde in oratione ac in petitionibus attendendum, etiam perfectiſſimis, nempe, quòd non nos, ſed Deus callet, *quomodo ſalus noſtra paranda.* quæ verba grauiſſima. nam ſæpe decipimur in noſtris petitionibus, dum etſi perfectiſſimè, tamen nobis

Tit.Boſtr. inconuenientia. Ad rem hanc Titus Boſtrenſis *in Lucam cap.* 11. tractans hoc idem argumentum, quare ſcilicet Deus petitiones differat, inter cætera ſic ait. *Cogitemus Dominum noſtri peculiarem curam habere, quidquid à re noſtra ſit, adeoque, quid concedere conueniat, probè noſſe. Adde his, ſi lubet, nos ea frequenter petere, quæ modulum noſtrum multis partibus excedunt.* Quæ vltima valde notanda; petis

21. *Deus ſæpe nō dat perfectiſſima, quæ modum excedunt noſtræ capacitatis.*

charismata meliora, petis orationis, aut contemplationis donum, petis ſapientiæ, petis tandem virtutes adſimiles Apoſtolorum, aut ſublimium Sanctorum, ſanè bene petis, & optimè, ſi cum humilitate & reſignatione; attamen poſſibile, vt modulum tuum excedant, & quòd ad talia non ſis deſtinatus. Vnde differt dare Dominus noſter, non vt omnino neget, ſed vt tibi det conuenientia.

S.Nilus. *Sæpe per orationem petis*, ſanctus aiebat Nilus vbi ſuprà cap. 30. *quod mihi bonum viſum eſt, & perſeuerabam in petitione, vim voluntati Dei inſipienter adhibens, & non dedit mihi illud vt quod mihi commodius eſſe videbat, hoc potius pro ſapienti conſilio ſuo mihi prouideret; quod tamen cùm accepiſſem, valde poſtea moleſtè tuli, quod non magis voluntatem Dei fieri petyſſem.* Magiſtraliter, & quod viris perfectiſſimis quotidie vſu euenire ſcimus, non equidem omnes ad ſummam perfectionem deſtinati ſunt, cuique gradus, non equidem omnes Apoſtoli, omnes Prophetæ, omnes Doctores, non omnes contemplatiui; ab æterno equidem ſuus cuique deſtinatus, vt diximus, gradus, ſuus perfectionis terminus, quem cùm neſcias, bene facis perfectiſſimum æſtimare, & ad perfectiſſimum anhelare, illumque expoſcere, vt ſic ex tali deſiderio exſtimulatus ad minorem illum peruenias, ad quem Deus te deſtinauit; at quia illum Deus ſcit, ne mireris, ſi petitionem tuam differat, non equidem totaliter illam negans, ſed vt quod tibi commodius conferat, hincque in oratione etſi altiſſima, & perfectiſſima petenda, ſemper tamen cum omnimoda reſignatione, vt Deus ſuam adimplens voluntatem, det quod tibi amplius expediat, ampliuſque conueniat, ex quibus non ſolùm rationes habes, quare Deus petita differat, ſed etiam quomodo perſeueranter ſemper tibi orandum.

§. III.

Qualis debeat eſſe hæc perſeuerantia.

IN hac re cardo conſiſtit totius difficultatis; nam, vt bene Suarez *vbi ſuprà*, non eſt ſic facile determinare, qualis debeat eſſe talis perſeuerantia orationis infallibilis, cùm in ea aſſignanda & variant Doctores, & multæ inueniuntur difficultates; relictis tamen diſputationibus, vtpote pro nunc extraneum inſtitutum, quid probabilius mihi viſum ſit, paucis explicabo. Suar.

22. *Non requiritur continua perſeuerātia. qualis autem Deo tantum cognita.*

Primò ergo pro certo ſtatuo, perſeuerantiam ad conſequendam infallibiliter petitionem non requirere vt continuè, aut quotidie, aut vſque ad effectiuam conſecutionem rei ſe extendat, aut duret, ſed illam ſedulitatem ſufficere, ac continuationem, quam Deus dignam iudicat exauditione, quod quia moraliter eſt impoſſibile vt ſciatur, ideo ſolius Dei eſt qualis illa ſit agnoſcere, ac iudicare. hoc argumentum, ſiue dictum noſtrum excellenter proſequitur, & probat Raphaël Torres 1.2. *quæſt.* 83. *art.* 16. *diſp.* 8. *n.* 31. & deinceps, ad quem placet meum remittere lectorem, ne extra ſcopum nos eamus. Raph.à Tor.

Secundò ſtatuo, ad impetrandam infallibiliter, nec longum tempus ſufficere, nec breue aliquid obſtare, patet exemplis. nam breui tempore, immo & in momento aliqui acceperunt vt Magdalena, Chananæi, Bonus latro, & ſimiliter alij, etiam poſt multum tempus non acceperunt quod petebant.

23. *Semper perſeuerandum in oratione & quo ſenſu.*

Ex his duobus aſſertis, quæ, mea ſententia, ſunt certiſſima, concluditur vnum, quod quia quale ſit talis perſeuerantiæ tempus ignoratur, conſultum vt nunquam ab orando deſiſtamus, & vt rectè Suarez *vbi ſuprà*, ſi aliquis terminus tibi perſeuerantiæ erit præfigendus, ille potius erit negatiuus, quàm poſitiuus, hoc eſt, vt nunquam ceſſemus modo quo ſuprà diximus, hoc eſt, moraliter dictum intelligendo; nam non ſemper, non quotidie, non ſingulis horis illud erit neceſſarium,

Lucæ 18.

Lucæ 18.num.2. *oportet ſemper orare*, ait Dominus noſter, *& nunquam deſicere.* Quomodo hoc? nunquid in oratione perſeuerandum, vt neque comedere, neque dormire liceat? nil minus; ideo ſequens Dominus exemplũ de vidua affert, iudicem iniquum importunans, quæ ob importunitatem ex iudice etſi iniquo, tamen iuſtitiã extorſit. *Vidua quædam erat, & veniebat ad Deum, dicens: Iudica me de aduerſario meo, & nolebat per multum tempus.* Quæ importunitas, ſiue perſeuerantia? equidem, vt D. aſſerit Chryſoſtomus *ſerm. de Moyſe*, non ſic erat continua, vt omnibus horis, & quotidie, ſed ſuo tempore fiebat. *Neceſſitas autem tanta vi adſtringitur,* ait Sanctus, *vt quod neceſſe eſt, etſi nolis, præterire non poſſis, denique man ducandi, bibendi, veſtiendi, neceſſitas à natura illata præteriri non poteſt, ſine quibus geri vita iſta non poterit.* hoc ergo modo intelligẽda eſt talis perſeuerantia, quæ ſi adſit, certiſſimè obtinebit; ob quod nunquam animus eſt deſpondendus, cùm certiſſimè tenendum; etſi diu vota non adſint, aduenient tandem.

Chryſoſt.

24\. *Nunquã fruſtrabimur ſi adſit perſeuerantia.*

Enimvero *Gen. 25. num.* 20. ſignanter adnotat Scriptura quadraginta annorum fuiſſe Iſaac, quando accepit Rebeccam. *Qui cum quadraginta eſſet annorum, duxit vxorem Rebeccam.* Quale in hoc myſterium? mea ſententia, vt perſeuerantiam, ac eius longanimitatem demonſtraret in oratione; nam, cùm ſterilis eſſet Rebecca, nec pareret, pro illa deprecatus eſt Iſaac. *Deprecatuſque eſt Iſaac Dominum pro vxore ſua, eo quod eſſet ſterilis, qui exaudiuit eum, & dedit conceptum Rebeccam.* At quid? nunquid protinus exaudiuit ac ipſe clamauit? nil minus, ſed poſt viginti annos, vnde ſignanter illud adnotans Scriptura ait num. 26. *Sexagenarius erat Iſaac quando ei nati ſunt paruuli.* Quadraginta obtinebat quando duxit Rebeccam, ſexagenarius obtinuit paruulos; ergo viginti orauit. & notandum quòd ex hac dilatione non fructus diminutus, ſed auctus. nam ipſe pro ſterilitate orans vnum petebat filium, & pro vno duos recepit ex vno partu; vt videas quàm fructifera ſit Dei dilata dignatio, quamque potens cum illo inueterata perſeuerantia, quod admirans Chryſoſtomus, hoc quod modò nos ponderauimus conſiderans aptiſſime noſtram reprehendens vecordiam, ſic grauiter ait. *Non abſque cauſa, neque temerè Scriptura narrat annos Iſaac, ſed quia nobis Rebeccæ ſterilitatem narraturus erat, & quod ex precatione iuſti proles conceſſa ſit, vt nos æmulemur iuſtum, & aſsidui ſimus in diuinis precibus; ſi enim iuſtus ille, ita virtute præditus, & tantam apud Deum gratiam habens, tantam præ ſe tulit conſtantiam ac ſtudium per viginti annos continuè Deum orando, quid dicemus nos qui tantis peccatorum oneribus premimur? ſed etſi aliquid bene egerimus ſtatim torpeſcimus, & reſilimus, niſi ſtatim exaudiamur.* Hæc vltima ponderanda. nam pro viris faciunt ſpiritualibus, in humilitate nouitiis, qui etiam ex Dei gratia ſe aliquid boni agere proſpiciunt: at ſine actualium pondere grauiſſimorum peccatorum, ſolent, ſi non ſtatim exaudiantur, angi, triſtari, ac animo deſpondere, deque Dei amore, benignitate, liberalitate quaſi cauſari inſipientiſſimè; ſi Iſaac iuſtiſſimus, & ſanctiſſimus non exauditus, niſi poſt viginti annos, quid mirum ſi pariter & tu non exauditis ſic citò, qui nec ſic ſanctus, nec ſic iuſtus.

25\. *Iſaac quantũ orauit vt filios acciperet.*

26\. *Quantum ex perſeuerantia, aucta eius obedientia.*

Chryſoſt.

27\. *Qualis perſeuerantia neceſſaria ad infallibiliter obtinendum.*

At planum hoc, ſed aliquid aliud ſupereſt examinandum, fortaſſe in hac re difficilius. nam vſque huc de quantitate perſeuerantiæ diſſeruimus, non de qualitate eius neceſſaria ad infallibiliter obtinendum; nam inter Doctores vertitur quæſtio, an perſeuerantia ad infallibiliter obtinendum requirat aliquem feruoris ac intenſionis gradum; an ſufficiat quæcumque perſeuerantia, etiamſi remiſſa ac languida ſit? in qua re aliqui æſtimant quamcumque ſufficere; alij verò non quamlibet, ſed tenacem, vehementem, ac feruoroſam, in qua re vt quid ſentiam aperiam,

Dico *primò* ſermonem eſſe non de quacumque perſeuerentia, ad obtinendum petita, ſed de illa cui eſt promiſſa infallibilitas obtinendi. nam, vt certum æſtimo, ad obtinendum, non ex promiſſione infallibilitatis, ſed ex Dei liberalitate, quamcumque ſufficere, etiam remiſſam, ex quo fit, vt ſemper perſeuerandum etiam remiſſè, ac per hoc nunquam animus deſpondendus. nam tractu temporis ex remiſſa ad feruorem tranſire poteris, & ſic obtinere.

Primum dictum.

Dico *ſecundò* quòd ſi de perſeuerantia cui infallibilitas obtinendi eſt promiſſa, ſit ſermo, licèt gradus intenſionis ac feruoris, qualis ille ſit, ſolus Deus noſcat, tamen conſtanter affirmo quamcumque, hoc eſt, languidam, ſupinam, ac remiſſam, non ſufficere, ſed neceſſariam eſſe feruentem, ac viuacem; licèt hoc in quocumque gradu feruoris, etiam infimo; & contrarium prorſus reputo improbabile. Dixi *languidam, ſupinam, ac remiſſam*, quia talis perſeuerantia, non reputo quòd nomen mereatur perſeuerantiæ, & ſimul, quòd non de tali auctores intellexerunt, vt videre eſt apud Raphaelem Torres, qui ſi attentè legatur, non intelligit per quamcumque perſeuerantiam craſſam, & ſupinam, ſed quæ non ſemper in eodem gradu perſiſtat feruoris, quod veriſſimum eſt.

Secundum dictum.

Raph. Torr.

Probo dictum. nam in omnibus actibus ad ſalutem neceſſariis, vt contritio, & Dei dilectio, illa perſeuerantiæ intenſio eſt neceſſaria, quæ conſtituat verum actum amoris, & dilectionis, licèt in quocumque minimo gradu. nam ſi hic deficit, non erit verus actus contritionis; ergo in perſeuerãtia orationis ille gradus requiritur feruoris, qui ſit ſufficiens ad veram conſtituendam orationem. nam ludicram, & riſu dignam, vt ait Chryſoſtomus; ergo. Etſi dicas, in nullo ſcilicet ſtudioſo opere Deum ex neceſſitate poſcere gradum, ſeu conatum, & intenſionem. Reſpondeo nil hoc concludere; nam dato quòd non poſcat gradualem conatum, vt quatuor, verbi gratia, poſcit conatum, poſcit intenſionem in quocumque gradu, etſi minimo; quod negare æſtimo improbabile, cùm ex ſupradictis, vna & ex præcipuis orationis infallibilis partibus ſub pietate incluſa, eſt deuotio, eo modo, quo ibi diximus. Neque valet ſi dicas, ſequeretur nunquam impleri Chriſti promiſſio, quia nunquam, aut vix reperiuntur, etiam ſanctiſſimi, qui continuent, aut repetant frequenter orationem magis, ac magis feruidam, ſiue eo quòd admiſceatur aliquando orare remiſsè. Nam aliud eſt dicere, an talis perſeuerantia interrumpatur, per aliqualem remiſſionem feruoris, & hoc modo puto non interrumpi, vt infrà dicemus; an verò, quòd totaliter feruor remittatur in petendo ignauiter, ac ſupinè. nam hoc modo interruptio feruoris intelligenda eſt, nullum adhibendo ſtudium vt feruenter quis oret; & hoc modo res intellecta negatur omnino, quod dicitur, immo è contrario, eodem argumento noſtram probo concluſionem. Nam nullus Sanctorum reperitur, qui non feruide orauerit, magis & minus quando aliquid à Deo obtinuit.

28. *Perſeuerātia cui infallibilitas orationis promiſſa, & perſeuerantia feruīda in orādo in quocumque minimo gradu feruoris.*

Ex dictis ergo concludò, perſeuerantiam cui infallibilitas promiſſa eſt, eſſe perſeuerantiam feruidam in orando in quocumque gradu feruoris minimo; non ſupinam, languidam, remiſſam, oſcitantem, & eorum qui de feruore non curantes, nec de perfectione negligentiſſimi inuenientes feruidè orare non curant; quam doctrinam ideo libenter amplector, tum quia communis eſt omnium Doctorum, ſi attentè legantur; tum quia ad mores valde conducit, & pupulis proponenda, ne ſegniter, ac ſupinè orando reputent infallibiliter quòd ſint impetraturi: perſeuerandum ergo cum feruore, cum conatu, cum diligentia, quod nunc ex Scriptura probabo.

Probatur ex Scripturis.

29. *Impudentia virtuoſa quæ.*

Sit ergo *primus* locus ille, quem ſuprà ex Luca adduximus, in quo illa conſidero verba, *propter improbitatem tamen eius ſurget.* Quid per improbitatem? Sanè impudentiam, vnde Græcè legitur *ἀναίδειαν, impudentiam*, cuius effectus eſt improbitas. nam *qui poſtpoſito pudore petit, importunus eſſe ſolet*, ait, & rectè, Toletus, quæ impudentia non ſemper vitioſa, ſicut pudor aliquando bonus, aliquando malus, ſic impudentia, ex qua improbitas, quæ non ſolùm aſſiduitatem, ſed, vt bene adnotat idem Toletus, admixtam habet aliquam afflictionem, vnde improba petitio eſt, quæ eſt aſſidua, importuna, feruens, moleſtiam ingerens, & à quo petitur. hanc ergo Deus requirit in orante importunam perſeuerantiam, pulſationem ſcilicet, non quamlibet, ſed importunam, quod eſt dicere feruentem, ſic vt & dormientem amicum excitet, & pueros, qui cum illo, vt ſuprà dicebamus. Quod conſiderans Hieronymus in locum Lucæ ſatis ad rem noſtram, ſic ait. *huius amici oſtium inceſſabiliter orare debemus, & horis eum inquietare nocturnis, & vſque adeò moleſti eſſe, vt importuni etiam indicemur.* En feruor in aſſiduitate, quem Deus deſiderat in petitionis perſeuerantia. nam remiſſa & debilis, profectò non eſt ei importuna; immo hæc, vt ſic dicam, ei importuna, altera opportuna. Vnde ſequens Hieronymus ait. *Sed non huius importunitatis vereamur offenſam, quia hæc apud Dominum importunitas, opportuna eſt, acceptior enim ei eſt impudens deprecatio, quam ſecura præſumptio, hoc eſt. plus meretur, qui ſollicitè orat inſtanter, quàm qui confidens diſſimulat negligenter.* Nil ampliùs ad rem; quid eſt diſſimulare negligenter, niſi oſcitanter petere, nullo feruore, nullo conatu, in Dei tantùm promiſſione fidentes. Decipimur. nam ad petitionem obtinendam, non quælibet ſufficit perſeuerantia, ſed ardens, ſed clamoroſa.

Toletus.

Hieron.

Vnde ſit *ſecundus* locus ſacræ Scripturæ hunc noſtrum probans intentum ille infra *Matthæi cap. 20. num. 29.* nam egrediente Domino noſtro de Iericho cum turba multa, *duo cæci audierunt, quia Ieſus tranſiret, & clamauerunt, dicentes: Domine miſerere noſtri.* At quid, nunquid ſtatim exaudit? immo à turba increpati. *Turba autem increpabat eos, vt tacerent, at illi magis clamabant.* Ad quid tantus clamor? Sanè reſpondet Auguſtinus *lib. 1. in quæſtionibus Euangelicis, tom. 4.* allegoricè hoc intelligens, vt ſuperatis carnalibus deſideriis ex conſtantia, & feruore orationis, noſtra oratio ad Deum perueniat, non aliàs peruentura, niſi feruorosè clametur. *Oportebat*, ait ſanctiſſimus Pater, *vt tantum clamarent, donec reſiſtentis ſibi turbæ ſtrepitum vincerent, vel tam perſeueranter animum intenderent orando, atque pulſando, quoad vſque conſuetudinem carnalium deſideriorum, quæ tanquam verba obſtrepit cogitationi, lucem veritatis æternæ videre conanti, fortiſſima intenſione ſuperent, & ſic Deus petenti dat, & expulſanti aperit.* Quomodo ſic? quando ſcilicet fortiſſima intenſione, nonne miſſa ſqualenti, ac floccida natura vincitur, & perſeuerans oratio ad lucem peruenit æternam, tunc ſic orans, talique perſeuerantia Deus audit.

Auguſt.

Tertius tandem ſit locus Pauli *ad Romanos, c. 8. num. 26.* qui rectè intellectus omnino noſtram perſuadit opinionem; ſic enim ait Paulus, *Similiter autem, & ſpiritus adiuuat infirmitatem noſtram. nam quid oremus ſicut oportet neſcimus, ſed ipſe Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* In quo loco ſuppono cum Auguſtino *epiſt. 121. de orando Deo, cap. 15.* & aliis Patribus, per Spiritum intelligi Spiritum ſanctum. quo ſuppoſito, difficultas eſt, qualis ſit hæc infirmitas noſtra, quam ſpiritus adiuuat; & quomodo neſcimus orare ſicut oportet, quia videtur, quòd ſcimus quid petendum, cùm quæ petere debeamus, ex oratione Dominica ſcimus; modus etiam fundendi preces non eſt ignotus, quia Dominus docuit, vt clauſo cubiculo oremus; & perſeueranter, & in fide, vt ex ſupradictis ſatis conſtat. ergo non videtur quomodo ſpiritus doceat nos orare ſicut oportet; vt autem veram ſecundæ huius difficultatis reſolutionem demus, breuiter quoad primam quæſtionem dicimus cum Salmeron, & Cornelio *in hunc locum*, pro infirmitate intelligi infirmitatem orandi, quatenus non ſolùm eſt homo, & impotens ad bona æterna promerenda, ſed etiam ad pro eis orandum; ſic vt non ſolùm Dei gratiæ debeamus ipſa merita, ſed etiam ipſam orationem, quam voluit Paulus, vt ad Deum etiam referamus; qui ſenſus litteralis, & verus. Quoad ſecundam autem quæſtionem, Caietanus iungens verbum *oportet* cum verbo *neſcimus*, hunc facit ſenſum; quòd nos, non ſicut oporteret, ſcimus, aut cognoſcimus, quæ petenda ſunt. Sed contrà hoc eſt, nam apertè Paulus affirmat Spiritum ſanctum adiuuare infirmitatem noſtram. hoc eſt, iuxta ſuperiùs dicta, orationis noſtræ infirmitatem; ergo non adiuuat ignorantiam, ſed defectum orationis. Sanctus Auguſtinus *vbi ſuprà*, exponit quòd licèt ſciamus, quid orare debeamus, & quomodo in genere, tamen hìc & nunc illud ignoramus; recta expoſitio, ſed modò non ad meum inſtitutum; quapropter congruenter ad dicta, mihi placet illa Salmeron *in hunc locum*. nam amplius cohæret cum eo, quod ſuprà de infirmitate orationis diximus; ait enim neſcientiam noſtram orationis non conſiſtere in rebus petendis, ſed in affectu petendi. nam cùm ſecundùm Apoſtolum, quæ petere debemus, ſunt ſupernaturalia occulta ab oculis noſtris, & nobis niſi per fidem non cognita, fit, vt non ea intenſione ac feruore ea petamus ſicut oportet peti; vnde licèt ſciamus, *quid oremus*, neſcimus tamen ſicut oportet ea petere, hoc eſt, quanta deuotione, quanto feruore, quantaque efficacitate, ob quod cum ea probè noſcit Spiritus ſanctus, adiuuans hanc noſtram in orando infirmitatem, nobis ſe coniungens poſtulat pro nobis, hoc eſt, ſcilicet ſua gratia, & dono nos poſtulare facit *gemitibus inenarrabilibus*, vt ſic correſpondeat oratio petitis. *Videbat Paulus*, ait Salmeron, *in ſpe filiorum Dei contineri debitum orandi, & deſiderandi æternam gloriam, & quia agnoſcebat qui viderat arcana Dei, quantam ad deſiderij vehementiam, & orationis intenſionem faceret, noſſe quid ſit repoſitum in cælis, quod nec oculus vidit, nec auris audiuit. quia nemo alacriter currit propter brauium, quod ignorat, & nemo fortiter*

Idem.

30. *Spiritus ſanctus quomodo adiuuat infirmitatem noſtram in oratione, & quæ ſit hæc infirmitas & noſtra ignorantia.*

Salmeron. Cornel.

Caiet.

Auguſt.

Salmeron.

31. *Excellens expoſitio & Pauli intelligentia de infirmitate humana in oratione quam Spiritus ſanctus adiuuat.*

fortiter certat propter coronam, quam non vidit; quia ergo a cæleſtium contemplatione abſtrahimur propter infirmitates, hinc fit, vt ob hanc ignorantiam, & corporis molem, quæ aggrauat animam, minus ardenter, quam oportet, aduentum regni Dei deſideremus, & minus frequenter petamus, vt adueniat hæc intelligentia, mea ſententia, inter cæteras eſt aptiſſima, veriſſimam continens doctrinam ad impetranda cœleſtia, neceſſaria oratio, hæc autem talis debet eſſe, vt digna inueniatur tantarum rerum exauditione; ex infirmitate, ex mole corporis, ex occultatione rerum, ex preſſura peccatorum non poſſumus orare ſicut oportet, ea ſcilicet intenſione, eo feruore, & efficacitate, qua par eſt; quid ergo Deus cupidus nobis æterna præſtare? nobis ſe coniungens ſuo dono, auxilio, ac potentia adiuuans; ſic facit nos clamare inenarrabilibus gemitibus, vt digna exauditione noſtra inueniatur oratio; quod ſi hoc, & ſic orare debeamus, nunquid & non ſic etiam perſeuerare? vt digna inueniatur noſtra perſeuerantia infallibilis impetrationis? Sanè ſic, ſi non ſemper. nam hoc moraliter impoſſibile, ſaltem aliquando; vnde etſi non ſemper cum inenarrabili feruore, ſaltem cum aliquali; quis hoc negare poteſt.

Ex dictis vnum colligere potes, animum ſcilicet ad perſeuerandum in oratione. nam ſi non ignauiter, oſcitanter, ac, vt ſic dicam, malitioſè non ores cum tanto feruore, vt incepiſti, ſed aut ex tentationibus, aut ex ſpiritus ariditate, aut ex morali impoſſibilitate, aut ex neceſſariis diſtractionibus, remiſsè & tepidè ores, deſiderans intensè orare; infallibiliter quod deſideras impetrabis, ſi cæteræ adſint conditiones; quo neſcio ſi aliquid aliud amplius ad perſeuerandum in oratione te commouere poteſt; ex quo relinquendi ſunt ſcrupuli, animus reſumendus, validéque contra tentationes dæmonis deſiſtendi ab oratione certandum; tum quia validiſſima erit noſtra perſeuerantia; tum quia, ſecundùm Bernardi ſententiam *ſerm. 3. de circumciſione, prope finem*, ſolet Deus aliquando in fine vitæ concedere, quod perſeueranter ab eo per totã petiuimus; loquens enim Bernardus de oratione, pro deuotionis, ac ſpiritus feruore magiſtraliter ſic ait. *Sed multi tota vita ſua ad hoc tendunt, ſed non pertendunt; quibus tamen ſi piè ac perſeueranter conati ſunt, ſtatim, vt de corpore exeunt, redditur, quæ in hac vita diſpenſatoriè eſt negatum; illuc perducente eos ſola gratia, quo prius tendebant ipſi cum gratia, vt conſummati in breui expleant tempora multa.* In quo Bernardi loco quem data opera huc reſeruauimus, vt omnino efficaciſſimè perſeuerantiam in oratione concluderemus; adnotandum ly *ſtatim vt de corpore exeunt*, non ſolùm dicere tempus poſt mortem, ſed etiam prope mortem iamiam ſancti morituri, quando priuatis corporalibus ſenſibus, & iam extra hunc mundum, non videntes, nec audientes; poſiti veluti extra corpus reperiuntur. Ducor ad hoc affirmandum. nam ſæpe videmus, &, vt ex hiſtoriis conſtat electorum, multos repentinè mortuos, & quos mundus in æternum damnatos reputabat ſaluatos, de quo admirata ſancta virgo Gertrudis (vt apud eam certiſſimè me legiſſe recordor, licèt locus è mente exceſſerit, & reperire non potui) dum Chriſtum percontaſſet, quomodo hi, qui vſque in finem vitæ peccarunt, in illo momento ſaluabuntur; reſpondit. *Sic gratum, ſic amoris dignum me eis oſtendo, vt millies vellent periiſſe, quam me offendiſſe.* Quod ſi iſtis, quid non ſuis?

Bernard.
32.
Deus ſolet in fine vitæ concedere quod per totam illam negauit.

quando aliquid gratiæ ac doni ad perfectionem attinens in hac vita ab illo perſeueranter petierunt, certiſſimè illud in vltimo quando iam prope mortem eis reddit in momento, ad eum perfectionis gradum eos euehens, quem diſpenſatoriè per totam eis negauit vitam. Ob quod nunquam animus deſpondendus, nunquam oratio intermittenda.

§. IV.

Per quid perſeuerantia infallibilis orationis interrumpatur.

Breuiter me expediam, ne nimis in hac re moroſus ſim. nam ea ſolùm intentione hoc adnectere volui, vt perfectè tota hæc materia ſciatur, ſimulque ne peccatores decipiantur, homineſque tepidi. Vnde breuiter

Primus modus talem perſeuerantiam interrumpendi, eſt per expreſſum actum nolendi amplius orare, aut ex inconfidentia accipiendi, quod petitur, aut ex tædio expoſtulandi, quod equidem per ſe patet.

Secundus modus eſt per teporem, & remiſſionem perſeuerantiæ, & per peccata venialia, frequenter reiterata. Sic Alexand. Alenſ. *4. p. quæſt. 96. membr. 3. art. 5.* cum aliis, impugnatur, & rectè à Raphaël Torres *vbi ſuprà*. Alex. Alenſ.

Tertius modus & verus, eſt perſeuerantiam in petendo, neceſſaria ad ſalutem, interrumpi per quodcumque peccatum mortale actuale commiſſum, & per expreſſum affectum actualem peccandi. dixi *peccatum actuale*. nam peccator habitualis, & qui quando petit, non habet actualem affectum peccandi, immo eius diſplicentiam, poteſt habere perſeuerantiam infallibilis orationis; at qui actualiter peccat, & actualiter petit neceſſaria ad ſalutem, potius talis eius oratio irriſio eſt, quàm oratio, vt bene Torres; dixi de neceſſariis ad ſalutem. nam ſi petitio ſit de aliis bonis corporalibus, non interrumpitur talis perſeuerantia. 33.

Per peccatum mortale actuale interrumpitur perſeuerantia infallibilis orationis quoad neceſſaria ad ſalutem.

Vltimè addit Torres, quòd ſi aliquis oret oratione quatuor dictis circumſtantiis vallata, certiſſimè habebit ius ad infallibilem eius conſecutionem. Attamen quòd tale ius amitteret ſi fortè mortaliter peccare illi eueniet; quod ius per gratiam recuperatam non amplius reddit. Hæc doctrina apud me eſt certiſſima, & probarem, niſi extra meum eſſet inſtitutum; attamen eam ſupponendo, videant, attendantque peccatores, quanto bono irrecuperabiliter priuentur ob vnum tantùm mortale peccatum. Ob quod ſi deſiderant infallibiliter ſuam conſequi petitionem, orent piè, orent pro neceſſariis ad ſalutem, orent pro ſe, orent tandem perſeueranter, feruoroſè & ſine peccato, vt ſic ſecundùm noſtri Saluatoris dictum accipiant, qui dixit, *Petite, & accipietis.* Torres. 34.

Ius ad infallibilem orationem per peccatum deperditum non redit cum gratia.

Omnia ergo, quæcumque vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis; hæc eſt lex, & Prophetæ. NVM. 11.

Senſus litteralis, & moralis.

Omnia ergo, &c. Neceſſariò de connexione cum ſuperioribus primò agendum. nam ad hoc nos cogit ly *ergo*. Variè ergo hæc à multis connectuntur

Connexio ſententia cum ſuperioribus.

Cyprian. Euthym. Theophyl.

connectuntur cum ſuperioribus. Cyprianus *oratione Dominica*, Euthymius, & Theophylactus epilogum omnium ſuperiorum dictorum, hunc dictum faciunt, quaſi omnia ſuperiora præcepta in hoc vno includi, vniuerſalis connexio, non particularis. Auguſtinus *lib. 2. de ſermone Domini* hæc coniungit cum illa cap. 6. num. 22. *lucerna corporis tui eſt oculus tuus.* quaſi doceat Dominus eadem erga alios nos ſimplicitate debere vti, qua volumus nobiſcum alios vti, ſed & nimis reſtrictiua eſt intelligentia, & à longo nimis repetita tractu. Alij hæc connectunt cum illis cap. 5. num. 42. *petis à te, da ei, & volenti à te mutuari ne auertaris.* Sic Maldonatus. Ratio, quia poſt ſimilem ſententiam immediatè inueniuntur apud Lucam cap. 6. num. 31. *Omnia autem petenti te tribue, & qui aufert quæ tua ſunt, ne repetas.* Et immediatè pòſt. *Et prout vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis ſimiliter.* Bona intelligentia, at non plana; planior & melior eſt Chryſoſtomi *homilia* 14. einſdem Auguſtini *vbi ſupra.* Hugo Cardinalis, Salmeron, qui hæc coniungunt cum illis immediatè dictis, nempe *petite, & accipietis.* Chryſoſtomus hæc ideo ſubiecisſe, inquit, Dominum poſt orationem, vt cum oratione intelligeremus & opera noſtra eſſe neceſſaria. *Voluit Dominus*, ait, *demonſtrare, quoniam oportet homines & ſuperius adquirere auxilium, & quæ à ſe ipſis ſunt, ſimul inferre; vnde cùm dixiſſet, petite, quærite, & pulſate, docet apertè, ipſos homines ſtudioſos debere eſſe, vnde ſequitur, omnia.* Moralis ratio & apta ad opera ſuadenda poſt orationem, cùm verè aliqui ſint qui omnia vellent infusè ſibi dari, & per vota, ſupplicationeſque tantùm virtutes, diuinaque dona acquirere. Verè falluntur. nam cum oratione opera coniungenda. At planior eſt Auguſtini & Hugon. ſententia; ideo poſt orationem Dominum hæc dixiſſe, vt ſciremus modum quo adeò petita obtinere poſſimus, eadem ſcilicet fratribus præſtando, quæ volumus, vt Deus nobis præſtet. *quaſi dicat*, ait Hugo, *Vultis vobis dare petita, & inuenire quæſita. ſi vultis & vobis aperiri; facite ergo alijs quæ vultis vobis fieri ab illis.* Recta connexio, & ad eleemoſynam, operaque miſericordiæ ſuadendi ſatis apta. Vnde Auguſtinus de verbo Domini ſerm. 5. *Vt autem*, ait, *ille cognoſcat mendicos ſuos, agnoſcamus & nos noſtros, excepta enim ſubſtantia facultatum, tales ſunt qui petunt, quales a quibus petuntur, qua fronte tu habes petendi ad Deum tuum, qui non agnoſcis fratrem tuum.*

Chryſoſt. August. Salmeron. Hug.Card.

1. *Cum oratione opera coniungenda.*

2. *Efficax ratio pro eleemoſyna facienda.*

3. *Dictum Salmeron, quod tibi non vis, &c. & naturalis iuris primæui.*

3\. Quoad intelligentiam autem huius præcepti, *primo* ſupponendum, cum omnibus auctoribus, hoc non eſſe conſilium, ſed præceptum, & non eſſe præceptum Euangelicum, aut legis antiquæ, ſed legis naturæ, & legis naturæ non vtcumque, ſed, vt bene aduertit Salmeron, primæuæ, hoc eſt, primorum principiorum legis naturæ, & non aliorum, quæ ſunt veluti concluſiones, ex illis exceptæ; in ſpeculatiuis enim ſcientiis, ſunt quædam principia per ſe nota, & vniuerſalia, ex quibus poſtea eliciuntur concluſiones, quæ cognoſcuntur ex illis principiis. Pari modo in lege naturæ quædam ſunt regulæ generaliſſimæ, quæ ſunt veluti omnium principia, atque ita nota, vt nullus in eis poſſit eſſe error, aut inſcitia, vt *omne malum eſſe fugiendum, nulli eſſe iniuſtè nocendum*; quæ, vt ait ſanctus Doctor

S. Thom.

in 4 diſtinct. 33. art. 1. ad 4. dicuntur naturalia, ex principio, quia immediatè à natura ſunt indita. Alia verò præcepta ſunt etiam iuris naturalis, & non ſic primæua, & generaliſſima, ſed quaſi concluſiones ex illis generaliſſimis principiis notæ. Vt *veritas ſeruanda in promiſſis, nil agendum ex inſidijs, depoſitum eſſe reddendum, accommodatum, & mutuum eſſe reſtituendum*, & ſimilia. Qua doctrina ſuppoſita, omnes conueniunt, hoc præceptum eſſe de illo iure naturæ, quod primæuum dicitur, & generaliſſimum, ſic vt etiam & ipſi Gentiles illud callerent. Vnde Seneca relatus ab Hugone, *ab alio expecta, quod alteri feceris*, quod præceptum etſi iuris naturalis, tamen ex vi peccandi, conſuetudineque peruerſè agendi, quæ in mundo tunc Chriſti tempore vigebat obſcuratum, & veluti abolitum. Chriſtus ſanctiſſimus honorum omnium reſtaurator ac reparator, lege ſua quodammodo viuificauit, nouamque lucem dedit, vnde in cordibus Chriſtianorum infixum frequenter in ore eorum volutabatur; *quod tibi non vis, alteri ne feceris.* quod dictum licèt negatiuum, in affirmatiuo Chriſti præcepto ſtabilitur, cùm omnis negatio in affirmatione aliqua fundetur; hinc cùm hoc audiſſet Antoninus Pius, vt refert Lælius Lampridius, frequenter illud Chriſtianos dicere Chriſti vitam ſectatus, ob hoc ei ſtatuam conſecrauit; quid faceret ſi & cætera credidiſſet, & quid nos facere deberemus, qui ea credimus? ſi ob vnam pretioſam gemmam, non nouam, ſed reſtauratam à Chriſto ſtatuam hic Gentilis ei Imperator erexit; quid deberemus nos facere Chriſtiani, qualem adorationem, qualia trophæa, qualia, vt ſic dicam, impendia pro Chriſto ſuſtinere, à quo ſic multas, ſic infinitas, non veteres, ſed nouas obtinemus gemmas, pretioſaſque margaritas? quod præceptum ſic etiam placuit Seuero Imperatori, vt ſæpè & illud ipſe repeteret, teſte eodem Lampridio, illudque in Palatio & in publicis operibus inſeri iuſſerit, & quando aliquem emendabat per præconem iubebat adiici, *quod tibi non vis, alteri ne feceris*; immo dixiſſe fertur, *ideo Chriſtianos ſibi placere quòd quæ ſibi fieri vellent, alij id ipſi facerent*, & hoc referens Maldonatus grauiter ſic ait, *non dixiſſet fortaſſe ſi noſtra vixiſſet ætate, neque mores noſtros, ſed legem laudare potuiſſet.* ſubſcribo.

4\. *Ius naturale primæuum quid, & quid ſecundum.*

Senec.

5\. *Chriſtus illud renouauit abolitum.*

Lamprid.

6\. *Antoninus Pius ſtatuam Chriſto erexit ob hoc dictum.*

7\. *Quid a Chriſtiani ob Chriſtum facere tenentur.*

Maldon.

Circa rectam verò intelligentiam, adnotandum ly *vultis* non deſignare voluntatem diſtortam, ſed rationalem, vt rectè Auguſtinus, & vt ſanctus Doctor *vbi ſuprà ad* 7. & Caietanus hîc proportione ſeruata. nam voluntas diſtorta, vt rectè Auguſtinus, non eſt voluntas, ſed paſſio, & ſi non ſeruetur proportio, potius ius confunditur, quàm ſeruatur naturæ; nam, vt bene ſanctus Doctor, *non enim ſi Prælatus non vult ſibi reſiſti a ſubdito, ipſe ſubdito reſiſtere non debet.* Quod amplius explicans Caietanus hîc, ſic ait, *non præcipitur, vt omnia eadem ſecundum ſpeciem faciamus alijs quæ volumus nobis exhiberi, ſed eadem proportionaliter; non enim præcipitur dominis volentibus ſeruitia à ſubditis, vt ipſi eaſdem ſpecies ſeruitiorum exhibeant ſubditis, ſed proportionaliter, hoc eſt, quod ſicut volunt efficere ſubditos, quod debent ſubditi, ita ipſi domini faciant ſubditis, quod debent domino facere, & è conuerſo, ſic enim impletur à dominis & ſeruis*

August. S. Thom. Caiet.

8\. *Quo modo hoc præceptū intelligi debet.*

à viro, & vxore, à Patre & filijs, & reliquis differentijs hominum hoc præceptum. Hanc Caietani

9. *Mundus totus in maligno ex inobſeruantia huius præcepti.*

doctrinam ideo ad verbum adduxi. nam ſi rectè perpendas, ex ea non obſeruata, totus mundus inuertitur, Princeps vult à ſubditis ſeruitia, tributa, vectigalia, vult obedientiam, ſubmiſſionem, quid dico, ad orationem pro crimine læſæ maieſtatis reputat quemlibet, etſi iuſtam renitentiam, attamen non vult ſubditos poſteà tractare ſicut ipſe vellet, ſi eſſet ſubditus; ſic cæteri ſuperiores inferiores, ſic & cæteri qui in dignitate conſtituti, omnino huius præcepti obliti, totum mundum non ſolùm inuertunt, ſed perdunt. Sed ad noſtra; præceptum ergo intelligi debet, proportionaliter, & ſecundùm rectam rationem; ex quo rectè concludit Hugo Card. quòd latro tenetur velle de iure, vt iudex ſuſpendat, & iudex eum ſuſpendere, etiamſi nollet, vt ipſam ſuſpenderetur, ſi malè ageret.

Hug. Card.

10. *Quo ſenſu intelligatur in ſuperiori præcepto legem & Prophetas contineri.*

Hæc eſt enim lex & Prophetæ. Dubitatur, quomodo tota lex, & Prophetæ in hoc mandato, cùm infrà *cap. 22. num. 40.* dixerit Chriſtus totam legem in duobus conſiſtere mandatis, in dilectione ſcilicet Dei, & proximi, *in his duobus mandatis vniuerſa lex pendet, & Prophetæ.* Multi multa, omnia tamen ad duas Auguſtini reſponſiones deducuntur, prima *lib. 2. de ſerm. Domini*, hîc non dixiſſe Chriſtum totam legem & Prophetas; ſed, hæc eſt lex & Prophetæ, ſcilicet de dilectione proximi. nam quidquid in lege & Prophetis de dilectione proximi dicitur, & præcipitur, in hoc verbo inſtauratur, *omnia quæ vultis.* fauere huic expoſitioni quæ Ianſenio placet, textus Græcos apud aliquos codices, qui non habent, *hæc eſt enim lex*, ſed, *ſic eſt enim lex. Secunda* Auguſtini reſponſio, & melior eſt *lib. 8. de Trinitate*, hîc Chriſtum agere de dilectione proximi, quæ ordinatur, ſiue fundatur in dilectione Dei; & ſic vtramque comprehendit; vnde Paul. ad Rom. 13. num. 8. *qui diligit proximum, legem impleuit*; quomodo totam legem impleuit? quia impoſſibile, vt verè, & ſecundùm rectam rationem, & ex charitate proximos diligatur, niſi prius Deus diligatur, vt rectè Abulenſis *hîc quæſt. 26.* cùm quando illum diligimus, non diligendo Deum, vt peccatores, tunc talis dilectio potiùs eſt ipſius odium; ex hoc fit vt in mandato de dilectione proximi includatur Dei mandatum, de eius dilectione, & ſic proximum diligere ſit & Deum, ac proinde, in dilectione proximi totam eſſe legem, & Prophetas. Vera & litteralis expoſitio, quæ ideo mihi amplius placet, quàm prima, quia rectam includit præcepti intelligentiam, licèt, vt diximus, illud non de quacumque voluntate intelligendum, ſed de rationabili; non eſt autem recta ratio, vt voluntas quæ Deum in amore proximi, aut ſui non includit; vnde concludendo dico, ſic [illegible] præceptum debere intelligi, *omnia quæcumque vultis*, ſecundùm rectam rationem, ac Dei voluntatem, *vt faciant vobis homines, & vos facite* [illegible]

Ianſen.

11. *Quomodo intelligatur proximum diligentem totam legem adimplere.*

Auguſt.

Abulenſ.

Vltimò adnotandum, hoc præceptum idem eſſe cum illo, *diliges proximum tuum, ſicut te ipſum.* niſi, quòd, vt benè Salmeron, explicatiùs per hoc illud dicitur; nam qui proximo facit quod vult vt ipſi fiat, proximum diligit, ſicut ſe ipſum.

Salmeron.

Intrate per anguſtam portam; quia lata porta, & ſpatioſa via eſt, quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt qui intrant per eam. NVM. 13.

Quàm anguſta porta, & arcta via eſt, quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt, qui inueniunt eam. NVM. 14.

Senſus litteralis, & moralis.

INtrate. Vſque huc Dominus præcepta dedit, legem ſtatuit nouam, antiquam correxit, perfecit, virtutes, non quaſlibet, ſed heroicas ſuaſit, dilectionem proximi vſque ad inimicos extendit, & infinita alia perfectiſſima, ſanctiſſimaque adiecit, vt ſanctiſſimos nos conſtitueret, ac verè Dei filios, Patrique æterno quàm ſimillimos; nunc, vt bene Ianſenius, aliique, incipit hortari nos, vt quæramus, manum operi adhibere, hic vt porta ſit anguſta & arcta via, in quo loco placet aduertentia Salmeronis, qui ex hoc dicto affirmat, potius nos animum reſumere, quàm deſpondere debere, cùm ſumma poſſit eſſe conſolatio Dominum noſtrum ſcire portam eſſe anguſtam, & viam arctam, *& conſolatio eſt non modica*, ait, *quòd Chriſtus Dominus agnouerit anguſtias portæ, qua ingrediendum eſt, & arctam viam, qua ambulandum, quia probabile eſt quòd Dominus ſuccurrat pro ſua bonitate.* At ego non ſolùm æſtimo probabile, ſed certiſſimum; immo reputo, ac mihi perſuaſum habeo, quod ex hoc principio, quia porta, & via arcta & anguſta, homineſque fragiles, caducos infirmitatibus circundatos, ſciens ipſe figmentum noſtrum, ob hoc cum multis, ne dicam infinitis, Dominum non indignari, & ex multitudine peccatorum magis ad commiſerationem, quàm ad indignationem prouocati, ob hoc multos ſaluari, qui aliàs non ſaluarentur, ſi porta eſſet lata, & via ampla. Ergo omnes Dominus admonet, vt velint intrare per anguſtam portam, & arctam viam mandatorum ſuorum, propter rationes, quas infra ponderabimus, ad quas antequam accedam,

Ianſen.

1. *Cœli portam eſſe anguſtam potius nos conſolari, quàm affligere debet.*

Salmeron.

2. *Deus cur eo peccatis cum hominibus nõ indignatur.*

Adnotare placet, contra perfidos hæreticos, tepidoſque, ac malos Chriſtianos in fauorem legis Chriſti Domini noſtri, ipſum ſcilicet nil noui virtuti addidiſſe difficultatis, per ſuam legem, præter id, quod virtus in ſe continebat, immo ſuauiſſimum potius arduum effeciſſe iter virtutis, ſua gratia adiutrice, cùm ipſemet Gentiles ſolo lumine naturali ducti, ſemper arduum, & difficile iter eſſe virtutis pronuntiarunt, vnde Heſiodus,

3. *Chriſtus Dominus virtutis itineri nil addidit difficultatis, immo multum ſuauitatis.*

Heſiodus.

Virtutem poſuere Dij ſudore parandam,
Arduus eſt ad eam longuſque per ardua collis.

Et Virgilius de littera Pythagoræ, ſic eius eſt carmen.

4. *Viam virtutis arduam & Gentiles cognouerunt.*

Virgil.

Littera Pythagoræ diſcrimine ſecta bicorni
Humanæ vitæ ſpecimen præferre videtur.
Nam via virtutis dextrum petit ardua callem,
Difficilemque aditum primum ſpectantibus offert.

Eandemque ſententiam prorſus apud omnes antiquos reperies Philoſophos, tum Græcos, tum Latinos. Ariſtotel. Ethicor. 3. *Circa difficilia ars eſt ſemper & virtus.* Seneca epiſt. 13. *Initium virtutis arduum.* Saluſtius ad Cæſar. *Virtutis*

iter

iter arduum eſt. quod ſic peruium, vt veluti à natura inſitom, dictamen credatur, quando non ipſa ratio illa demonſtraret; tom ax ipſa natura virtutis, quæ, io medio poſita duorum vitiorum extremorum, difficile ſit ſic medium tenere, vt non in vno incidat extremorum, ob quod dixit Ariſtot. 2. Ethicor. tom. 3. in init. *Infinitis modis contingit peccare, cedendo ſcilicet à medio in extremum.* ob qualem rationem dixit

Cicer.

Cicero ad Caſſium, *difficile eſt perſuadere hominibus honeſtum propter ſe ipſum diligendum.* nam ex praua, ſeu deprauata bominum natura, quæ moroſè, ne dicam omnino, recuſat virtutis leges reſtrictas accipere, & non per ſpatioſas vitiorum decurrere vias; cùm ergo hoc ſit, & quod Chriſtus in ſua lege iuſſit, opera taotum ſint virtutis, qoid ad virtutes difficultatis adiecit, oiſi ſuam adiiceret gratiam, & licèt opera virtutis, quæ ſciiicet præcepit, ſint heroica, & ſupra Pbiloſophorum virtutes, tamen pro hoc heroico, ac ſublimi, ſpecialem promiſit gratiam, ſpeciale adiutorium; ſua ſcilicet auxilia ſupernatutalia; demum ſuos infuſus babitus, infuſaſque virtutes nobis per ſuos labores, pretioſiſſimumque ſanguinem, ac merita acquiſitas. O canes ſtupidi, qui Chriſti ſanctiſſimi præcepta impoſſibilia dicitis, eius gratiam, eius adiutorium non conſiderantes, Philoſophi arduum virtutis impoſſibile oon dixerunt, etiam ſine Chriſti gratia, ſed tantùm cum Dei auxilio generali, & vos præcepta impoſſibilia dicitis cum Chriſti auxilio, & gratia ſpeciali, verè peiores, quàm ipſi Gentiles. Sed ad noſtra.

5.
Confunduntur heretici Chriſti præcepta impoſſibilia docentes.

6.
Quid per portam, quid per viam.
Salmeron.

Anguſta ergo eſt porta, anguſta eſt via; quid per portam, quid per viam, an idem, an diuerſum. Aliqui per portam intelligunt Chriſti fidem, per viam legem euangelicam. Salmeron. Alij volont, vt ipſemet Chriſtus ſit porta, ſit via, vnda Ioaones 14. num. 6. *Ego ſum via, veritas, & vita.* & cap. 10. num. 9. *Ego ſum oſtium, per me ſi quis intrauerit, ſaluabitur.* Alij, per portam anguſtam Chriſtus, per latam diabolus. Chriſtus anguſta porta per humilitatem, diabolus lata per ſuperbiam, Auctor Impetfect. Alij, per viam, præçepta per oſtium, finem præceptorum. Maldonat. Mihi placet ſententia Chryſoſtomi, & Euthymij, per portam ac per viam idem ſignificari, præcepta ſcilicet euangelica; quæ porta ſunt, quatenus per illa ad cœlum intratur; via, quatenus per illa ad illud peruenitur, quæ anguſta dicuntur, quia difficile eſt carni, & carnali homini, per illa intrate, per illa ambulare; hæc intelligentia mihi videtor vera, & litteralis.

Auct. Imp.
Maldon.
Chryſoſt.
Euthym.

At nunc inſurgit quæſtio, quomodo dicantor præcepta porta, & via anguſta, & arcta, cùm infrà *cap.* 11. *num.* 30. dicat ipſemet Dominus, *iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue.* Ad hanc difficultatem reſpondet Abulenſ. *q.* 29. & ſi præcepta Euangelica ſint grauia, quatenus ſunt opera virtutis, vt ſuprà diximus; tamen propter duo fieri leuia, & propter præmij conſiderationem, & propter adiutorium gratiæ. Vera & literalis reſponſio, quæ etiam eſt Chryſoſtomi, & Euthymij reliqootum modernorum, cui ſi expoſitio, ſeu declaratio Chryſoſtomi addatur, oil vltrà erit quod deſiderandum; ſubtiliter ergo hoc conſiderans Chryſoſtomus affirmat in ipſiſmet verbis Chriſti ſtate ſolutionem. oam dum ſua præcepta dixit portam, dixit viam, etſi difficilia, tamen quia noo fecit ea aut terminum, aut ciuitatem,

7.
Chriſti præcepta quomodo ſunt grauia & leuia.
Abulenſ.

Chryſoſt.
Euthym.

8.
Cur ea dixit portam, & viam.

æternitatem ſiguificantia, ſed portam, & viam finem, & traoſitum tantum ſignificantia, conſequenter leuia dixit, quia omnis labor qui finem habet, leuis aſt, uec nomen meretur laboris, qui cum vita finitur, & terminum haber. *Sed cùm poſtea dicat*, ait Chryſoſtomus, *iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue, qualiter hic anguſtam eſſe viam ait, & arctam? ſed & hic monſtrat eam leuem eſſe, & ſuauem, quoniam via eſt, & porta eſt, ſicut & altera, quæ lata, & ſpatioſa dicitur, ipſa via & porta eſt, harum autem nihil manſurum eſt, ſed omnia pertranſeunt, tranſire autem labores, & ſudores, & in bonum finem deuenire, ſcilicet in vitam, ſufficiens eſt mitigare eos, qui agones patiuntur.* nil verius, labores, & afflictiones euaogelicas in obſeruantia mandatorum, & omnia quæ per virtutum opera patiuntur, verè labores diei non poſſunt, quia & finem habenr, & præmium; lege Catalogum laborum, afflictionum, aoguſtiarum, perſecutionum, quas Paulus refert 2. ad Corinthios cap. 11. à num. 23. *in laboribus plurimis*, & obſtupeſces, lege illum ſuprà in hac eadem epiſtola *cap.* 1. *n.* 8. & plus obſtupeſces; dum talem affirmat fuiſſe perſecutionem & laborem, *vt ſupra modum grauatus, ſupra virtutem, ita vt taderet illum etiam viuere.* conſidera animum Pauli, conſidera capacitatem, conſidera deſiderium eius pro Chriſto laborandi, ac patiendi, ſic efficax, vt ab ipſo principio ſuæ conuetſioois impatiens non pro Chriſto mori, & pati neceſſarium fuerit, vt ſtatim illi Chriſtus reuelaret, quanta pro oomine eius eſſet paſſurus. Actorum 9. num. 16. *Ego enim oſtendam illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati*; & cùm audis nunc ipſum dicere talem, ac tantam fuiſſe perſecutionem, vt etiam tæderet ipſum viuere; quàm magna illa, quàm infinita, vt ſic dicam, noli aliud exquirere argumentum; attamen hic idem Paulus ſic afflictus, ſic atiam vitæ moroſus, qui ſupra vires grauatum ſe dixit infrà *cap.* 4. *num.* 17. totum illum montem perſecutionum & grauiſſimum pundus leue, & momenraneum dixit. *Propter quod non deficimus*, ait, *ſed licèt is, qui foris eſt, noſter homo corrumpatur, tamen is qui intus eſt, renouatur de die in diem.* Pendo ly *corrumpatur*; non dixit patiatur, affligetur, perſequatur, maceretur, ſed corrumpatur; quid eſt corrumpi niſi mori deſinere, putreſcere; & non hominem, ſed cadauer fieri per labores; ac perſecutiones? & tamen cùm hoc eſſet, ſequitur, *id enim quod in præſenti & momentaneum & leue tribulationis noſtra ſupra modum in ſublimitate æternum gloria pondus operatur in nobis.* Miſum totum illud pondus tribulationum propè infinitum, & quod ad anguſtias mortis, quod ad putrefactionem illam redigebat, tunc leue dicit; vnde leue? Sanè, amice, quia *momentaneum*, quia non æternum, quia finem habet, vt aiebat Chryſoſtomus; hinc non ſolom totùm illud pondus erat leue, ex hac conſideratione; ſed commutata ſorte ex pondere tribulationis fiebat intus *æternum gloria pondus.* vellem huc explicare, ſed non valeo, expertos atteſtor, vt dicant etiam in hac vita in quantum gloriæ pundus intus tribulationes, quæ foris ſont, conuertantur, ſic vt malior mori, quàm ſine tribulatione viuere, *aut pati, aut mori*, ſanctiſſima aiebat Therafia, quæ *in lib.* 2. *fundationum, cap.* 11. de quadam ſanctiſſima moniali Beatrice incarnationis dicta inter cætera miranda narrat, quadam die cùm ſermonem audiſſet de cruce, in tantum exarſiſſe patiendi ardorem, vt lecto decumbens lachry-

9.
Labores virtutu. & legis Chriſti leues quia finem habent.

10.
Paulus cur infinitas ſuas perſecutiones, & labores leues dixit.

11.
Tribulationũ pondus etiam in hac vita in pondus cõmutantur gloria.

S. Theraſia.

Exempla de hoc.

mis perfuſa, percontata quid haberet, reſpondit, *Deum orent vt infinitas mihi immittat afflictiones ac labores, & ſtatim conſolabor.* Ego noui, quandam tantis laboribus afflictam, vt prope tota eius vita miraculosè ſuſtentabatur continuus, ac immenſus capitis dolor, ſic vt cerebrum veluti in ſartagine coquebatur, vt ipſa dicebat, dolor dentium, ac malarum acutiſſimus, calculi infirmitas ac lateris continua, plagæ ſic prægrandes, & ardentes, vt nec tangere eas, immo nec per longam diſtantiam ad eas manus accedere poſſet, vlcera inteſtinorum, retentio vrinæ ad quindecim dies, febris continua, & ad hæc horribilis dæmonum perſecutio, tormenta, dilaniationes; & cùm omnia hæc pateretur ſimul, & non per vnum, aut per duos dies, aut menſes, ſed per annos actualiter ea patiens, ſemel mihi dixit, *ſic vehemens deſiderium poſſidere adhuc maiora patiendi, vt plus ex hoc tormentaretur, quàm ex paſſionibus, quæ patiebatur.* Quid hoc? nónne practicè dictum ſanctiſſimi Pauli obſeruatum pondus imméſum tribulationum, quod corpus atterit, & putrefacit, ex gratia diuina ſic leue fieri, vt in æternum gloriæ pondus adbuc internis commutetur & animæ ſanctiſſimæ in medio feruoris tribulationis, velut in medio gloriæ reperiantor. Audite carnales, audite ſenſuales, audite mundiales, qui poſt delitias ambulatis, audite qui per amplam, & ſpatioſam intratis portam, arcta eſt Chriſti via, arcta Chriſti porta pluſquam dici poteſt, vt infrà dicemus; at quia porta, quia via, finem habet non ſolùm in altera, ſed quod maius eſt in iſta vita, non finem quaſi iuſti ſine laboribus remaneant, ſine afflictionibus, cùm potius mori deſiderant, quàm ſine illis remanere, ſed finem; quia, vt ſequitur, Paulus, *non contemplantibus, quæ videntur, ſed quæ non videntur* hoc eſt, non temporalia, ſed æterna, vt ipſe ait, totum illud pondus tribulationum exterios, vertitur ex hac conſideratione, ex gratia Chriſti, ex eius amore in gloriæ pondus, interiùs adhuc in hac vita; ſicut econtra, vt obſeruat Chryſoſtomus *vbi ſupra*, licèt vita veſtra ſit ampla, ſit prægrandis, ſit ſpatioſa, ſit delicioſa, *attendite miſeri, quia & porta eſt, & via eſt*, hoc eſt, finem etiam habet, non æternum gloriæ pondus, ſed triſtitiæ, ſed mœroris, ſed afflictionis, non ſolùm in alia, ſed adbuc in hac vita, intus in animabus veſtris operatur; *ad hæc*, ait Salmeron, *lata porta, & ſpatioſa, quæ ducit ad interitum, pluribus, ac maioribus anguſtijs circumſpecta eſt, quam iuſtorum via, nam, vt omittam conſcientiæ tormenta, quæ pax, aut quies poteſt eſſe in mundi huius honoribus, delitijs, aut diuitijs, quas Chriſtus ſpinas vocat? aut, qui maiores cruciatus quàm ſpectare hæc ipſa bona uobis de manibus eripi, & ipſum poſſeſſorem infinitis curis, & periculis affligi; ſi igitur conferantur anguſtiæ & difficultates vtriuſque viæ, minores multo ſunt, & leuiores, quas iuſti patiuntur, gratia Dei ſubleuati, & ſpe æternorum bonorum; cùm tamen impij & viam latam ſectantes, vel ſerò tandem etiam nolentes confiteantur, laſſati ſumus in via iniquitatis*, Sapient. 5. num. 7. de qua re in noſtris commentariis in Sapientiam, diximus in hunc ipſum locum. nunc dicerem niſi de hac materia alibi dixiſſem, & niſi aliò me res auocarent.

13.
Confunduntur carnales homines ex hoc dicto Saluatoris viam arctam non ſequentes, ſed latam.

Salmeron.

14.
Peccatores amplius laborant, quàm iuſti ſuam ſequentes concupiſcentiam, & ſæculi viam.

15.
Vna tantum eſt via ad cœlũ arcta, ſecùs alia ampla quæ ducit ad mortem, media non adeſt, & eam dare inuētio eſt diaboli, & carnalis hominis.

Anguſta ergo eſt via præceptorum, arcta via mandatorum, ad illam tamen nos hortatur ingredi Chriſtus Dominus noſter; at nune quibus rationibus? ſanè vna, & prægrandi. nam cùm non amplius, quàm duæ ſint viæ, aut ampla, aut ſtricta, non eſt media; attendant tepidi, & qui in vnum Chriſti & mundi viam coire volunt; non eſt via media partim ſtricta, partim ampla; inuentio eſt ac carnalium, ac hominum tepidorum fallacia, diaboli inſipientia, ac fictio humana; nam Chriſtus diuina ſapientia, non eam agnouit. nam ſi agnouiſſet, propoſuiſſet; quid ni? peribat, vt ſic dicam, vt homines ad ſalutem eueheret; quid ergo ſi in decretis diuinis aſpexiſſet, mediam quandam eſſe viam inter amplam, & anguſtam, non eam propoſuiſſet? vt ſic infiniti, ne dicam omnes ſaluarentur? Sanè, at quia non vidit, ideò duas tantùm propoſuit, aut amplam, aut anguſtam, & vt per anguſtam intremus hortatus eſt; ratio, quia ampla ducit ad interitum, anguſta ad vitam: hæc eſt ſumma omnium rationum; hæc eſt ſumma omnium veritatum, hæc eſt ſumma & infinita veritas, via ampla ducit ad perditionem, via ſtricta ad vitam, & quia inſipientium infinitus eſt numerus, ideo *multi ſunt qui intrant per eam*, & quia perfectorum paucus, ideo *pauci ſunt qui inueniunt eam. Multorum ob hoc deſidiam ſignificans*, ait Chryſoſtomus vbi ſuprà, *& audientes erudiens, non multorum proſperitatibus attendere, ſed paucorum laboribus.* at ſequitur Dominus, Chryſoſt.

Quàm anguſta porta & arcta via eſt. Aliqui Latini Codices legunt, *quoniam*, ſed vulgatam optimè defendit Maldonatus, eruditè probans Maldon. eſſe Hebraiſmum à verbo *Mach*, quod idem ſonat ac *quid*, *& quam*; vt *Pſalm. 8. num. 1.* quàm admirabile in Hebræo *Ma. b adir*, Pſalm. 30. n. 20. *quàm magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine*, & Pſalm. 83. n. 1. *quàm dilecta tabernacula tua Domine*; in Hebræo *Mach rab*, immo ſi ad ſenſum attendamus, totam perdit energiam ſi pro *quàm*, *quoniam* legatur, vt ex infrà dicendis apparebit.

Quæritur ergo, ad quid hæc coniungit Dominus, cùm ſuffecerat dixiſſe, portam eſſe anguſtam, hoc eſt, præceptorum ſuorum obſeruationem; ad quid nunc & ſuper anguſtam talis obſeruationis adiicere admirationem? quod ſonat illud *quam*, vt ex ſuprà dictis locis Pſalmorum patet; ad quid hæc? Reſpondet ſic Abulenſis, *dixerat, intrate per* Abulenſ. *anguſtam portam, & quia aliqui crederent non eſſe valde anguſtam iſtam portam, inſtruxit eos, dicens, quam anguſta porta, & arcta eſt via, in quo nos reddit cautos, & ſollicitos, oſtendendo magnitudinem periculi, ſcilicet, quia arcta via*, immo obſeruat, & rectè apud Lucam *cap. 13. num. 24.* magis Dominum expreſſiſſe hanc difficultatem, dicens, *contendite intrare per anguſtā portam*, id eſt, cum magno conatu, & dans cauſam ſequitur, *multi quærunt intrare, & non poterunt.* Mirum hoc & maximum, ſi conſideretur officium Chriſti, quod erat Dei regnum prædicare, ad illud omnes aduocare, animare, perſuadere, allicere, attrahere, quod cùm modus ordinarius ſit blandè incipere, difficultates obtegere, ſuauem addere doctrinam, ipſamet præcepta difficilia ſuauia facere, tradens modum, regulas, epikeias, & ſimilia, non hoc facit, immo oppoſitum ad difficultates difficultates addit, ad arduitatem arduitatem, ad anguſtiam anguſtias: vnde non contentus dixiſſe portam eſſe anguſtam, hortans, vt omnes intrent per eam, cùm ſuauem deberet efficere anguſtiam, totum oppoſitum agit, ſupra affirmationem portæ anguſtiæ admirationem addens, dicit, *quam anguſta, ne quis putaret*, vt ait Abulenſ. *non ſic eſſe anguſtam*; cur hoc, nunquid ſine myſterio? Sanè, & ob magnum; at, quale illud, attende patienter ad quæ ſum dicturus.

16.
Chriſtus cur admiratiuè adiecit anguſtiæ portæ, & quale in hoc myſterium.

17. *Quomodo Dei regnum prædicandum ac eius præcepta proponenda.*

Myſterium agnoſco in propoſitione ipſa, eiuſque modo, quo voluit nos docere, quomodo Dei regnum prædicandum, quomodo eius præcepta docenda, quomodo populos doctrinandos, vt ſcilicet res duras, duras dicamus, difficiles, difficiles, arduas, arduas, & non econtra, cùm è diuerſo modo proponendi non ſolùm animas non lucrabimur, immo & perdemus; attende ad quæ dico; ex zelo animarum, ex charitate Chriſti, & deſiderio hominum ſalutis; homines ſanctiſſimi, ac doctiſſimi, tum in quæſtionibus ſpeculatiuis, tùm practicis, ac moralibus, vt arduum cœlorum iter, & præceptorum, ſi non vndique, penè vt planum facerent, tum in quæſtionibus ad fidem ſpectantibus, tum in moralibus, nouas, ac peregrinas inuentantes doctrinas, ſententias, præciſiones, ac metaphyſicas, ſic totum, tum ſpeculatiuum, tum practicum effecerunt, vt iam vix hominibus peccantibus, ſit aliquis qui peccet; ex diſtinctione damni emergentis, & lucri ceſſantis, eiuſque ampliatione, & intelligentia iam, vt ſic dicam, vſurarij in cœlum introire poſſunt, ex præciſione, diuiſione, & intentione non fornicandi, actumque conſummandi, ſic ſimplex fornicatio nuda remanſit, vt præter hanc, quia contra fidem iam luxurioſi in cœlum ingredi poſſunt, ex interpretationibus defenſionis inculpatæ tutelæ iam iracundis & duellionibus, apertum eſt cœlum. Eſſet nunquam ad finem peruenire, ſi ſingula vellem dicere. Abſtineo ab ſpeculatiuis, & quæſtionibus dogmaticis, dum aliqui ſic laborarunt, vt difficile, & abſtruſum hæreticis demerent, quòd penè dicam, & iſtis etiam palàm factam cœli portam. Vnde hoc? & cur homines, alioquin ſanctiſſimi, qui penè ob hoc ſe conſumpſerunt, libros integros conſcribentes, noctes dieſque in hoc conſummantes, ac penè ipſam totam vitam; vnde eis tantus ardor? Sanè ob ſalutem animarum, vt non tanti damnarentur, vt ne putarent ſic arduum eſſe cœli iter, vt niſi perfectiſſimi per illud ingredi non poſſent; vt tandem veritas ſciretur. Sana omnia, & verè ſic credo, immo plus quàm temerarium æſtimo alium ponere finem, aliam diſtortam intentionem, at quia omnino contrarium ſentio, & oppoſitum è diametro, ſcilicet, tantum abeſſe, vt talis modus ſit in bonum animarum, aut quòd peccata auferat, quinimo vt totaliter eas perdit & perdet; meæ partis eſſe duxi tanquam ſacræ Scripturæ explanatoris ex deſiderio animarum profectus ex profeſſo hìc hanc exagitare quæſtionem per viam, digreſſionis, vt lector meus legat ſi velit, pertranſeat ſi nolit.

DIGRESSIO I.

An ſit animarum lucrum, opiniones, quæ dicuntur mites, typis mandare, an potiùs earum damnum.

DIxi *typis mandare*. nam oretenus, & conſideratis circumſtantiis hic & nunc perſonæ & caſus, mitiorem eligere ſententiam, non ſolùm prudentiam exiſtimo, ſed aliquando neceſſarium: at typis illas vt ſic mandare, de hoc volo vt quæſtio intelligatur. Sapientiſſimus ac doctiſſimus Suarez (*Suar.*) à me in quodam caſu perdifficili conſultus, cùm nimis ſtrictam eius iudicarem doctrinam, & ob hoc illum aditem Valliſoleti tunc exiſtentem, vt Romam aditet, conſulit mitiorem, quam probabilem æſtimabat, ac prudentiſſimè mihi tunc iuniori dixit ac conſulit, in ſcribendo ſemper veriorem, ac ſtrictiorem eligendam, oretenus verò iuxta caſus exigentiam, vt oraculum accepi, & ſemper proſecutus ſum; ſic nunc, hanc quæſtionem tantum volo, vt de typis intelligatur, non verò de oretenus dictis, & quæſtione ſic intellecta.

Dico *primò* potius eas diuulgare, & imprimere eſſe animarum damnum, quam lucrum; quod nunc validè probandum argumentis, mea ſententia, ſic validis, vt omnino eis conuictus hanc ob Dei gloriam, ac animarum ſalutem aſſumpſi ex profeſſo prouinciam. 18. *Mitiorem ſententiam non eſſe typis mãdãdam multis & validioribus aſtruitur argumentis. Primũ Chriſti exemplũ.*

Primum ergo argumentum, ſit Chriſti exemplum, quẽ Pater poſuit vt ſequamur veſtigia eius. nam ſi Chriſtus ſic ſemper propoſuit ſuam doctrinam, vt noluerit vnquam aliquid de eius aſperitate demere, etiamſi grauiſſimum inde oriretur ſcandalum, etſi eius officium ſalutem eſſet procurare animarum; ergo non ſecundùm eam, ſed contra eam agit, qui ſupra Chriſtum ſe eleuans, ac veluti eius modum corrigens, duriora velit molleſcere præcepta quòd Chriſtus ſic ſemper docuit, probatur ex hoc loco; & nunc ex altero illud manifeſtum faciam.

Ioan. ergo 6. *à n.* 33. occaſione panum miraculi, vt ipſum Deum crederent, & ſupra Moyſem eſſe, ſe panem vocauit de cœlo deſcenſum. At quid Iudæi ex hac propoſitione n. 41. *murmurabant Iudæi, quia dixiſſet, Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcendi.* At Dominus; nunquid ob hanc murmurationem aliquid aſperitatis in propoſitione mollinit? nil minus, ſed ad ſimplex dictum aſſeuerationem adiiciens *n.* 47. ait, *Amen amen dico vobis, qui credit in me, habet vitam æternam; ego ſum panis vitæ, hic eſt panis de cœlo deſcendens*; & difficultatem augens, maioraque addens, difficilia, non ſolùm ſe panem de cœlo deſcendentem dixit vt antea, ſed adiecit manducationem, vnde addit, *vt ſi quis ex ipſo manducauerit, non moriatur in æternum.* Vide difficultates, ad difficultates additas; murmurabant, quia ſe deſcendiſſe de cœlo dixerat, & eſſe panem viuum, tantum non obfuit murmuratio, vt deſiſteret ad dictis, vt aſſeuerationem adiiceret, ipſi murmurabant de ſolo auditu, eſſe illum panem de cœlo deſcendentem, & ipſe nunc addidit, non ſolum eſſe panem de cœlo deſcendentem, ſed duo alia difficiliora, & quòd manducandus eſſet, & quòd vitam æternam daturus. Vide quàm intrepidè, & duriſſimè ſua proponit myſteria? At quid ex hoc? Sanè litigium n. 53. *litigabant ergo Iudæi ad inuicem dicentes, quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum?* Quid ex hoc litigio? nunquid diuiſionem timuit inter ſuos? nunquid ſcandala, aut rumores, vt ſuam mitigaret ſententiam, aut ſaltem exponeret? nil minus, ſed firmius, ad difficilia difficiliora addens, ſequitur cum atteſtatione, non ſolùm ipſum eſſe panem vitam æternam dantem, & non ſolum eſſe manducandum, ſed qui eum non manducauerit, vitam non habiturum æternam. *Amen amen dico vobis, niſi manducaueritis carnem, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.* At quid ex hoc? An non ſolùm Iudæi ſcandalizati, ſed etiam eius diſcipuli, n. 61. *multi ergo audientes ex diſcipulis eius dixerunt, Durus eſt hic ſermo, & quis eum poteſt audire.* Ad quid, nunquid ob hoc emolliens, vt duriora non prædicaret? nil minus, ſed ad aſperitatem aſperitatem augens, ad fidem ſanctiſſimi fidem expoſcit

ſuæ reſurrectionis. Vnde ſequens dixit num. 63. *hoc vos ſcandalizat, ſi ergo videritis filium hominis aſcendentem, vbi erat prius?* O mira conſtantia! O exemplum in doctrinis, ac veritatibus proponendis ſequendum, quis non moueretur ex ſcandalo, ac ſuorum perditione? quis non prudenter reputaret, à difficultatibus nunc eſſe ceſſandum? Sanè nullus humana prudentia prædítus. At non ſic qui diuina, immo ſic conſtans, in ſuis extitit dictis, ac in eorum duritie, ſiue aſperitate, vt cùm videret multos ex ſuis retroceſſiſſe, *Ex hoc*, ait Ioann. num. 67. *multi diſcipulorum eius abierunt retro, & iam non cum illo ambulabant*. Et equidem etſi non ex duodecim; tamen ex ſeptuaginta, tenet Auguſtinus *in Pſalm.* 90. Epiphanius *lib.* 1. *tom* 1. *cap. vltimo*, affirmans inter eos fuiſſe Lucam, & poſtea à Paulo conuerſum eſt *lib.* 2. *tom.* 2. *cap.* 51. etiam Marcum, & poſtea à Petro conuerſum; quod etiam affirmat Euthymius.

Auguſt. Epiphan. Euthym.

Nihilominus tamen hoc non obſtante ſic imperterritus extitit in doctrinæ rigore, vt ad duodecim conuerſus dixerit, *Nunquid & vos vultis abire?* cur ergo tanta auſteritas? ad rem Toletus ſuper illa verba, *durus eſt hic ſermo, quia veritas ad ſalutem neceſſaria non eſt diſſimulanda propter incredulorum ſcandalum, exemplo Domini*. Nil melius, veritas ad ſalutem neceſſaria, tum in ſpeculatiuis quæſtionibus, tum in moralibus, non ſolùm non eſt neganda, ſed nec diſſimulanda; ſic vt non appareat vt illa eſt. nam ſimplicitas fidei Chriſtianæ eiuſque morum peregrinam, ac ſuperinductam non ſuſtinet veſtem. nam, non quia hæreticis, aut malis Chriſtianis aliqui durum videatur aſperum credere, aut obſeruare, ob quod illud aut nolint hæretici credere, aut mali obſeruare Chriſtiani, Deus, ſiue Chriſtus ſuam mutauit legem duriorem, in leuiorem, vt ſic, verbi gratia, adſimiliter nos eam immutemus, vt perbellè dixit Tertullianus *de præſcriptionibus, cap.* 44. finxit hæreticos dicere Chriſto, ad ſe excuſandus in die iudicij, ſe hæreticis magiſtris crediſſe, quia Euangelium prædicarunt, & ſi diuerſum ab Apoſtolis, quia eos vt Apoſtolos habuerunt; quibus ironice reſpondens facit Chriſtum ſic dicentem. *Prænuntiaueram plane futuros fallacia miniſtros in meo nomine, & Prophetarum, & Apoſtolorum etiam & diſcentibus meis eadem ad vos prædicare, mandaueram ſemel Euangelium, & eiuſdem regula doctrinam Apoſtolis meis delegaueram; ſed cùm vos non crederetis, libuit mihi poſtea aliqua mutare. Reſurrectionem promiſeram etiam carnis, ſed recogitaui ne implere non poſſem. Natum me oſtenderam ex virgine, ſed poſtea turpe mihi viſum eſt. Patrem dixeram, qui ſolem & pluuias facit; ſed alius me Pater melius adoptauit. Prohibueram autem vos adaptare hæreticis, ſed erraui.* nil elegantius, & proportionaliter applicata doctrina ſatis ad rem noſtram; *fornicatio autem, & omnis immunditia*, ait ex ore Chriſti Apoſtolus ad Epheſios cap. 5. num. 3. *aut auaritia, nec nominetur in vobis, aut turpitudo, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas*. Hæc eſt Chriſti lex, qua non ſolùm prohibet fornicationem, ſed omnem immunditiam carnalem; certè dum licitum aliqui oſculum faciunt carnale, vt infrà dicemus, quia durum omnia peccatoribus præſcindere, Chriſtus mutauit ob illos legem duram ſuam, & in mitiorem conuertit. Conſultò abſtineo ab aliis exemplis, ne notare aliquos videar, & cùm bene ſentire de omnibus mihi ſit, nolo vt in diſtortos aliqui mea verba accipiant ſenſus, ideo ab illis

Tolet.

19. *Propter hæreticos aut malos Chriſtianos duritia legis non mitteſcenda.*

Tertull.

abſtineo, ſolum addam vt vnuſquiſque apud ſe doctus conſideret, nouaſque cum antiquis opiniones, præcipuè in moralibus, niſi videatur Chriſtus immutaſſe ſuam ſententiam, de præceptorum ſuorum auctoritate. mentiar ergo vt iam pleno ore diu poſſit, portam & viam ſuorum mandatorum non eſſe amplius anguſtam, & arctam; & cum Tertulliano poſſumus Chriſtum facere loquentem hominibus carnalibus. dixi portam eſſe anguſtam, viam arctam, atqui video vos per illam intrare nolo, muto ſententiam.

Ex dictis ergo conſtat modum prædicandi ac doctrinam proponendi tum fidei, tum morum Domini noſtri eam proponere vt iacet, dura duriter, ſtricta ſtrictè, non viam facilitando ex propoſitione, ſiue interpretatione, aut indulgentia, ſed ex gratia. ergo hic erit verus modus prædicandi, ſcribendi, ad ſalutem conſerens animarum, non contrarius.

Secundò & directè arguo, certum enim eſt ob ſalutem, vt dixi, animarum talia inueniſſe opiniones laxas, ac remiſſos ſanctiſſimos, ac doctiſſimos hos Doctores; vnde ſi ſemel probauero illas non ſolùm hoc non effeciſſe, eoſque minimè quod intendebant, conſequutos, immo oppoſitum plane remanebit, non eſſe conſultum eas ſcribere, ac propalare, immo ſic ſcrupuloſum, vt magnum conſcientiæ onus ante Dei tribunal ſubibunt: hoc autem clariſſimè ſic probo. Vitia non tolluntur vitioſis actibus, ſed virtuoſis, ſed contrariis; at tales opiniones non ſunt vitiis contrariæ, earumque actus; ergo illis habitus vitioſi non tolluntur, immo augentur. ponam tantùm in vna re exemplum. Opinio illa, oſcula ſcilicet & tactus, non eſſe peccata mortalia, quando non ordinatur ad fornicationem, nec adeſt periculum conſenſus in illam, aut pollutionis, ſanè inuenta eſt vt non peccet quis illud agens, reputans ſe peccare; hinc ne in manifeſtam luxuriam incidat, & fornicationem, ſed intra limites ſe continens non peccandi, aliquale remedium obtineat ad ſedandam concupiſcentiam, & non in manifeſta & horrenda ex omnimoda reſiſtentia incidat peccata, hic eſt finis, hic zelus animarum; contra hoc ſtat meum argumentum, omnino ſe decipere, ac toto aberrare cœlo. nam non ſolùm ex illo permiſſo ſedatur luxuria, ſed augetur; ſic vt irritata natura, & aucta tentatione ex permiſſo oſculo, ad apertam deuenient fornicationem, cùm tale medium ſit inordinatiſſimum ad propugnandam, ſiue cuſtodiendam caſtitatem, quia vitium non tollitur actibus vitioſis, ſed virtutis.

Secundum argumentum.

20. *Vitia non tolluntur per actus vitioſos, ſed virtutes.*

Ad hoc manifeſtè probandum aſſumo doctrinam S. Thomæ *in* 4. *diſt.* 31. *quæſt.* 2. *art.* 2. *ad* 2. & Caietani *in ſupplem. ſum.* 3 *p. quæſt.* 49. *art.* 5. *ad* 2. actum matrimonij ad ſedandam concupiſcentiam, & non ad procreationem prolis intentum, eſſe peccatum veniale; cuius ratio digna tanti magiſtri, quia medium aſſumit improportionatum, & infirmum ad luxuriam ſedandam. nam illa non ſedatur actibus luxurioſis, quinimo accenditur; ſed actibus caſtitatis, vnde Sanctus, *ſi attendit euitare fornicationem. ſic eſt ibi aliqua infirmitas*, nil excellentius, intendit euitare fornicationem, at non per medium directum, ac forte, ſed per medium infirmum, per licitam conceſſionem actus venerei; quid hinc vt potiùs non ſedetur, immo & accendatur luxuria, & ex propria vxore deueniat ad alienam.

S.Thom. Caiet.

21. *Matrimonij actus non ad procreandos filios intentus, ſed ad ſedandam luxuriam, cur eſt venialis.*

Hæc

22\. *Ad peccata tollenda imperfectiora nō ſunt concedē da naturæ.*

Hæc doctrina ſic euidens eſt, vt ſit communis omnium Sanctorum ſenſus, cùm omnes vno ore dicant, ad euitanda peccata non eſſe medium conueniens naturæ imperfectiora concedere, ſed ad ordinem ſtrictiſſimè eam redigere. nam ex imperfectioribus licitis conceſſis, ad illicita certiſſimè deuenietur. Perbellè hoc dixit Bernardus *cap. 341. ad Monachos ſancti Bertini*, qui ad obſeruandum ſilentium, non horas loquendi ac confabulandi auxerunt, vt conſolata, vt ſic dicam, natura, ſtrictiùs poſtea regulare obſeruaretur ſilentium, ſed horas auxerunt ſilentij. *Bene ergo feciſtis*, ait, *dilectiſſimi addere aliquid ad priorem ſilentij regulam, bene feciſtis alienando vos magis, ac magis ab actibus ſeculi huius.* Cur bene fecerunt? *Sane*, ait Sanctus, *nam in via vita, quo citiùs, & faciliùs curritur, & lene Saluatoris onus quo creſcit, ampliùs portabilius eſt.* Dat exemplum de auicularum plumis. *Nónne & auiculas leuat, non onerat pennarum, ſiue plumarum numeroſitas ipſa? tolle eas, & reliquum corpus pondere ſuo fertur ad ima, ſic diſciplinam Chriſti, ſic ſuaue iugum, ſic onus leue; quo deponimus, eo deprimimur.* Nil magis ad rem, vt Chriſti lex, vt eius iugum fiat ſuaue, non eſt aptum medium, eum aut deſerere, aut diminuere, ſed fortius portare, immo augere; nam vt ſic *potius ex gratia portat, quàm portatur*, vt ait Sanctus. *Oneroſa*, ſequitur, *alicui videtur ſilentij diſciplina*; quid ergo, *remittenda?* nil minus; immo augenda; nam, vt ſit & leuis fiet, & roborabitur anima, ad illam obſeruandam: vnde Iſaias cap. 30. num. 15. *in ſilentio, & ſpe erit robur veſtrum*; non dixit, in loquela erit robur ſilentij; ſed in ſilentio. nam, vt ait

Bernard.

Bernardus, *eneruat animam præſentium conſolatio; roborat expectatio futurorum.* Egregiè, præſentium conſolatio non roborat, ſed eneruat animam, vt nolit Dei legem cuſtodire, vnde non bonum, ſed peſſimum eſt remedium mille inuenire metaphyſicas, ad conſcientias dilatandas; guloſo dicitis poſſe ientaculum ſumere rerum ſubſtantialium, ouorum, & quid ſimilium; quid ex hoc facitis; nunquid ob hoc ieiunabit? nil minus; ad carnem ſuſpirabit, paruam eſſe materiam carnium vncias quatuor vnus dixit in die Quadrageſimæ; quid ergo, & ad viginti ſe extendet? Luxurioſo permittitis oſculum, & inter inhoneſtum, & honeſtum, inuenitis iocundum; quid ergo putatis quòd ob hoc defeſceſcet luxuria? nil minus, ſed ab oſculo deueniet ad tactum, de tactu ad pollutionem, de pollutione ad fornicationem, de fornicatione ad adulterium, & de pollutione æqui, ob curioſitatem ad peccatum beſtialitatis; nam ſenſualitas non ſenſualitate obruitur, immo incenditur. Comedent, ait Oſeas cap. 4. num. 10. *& non ſaturabuntur.* Cur non ſaturabuntur? quia *voluptas*, ait Gloſſa, *inſanabilis eſt, famem, non ſaturitatem parit.* & deſiderium innaturale vnius rei malæ, non expletur ex eius fruitione, ſed ex priuatione; nam, vt bene Seneca, *deſideria, ſi naturalia ſunt, finita ſunt, ſi innaturalia, infinita.* quòd ex hinc vt ex vno deſiderio male expleto ad aliud accenſiùs deueniatur.

Seneca.

23\. *Deſideria quādo innaturalia, infinita.*

Enim verò *Numer. 11. num 4.* ex faſtidio mannæ flagrauit populus deſideria carnium, *Vulgus quippe promiſcuum flagrauit deſiderio, ſedens iunctis ſibi pariter filij Iſraël, & ait: Quis dabit nobis ad veſcendum carnes? recordamur piſcium, quos comedebamus in Ægypto, gratis in mentem nobis veniunt, cucumeres, & pepones, porrique, & cepe, & allia, anima noſtra arida eſt; nil aliud reſpiciunt oculi noſtri.*

24\. *Populus carnes ambiens cur alliū recordabatur.*

Pendo *primùm*, cùm deſiderium eſſet carnium, & ob illud fletus, cur in mentem, non carnes, ſed allia, ſed cepe, ſed cucumeres, ſed pepones venerunt? Si carnes deſiderabant, carnium, & non alliorum recordarentur? cur ergo illarum non recordantur? Amice, quia flagrantes deſiderio carnium, immeritò, & vituperabili, ſub prætextu nauſiæ, ad illud reprimendum, non mortificationem ſumpſerunt abſtinentiæ, & deſiderij, ſed expletionem. hinc dato deſiderio carnium freno, quod videbatur veluti conceſſibile, & rationabile, & neceſſariò ad deſiderium deuenerunt, ſuperfluorum, & non neceſſariorum, vt alliorum, ceparum, & cucumerum. En ratio; quia, vt Seneca, *deſideria ſi innaturalia, infinita.*

25\. *Cur carnium flagrauit deſiderio cū oues haberet.* Abulenſis.

Secundò pendo; vnde illis tam grande deſiderium carnium, vt flagrationem illud ſacra Scriptura dicat, *flagrauit deſiderio.* quid, nunquid oues non habebant ex quibus veſci poterant, carneſque edere? Vnde ergo illis tam immane ac incenſum deſiderium? Ad rem meam ſatis Abulenſis hîc *quæſt. 14.* habebant carnes, comedebant carnes; ſed non ad ſaturitatem, quia non ad hanc ſufficiebant pecora quæ habebant: hinc ex immoderata carnium comeſtione, non illa contenti, ad ſuperfluam ſic deuenerunt, vt deſiderio incenderentur. *Poterant*, ait Abulenſis, *carnium comeſtionem ad ſufficientiam. Omnia autem pecora quæ habebant, fortè non ſufficerent eis ad vnum diem, ſi comedere vellent ad ſaturitatem.* En ratio; volebant ſaturari, & hoc ſaturitatis deſiderium incenſum extitit ab moderato, & permiſſo carnium eſu. hinc hoc, non mortificato potius incendit, quàm carnium deſiderium extinxit; vah quæ dicere poſſem hîc quæ vidi, quæ audiui non tolluntur. Sanctiſſimi Patres, magiſtrique optimi credite mihi, etſi ignoranti, tamen ſeni, & experto, non tolluntur ex his doctrinis peccata, ſed augentur, & ſi illa petunt, non eſt, quia volunt parcè edere, ſed ſaturari, & ex illis à conceſſis ad inconceſſa deuenient; & qui vt ſedet pruritum pollutionem permittit veſtris præciſionibus, non ſolùm ad determinatam, & voluntariam deuenient pollutionem, ſed ad Sodomiam, quia non eſt medium aptum ad ſedandam luxuriam, actus luxuriæ, etſi permiſſus, ſed potius ad eam incendendam, & animam, non viuificandam, ſed ad mortem addicendam, quod nunc probo.

Poſt talem populi fletum, ait Scriptura *n. 10.* quod cùm Moyſes eum audiſſet, *ei intolerabilis res viſa eſt*; & ſic ad Deum orauit: *Cur affixiſti ſeruum tuum? quare non inuenio gratiam coram te? & cur impoſuiſti pondus vniuerſi populi huius ſuper me, nunquid ego concepi omnem hanc multitudinem? vel genui eam? vt dicas mihi. porta eos in ſinu tuo, ſicut portare ſolet nutrix infantulum, & defert in terram pro qua iuraſti patribus eorum? Vnde mihi carnes, vt dem tanta multitudini? flent coram me dicentes, da nobis carnes, vt comedamus.* Vt ſenſum totius huius orationis intelligamus, ex Abulenſi adnoto. Duo intolerabilia Moyſi viſa eſſe; Idem.
& quòd carnes peterent faſtidito manna, & quòd à ſe, & ſimul quòd Deus illi iniunxerit, vt portaret illum populum, ſicut nutrix infantulum; quod eſt dicere, ait Abulenſis, vt eum portaret, non tantùm vt gubernator, & princeps, qui tantum bonum regimen publicum intendit, ſed vt nutrix, quæ & de eſu, & pane infantulum prouidet

26. *Moſis indulgentia quantum populo obfuit.* uidet. Quid ex hoc? Sanè illud, vt quia Moyſi cura eius, & potus illius populi incumbebat, & ſuæ patris erat, de illo eum prouidere, etſi intolerabilis res ei viſa eſt, vt tanto ardore carnes flagitarent; tamen eius fragilitati compatiens, ac eorum infirmitati conniuens, non peccatum repreſſit; deſideriumque inordinatum obtundit, ſed ad orationem procumbens, Deum pro carnibus orauit. nam orationem ſonant illa verba, *Vnde mihi carnes vt dem tanta multitudini?* Carnes impetrauit vſque ad ſaturitatem. At quid ex hac Moyſis indulgentia num. 33. *Vt furor Domini concitatus in populum percuſſerit eum plaga magna nimis.* Tam grandi, vt nomen loci impoſuerit, *Sepulchra concupiſcentiæ.* En, quò populum duxit Moyſis indulgentia, & commiſeratio! attende ad quæ dico flente populo *num.* 10. ait ſacra Scriptura, *quòd iratus eſt furor Domini valde.* Si iratus valde, cur populum ſtatim non percuſſit? Sanè vt videret an à Moyſe percuteretur, vt alibi fecit quando vitulum adorauit; ideo etſi iratus valde diſtulit vindictam, at cùm vidiſſet non ſolum Moyſem tale inordinatum deſiderium non repreſſiſſe, quinimo pro eo oraſſe, populi miſertus, eius orationem audiens carnes concedens, ſed ſic vt ad eorum comeſtionem in diem amplius ſuus ſe furor, ac ira incendens, & ex comeſtione, quod adnotandum concitatus, ſic eum percuſſit, vt planè deſtruait, vnde Moyſis conniuentia, non ad vitam, ſed ad mortem populum duxit. Sic ſic ſanctiſſimi Patres, ac Magiſtri, ad mortem, ad interitum, ad perditionem animas, tales ducunt opiniones, non ad vitam; non minuunt, ſed peccata augmentant. Sane perquam doctè, & acutè proponitur mulierem viduatam impotentem in actu cum marito ſimul ſeminare; poſſe digitis pollutionem immediatè procurare; ne ex actu incenſa concupiſcentia impotens facta ad reſidendum ſæpè peccet; ſanè pium animarum zelum, ſed attende nunc, ſine vt vir moriatur, & habituata ad ſemen manibus propriis expellendum inſurgat concupiſcentia, quæ acrior in viduis eſt niſi miraculum, aut prodigium adſit Dei gratiæ, in fœdiſſimas ac infinitas incidet pollutiones; experto credite, en quò illa duxit indulgentia, quantumque ex illa malum? quis de hoc in die iudicij rationem reddet, à quo ſanguinem illius animæ Deus requiret? ſanè, ni fallor, à quo eam ſcripſit propalauit.

27. *Non omnibus veritas propalanda.* Dicunt, nunquid ſi veritas, ſi opinio probabilis reticenda. Reſpondeo, vſque in abyſſum ſuffodienda, æternaliter reticenda talis veritas; quid, nonquid omnibus & omni tempore veritas dicenda? Enim verò nulla amplior veritas, quàm ſacrarum Scripturarum, & tamen prohibita, vt vulgari idiomate ſcribatur, ſed ſub latina reſeratur lingua; cur quæſo omnibus non diuina veritas ſit communis, vt volunt hæretici? Sanè reſpondet Bellarminus lib. 6. de verbo Dei cap. 15.

Bellarm.

28. *Sacra Scriptura cur prohibita vulgari idiomate.* *quia populus non ſolùm caperet fructum ex Scripturis, ſed etiam detrimentum, acciperet enim facillimè occaſione errandi, tum in doctrina fidei, tum in præceptis vitæ ac morum. nam ex Scriptura non intellecta nata ſunt hæreſes*; hæc doctrina proportionaliter intellecta, & ad noſtrum accommodata argumentum mirificè facit, tales libros non ſolùm docti, ſed indocti legunt, non ſolùm Theologi, ſed Theologiæ ignorantiſſimi, non ſolùm ſpirituales, ac confeſſores, ſed carnales, & qui libros legunt, vt modum inquirant quomodo peccando non peccent, quod vidi, quod audiui, quod manibus attrectaui loquor; ergo nedum tantum originat malum, veritas talis propalanda eſt, & typis mandanda.

Immo ex hoc dicto & aliud ſumo argumentum, mea ſententia validiſſimum; nam ſimiles doctrinæ pro ſecularibus parum, aut nil faciunt ſi ne pro peccatoribus, nam cùm iſti parum, aut nihil timent peccare, ordinariè loquendo, & quod appetunt eſt totaliter exſatiari, fornicari, adulterari, & ſimilia, tales præciſiones, aut opiniones non poſtulant; quid ergo? remanet igitur vt tantum ſint pro viris ſpiritualibus, ac Deo dicatis, & qui tenentur ad perfectionem, tandem, pro viris, ac mulieribus Deo ſacratis (omnia munda mundis) iſti enim, quia ex voto obligantur ex ſtatu, ac profeſſione, coacti etiam ex remorſu conſcientiæ, ac Dei lumine, in tepidum ſtatum deuenientes, nolentes validè reſiſtere, procurant aliqualiter, vt ſic dicam, bibere, ſi non inebriari, hinc ne ad confeſſionem obligentur, & ſine ſcrupulo mortalis peccati illud efficiant, tales inquirunt, exquirunt, examinant, & proſequuntur opiniones, ex quibus factum, vt ex illis penè totus ſit conſpurcatus ac ſtatus fœdatus perfectorum ac religioſorum; quantum hoc horrendum malum? attende, & antequam ad meum veniam argumentum, *Tertium argumentum.*

Pono ſtatum Religioſorum eſſe ſtatum ſummæ perfectionis, hancque in indiuiſibili conſiſtere, vt dicit S. Dionyſius *cap. 6. Eccleſ. Hierarchiæ*, & refert Diuus Thomas *2.2. quæſt. 184. art. 5. in corp.* loquens enim Dionyſius de differentia hominum perfectorum, de Religioſis ſic ait. *Alij verò Monachos ipſos nominant*, cuius nominis rationem adiungens ſequitur, *ex indiuiſibili & ſingulari vita vniente ipſos ex indiuiſibilibus ſanctis conuolutionibus, id eſt, contemplationibus ad Deiformem vnitatem, & amabilem Deo perfectionem.* Attende ad authoritatem, & quanta perfectio debeat eſſe religioſa, non ſolùm attendes, ſed expaueſces. nam ſupponit vitam in perfectione ſingularem, & non ſolùm ſingularem, ſed in perfectione indiuiſibilem; quid hoc niſi apicem deſignare perfectionis, quia conſiſtit in indiuiſibili. Quid hoc? niſi deſignare Religioſum in terris, etſi corporea carne veſtitum, tamen Angelum debere eſſe indiuiſibilem, non hominem diuiſibilem, hinc euenit vt quod ſæcularibus peccatum leue, ſpiritualibus, & religioſis graue, perſecutio diabolica mors. *Geneſ.* 21. *num.* 16. Sanè nil aliud, niſi iocus erat ille Iſaac cum Iſmahele; at lege Paulum *ad Galatas* 4. *num.* 29. & inuenies talem ludum perſecutionem dicere, *ſed quomodo tunc is qui ſecundum carnem natus fuerat, perſequebatur eum, qui ſecundum ſpiritum.* Cur ludum perſecutionem vocauit. Ad rem Cornelius, quia talis ludus cum Iſaac homine ſpirituali, & qui ſecundùm Deum natus eſt ludus; *ſicut ludus canum cum felibus, & felum cum muribus.* nil excellentius; carnalis, aut ſæcularis ludus cum mulieribus, ludus eſt, & ludus hominum, inter ſe ludentium; at ſpiritualibus, & religioſis ludus felum cum muribus, occiſionem, mortem, perditionem importans; ratio, quia vir eſt Deo ſacratus, quia Iſaac, quia ex indiuiſibili perfectione quam profitetur decidens ad barathrum currit, præcipitatur. Narrat Sanctus Laurentius Nouarienſis Epiſcop. *ſerm. de pœnit. Biblioth. Patrum tom.* 2. quòd Hermes diſcipulo Sancti Pauli cùm quadam die vidiſſet mulierem

Dionyſ.
D. Thom.

29. *Religioſa perfectio conſiſtit in indiuiſibili.*

30. *Religioſus Angelus eſſe debet, & quâ grauia eius peccata leuia.*

Cornel.

31. *Ludus Iſaac cur perſecutionem dixit Paulus.*

S. Laurent.

mulierem in Tiberi ſe lauantem, ſic in corde ſuo eſt locutus, *felix eſſem ſi talem vxorem & ſpecie, & moribus fortitus eſſem.* quam cogitationem cùm non ſic fortiter, vt ſeruo Dei par eieciſſet, quadam die eleuatus in ſpiritu, vidit cœlos aperiri, & ex illis mulierem illam aſſumi: quæ dixit ei, *recepta ſum huc vt peccata tua arguam coram Domino, quoniam peccaſti in me; cui ille, quando, aut in quo loco, aut quando turpe verbum tibi locutus ſum?* Cui illa arridens ſic reſpondit, *in corde tuo aſcendit concupiſcentia nequitia, & non videtur tibi viro iuſto iniquitatem eſſe, ſi aſcenderit in corde illius mala concupiſcentia, peccatum eſt ei, & grande, iuſtus enim vir iuſta cogitat.* Mirum dictu, vt peccatum dicat ſaltem veniale, ſi ex negligentia concupiſcentia aſcendit in corde religioſi viri, ex hoc certè perſpicere poteſt quanta ſtatus ſpiritualis, ac religioſi debet eſſe perfectio. hoc ergo ſic ſtatuto,

Nunc ſic arguo, hæ opiniones, verbi gratia, oſculum non eſſe peccatum mortale pro ſecularibus, vt diximus, parum faciunt; ergo pro religioſis & ſpiritualibus; ad quid ergo illis hoc aperire iter? Dices, ne peccent mortaliter, & vitam æternam amittant, vt illud ſciant, cùm aliàs & ipſi illud faciant. Optimè; nunc ſic peto; hæc opinio eſt euidens, certa, an probabilis tantùm? primum dicere, prorſus eſſet inſanire; immo (ne obliuiſcar & mente cacidat) ideo illam, & ſimiles reputo falſiſſimas; quia vſque huc nullum reperi, qui poſt tranſactam, & expletam concupiſcentiam in meliorem redactus frugem non ſit illis tanquam de mortalibus confeſſus, nullo modo ſuam potens ſedare conſcientiam. Remanet ergo vt ſit probabilis, ex quo fit, vt iudicio probabile operans, non eſſe peccatum mortale, non peccet, ſanè: at nunc peto, ſi non mortale (quod gratis do) erit ne veniale? nullus adhuc dixit non eſſe veniale, & niſi ſtultus, nec illud dicet; nunc attende quæ feciſti ex hac tua opinione, vt dum feciſti talia peccata venialia concupiſcentiæ, ſic eripuiſti frenum timoris peccati mortalis, vt ex miraculo quis iam reſiſtere poſſit, & quia feciſti illa peccata venialia, ac proinde non materia ſacramenti neceſſaria, vt non confiteantur, ac proinde ſic eorum cauterizetur conſcientia ex iſtis venialibus ſacrilegiis, vt ad infinitum decidant; tandem pondus peccatorum mortalium. nam hoc genus ex illo peccatorum venialium eſt, quod ad mortale ducit, vt in promptu eſt ſecundùm omnium Sanctorum doctrinam, immo à fortiori; ex quo euenit vt ſic deturpetur ſtatus religioſus, vt putridum exhalans coram Deo, & hominibus fœtorem, ad infeliciſſimum reducatur ſtatum. O bene equidem,

32. *Sancti quantum dari ad mulieres non videndas.*

ſic Sancti ſunt extremi ad viſionem tantùm mulierum, vt potius quàm eas videre moriantur; immo & vt ab ipſis videantur; ſic Deo placens hæc auſteritas, vt infinita operatus ſit miracula

In vitis Patrum.

in vita ſancti Ioannis, vt in vitis Patrum, cùm nunquam permiſiſſet mulierem ad ſe accedere, ſancta quædam mulier ex deuotione ſic ei perſuaſa per maritum extitit, vt Sanctus viro promitteret enim illam viſurum; cui eadem nocte apparens, ſic ei affatus, *fides tua magna eſt ò mulier, & ideo veni deſiderio tuo ſatisfacere, te tamen moneo non vt faciem corporalem ſeruorum Dei deſideres, ſed vt geſta & acta per ſpiritum contempleris, ſpiritus eſt qui viuificat; nam caro non poteſt quicquam.* Signa miraculum & obſtupeſce. Sanctus Ludonicus Cathalanẽſium Epiſcopus, quia toruo oculo Reginam ad ſtuprum eum prouocantem aſpexit, eam obiurgans miraculosè poſt quadringentos annos ſine correptione repertus oculus tantùm, qui ad modum lucidi cryſtalli reſplendebat, ſpeculum exemplorum verbo *Caſtitas*, exemplo 7. Sanctus Bonauentura refert ſic Sanctum Franciſcum oculos à viſione mulierum repreſſiſſe, vt iam earum imaginem à ſua memoria deleuiſſet. Villaloba *in explicat. part. emblem. pag. apud me* 196. qui & multa alia refert; innumera de hac re tibi exempla addere poſſem de Religioſorum mortificatione, tum in aſpectu, tum in tactu, de qua re vide, ſi placet, pratum ſpirituale, Dei Regnum, ſpeculum exemplorum, Patrum Orientalium & Occidentalium vitas, & mira in hac re reperies; quod cùm aſpexeris, vide nunc quanta diſſonantia, quanta deformitas, quanta ſit præpoſtera doctrina ſpiritualium velle ſedare conſcientias, oſculum honeſtando mulierum, à malitiaque immune reddendo peccati mortalis, quantumque iudicij pondus coram Deo ſubibunt, qui tales doctrinas typis mandarunt, ac in vnum congeſſerunt. Villalob.

Accedit ad hanc impoſſibilitas conuerſionis, cùm nullo modo conuincere illos poſſumus. nam etſi rationibus reſpondere non poſſunt, vt ſæpe mihi contigit, ad authoritatem refugiunt, ex quo impoſſibile, vt conuincantur, in qua re ſic eruditas aliquas reperi mulieres, vt nullus Theologorum ſic homines, ac mulieres, ſic immerſos vidi in hac materia, vt ſanguine potius, quàm lachrymis eſſet res deploranda, & homines ac mulieres ſpirituales, hoc eſt, qui vitam profitebantur ſpiritualem, quæ, quique ſine confeſſione prævia ad Sanctiſſimum accedebant; vnde putridum, ac fœtidum illud os quod paulo antè fœdiſſimè ſe oſculis ſatiauerat, immediatè pòſt ad ſacramentum accedebat, nullo peccati mortalis remorſu, quia ſic ſcriptum reperiebat; quid hoc? nónne totam Dei incendere Eccleſiam, & ſponſam Chriſti diuinam; quam vt ſine ruga & macula efficeret, pretioſiſſimum ſuum fudit ſanguinem, nunc eam totam & macules, & rugis replere talibus præpoſteris opinionibus, quando bene demus eis peccata non eſſe mortalia, ſed venialia.

Vltimè tandem placet reſpondere & iuſtificationi illi, quam ſæpe mihi aliqui dederunt tales opiniones typis mandandas, & pro eis elaborandum, vt ſcrupuloſæ ſedantur conſcientiæ; quæ ratio meo ſenſu riſu digna; dum talem conſcientiam talia peragentem ſcrupuloſam dicunt, ob quam ſedandam elaborandum; videant an potius hoc officium ſit dæmonis, quàm Sanctorum, tales ſedare conſcientias. equidem ſcrupuloſiſſima erabat Eua, ſic vt nec tangere vellet lignum, qui eam ſedauit? Sanè diabolus ſcrupuloſiſſimus Adam; quis eum ſedauit? diabolus perſuadens non eſſe mortale, ſed veniale de pomo edere; *inexpertus diuina ſeueritatis*, ait Auguſtinus 14. de ciuit Dei cap. 11. *in eo falli potuit, vt veniale eſſet commiſſum.* Ad rem noſtram, hoc non equidem eſt Sanctorum has, & ſimiles conſcientias ſedare, immo eorum partes erunt ſinere vt metu moriantur. nam illarum, & illorum eſt ſedanda conſcientia, qui verè ſanctiſſimi ac ſanctiſſimæ, quorum & quarum ſcrupuli potius ex ſumma euenient perfectione, Deique timore, quàm ex mala, & indebita operatione; etenim

33. *Obiectioni occurritur.*

August.

34. *Dæmonis eſt conſcientias ſedare peccatorum, non Sanctorum.*

35. *Angelus in ſepulchro cur conſolatus eſt mulieres, non verò milites.* Infrà *cap.* 28. *num.* 4. deſcendens Angelus ad ſepulchrum, habens vultum ſicut fulgur & veſtimentum ſicut nix, air Euangeliſta, quod *præ timore eius exterriti ſunt cuſtodes, & facti ſunt velut mortui*, &c. *reſpondens autem Angelus dixit mulieribus, nolite timere vos.* Mirum vt ſolatur mulieres, non ſolatur milites, cùm iſti ex obedientia, ex mandato, ex officio, ibi ſepulchrum cuſtodiebant! cur ergo eos non ſolator? Ad rem Sanctus

Seuerian. Seuerlanus, vt in Cat. S. Thomæ. *quia cuſtodiebant crudelitatis ſtudio, non pietatis obſequio, hinc eſt quòd Angelus percellit impios, pios alloquitur & ſolatur.* Nil amplius ad rem, conſoletur Angelus, timoremque eripiat illarum ſanctarum mulierum, quæ ad vngendum Chriſtum acceſſerant; vnde ad eas Augelus, *nolite timere vos, ſcio enim, quòd Ieſum qui crucifixus eſt, quæritis*, quæ piæ, quæ ſanctiſſimæ, quæ timoratæ conſcientiæ, at ſinat milites, vt pereant, qui crudelitatis ſtudio, non pietatis obſequio Chriſtum cuſtodiunt; nam quid crudelius, quàm ſub ouina pelle religionis lupum carnificinum regere, qui crudeliſſimè animas deuoret, ſub vmbra cuſtodiæ; nunquid hos conſolandos, conſolentur eos non Angelus de cœlo, ſed peſſimi Iudæi ac Rabini ſceleſtiſſimi iſti, nos Angelus cunſolati ſunt milites, & conſolati ſunt mentientes ipſi, & mendaeium conſulentes; nam talium eſt tales ſe dare, non Angelorum ſanctiſſimorum, noo ſanctiſſimorum Doctorum Catholicorum, quales qui hæc ſeribunt, typiſque mandant; ſcianique ex hoc ad inſtar Angelorom, non ſolùm taies non ſedare debere, ſed terrere, ſed fulgore ſuæ doctrinæ ac vitæ candore vſque ad mortem eos redigere ex metu, & ad iuſtar Domini noſtri ſcribere, prædicare portam eſſe ſtrictam, viamque arctam, & cum illo admirabundè exclamare, *O quàm arcta eſt via.*

NVM. 15. Attendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.

Senſus litteralis, & moralis.

1. *Ratio & connexio cũ præcedentibus.* ATtendite. Duo præcipuè hîc Inquirenda, *primum* connexio cum præcedeutibus, *ſecundum*, quid per falſos Prophetas; & quoad primum, plana conuexio eſt cum immediatè antecedentibus, ſic

August. Auguſtinus lib. 2. de ſermone Domini. *Cùm dixiſſet, ait, Dominus, paucos eſſe, qui inueniant anguſtam portam, & arctam viam, ſolemus cùm arcta eſt via, & obſcura, ducem, aut indicem quærere.*

Caietan. Ad rem Caiet. *morale eſt quærentibus viam interrogare alios expertos viam, & propterea Dominus, non ſolùm quærendam viam, ſed etiam illos, à quibus quærenda occurrit docet, tales enim ſunt communiter Doctores, & perſonæ ſpirituales monſtrantes viam alijs; ne ergo fallamur, attendite, inquit.*

Res hæc ſic grauis, vt ſicut rectè admonet Sal-

Salmeron. meron cum conſilio, non caſu Dominus dixit, & vſus eſt verbo *attendite*, Græcè autem eſt προσέχετε, *cum attentione cauete*; quam etiam vocem iufrà interpres *cap.* 16. interpretatus eſt *cauete.* quo verbo ad notandum ſæpe Dominus noſter vſus cùm nos da magnis periculis vitandis admonere voluit, vt Lucas 12. num. 1. *Attendite à fermento Phariſæorum.* & 21. num. 3. *Attendite vobis ne fortè grauentur corpora veſtra crapula.* Actorum 20. num. 27. Paulus, *Attendite vobis, & vniuerſo gregi.* 1. ad Timoth. 16. num. 4. *Attende tibi, & doctrinæ.* Vnde Auctor Imperf. *Non dixit,* *Auct. Imp.* *aſpicite, ait, ſed attendite, quia vbi res certa eſt, aſpicitur, vel ſimpliciter videtur. Vbi autem incerta, attenditur, id eſt, cautè conſideratur. nam firma tutela ſalutis eſt ſcire quem fugis.* hoc autem amplius patebit quando dicemus quid per falſos Prophetas.

2. *Propheta quid.* *A falſis prophetis.* Quoad nomen *Propheta*, propriè Propheta ille dicitur, qui occulta futura fatur, Propheta, quaſi à procul faudo, & quia idem eſt iudicium, aut præterita occulta narrando, aut præſentia quæ humanitus ſciri non poſſuut abſque Dei reuelatione, ideo & Moyſes Propheta dicitur, & Haliſæus prædicens ea quæ in caſtris Regis Syriæ agebantur, hinc dum expoſitor Scripturæ, & prædicator earum occulta myſteria pandit, & exponit, etiam dicitur *Propheta*,

3. *Prædicatores quo ſenſu dici poſſunt Prophetæ.* in quo ſenſu Paul. 1. ad Corinth. 12. num. 31. *Æmulamini charismata meliora.* & cap. 14. num. 1. *Æmulamini ſpiritualia, magis autem vt prophetetis.* & infrà num. 37. *Si quis videtur Propheta eſſe, aut ſpiritualis, cognoſcat quæ ſcribo vobis.* Vbi vocat Prophetam doctum, & peritum in ſacris Scripturis intelligendis. Vnde Salom. Prou. 29. n. 18. *cùm prophetia defecerit.* hoc eſt, ſacræ Scripturæ explicatio, vt expounnt Doctores. *Diſſipabitur populus.* & Petrus 2. 1. *Omnis prophetia* (ſcilicet ſacræ Scripturæ explanatio) *propria interpretatione non fit.* hoc eſt, proprio ſpiritu non eſt interpretanda; ſed diuino, qui Eccleſiæ ſuæ ſanctiſſimæ aſſiſtit, hinc omnis illa interpretatio, quæ non eſt ſecundùm Eccleſiæ Catholicæ ſenſum, cùm ſit à proprio ſpiritu, falſa eſt, & non à ſpiritu diuino emanata, ſed diabolico; nam eo ſpiritu ſacra Scriptura intelligenda quo inſpirata, vt rectè

Bernard. Bernard. *in epiſt. ad fratres de monte Dei*, ante medium: *quo ſpiritu*, ait, *ſacræ Scripturæ factæ ſunt, eo ſpiritu legi deſiderant, & ipſo etiam intelligendæ ſunt.*

Auct. Imp. & Auctor Imperf. *Nec enim*, ait, *poteſt quis propheticos interpretari ſenſus, niſi habeat ſpiritum Prophetiæ.* Ex dictis duo colliguntur. *Primum* Doctores, & ſacræ Scripturæ explanatores, ac prædicatores dici Prophetas. *& ſecundum* hos quando

4. *Prophetæ falſi qui dicantur.* non ſecundùm Dei ſpiritum Scripturas interpretantur, ſed ſecundùm proprium, & diabolicum, etiam dici Doctores, vt idem ait Auctor Imperf. ſed falſos. Ex quibos definitionem falſi Doctoris, ſiue Prophetæ elicere potes; nempe eſſe illum, qui falſa vel videt, vel docet, ſiue verbis, ſiue factis, vt 3. *Regum* 22. de Sedecia; qui accepit cornua ferrea, & dixit Ioſaphat, *Hæc dicit Dominus, his ventilabis Syriam, donec deleas eas.*

5. *De quibus Christus hæc verba intellexit.* hoc autem ſic ſuppoſito, nunc Inquirendum, de quibus Prophetis ſit intelligendus Dominus.

Theophyl. S. Thom. Lyranus. Abulenſis. Ianſen. Theodor. Tertullian. Maldon. Salmeron. Theophylact. D. Thomas, Lyranus, Abulenſ. Ianſen. Theodoret. *lib.* 3. *hæreticorum fabularum, in prologo.* Tertulliau. *de præſcriptionibus cap.* 4. Maldonat. Salmeron. aliique communiter, per falſos prophetas hæreticos intelligunt, ſub ouina pelle lupos; quorum fictum veſtimentum, mores, & technas ſi vis videre, lege de hac re Salmeron *in hunc locum.* & Villaloba in lib. quem Hiſpano idiomate compoſuit; cuius titulos, *Impreſas eſpirituales.* qui doctè & eruditè de hac re; hæc acceptio veriſſima eſt, & litteralis, cùm, vt bene aduertit Maldonatus & Salmeron, incredibile eſt dictu, in principio maximè, quanta ſe contra

guot

guni ſanctitate helluones iſti; quanta pœnitentia, quanta oratione, vt apud ſe veram eſſe Eccleſiam credatur.
6. *Hæretici quã aſtuti, & verſipelles.* Montaniſtæ tres Quadrageſimas in anno ſtrictè obſeruabant; Euchitæ perpetuò eſſe orandum aiebant. Encratiſtæ à matrimonio tanquam à re abſurda ſe continebant, & Caluiniſtæ, vt ait Maldonatus, nil in ore eorum, niſi *Dominus, niſi Pater noſter cœleſtis, niſi Chriſtus, niſi fides, iuramentum inauditum nihil in eorum factis apparebat niſi eleemoſyna, niſi temperantia, niſi modeſtia.* Vnde paſtorum ementiti veſtitum niſi ex fructibus cogniti infinitam egiſſent ſtragem. nam, vt bene Bernard. Epiſt. 104. ad Hidelphum comitem. *Verſatur in terra veſtra*, inquit, *ſub veſtimentis ouium lupus rapax, ſed ad Domini deſignationem à fructibus eorum cognoſcamus illum.* quos
7. *Eorum fructus.* fructus deſcribens ſequitur. *Baſilica ſine plebibus, plebs ſine Sacerdotibus, Sacerdotes ſine debita reuerentia, ſunt & ſine Chriſto; deinde Chriſtiani, Eccleſia Synagoga reputantur, Sanctuarium Dei Sanctum eſſe negatur, Sacramenta non ſacra cenſentur, dies feſtiui fruſtrantur ſolemnijs, moriuntur homines in peccatis ſuis, rapiuntur animæ paſſim ad tribunal terrificum, nec pœnitentia reconciliantur, nec ſacra communione muniti, paruulis Baptiſmi negatur gratia.* Si fructus Lutheranorum, Caluiniſtarum, Puritanorum in Gallia, Germania, Flandria, Anglia cæteriſque partibus aſpicies, quàm verè hìc Bernardus ſit locutus intelliges. Ex quo fit, vt cùm iſti in principio ſic cautè ſe ſimulent, vt veri paſtores videantur ouina pelle induti; quàmque difficile ſit illos agnoſcere, intelliges vim verbi Domini, *attendite*, quantaque ſolertia vigilandum, ne decipiamur.

Ad hæc ſi attendes, vt plurimum ſolertiam, ingenij acumen, ac naturalia dona, quibus Hæreticorum magiſtri præditi ſunt, amplius difficultatem eos præcauendi, & cognoſcendi attendes; quod equidem obſeruauit Hieronymus *in*
8. *Hæretici ingenio pollent.* *cap.* 10. *Oſee, num.* 1. in illis verbis; *iuxta vbertatem terræ ſuæ.* vbi ſic, *Hæreticorum terra fœcunda eſt, qui adeò acumen ſenſus, & ingenij percipientes, vt bona naturæ in Dei cultum verterent, fecerunt ſibi ex his Idola. Nullus enim poteſt hæreſim ſtruere, niſi qui ardentis ingenij eſt, & habet dona naturæ, quæ à Deo artifice ſunt creata; talis fuit Valentinus, talis Marcion, quos doctiſſimos legimus, talis Bardaſanes, cuius etiam Philoſophi admirantur ingenium.* quod cùm ſit, & talis ingenij acumen, non ſo-
9. *Hypocritæ ſũt falſi Prophetæ.* lùm extendunt in tradendis doctrinis, ſed in mille, & infinitis eas tradendi & occultandi, ac perſuadendi argutijs; quàm difficile erit ſi iungatur ficta exterior ſanctitas, eos agnoſcere nemo eſt qui neſciat. hinc Dominus noſter hoc optimè calens, vt bene Chryſoſtomus, aduertere nos iubet, dicens, *attendite.*

At licet hæc expoſitio literalis, & vera ſit, per falſos ſcilicet Prophetas hæreticos intelligi, tamen & illa etiam eſt literalis, quæ eſt Chryſoſtomi & Hieronymi, qui licèt principaliter hunc locum de illis intelligunt, tamen etiam de reliquis hypocritis, qui ſanctitatem fingentes ſub ouina pelle, *per dulces ſermones, & benedictiones ſeducunt corda innocentium.* ad Roman. 16. n. 18. *qui non Chriſto Domino ſeruiunt, ſed ſuo ventri. Sed tamen videtur*, ait Chryſoſtomus, *falſos Prophetas, hic non hæreticos inſinuare*, intellige cum Hieronymo principaliter. *Sed eos quidem, qui vita ſunt corrupta, ſed facie quidem virtutis induuntur.* Quod poteſt confirmari ex Luc. *cap.* 6. *num.* 43. dum illa

Chryſoſt.
Hieron.

quæ infrà dicuntur, *non poteſt ſcilicet arbor mala bonos fructus facere*, immediatè ponit poſt doctrinam hypocritarum; nam ibi poſtquam Dominus dixit, *hypocrita eijce primùm trabem de oculo tuo*, immediatè poſt ſequitur, *non eſt enim arbor bona.* Ergo licèt principaliter per falſos prophetas hæretici intelligantur, ſecundariò etiam, & alij 10.
falſi magiſtri Catholici, & licèt non falſam doctrinam ſeminent, tamen ſub ſpecie & auctoritate magiſtri ſpiritualis, & animarum patris, ſic animam perdunt, vt in profundum eijciant peccatorum, in profanam luxuriam conſummantes quod ſpiritu cœperunt. quod grauiter dixit Sanctus Thomas, vel quiuis alius, opuſc. 64. cap. *de periculo familiaritatis dominarum*, *qualibet carnalis affectio*, ait, *eſt periculoſa & damnoſa eis tamen magis quando conuerſatur cum perſona, quæ ſpiritualis videtur. nam quamuis earum principium videatur eſſe purum, frequens tamen familiaritas domeſticum eſt periculum, & malum occultum bono colore depictum, quæ quidem familiaritas quanto plus creſcit, tanto plus infirmatur principale motiuum, & vtriuſque puritas maculatur, non tamen ſtatim hoc perpendunt, vnde ad tam miſerabilem ſtatum in breui perueniunt, vt iam non velut Angeli ſicut cœperant ſe inuicem alloquantur, & videant, ſed tanquam carne veſtitos ſe mutuo intueantur*; quod malum & legimus & ſcimus, immo ſæpe & manibus attrectamus, quod etſi non tam iniquum & peſſimum, vt quando ab homine hæretico fit peruerſum diſſeminans dogma, tamen ſuo modo pernicioſiſſimum, dum in laqueum luxuriæ vertunt eius remedium, & in viam dant damnationis ſimplices animæ, quando putant ad eam perueniſſe quæ ſaluationis; hinc obſequium me Deo facturum duxi, ſi ad inſtar grauiſſimorum auctorum, qui ſigna ad hæreticos dignoſcendos magiſtros in hunc Matthæi locum dederunt, & ego aliqua addam ad hos præcipuè dignoſcendos hypocritas prophetas, falſoſque magiſtros, ne ſimplices animæ deceptæ aut ad illos accurrant, aut quàm citiſſimè ſi aliquid præuident, non ab illis diſcendant, experto credant rem eſſe pluſquam neceſſariam, & omnino ſcitu dignam: at vt commodiùs hoc fiat, expedit vt primò & huius & reliquorum verſuum, qui commodè ad hanc rem faciunt, ſecundùm morem literaliter percurramus. Falſos ergo prophetas Dominus inquit eſſe cauendos, *qui veniunt ad vos*, ait. Cur veniunt? nam ſecundùm omnium expoſitorum ſenſum ipſi accedunt, non à Deo mittuntur. Vnde, vt ait Salmeron, *veniunt ſua ſponte, ſe ipſos vltrò ingerentes.* Vnde Hieremias 23. num. 21. *non mittebam Prophetas, & ipſi currebant, non loquebar ad eos, & ipſi prophetabant.*

Hæretici principaliter ſũt falſi Prophetæ, ſecundariò hypocritæ Catholici ac carnales magiſtri ſpirituales.
S. Thom.
Salmeron.

In veſtimentis ouium, in plurali, non in ſingulari, vt pluralitas, ſiue multiplicitas malitiæ, ac vitiorum talium oſtendatur. placet Maldonat. qui pro veſtimentis ouium intelligit de habitu paſtorum ex ouium pelle; quos oues ſequuntur ex ſimilitudine deceptæ, ſic populi falſos paſtores pro bonis habentes decepti ex ſimilitudine bonorum paſtorum. Optimus ſenſus; hinc & creſcit difficultas eos cognoſcendi, ob quod ſequens Dominus noſter tradens modum, quomodo tales Prophetæ falſi ſint dignoſcendi, ſic ait. 11. *Quid veſtimenta ouiũ.*

A fructibus

NVM. 16. A fructibus eorum cognoſcetis eos; nunquid colligunt de ſpinis vuas, aut de tribulis ficus?

NVM. 17. Sic omnis arbor bona bonos fructus facit, mala autem arbor malos fructus facit,

NVM. 18. Non poteſt arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere.

NVM. 19. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur

NVM. 20. Igitur ex fructibus eorum cognoſcetis eos.

Senſus litteralis, & moralis.

A *Fructibus eorum.* Dixerat Dominus lupos in ouea ſe transmutare extrinſecus, ob quod difficile eos cognoſci, hinc aliquod certè debebat ſignum dare, quo oues poſſunt eos cognoſcere; dat fructus, dicens, *a fructibus eorum.* nam, vt bene Ianſenius, & ſi occultare ſtudeant, tamen impoſſibile, vt omnino ſe occultent, quin ex aliquibus, licet non ex omnibus, non ſe oſtendant, duo autem præcipuè ſunt fructus, ex quibus cognoſci poſſunt, *doctrina, & opera.* Vnde ad rem idem Ianſen. *cùm nouus aliquis prædicator exurgit, qui noua aliqua inculcat, videndum num illius doctrina conueniat cum recepta veritatis doctrina, ad quam tanquam ad lydium lapidem omnium doctrina examinari, & approbari debet.* Quod probat ex 1. Ioannis, vbi Apoſtolus per veram, & falſam doctrinam diſtinguit Prophetam verum, & pſeudoprophetam; & licèt hoc ſignum aliquo tempore occultari poſſit, tamen per longum tempus nunquam; *nam licèt ad tempus ſimulent, ſed produnt ſucceſſu temporis,* ait Theophylactus. *Secundum* autem ſignum ſont opera carnis, non ſpiritus, vt ait Auguſtinus *de ſerm. Domin. lib. 2. cap. 38.* vbi ſic. *Qui ſunt ergo fructus quibus cognoſcamus arborem malam; dicit Apoſtolus, manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt fornicatio immunditia.* Quod præcipuè de hæreticis intelligi debet, cùm, vt Diuus ait Hieronymus *cap. 9. in Oſeam,* ſuper illa verba, *ipſi autem intrauerunt in Beelphegor. difficile eſt hæreticum reperire, qui diligat caſtitatem, non quòd eam præferre deſiſtat in labijs, ſed quòd non ſeruet in conſcientia, aliud loquens, & aliud faciens.*

Ianſen.

1. *Doctrina, & opera verum à falſo ſecernunt Prophetam.*

Auguſt.

Hieronym.

2. *Hæretici nulli ſeruant caſtitatem.*

S.Thom.

Pulchrè S.Thomas difficultans quo modo pſeudo propheta cognoſci poſſit, cùm extrinſecus veſtimentum habeat ouis, ſic ait. *Dicendum, quòd poteſt vix aliquis hypocrita eſſe ita componens, quin appareat aliquid malitiæ, vel verbo, vel facto; cùm ex Seneca nemo poteſt diu fictam ferre perſonam. In duobus maximè manifeſtantur, in his quæ ſubitò agenda occurrunt, quia in his quæ cum deliberatione quis facit, cauet ſibi & in tribulationibus.* Ex quibus duobus ſignis primum apud me ſic infallibile extitit, ad dignoſcendū, an verus, an falſus ſit ſpiritus cuiuſlibet, an ſolida, an ficta, ſeu depicta ſanctitas, vt nonquam me fefellit, ſic vt millies ſpiritus, & inſpirationes approbatiſſimas refelli, ex illa ductus prima ratione. *In ſubitaneis,* ait Ariſtot. in Ethicis, *operamur ſecundùm naturam, non ſecundùm electionem.* hinc nullum amplius certius ſignum ad ſpiritus dignoſcendos, quàm actiones ſubitaneæ & ex tempore; tunc enim apertè dignoſcitur, an natura mortificata, an vera virtus, an habitus poſſideat virtutis veros, an apparentes tantùm.

3. *Ex actionibus ſubitaneis, & tribulationibus verus à falſo dignoſci ur ſpiritus, & Propheta.*

Ariſtot.

Caietanus mirè hos fructus indigitat illos diſtinguens, aſſerens alios eſſe proprios Prophetas, alios officij, vnde illi cognoſcendi, non ex officij fructibus, ſed ex propriis, audi ipſum ſe explicantem. *Siſte mentis pedem, & diſcerne fructus eorum, à fructibus non eorum, ſed vel officiorum, vel audientium, vel fidei & vniuerſaliter gratiarum gratis datarum; fructus eorum ſunt propria charitatis, ſiue conſiſtant in verbis, ſiue in omiſſionibus, ſiue in factis; non ſunt autem fructus eorum concurſus populi, conuerſio hominum ad pœnitentiam mediantibus eorum prædicationibus, & ſimiles effectus, quoniam iſti ſunt fructus fidei, & deuotionis audientium, & non ſunt propria opera Prophetarum. Similiter quæ dicuntur ex ore Moyſis, & Prophetarum, non ſunt eorum, ſed cathedræ fructus. Similiter prophetare, & dæmones eijcere, & miracula facere, vera ex nomine Ieſu Chriſti non ſunt fructus eorum, ſed gratiæ gratis data, ſtant enim hæ gratiæ cum peccato mortali, cum inimicitia eorum ad Deum; non eſt igitur temeraria ratio cognoſcere animum hominis ab operibus proprijs.* Hæc ratio Caietani ſic ſolida eſt, vt ex illa non obſeruata multi fallantur, ſed de illa infrà in Annotat.

Caietan.

4. *Verus Propheta cognoſcendus ex proprijs fructibus, & non ex fructibus officij, & quiſquis alij.*

Hugo Cardinal. per fructus filios ſpirituales intelligit, vnde ait, *a fructibus eorum cognoſcetis eos:* id eſt, *à filijs.* Excellens dictum, & quod infrà diſcutiemus, cùm nullum maius ſignum boni magiſtri ſpiritualis, quàm bonos generare filios.

Hug. Card.

5. *Boni filij ſpirituales, boni magiſtri ſunt ſigna.*

Nunquid colligunt de ſpinis vuas? A fructibus dixit eſſe cognoſcendos falſos à veris Prophetis, & quia metaphorica erat locutio, per fructus opera & doctrinam intelligens, & fructus propriè ſunt arborum, ſnam Dominus proſequens parabolam bonos & falſos Prophetas, bonæ & malæ comparat arbori, affirmando non poſſe à mala arbore bonos colligi fructus; vnde ait, *nunquid colligunt de ſpinis vuas, aut de tribulis ficus,* quæ malæ arbores ſunt; quaſi dicat hoc impoſſibile. nam omnis arbor bona, bonos fructus facit, *mala autem arbor malos fructus facit;* quæ verba ſunt veluti probatio præcedentis dicti, quaſi dicat, ideo non colligunt de ſpinis vuas, & de tribulis ficus, quia arbores malæ ſunt, & non poſſunt bonos producere fructus, ob quod amplius ſe explicans ſequitur,

Non poteſt arbor bona malos fructus facere. Mirum eſt quantum ſint expoſitores in ſoluendis difficultatibus, quæ ex illo verbo *non poteſt*, ex malitia humana ortæ ſunt, cùm mirandum ſit, quantæ hæreſes ex illo, vt optimè obſeruat Maldonat. ex illo Manichæi ſuum ſumpſerunt errorem, alios ſcilicet eſſe homines malos natura ſua, qui nunquam boni, & alios bonos, qui nunquam mali, quia non poteſt arbor bona malos fructus facere. Pelagiani ſimiliter ex illo tollebant originale peccatum, quia matrimonium arbos bona non poterat facere malos fructus; hoc eſt, originale peccatum. Similiter & Donatiſtæ non poſſe bonum Sacerdotem malè baptizare, & è contra; tandem ex hoc loco etiam Caluiniſtæ tollentes liberum arbitrium in bonum; de qua re vide Maldonat. qui optimè contra eos diſputat.

Maldon.

6. *Hæreſes quàm multæ ex hac propoſitione malè intellecta.*

Ar

At non ſolùm ſuos hæretici ex hoc loco auxerunt errores, ſed ſuas difficultates Catholici. nam etſi arbor bona non poſſit malos fructus facere, & econtra mala bonus, non ſic in homine; nam homo bonus poteſt & peccare venialiter, & malus opera aliqua facere bona, ni velimus in hæreſim incidere, omnia ſcilicet peccatorum opera, vel infidelium eſſe peccata, ad quam difficultatem ſoluendam infinita dicunt, quæ verè piget referre; cùm præ manibus facilis eſt reſponſio, veraque ſententiæ intelligentia, ad quam ſtabiliendam,

7. *Explicatur verus ſenſus ſententiæ Domini.*

8. *Parabola non quoad omnia ſemper adaptanda.*

Adnoto in parabolis, vt bene Ianſen. non ſic omnia oportet adamuſſim adaptare, vnde ſumitur parabola, vt nil inter metaphoram & ſignificatum diſcrepet. *In parabolarum autem applicatione*, ait, & rectè, & nos alibi etiam ex profeſſo diximus, *non oportet in hoc ſtudere vt quæcunque rei tribuuntur, vnde ſumitur in parabola exemplum, eadem eodem modo rei adaptentur, & conueniant, propter quam parabola aſſumpta eſt.* Sed proportionaliter res applicanda, quod hic facere oportet, tranſeundo de impoſſibili naturali ad impoſſibile morale, qui erat ſenſus à domino intentus, cùm enim à fructibus affirmaſſet falſum à vero Propheta eſſe dignoſcendum, & parabolicè comparaſſet falſum prophetiæ malæ arbori, & bonum bonæ, cùm hæ, quia à natura deſtinatæ ſint ad vnum, vnde impoſſibile vt bona malos, & mala bonos fructus producat, vt elegantiſſimè ſuprà̀ dictam difficultatem oſtenderet malos homines bonos fructus ſemper facere, & econtra bonos, dixit, *non poteſt arbor bona malos fructus facere, & arbor mala bonos fructus facere*; ſic equidem eſtote certi, quòd moraliter eſt impoſſibile, vt bonus homo ſemper mala opera faciat, ſicut malus ſemper bona; qui ſenſus veriſſimus ac literalis, & eum tradit Abulenſis *hic*, vnde ait, *intelligitur verbum Christi, non quidem quod dicat impoſſibile eſſe malum hominem facere bona aliquando, ſed quod non eſt poſſibile quòd bona faciat ſemper, cùm malus ſit, & malus eſſe intendat.* hic ſenſus, vt dixi, eſt veriſſimus, & ex illo ſoluuntur omnes prorſus difficultates, immo & omnes hæreſes; cùm, moraliter loquendo, & ſi malus bona opera facere poſſit, ſicut econtra bonus mala; tamen quòd hoc ſemper moraliter impoſſibile exiſtens in voluntate eſſendi malum. Ex quo rectiſſimè infert Abulenſis, quòd ex hac regula Saluatoris ſequitur quòd infallibiliter ex fructibus eorum cognoſcentur. cum Abulenſi conſentit Ianſenius, & Maldonatus.

9. *Moraliter impoſſibile vt ſemper malus bona ſemper operetur.*

Abulenſ.

10. *Quid ſignificetur per arborem bonã, & malam.*

Tertullian.
S August.
Beda.
Auct. Imp.
Chryſoſt.
Theophyl.
Lyranus.
Abulenſis.

Ex hac intelligentia ſequitur *primò*, per arborem non fidem, vt volebat Tertullian. *lib. 6. contra Marcion.* nec bonam voluntatem, vt Auguſt. *in enchirid. cap. 15. & lib. 6. p. 9.* Iulian. *cap. 3.* & Beda *in hunc locum*, ſed, vt idem Auguſt. *lib. 1. de gratia Christi cap. 16. & 19.* Auctor imperfecti Chryſoſtomus, Theophylactus, Lyranus, Abulenſis, hominem habentem malam voluntatem, & malam fidem intelligi, qui aut ex malis operibus, aut ex contra fidem doctrina cognoſcitur.

11. *Virtutes ſolidæ ſunt vero ſanctitatis ſigno.*

Secundò ex eadem doctrina ſequitur verum ac ſolidum boni ſpiritus experimentum ac ſignaculum, non eſſe reuelationes, contemplationes, ſeu viſiones, non prophetias, non miracula; ſed virtutes, operaque bona, & hæc talia, vt inter ſe conuenientiam habentes, & ſimultaneitatem, vt ſic dicam, largam obtinuerint perſeuerantiam, quod cùm adſit, impoſſibile, vt ſpiritus ſit falſus, & mentiatur, ſicut econtra, vt ſit malus, & illa continuè exerceat. Ex quo fit, vt qui velit ſpiritus realiter probare, ac diſcutere, paruũ curare debet, an reuelationes ſint veræ, an falſæ, aliaque dona ſupernaturalia, ſed virtutes, & opera examinare bona, & ſancta cum perſeuerantia in illis, & non quælibet, ſed donis correſpondentia, ſcilicet vt opera virtutis ſint heròica, ſi dona ſunt in gradu heroico, nam, ordinariè loquendo, ad magnas virtutes magna ſequuntur dona; ſed de hac re infrà.

Omnis arbor quæ non facit fructum bonum. *Quia verò punire non inſſerat falſos prophetas*, ait Chryſoſtomus, *ideo terret eos ſecundùm pœnam*, quæ adeò obſeruant aliqui, quòd quia & ſimilia Ioannes Baptiſta Iudæis dixit *ſup. cap. 3. num.* 10. Chriſtum Iudæos inſinuaſſe, ac eos perculiſſe affirmant; vnde ad mores hoc applicans Hugo Cardinalis affirmat ex hoc loco taxari eos Prædicatores, qui nolunt dicere, quia alius dixit, *hic ſuggillantur prædicatores, qui dicta aliorum dedignantur*, dum Chriſtus ea quæ Ioannes dixit, meliùs dixiſſet, ex hoc dicto taxari auditores, qui nolunt ac ſtomachantur, ſi vnus dixit quod alius dixit. At melius ex his verbis omnes hypocritas indigitari, ac malos Doctores, qui ex mala doctrina, ac operibus duas conſequentur pœnas, ad regni excluſionem, & in ignem mitti æternum, à quibus duabus pœnis optimè obſeruat Chryſoſtomus primam eſſe multo maiorem. *Intolerabilis, ait, quidem res eſt gehenna, quis neſciat? & ſupplicium illud horribile, tamen ſi mille aliquis patiatur gehennas, nihil tale dicturus eſt, quale eſt a beata illius gloria honore repelli, exoſumque eſſe a Christo, & audire ab illo, non noui vos; atque argui, quòd eſurienti & ſitienti negauerimus cibum & potum, eſt enim ſatius mille fulmina ſuſtinere, quàm vultum illum manſuetudinis, pietatiſque pleniſſimum, nos tamen auerſantem videre, & illos totius tranquillitatis oculos, nequaquam nos aſpicere ſuſtinentes.* Veriſſimè. nam, vt alibi ex eodem Chryſoſtomo diximus, mali in iudicij die pluſquam ipſam gehennam præſentiam Chriſti perſentient irati.

Chryſoſt.

Hug. Card.

12. *Prædicatores, & auditores quomodo taxantur ex his verbis.*

Chryſoſt.

13. *In iudicio nil terribilius Chriſti facie, & aſpectu.*

Ponderat Carthuſianus ly, *quæ non facit fructum bonum*, perpendens de peccatis tantùm omiſſionis Chriſtum loquutum; ex quo ſic infert. *Si ergo peccatum omiſſionis meretur ignis inferni peccatum commiſſionis, quàm horribiliter punietur.* Optima ponderatio, ad quam adiungere poſſumus & aliam Paſchaſ. Rhatbert. qui etiam ponderat, quòd ſi Dominus noſter iubet nos cauere à falſis prophetis, qui tamen veſtimentum habẽt ouium, hoc eſt, qui aliqua habent bona, quanto magis ab illis nos cauere debemus, qui nullum opus poſſident bonum. *Vnde intelligant*, ait, *qui cenſendi ſunt nomine, qui nec habitu ſequuntur humilitatis, nec fructum exhibent pietatis; ſi enim ab iſtis cauendum eſt, qui & propheriam prædicationis impendunt, & habitum ſanctæ religionis gerunt, quid vtique ab his, qui cultioribus ſæculi ſe ornant veſtibus, & mundi ſectantur gloriam, & in omni verborum affatu, atque conuerſationis pompa, necnon in cibis, rerúmque dignitatibus lucis huius filios ſe eſſe demonſtrant, & tamen magiſterium inter oues Christi quàm ſæpe ſibi vendicant.*

Carthuſian.

Rhatbert.

14. *Malorum conuerſatio quantum fugienda.*

Igitur ex fructibus eorum cognoſcetis eos. Solus Caietanus, mea ſententia, veram horum verborum aſſecutus eſt intelligentiam, ſaltem ex his, quos ego viderim. nam omnes nil aliud in his verbis myſterium agnoſcunt, præter putam ex

Caietan. dictis concloſionem ; at Caietanus aliqoid amplius, non ſolùm concluſionem, ſed etiam ad tacitam obiectionem, reſponſionem ſcilicet an falſi prophetæ præter fructus ex pœnis etiam quæ à Deo illis erant ioſligendæ, eſſent etiam cognituri, reſponderque negariuè, ſed

15\. *Ex ſolis fructibus, ſeu virtutibus cognoſcendus verus Propheta.*

tantùm ex fructibus, *tacita occurrit quæſtioni,* ait Caietanus. *Nunquid tales falſos prophetas tu manifeſtabis puniendo ?* Reſpondet enim, *nihil manifeſtè promitto, ſed in dubio quotidie intus ſucciditur de horto, ſeu conſortio ſanctæ Eccleſiæ ; & in ignem æterni cruciatus quotidie mittitur, dum quotidie aliquis eorum moritur. non igitur aliunde, quàm ex fructibus eorum cognoſcetis eos in hac vita.* Excellens doctrina, non cognoſcendi ſunt falſi prophetæ, ſiue hæretici ex damnis, aut ex proſperitatibus. nam multi boni dirè hîc tribulantur, & multi mali proſperantur. Quid peius quàm Achab, & tamen proſperatus in duabus victoriis contra Syriæ Regem 4. *Regum* 23. Quid melius quàm Ioſias, & tamen miſerè mortuus à Nechao in bello Ægypti Rege; non ergo ex proſperis, aut malis ſucceſſibus bonus, vel falſus Propheta dignoſcendus, ſed tantùm ex fructibus, hoc eſt, ex operibus bonis, vel malis, iuxta Domini ſententiam.

Annot. Moral. LXXXVIII.

De ſignis bonorum, vel malorum magiſtrorum ſpiritualium.

ATtendite à falſis prophetis. De hoc argumento vide quæ diximus in commentariis in Sapient. *tom.* 1. *homil.* 40. vbi de notis Dei veri ſerui egimus, quæ proportionaliter & huic argumento adaptari poſſunt, & quia, vt diximus, rem æſtimo grauiſſimam, vtpote in his miſeris temporibus, in quibus ex defectu magiſtrorum ſpiritualium, aut ex deceptione non ſolùm vidi animas deceptas, illuſas, ac omnino deperditas, ſed alias alioqnin ſanctiſſimas ex ignorantia, aut imprudentia aliquorum magiſtrorum ferè in diſcrimen veniſſe tum animarum ſalutis, tum honoris, & reputationis, ideo operæ pretium me facturum æſtimaui, ſi & dictis aliqua adiungerem, ſolùm ea indigitando, cùm impoſſibile vt proſequamur, licèt res perquam neceſſaria, cùm vnum edico, & vt pro certo ſtabiliorem eſſe non ſolùm dictu, ſed nec cogitatu apprehenſibilis,

1\. *Mulieres quàm faciliter ad deceptionem, quámque tenaciter apprehendunt doctrinam ſuorum magiſtrorum.*

quàm facilis ad deceptionem ſit fœmineus ſexus, quàm tanaciter, ac vehementer ſanctitatem apprehendant ſui patris, ſolo ex dictu, opinione, relatione, locutione, aut exterioribus actibus, nullo alio præuio examine, qua ſemel apprehenſa prorſus incredibile eſt, quanta firmitate, tenacitate, aſſenſu, animo, ac voluntate, immo pertinacitate ſuas tenent doctrinas, opiniones, documenta, ſic vt etiamſi Angelus de cœlo illis euangelizet præter id quod ſuus euangelizauit pater, non ſolùm non credunt, ſed irrideant dicentem, quamuis doctiſſimum, licèt alter ſit penè ignorantiſſimus, ſic, vt penè dicas eas nec amplius voluntatem, nec intellectum poſſidere, præter quem ſuus vult ſpiritualis magiſter; adde ad hæc quòd cùm primus lapis, quem ad illas erigendas mouemus, ſit obedientia cæca, & naturaliter illæ ſubiiciuntur, immo pro gloria æſtimant omnimodam ſubiectionem ſine diſcurſu, & ratiocinatione, fit vt totaliter quoad hoc remaneant ſine prudentia, & diſcretione, vnde putantes ſe obſequium præſtare Deo, eo ampliùs in doctrina firmantur, quo illa eis coorradicitur, ex qua re in talem aliquando deueni admirationem, vt ex illa totus tremefactus, quantum iudicij diuini pondus ſuper magiſtros incidet ſpirituales, ſi ſuum officium non exequantur, vt par eſt, animaduerti, & expaui ; ob hoc ergo tanquam ad rem natam ex hoc loco ſalutaria aliqua adnotare libet, ex quibus, tum verus, tum falſus magiſter ſpiritualis dignoſci poteſt, & quis verus, aut falſus Propheta ſit, apud omnes ſit notus, & antequam ad illa accedam, aliqua præmittam tanquam certiſſima.

§. I.

Poſitiones quædam de rebus, quæ non ſunt infallibilia veræ ſanctitatis ſigna.

PRima ſit, actiones aliquas alioquin bonas externas ſanctitatis ſpecimen præſeferentes, 2. *Opera ſingularia nõ ſunt vera ſanctitatis ſignum.* S. Bernard.

quæ ſingularitatem includunt, non ſolùm ſanctitatem non arguere, ſed ferè ſemper magnum hypocriſis ſignum & indicium eſſe ; nam, vt Diuus aiebat Bernard. & refertur in eius vita ; *qui quod omnes non facit, & præter illos aliquid non vult eſſe, ſed haberi ſanctus.* hinc cùm comperiſſet ſciri ſe cilicium trahere, ſtatim illud abiecit. nàm *ſingularitas*, vt vult Gerſon *in tract. deſcriptionum terminorum ad Theologiam vtilium, cap. de temperantia & partibus eius, tom.* 4. *eſt vitium, quo quis quærit diſtingui ab alijs aliter quàm oportet*, quæ eſt ſignum ſuperbiæ, vt idem Auctor *ſerm. de humilitate in cœna Domini tom.* 2. quæ ab omnibus ſanctiſſimis Patribus & magiſtris ſpiritualibus reprobata ſemper extitit, vnde Caſſian. *lib.* 11. *de cœnodoxia cap.* 18. grauiter eam interdicens, ſic ait, *quidquid enim in conuerſatione fratrum minimè communis vſus recepit, vel exercet, omni ſtudio vt iactantiæ delictum declinemus, & ea, quæ nos poſſunt inter cæteros notabiles reddere, aut velut ſolis facientibus laus apud homines ſit conquirenda vitemus ; nam his vel maximè indicijs cœnodoxiæ lethale contagium nobis inhærere monſtrabitur.* de qua re vide Bonauent. *de meditat. Chriſti cap.* 45. Bernard. *ſerm.* 9. *ſup. Cantica.* Medina *lib.* 1. *de humilitate cap.* 17. alioſque ſpirituales magiſtros, qui abundè de hac re ; ſolùm tibi hîc ſententiam Nazianzeni afferam in oratione de funere patris, quia quæ ſint iſta hypocritarum bona indigitat, vt quando ea in illis videris hominem abhorreas ; patris ergo Nazianzenus humilitatem commendans, affirmanſque non fuiſſe fictam, ſed veram, ſic luculenter ait. *Iam quis aut faſtum, magis exercuit, aut animi humilitatem amauit, idque non fictè, aut ſuperficiariè ; non enim illi in veſte, ſed in animi conſtitutione humilitas ſita erat, nec ceruicis depreſſio, aut vox ad exilitatem compoſita, aut faciei motus, aut promiſſa barba, aut oblonga cæſaries, aut certus incedendi modus humilitatem mentiebatur, quin potiùs idem & vita maximè ſublimis, & animo perquam humilis erat, quique ab alijs veſtitus ratione non differebat (à faſtu ſcilicet, ac ſordibus æquè abhorrens) idem in interno ſplendore multos antecellebat.* Si quæ Nazianzenus affirmat

Gerſon. 3. *Singularitas hypocriſis ſignum.* Caſſian. Bonau. Bernard. Medin. Nazian. 4. *Bona hypocritarum externa quæ.*

affirmat conſideres, certiſſimè colliges ſingulares hos actus externos quando non ex officio, aut religione, non ſolùm ſanctitatem non indicare, immo potius ſuperbiam, vanam gloriam ac hypocriſim.

5. *Magna, alta, & ſubtilia prædicare, non eſt ſignum veræ ſanctitatis.* *Secundum* quod præmitto tanquàm ſtabile ac firmiſſimum, non eſſe ſignum infallibile ſanctitatis magna de Deo prædicare, ſubtilia de perſonis diſcutere, altiſſime de virtutibus ac ſublimè in ſuggeſtu diſputare; quin immo, vt ſuprà ex Caietano dicebamus, nec magnas facere animarum conuerſiones, affamar vtique, vt ſic dicam, eſſe prædicatorem, mirificéque ad animarum lucrum aptum. nam cùm donum Prædicatoris ſit vna ex gratijs gratis datis, quæ concedi tere poſſunt ſine gratia gratum faciente, non eſt mirum vt egregie prædicans malè operetur, quod veritam eſſet impoſſibile; vnde luculenter Hilarius hîc Can. 6. *blandimenti verborum*, ait, *& manſuetudinis ſimulationem fructu operationis admonet Dominus noſter expendi oportere.* hinc Dominus noſter infra 21. *num.* 19. ficulneæ maledixit, quia in ea non reperit *niſi folia tantùm*, hoc

6. *Ingens deſiderium prædicandi non magnam ve[illegible]* eſt, verboſitatem in Prædicatore, quem illa adumbrabat, vt aliqui volunt, immo, vt hoc iterum dicam, nullum minus ſignum, ſi non malitiæ, ſaltem non nimiæ ſanctitatis. quàm ingens deſiderium prædicandi, cùm qui veram affectat ſanctitatem, potiùs in Dei Eccleſia in humili deſideret degere ſilentio, quam clamoroſè in ea viuere; quam doctrinam non auderem aſſerere, niſi ſanctiſſimi eſſet Gregorij PP. in 31. *cap. Iob lib.* 23. *cap.* 1. vbi ſic de vero Prædicatore loquitur, *in omnibus, ait, non ſuam, ſed auctoris gloriam quærit; atque omnem ſapientiæ gratiam, quam vt loqueretur accepit, non ſuis æſtimat meritis, ſed eorum interceſſionibus, pro quibus loquitur, accepiſſe, ſéque dum ſe infra deijcit, ſupereſt vt ſua magis mercede priuetur eo bona quæ exercere præualet, aliorum meritis reddit; indignum ſe omnibus iudicat, etiam cum dignitas tenuit. ſcit enim quòd bona quæ innoteſcunt hominibus, ſine periculo eſſe vix poſſunt. & quamuis ſapientem ſe eſſe ſentiat, velles tamen ſapiens non videri, atque hoc omnimodo, quod loquendo proditur, pertimeſcit ſi liceat tacere, appetit dum eſſe multo tutius ſilentium cernit, eoſque ſe feliciores putat quos intra ſanctam Eccleſiam locus inferior per ſilentium occultat, & tamen vt ſanctam Eccleſiam defendat; quia ad loquendum vi charitatis impellitur ex neceſſitate quidem officium locutionis ſuſcepit, ſed ex magno deſiderio altium taciturnitatis quærit.* Nam ad

7. *Prædicator quanta humilitate præditus eſſe debet.* omnium ſic diffuse retuli Gregorium, ſed vt ex eius authoritate non ſolùm quod diximus erueres, ſed etiam quam non mediocri, ſed heroica debeat qui munus ſuſcipit prædicationis, præditus eſſe debet humilitate poſtquam non ſuam, ſed tantùm Dei gloriam quærit, *primò* gratiam prædicationis non ſibi ob ſua merita, ſed ob aliena aſcribit, quod magnum eſt humilitatis ſpecimen. Vnde ſemper Bernardus miracula operans quando eum admirabantur, dicebat, *non propter me, ſed propter vos. Secundo* indignum omnibus iudicat, etiam ſi dignius viuat. *Tertio* non vult apparere ſapiens, etſi ſit ſapiens, quod ſic eſt altius humilitatis gradus, vt vſque huc neminem reperi, etſi ſanctiſſimum. nam ſiue ob vnam, ſiue ob alteram noſtro ſenſu iuſtam rationem quando bene laudem ſapientiæ non appetamus, tamen ſapientes non teneri, nec haberi neſcio, quomodo hoc aut prædicatori, aut lectori, aut ſcriptori poſſibile, niſi ex ſumma ac heroica humilitate, ex deſiderio deſpectionis ſuperans adhuc deſiderium aliorum profectus, dum vere non ſic libenter auditur, nec tantum proficit Prædicator, de cuiùs doctrina non integrè ſentit auditor, at quia profundus eſt in humilitate; hoc non reſpiciens, nec attendens ad deſpectum anhelans etſi ſapiens, non tamen ſapiens vult apparere, tanquàm is in terra. *Quartò* eſt deſiderium tacendi, quod verus habet Prædicator. *Quintò* digna æſtimatio felicioris ſilentij ſtatus. *Sexto* tandem prædicatio ex charitate & coactè, at in animo deſiderium taciturnitatis; quis eſt hic, & laudabimus eum? Da mihi talem, & do tibi verum Apoſtolum, verumque Prædicatorem, at ſi contrarium quid in aliquo attendes ſi ob ſua merita ſibi aſcribit donum, ſi præ omnibus ſe dignum, ſi etſi inſipiens & præter vocem nihil, vult ſapientiſſimus apparere, ſi vt prædicet petit, ſi indignos ac viles æſtimat tacentes; ſi ſic libenter prædicat vt malit mori, quam non prædicare, popularéſque voces non audire; nunquid hic Sanctus, & verus Prædicator, & in magiſtrum eligendus animarum? veriſſimè ergo nullum ſignum, vt ſic dicam, veræ ſanctitatis eſt magnum obtinere prædicationis donum.

Tertium quod præmitto eſt ecſtaſis, ſiue raptus, aut reuelationes non eſſe veræ ſanctitatis 8. *Ecſtaſes, & reuelationes nō ſunt vera ſanctitatis ſigna.* certiſſima ſigna, largum hoc eſſet ſi, vt par eſt, illud probare vellemus, ſufficiat tantùm fundamentum iactare ex D. Thoma 2.2 *quæſt.* 175. *art.* 1. *in corp.* ex multis cauſis raptum prouenire poſſe; ex cauſa corporali, vt qui per infirmitatem alienationem patiuntur, & ex virtute dæmonum, vt patet in arrepititiis, & ex virtute diuina, quod cùm ſit, & difficillimum ſit cognoſcere quando ex virtute diuina, quando ex operatione dæmonis ſit raptus, fit vt ecſtaſis non ſit certum ſignum ſanctitatis, cùm ex operatione dæmonum poſſit prouenire; vnde ſolerter hoc conſiderans Caietanus in hanc ipſam partem D. Thomæ S. Thom. *quæſt.* 95. *art.* 3. de diuinationis ſpeciebus, tradens quot modis dæmon poſſit apparere, ſic ait. *Contingit & ſecundùm interiorem ſenſum apparitiones dæmones cauſare in alienationibus à ſenſibus, ſiue per nimiam attentionem, vt accidit ſuperbis contemplatiuis, qui a dæmone illuduntur, in varijs imaginibus.* de qua re videndus eſt Gerſon *tom.* 3. Caietan. *tract.* 15. *de remedijs contra puſillanimitatem.* Immo Seraphinus Firman. *problem.* 6. affirmat etiam aliquando & peccatoribus ac præſcitis Deum talia Gerſon. concedere ſolere in præmium aliquorum bonorum, & vt ſe enumerant. Cæſarius *lib.* 12. *cap.* 5 Seraphin. & habetur *in ſpeculo exemplorum, verb. Angelus cap.* 16. de VVillelmo Comite Iuliacenſi Narrat in die natalis Domini ter in ſingulis Miſſis in Cæſar. canone, *Voces Angelorum ſuauiſſimas cum melodia dulciſſima quaſi in cælo eſſet audiſſe*; at quid *medicum*, ait, *cæleſtis hæc conſolatio illi profuit peccatis eius maximè impedientibus*; nam poſt mortem cuidam apparens ſe damnatum dixit; immo ex diſpenſatione diuina aliquando hæc & ſimilia tyronibus concedi ſolent, vt in via firmentur ſpirituali, de qua re alibi diximus; & quod etiam naturaliter ecſtaſes accidere poſſint, vide Diuum D. Auguſt. Auguſt. *de ciuit lib.* 14 *cap.* 13 quod cùm ſit, & ex tantis ſimiles effectus poſſint prouenire cauſis;

reſtat.vt certiſſimum, eos non eſſe ſanctitatis infallibile ſignum.

Sacramentorum frequentia nō eſt vera ſanctitatis infallibile ſignum, ſicut nec prophetia, nec miracula, nec martyrium.

9. *Quartum* tandem quod ſuppono eſt, ne ſacramentorum frequentiam, nec populi acclamationem, nec prophetiæ donum, nec miracula, nec tandem ad defenſionem doctrinæ martyrium pati eſſe infallibile ſignum veræ ſanctitatis. nam priora cùm ſint gratiæ gratis datæ, vt diximus, poſſunt cum peccato explere; & vltimum, ſcilicet ob doctrinam pati, conſtat ex hæreticis, de quibus contra Adimantum dicebat Auguſtinus, quòd *viuebant vt latrones, & mori volebant vt Martyres* de qua re vide eundem Auguſtinum *tract.* 51. *in Ioann.* & Bernardum *ſerm.* 66. *in Cantica*, & Euſebium Cæſarien. *lib.* 65. *hiſtoria cap.* 17. de quodam Alexandro pſeudomartyre; *cuius latrocinia, ait, & alia flagitiorum genera in ipſas tabulas publicas accuratè relata ſunt; qui tamen ſe Martyrem prædicabat*; & quo ad miracula, notanda eſt doctrina S.Thomæ 2.2.*quæſt.*118.*art.*2.*ad* 4. vera miracula poſſe fieri per quemcumque ad confirmationem veræ doctrinæ, non verò ad demonſtrationem ſanctitatis falſæ, *& cum malis Dominus miracula operatur, ſecundum Auguſt.* ait Sanctus, *admonet nos Dominus vt intelligamus, quia etiam miracula etiam ſceleratos homines facere, qualia Sancti facere non poſſunt, quod ideo ſecundum Auguſtinum, non omnibus Sanctis illa tribuuntur, ne pernicioſiſſimo errore decipiantur infirmi, æſtimantes in talibus factis eſſe maiora dona, quam in operibus iuſtitiæ, quibus vita æterna comparatur.* de qua re vide ibi Caietanum.

August.
Bernard.
Euſeb.
S.Thom.

Ex dictis ergo conſtat omnia exteriora ſupradicta, veræ ſanctitatis non eſſe infallibile ſignum, nam poſſunt ſine gratia ſtare iuſtificante, quid ergo? Sanè vt altera ſint infallibilia ſanctitatis ſigna, & quæ fallere non poſſint, illa autem nulla alia equidem niſi fructus, hoc eſt, opera bona ac ſancta in charitate facta; bonaque in ſuper ac catholica doctrina, vt mox dicemus, ſi vnum primum dubium abſoluamus.

Dubitatur ergo quòd licèt verum ſit omnia ſupradicta ſingula per ſe non eſſe infallibilia ſigna ſanctitatis, tamen non ſic videtur ſi iunctim ſumantur; cùm moraliter impoſſibile videatur, vt omnia illa in vnum concidant abſque gratia gratum faciente, & quòd Dominus omnia illa ſic liberaliter velit concedere homini non amico, ſed inimico.

An ſit poſſibile omnes gratias gratis datas in vno eſſe abſque gratia gratū faciente.

10. Ad hanc dubitationem vt reſpondeam, dico *primò*, nos duabus modis poſſe illud conſiderare, aut de potentia, ſeu prouidentia Dei ordinaria, aut de abſoluta & extraordinaria; ſi primo modo res conſideretur, veriſſimè credo nunquam illa omnia coaceruatim in vnum coire, quin iſte non ſit homo ſanctus, & iuſtus. nam hoc moraliter æſtimo nunquam eueniſſe, nec euenturum, quod colligo ex Apoſtolo 1. *ad Corinth. cap.* 13. *à num.* 1. qui cùm omnes propemodum gratias retuliſſet gratis datas, affirmaſſetque nil prorſus eſſe ſi abſque charitate, *ſi linguis hominum loquar, & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus ſum velut æs ſonans*; & ea quæ ibi adducit, vt prophetiam, myſteriorum cognitionem, omnimodam ſcientiam, fidem miraculorum; tandem proximi charitatem ardentiſſimam; cùm autem hæc omnia narraſſet, & affirmaſſet, nulla eſſe abſque charitate, ſtatim ſequitur immediatè ſigna edicere veræ charitatis; *charitas patiens eſt, benigna eſt.* Cur ergo ſic conſequenter ſermonem inſtituit de charitate? Sanè meo ſenſu, quia moraliter impoſſibile vt omnia illa poſſideantur, ſine charitate, quod meo ſenſu dixit Theophylactus, acutiſſimè expendens illa vltima Apoſtoli verba, ſcilicet; *& ſi tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt.* In quibus verbis ſatis prudenter dubitat, quomodo poſſibile vt quis ob charitatem proximi tradat ſuum corpus, non tantùm ad moriendum, ſed ad viuè ardendum, & hoc facere poſſit ſine charitate Dei. Acutiſſiméque reſpondet, hoc non dixiſſe Apoſtolum, quaſi aliquando poſſibile moraliter, ſed quod ex illo quod moraliter erat impoſſibile, & nunquam deueniendum argueretur, ſi poſſibile eſſet vt moraliter illud eueniret, nil eſſe omnia illa abſque charitate. *At dixerit quiſpiam*, ait Theophylactus, *quomodo fieri poteſt, vt quiſpiam res ſuas & facultates diſtribuat citra charitatem? reſponderi poteſt, quòd id quod non eſt tanquam ſic poſuerit, proinde ac cùm ait ſi vel Angelus, vel nos prædicemus vobis Euangelium præterquam quod accepiſtis; atqui neque ipſe, neque Angeli aliud Euangelium annunciaturi erant.* Sanè excellens ſenſus, & ad rem noſtram valde accommodatus, illud dixit Apoſtolus, non quòd moraliter eſſet poſſibile, vt ſine charitate Dei, poſſet tantam homo charitatem habere proximi, ſed ſi poſſibile eſſet, certiſſimè nihil eſſet ſine charitate Dei; ergo, vt dicebamus ſi de poſſibili morali ſit ſermo, & de lege Dei ordinaria veriſſimum, æſtimo illa omnia nunquam in vnum euenire abſque Dei amicitia; neque ex hac poſitione ſequitur inconueniens, ſcilicet quòd quis videns in ſe illa poſſe moraliter eſſe certum de ſtatu gratiæ; nam nunquam quis in ſe certiſſimè aſpiciet illa omnia dona, hincque nec moraliter erit de ſua gratia certus; vnde loquendo ſub poſſibili, & in ordine ad Dei cognitionem, verè æſtimo quòd ſi Deus coaceruatim, vt in Apoſtolis, omnia illa dona gratiæ gratis datæ reponat, & in vno nunquam eſſe moraliter loquendo, ſine gratia gratum faciente.

Theophyl.

11. At ſi de potentia Dei abſoluta ſit ſermo, & de poſſibili, vt ſic dicam, metaphyſico, certiſſimum omnia poſſe abſque charitate ſubſiſtere, ac proinde non eſſe infallibilia ſanctitatis ſigna, quòd ſi hoc de omnibus ſimul ſumptis iunctis; quid ergo de ſingulis?

Virtutes heroicæ vera ſanctitatis ſigna.

Reſtat ergo vt verum ſanctitatis ſignum ſit operum Chriſti, & Sanctorum imitatio, vt ſtatim dicemus, quæ imitatio (vt interim hoc dicam) ſi heroica eſt, hominem ſanctum conſtituit: at ſi non heroica, ſed communis, & ſi Chriſtianum, & religioſum, non tamen ſanctum, cum, vt bene Baronius *ad annum Chriſti* 13. & ſi in primitiua Eccleſia Chriſtiani *ſancti* dicebantur, vt conſtat ex Paulo *ad Roman.* 1. *&* 2. *ad Corinth.* 13. *ad Philip.* 4. *& Actorum* 26. & ex Luc. *Actor.* *at demum, ait, obtinuit vſus, vt illi tantummodo ſancti in Eccleſia dicerentur, qui eminentiori probatiorique fulgerent morum ſanctitate.* Vnde in canonizatione Sanctorum Eccleſia ſanctiſſima non quaſlibet requirit virtutes, ſed heroicas, de quibus expreſſe fit mentio in bullis canonizationum, de qua re videndus eſt Caſtellinus *de canonizatione Sanctorum*, vt videas quàm prudenter, quamve temperanter te habere debeas in reputatione, aut nomenclatura ſanctitatis; [illegible] que [illegible] ſit ex vix pullulante virtute, aut eius ſumma mediocritate, quem l[illegible]

Baron.

12.

Sancti qui dicantur.

Caſtellin.

13. *Quàm cautè procedendum in affirmanda aliorum ſanctitate.*

mate, aut vocitare ſanctum, cùm non ſolùm maturè, ſed maturiſſimè ad inſtar ſanctiſſimæ Eccleſiæ in hac re, ni errare velis, procedere debeas, & maximè ſi de ſanctitate ſermo ſit mulierum; fateor cùm per quadraginta ferè annos magiſterium exerceam ſpirituale, & prope infinitas pertractauerim animas ſpirituales, cùm ad malleum & incudem frequenter de earum ſanctitate deueniſſem, multas reperi vanas, nulliuſque ſubſtantiæ, paucas ordinariæ virtutis, raras altioris, rariſſimas heroicæ ac perfectiſſimæ, in ſomnia infinita, reuelationes veras, ac ſolidas pauciſſimas, & tamen vt ſanctæ, ac beatiſſimæ æſtimabantur, & quod caput à viris non equidem mediocris litteraturæ, ſic vt in eam deueni opinionem, niſi ſupernum adſit lumen, & peculiaris Spiritus ſancti afflatus, nec prudentiam, nec ſapientiam, immo nec experientiam ad veros à falſis dignoſcendos ſpiritus, eſſe ſufficientem; difficillimam eſſe prouinciam ſpiritualem magiſterium, non temerè aſſumendum, & ex mille vix vnum vndequaque perfectum magiſtrum reperi ſpiritualem, & quod de mulieribus dico, volo etiam vt de viris intelligatur multos æſtimatos, & vocatos Sanctos audiui, quos cùm pertractaſſem, nec mediocriter ſpirituales probaui, & propria experientia verè reperi facillimè, nulloque negotio mundum decipi, quoties me ſanctum prædicatum audiui, immo miraculorum virum, & vt quis rideat, & euidenter videat quàm parum voci publicæ fidendum, in tantam aliquando apud aliquos deueni æſtimationem, vt pro reliquiis mea æſtimarent, & acciperent, & tamen Deum teſtor viuum, & verum nullum ſic magnum extare peccatorem, *præterea*, ait Bernard. Ogerio Epiſt. 87. *per totam ſeriem litterarum attollens me ſupra me multum de me laudabilia miſces, quorum quia ipſi mihi conſcius non ſum, ignoſco ignorantiæ, tu etiam vides in facie, Deus autem in corde.* Ex qua experientia illud profeci, vt pro nihilo iudicium habeam humanum, tanquam fallax, & pro nihilo dicta, & laudes exiſtimem hominum, cùm ſic mundum mendacem, ac fallacem reperiſſem non aliena, ſed propria experientia, ſed pergo.

Bernard.

§. II.

De veris ſanctitatis ſignis.

QVæ non ſunt infallibilia ſanctitatis ſigna iam ſtabiliuimus, nunc ad infallibilia, & quæ nullo modo tergiuerſari poſſunt.

Signvm I.

Opera bona, & filij boni.

PRimum ergo infallibile ſignum ſunt opera bona in charitate facta, & omnes illi fructus, quos Paulus enumerat ad Galatas 5. num. 22. *fructus autem ſpiritus eſt charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, longanimitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas.* hæc enim ſi dico,

14. *Virtutes diu exercitæ infallibile ſanctitatis ſignũ, & huius ratio.*

ac perſeueranter operentur, moraliter, vt ſuprà dicebamus, impoſſibile, vt à malo ſpiritu procedant; alioquin ſi illud eſſet poſſibile, aut fallax eſſet Chriſti regula, nempe quòd ex fructibus tales ſunt cognoſcendi, & quod moraliter non poteſt fieri, vt arbor mala bonos fructus faciat, aut arbor bona malos, aut Dei prouidentia ſuæ Eccleſiæ deficeret. nam cùm mihi hoc tantùm ſignum dederit ad verum à falſo diſcernendum, Prophetam ſimul Deus non ſe obligaſſet ex hoc, non permiſſurum vnquam, quòd falſus ſic perſeueranter bonos vndequaque produceret fructus, vt nullo modo malos aduertere poſſem, ſanè non reliquiſſet Dominus medium vnde falſum à vero Propheta diſcernere poſſem; quod ſic æſtimo verum, vt ſi fortè aliquis malus è vita diſceſſerit cum ſanctitatis opinione, vnde nullus malus dum viueret animaduerſus ſit fructus, poſt mortem peſſimos eius fructus diſcooperiet Dominus, vt nullam in falſa ſanctitatis opinione deceptionem ſua patiatur Eccleſia, de qua re ſatis clara extant exempla.

15. *Deus poſt mortem falſum diſcooperiet Prophetam ſi diu vixit, quo erat extitit occultum.*

Refert Gabriel Prateolus *de vitis & dogmatibus hæreticorum*, Ferrariæ quendam hæreticum obiiſſe *Hermannum* dictum, quem poſt mortem, vt ad Sanctum, & Apoſtolum, ad eius ſepulchrum accedebant Chriſtiani: at poſt viginti annos talis cultus per Bonifacium VIII. facta inquiſitione repertum hæreſiarcham extitiſſe, ac caput illius ſectæ quæ *Fraticellorum* dicebatur; vnde per iuridicam ſententiam eius oſſa cremata.

Prateolus.

Item Bernardus de Lucemburg *in catalogo hæreticorum lit. G.* narrat hæreticum quendam in Alemannia extitiſſe *Guidonem de Laca* dictũ, quem vt Baptiſtam Alemanni venerabantur, & vt reliquiæ eius accipiebantur veſtimentum; at cùm Inquiſitor quidam hæreticæ prauitatis ad locum veniſſet, facta inquiſitione reperit hæreticum fuiſſe. hinc cum conſultatione Epiſcopi ſimul determinarunt, vt oſſa cremarentur, at proiectis in ignem oſſibus in altum ſe erexerunt, quo vidente populo, & exclamante contra Epiſcopum, vtpote ex inuidia ſanctum combuſſiſſe, tremebundus ad altare accedens ſacrificium obtulit, Deum rogans pro manifeſtatione veritatis, res dictu admirabilis, dum ſanctiſſimus eleuaretur, auditi ſunt dæmones vociferantes: *Amice iam non poſſumus te ampliùs ſuſtinere, quod potuimus vſque huc fecimus*; hinc decidentibus in ignem oſſibus in cinerem redacta ſunt. En ſigni infallibilitas etiam poſt mortem; ex quo fit, vt impoſſibile ſit moraliter, vt malus ſemper bene viuat, & è contra, vt bonus ſemper malè. hinc nullum amplius veri ſpiritus infallibile ſignum, quàm imitatio Chriſti, vt diximus, & Sanctorum, qui ſunt boni fructus, attamen cum perſeuerantia.

Bernard.

At licèt hoc verum ſit, & certiſſimum, tamen poſſibile, vt vidiſti, vt per totam vitam duret; licèt poſt mortem tandem, eius mala opera propalentur, & ſub ouina pelle diu lupus exiſtat; do ergo hoc poſſibile, hinc do tibi cum prædicto ſigno & alterum cum Hugone Cardinali, intelligendo per fructus non ſolùm opera, ſed filios ſpirituales, *à fructibus eorum cognoſcetis eos*, ait Hugo, *id eſt, à filijs.* & pulchrè malos comparat Loth Geneſ. 19. num. 33. *qui filias ſuas corrupit, & ex eis genuit filios*, & filios Gentiles, peccatores, Amonitas nempe, & Moabitas. Si hoc ſignum cum altero iungas, ſic vt ex duobus iſtis vnum ſignum efficias; ſic infallibile illud reperies, vt penè dicam, quòd neque per Dei omnipotentiam quomodo illud poſſit eſſe fallibile, aut poſſibile, vt malus homo & peruerſus, non ſolùm bonos diſſimulet fructus, hoc eſt, opera bona, ſed etiam bonos generet

16. *Filij ſpirituales ſancti, ſignum magiſtri ſanctitatis.*

Bernard. filios, ſanctos, & immaculatos. Ad rem Bernardus *ſermon. 65. in Cantic.* hunc idem tractans punctum, quaſi in anguſtiis poſitus, quærit quomodo occultus deprehendendus ſimulator, dum ex operibus cognoſci non poſſit. Vnde ait vulpi aſſimilans hæreticum, *Neſcio, qua arte fingendi ita tua confundit veſtigia calidiſſimum animal, vt qua vel intret, vel exeat, aut facile queat ab homine deprehendi, ſi fidem interroges, nil Chriſtianius! ſi conuerſationem, nil irreprehenſibilius! & quæ loquuntur factis probant, videas hominem in teſtimonium ſuæ fidei, frequentare Eccleſiam, honorare presbyteros, offerre munus ſuum, confeſſionem facere, ſacramentis communicare; quid fidelius? iam quod vitam moreſque ſpectat, neminem concutit, neminem circumuenit, neminem ſupergreditur, pallens inſuper ora ieiuniis, panem non comedit otioſus, operatur manibus vnde vitam ſuſtentat; vbi iam vulpes?* Sanè impoſſibile vt eam ex dictis cognoſcas; quid ergo faciendum? nunquid deſiſtendum? nunquid non aliud reſtat ſignum? Equidem vnum, reſpondet ſapientiſſimus Bernardus, *fructus*; at qualis? *Vinearum demolitio teſtatur vulpem.* nam ſequitur *mulieres relictis viris, & item viri dimiſſis mulieribus ad iſtos ſe conferunt, Clerici, & Sacerdotes populis, Eccleſiiſque relictis intonſi & barbati apud eos inter textores & textrices plerique inuenti ſunt ſcandaloſum contubernium conſortiumque fœminarum.* En vineæ demolitio: ex qua certiſſime fallacia diſcooperitur hæreticorum, dum licèt exteriùs ſanctitatem proferant, tamen ex filiis quos impiè generant, ſancta Dei deſtruitur Eccleſia; ex quo rectè infert Matthias Brandebarchius in hunc Matthæi locum, ex nullo ſic falſitatem impiiſſimi Lutheri euidenter cognoſci, quàm ex damnis infeliciſſimæ Alemanniæ, ex eius doctrina, ſuiſque diſcipulis illatis; ergo ex filiis & filiabus cognoſcendus malus, aut bonus magiſter. nam etſi ille ad ſe occultandum ſapiens, non iſtæ, hinc quales iſtæ in publico, tales ille in ſecreto; ergo inconcuſſa ſtat Saluatoris regula, *ex fructibus eorum cognoſcetis eos*; hoc eſt, operibus bonis; & filiis ſpiritualibus, & fructibus quos in Eccleſia Dei pariunt.

Signvm II.

Lucri, & emolumenti corporalis nulla acceſſio.

17. *Nulla auaritia & habendi deſiderium boni magiſtri ſignum.* HOc eſt ſecundum ſignum, lydium lapidem vocare poſſumus, à quo qui verus, qui falſus ſit magiſter, dignoſci poteſt. nam verus iuxta Apoſtoli exemplum non quærit res filiorum, filiarumque, ſed eorum, earumque animas, vnde 2. ad Corinth. cap. 12. num. 14. *Ecce tertiò paratus ſum venire ad vos, & non ero grauis vobis, non enim quæro, quæ veſtra ſunt, ſed vos.* Cuius ratio? *non enim debent filii parentibus theſaurizare, ſed parentes filiis.* En Apoſtolicum ſtigma; ſic lucrum exquirere animarum, ſic puré, vt intacta crumena remaneat filiorum, filiarumque ſuarum. nam aliàs ſi ſub vmbra ſpiritualis magiſterii, non lucrum quærimus animarum, ſed auri, ſed argenti, ſed delitiarum, hoc equidem non veri, ſed falſi erit magiſtri ſignum, tales erant illi, de quibus Dominus infrà *cap. 15. num. 4.* dixit quòd ob auaritiam ſimulata templi religione prætermittere ſuadebant patrum honorificationem, hoc eſt, emolumentum, & ſubleuationem (vt ibi dicemus) vt templo eleemoſynam darent, quæ in ſuum cedebat lucrum, *Deus dixit: Honora patrem, & matrem, & quicumque maledixerit patri, vel matri, morte moriatur; vos autem dicitis, quicumque dixerit patri, vel matri munus quodcumque eſt ex me tibi proderit.* En hypocritarum magiſtrorum doctrina, ſub ſpecie templi, & horti ſpiritualis aurum rapere; quid, nunquid iſti oculati magiſtri? Sa- 18. *Auaritia cæca, & oculata.*
ne, at non ad ſalutem animarum, non ad res diuinas eis aperiendas. nam quoad hoc cæci, ſed ad aurum expiſcandum. *cæca eſt auaritia,* ait Ambroſ. *ſermon.* 13. in feſto Sancti Alexii Ambroſ. *tom. 5. ſed diuerſis fraudum oculata ingeniis non videt, quæ diuinitatis ſunt, ſed cogitat quæ cupiditatis ſunt.* Nil elegantius, cæca ad diuina filiis impartienda, oculata ad aurum, ad argentum, ad munera, ad munuſcula ab eis expiſcandis; quos cùm videris, non patres, aut magiſtros dices ſpirituales, ſed (pace eorum & omnia munda mundis) latrones, domos deuorantes ſuarum filiarum.

Enim verò Marc. 12. num. 38. *Cauete,* ait Dominus, *a ſcribis, qui volunt in ſtolis ambulare, & ſalutari in foro, & in primis cathedris ſedere in Synagogis, & primos diſcubitus in cœnis, qui deuorant domos viduarum ſub obtentu prolixæ orationis.* Quot 19.
verba, tot ſigna falſi magiſtri, ſed expendo vltimum, *deuorant*, dixit, cur non expilant, an quia ad ſaginam magiſterium exercent, vt lautam poſſideant menſam, lautam cœnam, auibus, carnibuſque lautioribus refertam. *de gula eos reprehendit,* ait Chryſoſtomus homil. 74. in Matth. *& quod deterius eſt, non à diuitibus, ſed a viduis accipiebant, vnde ventrem implerent, & illarum inopiam conterebant, quam releuare oportebat;* quæ & qualia in hoc dicere poſſem! ſed pergo, ne prolixior ſim. At cur ad viduas accedunt, nónne melius ad homines diuites? ad rem Auctor Imperfect. homil. 44 in Matth. *quia ſexus mulierum incautus eſt; & non omnia quæ videt, aut audit, cum ratione conſiderat, mollis etiam eſt, quia facilè flectitur, vel de malo ad bonum, vel de bono ad malum; virilis autem ſexus & cautior eſt, & durior, propterea ſimulatores ſanctitatis circa mulieres maximè negotiantur, quia nec intelligere earum ſimulationes poſſunt, & facilè ad eorum dilectionem inclinantur religionis cauſa.* Quot verba, tot ſententiæ, tot veritates; incautus mulieris ſexus nullo præuio examine eligit, facilis ad inflectendum, quò vis, quò malis; credite experto, & quidem ad ſtuporem eſt hoc. Si vir eſt aſtutus, ſi intellectu præditus, ſi aliquid ſapit, mirum dictu eſt quàm omnipotens eſt ad mulierem inflectendam, ducendam quò vult, quò deſiderat, album faciet vt nigrum dicat, hinc ignaræ prorſus ad ſimulationes intelligendas, ac religionis gratia, non ſolùm ad dilectionem inclinatæ, ſed, vt ſic dicam, præcipitatæ: ob hoc ergo exemplum viduarum Dominus poſuit, quia virorum conſortio deſtitutæ. Harum ergo domus non comedunt tantùm, ſed deuorant, non tollunt, ſed expilant vt latrones, quomodo latrones ſi non vi, ſi à quibus libentiſſimè dant accipiunt? Ad rem Ambroſ. *ſermon. 66.* qui eſt *Dominica 12. poſt Pent.* Ambroſ. *tom. 5.* ſuper illa verba, *reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari*, affirmans Clericum, ſiue Sacerdotem etiam militare, ſuumque ſtipendium eſſe munera Spiritus ſancti, & quod ex altari eſt ei conſtitutum

Mali magiſtri ad ſaginam magiſterium exercent.

Chryſoſt.

Auct. Imp.

20. *Chriſtus cur malos magiſtros dixit comedere domus viduæ, & non diuitum.*

21. *Mulieres faciliimè ad deceptiones patiendas per falſos magiſtros.*

22. *Fur eſt non ſolùm qui vi, ſed qui circumuentione tollit aliena.* rerum, ſic grauiter ait. *Si enim non contentus ſtipendijs fuerit qua de altario Domino iubente conſequitur, ſed exercet mercimonia, interceſſiones vendit, viduarum munera libenter amplectitur, hic negotiator magis poteſt videri, quam clericus, nec dicere poſſunt, nemo nos inuaſionis arguit, violentiæ nullus accuſat, quaſi non interdum maiorem prædam a vidua blandimenta eliciant, quam tormenta; nec intereſt apud Deum vtrùm vi, an circumuentione quis res alienas occupet.* Pulchrè, & hoc vltimum notandum apud Deum, ſcilicet pari paſſu currere vim, & circumuentionem, ſic latro eſt qui vi, quàm qui circumuentionem rem aufert alienam; quod bene callens Paulus 2. *ad Cor.* 12. *n.* 16. ab hac calumnia ſe purgare volens, poſtquam dixiſſet illis nunquam ipſum fuiſſe grauem, nec eorum quærere, ſed eos, ſic ait. *Sed eſto ego vos non grauaui, ſed cùm eſſem aſtutus, dolo vos cæpi, nunquid per aliquem eorum quos miſi ad vos circumueni vos, rogaui Titum, & miſi cum illo fratrem; nunquid Titus vos circumuenit?* Verus magiſter qui nec per ſe rem auferebat, nec per alios, nec vi, nec circumuentione, non ſic falſi magiſtri, etſi non vi latrones circumuentione.

23. *Magiſtri auari fœminæ, non viri.* Hinc quia ad aurum inhiant, & ad munera, non patres ſunt, non fortes viri, ſed, vt ſic dicam, fœminæ, ab auaritia effœminati. Deus bone, quæ hîc dicere poſſem; ex hac equidem radice prouenit, vt pœnitentibus conniueant, vt cum earum defectibus molles non eas increpent, vt peccata excuſent, vt ea diſſimulent, vt doctrinas inueniant molliores, vt quod velint, quod appetant, iuſtificent, etiamſi iniuſtum, vt ad eorum, earumque guſtum perfectionem deſcribant: at

24. *Auaritia effœminat virtutem.* vnde hoc? Sanè, quia ab auaritia effœminati, non ſunt amplius patres, ſed molles matres. Audi Ambroſ. *lib.* 1. *officiorum, cap.* 39. de fortitudine tractans, præcipuè contra auaritiam neceſſaria, vnde, quomodo vir ſit fortis, ſuadens inter cætera, *Auaritiam fugiat*, ait, *tanquam labem quandam, quæ virtutem effœminet, nil enim tam contrarium fortitudini, quàm lucro vinci.* Pulchrè dictum, auaritia quando ei demus quod virtutem non tollat, quando magiſtrum ex bono non malum faciat, ſaltem illum effœminat, & ex viro fit non iam vir virtutis, ſed fœmina, hinc ex ipſa victoria victus. O res admirabilis, dignaque fletu, vincimur quando vincimus, quia ad ſpolia anhelamus, paupertatem ſuademus pœnitentibus, & dum in illis dæmonium vincimus, paupertatem illis affectantibus vincimur, miſeri, per ipſam victoriam, quia ex ſpoliis pœnitentium diteſcimus. Abſtinentiam

25. *Per illum effœminantur magiſtri ſpirituales & à perfectione decidunt. Idem.* perſuademus, & inhibemus, ieiunant ſtrenuè, at quid ex eorum ieiunio? nos ingurgitamur, quid hoc niſi victos remanere ex ipſa victoria, quia ad ſpolia anhelamus. *Frequenter*, ait Ambroſ. vbi ſuprà, *pulſis hoſtibus inclinata in fugam aduerſariorum aciem, dum exuuijs cæſorum capitur præliator, inter ipſos, quos ſtrauit, miſerandus occubuit, & triumphis ſuis deletæ legiones dum ſpolijs occupantur hoſtem in ſe reuocarunt, qui fugerat.* Nil melius, neque magis ad rem, & præcipuè vltima penſanda verba dilecti Dei ſerui, dilectiſſimi homines ſpirituales, ſtrenuiſſimi contra diabolum præliatores quando in clanculo ſine ſpirituali magiſterio, qui hoſtem ſuperarunt, oppreſſerunt, fugarunt, neſcio quo malo fato dum ad magiſterium accedunt ſpirituale, dum ad animas gubernandas, hoſtem quem fugauerant, ad ſe reuocant, ex victoribus ſæpe victi. Vnde tantum malum? Sanè mea ſententia, immo Ambroſij, quia ad ſpolia inhiantes, inter ipſas miſerabiliter occumbunt, non ſic ſtrenui magiſtri, qui ad inſtar Pauli nil aliud quærunt, niſi animarum ſalutem extra omnem auaritiam; hi quidem ſic animas gubernant, vt virtutes perſuadentes in virtutibus præcellant, ex pœnitentibus pauperiores effecti quàm antea erant; hoc proprium verorum magiſtrorum ſtemma. Ex quo

26. *Euangelium tonitrui eſt.* non mirum, vt vox eorum cum pœnitentibus ſit vox tonitrui, eos ad virtutem animans, à peccatis elongans, ab imperfectionibus emundans, eos ſubijciens ac tremefaciens; *vox tonitrui tui in rota*, ait Regis Pſaltes *Pſalm.* 76. *num.* 19. Quid per tonitruum. Sanè ſecundùm Baſilium *in Pſalm.* 28. Baſil.

27. *Magiſter ſpiritualis aſſimilis rota debet eſſe, & cur.* vox Euangelij vox Prædicatoris, vox magiſtri ſpiritualis. At in quo hoc tonitruum? Equidem in rota, non in quolibet, ſed in rota. Cur in rota? mea ſententia, quia rota ad interiora ſe extendens terram tangit in puncto; ſic equidem illius quippè magiſtri ſpiritualis vox erit tonitrui, cum pœnitentibus mirabilia in eis operans, quando ipſe rota ſemper ad interiora ſe extendens vix in puncto terram tangens. *non cuilibet vox tonitrui ſalis competit*, ait Baſilius vbi ſuprà, *ſed ſi quis dignus fuerit rota nominari, ſi quis fuerit ad interiora contendens, veluti rotam modica ſui parte terram attingens.*

Lact. Firm. 28. *Prophetæ antiqui veri, quia non auari.* Tandem cum Lactantio Firmiano hanc rem concludam, qui *lib.* 1. *inſtitut. diuinar. cap.* 4. *Biblioth. Patrum, tit.* 2. ideo affirmat antiquos, ac veteris legis Prophetas, veros fuiſſe Prophetas, non falſos, quia ab omni quæſtu, ab omni auaritia erant alieni. *Voluntas fingendi*, ait, *ac mentiendi eorum eſt, qui opes appetunt, qui lucra deſiderant, quæ res procul ab his ſanctis viris abfuit, ita enim delegato ſibi officio functi ſunt, vt derelictis omnibus ad tutelam vitæ neceſſarijs non modò in futurum, ſed nec in diem quidem laborarent, contenti ex temporali cibo, quem Deus miniſtraſſet, & hi quidem, non modò quæſtum nullum habuerunt, ſed etiam cruciatus atque mortem.* Sanè perquam excellens argumentum veritatis magiſtri ſpiritualis, eiuſque doctrinæ; nam ſi nil quærit, ſi magiſterium, ad nil aliud deſeruit, niſi ad labores, ad ſudores, ad anguſtias, quales Deus ſcit patitur, qui verum animarum poſſidet zelum; ad quid mentiri vult, aut non rectè dicere; verax ergo erit in dictis factiſque, ac proinde bonus, non malus magiſter.

Signvm III.

Leuia perſuadere, grauia operari.

29. *Phariſæi mali magiſtri, quia grauia imponebant alijs, leuia nec ipſi faciebant.* Hoc eſt tertium boni magiſtri ſignum, quando in ſe durus, in aliis benignus exiſtit, cùm contrarium ſit mali, ex quo Chriſtus Dominus noſter infrà *cap.* 23. *num.* 4. Scribas Phariſæoſque reprehendit dum in alios graues, in ſe mites extabant; *alligant onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autem ſuo nolunt ea mouere. Duplicem malitiam oſtendit*, ait Chryſoſt. hom. 73. in Matth. *vnam quidem in hoc quòd ſine venia expetunt à ſubditis ſummam diligentiam vitæ: aliam quòd ſibi ipſis multam concedunt licentiam.* Sanè dum talem ſic videris in ſuggeſtu, in confeſſionario, in magiſterio grauiſſimè indicere, ſtrictiſſima iniungere, culicem, vt ſic dicam, in aliis excolere, quoad ſe autem indulgentiſſimè viuere; non hunc magiſtrum ſpiritualem dices; non hunc aptum ad magiſterium, cùm qui tales

non ſolùm auriga debent eſſe alios ad currum ferendum alligantes, ad onera ferenda, ſed & currus, onera in ſe portantes maiora; vnde ſi alij pectore tantùm onera ferunt, ipſi humero; ſi alij per partes, ipſi per totum.

30. *Elias vt diceb̃atur ab Eliſæo currus, & auriga.* Enim verò 4 *Regum* 2. *num.* 12. ad cœlum Elias in curru igneo aſcendens; *Ecce currus igneus, & equi ignei diuiſerunt vtrumque*, ſtatim Eliſæus clamare cœpit, *Pater mi, Pater mi, currus Iſrael, & auriga eius*. Si Elias in curru, vnde currus? dicat tantùm auriga eius, non currus eius. Sanè ſi quod aliis prædicabat Elias, & legis onera, quæ Iſraëli imponebat, ipſe leuare, nec digito tangere voluiſſet; at quia ipſe primus onera ferebat importabilia, ipſe in ſe auſterus, ac rigidus, in aliis mitis; qui non manducabat, nec bibebat ad quadraginta dies, 3. *Reg.* 19. & tamen de oleo, de farina proximum prouidebat ibi *cap.* 17. hic enim non ſolùm dicatur auriga, ſed

Chryſoſt. currus; nam, vt Chryſoſtomus *vbi ſupra*, aiebat, *oportet bonum principem in his quæ ſecundùm ſe ipſum ſunt, grauem iudicem eſſe, in ſubiectis autem manſuetum, & pium.* Sic quippe, ſic Sanctus ac perfectus

31. *Prædicator quando ſibi laborat, & alijs.* ſpiritualis magiſter; auſterus erit ſibi, mitis in diſcipulos; prius ſe celans, quàm alios, erubeſcens, ſi alij ex ſuis dictis proficiant, ipſe eadem non obſeruans, *anima laborantis laborat ſibi*, ait Salomon *in Prouerb.* 16. *num.* 23. at cur ſibi laborat, *quia compulit eum os ſuum*, reſpondet; quem locum per-

S. Gregor. ſtringens Gregorius *in Ezechiel. hom.* 18. ſic magiſtraliter docet, *os enim noſtrum nos compellit ad laborem, quando per hoc quod dicimus à vitijs refrenamur; quia turpe nimis ibi nos negligendo cadere, vnde prædicando conati ſumus alios leuare.* hinc Dominus noſter *Ioan.* 8. magiſtris illis peſſimis legem celantibus, impensè lapidationem adulteræ expoſcentibus dignè reſpondit n. 7. *qui ſine peccato eſt veſtrûm, primus in eam lapidem mittat.* Pulchrè in

Auguſt. hunc locum Auguſt. tract. 33. tom. 9. *hæc vox*, ait,

32. *Chriſtus quid ſcribebat in terra in facto adulteræ.* *iuſtitia eſt, puniatur peccatrix, ſed non à peccatoribus, impleatur lex, ſed non à præuaricatoribus legis; ad aliena peccata punienda ibant*, ait Gregor. lib. 14. moral. cap. 3. *& ſua reliquerant*, ipſi adulteriis ac peccatis pleni indulgentiores in ſe, auſteriſſimi in proximum legem celantes lapidare eam volebant, meritò à ſanctiſſimo magiſtro correcti, ac pro malis magiſtris habiti, ad ipſorummet conſcientias eos remittens, *digito ſcribebat in terra.*

Ambroſ. Quid ſcribebat? Ambroſ. *epiſt.* 79. illa verba, *feſtucam quæ in oculo fratris tui eſt vides, trabem autem*

Gregor. *quæ in oculo tuo eſt, non vides.* Gregorius vbi ſuprà, *vt prius propria corrigant, & tunc aliena reprehendant.* Vnde vnus poſt vnum abeuntibus mulier relinquitur ſola cum vero magiſtro, qui dum totus erga ſe ipſum auſterus peccata in ſe tranſtulit adulteræ & pœnam, & illam reliquit liberam; nobis exemplum præbuit, ſimulque boni ſignum magiſtri, quando ſcilicet in ſe quis auſterus eſt, mitis in diſcipulos.

SIGNVM IV.

Honorum, ac locorum ſublimium deſpectio.

33. *Phariſæi mali magiſtri quia vani.* HOc ſignum, mea ſententia, inter cætera ſic eſt boni magiſtri, vt nullum maius. nam infiniti ſunt, qui mira opera ſanctitatis externa operantur, mira extremæ pœnitentiæ, mira extremæ paupertatis, & quod caput, mira elargitionis, ac eleemoſynarum prodigalitas magna, nulla in eis auri auaritia, at infinita honoris & ambitionis, enim verò, ſi vitam inquiras Phariſæorum, nulla auſterior, nulla ſic pœnitens, nulla ſic deuota; de

Epiphan. qua te legendus eſt Epiphanius *hæreſ.* 16. à mulieribus ſe continebant lectus palmaris, per noctem orationes, & vt expergiſcerentur lapillos ſibi ſubſternebant. *Alij ſpinas*, ait, *pro ſtrato habebant, ieiunabãt bis in Sabbato, decimabant decimationes, dabant primitias ingenuiſſimas, & pinguiſſimas, ſacrificia & vota exactiſſimè exoluebant*, & alia mira; en quorſum hæc tam ſancta? ad auram aucupandam popularem. Vnde Dominus infrà cap. 23. num. 5. *Omnia opera ſua faciunt, vt videantur ab hominibus, amant primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in ſynagogis, & ſalutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi*; hinc non veri, ſed falſi magiſtri, non ad vitam, ſed ad mortem deſtinati æternam. Nunquid cùm hoc ſit, boni poſſunt eſſe hi magiſtri ſpirituales?

Attende ad quæ dico. nam magnum quid dico, & forſitan inauditum: homines ſpirituales, qui ex hypocriſi, ac diſtorta voluntate, ſanctitatem fingentes, opera bona, non ad vitam ordinant æternam, ſed ad lucrum temporale vanum, & ad gloriam, & honorem, mea ſententia, hos ex illis eſſe qui ad vitam æternam non ſunt ordinati; ſcio aliquibus nimis durum hoc: at rationem audiant, reiiciant, ſi non placet; ad illam ergo ſtabiliendam obſecro, hæc eadem quæ apud Matthæum Dominus dixit de Phariſæis, ſcilicet quòd amabant primos recubitus. Etiam apud Lucam dicere *cap.* 11. *num.* 43. at cum hac adiectione, nempe, *væ*. Vnde, *Væ vobis Phariſæis, qui diligitis primas cathedras.* Cur ergo *væ* appoſuit? an quia præſcitos eos vidit ex tali hypocriſi, quod particula ſignificat *væ*, non dicerem, niſi ſenſus eſſet Chryſoſt. de virginitate *cap.* 21. *tom.* 5. vbi reprehendens illos, qui malè de virginitate ſentiebant, affirmaſque *væ* illis euenturum, quod Iſaias *cap.* 5. *num.* 20. dixit, nempe, *Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum*, ſic ait: *Væ haudquaquam ſimplex verbum eſt, ſed eo maxima mina continentur. nam eam vobis pœnam protendit, quæ neque verbis explicari poſſit, neque vnquam remittenda ſit, etenim hæc ipſa vox in diuinis litteris poſita eſt contra eos, qui futuram pœnam iam euitare non poterunt.* Quid ergo ex hoc? nonne planum quod dicebamus Phariſæos, quia omnia bona opera, quæ faciebant, ſic mira, ſic auſtera, omnemque prædicationem, tandem totum ſpirituale magiſterium, quia ad pompam, quia ad temporalia lucranda dirigebant, prædamnatos eſſe, & homines non bonos, ſed malos magiſtros. hinc veriſſimè tales, non eligendi, immo ſpernendi, quia non Deum in animabus formare intendunt, ſed ſe, idola ex illis, ſiue per eorum opera conſtituere, pudet dicere, quòd in hue audimus, immo & videmus ac palpamus magiſtros, ſcilicet ſpirituales, ac animarum Patres pœnitentibus vti ad prætenſiones, ad gradus, ad honores adipiſcendos, ad prælationem, ad magiſteria, ad elationem non ſolùm extra, ſed intra clauſtra ſacra; vah pudor! vt ſacroſanctum magiſterium, vt Chriſti doctrina, vt ſcientia ſpiritualis non ad Deum in animabus ſubiecti, ſed ad idolum deſerviat formandum ad vanitatem.

Right-margin notes: 34. *Vanitas in magiſtris ſpiritualibus ſignum præſcientiæ.* — Chryſoſt. — 35. *Væ in Scriptura damnationem ſignificat æternam.*

Enim verò fornicaria illa, quæ apud Oſeam *cap.* 2. *num.* 5. Deum derelinquens ad alios ſe conuertit amantes, vnum inter cætera ſummum malum fecit, quòd ex diuitiis ſponſi formauit Baal, de quo malo conquerens Dominus ait num. 8. *neſciuit*,

neſciuit, quia ego argentum multiplicaui, & aurum, quæ fecerunt Baal.
36. Quid argentum? quid aurum? Sanè magiſtrorum ſpiritualium ſapientia, ac doctrina, quam eis Dominus dedit ad dandam animabus ſalutem, ad Chriſtum in eis formandum, ad perfectionem in eis ſtabiliendam; ad quid ipſi mali, ac peruerſi magiſtri, hoc argentum, hoc aurum Dei aſſumunt, non ad Chriſtum formandum, ſed Baal, quod *dominans* interpretatur, ad cathedras adipiſcendas, ad prælationes, ad honores, ad pompam, *audite* ſenſatiſſimè ait Petrus Bleſenſis epiſt. 14. *quid de talibus dicit Dominus*, de hominibus loquebatur Eccleſiaſticis in Regum curiis demorantibus, ac temporalia lucra ambientibus; mentior ſi curiales (vt ſic dicam) magiſtros non indigeret; *Audite, ait, quid de talibus dicit Dominus per Prophetam, dedi eis argentum, & aurum, ipſi vero, de argento, & auro meo operati ſunt Baal, nónne fabricant Baal de auro & argento Domini, quibus ſapientiam, & eloquentiam dedit Deus, ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius, ipſi verò talentum Domini terra infodiunt, atque Baal conſtruunt, dum pro temporalium rerum quæſtu vitam & animam ponunt.* Quid ergo, nunquid tales bonos dices magiſtros? nunquid tales opus Dei peragere? nil minus, immo, vt Bleſenſis ait, idolum fabricare.

[margin: ...ales magi... quomodo ...lum di... tamen fabricare.]

[margin: Petr. Bleſ.]

37. Hinc, mea ſententia, non ſolùm minimè fidendum de talibus, ſed quòd ſint tales, hoc eſt, magiſtro indigni, magnum mihi indicium, in aulis velle commorare Principum, extra illas non ſe inuenire, ad magnates regendos, ac regendos aſpirare, pauperes, ac deſpectas relinquere perſonas, quod amplius ſuſpicor ſi magni homo eſt talenti, magnæ litteraturæ. Paradoxum forſitan tibi hoc videbitur; ſed antequam de illo doctrinam tibi tradam, volo vt intelligas, quale ſignum. Albertus Magnus *tract. de virtutibus, cap.* 26. tradit ad dignoſcendum, quando opus virtutis ob virtutem, quando ob lucrum temporale præſumi poſſit quod agatur, ait enim tunc opus virtutis à nobis exercitum per Deum exerceri oſtenderetur, quando homo ea libenter ac perlibenter amplectitur quæ ſecum nullum ſubleuamen, aut honorem adducunt, vt ſunt vigiliæ, diſciplinæ, mortificationes, ſolitudó, ſilentium, ieiunium, non ſic autem libenter ea quæ aliquod leuamen, aut honorem, *vt ſunt*, ait, *prædicare, magiſterium exercere ſpirituale, gubernare*, &c. ſignum ait, hic præclarus Doctor eſt, qui ſic moroſè hæc exercet, ſic libenter alia propter Deum hæc vltima exercere; at quando totum oppoſitum moroſiſſimè, quæ primi generis ſunt retractando, ac recalcitrando, perlibentiſſimè autem quæ ſecundi generis, ſignum euidens quòd non ob Dei gloriam purè, animarumque profectum, ſed magis ob proprium lucrum exercentur. Ad quod Alberti ſignum ſi addas, & deſiderium in curia manẽdi Principum, equidem non iudicium æſtimes temerarium de talibus iudicare quòd non Deum, ſed Baal ex ſua ſapientia formare deſiderant, quia nil magis improprium magnorum virorum ſpiritualium, qui magni in litteris, magni in ſpiritu, quàm in aulis commorare Principum, cùm potiùs in iſtis ſimplices deberent degere, homines ſcilicet mediocris, non perſpicacis ingenij; accipe Bleſ. auctoritatem *vbi ſuprà*, ſic grauiter homo grauis & pius differens; *porrò quamuis obſequium, & reuerentiam debeamus Principibus, & maximè Regi, tamen noſtræ profeſſionis homines, efficaciùs poſſunt in Eccleſiis deſeruire Principibus, quàm in caſtris*. nota ly *in Eccleſiis*. nam cùm ipſe Archidiaconus Bachonienſis de clericis loquebatur, ac Canonicis, de quibus aſſerit efficacius hos in propriis Eccleſiis principibus deſeruire poſſe, quàm in caſtris, hoc eſt, in eorum aulis, vt videas quàm præpoſterum ſit factum, quando regalis plena repetitur Abbatum, Canonicorum, Prælatorum. At pergit Bleſenſis. *Simpliciores equidem, & qui minus in diuina pagina ſunt eruditi, ſi in obſequio Regiæ maieſtatis militare proponunt, non arbitror hoc abſurdum, verùm in ſacris ordinibus conſtitutus, & ſacro eloquio pollens, qui iam tenetur fontes ſuos deriuare foras, talentumque ſibi à Domino creditum cum lucro ad Dominum reportare, omnino inexcuſabilis eſt ſi curialibus vinculis ſe innectit.* Quod Bleſenſis de clericis affirmat, Eccleſiis addictis reſpectu Regij ſeruitij, qui illis deſertis in curia manent ad miniſterium regale anhelantes, vt eius fiant miniſtri, & ego intelligo de illis religioſis, qui ſacro eloquio pollentes, & talento ad animas regendas in curia ſe alligant, relictis aliis domibus minoris temporalis lucri. nam cùm ex Alberto dicebamus, ſignum impuritatis eſſe libentius illa opera bona eligere, quæ ſecum honorem, ac emolumentum afferunt, quàm altera, quæ nullum; ſic equidem & impuræ mentis ſignum iudico, quando quis libentius in curia miniſteria exercet ſpiritualia, quàm alibi, & quod ex magiſterio non bonum ſpirituale, ſed temporale intendit, ac proinde non bonus, nec aptus ſit magiſter ſpiritualis, ſicut econtra bonus, qui nullum temporale bonum appetens omnia ſpernens perlibentiſſimè extra curiam operatur, & potius pauperes eligit, quàm diuites pœnitentes.

[margin: Magiſterio ſpirituale indignum, qui in aulis appetit commorare Principum.]

[margin: Al. Magn.]

[margin: Bleſenſ.]

Signvm V.

Humilitas.

Hoc pono vltimum ſignum tanquam omnium baſis & fundamentum, quo qui caret, ineptiſſimum, ne dicam ſolum ineptum, ad magiſterium eſt ſpirituale; at licèt hoc ſit, non eſt nunc animus de virtute diſſerendi humilitatis, ſine qua nemo bonus, ſed tantùm de præcipua ratione; quare ſingulariter magiſterio eſt neceſſaria ſpirituali, qua ſi caret, omnino ineptus eſt iudicandus, ad quam antequam accedam,

Adnoto multam, ac magnam extare differentiam inter Confeſſarium, & magiſtrum ſpiritualem, vt bene aduertit, & probat Salazarius *de quotidiana communione, c.* 14. §. 3. *pag.* 187. Confeſſarius enim eſt, qui vt ſacramenti miniſter habet poteſtatem abſoluendi à peccatis, & iudicare inter lepram, & lepram; vnde ſufficiens Confeſſarius ille eſt, qui doctus in moralibus ſcit peccata iudicare, caſus reſoluere, quæſtionibus reſpondere occurrentibus, tandem conuenientem pœnitentiam imponere: attamen, & ſi optimus Confeſſarius, non inde ſequitur, vt optimus etiam ſit magiſter ſpiritualis. nam huius officiũ præter ſcientiã moralem poſſidere debet & myſticam, doctrinas Sanctorum callere, regulas ſpirituales probè ſcire, ſpiritus diiudicare, animas quoad interiores actus dirigere, tandem & experientia, & dono diſcretionis ſpiritus præditum eſſe, vt vult Gerſon *tract. de probatione ſpirituum*; qui excellenter hunc tractans punctum, concludit nullum perfectum eſſe ſpiritualem magiſtrum, qui experientia propria caret internarum affectionum ſpiritualium. nam cùm ad magiſterium ſpirituale probatio attineat ſpirituum,

38. *[margin: Mag. ... ſpiritualis quãtum abſit à Confeſſario.]*

39. *[margin: Sine experientia propria non poteſt eſſe perfectus, & quàm illi neceſſaria.]*

tuum, & probare qui veri, qui falſi, quæ veræ reuelationes, quæ falſæ, ſicut ad confeſſarium quale peccatum graue, quale veniale ſit; vt tantùm ſcientia non ſit ſufficiens vndequaque, niſi & propria adſit experientia, cùm non tractetur de materia ordinis naturalis, qualia ſunt peccata; ob quod naturaliter poteſt quis adquirere ex ſtudio ſcientiam grauitatis, ac differentiæ eorum: at cùm in renunciationibus, & ſpiritualibus affectibus tota materia ſit ſupernaturalis, licèt ex regulis ſacræ Scripturæ ac Sanctorum ſententiis & doctrinis poſſit ſpeculatiuè diſcerni, tamen cùm ſemper hoc ex principiis extrinſecis, non intrinſecis, vti quando edoctus experientia vere nunquam profectus erit vndequaque ſpiritualis magiſter, rerum & affectionum ſpiritualium non expertus; audi nunc Gerſonem: *Probare ſpiritus, ait, per modum artis & doctrinæ. nemo perfectè poteſt per ſolam ſacræ Scripturæ eruditionem, qui non etiam expertus ſit in ſe ipſo variam affectionum ſpiritualium pugnam, tanquam aſcenderit nunc in cœlo, nunc deſcenderit in abyſſis, & viderit mirabilia Dei in profundo, nam qui nauigant mare hoc myſticum diuerſarum affectionum, quaſi colliſdentium ſe fluctum enarrant mirabilia eius, inexpertus talium quis nouit eorum?* Qui etiam in magiſtro ſpirituali non ſolùm hanc experientiam requirit, ſed & cognitionem Scripturarum; inſuper & internum ſaporem ad ſpiritus diſcernendos. nam, vt bene ipſe *in epiſt. 9.* tertiam partem libri Rusbrochij de ornatu ſpiritualium nuptiarum, in principio; *ſunt etiam, ait, quædam quæ in affectu plus aguntur, quàm in intellectu, & quæ participantur amplius ſaporis cuiuſdam intimo guſtu, quàm ratiocinatione, vel diſcurſu.* Hinc talia potius per internum guſtum deguſtantium diſcernuntur, quàm per ſpeculationem. Tandem Spiritus ſancti donum requirit, diſcretionem ſcilicet ſpirituum; ex quibus omnibus maximam facit experientiam, & verè. nam harum rerum experientia difficile inuenitur ſine gratia gratum faciente, maximè ſi eſt diuturna, frequens, ac habitualis, cùm ſi vera eſt diuina illuſtratio, aut cauſabit gratiam mouens ad contritionis actum, & ſic animam reponet in gratia, aut ſiſtat, ipſam augebit, perfectionabit, non ſic cætera, quæ faciliter poſſunt ſine gratia ſtare gratum faciente. hinc ex præcipuis magiſtri ſpiritualis muneribus illud præcipuum, myſticæ ſcientiæ, non ſolum ſpeculatiua, ſed practica ſcientia; quod in tantum eſt verum, vt cùm Gerſon vnus ſit ex grauiſſimis authoribus, ac Scholaſticis Theologis, grauiter eum Laurentius Surius *in epiſt. ad lectorem,* in operibus Rusbrochij, quæ in Latinum vertit, eum reprehendit, & notat ſe ipſiſſe contra Rusbrochium. nam *Salua, ait, Gerſonis reuerentia, quem & nos, vti decet, ob eius integritatem ex animo veneramur, tamen ſi peritus, & probè exercitatus Theologus fuit ſcholaſticus, in myſtica tamen Theologia ac experientia prorſus nil habet ad Rusbrochium.* hinc non eum intelligens, ex defectu experientiæ reprehendit quod non erat reprehenſibile; quod ſi hoc de Gerſone viro tanto, quid de aliis minoris dicendum litteraturæ; adde. nam ſi ſine experientia, quomodo animæ ſpirituales ad illum accurrere poſſunt? cùm conſtans Patrum ſententia ſit conſilium, ab expertis & peritis in eadem arte accipiendum eſſe, non à forenſibus & extraneis, vt bene Abbas Iſacius *de contemptu mundi, cap. 3. Biblioth. Patrum, tom. 6. part. 2.* conſilij, ſic dicens: *Ne quæras conſilium ab aliquo qui non ſit de conuerſatione tua, quamuis ſit ſapiens valde; & committe potius cogita[illegible] tuas idiotæ in experientia rerum facto, quam eloquenti Philoſopho ſuper ſcrutationem loquenti ſine experientia rerum.* Verè ſanctiſſimum conſilium cum ſpeculatiua ſæpe falli poteſt, practica & experientia nunquam; hinc ſi nec conuerſationem eandem habet confeſſor, nec experientiam, vnde illi magiſterium ſpirituale.

Gerſon.

Surius.

Abb. Iſac.

4 Ex hac doctrina quæ veriſſima, ac ſoli[illegible] ſequuntur apud me certiſſima, *primum* [illegible] ſimum eſſe officium confeſſarij ac magiſtri ſpiritualis, & quòd non omnis, qui bonus confeſſor, bonus erit magiſter ſpiritualis. Et *ſecundum* quam neceſſaria magiſtro ſpirituali ſit humilitas nam cùm rara auis in terra ſit, qui omnes [illegible] Gerſonis conditiones habeat, raros qui experimentaliter ſciat ſpiritus diſcernere; raros qui per internum ſaporem, & guſtum, & per connaturalitatem quandam, vt ſic dicam, raros qui per donum diſcretionis ſpirituum. Quid ergo ſi homo eſt ſcientiam tantùm ſpeculatiuam poſſidens, efficere debet, qui toto cœlo errare velit, animaſque perdere, ſanè ad conſilium accedere, conſiliumque petere exercitatorum, ac peritorum, ad quod agendum niſi adſit humilitas, quomodo fi[illegible] *ſuperbus enim magiſter,* vt ait Ioannes Rusbrochius de ſeptem amoris gradibus cap. 1[illegible], *alios excellere cupit, præferri & præponi omnibus, nemini ex animo acquieſcit, & obſequitur, ſed cupit potius vt mores [illegible] omnes ipſius iudicio conſcribant & obſecundent.* E[illegible] infrà, *Perſuaſum habet cuncta ſe & noſſe melius, ac rectius facere, quam alios, promptus dux eſt ad [illegible]cendum, moderandum, ac obiurgandum alios: [illegible] à nemine doceri, dirigi, reprehendi patitur, quippe, qui totius orbis ſapientiſſimum ſe arbitratur.* Quot verba, 41. tot ſententiæ, tot veritates, in qua authoritate illud perpendendum, tales promptos eſſe ad docendum, moderandum, & obiurgandum: nam, mea ſententia, nullus ſic ineptiſſimus ad magiſterium ſpirituale æſtimandus, ac qui promptus eſt ad tale magiſterium aſſumendum. *Deus ſcit, quod, meo iudicio,* ait Gregorius Nazianz. in apologetico, ſeu de orat. prima de reditu ſuo, *admodum ſtulte temere que ii [illegible], qui priùs quàm ipſi ſatis docti, ina[illegible] ſtructi ſunt, aliorum ſe magiſtros profitentur, ſtulte [illegible] nec ignorantiam quidem ſuam præſentiunt temere [illegible] eam intelligant hoc tamen negotium ſuſcipere audent.* Deus ſcit quòd verum loquor, totus extremeſco, quando cogor vitam ex animabus ad perfectionem tendentibus, & quæ affectiones patiuntur ſupernaturales recipere; renuo, excuſo, fugio per menſes, & menſes, ubſiſto tandem ſi victus cogor. Deus ſcit cum quanto timore & tremore. hinc obſtupeſco quando video ſic hilariter aliquos ad magiſterium ſpirituale ad[illegible]lar[illegible]; at quod a[illegible] ſtupendum, niſi velis d[illegible]ere, amplius ridendum illud eſt, quando non ſolùm inexpertiſſimos aliquos, ſed prorſus ignorantiſſimos tum ſcholaſticæ, tum myſticæ, & qui nullum non [illegible] habitum, ſed nec actum, aut exercitium habent orationis, immo nec virtutis magiſterio ſe tere[illegible] idoneos ſpirituali, & ſcientiam callere probationis ſpirituum, verumque à falſo di[illegible]nere [illegible] automantes. Væ eis, & quale iudicium ſupra ſe ſumunt, cùm potius magiſtro ipſi indigerent, quàm eſſe magiſtros. nam licèt acu[illegible] ingenio, tamen vacui humilitate; de quibus loquens idem Rusbrochius, *Tales,* ait in tract. de quatuor ſubtilibus tentationibus, *Religioſum ſiue ſpiritualem modum viuendi tenentes, ſenſibus ſubtiles ſunt, & acuti,*

Eſſe [illegible] ſi [illegible] humilitas non poteſt eſſe [illegible]

Rusbroch.

[illegible]

Greg. Naz.

ac

ac intellectus naturalis acumine, & verſutia pollent, ſed diabolica fraude ſeducti natura, ac donis naturalibus, pro natura voluptate abſque amore ſpiritus, profundaque humilitate vtuntur, & exercent. Hinc ex ſuperbia cœci, animas non ad ſuperna, ſed ad inferiora ducunt, malum bonum dicentes, & bonum malum; cœci, & de coloribus iudicantes. Quid hinc, vt tandem concludamus, quòd ex his ſignis animæ Chriſtianæ paſtores veros à falſis diſcernentes, ab illis ſe præcaueant, iuxta expertiſſimi Rusbrochij conſilium, qui libro *de contemplat. cap. 56.* ſic magiſtraliter ait, *vt quis animam ſuam melius poſſit ſeruare in vitam æternam, animaduertenda illi eſt differentia Paſtorum quos Chriſtus elegit, ſuoque propoſuit populo, ab alijs, illis non paſtoribus, ſed mercenarijs; qui intra ſanctam Eccleſiam non niſi ſe ipſos ſpectant, opeſque, & in Dei plebem dominandi ius appetunt, & aucupantur.* Quod & ſecundùm Domini præceptum dum omnibus, & præcipuè animabus inſtis indicit, vt ſe à falſis attendant Prophetis, dicens, *Attendite*, &c.

NVM. 21. Non omnis qui dicit mihi: Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum, ſed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cœlis eſt, intrabit in regnum cœlorum.

Senſus litteralis, & moralis.

1. *Quis hac ſit tentio complectitur, an tantùm hæreticos, an etiã hypocritas.* NOn omnis. Dubitatur ab aliquibus, an hæc Dominus omnibus dixerit, an tantùm ad falſos prophetas. Hilarius, Hieron. Author Imperfect. & Auguſt. *de ſerm. Domini*, exiſtimant ad falſos prophetas hæc attinere, ne ſcilicet inter bonos fructus eorum computaſſent Chriſtum appellare Dominum. nam ſi opera rectæ fidei non ſequantur, non eis erit credendum. *Non ergo putemus*, ait Auguſt. *ad illos fructus, de quibus ſupra dixerat pertinere, ſi quis Domino noſtro dicat: Domine, Domine, & ex eo nobis arbor bona videatur. ſed illi ſunt fructus facere voluntatem Dei.* Hic ſenſus optimus eſt, & eum amplectitur Maldonat. eo vel maximè, quia proprium eſt hæreticorum in ore ſemper Dominum appellare Chriſtum, quem ſemper & fide & factis negant.

Hilar. Hieron. Auct. Imp. Auguſt. Maldon.

At mihi magis placet ſenſus Hugo Card. Abulenſis & eiuſdem Hieronymi, Theophylact. Carthuſ. Ianſen. Salmer. & aliorum, hæc generaliter eſſe dicta ad omnes tum hæreticos, tum falſos Chriſtianos, & hypocritas, qui etſi rectè de fide ſentiant, tamen operibus negant. *Aliter poteſt dici*, ait Abulenſ. *& melius, de illis, qui veram fidem confitentur, & Deum Dominum vocant, & tamen non obſeruant legem, ſed ſequuntur diuitias ſæculi.* Confirmatur hoc ex Luca *cap. 6. num. 46.* nam ponit hæc verba immediatè ad illa, *hypocrita eijce primum trabem de oculo tuo. non eſt arbor bona quæ facit fructum malum, & bonus homo, de bono theſauro profert bona, & malus homo de malo theſauro mala.* poſt quæ, *quid autem vocatis me Domine, Domine.* hic ſenſus, vt dixi, mihi videtur melior, tum quia & primum non excludit, tum quia & generalior eſt; nam ſicut ſub nomine hypocritarum, non ſolùm hæreticos intelligimus, ſed etiam malos & falſos Chriſtianos, bene de fide ſentientes, ſed malè operantes, ſic nunc pariter affirmandum ſententiam eſſe generalem, omnes complectens; eo vel maximè, quia

Hug. Card. Abulenſ. Hieron. Theophyl. Carthuſ. Ianſen. Salmeron.

mirificè facit ad inculcanda opera, & ad hæreticos confutandos, qui putant ſolam ſufficere fidem. Audi Hieronymum, *ſicut ſupra dixerat, eos qui habent veſtem bonæ vitæ, non accipiendos propter dogmatum nequitiam, ita nunc econtrario aſſerit, nec his quidem accommodandam fidem, qui cum polleant integritate doctrinæ, malis operibus deſtruunt, vtrumque enim Dei ſeruis neceſſarium eſt, vt & opus ſermone, & ſermo operibus comprobetur.* Hieron.

Pulchrè Hugo adnotat Card. aliquos eſſe, qui ſemel dicunt, Domine, & hi ſunt hæretici, qui in ore tantùm habent Dominum; alij qui bis in ore & opere, & hi ſunt hypocritæ, qui ore Dominum dicunt, & fictis operibus negant. Alij verò qui ter *ore, corde, & opere, & hi ſunt boni Chriſtiani, at multi*, ait, *deficiunt in tertio ſigno*, vt Magi Pharaonis *Exod. 8. num. 18.* 2. *Qui ſemel qui duo, qui ter Dominum dicunt.*

Acutè Rupertus ex hoc loco elicit doctrinam contra aſſentationem vanamque gloriam, ſic ab omnibus expetitã dum ad ſuorum exemplum verus hic Magiſter noſter ſic honorificam expellit à ſe nomenclaturam, quando vana, & ſine fructu, ſimulque acutiſſimè adnotat ideo eam Chriſtum deſpexiſſe, quia natura Rex non adminiculis, & extrinſeco, vt alij Reges, ex quo occaſione captata irridet illos prædicatores læti à ſermone decedentes, & ſi ſine fructu, dummodo laudati. *Mira*, ait, *aſſentationis repulſa, qua plurimum delectari ſolent, maximè in initijs ſuis Reges gentium, & qui dominantur eorum, nam quotuſquiſque tunc erat, qui iam ſciret dicere illi, Domine, Domine, niſi fortè qui curatione indigebant, & virtutem eius ſentire incipiebant, at ipſe de talibus non curans, quoniam in hoc natus erat, & ad hoc venerat, vt teſtimonium perhiberet veritati, id eſt, ſibimet ipſi, Ego enim ſum*, ait Ioan. 8 *qui teſtimonium perhibeo de me ipſo, ita loquebatur, vt erat dignum, ſe ſcilicet iam cum poteſtate magna, & maieſtate.* Nil excellentius æſtimetur Reges, magni pendant Principes, honorificas nomenclaturas affectent, vocari dominos, ac maieſtatis vocabulo inſigniri quia non natura tales, nec ipſi de ſe teſtimonium perhibere poſſunt verum. nam ſi hæc exteriora ab illis demas, quid erunt? Prorſus nihil, at quia Dominus noſter ex natura rerum, cuius ſolius teſtimonium ſibi ſufficit, quia ſumma, & infinita veritas pro nihilo ducat vocari Dominum; nam, vt bene Hilarius, *numquid Dominus non erit niſi fuerit dictus à nobis?* hinc in poteſtate, ac magnificentia loquens, *Non ſermonem proferebat*, ait Rupert. ſequens, *ſicut Scribæ, & Phariſæi*, vt infrà ait Euang. *quia videlicet non eum delectabat aſſentatio, vel adulatio hæc, vt vocaretur ab hominibus Rabbi, illi & ſimiles eorum quicumque alij quam, vel qualem in docendo habent poteſtatem? popularis auræ ſerui, glorioſæ cupiditatis, qui totum curant de opinione ſermonis, de profectu audientium nihil: verè impotes, verè nullam poteſtatem habentes, quos ſi laus ventoſa perflauerit, triſtes extenuantur; iſte qui lucrum ſolum quærit animarum, & claritatem ab hominibus non accipit, magiſter & exemplum omnium, qui non ſuam, ſed Dei gloriam quærunt, facit prius ipſe quod doceat aſſentationem tam præſentium, quàm futurorum repellens, & dicens, non omnis.* Excellens doctrina, in qua illud adnotandum, vnde ſcilicet aliqui Prædicatores infructuoſi, nullumque fructum animarum reportantes? Sanè, quia non in poteſtate & virtute docent, ſed ad modum Scribarum, & Phariſæorum, ſine nulla poteſtate, & maieſtate; vt loquebatur Chriſtus, non loquebantur Scribæ, & Phariſæi, quia, ait Rupertus, ſerui auræ popularis,

3. *Chriſtus cur refutat nomẽclaturam magnificam Domine, Domine.*

Hilar.

4. *Prædicatores vnde infructuoſi.*

&

& cupiditatis gloriæ, volebant ab hominibus vocari Rabbi, ſic pari modo ſodant, deſodant, excerebrantor, vt ſic dicam; hodie aliqui prædicatores noctu diuque libros reuoluentes, legentes, furentes, ſpoliantes, Scripturam ſacram ſurſque deque reuoluentes, immo & conſtuprantes, ſi quæras ad quid; vt titillantia dicant, vt prurientia, vt ſapida, tandem pigmentata, vt ollam potius dicas eos conficere, quàm ſermonem, & hoc vt vocentur Rabbi ſecui inanis aſſentationis & laudis; quid ergo mirum, ſi ſerui non prædicant in maieſtate, ac poteſtate, ea quo nullum fructum reportant animarum; ſed pergo.

5. *Quo ſenſu nõ ſufficit dicere Domine, Domine,*

Domine, Domine. Ingeminatio more Hebræorum, qui ſuperlatiuo carent ſummum ſignificans affectum, quo hypocritæ orare ſe fingunt; at vulgaris eſt obiectio, nullum poſſe dicere Dominum Ieſum niſi in Spiritu ſancto. ergo, arguit Auguſtinus de ſermone Domini quomodo qui non intrant in cœlum, habent Spiritum ſanctum. Reſpondet Apoſtolum non communiter, ſed propriè eſſe locutum de illis, qui vera fide inuocant Dominum Ieſum; at Dominus de falſis prophetis, hoc eſt, hæreticis; at ad rem melius Caietanus; (Caiet.) qui ait, *non ſufficit affectus Spiritus ſancti, ad hoc quod homo intret in regnum cœlorum, quia non ſufficit ad ſalutem vera fides ſine operibus.* Hinc etſi ex affectu Spiritus ſancti Dominum vocent Christum tanquam veri Catholici, non tamen hoc ſufficit ad regnum cœlorum ſi ſine operibus.

Sed qui facit voluntatem Patris mei. Cur non ſuam, qui etiam Deus, Theophylactus, (Theophyl.) quia Deus & vnam cum Patre habet voluntatem; at licèt vtrumque, cur potius Patris voluntatem dixit? Aliquid ne itam ſibi conflaret Auctor Imperf. (Auct. Imp.) omnium optimè Maldonatus. (Maldon.) *Quia cùm ſemper Patri legiſlatoris perſonam tribuat, ipſe quaſi eius legatum ſe gerens in ijs ſeſe numerat, qui patris ſui voluntatem faciunt.* Nil melius, hinc tantopere ſe illam exequi gloriabatur, ſic vt ſuum cibum eam diceret. Ioan. 4. num. 34. *Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem Patris mei,* ſe ſine Patre nil facere poſſe affirmans. ibi cap. 5. num. 30. *non poſſum ego à me ipſo facere quidquam, non quæro voluntatem meam, ſed eius qui miſit me.* Hinc Patri ſanctiſſimo addictus filius, nullam occaſionem præterire vult, quin debitum non referat Patri ſuo honorem. Vnde Euthym. (Euthym.) *non dixit qui facit voluntatem meam vt Patrem honoraret.* Ex quo rectè deducit Hilarius (Hilar.) can. 6. *quòd cœleſtis regni iter obedientia voluntatis Dei, non nuncupatio repertura eſt.* Quæ tamen obedientia ad hoc vt in regno portet cœlorum eum perſeuerantia exhibenda erit, vt rectè Theophylactus, *nam dicendo,* ait, *qui facit voluntatem, non dicit qui ſemel fecit, ſed qui vſque ad mortem facit.*

6. *Christus cur nõ ſe, ſed Patrem nominat tantùm.*

ANNOT. MORAL. LXXXIX.

Opera neceſſaria ad ſalutem.

N*On omnis qui dicit mihi, Domine, Domine.* Stat ergo firmum ex diuina ſententia non verba, ſed opera ad regnum conducere cœlorum. ea qua ſententia, nec ipſe Dei filius naturalis Chriſtus, nec eius diſcipuli eximuntur, ſuprà enim *cap. 5. num. 18.* vt vidimus, dixit ſuis diſcipulis Dominus: *Nolite putare quòd veni ſoluere legem, aut Prophetas, non veni ſoluere, ſed adimplere;* & hoc ſic ſtrictè, vt prius affirmauerit, cœlum, terramque tranſitura quin iota vnum, aut legis apex. *Amen amen dico vobis donec tranſeat cælum & terra, non præteribit à lege, donec omnia fiant,* in quo loco pulchrè petit Auctor Imperfect. ad quid Chriſtus hæc Apoſtolis? (Auct. Imp.) *Ne putarent,* reſpondent, *à lege eos eſſe ſolutos, ſicut ſolet qui ex familia Principis ſunt, omnibus penè legibus ſolutos eſſe,* ad quod confirmandum, ac ſtabiliendum ſui exemplum propoſuit, veniſſe ſcilicet non ad diſſoluendum, ſed ad obſeruandum legem, tanta ſiquidem obſeruantia, vt nec iota, nec apex eſſet derelicturus, quin potiùs tranſiturò cœlum, tranſitura terra. qualis ergo veſania erit putare ſine operibus, ſed verbis tantùm ad cœlum aduolare, dum Chriſtus, dum eius diſcipuli, illud non verbis, ſed operibus, & duris illud apprehendant.

1. *Chriſti familiares à legibus non ſoluuntur vt Principum familiares.*

Immo reſpectu Chriſti amplius vrget argumentum, cùm ipſe mira illa quæ operatus eſt, & quæ paſſus, vt in ſuam intraret gloriam, non propter ſe illa operatus eſt, ſed propter nos, cùm ille, quia filius Dei naturalis, nullo ad gloriam promerendam indigebat. Audi Paul. ad Hebr. 9. num. 11. *Chriſtus, ait, aſſiſtens Pontifex futurorum bonorum per amplius, & perfectius tabernaculum non manufactum, id eſt, non huius creationis, neque per ſanguinem hircorum, aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta, æterna redemptione inuenta.* Explico Paul. & primò ſupponendum Apoſtolum alludere ad figuram *Exod. 3. num 10. & Leuit. 16. num. 2.* quando ſemel in anno Pontifex tranſiens per Sancta, intrabat in Sancta Sanctorum; Sancta enim dicebatur tabernaculum, in quo erat candelabrum, menſa panum, & altare thymiamatis; Sancta verò Sanctorum, tabernaculum, in quo arca, & incenſarium, in hoc enim tabernaculum, quod Sancta Sanctorum dicebatur, tranſiens per Sancta, quod erat primum tabernaculum, ſemel in anno; introibat Pontifex illis ceremoniis, ac ſacrificiis vituli & hirci, quæ in Leuitico deſcribuntur; ad hunc ergo locum, ſeu figuram alludens Paulus ait, *Chriſtus aſſiſtens Pontifex in cælo,* ait Anſelm. (Anſelm.) coram Patre aduocatus noſter eum placans, ac pro nobis intercedens. at licèt hoc verum, aliquid amplius ſignificare vult Paulus ad antiquam figuram alludens. Quapropter meliùs Theophylact. efficaciam verbi *aſſiſtens* callens illam ſignificare ait Chriſtum in mundum venientem non expectaſſe vt eligeretur, aut fieret Pontifex, ſed venit Pontifex ad hoc natus, vnde non factus eſt, ſed conceptus, ſed natus eſt Pontifex. *Non dixit,* ait Theophylact. (Theophyl.) *factus & electus, ſed accedens Pontifex, hoc eſt, in hoc ipſum veniens non priùs acceſſit, deinde caſu ita eueniens factus eſt Pontifex, ſed ſcopus cur in terram deueniret, Pontificatus erat.* Pontifex ergo erat Chriſtus, at ad qualia dona promerenda? Sanè, inquit Paulus, non præſentia, ſed futura; non ad inſtar Aaron qui Pontifex vt præſentia bona, & carnalia ſuis impetraret, ſed vt ſpiritualia, gratiam ſcilicet, virtutes, gloriam æternam, omnes denique dotes, tam animæ, quàm corporis; ideo Paulus Chriſtum nominat *Pontifex futurorum bonorum.* At quomodo omnia hæc nobis acquiſiuit? Sanè reſpondet; *Per amplius & perfectius tabernaculum, non manufactum, id eſt, non huius creationis: neque per ſanguinem hircorum, & vitulorum, ſed per proprium ſanguinem introiuit in ſancta, æterna redemptione inuenta.* Locus non ſic facilis vt prima fronte apparet, ſic tecta tenenda eſt correſpondentia figurati ad figuram; nam neceſſit multum quid ſignificare voluit Paulus per *tabernaculum;* nam cùm Pontifex ad hoc vt introiret in

2. *Chriſtus nobis regnum cœlorum acquiſiuit, non ſibi.*

Sancta

Sancta Sanctorum, prius tranſibat per Sancta, quod erat primum tabernaculum. Difficultas eſt, quid per hoc tabernaculum: hinc vt hoc declararent, multi multa, & varia.

S.Thom. Anſelm. Catherin. Cornel. Chryſoſt. Theophyl. OEcum. Ribera.

S.Thom. & Anſelm. per tabernaculum intellexerunt cœlos, per quos tranſiēs Chriſtus peruenit ad Empyreum: Catherinus Beatam Virginem, per quam in hunc mundum tranſiuit Chriſtus. Cornelius Eccleſiam: Chryſoſtomus, Theophylactus, OEcum. Ribera, aliique ipſum corpus, & carnem Chriſti, ſanctamque eius humanitatem, quæ opinio mihi magis placet; nam cùm totum illud tabernaculum antiquum, non vnum quid ſignificabat, ſecundùm varias Allegorias, quas apud Patres eſt videre, cùm & per ſapientiam diuinam multi eum accipiunt; alij per mundum hunc intelligibilem, & gloriam; alij per virtutes; alij per contemplationem; ſed vt Baſil. *in Pſal.* 45. Bernard. *ſuper Cant. ſerm.* 53. Cyrillus 45. *Ioan.* 58. Georgius Vener. *can.* 8. *tom.* 7. *c.* 23. Gregor. Niſſen. *de vita Moyſis*, propriiſſimè per illud ipſe Dominus noſter Ieſus Chriſtus intelligitur, qui naſcens, docens, apparens, moriens, que, in medio eſt filiorum Iſraël, ad quem omnes reſpiciunt Tribus, quod ad inſtar illius bipartitum reperitur, hoc eſt, ſecundùm humanitatem & diuinitatem;

3. *Chriſtus Dei tabernaculum.*

Baſilius. Bernard. Cyrillus. Georg. Ven. Greg Niſſ.

4. *Quomodo in cœlum introiuit.*

Chriſtus ergo verum ac proprium Dei tabernaculum, vt ad ſancta introiret, hoc eſt, ad cœlorum regnum, per antonomaſiam, vt bene aduertit Salmeró, ſic dictum; non ſicut ille antiquus Pontifex introiuit per ſanguinem hircorum, aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinem, ad hoc vt nobis æternam inueniret redemptionem, ac ſaluationem per peccata deperditam; ea quibus omnibus conſtat ſecundùm Pauli ſententiam Chriſtum vt nobis regnum cœlorum aperiret, & ſi conceptus & natus eſſet Pontifex, & ſi ex ſe Dei tabernaculum, in ſe Sancta Sanctorum includens, ipſam ſcilicet Dei gloriam, ac diuinitatem, oportuit, vt ſanguinem effunderet, vt opus nunquam à ſæculo auditum faceret, vt non tantùm verbo ſolùm, vti quando mundum creauit, ſed operibus noſtram operaretur ſalutem; qualis ergo veſania erit vt credamus nos ad cœlum ingredi poſſe verbis tantùm, ſine operibus.

5. *Modum inuenit occultum quomodo in cœlum introeundum.*

S.Thom.

At Pendo ly, *æterna redemptione inuenta.* Cur inuenta? nónne melius æterna redemptione accepta, aut conſummata? minimè, ait ſanctus Doctor. nam appoſitè ſtat verbum, *inuenta, quia*, ait Sanctus, *nullus inuenit modum ita congruum redemptionis, ſicut Chriſtus.* Egregiè, nullus ex antiquis, non Abraham, non Iſaac, non Iacob, nullus congruum modum inuenit cœlum ingrediendi, ſicut Chriſtus, quia nullus ex antiquis vnquam putauit per labores, per dolores, per ſudores, per ſanguinem cœlum emendum; ſolus Chriſtus hoc intellexit tanquam ſapientia Patris; hinc, vt nobis hoc aperiret, ſecretum omnibus occultum antiquis, voluit ſanguinem ſudare, vt ſciremus, quòd niſi per labores, per dolores, tandem per ſanguinem, vt ſic dicam, nō eramus in cœlum ingreſſuri. Audi Petrum 1.2.n.21. *Chriſtus paſſus eſt, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius.* Attende verba, paſſus eſt pro nobis, non ſolùm vt nobis cœlum aperiret, ſed etiam, vt iter quoad cœlum iremus, eius ſequentes veſtigia, demonſtraret, vt ſcilicet per labores, per dolores, per opera virtutum, ſicut ipſe, qui modum inuenit vſque tunc hominibus abſconditum, eius exemplum imitantes, quod ipſe fecit faciamus, ſi ad gloriam peruenire deſideramus æternam.

6. *Chriſtus mortuus, vt eum imitemur.*

Laur. Aponte in Euang. Matth. Tom. II.

Enim verò *Iudic.* 9. *num.* 48. cùm in Phanum inexpugnabile concurriſſent Sichimitæ, videns hoc Abimelech eorum inimicus, *aſcendit*, ait ſacra Scriptura, *in montem Selmon cum omni populo ſuo, & arrepta ſecuri præcidit arboris ramum, impoſituinque ferens humero, dixit ad ſocios, quod me videtis facere citò facite.* Quæ hæc ceremonia? aut cur hoc? Sanè dices, ad comburendū homines quos in turri receſſerat, fumo, & igne eos cremans. 7. *Exempli vis quanta.*

Sanum hoc, at cur prius conſilium non pandit, cur tacuit; cur ſocijs nil dixit? Sanè amice, quia magna erat neceſſe lignorum copia ſollicitudo neceſſaria, baiuli non aderant, nec lignatores, ſocij viri nobiles ferè omnes; ſi conſilium panderet, ſi opus iniungeret, nil prorſus effeciſſet; quid ergo vt de facto res fiat, accedat ipſe, ipſe præcedat arboris ramum, ipſe prius ſuo ſuponat humero, poſtea ad ſocius dicat, iubeat, mandet, *Quod me videtis facere, citò facite.* Cuius exemplum ſic efficax, vt dicat ſacra Scriptura, *igitur certatim ramos de arboribus præcidentes ſequebantur ducem.* Sic potens eſt exemplum ſupra verbum; vnde ad rem Abulenſ. Abulenſ.

Et vt milites, ait Abimelech, promptius illud exequerentur, ipſemet prius exemplum dedit illis, ſcindens ramum & portans. Ergo ſi Abimelech ad montem ſubiit tacens, ſi ramum præcidit, ſi ſuper humeros impoſuit, totum illud fecit vt ſocius animaret, incitaret, inſtrueret exemplo, vt facerent quod ille fecit. At cur illud fecit? Equidem ad turrim oppugnandam, ad quam non erat ſolus potēs, hinc ſocij neceſſarij, & ſimul vt facerent quod ipſe fecit; nunc dic mihi, euaſiſſent iſti victores, debellaſſent inimicos, ſi contenti ducis ſarcina, ipſi verbis & laudibus tantum eum proſequerentur, non etiam ipſi ramos præcidentes & portantes, reputantes ſolo Abimelechi ramo, eiuſque ſolo labore, inimicos deuincendos, turrimque ſuccidendam? Equidem prorſus inſani, ſi talia cogitarent,

8. *Chriſti imitatio quàm neceſſaria*

crede amice, nec abſimilis eſt veſania quando putas, & confidentiam tuam reponis in Chriſti ſanguine, in eius cruce, contentus tantùm, eum laudare, ſublimare, Dominum prædicare; attamen interim otio ſtertere, nilque operari; cùm etſi ipſe paſſus ſit, etſi crucem ſuſtulit, non equidem vt ſolus tuos inimicos debellaret, ſed vt & tu cum illo iuxta Petri ſententiam certatim, ait ſacra Scriptura; ſocij non ſolùm præciderunt, ſed certatim ramos, quod ſecundùm Ariam Mont. non ſolùm celeritatem indicat, ſed contentionem ad ramos eligendos, quàm ſimillimos duci. nam, vt ipſe adnotat *iechat.* hoc eſt, ramus latinè, eſt verbum Chananæum, quod *ſignificat*, ait, *arboris ramum membris compluribus fultum, & foliorum & frondium vitia tectum, vt vmbraculum conſtituat, Solis repellat ardorem*, quod eſt dicere, ramum non quemlibet excidiſſe, ſed pergrandem ramis altis excultum frondibus, ſic grandem vt prius quàm illum in humeris imponeret eleuauit, vt eius magnitudinem conſiderans videret, an poſſet ferre, & ſimul vt alijs præberet exemplum rami præſcindendi, vt obſeruat idem Montanus ex fonte Hebræo, in quo ſtat, *& extulit illum, & impoſuit ſuper humerum ſuum.* hinc factum, vt quando ad eos præſcindendos ſocij accederent, non ſolùm concertatio erat de celeritate, ſed etiam de electione, vt ſcilicet ramus quàm ſimillimus eſſet ramo ducis in multitudine ramorum, in denſitate, in pondere. Vnde Arias, *Quod verò legimus certatim ad cædendi celeritatem, & ad ramorum contentionem pertinet, quod vnuſquiſque ſuum ramum,* Arias Mont.

O quam

9. *Chriſtianorũ iudiciũ erit eum portare nolentium quantum.* *quam denſiſſimum eſſe curaret.* Quid ergo ex his? Sanè, mea ſententia, pondus iudicij quod cuilibet imminet Chriſtiano verbis tantùm Chriſtum honorare contento, non operibus; contra quem non ſolùm viri ſtabant Niniuitæ, ſed ſocij iſti Abimelech eum exprobrantem condemnantem, dum ipſi non ſolùm ducis exemplum ſecuti ſunt, ramos præſcindentes, ſed etiam quàm ſimillimos duci, contumeliam arbitrantes, non idem pondus ſubire quod ſubibat dux, & tamen Chriſtiani, etſi Chriſtum videant eorum principem, baiulantem crucem, non quamlibet, ſed ingẽtem, doloribus, afflictionibus, tormentis, ſpinis, clauis, plagis refertam, non ſolùm ſuam crucem tollere recuſant, ſed ſi neceſſitate preſſi, quam leuem, immo leuiſſimam eam efficere procurant; vnde ſi ad ieiunium obligantur, ſic ea vnica cõmeſtione reſarcinantur, vt nullam inediam ſentiant: ſi ſacrum audire, vt ad momentum duret, ſi eleemoſynam dare, vt ex peioribus ac ſuperfluis, vt nullum ſentiant detrimentum. Quid hæc? nónne Chriſtianorum opprobrium? nónne extrema frigiditas? nónne inſania maxima? putãtes ad regnum peruenire cœlorũ Chriſti, non ſequentes exemplum, dum ob hoc mortuus eſt vt nobis daret exemplum, ad eius ſequenda veſtigia.

Sed ad hæc addo non ſolùm nunc vaſaniam eſſe putare, ſine operibus ad cœlum euolare, illudque ſacratiſſimum regnum introire ſolis verbis, ſine operibus, vt etiam eſſet in ſtatu innocentiæ, cùm nec tunc homini in illo ſtatu, ac in paradiſo conſtituto fuiſſet permiſſum; hoc quippe adnotandum in illis verbis Gen.2.n.15. *Tulit ergo Dominus Deus hominem, & poſuit illum in paradiſo*
10. *voluptatis, vt operaretur & cuſtodiret illum.* quæ
Homo in ſtatu innocentiæ debebat operari, & cur in paradiſo poſitus. verba ſi bene attendis, ſuperflua eſſe videntur. nam paulo ſuprà *num.* 8. idem dixerat, ſcilicet Deum in paradiſo voluptatis hominem poſuiſſe, *Plantauerat autem Dominus Deus paradiſum voluptatis à principio, in quo poſuit hominem, quem formauerat.* Ad quid ergo nunc idem repeteret? Sanè, mea ſententia, ne quis putaret ad ſolam voluptatem capiendam Deum hominem poſuiſſe in paradiſo voluptatis, & quod ſine labore alium eſſet apprehenſurus paradiſum cœleſtem, immo & quòd ipſa immortalitas ſine labore eſſet conſeruaturus, ideo & repetiit poſuiſſe hominem in paradiſo voluptatis, & finem addit, vt ſcilicet operaretur & cuſtodiret illum. Vnde excellenter
Beda. Beda. *Sic immortalis*, ait, *& incorruptibilis condita eſt caro hominum, vt ſuam immortalitatem, & incorruptionem per cuſtodiam mandatorum cuſtodiret.* Vltima hæc adnotanda. nam indicat Beda Auguſtini ſenſum, qui ly *vt operaretur, & cuſtodiret illum*, non ſolùm intelligit de paradiſo reſpectu hominis, vt ſcilicet homo illum cuſtodiret, & coleret, ſed de ipſo homine reſpectu Dei, vnde ſenſus
August. Auguſtini Deum poſuiſſe hominem in paradiſo, vt ibi eum excoleret virtutibus, ac cuſtodiret. *Eſt & alius ſenſus*, ait Auguſt. *quem puto non immeritò proponendum, vt ipſum hominem operaretur Deus, & cuſtodiret, ſicut enim operatur homo terram, non vt faciat eam eſſe terram, ſed vt cultam atque fructuoſam; ſic Deus hominem multo magis, quem ipſe creauit vt homo ſit, cùm ipſe operatur vt iuſtus ſit.* nil melius, erat homo, ſed non excultus, ſicut erat terra, ſed non culta; quid ergo; ponatur homo in paradiſo vt colat terram, & ex ſimplici terra faciat vt ſit terra exculta, quod fieri non poteſt ſine operatione; ſic homo erat, ſed non cultus; quid ergo: accedat Deus & cultum faciat, & ex puro homine faciat hominem virtutis, & ſi in paradiſo ſtat voluptatis, ne per otium ſtertens ex paradiſo voluptatis fiat filius latronum; quòd ſi hoc tunc, quando ſtatus innocentiæ, quando homo in paradiſo, quando nullum peccatum; quid nunc quando peccatis plenus.

At dices, cur homini in illo ſtatu ſic beato, 11.
ſic felici, qui in iuſtitia naſceretur originali, qui in *Homines in*
Dei gratia qui ſine fomite, qui ſine carnis rebel- *ſtatu innocẽ-*
lione, qui tandem inferiorem rationem omnino *tia & peccare*
ſuperiori ſubiectam habuiſſet, tantum tunc etiam, *& damnari pote-*
aut paulo minus laboraſſet ad virtutes conſer- *rant.*
uandas, aut augendas. Sanè amice, quia & cum iuſtitia originali, & ſi in gratia, & ſi domina ratio ſuperior, & ſi in paradiſo tãtis Dei vallatus auxiliis, tamen peccare poterat, & condemnari; ſecundùm D.Thomæ ſententiam 1.*p.* *q.*100. *art.*2. & aliis in S.Thom.
locis, quem contra Scotum ſequitur, & defendit Suarez *de operibus ſex dierum, lib.* 5.*c.*9. hinc neceſ- Suarez.
ſarium illi tunc etiam operari, ſtrenuéque ſe gerere, ne & temporalem amitteret felicitatem, & cum illa ſimul æternam; quod cùm ſit, qualis nunc veſania, vt extra paradiſum conſtituti peccatis onuſti, in peccato nati, ex fomite obruti, cum perpetuo bello, inter rationem inferiorem ac ſuperiorem, putemus ſine operibus poſſe nos cœlum apprehendere verbis tantùm; ad quod reſpiciens Auguſtinus fortaſſis eiuſdem opinionis, quam August.
S.Doctor reſoluens animalia venenata etiam fuiſſe in ſtatu innocentiæ, vt nos alibi etiam diximus, eius rationem aſſignans, ſic ait, *quia homo tentatus certius ſibi innoteſcit, & iure ſalus illa turpiter per voluptatem amiſſa per dolorem fortiter eſt recuperanda.* Nil melius; & tunc etiam, vt rectè Suarez *vbi ſuprà*, capio, per dolorem gratia eſſet recuperanda; quid nunc quando filij iræ? quando filij maledictionis?

Ad quod confirmandum pondero, quanta Deus prius quàm hominem formaret antea ſic operatus, cœlum, terram, maria, piſces, animalia, flores, arbores, tandem ſtellas, ſolem, lunam, denique paradiſum voluptatis, ad quid tanta ante hominis formationem? Reſpondet Chryſoſt. vt tanquam Chryſoſt.
Rex regaliter eum tractaret, ſolent enim homines 12.
prius Regi cuidam aduentui domum ei præparare *Deus ad quid*
Regi cõdignam, ſic Deus talem de homine futuro *tanta creauit*
æſtimationem habebat, vt veluti Rex prius domũ *ante hominis*
ei apparare voluit, ſumma diligentia, ſumma ſpe- *formationem.*
culatione, vnde ob hoc ad quodlibet factum replicatur, dicens. *Et vidit Deus quod fecerat, & erat bonũ.* Vnde Chryſoſt. *quaſi regem in rebus terrenis prefecturus prius omnem hunc ornatum fabricauit*, ad cuius formationem accedens tãta circunſpectione illud formauit, vt, ſicut adnotat Beda, *nõ ſimpliciter dixit, ſicut de cæteris fiat homo, ſed faciamus.* & hoc cur? oſtenditur, inquit, *dignitatis magnitudo cum quaſi conſilio creatur.* Rectè equidem omnia; prædicetur hominis maieſtas, eleuent eũ Sancti vſque ad cœlum, extollant eũ vſque ad nubes & vltrà, non erit amplius quàm terra, quàm homo terrenus. Audi Paul.1.ad Cor.c.15.n.48. *Primus homo de terra terrenus.* nam *ſecũdus de cœlo cœleſtis.* quid inde? *vt qualis terrenus*, reſpõdet Paul. *tales & terreni, qualis cœleſtis, tales & cœleſtes.* Concludit ergo ex his, quòd etſi nobiliſſimus Adam, eiuſque filij, ſi ſupra cæteras res creatas, tamen non plus quàm terrenus, & tamen ſic Deus operatus eſt ad formandum hominem terrenum, filioſque terrenos, quod cùm ſit, quid efficiat ad formandum hominem cœleſtem

&

& filios cœleſtes iam ſcis, è cœlo ad terram deſcendit, miraculum illud operatus ſupra, non ſolùm hominum, ſed Angelicum intellectum: at vt ſimul cœleſtes faceret filios; quæ operatus eſt? quæ paſſus, quæ pertulit, prorſus indicibilia, quod cùm ſic nunc ſic arguo, dic mihi homo, vis eſſe terrenus, an cœleſtis? Sanè dices, cœleſtis, ſi ergo cœleſtis, & ſic magna, mira ac dona Chriſtus effecit homo cœleſtis, vt te cœleſtem faceret; qualis tua erit dementia, vt ſine labore, & ſine opere, velis eſſe cœleſtem, tantum in verbis tuis glorians te eſſe Chriſtianum, & Dominum Chriſtum appellare. Ad rem Cyprianus de opere & eleemoſ. *Deprecationes, ait, ſola parum ad impetrandum iubent niſi factorum, & operum acceſſionem ſortiantur.* Sic amicè parum refert Chriſtum dicere Dominum, ac præclara nomenclatura eum honorare, niſi & opera adiungas, vt infrà dicemus.

Cyprian.

13. *Quomodo Deum compleſſe dicatur die ſeptima opus creationis.* Quid, immo & altius hoc proſequens noſtro modo intelligendi, nec quodammodo ipſi Deo datur delectari, ac perquieſcere, quin, vt ſic dicam, prius totus in operando non fuerit; ad hoc educendum aſſumo verba illa Gen. 2. n. 2. *Compleuitque Deus die ſeptimo opus ſuum, quod fecerat.* quæ verba ſuam patiuntur, & non modicam difficultatem. nam ſuprà in fine primi capitis ad creationem non ampliùs, quàm ſex dies Moſes aſſignauit. *Viditque Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona, & factum eſt veſpere & manè dies ſextus.* Si ſexto die creatio completa, vnde poſtea die ſeptima? Ad hanc difficultatem ſoluendam, multi multa, aliqui quia hac die, hoc eſt, ſeptima formata mulier. Sed mea ſententia, falſa eſt opinio; quod multis probat Suarez *lib. 3. de operibus ſex dierum, cap. 4. num. 12.* Alij ad tranſlationem accurrunt. Septuaginta qui non ſeptimo, ſed ſexto legunt; at vulgatæ ſtandum. Alij vt Ambroſ. qui etiam die ſeptima aliquid eſt operatus res ſtabiliens, cum quo conſentit Auguſtinus dicens tunc etiam operaſſe res factas conſeruans; at hoc non amplius de die ſeptima dicendum, quàm de cæteris. Alij denium accipiunt die ſeptimo excluſiuè. Sed hoc eſt effugere difficultatem. mea ſententia optimè ex tranſlatione Chaldaica hic elucidatur locus, qui ſic legit, *& delectatus eſt Deus die ſeptimo opere ſuo quod fecerat, & requieuit.* Excellens tranſlatio. nam verè quies poſt opus eſt delectatio ſumma, vnde quia poſt complementum operis ſuccedit, quies, hincque delectatio. rectiſſimè id quod noſtra vulgata dixit. *Compleuitque die ſeptimo*, ipſi ad effectum attendentes legerunt, *& delectatus eſt.* Ex qua lectione optimè eruitur id quod dicebamus, nec ipſi Deo licitum, vt ſic dicam, ſaltem extrinſecè ad quietem, ad delectationem peruenire, niſi prius operatus ſit, & per opera ad quietem perueneriт; quod, ni fallor, illa indicant verba Lucæ 24. n. 26. *nonne oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam.* Si gloria ſua, vnde neceſſitas, vt antea non permittantur glorificari, vt ſic dicam, quàm pati? Vnde nec Angeli eum vt Deum recognouiſſent, ſi ante crucis paſſionem in cœlum intraſſet; *fauos poſt fella guſtauit*, ait egregiè Tertullianus, c. 14. *nec ante Rex gloriæ à cœleſtibus ſalutatus eſt, quàm Rex Iudæorum proſcriptus in crucem.* Acutè; quid? nunquid non ante crucem *Rex gloriæ?* Sanè & ab ipſo ſuæ conceptionis inſtanti; immo & ab æternitatis principio. Ergo cur non ante crucem. Equidem, antè crucem Rex gloriæ, ſed non ante crucem ſalutatus ab

Suar.

Auguſt.

14. *Chriſtum oportuit pati vt in gloriam intraret.*

Tertull.

15. *Ante crucem non ſalutatus ab Angelis Rex gloriæ.*

Angelis Rex gloriæ, quia etſi natura Rex gloriæ, tamen noluit poſſeſſionem, niſi per crucem; non ſolum quia homo, ſed quia homo Deus. Hinc rectè diſcipulos Dominus reprehendit, vocans eos ſtultos, cordeque tardos. *O ſtulti, & tardi corde.* Et ſimiliter tales erunt, qui victoriam ſine bello acquirere præſumunt, & regnum ſine operibus.

At quid dico? ſic certum, ſine operibus nos Deum pro nihilo ducere, vt nec ipſe vilis homo Deum pro Deo recognoſcere vult, ſi non operatur. ad quod probandum aſſumo illud 3. *Reg.* 18. *num.* 21. Cùm enim ſanctiſſimus Elias populum ab idololatria reducere, & ad Deum conuertere vellet, illum congregans, ſic illis ait: *Vſquequo claudicatis in duas partes? ſi Dominus eſt Deus, ſequimini eum; ſi autem Baal, ſequimini illum.* Pendo ly *claudicatis*. quid eſt *claudicare?* aut quomodo iſti claudicabant? Sanè, quia dubij in ſuis cogitationibus nunc dicebant Dominum eſſe verum Deum, nunc Baal. Vnde in Hebræo eſt, *vſquequo tranſitis ſuper duas cogitationes?* Hincque, vt bene affirmat Abulenſ. aliquando offerebant ſacrificium vero Deo viuo, aliquando Baal. Hinc rectiſſimè Elias oſtendens eis hoc magnum eſſe incommodum, cùm impoſſibile duos eſſe veros dominos ac Deos, compellebat eos, vt cùm iam tanto tempore ſuper hoc cogitationibus, ac argumentis diſceptaſſent, poſt verba venirent ad deciſionem cauſæ, & aut vnum, aut alterum eligerent. At quid populus? *& non reſpondit ei verbum*, ait ſacra Scriptura, ſcilicet (ait Abulenſ.) *quanquam optimè proponeret Elias, populus non reſpondit, tanquam non acceptans propoſitionem.* Quod ſi petas cur non acceptaſſet; reſpondet idem. *Quia licèt propoſitio erat rationalis, tamen erat vniuerſalis.* Vnde ex illa non poterat populus cognoſcere quomodo conſtaret Dominum eſſe ſolum verum Deum. nam Elias verba ſolum, & rationes proponebat; at quid Elias optimè hoc callens, ſtatim ſequens ait, *Ego remanſi Propheta Domini ſolus, Prophetæ Baal quadringenti & quinquaginta viri ſunt. Dentur nobis duo boues, & illi eligant ſibi bouem vnum, & in fruſta cædentes ponant ſupra ligna, ignem autem non ſupponant. & ego faciam bouem alterum, & imponam ſuper ligna, ignem autem non ſupponam; & Deus qui exaudierit per ignem, ipſe ſit Deus.* At quid populus? ſtatim hoc audiens reſpondit, *Optima propoſitio.* Cur optima propoſitio? nonne poterat dæmon etiam incendere ſacrificium, & ſic, etſi Deus ſuum incenderet, etiam quis eſſet Deus neſciretur; vnde ergo optima propoſitio? & non optima prima? Sanè amicè, quia cùm de accipiendo vero Deo erat ſermo, & hoc ex operibus cognoſcendum, ſciebant impoſſibile vt falſo Deo opera adſcriberentur vera; hinc optimam dixerunt propoſitionem, hanc ſecundam, non primam, quia prima non continebat niſi verba tantùm: ſecunda, opera. hinc quaſi proprium Dei ſtigma opera æſtimantes, illum pro vero Deo accipere volebant qui opera, non qui verba tantùm. Sic neceſſaria opera etiam ex communi omnium conceptu, vt nec verum Deum ſine illis recognoſcere volebant; quod cùm ſit, quæ veſania, vt credant homines Deum Chriſtianos recognoſcituros ſine operibus, ex vocibus tantùm, appellantes eum Dominum, ac ei dicentes, *Domine, Domine.*

16. *Homo nec ipſum Deum recognoſcere vult ſi non operatur.*

Abulenſ.

Nec equidem, (quod ampliùs conſiderandum)

talis hominum illorum argumentatio aut inepta, aut inualida erat, ſcilicet pro Deo habere nolle qui opera non exhibebat; aut ex operibus, non ex verbis Deum verum à non vero dignoſcere velle; nam & ipſemet filius Dei, ſic veram hanc argumentationem exiſtimauit, vt etſi natura Dei filius planè conceſſerit, vt ſi opera non digna talis faceret filij, & talis patris, non crederent in ipſum, Ioan. 10. num. 37. *ſi non facio opera Patris mei, nolite mihi credere.* Quorum verborum ſenſus rectè ait Toletus, eſt. *Si non facio opera Patris mei,* id eſt, *quæ oſtendunt me eſſe Dei filium, & patrem habere Deum, nolite credere mihi, quia aliquam excuſationem habetis mihi non credendi.* Immo maiorem efficaciam dans ſuis operibus, quam ſuis verbis, ſequitur. *Si autem facio, & ſi mihi non vultis credere, operibus credite.* In quibus verbis aduotanda illa, *ſi autem facio.* nam ſupponit & opera, & verba; & vult vt ſi verbis nolint credere, credant operibus, quaſi dicat, aliqualem excuſationem eſſe ſi non operanti, attamen dicenti nolle eos credere; at dicenti, & operanti, nullam. Immo quod amplius notandum, non ſolùm eos excuſatos vult, ſi opera non egiſſet, ſed etiam, ſi opera non digna Dei filio, qualem ſe dicebat; quod eſt dicere, opera prorſus diuina; vnde infrà cap. 15. num. 24. *Si opera non feciſſem in eis,* hoc eſt, coram eis, *quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent.* nam vere, vt bene adnotat Cyrillus *lib.* 10. *cap.* 32. Chriſti miracula & multitudine, & maieſtate adde, & ex modo non orans, aut deprecans, vt Moyſes, & Prophetæ, ſed imperans ex maieſtate & omnipotentia, vt Deus faciebat, omnia alia ſeruorum Dei præteritorum ſuperabat, ipſum verum Deum teſtificatoria, ex quibus patet ipſum non ſolùm ad opera illos remiſiſſe, & non ad verba, ſed ad opera filio Dei digna, vt ſic inexcuſabiles eſſent, ſi non crederent, & pro Deo illum haberent. Contremiſco illationem ex dictis inferre, Deus ſcit quòd non mentior. nam ſi in toto rigore arguere volumus, & rectè inferre, talis quidem erit paritatis illatio, non ſolum Chriſtum cognoſciturum pro vero Chriſtiano, neque in ſuum regnum admiſſurum, qui tantùm verba, non opera obtinet, ſed nec qui opera, non tamen Chriſtiano vero digna. O horribilis ſententia! quam niſi Dei miſericordia temperaret, planè actum eſſet de nobis, pende ô Chriſtiane. quæ opera vero Chriſtiano digna agis, & rigorem ſententiæ agnoſces; nam ſi ſacrum audis, quomodo audis? Si Sabbata ſanctificas, quomodo ſanctificas? cùm potius ea gentilium, quàm Chriſtianorum more, & ſic de ſingulis; quod ſi opera non veri Chriſtiani agis, cur Deus vis, vt te vt verum Chriſtianum agnoſcat, quando ipſemet Dei filius illos excuſat, qui ſi ipſe opera digna Dei filio non feciſſet, ſi in ipſum non crederent, non peccarent; quod cùm ſit, adde nunc, & quid dicendum de illis, qui nec aliqua opera, ſed tantùm verbis volunt ad cœlum aſcendere.

Toletus.

17. *Chriſtus voluit credi Dei filium eſſe ex operibus, quantumque ea fecerit.*

Cyrill.

18. *Dæmon non vult verba, ſed opera, & opera dura.*

Addo tandem ſic hoc verum, vt ipſi falſi prophetæ, ac dæmonis ſerui hoc calleant, dæmonem ſcilicet non verba, non clamores, non laudes velle ad hoc vt eos pro ſuis habens eos exaudiat; ſed opera, immo & opera dura, cùm firma ſtat ſententia, plus laboris hominem ſuſtinere in male agendo, quàm in bene operando. *in multitudine vitæ tuæ laboraſti, & dixiſti, non quieſcam,* Iſaias 57. num. 10. Hierem. cap. 9 num. 5. *vt iniquè agerent, laborauerunt.* Sapient. cap. 5. num. 7. *Laſſati ſumus in via iniquitatis.* De qua re vide quæ ibi diximus. At licèt hoc verum de omni peccante, tamen, quòd aſſerimus, eſt, inſitum hoc ipſum adorantibus diabolum; hunc ſcilicet non verba tantùm velle, ſed opera, & opera dura, ſanguinem elicientia. Quod inde ex ſuperiori loco Regum confirmatur *a num.* 16. nam cùm Prophetæ Baal bouem feciſſent, ait ſacra Scriptura, quòd *inuocabant Baal vſque ad meridiem, dicentes: Baal exaudi nos.* At quid? *& non erat vox, nec qui reſponderet.* Quid ergo iſti; ad voces addiderunt opera, & non quælibet, ſed duriſſima. *Clamabant ergo voce magna, & incidebant ſe cultris & lanceolis, donec perfunderentur ſanguine cultris ad ſcindendam carnem magno vulnere. Lanceolis ad eam pungendam, vt ſanguinem exiret, ſic vt toti aſſererentur ſanguine madidi ac vna plaga,* ait Abulenſ. Cur ſe ſic incidebant? Sanè amice; quia eorum Deum ſciebant non velle tantùm voces, ſed opera, & opera duriſſima; hincque perlibentiſſimè ea dabant, vt exaudirentur, & Deum ſuum placarent, & eos exaudiret, vt bene adnotat idem Abulenſ. dans rationem, quare in omnibus ſacrificiis antiquis Deorum, fere ſemper Sacerdotes effuodebant ſanguinem, & maior pars eorum in ſanguine conficiebatur, vt ſcilicet Deum placarent ſi fortè iratus, & eos exaudiret, quòd cùm ſit, ſolus autem Chriſtianus de Deo vero hoc æſtimare non vult, ſed etſi infinitis indignatus peccatis, et ſi mille, & mille offenſionibus irritatus, tamen vult, vt & eum exaudiat in ſuis neceſſitatibus, non ſolùm per opera pœnitentiæ, ſanguinem non effundendo, ſed nec opera faciendo, ſed tantùm verbis, dicendo, *Domine, Domine,* nónne hoc pura inſania.

Abulenſ.

19. *Sacerdotes antiqui gentilium cur redundantè in ſacrificijs ſanguinem fundebant.*

Non ergo, vt concludam, qui *Domine, Domine,* dicit, in regnum intrabit cœlorum, ſed *qui fecerit voluntatem Patris*; quæ profectò *ſanctificatio eſt noſtra.* Si, vt par eſt, de hac re dicere vellemus, nimis oneroſus eſſem, eo vel maximè, cùm alibi de eadem re ſermo redibit; ſufficiet pro nunc illud tantùm tangere, ſcilicet nullam compendioſiorem ad cœlum eſſe viam, quàm totum ſe voluntati Dei reſignare, ac reponere, vt de eo ſiue in tempore, ſiue in æternitate, faciat quod vult, quod iubet. hanc doctrinam ex Sanctorum auctoritatibus, ac exemplis mille poſſem tibi confirmare; at nolo cùm paſſim ſint obuia, ſolùm ad noſtram confuſionem, quia non ſic facile ea reperies ex Gentilium tum authoritate, tum exemplis; tantùm volo vt eam accipias, attendaſque, non multum, nec magnum, à te Deum repetere, quando diabolus eadem & maiora à ſuis poſtulabat; audi ergo Epictetum quomodo ſuos vt diabolo ſeruirent docebat. *Oculos,* ait, *in Deum attolle, ac dicito, Vtere me Domine, ad quæcumque velis tecum ſentio, nihil eorum detrecto, quæ tibi videantur; quæcumque velis age; vis me imperare in priuata vita agere, exulare, pauperem eſſe, diuitem, ego tibi pro omnibus apud homines aſſentior.* Totum reuolue Taulerum, Suſonem, Aſpeigium, Rusbrochium, Caſſianum, qui latè de hac re, etſi plus inuenetis, quàm Gentilis iſte, mentiat. In quibus illa animaduertenda, ſcilicet, quòd non ſolùm non detrectabat, ſed etiam eadem ſentiebat, quod ſummus eſt reſignationis apex. *Tecum ſentio, nil detrecto.* & inſuper quod æqualiter adeò triſtia, ac læta accipiebat imperium ac ſubiectionem, paupertatem,

20. *Reſignatio vnica perfectionis via.*

Epictet.

21. *Dæmon à ſuis eam vnicè expetebat.*

tem, ac diuitias. Quid amplius Sancti à Chriſtiano perfectiſſimo petunt.

At quid? forſitan erant hæc verba tantùm, Demetrius. non opera? Audi vnum ex eius diſcipulis Demetrium, à quo cùm ex tempore eo inſcio duo eius eſſent filij mortui, vna tantùm de Dijs exhibuit querelam, non ſibi antea dixiſſe, vt perlibentiſſime eos daret. *Nec vnum*, ait, *Dij immortales de vobis queri poſſem, quod non antea mihi voluntatem veſtram notam feciſtis, prior enim ad iſta veniſſem, ad quæ nunc vocatus adſum. vultis liberos ſumere? illos vobis ſuſtuliſtis. vultis aliquam partem corporis? ſumite, non magnam rem promitto, citò totum relinquam, vultis ſpiritum? quid ni? nullam moram faciam quominus recipiatis quod dediſtis, à volente fertis quidquid petieritis; quid ergo eſt, maluiſſe afferre, quam tradere, quid opus fuit auferre? accipere potuiſſetis, ſed nec nunc quidem auferetis, quia nihil eripitur, niſi renitenti; nil cogor, nil patior inuitus, nec ſeruio Deo, ſed aſſentio.* Dixit ne amplius Iob quàm iſte diaboli ſeruus? Quid, immo Zenon Philoſophus, cùm è Gymnaſio rediens cecidiſſet, digitumque fregiſſet, quaſi Deorum voluntatem ex ſigno augurans, nolle ſcilicet vt amplius viueret, illico clamans dixit: *En adſum, quid me ore voces?* Domumque perueniens ſuiue ſe ſuſpendit, vitam commutans temporalem pro æterna ac infernali miſera morte, ex falſa Deorum ſuorum deceptus opinione. Cùm Chriſtiani pro vero Deo, pro vita immortali, pro Chriſto, qui talia, tantaque pro eis paſſo; pro patre, qui eum pro nobis tradidit, non ſolùm talia opera, talem voluntatis eius perfectam obedientiam exhibere volunt, ſed nec & quælibet opera, ſed tantùm verba honorifica appellatione contenti, putantes pro ea regnum accepturos, & quod magnum quid Deo exhibent, appellantes *Domine, Domine.*

NVM. 22. Multi dicent mihi in illa die: Domine, Domine. Nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus.

NVM. 23. Et tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos, diſcedite à me, qui operamini iniquitatem.

Senſus litteralis, & moralis.

MVlti dicent mihi in illa die. hoc eſt, *terribili, celeberrima, emphaſim enim continet modus dicendi, quam non oportet determinare.* ait Anſelm. Anſelm. *quia ſatis eſt famoſa, & nota.* nam verè nullus poteſt appellari dies, niſi iudicij, cùm in illa ſolùm res ſolidæ ſubſtantiales tractabuntur; non quales Auct.Imp. in diebus aliis. Ad rem ſatis Auctor Imperfect. *In*
1. *Iudicij dies ſola, dies dici poteſt.* *illa die, ait, quando ſcilicet venerit in maieſtate Patris ſui, quando iam nemo audebit garrula contentione ſermonum, aut mendacium defendere, aut contradicere veritati, quando opera ſingulorum loquentur, & ora tacebunt, nec alter pro altero interueniet, ſed ſinguli ibi timebunt, in illo enim iudicio non erunt tales adulatores homines, ſed Angeli veraces, iudex autem Dominus iuſtus.* hinc obſeruat ingeminationem vocis, *Domine, Domine*, ex timore proficiſci in illa die; *propriè*, ait, *timentium hominum & anguſtias patientium vocem expreſſit, dicens: Domine, Domine, non enim ſemel ſufficit dicere, Domine, quem neceſſitas timoris aſtringit.*

Nonne in nomine tuo prophetauimus. Multi per 2. *prophetare*, hinc accipiunt Scripturas declarare, *Quid prophetare.* ac fidem orthodoxam prædicare, ſic Hilarius, Hilar. Salmeron, Abulenſis, quorum opinio non mala, Salmeron. licèt litteralis intelligentia ſit de futurorum præ- Abulenſ. dictione, cùm, vt bene Maldonatus, ſupponit hîc Dominus tales Doctores falſos, qui tamen vltra doctrinam etiam miracula fecerint, ac futura prædixerint; verùm, vt dixi, prima ſententia ſuſtineri poteſt, quatenus nec prophetiam excludat, vt ait Abulenſis, ex illa amplius confirmatur quod ſuprà dicebamus, inſignem præ- 3. dicationem non eſſe bonitatis, ac ſanctitatis *Magna prædicatio non* ſignum; nam, vt bene Rhabert. *prædicare Scri- ſanctitatis* *pturarum occulta, & mali poſſunt ex ſtudio di- verè ſignum.* *ſcendi, quia & mentis efficacia videmus, quàm ſæpè flagitioſos quoſque pollere, & diuinis litteris eruditos.*

Et virtutes multas. Dubitatur ab aliquibus, an de veris miraculis hoc intelligendum? Auctor Auth.Imp. Imperfect. putat non de veris, ſed de falſis mi- 4. raculis. *Prophetant autem*, ait, *in nomine Chriſti*, *De quibus miraculis ſententia intelligi debet, veris, an falſis.* *ſpiritu autem diaboli, quales ſunt diuinatores, dæmonia eijciunt in nomine Chriſti, habentes ſpiritum inimici. Magi autem non eijciunt, ſed eijcere videntur, colludentibus ſibi dæmonibus.* Hæc ſententia ſi ad litteram attendis, falſa eſt; nam, vt bene Chryſo- Chryſoſt. ſtomus, quomodo iudice præſente talia falſa dicere præſumerent; at ſi ad praxim ea vti velis, quatenus ex illa deducere non ſtatim alicuius ſanctitati credere, etiam ſi miracula operari videatur, quatenus falſa eſſe poſſunt, & diaboli opera ea vti potes; cùm tamen veram ac litteralem ſententiam teneas, quæ de veris miraculis Chriſti ſermonem intelligit. Sic Chryſoſto- Idem. mus, Hilarius, Auguſtinus, Hieronymus, om- Hilar. August. neſque recentiores. hac ergo vera ſententia ſup- Hieron. poſita,

Quæſtio nunc eſt, an vera miracula per ma- 5. los fieri poſſint? & certa ab incertis diſtinguendo *An vera miracula à malis effici poſſint.* ſupponendum, à peccatore, attamen fideli, licèt auctor malus, & peccator ſit, tamen vera miracula fieri poſſe; cùm hæc fiant non ad eius ſanctitatem atteſtandam, ſed veritatem doctrinæ, vt ait ſanctus Doctor 2. 2. *quæſt.* 178. *art.* 1. *in cor-* S.Thom. *pore*, eſtque commonis, cuius etiam rationem perbellam affert Ianſenius, ſic dicens. *Veriſi-* Ianſen. *mile autem eſt, ſicut Iudæ, ita alijs multis, in initio naſcentis Eccleſiæ datam gratiam operandi in nomine Chriſti miracula, qui tamen fide per dilectionem operante erant vacui, quod vel ob id factum eſt, diuina quadam diſpenſatione, vt ne ſibi diſplicerent, qui hoc donum non aſſequerentur, quaſi Deo parum grati, cùm illud non tantùm bonorum ſit, ſed etiam malorum, quod nec Ioanni Baptiſtæ, quo inter natos mulierum non ſurrexit maior, datum eſt.* Ex- 6. cellens doctrina, tum ad ſuauitatem Dei proui- *Quare Deus malis permiſit vera miracula, & cur Chriſtus Iuda.* dentiam demonſtrandam circa peccatorum conuerſionem, tum ad noſtrum exemplar, quantum ſcilicet, vt Deum imitemur, noſtros inimicos diligere tenemur, & pietatis emolumenta illis oſtendere, dum ne ſibi diſpliceant, ac graue æſtiment ſui inimici, Deus vſque ad miraculorum gratiam eis concedendam deſcendit.

Sed pendenda ſunt illa Ianſenij verba, Iudæ ſcilicet conceſſum miracula facere, Ioanni Baptiſtæ negatum; vt quàm parum in his fidendum intelligas,

intelligas, ad hoc vt verum ſanctitatis ſignum ex illis elicias; ad quod amplius confirmandum, do tibi auctoritatem Caietani 2. 2. *vbi ſupra*, qui ex

Caiet.

7. reſponſione ad quartum, vbi ſanctus ex doctrina Auguſtini dat rationem, quare ſæpe boni miracula non faciunt, dum mali ea operantur, ſic ait Caietanus. *Nota ex reſponſione ad quartum ab Auguſtino, quòd pernicioſiſſimus eſt error æſtimantium in miraculoſis operibus, maiora eſſe dona Dei, quam in operibus iuſtitiæ, & hoc contra vulgares, & communem errorem humani generis, putantium homines miracula facientes ſanctos, & quodammodo Deos, ſimplices autem iuſtos, quaſi pro nihilo habentes totum enim oppoſitum haberet æſtimari ſicut in veritate eſt.* Vnde rectè Paſchaſ. Rhatb. aſſignans cauſam, quare per reprobos Deus aliquando miracula operatur, ait, *vt diſcant fideles Chriſti virtutes operari, non magnopere ſtudere, ſed Chriſtum in omnibus imitari.* Et infra. *Quærenda eſt ergo ſemper ſana doctrina, & vita perfecta imitanda, quoniam virtutes fieri Spiritus ſancti eſt operatio, bene autem viuere Chriſti imitatio.*

Ex miraculis non magni æſtimanda alicuius ſanctitas, ſed ex virtutibus.

8. Hincque ſanctiſſima Eccleſia etſi ad canonizationem Sanctorum miracula exigat, hoc tamen non tantum per ſe, quantum ad indagandum per virtutem illorum veras & heroicas Sancti virtutes, ad quam confirmandam vera tantùm fiunt miracula, vt ait ſanctus Doctor *vbi ſupra.* hoc ergo ſic ſtabiliro.

Eccleſia cur ad canonizationem miracula requirat.

9. Difficultas eſt, an dato quòd miracula fieri poſſint à peccatore, ſed fideli, an ſimiliter poſſint à peccatore non fideli, ſed infideli, ſeu ab hæretico, inuocato nomine Chriſti: nam aliqui nolunt illud concedere, vt Ianſenius aliique. At certiſſimè tenendum cum Chryſoſt. Hieronym. Euthym. Theophylact. Catthuſian. Hugon Cardinal. Maldonat. aliiſque ab infideli, & hæretico vera poſſe fieri miracula ad inuocationem nominis Chriſti, eſtque expreſſa D. Thomæ ſententia *vbi ſuprà ad 3.* qui ſic, *Dicendum quòd ſemper miracula ſunt vera teſtimonia eius ad quod inducuntur, vnde à malis qui falſam doctrinam enuntiant, nunquam fiunt vera miracula ad confirmationem ſuæ doctrinæ, quamuis quandoque fieri poſſunt ad commendationem nominis Chriſti, quod inuocant, & virtute ſacramentorum quæ exhibent* hæc ſententia mihi omnino placet, tum quia valde conducit ad honorem & exaltationem nominis Chriſti, vbi ob illius gloriam etiam velit Deus per infideles opera miraculoſa fieri; hinc Dominus noſter *Luc. 9 num. 49.* quando ad ipſum Apoſtoli, *Vidimus quendam in nomine tuo eycientem dæmonia, qui non ſequitur nos, & prohibuimus eum,* reſpondit eis *Nolite prohibere, qui non eſt aduerſus vos, pro vobis eſt.* Tum etiam, quia omnino opera extollit virtutum, ſtabilitque, vera ſanctitatis ſigna, opera eſſe virtutum, vt ex Sanctis mox dicemus

Miracula etiam operari poſſunt infideles, in nomine tamen Chriſti.

Chryſoſt.
Hieron.
Euthym.
Hug. Card
Theophyl.
Maldon.

10. At dices, ergo ad probandam veram doctrinam, aut ſanctitatem ex veris miraculis argumentum ſumi non poſſe. Reſpondeo ex Maldonato negando ſequelam, ſumi poteſt, at non neceſſariò, ſed probabile; immo, moraliter loquendo, & ſecundùm ordinem diuinæ prouidentiæ nunquam aut in vita, aut poſt mortem, ad probandum alicuius ſanctitatē defuere miracula. hincque etſi ad veram ſanctitatem alicuius heroica ſufficiant virtutum opera, tamen ad eam canonizandam nunquam ſancta conſueuit Eccleſia illam proponere ſine miraculorum atteſtatione; de qua re videndus eſt Caſtellinus *in tract. de dilatione canonizationis Sanctorum.* Vnde definitio canonizationis ab ipſomet tradita in primo præludio *num. 1.* eſt, qua *quis ſanctus virtutibus heroicis atque miraculis in vita & poſt mortem iam clarus in Sanctorum catalogo publicè ac ſolemniter à Summo Pontifice Romano præmiſſis præmittendis canonicè redigitur.* Ex quibus deducitur probabile, fidei verum eſſe argumentum, miracula cùm per fidem, ſæpe ſine fide, rarò miracula fiunt, quod eſt notandum in ſententia D. Thomæ *vbi ſuprà.* nam non indifferenter dixit, ab infideli fieri miracula, ſed *quandoque*, hoc eſt, rarò & ad gloriam Chriſti manifeſtandam.

Miracula vt ſunt ſanctitatis ſigna.

Caſtellin.

11. *Canonizationis definitio.*

Ex his dictis duo colligo cum Maldonato certiſſima; *primum* ibi eſſe veram fidem ac veram Eccleſiam, vbi frequenter, & quaſi ordinariè miracula fiunt; nam etſi aliquibus extra Eccleſiam Deus miracula facere conceſſit aliquando, vt Balaam & aliis; tamen nulli hominum ſocietati, niſi Eccleſiæ ſuæ ſanctiſſimæ hoc generaliter conceſſit, ordinariam ſcilicet faciendi miracula poteſtatem. Vnde excellenter adnotat Salmeron ly *multi dicent*, non dictum quaſi multos malos, aut infideles eſſe miracula operantes. nam rariſſimi ſunt, vt ipſe ait, ſed dixi multos, *quia collecti ex omnibus ætatibus multi apparebunt.* Vnde ſicut ad cognoſcendam veram alicuius ſanctitatem diximus, certiſſimum ſignum eſſe non vnius, aut alterius virtutis ſignum, ſeu ſigna, cùm hæc ab hypocritis diſſimulari poſſint, ſed congeriem virtutum, earumque actuum cum perſeuerantia, & temporis longitudine, ſic nunc pari modo dicimus ad cognoſcendam veram Eccleſiam, non ſufficere vnum, aut alterum miraculum, ſed multitudinem, frequentiam, & diuturnam, ac perſeuerantem poteſtatem & veluti ordinariam ea perpetrandi. *Secundò* colligo, nullam ibi eſſe veram Eccleſiam, vbi nulla miracula fiunt; ex quo principio ſatis tuto, rectè concludit Maldonatus hæreticorum congregationes non eſſe veras Eccleſias, ſed Satanæ ſynagogas, cui aſſerto omnia illa argumenta adaptari poſſunt quæ fiunt ad probandum miracula eſſe neceſſaria ad Sanctorum canonizationem.

Maldon.

12. *In vera Eccleſia tantùm multitudo & perſeuerantia miraculorum.*

13. *Vbi nulla miracula, ibi nulla Eccleſia.*

Vera ergo miracula tum ab infideli, tum à fideli, & peccatore fieri poſſunt, ex quo fit quàm parum his rebus fidendum, & quod iuxta Domini noſtri doctrinam ad cognoſcendam veram ſanctitatem, nullum certum ſignum niſi opera virtutum; vnde ſatis ad rem Hilarius affirmans omnia cætera ſigna præter virtutes futilia eſſe ad promerendam gloriam; ſic excellenter concludit. *De noſtro igitur eſt beata illa æternitas promerenda, præſtandumque eſt aliquid ex proprio, vt bonum velimus, malum omne vitemus, totoque affectu præceptis cœleſtibus obtemperemus, ac talibus officijs cogniti Deo ſimus, agamuſque potius quod vult, quàm quod poteſt gloriemur.* Neque minus ad rem Euthym. ſic dicens. *Quia ergo recta vita deficiente, neque fides, neque miracula ſaluos facere poſſunt, nobis de vita magis curandum eſt, nam qui virtute præditus eſt, etſi miracula non edat, nil inde patitur detrimenti, bona ſiquidem vita fidelem omnino ſaluum facit; miracula verò non ſemper; præterea bona vita remunerationem nobis debet Deus, miraculorum autem nos potius ipſi debemus.* Nil melius, ſine bona vita nulla eſt ſalus, bene tamen ſine miraculis; ergo illa appetenda, non iſta, quod ſi contrarium euenit, vt ſcilicet omnes iſta, non illam appetant, id eſt, inauratam, quia non Chriſto, ſed ſibi miracula facere deſiderant;

Hilar.

14. *Miraculis quàm parum fidendum, virtutis quantum operandum.*

Euthym.

non

non Domini, ſed ſuam exquirunt gloriam; vt mox ex Ruperto dicam. Ad rem Gregorius 20. moral. cap. 9. *Probatio ſanctitatis non eſt ſignum facere, ſed proximum vt ſe diligere; de Deo vera, de proximo meliora quàm de ſeipſo ſentire.* (S. Gregor.)

(Auct. Imp.) *Tunc confitebor illis.* Auctor Imperfectus intelligit ly *confitebor*, pro iurare, quaſi quod tunc, hoc eſt, in iudicij die Dominus dicit: *Amen, amen dico vobis, neſcio vos.* Meliùs alij cum Hieron. (Hieron.) *Confitebor*, hoc eſt, *publicè profitebor illis*, ij fictè, & diſſimulatè, Chriſtus publicè eos negabit, *tunc.* quod verbum ponderans Hieronymus ait, *ſignanter dicit tunc confitebor, quia multo tempore ante dicere diſſimulauerat.*

15. *Quia nunquam noui vos.* hoc enim multipliciter intelligitur. Aliqui; nunquam noui vos, hoc eſt, in nulla te approbaui. Alij, vt Theophylact. & Chryſoſt. *Nec nunc quando miracula faciebatis.* Auguſt. *non nouit apud quos fidei ſuæ & dilectionis characterem non inuenit.* Attamen omnes veteres Auctores pro cognoſcere, approbare intelligunt; vnde, non noui vos, ſcientia ſcilicet approbationis, qui nonquam, nec veſtra approbaui, nec vos pro veris Prophetis habui, nec pro meis prædeſtinatis, ac electis. Sic Origen. *in cap.* 8. *ad Rom.* Hugo Card. Abulenſ. Maldonat. reliquíque, qui ſenſus litteralis, omnéſque ſequuntur recentiores. Quo ſtante, ponderoſa etenim ſunt, ac quæ valde impios in illa die torquebunt, magnámque iudicij oram demonſtrantia, ex magna diſſimulatione prouenientem. Nam, vt ſuprà ex Hieronymo aduotauimus, ideo ſcilicet Dominum dixiſſe, *tunc confitebor*, quia multo tempore diſſimulauerat; poſt talem ac tantam diſſimulationem, quaſi fortiter clamans, & vt parturiens loquens, dicet, *nunquam noui vos.* Ad rem Auctor imperf. (Auct. Imp.) *Grandem enim iram, vt grandis dilatio procedere debet, quæ iuſtius facit Dei eſſe iudicium, & digniorem interitum peccatorum. Deus enim naturaliter omnes cognoſcit, ſed videtur eos non cognoſcere, quia non eos diligit, ſicut etiam non videtur Deum cognoſcere qui non colunt eum dignè.* Cognoſcit, ſed non amat; tantum valet ac ſi non cognoſceret, par pari reddens, malus Chriſtianus, falſus propheta Deum cognoſcit, ſed non diligit, tantum valet, ac ſi non cognoſceret; ſic Chriſtus in illa die.

Chriſtus quomodo non cognoſcet malos in die iudicij. Theophyl. Chryſoſt. Auguſt. Origen. Hug. Card. Abulenſ. Maldon.

Diſcedite à me, qui operamini iniquitatem. Cur operamini, & non, operati eſtis? Ad rem Hieronymus. (Hieronym.)
16. *non dixit*, ait, *qui operati eſtis iniquitatem, ne videretur tollere pœnitentiam, ſed. qui operamini, id eſt, qui vſque in præſentem horam, cùm iudicij tempus aduenit, licèt non habeatis facultatem peccandi, tamen adhuc habetis affectum.* Malus enim, etſi per mortem peccandi amittit facultatem, non tamen affectum. At cur talia opera iniquitatem dixit? Ad rem Rupertus. (Rupert.) *nimirum, ait, quia quod prophetauerunt, ſibimet prophetauerunt, id eſt, non prophe-*
17. *tando Dei, ſed ſuam gloriam, ſuúmque temporale commodum quæſierunt, ſimiliter multi in nomine eius dæmonia eijcientes, ſiue de hominibus, exorcizando, & baptizando, ſiue de aris, & templis, dedicando illa Deo vero, in quibus habitabat, & colebatur dæmonum multitudo; & multas virtutes facientes, quæ videbantur quidem, ſed non erant virtutes, immo virtutum ſimulationes mercedem aliam, quàm Dominum quæſierunt, & mercedem ſuam receperunt, ſcilicet confitebor illis, quia non noui eos.* Si opera quæ iſti fecerunt, tam præclara & magna; quid enim amplius magnum excogitari poteſt, quàm dæmonem à mundo expellere; Chriſtum in mundum inferre? ſi enim, dico, illa conſideres, & poſtea mercedem eſſe Dei ignorationem, *non noui vos*, quantum ſit malum hypocriſis intelliges.

Peccatores nunquam affectum peccandi amittent etiam poſt mortem.

Quæ ſenſu opera bona hypocritarum iniquitates dicet Chriſtus in iudicio.

Omnis ergo, qui audit verba mea hæc, & facit ea, aſſimilabitur viro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſupra petram. NVM. 24.

Et deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit, fundata enim erat ſuper petram. NVM. 25.

Et omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea, ſimilis erit viro ſtulto, qui ædificauit domum ſuam ſuper arenam. NVM. 26.

Et deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna. NVM. 27.

Senſus litteralis, & moralis.

OMnis ergo. Pulcherrima peroratione Dominus ſuum concludit diuiniſſimum ſermonem, excellentiæ ſimilitudine, ac parabola docens, parum profuturum, ſi quis ſermonem eius audiens, opere tamen adimplere negligat; *quoniam*, ait Chryſoſt. (Chryſoſt.) *quidam futuri erant qua dicta à Domino admirantes, oſtenſionem autem, quæ eſt per opera, non tribuentes, præueniens eos, ac terrens, dicit: Omnis autem.* Senſus planè litteralis, & verus.

Verba mea hæc. Maldonatus hoc intelligit, non (Maldon.) reductiuè ad verba huius ſermonis, ſed generaliter ad omnia Chriſti verba. Vnde ly *hæc* interpretatur *huiuſmodi*, vel *hæc ſimilia.* non placet. nam planè eſt contra ſenſum litteralem. Melius Auctor imperfect. & Ianſenius, immo & Auguſtinus (Auct. Imp. Ianſen. S. Auguſt.) ad verba huius perfectiſſimi ſermonis hoc referunt, in quo tota ſumma Chriſtianæ doctrinæ, ac perfectionis includitur; vnde ſatis ad rem Salmeron. (Salmeron.) *Quemadmodum*, ait, *Moyſes propoſita lege benedictiones pronuncians eius obſeruatoribus, & maledictiones tranſgreſſoribus, ita Dominus hoc loco propoſita lege, per tria iſta capitula præmium magnum ſpirituale pollicetur, eam obſeruantibus, & magna ſupplicia comminatur audita violantibus.* Vnde rectè Auguſtinus *de ſerm. Domini*, de verbis huius ſermonis dictum intelligens, ſic ait: *dicens, qui audit verba mea hæc, ſatis ſignificat illum ſermonem omnibus præceptis, quibus Chriſtiana vita reformatur, eſſe perfectum, vt meritò qui ſecundum eam viuere voluerint, comparentur ædificanti ſupra petram.*

Aſſimilatur viro ſapienti. Si afferre vellem allegorias, aut tropologias, quas hîc Sancti & expoſitores afferunt, verè vnum integrum efficerem volumen; cùm, vt bene Abulenſ. (Abulenſis.) *allegorias & tropologias cuilibet facere non eſt difficile; nec poteſt quiſquam redargui tanquam falſum, dicens, quia non eſt in eis verum, vel falſum, ſed ſolum in ſenſu litterali.* quapropter ex omnibus pauca, & quæ magis ad rem.

1. *Primò* ergo iuxta dicta, verum litteralem ſenſum parabolæ æſtimo eſſe interpretationem Maldonat. per arenam ſignificari fidem ſine operibus, per petram verò opera bona; fides ergo eſt fundamentum ſupra fundamentum Chriſti poſi-

Parabola verus ſenſus litteralis.

 tum,

2\. *Fides ſine operibus vana.*

tum, cui adiungi debent vt ædificetur domus, & aliorum fundamentum, opera ſcilicet bona, nam nullum opus bonum vitæ æternæ dignum ſine fide, & fides ſine operibus vana eſt, cùm qui fidem ſolam habet, ædificat ſuper arenam, & ſimilis eſt conſideranti vultum natiuitatis ſuæ in ſpeculo & abeunti, Iacob. 1. *ſciunt bonum, & non faciunt*, id eſt, edenti & non digerenti, ferienti literas mortis ad Iuab 2. *Regum* 11. virginibus non habentibus oleum in lampade. *infra* 25. ſeruo abſcondenti talentum in terra. *ibidem*, inuitato & ingreſſo non habenti veſtem nuptialem. *infrà* 21. piſci malo intra ſagenam reperto. *infrà* 13. ficul expectatæ per triennium, nec reddenti fructum. *Luc.* 13. palmiti in vite fructum non danti; agricolæ nolenti reddere fructus vineæ, ſed occidenti ſeruos, homini tandem veritatem in iniuſtitia detinenti, *ad Rom.* 1. ex quibus omnibus, non ſolùm verum ſenſum parabolæ habes, ſed etiam, quàm ſtrictiſſimè hæretici errant, ſolam fidem arbitrantes ſufficere ad ſalutem, cùm illa ſola non ſit niſi arena ſine calce, ſine petra. Hinc vt ſit inſufficiens ad domum perfectè conſtruendam, & ad vitam dandam æternam.

Auct. Imp.

3\. *Senſus myſtici parabolæ.*

Auctor Imperfect. ſic hanc dilucidat parabolam, *non autem dixit*, ait, *aſſimilabo eum, qui audit & facit virum ſapientem, ſed aſſimilabitur viro ſapienti, hoc eſt, Chriſto, Chriſtus autem eſt ſapiens vir, qui ædificauit domum ſuam, hoc eſt, Eccleſiam ſupra petram, hoc eſt, fortitudinem fidei; cui ſtultus eſt Diabolus qui ædificauit domum ſuam, hoc eſt, impios, ſuper arenam, hoc eſt, inconſtantiam infidelitatis, aut ſuper carnales homines, qui dicuntur arena, propter ſterilitatem, & quia non cohærent ſibi, & ſunt per diuerſas opiniones diſperſi, & quia ſunt innumerabiles, pluuia eſt doctrina quæ irrigat homines nubes, à quibus pluuia fluit, quorum quidam excitantur à Spiritu ſancto, vt Prophetæ, quidam a Diabolo, vt hæretici, venti boni ſpiritus diuerſarum virtutum, venti mali ſpiritus immundi; flumina bona, Euangeliſtæ flumina mala homines immundo ſpiritu repleti, & verboſitate inſtructi, ſicut Philoſophi, & cæteri ſecularis ſcientiæ profeſſores, de quorum ventre exeunt flumina, aqua mortua.*

Hilar.

Ad mores Hilarius ſic, *In petra ſeipſum Dominum ſignificat, in pluuijs blandarum, & ſenſim illabentium voluptatum illecebras ſignificat, quibus primum fides rimis patentibus immadeſcit, poſt quæ torrentium procurſus, id eſt, grauiorum cupiditatum motus incurrit, atque exinde tota ventorum vis circumſtantium deſæuit, vniuerſus ſcilicet diabolicæ poteſtatis ſpiritus infertur.*

4\. *Fides vnde aliquando amittitur.*

Si verba conſideres, vnde Chriſtiani, aut in profundum peccatorum, aut in hæreſim, quæ vere magna eſt ruina, incidunt agnoſces: primis enim pluuiæ ſtillicidiis, hoc eſt, cupiditatibus non reſiſtentes, ſed obtemperantes, fides ex peccatis madeſit, ac molleſcit; hinc grauiores pluuiæ ſuccedentes, hoc eſt, grauiores cupiditates, à vento diabolicæ ſuggeſtionis auctæ, & in immenſum productæ, fit vt in domum tota diabolica poteſtas inferatur; quo intrante, & Chriſtus expellitur, & domus cadit, hoc eſt, fides, quod & videmus, & perſpicimus ſæpe.

Rupert.

Rupertus etiam ad mores. *Formidabilis*, ait, *confeſſio quæ in illa die ſic reuelabit vel conſcientias, vel fundamenta pſeudo-prophetarum, & omnium, qui operantur iniquitatem, quemadmodum tempeſtas pluuiarum, & inundatio fluminum, & flatus ventorum irruentium reuelabit fundamenta domus, qui non ſupra petram, ſed ſuper diſſolutam, & fluxam fundata eſt arena.* Quæ Ruperti ſententia ſi ad præſens adaptare velis tempus, optimè potes, per tempeſtatem pluuiarum, inundationem fluminum, & ventorum flatimam tribulationes accipies, vti accipit Ianſenius, hæ enim quæ ſiot domus ſpiritualis fundamenta aperiunt, & an ſupra firmam virtutis petram ſit fundata, an ſuper arenam, demonſtrabunt. Sapient. 2. num. 19. *Contumelia, & tormento interrogemus eum, vt ſciamus reuerentiam eius.* Manſuetudinem, æquitatem, tranquillitatem; *& probemus*, iudicemus, *patientiam illius*, hoc eſt, malorum tolerantiam, nam patientia in malis, ac tribulationibus tolerandis veram probat virtutem, de qua te vide quæ nos diximus *tom. 1. homil. 42.* 5.

Patientia probat virtutem.

Theophyl.

Theophylact. ſtultum non operantem affirmat eſſe Chriſtianum ignauiter operantem, ſupra quem adueniens tentatio, ad terram miſerabiliter proſternit. *Non dixit*, ait, *aſſimilabo eum, ſed per ſeipſum aſſimilabitur ſtulto ille, qui credit quidem, non autem operatur; hic eſt, qui ſupra arenam* 6.
ædificat ignauiter operans, propterea & à tentationibus deijcitur, irruit, hoc eſt, impingit in eum tentatio & cadit; nullus autem infidelium cadit, illi enim omnes humi iacent, at fidelis ſtat, & fit ruina, quia Chriſtianus eſt, magna. Attende ſententiam, & vnde omnium Chriſtianorum ruina perſpicies, ab ignauia enim, torpore, & deſidia qua bonum operantes, tepidè, ac remiſsè viuunt; quid mirum ſi irruentibus tentationum procellis in damnationem incidant?

Tepiditas operandi Chriſtianorum ruina.

Tandem notandæ ſunt tres Caietani obſeruationes. *Prima* in illis verbis, *qui facit verba hæc*, obſeruans non ſufficere vnum verbum facere, alterum derelinquere, ſed neceſſe vt omnia Chriſti verba aliquis faciat. *Notanda ratio ſimilitudinis, eo quod tam ſeruare, quam non ſeruare præcepta Chriſti, conſiſtit non in vna operatione, ſed in conſtructione vniuerſa viæ hominis.* Excellens adnotatio, non enim ſufficit vnum ſeruare præceptum vt domus ſtet firma, omnia neceſſe; nam cùm domus hæc quadrangularis ſit, ſi vnus tantum deficiet angulus, in terram corruit. *Secunda* Caietani obſeruatio eſt in illis, *venit pluuia*, obſeruans ex tribus quæ Dominus adduxit, pluuiam ſcilicet, flumina, & ventos, vniuerſitatem deſignari tribulationum. *Nam pluuia*, ait, *deſuper obruit, flumina ſubtus eradicant; venti latera domus percutiunt.* *Tertia* eſt in illis, *& non cecidit*, in quibus perſeuerantiam in bene operando intelligit. *Nam*, ait, 8.
ille ſolus appellatur facere qui perſeuerat vſque in finem. Nam, vt ipſe ait, de illa operatione hic eſt ſermo, per quam regnum cœlorum aperitur. hoc autem non perſeueranti in bono, non aperitur; ergo de operante perſeueranter Chriſti Domini noſtri intelligenda eſt doctrina; nam ſola perſeuerantia eſt, quæ verè hominem bonum facit, bonitate à cæteris diſtincta creaturis. Quod obſeruo in formatione hominis *Geneſis 1. cap.* nam adnoto cùm cætera creaſſet Deus, ad ſingula eorum adiecisse Dominum laudem bonitatis; *& vidit Deus quòd eſſet bonum.* ſic vt etiam in ſexto die quando cum homine alia creaſſet, ſtatim poſt creationem animalium ait, *& vidit Deus quòd eſſet bonum.* at poſt creationem hominis nullam talem inuenio vocem, ſed poſt illum creatum benedictionem tantùm illis adiecit; at bonum eum non dixit ſaltim ſpecialiter vt cætera, nam in fine capitis de cunctis creatis loquens dixit, *viditque Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.*

Caietan.

7\. *Non ſufficit vnum obſeruare præceptum.*

Perſeuerantia ſola in bono hominem bonum facit præ cæteris creaturis.

bona. Quid ergo, cur non ſigillatim bonum dixit, ſed aggregatim, vt ſic dicam, cum cæteris creaturis? mea ſententia; quia caſum præuidens & peccatum, cùm ſciret amiſſurum Adam perſeuerantiam in illa bonitate, qua verè bonus homo conſtituitur, ideo eum non tali appellauit ſingulari bonitate, ſed communi, quam cum cæteris poſ-

August. ſidebat beſtiis. adhuc Auguſt. lib. 3. de Geneſ. ad litteram. *Cur autem*, ait, *non ſigillatim vt in cæteris etiam de humana creatura non dixit, & vidit Deus quod eſſet bonum, an quia praſciebat Deus hominem peccaturum, nec in ſua imaginis perfectionem manſurum, non ſigillatim, ſed cum cæteris eum dicere voluit bonum, velut intimans quod eſſet futurum, peccans enim homo, bonitatem habet communem cum reliquis creaturis, nam ſpecialem per peccatum amiſerat, ideo Deus hominem, quod eſſet bonus non dixit.* Ex qua Auguſtini ſententia rationem Caietani intelliges, operationem præceptorum Chriſti, per quam homo bonus dicitur, non temporaneam, ſed perſeuerantem, ſed æternam, vt ſic dicam, debere eſſe ſi gloriam quod Chriſtus ſibi obtemperantibus promiſit conſequi quis velit.

NVM. 28. Et factum eſt cùm conſummaſſet Ieſus verba hæc, admirabantur turbæ ſuper doctrina eius.

NVM. 29. Erat autem docens eos ſicut poteſtatem habens, & non ſicut Scribæ eorum, & Phariſæi.

Senſus litteralis, & moralis.

Gloſ. 1. *Verba Chriſti cur admirabantur turbæ.*

ET *factum eſt*. Ad rem Gloſſa, *poſita*, ait, *doctrina Chriſti effectum doctrina eius in turbis oſtendit*. quod cùm ſtatim à ſermone factum accipis, vim verborum Chriſti, ac eorum efficaciam intelliges, anima eius ſanctiſſima inſtrumentum erat diuinitatis ad miracula patranda, ſic eius vox ad corda commouenda; hinc Prædicatorum vox, quæ non vt inſtrumentum ſonat ſpiritus Chriſti, ſed vanitatis, inefficax euaneſcit, nullum reportans fructum, nullum emolumentum; at quia vox Chriſti, vox erat virtutis, vox Dei animos deuincens, non ſolùm laudem, ſed admirationem reportabat, *placatus rationabiliter humanus*

Chryſoſt. *intellectus*, ait Chryſoſtomus in Imperfect. *laudem generat, victus autem admirationem, quidquid enim dignè laudare non poſſumus, admiramur.* hinc vani prædicatores, ſæpe laudem, nunquam admirationem reportant, quia nunquam animum deuincunt.

Adnotat etiam idem Auctor admirationem fuiſſe turbarum, non Principum. Ratio, *quia iſti non diſcendi ſtudio audire ſolent.* neque erat admiratio Scribarum ſcientificum, *quia*, ait, *vbi eſt maior ſcientia, illic fortior malitia, qui enim feſtinat eſſe prior, non eſt contentus eſſe ſecundus.* Ex qua do-

2. *Prædicatio hodierna cur ſic diminutè reportet fructum.*

ctrina, vnde ſic diminutus hodie prædicationis fructus, intelliges, accedunt nobiles, non vt diſcant, ſed vt delectationem capiant; accedunt litterati, non vt audiant, ſed vt carpant; non ſic quando ſimpliciter, nam, vt verus Chryſoſtomus, *cùm anima beneuola fuerit, facilè perſuadetur à ſermonibus veritatis.* Sicut econtra, non ſolùm ſermonibus, ſed nec etiam miraculis liuidus perſuadetur animus; Scribæ enim & Chriſtum etiam miracula facientem repudiarunt, dum ſimplices turbæ, ex ſermonibus eum acceperunt admirantes.

Erat autem docens eos ſicut poteſtatem habens. Cauſam ſubdit admirationis, quæ, ſecundùm Caietanum, integratur ex doctrina, quia noua, & ex modo faciendi miracula, vnde apud Marc. 1. n. 22. *& ſtupebant ſuper doctrina eius.* & infra n. 27. *& mirati ſunt omnes, ita vt conquirerent inter ſe dicentes; quidnam eſt hoc? quænam doctrina hæc noua? quia in poteſtate etiam ſpiritibus immundis imperat, & obediunt ei.* In quo loco Ianſenius *in concordia, cap. 27.* diuinam eſſe doctrinam affirmabat, licèt nouam ex miraculis, & modo quo ea operabatur, imperatiuè ſcilicet, non ſupplicando, aut orando, *Oportet*, ait Ianſen. quod dicebant, *huius doctrinam, quamuis noua ſit & inaudita, planè eſſe diuinam, & cœleſtem, quòd is, qui eam tradit, tanta cum authoritate & virtute imperat dæmonibus, & obediunt ei, vt etiam poteſtas hæc non niſi diuina eſt, ita & doctrinam diuinam eſſe neceſſe eſt.* Vnde Caietanus. *Ratio hæc admirandi integratur ex doctrina, & modo faciendi miracula; fecerunt olim Moyſes & Elias miracula, ſed non tali modo, ſcilicet imperando, ſicut videbant Chriſtum imperare dæmonibus. Rurſus fecerunt Patres miracula, ſed non docendo propriam doctrinam, Chriſtus autem & docebat propriam doctrinam, & poteſtatiuè miracula apponebat doctrinæ, & propterea dicitur docens ſicut poteſtatem habens.*

Caiet.

Ianſen.

3. *Chriſtus vt miracula operabatur.*

Caiet.

Hæc ſententia veram continet doctrinam, at me iudice nunc & in hoc Matthæi loco non eſt litteralis, & multum eneruat efficaciam verborum Chriſti ex ſe, tanquam ſi verba eius abſque miraculis non eſſent efficacia; itaque magis mihi ſenſus placet Hieronymi, qui docere in poteſtate refert ad modum docendi Chriſti, tanquam Dominus cum authoritate, poteſtate, & libertate.

4. *Vt dicebatur loqui in poteſtate.*

Hieron. *Scribæ*, inquit Hieronymus, *docebant populos quæ ſcripta ſunt in Moyſe, & Prophetis, Ieſus verò quaſi Deus, & Dominus ipſius Moyſis, pro libertate voluntatis ſuæ, vel ea quæ minus videbantur addebat in lege, vel commutans prædicabat in populis.* Et ex-

Chryſoſt. cellenter Chryſoſtomus. *non ponebat Dominus*, ait, *quaſi ex alterius perſona præcepta, ſicut Moyſes fecerat, & Propheta, ſed ferè vbique ſe indicabat eſſe qui imperandi authoritatem teneret, etenim cùm præcepta ſanciret, ſæpe dicebat, ego autem dico vobis, & terribilis illius iudicij faciens mentionem, ſe monſtrabat eſſe iudicem per præmia & ſupplicia.* ferè eadem ha-

Euthym. Abulenſ. Ianſen. bet compilator Chryſoſtomi, Euthymius, Abulenſis, & Ianſenius, luculenter D. Thomas, *loquebatur*, ait, *vt poteſtatem habens, quia vt Dominus, vel ſicut legiſlator, vel ſicut poteſtatem habens penetrandi cor.* Nil melius, cum poteſtate loquebatur, & non ſicut Scribæ & Phariſæi, tum quia Dominus, tum quia legiſlator, tum & maximè, quia vt Deus poteſtatem habebat, vt verba eius abſque ſignis, abſque miraculis, abſque alia demonſtratione cor penetrarent, hominemque conuerterent. hinc vix ad Apoſtolos, *venite poſt me*, & omnia relinquentes, eum ſunt ſequuti. hinc vix Matthæum vocauit, & è telonio reſilit. nam verba eius, verba erant virtutis, & ſonus talium verborum ſonum includebant diuinitatis, non ſic autem Scribæ, & Phariſæi, qui & tali authoritate, & efficacia omnino carebant.

5. *Qui prædicator in poteſtate non docet, & qui in poteſtate.*

Hic ſenſus litteralis eſt, attamen & moralis illi adiungendus. Rupertus enim affirmat in poteſtate docere eſſe benedicere, & bene viuere, &

Rupert. illum in poteſtate non docere, qui bene dicit,

&

6. & malè viuit. *Poteſtatem*, inquit, *non habere in docendo eſt, bene loqui, & eſſe malos Scribas, & Phariſæos volendo placere hominibus & adulando diuitibus, vt ex eis aliquid commodi adipiſcerentur, in poteſtate non docebant. De iſtis enim dicebat Dominus per Ezechiel. cap. 13. num. 19. Violabant me ad populum meum propter pugillum olei, & fragmentum panis, vt interficerent animas. num hi tales in docendo poteſtatem habent? immo ſerui ſermonum, impotens & venales dicendi ſunt, iſte magiſter verax, & viam Dei in veritate docebat, qui inter cætera quæ contra auaritiam illorum diſputabat, adeo nulli vnquam adulatus eſt, vt in Hieroſolyma ciuitate magna, & opulenta, nec ſaltem vnius noctis hoſpitium aliquando habuerit.* Veriſſima doctrina, ex qua non obſeruata malis noſtris prædicatores ſine vlla poteſtate, ac vim in dicendo videmus, quia venales & propter pugillum olei, & fragmenti panis animus non lucrantur. Satiſque notanda Ruperti animaduerſio, ſic tenaciter Dominum noſtrum Hieroſolymam fugiſſe in qua turba Principum, vt nec vnius noctis hoſpitium in illa aliquando habere voluerit, ſed ſemper extra eam in Bethania ſuetu moratus. Cur hoc? Sanè, quia nullum adulabat, nec adulare intendebat; contra auaritiam cæteraque vitia quibus aula abundat Principum ſemper inuehens. hinc vt liberiùs hoc præſtare poſſit, aulam fugiebat Regiam, immo & hæc ipſum. Vnde poſt ſolemnem illum ingreſſum Hieroſolymitanum Marc. 11. num. 11. *Circumſpectis omnibus*, ait, *cùm iam veſpera eſſet hora, exijt in Bethaniam cum duodecim.* Quid circumſpectis omnibus? Beda, *ſi quis ſcilicet eum hoſpitio reciperet.* O verè magnum, & admirabile vt talis ac tantus homo ſic regaliter receptus tanto fauſtu, tantaque acclamatione, vt tota commoueretur ciuitas, nullus eſſet qui eum inuitaret, ac recipere vellet! ne mireris. nam reſpondet Beda, *Sic nulli eſt adulatus, vt in vrbe maxima nullum hoſpitem, nullam inuenerit manſionem.* Et cùm hoc ſit, hodie nullus eſt prædicator qui Aulas non requirat Principum.

Cùm tot eſſet Hieroſolyma & habuit qui hoſpitio illum reciperet.

Beda.

S. Gregor.

Sanctus Gregorius *lib. 23. mor. cap. 7.* hunc etiam elucidans locum affirmat in poteſtate illum loqui qui quod loquitur agit; vnde declarans illa verba Pauli ad Titum cap. 2. num. 15. *præcipe & doce cum omni imperio.* ſic ait. *Non dominationem potentiæ, ſed auctoritatem ſuadet vitæ, cum imperio quippe docetur, quod prius agitur quam dicatur. nam doctrina ſubtrahit fiduciam, quando conſcientia præpedit linguam; non ergo ei poteſtatem elatæ elocutionis, ſed bonæ fiduciæ inſinuat actionis, vnde etiam de Domino ſcriptum eſt, erat docens ſicut poteſtatem habens, ſingulariter namque & principaliter locutus eſt ex poteſtate, quia ex infirmitate mala nulla commiſit.* Veriſſimè friget ſermo, ac languet, & ſubmiſsè vox prodit, quando quod ſuademus, non operamur.

Salmeron.

7 Salmeron. Quando quis in poteſtate docet enarrans, ſeptem ponit conditiones, & licèt non omnes ſint neceſſariæ, tamen in Chriſto omnes conueniebant. *Prima* eſt veritas in ſermone, *ſecunda* ſcientia proponentis, *tertia* bonitas dicentis, *quarta* charitas, zeluſque animarum, *quinta*, continuitas ſermonis, *ſexta*, qui loquitur, quæ non ab alio accipit, *ſeptima*, ſigna & miracula ſermonem ſequentia. Ex omnibus iſtis, tria ſunt præcipua, mea ſententia, ex quorum carentia hodie multi ex concionatoribus verbum Dei cum poteſtate non prædicant; *primum*, defectus ſcientiæ; pudet dicere, quod in hoc videmus, & aſpicimus penitus illiteratos ſuggeſtum aſcendunt, immo omnino Theologiam ignorantes; ad rem Lorca 2. 2. *tract. de locis cathol. lib. 1. in digreſſione de concionibus vernacula lingua excuſis apud me, pag. 417. num. 8.* huius vſus, ſiue abuſus damna 8.

Conditiones eorum qui in poteſtate loquuntur.

Lorca.

afferens, *primum* affirmat eſſe illiteratos in ſuggeſtum ſubire, ac munus adire prædicatoris. *Primò efficit*, ait, *vt concionandi miniſterium indocti & imperiti audacter ſubeant, non alio doctrinæ præſidio ſuffulti, quam quòd concionem ab alio elaboratam, & typis cuſam materna lingua facile memoriter apprehendere, & recitare ſufficiunt.* hinc Concilium Lateranenſ. ſub Innocentio III. *can. 10.* Epiſcopis mandat, & præcipit, vt dum prædicare per ſe ipſos non poſſint, *viros idoneos*, verba Concilij, *ad ſanctæ prædicationis officium ſalubriter exequendum aſſumant, potentes in opere, & ſermone, qui plebes ſibi commiſſas vice ipſorum, cùm per ſe idem nequiuerint, ſollicitè viſitantes eas verbo ædificent & exemplo.* Quid, nunquid indocti, & ſacram Theologiam 9.

Sermones in vernacula lingua ſcripti damnū quod profectū Dei Eccleſiæ inferunt, & cur.

Conc. Lat.

ignorantes, homines dices idoneos, aut potentes opere, & ſermone? Cui accinens Trident. *ſeſſ. 5. cap. 2. de reformatione*, talem idoneitatem veluti declarans. *Vt doceant*, ait, *quæ ſcire omnibus neceſſarium eſt ad ſalutem, annuntiando eis cum breuitate, & facilitate ſermonis, vitia quæ eos declinare, & virtutes quæ ſectari oporteat, vt pœnam æternam euadere, & cæleſtem gloriam conſequi valeant.* Ex quibus verbis, duo eſſe munia Prædicatoris aduertes.

Tridem.

Primum docere neceſſaria ad ſalutem, quod eſt myſteria fidei explanare, declarare, difficultates circa ea tollere, ac ſic populis ea præbere, vt etiam ſimplices illi intelligant. quòd quomodo non Theologus præſtare poterit? quomodo de ſanctiſſima Trinitate prædicare, & myſterium declarare, qui præter catechiſmi concluſiones & articulos non amplius de ea ſcit? do quòd ſecundum munus obire poſſit, quod eſt vitia reprehendere, virtutes laudare; at *primum* quomodo niſi mille ſubiiciatur periculis, dum nondum ignorantias propalare, ſed etiam hæreſes confutare debet? Ob quod Leo I. Pont. *epiſt. 60. ad Maximum Antiochen. Epiſcop.* qui habetur *tom. 1. Conciliorum*, præcipit, ne quis non Sacerdos audeat munus ſubire prædicationis, quouis litteratutæ prætextu. *Illud quoque dilectionem tuam conuenit præcauere, vt præter eos, qui ſunt Domini Sacerdotes, nullus ſibi ius docendi, & prædicandi audeat vendicare, ſiue ille ſit Monachus, ſiue Laicus, qui alicuius ſcientiæ nomine glorietur.* Cur ſecularem doctum excludit, & Monachum non Sacerdotem? Sanè, mea ſententia, quia ſecularis diuina non callet ſcientia, ſed humana; & Monachus non Sacerdos, nec Theologiæ ſacræ ſcientiam adhuc apprehendit. hinc ambo veluti neſcientes, etſi ſcientes, à prædicationis munere excluduntur. *Quod ſcimus loquimur*, ait Dominus noſter Ioan. 3. n. 11. *& quod vidimus teſtamur.* hinc in poteſtate docebat.

Leo I Pont.

10.

Non Sacerdotes prohibentur prædicare, & cur.

Secundum autem quod in conditionibus Salmeron adnoto, eſt vt qui in poteſtate vult loqui, neceſſe eſt vt de ſuo dicat, & non quòd ab altero accipiat, vnde Chriſtus in poteſtate loquebatur, quia de ſuo dicebat, *Ego autem dico vobis.* quod cùm ſit, quàm parum in poteſtate hodie concionatores facti loquuntur, ait Lorca *vbi ſuprà*, qui ferè nihil de ſuo loquuntur, ſed totum de alieno. *Deinde*, ait ipſe, *qui eloquio ingenij & doctrinæ fundamento prædicandi munus accipiunt, illico à labore & ſtudio tepeſcunt, & negligentes ac deſides fiunt.*

Lorca.

21.

Prædicator qui de ſuo non loquitur, in poteſtate non docet.

Cuius

Cuius ratio, *Cum habeant in promptu quod domi ſecurè ſibi canat.* tædet dicere, quæ in huc videmus, palpamus,& ſcimus, vt pſittaci aliqui loquuntur, nullum Patrum,nullum ſacræ Scripturæ ſtudium. Si charta cadit, tota ſcientia vadit; mentiar ſi ſemel cum famoſo loqueos concionatore, ac illorum, qui totum poſt ſe mundum attrahebant, & inter loquendum animaduerti Scripturam neſcire, ac prorſus ignorare libros,qui, quales, quanti; ſicut alter, de quo fide digni mihi retulerunt pro magno authore citaſſe Geneſim,reputans nomen eſſe proprium, non librum ſacræ Scripturæ; nunquid iſti in poteſtate loquuntur? heu pudor,

Chryſoſt.

ſeculares Doctores volebat Chryſoſtomus, vt Scripturam apud ſe haberent,legerent, ſtuderent, ſic homil. 9. in epiſt. ad Coloſſ. *Audite, obſecro, ſeculares omnes, comparate vobis Bibliam, animæ pharmaca, ſi nil aliud vultis, vel nouum Teſtamentum acquirite, Apoſtolorum acta, Euangelia*; & tamen hodie non ſolùm non legunt Dei concionatores Bibliam, ſed ferè nec ſecum eam habent, penitus eam ignorantes; Scripturam exponentes ſine Scripturæ notitia; in qua re licet admirari, ac verſutiam, diabolique potentiam ſuſpicere, dum ſic communem facit apud hæreticos Scripturam, vt nulla ſit apud eos vetula, nulla anus, nulla adoleſcentula, quæ eam non legant,de ſenſibus diſputet, & quæſtiones formet. Per Galliam quadam vice pertranſiens in hoſpitio receptus cuiuſdam hæretici Hugonoti, manè mihi affirmarunt hoſpitis filiam apud ignem tota nocte librum perlegiſſe, lacrymis totam perfuſam, & ictiguam, à qua dum de libro percontaretur, reſpondit eſſe Bibliam ſacram; & tamen cum hoc Diabolus efficiat cum hæreticis ad eorum perditionem, ſic potens eſt cum Chriſtianis Catholicis, vt non ſolùm ſeculares Bibliam ignorantes faciat,ſed,quod pudet dicere,& etiam Eccleſiaſticos, & Dei verbi concionatores. Vah miſeria Chriſtianorum! vah infelicitas temporum; nunquid hos dices, quod in poteſtate docebant? Nil minus; Chriſtus ergo in poteſtate docebat, quia de ſuo loquebatur.

12. *Prædicatores aliqui hodie raro tangunt Bibliam non legentes.*

13. Tandem quod in conditionibus Salmeronis valde eſt notandum, ad cum poteſtate docendum & prædicandum, neceſſarium ſcilicet eſſe zelum animarum, ſine quo nil prorſus efficitur. Pater Aloyſius Granatenſis cùm à Magiſtro Ioanne de Auila,qui eum audierat prædicantem,percunctaretur,magniſque precibus peteret,vt quid ſibi viſum de ſermone diceret, eodem inſtantiis victus ſapientiſſimus ac ſanctiſſimus Magiſter Apoſtolicúſque Prædicator ſic ei dixit: *Antequam ad ſuggeſtum aſcendas, ſe veſtra temperet paternitas.*

Dei Prædicator zelum poſſideat animarum ſi in poteſtate docere velit.

Cui Aloyſius. *quid per temperare?* Reſpondit, *Antequam venandum accipitres venatores aſſumant eos, tentant an digeſto cibo ſint famelici. nam tum eos temperatos dicunt, & ad venandum aptos; ſic Pater Prædicator, ſi fructum velis ex prædicatione accipere animarum, ſe temperet, hoc eſt, ſitiat, & zelo ardeat animarum.* Veritas hæc tota euangelica experientia magis, quàm argumentis conſtat; mirum, & mirandum eſt,qua efficacia, qua energia, quo calore, quo affectu verba procedunt, quando cum ſui, & zelo animarum Prædicator in ſuggeſtum aſcendit, quantumque exinde fructus; ex hoc ergo non mirum ſi Paulus totum conuerterit,quando ex zelo ſancto cum infirmis infirmabatur, 2. ad Corinth. 12. num. 9. *Quis infirmatur, & ego non infirmor, quis ſcandalizatur, & ego non vror.* & cap. 12. *Ego libentiſſimè impendar, & ſuperimpendar ego ipſe pro animabus veſtris.* Sic equidem Dei ſerui ex zelo animarum in ſartagine quadam veluti friguntur, vt Berengoſus Abbas dixit *in ſerm. de natali martyr.* 33. *Patrum tom.* 6. illum locum elucidans *Leuitici 6. num.* 20. vbi mandatur ſimilam offerri oleo frictam, *in ſartagine oleo conſperſa frigetur*, vbi de zelo ſanctiſſimi Martyris loquens ſic ait, *hoc ſciens vir iſte ſanctiſſimus cor ſuum ſartaginem faciebat, in quo per zelum iuſtitiæ contra proximorum vitia fortiter ardebat; quando pro delictis errantium eiuſdem diſtrictionis in eo ſuccenſus eſt furor, de quo Apoſtolus: Quis ſcandalizatur, & ego non vror.* Cuius rei cauſam infrà adducens, ait: *Sciebat namque quòd omnipotenti Deo nullum ſacrificium tam gratum eſt, & tam charum, quemadmodum eſt zelus animarum.* Si ergo cor prædicatoris ex zelo animarum ſit ſartago, ſi ſuus ſpiritus & animus inibi comburitur, qualis erit eius vox, qualis clamor, qualis impetus in dicendo? qualis ignis ex eius ore animas comburens.

14. *Cor prædicatoris zelum habens animarum eſt veluti ſartago.*

Pater Aloyſius Granatenſis in vita Magiſtri Ioannis Auilæ, quadam die dum ſermocinantem eum audiret, ſic ignita eius verba, clamores, & voces ei apparuiſſe, vt ſe verteret ad videndum, *an Eccleſiæ parietes incenderentur.* Qualis ignis intus huius ſancti Prædicatoris extabat? quomodo ſpiritus eius ex zelo animarum in ſartagine cordis frigebatur, quando tales promebat voces, talia verba? quid ergo mirum, ſi totum mundum ad ſe attrahebat, immo ad Chriſtum, dum ſic in poteſtate loquebatur ac ipſe Dominus, & non quemadmodum Scribæ & Phariſæi. Hinc dignè admiratæ ſunt turbæ, & digni omnes talem admirantur Prædicatorem,qui ſic loquitur vti Chriſtus loquebatur, in poteſtate ſcilicet,vt ait Euangeliſta.

SANCTI

SANCTI IESV CHRISTI Euangelij ſecundùm Matthæum

Vulgat. Editio.

CAPVT OCTAVVM.

1 CVm autem deſcendiſſet de monte, ſequutæ ſunt eum turbæ multæ,
2 [a] Et ecce leproſus veniens, adorabat eum, dicens: Domine, ſi vis, potes me mundare.
3 Et extendēs Ieſus manum, tetigit eum, dicens: Volo. Mundare. Et confeſtim mundata eſt lepra eius.
4 Et ait illi Ieſus: Vide, nemini dixeris: ſed vade, [b] oſtende te ſacerdoti, & offer munus, quod præcepit Moyſes, in teſtimonium illis.
5 Cùm autem introiſſet Capharnaum, acceſſit ad eum Centurio, rogans eum,
6 Et dicens: Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & malè torquetur.
7 Et ait illi Ieſus: Ego veniam, & curabo eum.
8 Et reſpondens Centurio, ait: [c] Domine, non ſum dignus vt intres ſub tectum meum: ſed tantùm dic verbo, & ſanabitur puer meus.
9 Nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites, & dico huic: Vade, & vadit; & alij, Veni, & venit; & ſeruo meo, Fac hoc, & facit.
10 Audiens autem Ieſus miratus eſt, & ſequentibus ſe dixit: Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Iſraël.
11 Dico autem vobis, quòd multi [d] ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Iſaac, & Iacob in regno cœlorum.
12 Filij autem regni eiicientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & ſtridor dentium.
13 Et dixit Ieſus Centurioni: Vade, & ſicut credidiſti, fiat tibi. Et ſanatus eſt puer in illa hora.
14 Et cùm veniſſet Ieſus in domum Petri, vidit ſocrum eius iacentem, & febricitantem.
15 Et tetigit manum eius, & dimiſit eam febris, & ſurrexit, & miniſtrabat eis.
16 [e] Veſpere autem facto, obtulerunt ei multos dæmonia habentes: & eiiciebat ſpiritus verbo: & omnes malè habentes curauit.

a Marc.1.d.40, Luc.5.c.12.
b Leuit.14.a.2. Luc.7.a.1.
c Luc.7.a.5.
d Malac.1.c.11.
e Marc.1.d.32.

Vt

SANCTI IESV CHRISTI Euangelij ſecundùm Matthæum

Tranſl. ex Syriac.

CAPVT OCTAVVM.

1 *QVum autem deſcendiſſet è monte, circumdederunt eum turba multa.*
2 *Et ecce leproſus vnus veniens adorauit eum, & ait: Domine mi, ſi volueris potes me mundare.*
3 *Et extendens manum ſuam Ieſchua admouit ei, & ait: Volo ego. Mundatus eſto, & in illa ipſa hora mundata eſt lepra eius.*
4 *Et ait illi Ieſchua: Vide ne vlli dixeris, ſed abi, oſtende temetipſum ſacerdotibus, & offer oblationem ſicuti præcepit Mouſche, vt ſit eis teſtimonio.*
5 *Quum autem ingreſſus fuiſſet Ieſchua Capharnachum, acceſſit ad eum Centurio quidam, & rogauit eum,*
6 *Inquiens, Domine mi, puer meus iacet domi, & paralyticus eſt, & malè cruciatur.*
7 *Ait illi Ieſchua: Ego iturus ſum, & ſanabo eum.*
8 *Reſpondit illi Centurio, & ait: Domine mi, non ſum dignus, vt ingrediaris ſub tugurium meum, ſed tantùm dic verbum, & ſanabitur puer meus.*
9 *Nam & ego ſum homo ſub poteſtate conſtitutus, & habeo ſub manu mea milites, & dico huic, Ito, itque, & alteri Veni, venitque: & ſeruo meo, Hoc age, & agit.*
10 *Quod quum audiſſet Ieſchua, miratus eſt, & ait ſecum euntibus; Amin ego dico vobis, ne in Iſroiel quidem inueni talem fidem.*
11 *Ego vero dico vobis, multi venturi ſunt ab Oriente & ab Occidente, ſeſſurique cum Abrohom, & Iſchok, & Iacob in regno cælorum.*
12 *Filij vero regni extrudentur in tenebras exteriores, illic erit fletus, & ſtridor dentium.*
13 *Proinde ait Ieſchua Centurioni illi, Abi, vt credidiſti fiat tibi, & ſanitati reſtitutus eſt puer eius in illa ipſa hora.*
14 *Quumque veniſſet Ieſchua in ædes Schemeoun, vidit ſocrum eius iacentem, ac febre correptam.*
15 *Et tetigit manum eius, & reliquit eam febris, ſurrexitque, ac miniſtrauit eis.*
16 *Quum autem eſſet veſpera, obtulerunt coram eo dæmoniacos multos, & fecit exire dæmonia eorum verbo, eóſque omnes, qui malè affecti erant, ſanauit.*

Vt

f Iſai.53.4. 1.Petr.2.d.24.	Vt adimpleretur quod dictum eſt per [f] Iſaiam Prophetam, dicentem: Ipſe infirmitates noſtras accepit, & ægrotationes noſtras portauit.	17	*Vt impleretur id quod dictum eſt per Eſchaio Prophetam, dicentem: Ipſe accipiet dolores noſtros, & infirmitates noſtras.*
	Videns autem Ieſus turbas multas circum ſe, iuſſit ire trans fretum.	18	*Quum autem vidiſſet Ieſchua turbas multas quæ circuibant ſe, iuſſit eas abire in vlteriorem ripam.*
	Et accedens vnus ſcriba, ait illi: Magiſter, ſequar te, quocumque ieris.	19	*Et acceſſit quidam ſcriba, & dixit ei: Præceptor mi, ibo poſt te quocunque ieris.*
g Luc.9.g.54.	Et dicit ei Ieſus: [g] Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos; filius autem hominis non habet, vbi caput reclinet.	20	*Ait illi Ieſchua: Vulpes habent luſtra, & volucres cœli nidos; filius autem hominis non habet, vbi reclinet caput ſuum.*
	Alius autem de diſcipulis eius, ait illi: Domine, permitte me primum ire, & ſepelire patrem meum.	21	*Alius autem ex diſcipulis eius, dixit ei: Domine mi, permitte mihi primum ire ſepultum patrem meum.*
	Ieſus autem ait illi: Sequere me, & dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos.	22	*Ieſchua verò dixit ei: Veni poſt me, & relinque mortuos ſepelire mortuos ſuos.*
h Marc.4.d.35. Luc.8.d.22.	[h] Et aſcendente eo in nauiculam, ſecuti ſunt eum diſcipuli eius.	23	*Et quum Ieſchua conſcendiſſet nauem, conſcenderunt cum eo diſcipuli eius.*
	Et ecce motus magnus factus eſt in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus, ipſe verò dormiebat.	24	*Et ecce commotio magna facta eſt in mari vſque adeò, vt nauis operiretur fluctibus, ipſe autem Ieſchua dormiebat.*
	Et acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, & ſuſcitauerunt eum, dicentes: Domine, ſalua nos, perimus.	25	*Et acceſſerunt diſcipuli eius, qui excitauerunt eum, & dixerunt ei: Domine noſter, libera nos, perimus.*
	Et dicit eis Ieſus: Quid timidi eſtis, modicæ fidei? Tunc ſurgens, imperauit ventis & mari, & facta eſt tranquillitas magna.	26	*Ait illis Ieſchua: Quid timidi eſtis modica fide præditi? tunc ſurrexit, & cohibuit ventum, ac mare, & facta eſt tranquillitas magna.*
	Porrò homines mirati ſunt, dicentes: Qualis eſt hic, quia venti & mare obediunt ei?	27	*Homines verò mirati ſunt, dicentes: Quis eſt iſte, cui venti, & mare obediunt?*
i Marc.5.a.1. Luc.8.d.26.	[i] Et cùm veniſſent trans fretum in regionem Geraſenorum, occurrerunt ei duo habentes dæmonia, de monumentis exeuntes, ſæui nimis, ita vt nemo poſſet tranſire per viam illam.	28	*Quumque veniſſet Ieſchua ad vlteriorem ripam in regionem Gadaraeorum, occurrerunt ei duo dæmoniaci exeuntes de domo ſepulchrorum mali admodum, ita, vt nemo poſſet tranſire per viam illam.*
	Et ecce clamauerunt, dicentes: Quid nobis, & tibi Ieſu fili Dei? veniſti huc ante tempus torquere nos?	29	*Et acclamarunt, dicentes: Quid nobis, & tibi Ieſchua fili Dei? veniſti huc ante tempus cruciatum nos.*
k Marc.5.a.11. Luc.8.c.32.	[k] Erat autem non longè ab illis grex multorum porcorum paſcens.	30	*Erat autem procul ab eis grex porcorum multorum paſcens.*
	Dæmones autem rogabant eum, dicentes: Si eiicis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum.	31	*Ipſi verò dæmones petebant ab eo, dicentes: Si eycis nos, permitte nos abire in gregem porcorum.*
	Et ait illis: Ite. At illi exeuntes abierunt in porcos, & ecce impetu abiit totus grex per præceps in mare, & mortui ſunt in aquis.	32	*Dixit eis Ieſchua: Abite; & ſtatim exeuntes ingreſſi ſunt porcos, & totus ille grex rectè contendit in rupem, & corruerunt in mare, ac mortui ſunt in aquis.*
	Paſtores autem fugerunt, & venientes in ciuitatem nunciauerunt omnia, & de eis, qui dæmonia habuerant.	33	*Illi autem qui paſtores agebant, fugientes ſeſe receperunt in vrbem, ac renunciarunt quicquid acciderat, déque ipſis dæmoniacis.*
l Marc.5.b.17. Luc.8.e.37.	Et ecce tota ciuitas exiit obuiam Ieſu, & [l] viſo eo rogabant, vt tranſiret à finibus eorum.	34	*Exiit itaque tota ciuitas in occurſum Ieſchua, quumque aſpexiſſent eum, petierunt ab eo, vt ex finibus ipſorum excederet.*

SANCTI IESV CHRISTI
Euangelij ſecundùm Matthæum

Tranſl. B. Ariæ Mont.

CAPVT OCTAVVM.

DEſcendente autem eo de monte, 1
ſequutæ ſunt eum turbæ multæ.
Et ecce leproſus veniens, adorabat 2
eum, dicens: Domine, ſi velis, efficax es
me mundare.
Et extendens manum, tetigit eum Ie- 3
ſus, dicens: Volo, mundare. Et confeſtim
mundata eſt eius lepra.
Et ait illi Ieſus: Vide, nemini dixeris: 4
ſed abi, teipſum oſtende ſacerdoti, & offer
munus, quod attribuit Moyſes in teſti-
monium illis.
Introeunte autem ipſo in Caphar- 5
naum, acceſſit ad eum Centurio, appel-
lans eum,
Et dicens: Domine, puer meus iacet 6
in domo paralyticus, vehementer diſcru-
ciatus.
Et ait illi Ieſus: Ego veniens, curabo 7
eum.
Et reſpondens Centurio, ait: Domi- 8
ne, non ſum idoneus, vt meum ſub tectum
intres: ſed tantùm dic verbo, & ſanabitur
puer meus.
Etenim ego homo ſum ſub auctorita- 9
tem, habens ſub meipſum milites, & dico
huic: Vade, & vadit; & alij, Veni, & ve-
nit; & ſeruo meo, Fac hoc, & facit.
Audiens autem Ieſus miratus eſt, & ait 10
ſequentibus: Amen dico vobis, neque in
Iſraël tantam fidem inueni.
Dico autem vobis, quòd multi ab 11
Oriente, & Occidentibus venient, & re-
cumbent cum Abraham, & Iſaac, & Iacob
in regno cælorum.
Filij autem regni eiicientur in tene- 12
bras exteriores: ibi erit fletus, & fremitus
dentium.
Et dixit Ieſus Centurioni: Abi, & ſicut 13
credidiſti, fiat tibi. Et ſanatus eſt puer eius
in hora illâ.
Et ingreſſus Ieſus in domum Petri, vi- 14
dit ſocrum eius iacentem, & febrici-
tantem.
Et tetigit manum eius, & dimiſit eam 15
febris, & ſurrexit, & miniſtrabat ei.
Veſpere autem facto, obtulerunt ei 16
dæmoniacos multos, & eiiciebat ſpiri-
tus verbo: & omnes malè habentes ſa-
nabat.
Vt adimpleretur dictum per Iſaiam 17
Prophe

SANCTI IESV CHRISTI
Euangelij ſecundùm Matthæum

Tranſl. Eraſm. Roterod.

CAPVT OCTAVVM.

CVm deſcendiſſet autem de monte, ſe-
quuta ſunt eum turbæ multæ.
Et ecce leproſus accedens adorauit eum,
dicens: Domine, ſi velis, potes me mundare.
Protenſaque manu tetigit Ieſus illum, di-
cens: Volo, mundus eſto, ac protinus munda-
ta fuit illius lepra.
Et dicit illi Ieſus: Vide ne cui dixeris, ſed
abi, oſtende teipſum ſacerdoti, & offer mu-
nus, quod iuſſit offerri Moyſes in teſtimo-
nium ipſis.
Porrò cùm ingreſſus fuiſſet Ieſus Caphar-
naum adyt eum Centurio obſecrans eum,
Et dicens: Domine, famulus meus decum-
bit domi paralyticus, ac grauiter diſcru-
ciatur.
Et dicit illi Ieſus: Ego cùm venero mede-
bor illi.
Et reſpondens Centurio, dixit: Domine,
non ſum idoneus, vt tectum meum ſubeas:
imo tantùm dic verbum, & ſanabitur famu-
lus meus.
Nam, & ego ſum homo alterius poteſtati
ſubditus, & habeo ſub me milites, & dico
huic: Vade, & vadit; & alteri, Veni, & ve-
nit, & ſeruo meo, fac hoc, & facit.
Hæc autem cùm audiſſet Ieſus, admira-
tus eſt, & ait ſequentibus ſe; Amen ego di-
co vobis, ne in Iſraël quidem tantam fidei
reperi.
Dico autem vobis, quòd multi ab Oriente,
& Occidente venturi ſunt, & accumbent
cum Abraham, & Iſaac, & Iacob in regno
cælorum.
Filij verò regni eijcientur in tenebras ex-
tremas, illic erit ploratus, & ſtridor den-
tium.
Et dixit Ieſus Centurioni: Abi, & quem-
admodum credis, ita fiat tibi, & ſanatus eſt
famulus eius in hora illa.
Et cùm veniſſet Ieſus in domum Petri, vi-
dit ſocrum illius, in lecto decumbentem, &
febricitantem.
Tetigitque manum illius, & reliquit il-
lam febris, & ſurrexit, ac miniſtrauit illis.
Cùm autem appetiſſet veſpera, adduxe-
runt illi dæmoniacos multos, & eiecit ſpiri-
tus verbo, omnéſque malè habentes ſa-
nauit.
Vt impleretur quod dictum erat per
Eſaiam

Prophetam, dicentem: Ipſe infirmitates
noſtras accepit, & ægrotantes portauit.
Videns autem Ieſus multas turbas cir- 18
cum ſe, iuſſit abire in vlterius.
Et accedens vnus ſcriba, ait illi: Ma- 19
giſter, ſequar te quocumque ieris.
Et dicit ei Ieſus: Vulpes foueas ha- 20
bent, & volucres cœli vmbracula; filius
autem hominis non habet, vbi caput re-
clinet.
Alius autem diſcipulorum eius, ait illi: 21
Domine, permitte mihi primum abire,
& ſepelire patrem meum.
At Ieſus ait illi: Sequere me, & dimit- 22
te mortuos ſepelire ſuos mortuos.
Et aſcendente eo in nauiculam ſequu- 23
ti ſunt eum diſcipuli eius.
Et ecce motus magnus factus eſt in ma- 24
ri, ita vt nauiculam operiri ſub flucti-
bus, ipſe verò dormiebat.
Et accedentes diſcipuli eius, ſuſcitaue- 25
runt eum, dicentes: Domine, ſalua nos,
perimus.
Et dicit eis: Quid timidi eſtis, exiguæ 26
fidei? tunc ſurgens imperauit ventis, &
mari, & facta eſt tranquillitas magna.
At homines mirati ſunt, dicentes: Qua- 27
lis eſt hic, quia venti & mare obe-
diunt ei?
Et venienti ipſi in vlterius in regio- 28
nem Gergeſenorum, occurrerunt ei duo
dæmoniaci, de monumentis exeuntes, ſæ-
ui nimis, ita vt non valere quemquam
tranſire per viam illam.
Et ecce clamauerunt, dicentes: Quid 29
nobis, & tibi Ieſu fili Dei? veniſti huc an-
te tempus torquere nos?
Erat autem longè ab illis grex porco- 30
rum multorum paſcens.
Verùm dæmones appellabant eum, di- 31
centes: Si eiicis nos, permitte nobis abire
in gregem porcorum.
Et ait illis: Abite. illi autem exeuntes 32
abierunt in gregem porcorum, & ecce ir-
ruit totus grex porcorum per præceps in
mare, & mortui ſunt in aquis.
Paſtores autem fugerunt, & venientes 33
in ciuitatem nunciauerunt omnia, & illa
quæ dæmoniacorum.
Et ecce tota ciuitas exiit in occurſum 34
Ieſu, & videntes eum appellabant, vt
tranſiret à finibus eorum.

*Eſaiam Prophetam, cùm ait: Hic infirmita-
tes noſtras ſuſcepit, & mortuos portauit.*
*Cùm vidiſſet autem Ieſus turbas multas
circum ſeſe, vt abirent in vlteriorem ripam.*
*Et cùm audiſſet vnus ſcriba, dixit ei: Præ-
ceptor, ſequar te quocunque abieris.*
*Et dicit illi Ieſus: Vulpes foueas habent,
& volucres cœli nidos; at filius hominis non
habet, vbi caput reclinet.*
*Alius autem de numero diſcipulorum ſuo-
rum dixit ei: Domine, permitte mihi prius
vt abeam, & ſepeliam patrem meum.*
*At Ieſus dixit illi: Sequere me, & ſine vt
mortui ſepeliant mortuos ſuos.*
*Et cùm eſſet ingreſſus nauim, ſequuti ſunt
eum diſcipuli eius.*
*Et ecce motus magnus factus eſt in mari,
adeo vt nauis operiretur à fluctibus, ipſe ve-
rò dormiebat.*
*Et accedentes diſcipuli, excitauerunt il-
lum, dicentes: Domine, ſerua nos, peri-
mus.*
*Et dicit illis: Quid timidi eſtis exigua
præditi fiducia? tunc excitatus, increpauit
ventos, & mare, & facta eſt tranquillitas
magna.*
*Homines verò admirabantur, dicentes:
Qualis eſt hic, quia venti quoque, & mare
obediunt illi?*
*Et cùm veniſſet ad vlteriorem ripam in
regionem Gergeſenorum, occurrerunt ei duo
dæmoniaci è monumentis egreſſi, erant autem
ſæui ſupra modum, adeò vt nemo poſſet tranſ-
ire per viam illam.*
*Et ecce vociferabantur dicentes: Quid rei
nobis tecum eſt Ieſu fili Dei? veniſti huc ad
cruciandum nos ante tempus.*
*Erat autem procul ab illis grex porcorum
multorum paſcens.*
*Dæmones verò rogabant eum, dicentes: Si
eiicis nos, permitte nobis, vt demigremus in
gregem porcorum.*
*Et ait illis: Abite; illi verò egreſſi abie-
runt in gregem porcorum, & ecce ferebatur
totus grex porcorum per præceps in mare, &
perierunt in aquis.*
*Porrò qui paſcebant aufugerunt, & di-
greſſi in ciuitatem, renunciauerunt omnia,
& quid accidiſſet dæmoniacis.*
*Et ecce tota ciuitas exiuit in occurſum
Ieſu, & cùm vidiſſent illum, rogabant, vt de-
cederet à finibus ipſorum.*

talis hominum illorum argumentatio aut inepta, aut inualida erat, ſcilicet pro Deo habere nolle qui opera non exhibebat; aut ex operibus, non ex verbis Deum verum à non vero dignoſcere velle; nam & ipſemet filius Dei, ſic veram hanc argumentationem exiſtimauit, vt etſi natura Dei filius planè conceſſerit, vt ſi opera non digna talis faceret filij, & talis patris, non crederent in ipſum, Ioan. 10. num. 37. *ſi non facio opera Patris mei, nolite mihi credere.* Quorum verborum ſenſus

Tolerus. recte ait Tolerus, eſt. *Si non facio opera Patris mei,*

17. id eſt, *quæ oſtendunt me eſſe Dei filium, & patrem habere Deum, nolite credere mihi, quia aliquam excuſationem habetis mihi non credendi.* Immo maiorem efficaciam dans ſuis operibus, quàm ſuis verbis, ſequitur. *Si autem facio, & ſi mihi non vultis credere, operibus credite.* In quibus verbis aduotanda illa, *ſi autem facio.* nam ſupponit & opera, & verba; & vult vt ſi verbis nolint credere, credant operibus, quaſi dicat, aliqualem excuſationem eſſe ſi non operanti, attamen dicenti nolle eos credere, at dicenti, & operanti, nullam. Immo quod amplius notandum, non ſolùm eos excuſatos vult, ſi opera non egiſſet, ſed etiam, ſi opera non digna Dei filio, qualem ſe dicebat; quod eſt dicere, opera prorſus diuina; vnde infrà cap. 15. num. 24. *Si opera non feciſſem in eis,* hoc eſt, coram eis, *quæ nemo alius fecit, peccatum non*

Chriſtus voluit credi Dei filium eſſe ex operibus, quantumque ea ſocaret.

Cyrill. *haberent.* nam vere, vt bene adnotat Cyrillus *lib. 10. cap. 32.* Chriſti miracula & multitudine, & maieſtate adde, & ex modo non orans, aut deprecans, vt Moyſes, & Prophetæ, ſed imperans ex maieſtate & omnipotentia, vt Deus faciebat, omnia alia ſeruorum Dei prætermiſſorum ſuperabat, ipſum verum Deum teſtificantia, ex quibus patet ipſum non ſolùm ad opera illos remiſiſſe, & non ad verba, ſed ad opera filio Dei digna, vt ſic inexcuſabiles eſſent, ſi non crederent, & pro Deo illum haberent. Contremiſco illationem ex dictis inferre, Deus ſcit quòd non mentior. nam ſi in toto rigore arguere volumus, & rectè inferre, talis quidem erit paritatis illatio, non ſolum Chriſtum cognoſciturum pro vero Chriſtiano, neque in ſuum regnum admiſſurum, qui tantùm verba, non opera obtinet, ſed nec qui opera, non tamen Chriſtiano vero digna. O horribilis ſententia! quam niſi Dei miſericordia temperaret, planè actum eſſet de nobis, pende ô Chriſtiane. quæ opera vero Chriſtiano digna agis, & rigorem ſententiæ agnoſces; nam ſi ſacrum audis, quomodo audis? Si Sabbata ſanctificas, quomodo ſanctificas? cùm potius ea gentilitio, quàm Chriſtianorum more, & ſic de ſingulis; quod ſi opera non veri Chriſtiani agis, aut Deus vis, vt te vt verum Chriſtianum agnoſcat, quando ipſemet Dei filius illos excuſat, qui ſi ipſe opera digna Dei filio non feciſſet, ſi in ipſum non credidiſſent, non peccarent; quod cùm ſit, adde nunc, & quid dicendum de illis, qui nec aliqua opera, ſed tantùm verbis volunt ad cœlum aſcendere.

18. Addo tandem ſic hoc verum, vt ipſi falſi prophetæ, ac dæmonis ſerui hoc callerent, dæmonem ſcilicet non verba, non clamores, non laudes velle ad hoc vt eos pro ſuis habens eos exaudiat; ſed opera, immo & opera dura, cùm firma ſtat ſententia, plus laboris hominem ſuſtinere in malè agendo, quàm in bene operando. *in multitudine viæ tuæ laboraſti, & dixiſti, non quieſcam,* Iſaias 57. num. 10. Hierem. cap. 9 num. 5. *vt iniquè*

Dæmon non vult verba, ſed opera, & opera dura.

agerent, laborauerunt. Sapient. cap. 5. num. 7. *Laſſati ſumus in via iniquitatis.* De qua re vide quæ ibi diximus. At licèt hoc verum de omni peccante, tamen, quòd aſſerimus, eſt, inſitum hoc ipſum adorantibus diabolum; hunc ſcilicet non verba tantùm velle, ſed opera, & opera dura, ſanguinem elicientia. Quod inde ex ſuperiori loco Regum confirmatur *a num.* 16. nam cùm Prophetæ Baal bouem feciſſent, ait ſacra Scriptura, quòd *inuocabant Baal vſque ad meridiem, dicentes: Baal exaudi nos.* At quid? *& non erat vox, nec qui reſponderet.* Quid ergo ſibi; ad voces addiderunt opera, & non quælibet, ſed duriſſima. *Clamabant ergo voce magna, & incidebant ſe cultris & lanceolis, donec perfunderentur ſanguine cultris ad ſcindendam carnem magno vulnere. Lanceolis ad eam pungendam, vt ſanguinem exiret, ſic vt toti efficerentur ſanguine madidi ac vna plaga,* ait Abulenſ.

Abulenſ.

19. Cur ſe ſic incidebant? Sanè amice; quia eorum Deum ſciebant non velle tantùm voces, ſed opera, & opera duriſſima; hincque perlibentiſſimè ea dabant, vt exaudirentur, & Deum ſuum placarent, & eos exaudiret, vt bene adnotat ideo Abulenſ. dans rationem, quare in omnibus ſacrificiis antiquis Deorum, fere ſemper Sacerdotes effundebant ſanguinem, & maior pars eorum in ſanguine conficiebatur, vt ſcilicet Deum placarent ſi forſè iratus, & eos exaudiret, quod cùm ſit, ſolus autem Chriſtianus de Deo vero hoc æſtimare non vult, ſed etſi infinitis indignatus peccatis, etſi mille, & mille offenſionibus irritatus, tamen vult, vt & eum exaudiat in ſuis neceſſitatibus, non ſolùm per opera pœnitentiæ, ſanguinem non effundendo, ſed nec opera faciendo, ſed tantùm verbis, dicendo, *Domine, Domine,* nònne hoc pura inſania.

Sacerdotes antiqui gentiliter cur credebant in ſacrificijs ſanguinem pendebant.

20. Non ergo, vt concludam, qui *Domine, Domine,* dicit, in regnum intrabit cœlorum, ſed *qui fecerit voluntatem Patris;* quæ profectò *ſanctificatio eſt noſtra.* Si, vt par eſt, de hac re dicere vellemus, nimis oneroſus eſſem, eo vel maximè, cùm alibi de eadem re ſermo redibit; ſufficiet pro nunc illud tantùm tangere, ſcilicet nullam compendioſiorem ad cœlum eſſe viam, quàm totum ſe voluntati Dei reſignare, ac reponere, vt de eo ſiue in tempore, ſiue in æternitate, faciat quod vult, quod iubet. hanc doctrinam ex Sanctorum auctoritatibus, ac exemplis mille poſſem tibi confirmare; at nolo cùm paſſim ſint obuia, ſolùm ad noſtram confuſionem, quia non ſic facile ea reperies ex Gentilium tum authoritate, tum exemplis; tantùm volo vt eam accipias, attendaſque, non multum, nec magnum, à te Deum repetere, quando diabolus eadem & maiora à ſuis poſtulabat; audi ergo Epictetum quomodo ſuos vt diabolo ſeruirent docebat. *Oculos,* ait, *in Deum attolle, ac dicito, Vtere me Domine, ad quæcumque velis tecum ſentio, nihil eorum detrecto, quæ tibi videamur; quæcumque velis age; vis me imperare in priuata vita agere, exulare, pauperem eſſe, diuitem. ego tibi pro omnibus his apud homines aſſentior.* Totum reuolue Taulerum, Suſonem, Aſpergium, Ruſbrochium, Caſſianum, qui latè de hac re, etſi plus inueneris, quàm Gentilis iſte, mentiat. In quibus illa animaduertenda, ſcilicet, quòd non ſolùm non detrectabat, ſed etiam eadem ſentiebat, quod ſummus eſt reſignationis apex. *Tecum ſentio, nil detrecto.* & inſuper quod æqualiter adeò triſtia, ac læta accipiebat imperium ac ſubiectionem, paupertatem,

Reſignatio vnica perfectionis via.

Epictet.

21. *Dæmon à ſuis eam vnicè expetebat*

tem, ac diuitias. Quid amplius Sanctâ Chriſtiano perfectiſſimo petunt.

Demetrius. At quid? forſitan erant hæc verba tantùm, non opera? Audi vnum ex eius diſcipulis Demetrium, à quo cùm ex tempore eo inſcio duo eius eſſent filij mortui, vna tantùm de Dijs exhibuit querelam, non ſibi antea dixiſſe, vt perlibentiſſime eos daret. *Nec vnum*, ait, *Dij immortales de vobis queri poſſem, quod non antea mihi voluntatem veſtram notam feciſtis, prior enim ad iſta veniſſem, ad quæ nunc vocatus adſum. vultis liberos ſumere? illos vobis ſuſtuliſtis. vultis aliquam partem corporis? ſumite, non magnam rem promitto, citò totum relinquam, vultis ſpiritum? quid ni? nullam moram faciam quominus recipiatis quod dediſtis, a volente fertis quidquid petieritis; quid ergo eſt, maluiſſe afferre, quam tradere, quid opus fuit auferre? accipere potuiſſetis, ſed nec nunc quidem auferetis, quia nihil eripitur, niſi renitenti; nil cogor, nil patior inuitus, nec ſeruio Deo, ſed aſſentio.* Dixit ne amplius Iob quàm iſte diaboli ſeruus? Quid, immo Zenon Philoſophus, cùm è Gymnaſio rediens cecidiſſet, digitumque fregiſſet, quaſi Deorum voluntatem ex ſigno augurans, nolle ſcilicet vt amplius viueret, illico clamans dixit: *En adſum, quid me oro voces?* Domumque perueniens fune ſe ſuſpendit, vitam commutans temporalem pro æterna ac infernali miſera morte, ex falſa Deorum ſuorum deceptus opinione. Cùm Chriſtiani pro vero Deo, pro vita immortali, pro Chriſto, qui talia, tantaque pro eis paſſo; pro patre, qui eum pro nobis tradidit, non ſolùm talia opera, talem voluntatis eius perfectam obedientiam exhibere volunt, ſed nec & quælibet opera, ſed tantùm verba honorifica appellatione contenti, putantes pro ea regnum accepturos, & quod magnum quid Deo exhibent, appellantes *Domine, Domine.*

NVM. 22. Multi dicent mihi in illa die: Domine, Domine. Nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus.

NVM. 23. Et tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos, diſcedite à me, qui operamini iniquitatem.

Senſus litteralis, & moralis.

MVlti dicent mihi in illa die. hoc eſt, *terribili, celeberrima, emphaſim enim continet modus dicendi, quam non oportet determinare.* ait Anſelm. *quia ſatis eſt famoſa, & nota.* nam verè nullus poteſt appellari dies, niſi iudicij, cùm in illa ſolùm res ſolidæ ſubſtantiales tractabuntur; non quales in diebus aliis. Ad rem ſatis Auctor Imperfect. *In illa die*, ait, *quando ſcilicet venerit in maieſtate Patris ſui, quando iam nemo audebit garrula contentione ſermonum, aut mendacium defendere, aut contradicere veritati, quando opera ſingulorum loquentur, & ora tenebunt, nec alter pro altero interueniet, ſed ſinguli ibi timebunt, in illo enim iudicio non erunt tales adulatores homines, ſed Angeli veraces, iudex autem Dominus iuſtus.* hinc obſeruat ingeminationem vocis, *Domine, Domine*, ex timore proficiſci in illa die; *propriè*, ait, *timentium hominum & anguſtias*

Anſelm.

Auct. Imp.

1\. *Iudicij dies ſola, dies dici poteſt.*

patientium vocem expreſſit, dicens: Domine, Domine, non enim ſemel ſufficit dicere, Domine, quem neceſſitas timoris aſtringit.

Nonne in nomine tuo prophetauimus. Multi per prophetare, hinc accipiunt Scripturas declarare, ac fidem orthodoxam prædicare, ſic Hilarius, Salmeron, Abulenſis, quorum opinio non mala, licèt litteralis intelligentia ſit de futurorum prædictione, cùm, vt bene Maldonatus, ſupponit hîc Dominus tales Doctores falſos, qui tamen vltra doctrinam etiam miracula fecerint, ac futura prædixerint; verùm, vt dixi, prima ſententia ſuſtineri poteſt, quatenus nec prophetiam excludat, vt ait Abulenſis, ex illa amplius confirmatur quod ſuprà dicebamus, inſignem prædicationem non eſſe bonitatis, ac ſanctitatis ſignum; nam, vt bene Rhabert. *prædicare Scripturarum occulta, & mali poſſunt ex ſtudio diſcendi, quia & mentis efficacia videmus, quàm ſæpè flagitioſos quoſque pollere, & diuinis litteris erudiri.*

2\. *Quid prophetare.* Hilar. Salmeron. Abulenſ.

3\. *Magna prædicatio non ſanctitatis verè ſignum.*

Et virtutes multas. Dubitatur ab aliquibus, an de veris miraculis hoc intelligendum? Auctor Imperfect. putat non de veris, ſed de falſis miraculis. *Prophetant autem*, ait, *in nomine Chriſti, ſpiritu autem diaboli, quales ſunt diuinatores, dæmonia eijciunt in nomine Chriſti, habentes ſpiritum inimici. Magi autem non eijciunt, ſed eijcere videntur, colludentibus ſibi dæmonibus.* Hæc ſententia ſi ad litteram attendis, falſa eſt; nam, vt bene Chryſoſtomus, quomodo iudice præſente talia falſa dicere præſumerent; at ſi ad praxim ea vti velis, quatenus ex illa deducere non ſtatim alicuius ſanctitati credere, etiam ſi miracula operari videatur, quatenus falſa eſſe poſſunt, & diaboli opera ea vti potes; cùm tamen veram ac litteralem ſententiam teneas, quæ de veris miraculis Chriſti ſermonem intelligit. Sic Chryſoſtomus, Hilarius, Auguſtinus, Hieronymus, omneſque recentiores. hac ergo vera ſententia ſuppoſita,

Auth. Imp.

4\. *De quibus miraculis ſententia intelligi debet, veris, an falſis.*

Chryſoſt.

Idem. Hilar. Auguſt. Hieron.

Quæſtio nunc eſt, an vera miracula per malos fieri poſſint? & certa ab incertis diſtinguendo ſupponendum, à peccatore, attamen fideli, licèt auctor malus, & peccator ſit, tamen vera miracula fieri poſſe; cùm hæc fiant non ad eius ſanctitatem atteſtandam, ſed veritatem doctrinæ, vt ait ſanctus Doctor 2. 2. *quæſt.* 178 *art.* 1. *in corpore*, eſtque communis, cuius etiam rationem perbellam affert Ianſenius, ſic dicens. *Veriſimile autem eſt, ſicut Iudæ, ita alijs multis, in initio naſcentis Eccleſiæ datam gratiam operandi in nomine Chriſti miracula, qui tamen fide per dilectionem operante erant vacui, quod vel ob id factum eſt, diuina quadam diſpenſatione, vt ne ſibi diſplicerent, qui hoc donum non aſſequerentur. quaſi Deo parum grati, cùm illud non tantùm bonorum ſit, ſed etiam malorum, quod nec Ioanni Baptiſtæ, quo inter natos mulierum non ſurrexit maior, datum eſt.* Excellens doctrina, tum ad ſuauitatem Dei prouidentiam demonſtrandam circa peccatorum conuerſionem, tum ad noſtrum exemplar, quantum ſcilicet, vt Deum imitemur, noſtros inimicos diligere tenemur, & pietatis emolumenta illis oſtendere, dum ne ſibi diſpliceant, ac graue æſtiment ſui inimici, Deus vſque ad miraculorum gratiam eis concedendam deſcendit.

5\. *An vera miracula a malis effici poſſint.*

S. Thom.

Ianſen.

6\. *Quare Deus malis permittit vera miracula, & cur Chriſtus Iuda.*

Sed pendenda ſunt illa Ianſenij verba, Iudæ ſcilicet conceſſum miracula facere, Ioanni Baptiſtæ negatum; vt quàm parum in his fidendum intelligas,

intelligas, ad hoc vt verum ſanctitatis ſignum ex illis elicias; ad quod amplius confirmandum, do tibi auctoritatem Caietani 2. 2. *vbi ſupra*, qui ex reſponſione ad quartum, vbi ſanctus ex doctrina Auguſtini dat rationem, quare ſæpe boni miracula non faciunt, dum mali ea operantur, ſic ait Caietanus. *Nota ex reſponſione ad quartum ab Auguſtino, quòd pernicioſiſſimus eſt error æſtimantium in miraculoſis operibus, maiora eſſe dona Dei, quam in operibus iuſtitiæ, & hoc contra vulgares, & communem errorem humani generis, putantium homines miracula facientes ſanctos, & quodammodo Deos, ſimplices autem iuſtos, quaſi pro nihilo habentes totum enim oppoſitum haberes æſtimari ſicut in veritate eſt.* Vide rectè Paſchaſ. Rhath. aſſignans cauſam, quare per reprobos Deus aliquando miracula operatur, ait, *vt diſcant fideles Chriſti virtutes operari, non magnopere ſtudere, ſed Chriſtum in omnibus imitari.* Et infrà. *Quærenda eſt ergo ſemper ſana doctrina, & vita perfecta imitanda, quoniam virtutes fieri Spiritus ſancti eſt operatio, bene autem viuere Chriſti imitatio.* Hincque ſanctiſſima Eccleſia etſi ad canonizationem Sanctorum miracula exigat, hoc tamen non tantum per ſe, quantum ad indagandum per virtutem illorum veras & heroicas Sancti virtutes, ad quam confirmandam vera tantùm fiunt miracula, vt ait ſanctus Doctor *vbi ſuprà*. hoc ergo ſic ſtabilito,

Caiet.
7. *Ex miraculis non magni æſtimanda alicuius ſanctitas, ſed ex virtutibus.*
8. *Eccleſia cur ad canonizationem miracula requirat.*

Difficultas eſt, an dato quòd miracula fieri poſſint à peccatore, ſed fideli, an ſimiliter poſſint à peccatore non fideli, ſed infideli, ſeu ab hæretico, innocato nomine Chriſti: nam aliqui nolunt illud concedere, vt Ianſenius aliique. At certiſſimè tenendum cum Chryſoſt. Hieronym. Euthym. Theophylact. Cartbuſiao. Hugon Cardinal. Maldonat. aliiſque ab infideli, & hæretico vera poſſe fieri miracula ad inuocationem nominis Chriſti, eſtque expreſſa D. Thomæ ſententia *vbi ſuprà ad 3.* qui ſic, *Dicendum quòd ſemper miracula ſunt vera teſtimonia eius ad quod inducuntur, vnde à malis qui falſam doctrinam enuntiant, nunquam fiunt vera miracula ad confirmationem ſuæ doctrinæ, quamuis quandoque fieri poſſunt ad commendationem nominis Chriſti, quod inuocant, & virtute ſacramentorum quæ exhibent* hæc ſententia mihi omnino placet, tum quia valde conducit ad honorem & exaltationem nominis Chriſti, vbi ob illius gloriam etiam velit Deus per infideles opera miraculoſa fieri; hinc Dominus noſter *Luc. 9 num. 49.* quando ad ipſum Apoſtoli, *Vidimus quendam in nomine tuo eijcientem dæmonia, qui non ſequitur nos, & prohibuimus eum*, reſpondit eis *Nolite prohibere, qui non eſt aduerſus vos, pro vobis eſt.* Tum etiam, quia omnino opera extollit virtutum, ſtabilitque, vera ſanctitatis ſigna, opera eſſe virtutum, vt ex Sanctis mox dicemus.

9. *Miracula etiam operari poſſunt infideles, in nomine tamen Chriſti.*
Chryſoſt. Hieron. Euthym. Hug. Card. Theophyl. Maldon.

10 At dices, ergo ad probandam veram doctrinam, aut ſanctitatem ex veris miraculis argumentum ſumi non poſſe. Reſpondeo ex Maldonato negando ſequelam, ſumi poteſt, at non neceſſariò, ſed probabile; immo, moraliter loquendo, & ſecundùm ordinem diuinæ prouidentiæ nunquam aut in vita, aut poſt mortem, ad probandum alicuius ſanctitatē defuere miracula. hincque etſi ad veram ſanctitatem alicuius heroica ſufficiant virtutum opera, tamen ad eam canonizandam nunquam ſancta conſeuit Eccleſia illam proponere ſine miraculorum atteſtatione; de qua te videndus eſt Caſtellinus *in tract. de dilatione canonizationis Sanctorum.* Vnde definitio canonizationis ab ipſomet tradita in primo præludio *num. 1.* eſt, qua *quis ſanctus virtutibus heroicis atque miraculis in vita & poſt mortem iam clarus in Sanctorum catalogo publicè ac ſolemniter à Summo Pontifice Romano præmiſſis præmittendis canonicè redigitur.* Ex quibus deducitur probabile, fidei vetum eſſe argumentum, miracula cùm per fidem, ſæpe ſine fide, rarò miracula fiunt, quod eſt, ootandum in ſententia D. Thomæ *vbi ſuprà.* nam non indifferenter dixit, ab infideli fieri miracula, ſed *quandoque*, hoc eſt, rarò & ad gloriam Chriſti manifeſtandam.

Miracula vt ſint ſanctitatis ſigna.
Caſtellin.
11. *Canonizationis definitio.*

Ex his dictis duo colligo cum Maldonato certiſſima; *primum* ibi eſſe veram fidem ac veram Eccleſiam, vbi frequenter, & quaſi ordinariè miracula fiunt; nam etſi aliquibus extra Eccleſiam Deus miracula facere conceſſit aliquando, vt Balaam & aliis; tamen nulli hominum ſocietati, niſi Eccleſiæ ſuæ ſanctiſſimæ hoc generaliter conceſſit, ordinariam ſcilicet faciendi miracula poteſtatem. Vnde excellenter adnotat Salmeron ly *multi dicent*, non dictum quaſi multos malos, aut infideles eſſe miracula operantes. nam rariſſimi ſunt, vt ipſe ait, ſed dixi multos, *quia collecti ex omnibus ætatibus multi apparebunt.* Vnde ſicut ad cognoſcendam veram alicuius ſanctitatem diximus, certiſſimum ſignum eſſe non vnius, aut alterius virtutis ſignum, ſeu ſigna, cùm hæc ab hypocritis diſſimulari poſſint, ſed congeriem virtutum, earumque actuum enim perſeuerantia, & temporis longitudine, ſic nunc pari modo dicimus ad cognoſcendam veram Eccleſiam, non ſufficere vnum, aut alterum miraculum, ſed multitudinem, frequentiam, & diuturnam, ac perſeuerantem poteſtatem & veluti ordinariam ea perpetrandi. *Secundò* colligo, nullam ibi eſſe veram Eccleſiam, vbi nulla miracula fiunt; ex quo principio ſatis tuto, rectè concludit Maldonatus hæreticorum congregationes non eſſe veras Eccleſias, ſed Satanæ ſynagogas, cui aſſerto omnia illa argumenta adaptari poſſunt quæ fiunt ad probandum miracula eſſe neceſſaria ad Sanctorum canonizationem.

Maldon.
12. *In vera Eccleſia tantum multitudo & perſeuerantia miraculorum.*
13. *Vbi nulla miracula, ibi nulla Eccleſia.*

Vera ergo miracula tum ab infideli, tum à fideli, & peccatore fieri poſſunt, ex quo fit quàm parum his rebus fidendum, & quod iuxta Domini noſtri doctrinam ad cognoſcendam veram ſanctitatem, nullum certum ſignum niſi opera virtutum; vnde ſatis ad rem Hilarius affirmans omnia cætera ſigna præter virtutes futilia eſſe ad promerendam gloriam; ſic excellenter concludit. *De noſtro igitur eſt beata illa æternitas promerenda, præſtandumque eſt aliquid ex proprio, vt bonum velimus, malum omne vitemus, totoque affectu præceptis cæleſtibus obtemperemus, ac talibus officijs cogniti Deo ſimus, agamuſque potius quod vult, quàm quod poteſt glorieraur.* Neque minus ad rem Euthym. ſic dicens. *Quia ergo recta vita deficiente, neque fides, neque miracula ſaluos facere poſſunt, nobis de vita magis curandum eſt, nam qui virtute præditus eſt, etſi miracula non edat, nil inde patitur detrimenti, bona ſiquidem vita fidelem omnino ſaluum facit; miracula verò non ſemper; præterea bona vita remunerationem nobis debet Deus, miraculorum autem nos potius ipſi debemus.* Nil melius, ſine bona vita nulla eſt ſalus, bene tamen ſine miraculis; ergo illa appetenda, non iſta, quod ſi contrarium euenit, vt ſcilicet omnes iſta, non illam appetant, id eſt, incautam, quia non Chriſto, ſed ſibi miracula facere deſiderant; noo

Hilar.
14. *Miracula quam parum fidendum, virtutes quantum optanda.*
Euthym.

non Domini, ſed ſuum exquirunt gloriam; vt mox ex Rupertio dicam. Ad rem Gregorius 20. moral.

S. Gregor. cap. 9. *Probatio ſanctitatis non eſt ſigna facere, ſed proximum vt ſe diligere; de Deo vera, de proximo meliora quàm de ſeipſo ſentire.*

Auct. Imp. *Tunc confitebor illis.* Auctor Imperfectus intelligit ly *confitebor*, pro iurare, quaſi quod tunc, hoc eſt, in iudicij die Dominus dicit: *Amen, amen dico vobis, neſcio vos.* Meliùs alij cum Hieron.

Hieron. *Confitebor*, hoc eſt, *publicè profitebor illis*, ij fictè, & diſſimulatè, Chriſtus publicè eos negabit, *tunc.* quod verbum ponderans Hieronymus ait, *ſignanter dicit tunc confitebor, quia multo tempore ante dicere diſſimulauerat.*

15. *Quia nunquam noui vos.* hoc enim multipliciter intelligitur.

Chriſtus quomodo non cognoſcet malos in die iudicij. Aliqui; nunquam noui vos, hoc eſt, in nulla re approbaui. Alij, vt Theophylact. & Chryſoſt. *Nec nunc quando miracula faciebatis.*

Theophyl. Chryſoſt. Auguſt. Auguſt. *non noui apud quos fidei ſuæ & dilectionis characterem non inuenit.* Attamen omnes veteres Auctores pro cognoſcere, approbare intelligunt; vnde, non noui vos, ſcientia ſcilicet approbationis, qui nunquam, nec veſtra approbaui, nec vos pro veris Prophetis habui, nec pro meis prædeſtinatis, ac electis.

Origen. Hug. Card. Abulenſ. Maldon. Sic Origen. *in cap. 8. ad Rom.* Hugo Card. Abulenſ. Maldonat. reliquique, qui ſenſus litteralis, omnéſque ſequuntur recentiores. Quo ſtante, ponderoſa etenim ſunt, ac quæ valde impios in illa die torquebunt, magnámque iudicij oram demonſtrantia, ex magna diſſimulatione prouenientem. Nam, vt ſuprà ex Hieronymo adnotauimus, ideo ſcilicet Dominum dixiſſe, *tunc confitebor*, quia multo tempore diſſimulauerat; poſt talem ac tantam diſſimulationem, quaſi fortiter clamans, & vt parturiens loquens,

Auct. Imp. dicet, *nunquam noui vos.* Ad rem Auctor imperf. *Grandem enim iram, vt grandis dilatio procedere debet, quæ iuſtius facit Dei eſſe iudicium, & digniorem interitum peccatorum. Deus enim naturaliter omnes cognoſcit, ſed videtur eos non cognoſcere, quia non eos diligit, ſicut etiam non videtur Deum cognoſcere qui non colunt eum dignè.* Cognoſcit, ſed non amat; tantum valet ac ſi non cognoſceret, par pari reddens, malus Chriſtianus, falſus propheta Deum cognoſcit, ſed non diligit, tantum valet, ac ſi non cognoſceret; ſic Chriſtus in illa die.

Diſcedite à me, qui operamini iniquitatem. Cur

Hieronym. operamini, & non, operati eſtis? Ad rem Hiero-

16. nymus. *non dixit*, ait, *qui operati eſtis iniquitatem, ne videretur tollere pœnitentiam, ſed, qui operamini, id eſt, qui vſque in præſentem horam, cùm iudicij tempus aduenit, licèt non habeatis facultatem peccandi, tamen adhuc habetis affectum.*

Peccatores nunquam affectum peccandi amittent etiam poſt mortem. Malus enim, etſi per mortem peccandi amittit facultatem, non tamen affectum. At cur talia opera iniquitatem dixit?

Rupert. Ad rem Rupertus. *nimirum*, ait, *quia quod prophetauerunt, ſibimet prophetauerunt, id eſt, non prophetando Dei, ſed ſuam gloriam, ſuúmque temporale com-*

17. *modum quæſierunt, ſimiliter multi in nomine eius dæmonia ejicientes, ſiue de hominibus, exorcizando, & baptizando, ſiue de aris, & templis, dedicando illa Deo vero, in quibus habitabat, & colebatur dæmonum multitudo; & multas virtutes facientes, quæ videbantur quidem, ſed non erant virtutes, immo virtutum ſimulationes mercedem aliam, quam Dominum quæſierunt, & mercedem ſuam receperunt, ſcilicet confitebor illis, quia non noui eos.*

Quo ſenſu opera bona hypocritarum iniquitates dicat Chriſtus in iudicio. Si opera quæ iſti fecerunt, tam præclara & magna; quid enim amplius magnum excogitari poteſt, quàm dæmonem à mundo expellere; Chriſtum in mundum inferre? ſi enim, dico, illa conſideres, & poſtea mercedem eſſe Dei ignorationem, *non noui vos.* quantum ſit malum hypocriſis intelliges.

Omnis ergo, qui audit verba mea hæc, Num. 24.
& facit ea, aſſimilabitur viro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſupra petram.

Et deſcendit pluuia, & venerunt flumi- Num. 25.
na, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit, fundata enim erat ſuper petram.

Et omnis qui audit verba mea hæc, & Num. 26.
non facit ea, ſimilis erit viro ſtulto, qui ædificauit domum ſuam ſuper arenam.

Et deſcendit pluuia, & venerunt flu- Num. 27.
mina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna.

Senſus litteralis, & moralis.

OMnis ergo. Pulcherrima peroratione Dominus ſuum concludit diuiniſſimum ſermonem, excellentiæ ſimilitudine, ac parabola docens, parum profuturum, ſi quis ſermonem eius audiens, opere tamen adimplere negligat; *quoniam*, ait Chryſoſt. *quidam futuri erant quæ dicta à Domino admirantes, oſtenſionem autem, quæ eſt per opera, non tribuentes, præueniens eos, ac terrens, dicit: Omnis autem.* Senſus planè litteralis, & verus. Chryſoſt.

Verba mea hæc. Maldonatus hoc intelligit, non reductiuè ad verba huius ſermonis, ſed generaliter ad omnia Chriſti verba. Vnde ly *hæc* interpretatur *huiuſmodi*, vel *hæc ſimilia.* non placet. nam planè eſt contra ſenſum litteralem. Melius Auctor imperfect. & Ianſenius, immo & Auguſtinus ad verba huius perfectiſſimi ſermonis hoc referunt, in quo tota ſumma Chriſtianæ doctrinæ, ac perfectionis includitur; vnde ſatis ad rem Salmeron. *Quemadmodum*, ait, *Moyſes propoſita lege benedictiones pronunciauit eius obſeruatoribus, & maledictiones tranſgreſſoribus, ita Dominus hoc loco propoſita lege, per tria iſta capitula præmium magnum ſpirituale pollicetur, eam obſeruantibus, & magna ſupplicia comminatur audita violantibus.* Vnde rectè Auguſtinus *de ſerm. Domini*, de verbis huius ſermonis dictum intelligens, ſic ait: *dicens, qui audit verba mea hæc, ſatis ſignificat illum ſermonem omnibus præceptis, quibus Chriſtiana vita reformatur, eſſe perfectum, vt meritò qui ſecundùm eam viuere voluerint, comparentur ædificanti ſupra petram.* Maldon. Auct. Imp. Ianſen. S. Auguſt. Salmeron.

Aſſimilatur viro ſapienti. Si afferre vellem allegorias, aut tropologias, quas hîc Sancti & expoſitores afferunt, verè vnum integrum efficerem volumen; cùm, vt bene Abulenſ. *allegorias & tropologias cuilibet facere non eſt difficile; nec poteſt quiſquam redargui tanquam falſum, dicens, quia non eſt in eis verum, vel falſum, ſed ſolum in ſenſu litterali.* quapropter ex omnibus pauca, & quæ magis ad rem. Abulenſis.

Primò ergo iuxta dicta, verum litteralem ſen- 1.
ſum parabolæ æſtimo eſſe interpretationem Maldonat. per arenam ſignificari fidem ſine operibus, per petram verò opera bona; fides ergo eſt fundamentum ſupra fundamentum Chriſti poſi- *Parabola verus ſenſus litteralis.*

2. tum, cui adiungi debent vt ædificetur domos, & aliorum fundamentum, opera ſcilicet bona. nam nullum opus bonum vitæ æternæ dignum ſine fide, & fides ſine operibus vana eſt, cùm qui fidem ſolam habet, ædificat ſuper arenam, & ſimilis eſt conſideranti vultum natiuitatis ſuæ in ſpeculo & abeunti, Iacob. 1. *ſciunt bonum, & non faciunt*, id eſt, edenti & non digerenti, ferenti literas mortis ad Iuab 2. *Regum* 11. virginibus non habentibus oleum in lampade. *infrà* 25. ſeruo abſcondenti talentum in terra. *ibidem*, inuitato. & ingreſſo non habenti veſtem nuptialem. *infrà* 21. piſci malo intra ſagenam reperto. *infrà* 13. ficui expectatæ per triennium, nec reddenti fructum. *Luc.* 13. palmiti in vite fructum non danti; agricolæ nolenti reddere fructus vineæ, ſed occidenti ſeruos, homini tandem veritatem in iniuſtitia detinenti, *ad Rom.* 1. ex quibus omnibus, non ſolùm verum ſenſum parabolæ habes, ſed etiam, quàm ſtrictiſſimè hæretici errant, ſolam fidem arbitrantes ſufficere ad ſalutem, cùm illa ſola non ſit niſi arena ſine calce, ſine petra. Hinc vt ſit inſufficiens ad domum perfecte conſtruendam, & ad vitam dandam æternam.

Fides ſine operibus vana.

Auct. Imp. Auctor Imperfect. ſic hanc dilucidat parabolam, *non autem dixit*, ait, *aſſimilabo eum, qui audit & facit virum ſapientem, ſed aſſimilabitur viro ſapienti, hoc eſt, Chriſto, Chriſtus autem eſt ſapiens vir, qui ædificauit domum ſuam, hoc eſt, Eccleſiam ſupra petram, hoc eſt, fortitudinem fidei; cui ſtultus eſt Diabolus qui ædificauit domum ſuam, hoc eſt, impios, ſuper arenam, hoc eſt, inconſtantiam infidelitatis, aut ſuper carnales homines, qui dicuntur arena, propter ſterilitatem, & quia non cohærent ſibi, & ſunt per diuerſas opiniones diſperſi, & quia ſunt innumerabiles, pluuia eſt doctrina qua irrigat homines nubes. à quibus pluuia fluit, quorum quidam excitantur à Spiritu ſancto, vt Prophetæ, quidam à Diabolo, vt hæretici, venti boni ſpiritus diuerſarum virtutum, venti mali ſpiritus immundi; flumina bona, Euangeliſtæ flumina mala homines immundo ſpiritu repleti, & verboſitate inſtructi, ſicut Philoſophi, & cæteri ſecularis ſcientiæ profeſſores, de quorum ventre exeunt flumina, aqua mortua.*

3. *Senſus myſtici parabolæ.*

Hilar. Ad mores Hilarius ſic, *In petra ſeipſum Dominum ſignificat, in pluuijs blandarum, & ſenſim illabentium voluptatum illecebras ſignificat, quibus primum fides rimis patentibus immadeſcit, poſt quæ torrentium procurſus, id eſt, grauiorum cupiditatum motus incurrit, atque exinde tota ventorum vis circumſtantium deſæuit, vniuerſus ſcilicet diabolicæ poteſtatis ſpiritus infertur.* Si verba conſideres, vnde Chriſtiani, aut in profundum peccatorum, aut in hæreſim, quæ verè magna eſt ruina, incidunt agnoſces: primis enim pluuiæ ſtillicidiis, hoc eſt, cupiditatibus non reſiſtentes, ſed obtemperantes, fides ex peccatis madeſit, ac molleſcit; hinc grauiores pluuiæ ſuccedentes, hoc eſt, grauiores cupiditates, à vento diabolicæ ſuggeſtionis auctæ, & in immenſum productæ, fit vt in domum tota diabolica poteſtas inferatur; quo intrante, & Chriſtus expellitur, & domus cadit, hoc eſt, fides, quod & videmus, & perſpicimus ſæpe.

4. *Fides vnde aliquando amittitur.*

Rupert. Rupertus etiam ad mores. *Formidabilis*, ait, *confeſſio quæ in illa die ſic reuelabit vel conſcientias, vel fundamenta pſeudo-prophetarum, & omnium, qui operantur iniquitatem, quemadmodum tempeſtas pluuiarum, & inundatio fluminum, & flatus ventorum irruentium reuelabit fundamenta domus, qui non ſupra petram, ſed ſuper diſſolutam, & fluxam fundata eſt arena.* Quæ Ruperti ſententia ſi ad præſens adaptare velis tempus, optimè potes, per tempeſtatem pluuiarum, inundationem fluminum, & ventorum flatum tribulationes accipies, vti accipit Ianſenius, hæ enim quæ ſint domus ſpiritualis fundamenta aperiunt, & an ſupra firmam virtutis petram ſit fundata, an ſuper arenam, demonſtrabunt. Sapient. 2. num. 19. *Contumelia, & tormento interrogemus eum, vt ſciamus reuerentiam eius.* Manſuetudinem, æquitatem, tranquillitatem; *& probemus*, iudicemus, *patientiam illius*, hoc eſt, malorum tolerantiam, nam patientia in malis, ac tribulationibus tolerandis veram probat virtutem, de qua te vide quæ nos diximus *tom.* 1. *homil.* 42. 5.

Patientia probat virtutem.

Theophylact. ſtultum non operantem affirmat eſſe Chriſtianum ignauiter operantem, ſupra quem adueniens tentatio, ad terram miſerabiliter proſternit. *Non dixit*, ait, *aſſimilabo eum, ſed per ſeipſum aſſimilabitur ſtulto ille, qui credit quidem, non autem operatur; hic eſt, qui ſupra arenam ædificat ignauiter operans, propterea & à tentationibus deijcitur, irruit, hoc eſt, impingit in eum tentatio & cadit; nullus autem infidelium cadit, illi enim omnes humi iacent, at fidelis ſtat, & fit ruina, quia Chriſtianus eſt, magna.* Attende ſententiam, & vnde omnium Chriſtianorum ruina perſpicies, ab ignauia enim, torpore, & deſidia qua bonum operantes, tepidè, ac remiſſè viuunt; quid mirum ſi irruentibus tentationum procellis in damnationem incidant? Theophyl. 6.

Tepiditas operâ Chriſtianorum ruina.

Tandem notandæ ſunt tres Caietani obſeruationes. *Prima* in illis verbis, *qui facit verba hæc*, obſeruans non ſufficere vnum verbum facere, alterum derelinquere, ſed neceſſe vt omnia Chriſti verba aliquis faciat. *Notanda ratio ſimilitudinis, eo quod tam ſeruare, quàm non ſeruare præcepta Chriſti, conſiſtit non in vna operatione, ſed in conſtructione vniuerſa vitæ hominis.* Excellens adnotatio, non enim ſufficit vnum ſeruare præceptum vt domus ſtet firma, omnia neceſſe; nam cùm domus hæc quadrangularis ſit, ſi vnus tantum deficiet angulus, in terram corruit. *Secunda* Caietani obſeruatio eſt in illis, *venit pluuia*, obſeruans ex tribus quæ Dominus adduxit, pluuiam ſcilicet, flumina, & ventos, vniuerſitatem deſignari tribulationum. *Nam pluuia*, ait, *deſuper obruit, flumina ſubtus eradicant; venti latera domus percutiunt.* *Tertia* eſt in illis, *& non cecidit*, in quibus perſeuerantiam in bene operando intelligit. *Nam*, ait, *ille ſolus appellatur facere qui perſeuerat vſque in finem.* Nam, vt ipſe ait, de illa operatione hic eſt ſermo, per quam regnum cœlorum aperitur. hoc autem non perſeueranti in bono, non aperitur; ergo de operante perſeueranter Chriſti Domini noſtri intelligenda eſt doctrina; nam ſola perſeuerantia eſt, quæ verè hominem bonum facit, bonitate à cæteris diſtincta creaturis. Quod obſeruo in formatione hominis *Geneſis* 1. *cap.* 27. nam adnoto cùm cætera creaſſet Deus, ad ſingula eorum adiecisse Dominum laudem bonitatis; *& vidit Deus quòd eſſet bonum.* ſic vt etiam in ſexto die quando cum homine alia creaſſet, ſtatim poſt creationem animalium ait, *& vidit Deus quòd eſſet bonum.* at poſt creationem hominis nullam talem inuenio vocem, ſed poſt illum creatum benedictionem tantùm illis adiecit; at bonum eum non dixit ſaltim ſpecialiter vt cætera, nam in fine capitis de cunctis creatis loquens dixit, *viditque Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.*

Caietan. 7. *Non ſufficit vnum obſeruare præceptum.*

8. *Perſeuerantia ſola in bono hominem bonum facit, præ cæteris creaturis.*

bona. Quid ergo, cur non ſigillatim bonum dixit, ſed aggregatim, vt ſic dicam, cum cæteris creaturis? mea ſententia; quia caſum præuidens & peccatum, cum ſciret amiſſurum Adam perſeuerantiam in illa bonitate, qua verè bonos homo conſtituitur, ideo eum non tali appellauit ſingulari bonitate, ſed communi, quam cum cæteris poſ-

Auguſt. ſidebat beſtiis. adhuc Auguſt. lib. 3. de Geneſ. ad litteram. *Cur autem, ait, non ſigillatim vt in cæteris etiam de humana creatura non dixit, & vidit Deus quod eſſet bonum, an quia praſciebat Deus hominem peccaturum, nec in ſua imaginis perfectionem manſurum, non ſigillatim, ſed cum cæteris eum dicere voluit bonum, velut intimans quod eſſet futurum; peccans enim homo, bonitatem habet communem cum reliquis creaturis, nam ſpecialem per peccatum amiſerat, ideo Deus hominem, quòd eſſet bonus non dixit.* Ex qua Auguſtini ſententia rationem Caietani intelliges, operationem præceptorum Chriſti, per quam homo bonus dicitur, non temporaneam, ſed perſeuerantem, ſed æternam, vt ſic dicam, debere eſſe ſi gloriam quod Chriſtus ſibi obtemperantibus promiſit conſequi quis velit.

Nvm. 28. Et factum eſt cùm conſummaſſet Ieſus verba hæc, admirabantur turbæ ſuper doctrina eius.

Nvm. 29. Erat autem docens eos ſicut poteſtatem habens, & non ſicut Scribæ eorum, & Phariſæi.

Senſus litteralis, & moralis.

Gloſ. 1. *Verba Chriſti cur admirabantur turbæ.*

ET *factum eſt*. Ad rem Gloſſa, *poſita*, ait, *doctrina Chriſti effectum doctrina eius in turbis oſtendit*. quod cum ſtatim à ſermone factum accipis, vim verborum Chriſti, ac eorum efficaciam intelliges, anima eius ſanctiſſima inſtrumentum erat diuinitatis ad miracula patranda, ſic eius vox ad corda commouenda; hinc Prædicatorum vox, quæ non vt inſtrumentum ſonat ſpiritus Chriſti, ſed vanitatis, inefficax euaneſcit, nullum reportans fructum, nullum emolumentum; at quia vox Chriſti, vox erat virtutis, vox Dei animos deuincens, non ſolùm laudem, ſed admirationem reportabat, *placatus rationabiliter humanus*

Chryſoſt. *intellectus*, ait Chryſoſtomus in Imperfect. *laudem generat, victus autem admirationem, quidquid enim dignè laudare non poſſumus, admiramur*. hinc vani prædicatores, ſæpe laudem, nunquam admirationem reportant, quia nunquam animum deuincunt.

Adnotat etiam idem Auctor admirationem fuiſſe turbarum, non Principum. Ratio, *quia iſti non diſcendi ſtudio audire ſolent*. neque erat admiratio Scribarum ſcientificum, *quia*, ait, *vbi eſt maior ſcientia, illic fortior malitia, qui enim feſtinat eſſe prior, non eſt contentus eſſe ſecundus*. Ex qua do-

2. *Prædicatio hodierna cur ſic diminutũ reportet fructum.*

ctrina, vnde ſic diminutus hodie prædicationis fructus, intelliges, accedunt nobiles, non, vt diſcant, ſed vt delectationem capiant; accedunt litterati, non vt audiant, ſed vt carpant; non ſic quando ſimpliciter. nam, vt verus Chryſoſtomus, *cùm anima beneuola fueris, facilè perſuadetur à ſermonibus veritatis*. Sicut econtra, non ſolùm ſermonibus, ſed nec etiam miraculis linidus perſuadetur animus; Scribæ enim & Chriſtum etiam miracula facientem repudiarunt, dum ſimplices turbæ, ex ſermonibus eum acceperunt admirantes.

Erat autem docens eos ſicut poteſtatem habens. Cauſam ſubdit admirationis, quæ, ſecundùm Caietanum, integratur ex doctrina, quia noua, & ex modo faciendi miracula, vnde apud Marc. 1. n. 22. *& ſtupebant ſuper doctrina eius*. & infra n. 27. *& mirati ſunt omnes, ita vt conquirerent inter ſe dicentes; quidnam eſt hoc? quænam doctrina hæc noua? quia in poteſtate etiam ſpiritibus immundis imperat, & obediunt ei.* In quo loco Ianſenius *in concordia, cap. 27.* diuinam eſſe doctrinam affirmabat, licèt nouam ex miraculis, & modo quo ea operabatur, imperatiuè ſcilicet, non ſupplicando, aut orando, *Oportet*, ait Ianſen. quod dicebant, *huius doctrinam, quamuis noua ſit & inaudita, planè eſſe diuinam, & cæleſtem, quòd is, qui eam tradit, tanta cum authoritate & virtute imperat dæmonibus, & obediunt ei, vt etiam poteſtas hæc non niſi diuina eſt, ita & doctrinam diuinam eſſe neceſſe eſt.* Vnde Caietanus. *Ratio hæc admirandi integratur ex doctrina, & modo faciendi miracula; fecerunt olim Moyſes & Elias miracula, ſed non tali modo, ſcilicet imperando, ſicut videbant Chriſtum imperare dæmonibus. Rurſus fecerunt Patres miracula, ſed non docendo propriam doctrinam, Chriſtus autem & docebat propriam doctrinam, & poteſtatiuè miracula apponebat doctrinæ, & propterea dicitur docens ſicut poteſtatem habens.*

Caiet. Ianſen. 3. *Chriſtus vt miracula operabatur.* Caiet.

Hæc ſententia veram continet doctrinam, at me iudice nunc & in hoc Matthæi loco non eſt litteralis, & multum eneruat efficaciam verborum Chriſti ex ſe, tanquam ſi verba eius abſque miraculis non eſſent efficacia; itaque magis mihi ſenſus placet Hieronymi, qui docere in poteſtate refert ad modum docendi Chriſti, tanquam Dominus cum authoritate, poteſtate, & libertate. *Scribæ*, inquit Hieronymus, *docebant populos quæ ſcripta ſunt in Moyſe, & Prophetis, Ieſus verò quaſi Deus, & Dominus ipſius Moyſis, pro libertate voluntatis ſuæ, vel ea quæ minus videbantur addebat in lege, vel commutans prædicebat in populis.* Et excellenter Chryſoſtomus. *non ponebat Dominus*, ait, *quaſi ex alterius perſona præcepta, ſicut Moyſes fecerat, & Prophetæ, ſed ferè vbique ſe indicabat eſſe qui imperandi authoritatem teneret, etenim cùm præcepta ſanciret, ſæpe dicebat, ego autem dico vobis, & terribilis illius iudicij faciens mentionem, ſe monſtrabat eſſe iudicem per præmia & ſupplicia.* ferè eadem habet compilator Chryſoſtomi, Euthymius, Abulenſis, & Ianſenius, luculenter D. Thomas, *loquebatur*, ait, *vt poteſtatem habens, quia vt Dominus, vel ſicut legiſlator, vel ſicut poteſtatem habens penetrandi cor.* Nil melius, cum poteſtate loquebatur, & non ſicut Scribæ & Phariſæi, tum quia Dominus, tum quia legiſlator, tum & maximè, quia vt Deus poteſtatem habebat, vt verba eius abſque ſignis, abſque miraculis, abſque alia demonſtratione cor penetrarent, hominemque conuerterent. hinc vix ad Apoſtolos, *venite poſt me*, & omnia relinquentes, eum ſunt ſequuti. hinc vix Matthæum vocauit, & è telonio reſilit. nam verba eius, verba erant virtutis, & ſonus talium verborum ſonum includebant diuinitatis, non ſic autem Scribæ, & Phariſæi, qui & tali authoritate, & efficacia omnino carebant.

4. *Vt dicebatur loqui in poteſtate.* Hieron. Chryſoſt. Euthym. Abulenſ. Ianſen.

Hic ſenſus litteralis eſt, attamen & moralis illi adiungendus. Rupertus enim affirmat in poteſtate docere eſſe benedicere, & bene viuere, & illum in poteſtate non docere, qui bene dicit,

5. *Qui prædicatores in poteſtate non docet, & qui in poteſtate.* Rupert.

&

6. & malè viuit. *Poteſtatem*, inquit, *non habere in docendo eſt, bona loqui, & eſſe malos Scribas, & Phariſæos volendo placere hominibus & adulando diuitibus, vt ex eis aliquid commodi adipiſcerentur, in poteſtate non docebant. De iſtis enim dicebat Dominus per Ezechiel, cap. 13. num. 19. Violabant me ad populum meum propter pugillum olei, & fragmentis panis, vt interficerent animas, num hi tales in docendo poteſtatem habent? immo ſerui ſeruorum, impotens & venales dicendi ſunt, iſte magiſter verax, & viam Dei in veritate docebat, qui inter cætera quæ contra auaritiam illorum dicebat, adeo nulli vnquam adulatus eſt, vt in Hieroſolyma ciuitate magna, & opulenta, nec ſaltem vnius noctis hoſpitium aliquando habuerit.* Veriſſima doctrina, ex qua non obſeruata malis noſtris prædicatores ſine vlla poteſtate, ac vi in dicendo videmus, quia venales & propter pugillum olei, & fragmenti panis animus non luctantur. Satiſque notanda Ruperti animaduerſio, ſic tenaciter Dominum noſtrum Hieroſolymam fugiſſe in qua turba Principum, vt nec vnius noctis hoſpitium in illa aliquando habere voluerit, ſed ſemper extra eam in Bethania fuerit moratus.

Chriſtus cur Hieroſolymis nullum habuit qui hoſpitio illum reciperet.

Cur hoc? Sanè, quia nullum adulabar, nec adulare intendebat; contra auaritiam cæteraque vitia quibus aula abundat Principum ſemper increpans. hinc vt liberiùs hoc præſtare poſſit, aulam fugiebat Regiam, immo & hæc ipſum. Vnde poſt ſolemnem illum ingreſſum Hieroſolymitanum Marc. 11. num. 11. *Circumſpectis omnibus*, ait, *cum iam veſpera eſſet hora, exijt in Bethaniam cum duodecim.* Quid circumſpectis omnibus? Beda, *ſi quis ſcilicet eum hoſpitio reciperet.* O verè magnum, & admirabile vt talis ac tantus homo ſic tegaliter receptus tanto fauſtu, tantaque acclamatione, vt tota commoueretur ciuitas, nullus eſſet qui eum inuitaret, ac recipere vellet! ne mireris. nam reſpondet Beda, *Sic nulli eſt adulatus, vt in vrbe maxima nullum hoſpitem, nullam inuenerit manſionem.* Et cùm hoc ſit, hodie nullus eſt prædicator qui Aulas non requirat Principum.

Beda.

S. Gregor. Sanctus Gregorius *lib. 13. mor. cap. 7.* hunc etiam elucidans locum affirmat in poteſtate illum loqui qui quod loquitur agit; vnde declarans illa verba Pauli ad Titum cap. 2. num. 15. *præcipe & doce cum omni imperio.* ſic ait. *Non dominationem potentia, ſed authoritatem ſuadet vitæ, cum imperio quippe docetur, quod prius agitur quam dicatur. nam doctrinæ ſubtrahit fiduciam, quando conſcientia præpedit linguam, non ergo ei poteſtatem elatæ elocutionis, ſed bonæ fiducia inſinuat actionis, vnde etiam de Domino ſcriptum eſt, erat docens ſicut poteſtatem habens, ſingulariter namque & principaliter locutus eſt ex poteſtate, quia ex infirmitate mala nulla omiſit.* Veriſſime friget ſermo, ac languet, & ſubmiſsè vox prodit, quando quod ſuademus, non operamur.

Salmeron. Salmeron. Quando quis in poteſtate docet enarrans, ſeptem ponit conditiones, & licèt non omnes ſint neceſſariæ, tamen in Chriſto omnes conueniebant. *Prima* eſt veritas in ſermone, *ſecunda* ſcientia proponentis, *tertia* bonitas dicentis, *quarta* charitas, zeluſque animarum, *quinta*, continuitas ſermonis, *ſexta*, qui loquitur, quæ non ab alio accipit, *ſeptima*, ſigna & miracula ſermonem ſequentia. Ex omnibus iſtis, tria ſunt præcipua, mea ſententia, ex quorum carentia hodie multi ex concionatoribus verbum Dei cum poteſtate non prædicant; *primum*, defectus ſcientiæ; pudet dicere, quod in hoc videmus, & aſpicimus penitus illiteratos ſuggeſtum aſcendunt, immo omnino Theologiam ignorantes; ad rem Lorca 2. 2. *tract. de locis cathol. lib. 1. in digreſſione de concionibus vernacula lingua excuſis apud me, pag. 417. num. 8.* huius vſus, ſiue abuſus damna afferens, *primum* affirmat eſſe illiteratos in ſuggeſtum ſubire, ac munus adire prædicatoris. *Primò efficit*, ait, *vt concionandi miniſterium indocti & imperiti audacter ſubeant, non alio doctrinæ præſidio ſuffulti, quam quòd concionem ab alio elaboratam, & typis cuſam materna lingua facile memoriter apprehendere, & recitare ſufficiunt.* hinc Concilium Lateranenſ. ſub Innocentio III. *can.* 10. Epiſcopis mandat, & præcipit, vt dum prædicare per ſe ipſos non poſſint, *viros idoneos*, verba Concilij, *ad ſancta prædicationis officium ſalubriter exequendum aſſumant, potentes in opere, & ſermone, qui plebes ſibi commiſſas vice ipſorum, cum per ſe idem nequiuerint, ſollicitè viſitantes eas verbo ædificent & exemplo.*

7 *Conditiones eorum qui in poteſtate loquuntur.*

Lorca.

8. *Sermones in vernacula lingua typis damnat quia profectũ Diu Eccleſiæ inferunt. & cur.*

Conc. Lat.

Quid, nunquid indocti, & ſacram Theologiam ignorantes, homines dices idoneos, aut potentes opere, & ſermone? Cui accinens Trident. *ſeſſ. 5. cap. 2. de reformatione*, talem idoneitatem velut declarans. *Vt doceant*, ait, *quæ ſcire omnibus neceſſarium eſt ad ſalutem, annunciando eis cum breuitate, & facilitate ſermonis, vitia quæ eos declinare, & virtutes quas ſectari oporteat, vt pœnam æternam euaderet, & cæleſtem gloriam conſequi valeant.* Ex quibus verbis, duo eſſe munia Prædicatoris aduertes.

9. *Prædicatore ſacram non Theologiam nouit.*

Trident.

Primum docere neceſſaria ad ſalutem, quod eſt myſteria fidei explanare, declarare, difficultates circa ea tollere, ac ſic populis ea præbere, vt etiam ſimplices illi intelligant, quòd quomodo non Theologus præſtare poterit? quomodo de ſanctiſſima Trinitate prædicare, & myſterium declarare, qui præter catechiſmi concluſiones & articulos non amplius de ea ſcit? do quòd ſecundum munus obire poſſit, quod eſt vitia reprehendere, virtutes laudare; at primum quomodo niſi ipſe ſubiiciatur periculis, dum non dum ignorantias propalare, ſed etiam hæreſes conſuiare debet? Ob quod Leo I. Pont. *epiſt. 60. ad Maximum Antiochen. Epiſcop.* qui habetur *tom. 1. Conciliorum*, præcipit, ne quis non Sacerdos audeat munus ſubire prædicationis, quouis litteraturæ prætextu. *Illud quoque dilectionem tuam conuenit præcauere, vt præter eos, qui ſunt Domini Sacerdotes, nullus ſibi ius docendi, & prædicandi audeat vendicare, ſiue ille ſit Monachus, ſiue laicus, qui alicuius ſcientiæ nomine glorietur.* Cur ſecularem doctum excludit, & Monachum non Sacerdotem? Sanè, mea ſententia, quia ſecularis diuina non callet ſcientia, ſed humana; & Monachus non Sacerdos, nec Theologiæ ſacræ ſcientiam adhuc apprehendit. hinc ambo veluti neſcientes, etſi ſcientes, à prædicationis munere excluduntur. *Quod ſcimus loquimur*, ait Dominus noſter Ioan. 3. n. 11. *& quod vidimus teſtamur.* hinc in poteſtate docebat.

Leo I Pont.

10. *Non Sacerdos prohibetur prædicare. & cur.*

Secundum autem quod in conditionibus Salmeron adnoto, eſt vt qui in poteſtate vult loqui, neceſſe eſt vt de ſuo dicat, & non quòd ab altero accipiat, vnde Chriſtus in poteſtate loquebatur, quia de ſuo dicebat, *Ego autem dico vobis.* quod cùm ſit, quàm parum in poteſtate hodie concionatores ſacri loquuntur, ait Lorca *vbi ſuprà*, qui ferè nihil de ſuo loquuntur, ſed totum de alieno. *Deinde*, ait ipſe, *qui eloquio ingenij & doctrinæ fundamento prædicandi munus accipiunt, illico a labore & ſtudio tepeſcunt, & negligentes ac deſides fiunt.*

Lorca.

11. *Prædicator qui de ſuo non loquitur, in poteſtate non docet.*

Cuius

Cuius ratio, *Cum habeant in promptu quod domi ſecurè ſibi canat.* tædet dicere, quæ in hoc videmua, palpamus,& ſcimus, vt pſittaci aliqui loquuntur,. nullum Patrum,nullum ſacræ Scripturæ ſtudium. Si charta cadit, tota ſcientia vadit; mentiar ſi ſemel cum famoſo loquens concionatore, ac illorum, qui totum poſt ſe muudum attrahebant, & inter loquendum animaduerti Scripturam neſcire, ac prorſus ignorare libros,qui, quales, quanti; ſicut alter, de quo fide digni mihi retulerunt pro magno authore citaſſe Geneſim,reputans nomen eſſe proprium, non librum ſacræ Scripturæ; nunquid iſti in poteſtate loquuntur? heu pudor, ſeculares Doctores volebat Chryſoſtomua, vt Scripturam apud ſe haberent,legerent, ſtuderent, ſic homil.9. in epiſt. ad Coloſſ. *Audite, obſecro, ſeculares omnes, comparate vobis Bibliam, anima pharmaca, ſi nil aliud vultis, vel nouum Teſtamentum acquirite, Apoſtolorum acta, Euangelia*; & tamen hodie non ſolùm non legunt Dei concionatores Bibliam, ſed ferè nec ſecum eam habent, penitus eam ignorantes; Scripturam exponentes ſine Scripturæ notitia; in qua re licet admirari, ac verſutiam, diabolíque potentiam ſuſpicere, dum ſic communem facit apud hæreticoa Scripturam, vt nulla ſit apud eos vetula, nulla anus, nulla adoleſcentula, quæ eam non legant,de ſenſibus diſputet, & quæſtiones formet. Per Galliam qoadam vice pertranſiena In hoſpitio receptua cuiuſdam hæretici Hugonoti, manè mihi affirmarunt hoſpitia filiam apud ignem tota nocte librum perlegiſſe, lacrymis totam perfuſam, & irriguam, à qua dum de libro percontaretur, reſpondit eſſe Bibliam ſacram; & tamen cum hoc Diabolua efficiat cum hæreticis ad eorum perditionem, ſic potens eſt cum Chriſtianis Catholicis, vt non ſolùm ſeculares Bibliam ignorantes faciat,ſed,quod pudet dicere,& etiam Eccleſiaſticos, & Dei verbi concionatores. Vah miſeria Chriſtianorum! vah infelicitas temporum; nunquid hos dicea, quod in poteſtate docebant? Nil minua; Chriſtua ergo in poteſtate docebat, quia de ſuo loquebatur.

Chryſoſt.

12. *Prædicatores aliqui hodierni ſacram Bibliam non legentes.*

13. *Dei Prædicator zelum poſſideat animarum ſi in poteſtate docere velit.*

Tandem quod in conditionibus Salmeronis valde eſt notandum, ad cum poteſtate docendum & prædicandum, neceſſarium ſcilicet eſſe xelum animarum, ſine quo nil prorſus efficitur. Pater Aloyſius Granatenſis cùm à Magiſtro Ioanne de Auila,qui eum audierat prædicantem,percunctaretur,magníſque precibua peteret,vt quid ſibi viſum de ſermone diceret, tandem inſtantiis victus ſapientiſſimus ac ſanctiſſimus Magiſter Apoſtolicúſque Prædicator ſic ei dixit: *Antequam ad ſuggeſtum aſcendas, ſe veſtra temperet paternitas.* Cui Aloyſius. *quid per temperare?* Reſpondit, *Antequam venandum accipitres venatores aſſumunt eos, tentant an digeſto cibo ſint famelici. nam tum eos temperatos dicunt, & ad venandum aptos; ſic Pater Prædicator, ſi fructum velit ex prædicatione accipere animarum, ſe temperet, hoc eſt, ſitiat, & zelo ardeat animarum.* Veritaa hæc tota euangelica experientia magia, quàm argumentis conſtat; mirum, & mirandum eſt,qua efficacia, qua energia, quo calore, quo affectu verba procedunt, quando cum ſiti, & xelo animarum Prædicator in ſuggeſtum aſcendit, quantumque exinde fructus; ex hoc ergo non mirum ſi Paulua totum conuerterit,quando ex xelo ſancto cum infirmis infirmabatur,2.ad Corinth.12.num.9. *Quis infirmatur, & ego non infirmor,quis ſcandalizatur, & ego non vror.* & cap.12. *Ego libentiſſimè impendar, & ſuperimpendar ego ipſe pro animabus veſtris.* Sic equidem Dei ſerui ex xelo animarum in ſartagine quadam veluti friguntur, vt Berengoſus Abbas dixit *in ſerm. de natali martyr.* 33. *Patrum tom.*6. illum locum elucidana *Leuitici* 6. *num.* 20. vbi mandatur ſimilam offerri oleo frictam, *in ſartagine oleo conſperſa frigetur*, vbi de zelo ſanctiſſimi Martyris loquens ſic ait, *hoc ſciens vir iſte ſanctiſſimus cor ſuum ſartaginem faciebat, in quo per zelum iuſtitia contra proximorum vitia fortiter ardebat, quando pro delictis errantium eiuſdem diſtrictionis in eo ſuccenſus eſt furor, de quo Apoſtolus: Quis ſcandalizatur, & ego non vror.* Cuius rei cauſam infrà adducena, ait: *Sciebat namque quòd omnipotenti Deo nullum ſacrificium tam gratum eſt, & tam charum, quemadmodum eſt zelus animarum.* Si ergo cor prædicatoris ex zelo animarum fit ſartago, ſi ſuua ſpiritus & animus inibi comburitur, qualis erit eiua vox, qualis clamor, qualis impetus in dicendo? qualis ignia ex eius ore animas comburens.

14. *Cor prædicatoris zelum habens animarum eſt veluti ſartago.*

Pater Aloyſius Granatenſis in vita Magiſtri Ioannia Auilæ, quadam die dum ſermocinantem eum audiret, ſic ignita eius verba, clamores, & vocea ei apparuiſſe, vt ſe verteret ad videndum, *an Eccleſia parietes incenderentur.* Qualis ignis intua huiua ſancti Prædicatoris extabat? quomodo ſpiritus eius ex zelo animarum in ſartagine cordia frigebatur, quando talea promebat voces, talia verba? quid ergo mirum, ſi totum mundum ad ſe attrahebat, immo ad Chriſtum, dum ſic in poteſtate loquebatur ac ipſe Dominua, & non quemadmodum Scribæ & Phariſæi. Hinc dignè admiratæ ſunt turbæ, & digni omnes talem admirantur Prædicatorem,qui ſic loquitur vti Chriſtus loquebatur, in poteſtate ſcilicet,vt ait Euangeliſta.

SANCTI

SANCTI IESV CHRISTI
Euangelij ſecundùm Matthæum
Vulgat. Editio.

CAPVT OCTAVVM.

1 CVm autem deſcendiſſet de monte, ſequutæ ſunt eum turbæ multæ,

a Marc.1. d.40, Luc.5.c.12.

2 [a] Et ecce leproſus veniens, adorabat eum, dicens: Domine, ſi vis, potes me mundare.

3 Et extendẽs Ieſus manum, tetigit eum, dicens: Volo. Mundare. Et confeſtim mundata eſt lepra eius.

b Leuit.14. a.2. Luc.7.a.1.

4 Et ait illi Ieſus: Vide, nemini dixeris: ſed vade, [b] oſtende te ſacerdoti, & offer munus, quod præcepit Moyſes, in teſtimonium illis.

5 Cùm autem introiſſet Capharnaum, acceſſit ad eum Centurio, rogans eum,

6 Et dicens: Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & malè torquetur.

7 Et ait illi Ieſus: Ego veniam, & curabo eum.

c Luc.7.a.5.

8 Et reſpondens Centurio, ait: [c] Domine, non ſum dignus vt intres ſub tectum meum: ſed tantùm dic verbo, & ſanabitur puer meus.

9 Nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites, & dico huic: Vade, & vadit; & alij, Veni, & venit; & ſeruo meo, Fac hoc, & facit.

10 Audiens autem Ieſus miratus eſt, & ſequentibus ſe dixit: Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Iſraël.

d Malac.1. c.11.

11 Dico autem vobis, quòd multi [d] ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Iſaac, & Iacob in regno cœlorum.

12 Filij autem regni eiicientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & ſtridor dentium.

13 Et dixit Ieſus Centurioni: Vade, & ſicut credidiſti, fiat tibi. Et ſanatus eſt puer in illa hora.

14 Et cùm veniſſet Ieſus in domum Petri, vidit ſocrum eius iacentem, & febricitantem.

15 Et tetigit manum eius, & dimiſit eam febris, & ſurrexit, & miniſtrabat eis.

e Marc.1. d.32.

16 [e] Veſpere autem facto, obtulerunt ei multos dæmonia habentes: & eiiciebat ſpiritus verbo: & omnes malè habentes curauit.

Vt

SANCTI IESV CHRISTI
Euangelij ſecundùm Matthæum
Tranſl. ex Syriac.

CAPVT OCTAVVM.

QVum autem deſcendiſſet è monte, circumdederunt eum turbæ multæ.

Et ecce leproſus vnus veniens adorauit eum, & ait: Domine mi, ſi volueris potes me mundare.

Et extendens manum ſuam Ieſchua admouit ei, & ait: Volo ego. Mundatus eſto, & in illa ipſa hora mundata eſt lepra eius.

Et ait illi Ieſchua: Vide ne vlli dixeris, ſed abi, oſtende temetipſum ſacerdotibus, & offer oblationem ſicuti præcepit Mouſche, vt ſit eis teſtimonio.

Quum autem ingreſſus fuiſſet Ieſchua Capharnachum, acceſſit ad eum Centurio quidam, & rogauit eum,

Inquiens, Domine mi, puer meus iacet domi, & paralyticus eſt, & malè cruciatur.

Ait illi Ieſchua; Ego iturus ſum, & ſanabo eum.

Reſpondit illi Centurio, & ait: Domine mi, non ſum dignus, vt ingrediaris ſub tugurium meum, ſed tantùm dic verbum, & ſanabitur puer meus.

Nam & ego ſum homo ſub poteſtate conſtitutus, & habeo ſub manu mea milites, & dico huic, Ito, itque, & alteri Veni, venitque; & ſeruo meo, Hoc age, & agit.

Quod quum audiſſet Ieſchua, miratus eſt, & ait ſecum euntibus; Amin ego dico vobis, ne in Iſroiel quidem inueni talem fidem.

Ego vero dico vobis, multi venturi ſunt ab Oriente & ab Occidente, ſeſſurique cum Abrohom, & Iſchok, & Iacob in regno cœlorum.

Filij vero regni extrudentur in tenebras exteriores, illic erit fletus, & ſtridor dentium.

Proinde ait Ieſchua Centurioni illi, Abi, vt credidiſti fiat tibi, & ſanitati reſtitutus eſt puer eius in illa ipſa hora.

Quumque veniſſet Ieſchua in ædes Schemeoun, vidit ſocrum eius iacentem, ac febre correptam.

Et tetigit manum eius, & reliquit eam febris, ſurrexitque, ac miniſtrauit eis.

Quum autem eſſet veſpera, obtulerunt coram eo dæmoniacos multos, & fecit exire dæmonia eorum verbo, eóſque omnes, qui malè affecti erant, ſanauit.

Vt

f Iſai.53.a.4. 1.Petr.2.d.24. Vt adimpleretur quod dictum eſt per [f] Iſaiam Prophetam, dicentem: Ipſe infirmitates noſtras accepit, & ægrotationes noſtras portauit.

17 *Vt impleretur id quod dictum eſt per Eſchaio Prophetam, dicentem: Ipſe accepiet dolores noſtros, & infirmitates noſtras.*

Videns autem Ieſus turbas multas circum ſe, iuſſit ire trans fretum.

18 *Quum autem vidiſſet Ieſchua turbas multas quæ circuibant ſe, iuſſit eas abire in vlteriorem ripam.*

Et accedens vnus ſcriba, ait illi: Magiſter, ſequar te, quocumque ieris.

19 *Et acceſſit quidam ſcriba, & dixit ei: Præceptor mi, ibo poſt te quocunque ieris.*

g Luc.9.g.54. Et dicit ei Ieſus: [g] Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos; filius autem hominis non habet, vbi caput reclinet.

20 *Ait illi Ieſchua: Vulpes habent luſtra, & volucres cœli nidos; filius autem hominis non habet, vbi reclinet caput ſuum.*

Alius autem de diſcipulis eius, ait illi: Domine, permitte me primum ire, & ſepelire patrem meum.

21 *Alius autem ex diſcipulis eius, dixit ei: Domine mi, permitte mihi primum ire ſepultum patrem meum.*

Ieſus autem ait illi: Sequere me, & dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos.

22 *Ieſchua verò dixit ei: Veni poſt me, & relinque mortuos ſepelire mortuos ſuos.*

h Marc.4.d.36. Luc.8.d.22. [h] Et aſcendente eo in nauiculam, ſecuti ſunt eum diſcipuli eius.

23 *Et quum Ieſchua conſcendiſſet nauem, conſcenderunt eum eo diſcipuli eius.*

Et ecce motus magnus factus eſt in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus, ipſe verò dormiebat.

24 *Et ecce commotio magna facta eſt in mari vſque adeò, vt nauis operiretur fluctibus, ipſe autem Ieſchua dormiebat.*

Et acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, & ſuſcitauerunt eum, dicentes: Domine, ſalua nos, perimus.

25 *Et acceſſerunt diſcipuli eius, qui excitauerunt eum, & dixerunt ei: Domine noſter, libera nos, perimus.*

Et dicit eis Ieſus: Quid timidi eſtis, modicæ fidei? Tunc ſurgens, imperauit ventis & mari, & facta eſt tranquillitas magna.

26 *Ait illis Ieſchua: Quid timidi eſtis modica fide præditi? tunc ſurrexit, & cohibuit ventum, ac mare, & facta eſt tranquillitas magna.*

Porrò homines mirati ſunt, dicentes: Qualis eſt hic, quia venti & mare obediunt ei?

27 *Homines verò mirati ſunt, dicentes: Quis eſt iſte, cui venti, & mare obediunt?*

i Marc.5.a.1. Luc.8.d.26. [i] Et cùm veniſſent trans fretum in regionem Geraſenorum, occurrerunt ei duo habentes dæmonia, de monumentis exeuntes, ſæui nimis, ita vt nemo poſſet tranſire per viam illam.

28 *Quumque veniſſet Ieſchua ad vlteriorem ripam in regionem Gadaræorum, occurrerunt ei duo dæmoniaci exeuntes de domo ſepulchrorum mali admodum, ita, vt nemo poſſet tranſire per viam illam.*

Et ecce clamauerunt, dicentes: Quid nobis, & tibi Ieſu fili Dei? veniſti huc ante tempus torquere nos?

29 *Et acclamarunt, dicentes: Quid nobis, & tibi Ieſchua fili Dei? veniſtí huc ante tempus cruciatum nos.*

k Marc.5.a.11. Luc.8.32. [k] Erat autem non longè ab illis grex multorum porcorum paſcens.

30 *Erat autem procul ab eis grex porcorum multorum paſcens.*

Dæmones autem rogabant eum, dicentes: Si eiicis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum.

31 *Ipſi verò dæmones petebant ab eo, dicentes: Si eÿcis nos, permitte nos abire in gregem porcorum.*

Et ait illis: Ite. At illi exeuntes abierunt in porcos, & ecce impetu abiit totus grex per præceps in mare, & mortui ſunt in aquis.

32 *Dixit eis Ieſchua: Abite; & ſtatim exeuntes ingreſſi ſunt porcos, & totus ille grex rectè contendit in rupem, & corruerunt in mare, ac mortui ſunt in aquis.*

Paſtores autem fugerunt, & venientes in ciuitatem nunciauerunt omnia, & de eis, qui dæmonia habuerant.

33 *Illi autem qui paſtores agebant, fugientes ſeſe receperunt in vrbem, ac renunciarunt quicquid acciderat, déque ipſis dæmoniacis.*

l Marc.5.b.17. Luc.8.e.37. Et ecce tota ciuitas exiit obuiam Ieſu, & [l] viſo eo rogabant, vt tranſiret à finibus eorum.

34 *Exÿt itaque tota ciuitas in occurſum Ieſchua, quumque uſpexiſſent eum, petierunt ab eo, vt ex finibus ipſorum excederet.*

SANCTI IESV CHRISTI
Euangelij ſecundùm Matthæum
Tranſl. B. Ariæ Mont.

CAPVT OCTAVVM.

DEſcendente autem eo de monte, 1
ſequutæ ſunt eum turbæ multæ.
Et ecce leproſus veniens, adorabat 2
eum, dicens: Domine, ſi velis, efficax es
me mundare.
Et extendens manum, tetigit eum Ie- 3
ſus, dicens: Volo, mundare. Et confeſtim
mundata eſt eius lepra.
Et ait illi Ieſus: Vide, nemini dixeris: 4
ſed abi, teipſum oſtende ſacerdoti, & offer
munus, quod attribuit Moyſes in teſti-
monium illis.
Introeunte autem ipſo in Caphar- 5
naum, acceſſit ad eum Centurio, appel-
lans eum,
Et dicens: Domine, puer meus iacet 6
in domo paralyticus, vehementer diſcru-
ciatus
Et ait illi Ieſus: Ego veniens, curabo 7
eum.
Et reſpondens Centurio, ait: Domi- 8
ne, non ſum idoneus, vt meum ſub tectum
intres: ſed tantùm dic verbo, & ſanabitur
puer meus.
Etenim ego homo ſum ſub auctorita- 9
tem, habens ſub meipſum milites, & dico
huic: Vade, & vadit; & alij, Veni, & ve-
nit; & ſeruo meo, Fac hoc, & facit.
Audiens autem Ieſus miratus eſt, & ait 10
ſequentibus: Amen dico vobis, neque in
Iſraël tantam fidem inueni.
Dico autem vobis, quòd multi ab 11
Oriente, & Occidentibus venient, & re-
cumbent cum Abraham, & Iſaac, & Iacob
in regno cœlorum.
Filij autem regni eiicientur in tene- 12
bras exteriores: ibi erit fletus, & fremitus
dentium.
Et dixit Ieſus Centurioni: Abi, & ſicut 13
credidiſti, fiat tibi. Et ſanatus eſt puer eius
in hora illâ.
Et ingreſſus Ieſus in domum Petri, vi- 14
dit ſocrum eius iacentem, & febrici-
tantem.
Et tetigit manum eius, & dimiſit eam 15
febris, & ſurrexit, & miniſtrabat ei.
Veſpere autem facto, obtulerunt ei 16
dæmoniacos multos, & eiiciebat ſpiri-
tus verbo: & omnes malè habentes ſa-
nabat.
Vt adimpleretur dictum per Iſaiam 17
Prophe

SANCTI IESV CHRISTI
Euangelij ſecundùm Matthæum
Tranſl. Eraſm. Roterod.

CAPVT OCTAVVM.

*CVm deſcendiſſet autem de monte, ſe-
quuta ſunt eum turbæ multæ.*
*Et ecce leproſus accedens adorauit eum,
dicens: Domine, ſi velis, potes me mundare.*
*Protenſaque manu tetigit Ieſus illum, di-
cens: Volo, mundus eſto, ac protinus munda-
ta fuit illius lepra.*
*Et dicit illi Ieſus: Vide ne cui dixeris, ſed
abi, oſtende teipſum ſacerdoti, & offer mu-
nus, quod iuſſit offerri Moyſes in teſtimo-
nium ipſis.*
*Porrò cùm ingreſſus fuiſſet Ieſus Capbar-
naum adijt eum Centurio obſecrans eum,*
*Et dicens: Domine, famulus meus decum-
bit domi paralyticus, ac grauiter diſcru-
ciatur.*
*Et dicit illi Ieſus; Ego cùm venero mede-
bor illi.*
*Et reſpondens Centurio, dixit: Domine,
non ſum idoneus, vt tectum meum ſubeas:
imo tantùm dic verbum, & ſanabitur famu-
lus meus.*
*Nam, & ego ſum homo alterius poteſtati
ſubditus, & habeo ſub me milites, & dico
huic: Vade, & vadit; & alteri, Veni, & ve-
nit, & ſeruo meo, fac hoc, & facit.*
*Hæc autem cùm audiſſet Ieſus, admira-
tus eſt, & ait ſequentibus ſe; Amen ego di-
co vobis, ne in Iſraël quidem tantum fidei
reperi.*
*Dico autem vobis, quòd multi ab Oriente,
& Occidente venturi ſunt, & accumbent
cum Abraham, & Iſaac, & Iacob in regno
cœlorum.*
*Filij verò regni eijcientur in tenebras ex-
tremas, illic erit ploratus, & ſtridor den-
tium.*
*Et dixit Ieſus Centurioni: Abi, & quem-
admodum credis, ita fiat tibi, & ſanatus eſt
famulus eius in hora illa.*
*Et cùm veniſſet Ieſus in domum Petri, vi-
dit ſocrum illius, in lecto decumbentem, &
febricitantem.*
*Tetigítque manum illius, & reliquit il-
lam febris, & ſurrexit, ac miniſtrauit illis.*
*Cùm autem appetiſſet veſpera, adduxe-
runt illi dæmoniacos multos, & eiecit ſpiri-
tus verbo, omnéſque malè habentes ſa-
nauit.*
Vt impleretur quod dictum erat per
Eſaiam

Prophetam, dicentem: Ipſe infirmitates
noſtras accepit, & ægrotantes portauit.
Videns autem Ieſus multas turbas cir- 18
cum ſe, iuſſit abire in vlterius.
Et accedens vnus ſcriba, ait illi: Ma- 19
giſter, ſequar te quocumque ieris.
Et dicit ei Ieſus: Vulpes foueas ha- 20
bent, & volucres cœli vmbracula; filius
autem hominis non habet, vbi caput re-
clinet.
Alius autem diſcipulorum eius, ait illi: 21
Domine, permitte mihi primum abire,
& ſepelire patrem meum.
At Ieſus ait illi: Sequere me, & dimit- 22
te mortuos ſepelire ſuos mortuos.
Et aſcendente eo in nauiculam ſequu- 23
ti ſunt eum diſcipuli eius.
Et ecce motus magnus factus eſt in ma- 24
ri, ita vt nauiculam operiri ſub flucti-
bus, ipſe verò dormiebat.
Et accedentes diſcipuli eius, ſuſcitaue- 25
runt eum, dicentes: Domine, ſalua nos,
perimus.
Et dicit eis: Quid timidi eſtis, exiguæ 26
fidei? tunc ſurgens imperauit ventis, &
mari, & facta eſt tranquillitas magna.
At homines mirati ſunt, dicentes: Qua- 27
lis eſt hic, quia venti & mare obe-
diunt ei?
Et venienti ipſi in vlterius in regio- 28
nem Gergeſenorum, occurrerunt ei duo
dæmoniaci, de monumentis exeuntes, ſæ-
ui nimis, ita vt non valere quemquam
tranſire per viam illam.
Et ecce clamauerunt, dicentes: Quid 29
nobis, & tibi Ieſu fili Dei? veniſti huc an-
te tempus torquere nos?
Erat autem longè ab illis grex porco- 30
rum multorum paſcens.
Verùm dæmones appellabant eum, di- 31
centes: Si eiicis nos, permitte nobis abire
in gregem porcorum.
Et ait illis: Abite. illi autem exeuntes 32
abierunt in gregem porcorum, & ecce ir-
ruit totus grex porcorum per præceps in
mare, & mortui ſunt in aquis.
Paſtores autem fugerunt, & venientes 33
in ciuitatem nunciauerunt omnia, & illa
quæ dæmoniacorum.
Et ecce tota ciuitas exiit in occurſum 34
Ieſu, & videntes eum appellabant, vt
tranſiret à finibus eorum.

Eſaiam Prophetam, cùm ait: Hic infirmitates noſtras ſuſcepit, & morbos portauit.

Cùm vidiſſet autem Ieſus turbas multas circum ſeſe, vt abirent in vlteriorem ripam.

Et cùm audiſſet vnus ſcriba, dixit ei: Præceptor, ſequar te quocunque abieris.

Et dicit illi Ieſus: Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos; at filius hominis non habet, vbi caput reclinet.

Alius autem de numero diſcipulorum ſuorum dixit ei: Domine, permitte mihi prius vt abeam, & ſepeliam patrem meum.

At Ieſus dixit illi: Sequere me, & ſine vt mortui ſepeliant mortuos ſuos.

Et cùm eſſet ingreſſus nauim, ſequuti ſunt eum diſcipuli eius.

Et ecce motus magnus factus eſt in mari, adeo vt nauis operiretur à fluctibus, ipſe verò dormiebat.

Et accedentes diſcipuli, excitauerunt illum, dicentes: Domine, ſerua nos, perimus.

Et dicit illis: Quid timidi eſtis exigua præditi fiducia? tunc excitatus, increpauit ventos, & mare, & facta eſt tranquillitas magna.

Homines verò admirabantur, dicentes: Qualis eſt hic, quia venti quoque, & mare obediunt illi?

Et cùm veniſſet ad vlteriorem ripam in regionem Gergeſenorum, occurrerunt ei duo dæmoniaci è monumentis egreſſi, erant autem ſæui ſupra modum, adeò vt nemo poſſet tranſire per viam illam.

Et ecce vociferabantur dicentes: Quid rei nobis tecum eſt Ieſu fili Dei? veniſti huc ad cruciandum nos ante tempus.

Erat autem procul ab illis grex porcorum multorum paſcens.

Dæmones verò rogabant eum, dicentes: Si eiicis nos, permitte nobis, vt demigremus in gregem porcorum.

Et ait illis: Abite; illi verò egreſſi abierunt in gregem porcorum, & ecce ferebatur totus grex porcorum per præceps in mare, & perierunt in aquis.

Porrò qui paſcebant aufugerunt, & digreſſi in ciuitatem, renunciauerunt omnia, & quid accidiſſet dæmoniacis.

Et ecce tota ciuitas exiuit in occurſum Ieſu, & cùm vidiſſent illum, rogabant, vt decederet à finibus ipſorum.

ſoli diſcipuli ad eum accedunt, quia antequam fragilitatis noſtra humanitatem aſſumeret, notus erat in Iudea tantum Deus. At vero poſtquam de monte ſua diuinitatis deſcendit, & humanitatis noſtra fragilitatem aſſumpſit, magna turba nationum ſecuta eſt eum. Ex quo morale præceptum deſumens, ſic ſequi-

7. *Prædicatores quomodo prædicare debent.* tur. *Demonſtratur autem Doctoribus, vt in prædicatione ſua ſermonem habeant temperatum, & ſicut viderint vnumquemque capere poſſe vita & verbum Dei annuntient. Aſcendunt enim in monte Doctores, cùm perfectioribus excelſiora præcepta oſtendunt: deſcendunt verò cùm infirmioribus leuiora demonſtrant.* In

8. *Ante Incarnationē Deus ſolitarius, poſt Incarnationē aſſociatus, & cur.* qua authoritate illud ponderandum, tunc Dominum veluti ſolitarium non extitiſſe, quando ex monte diuinitatis deſcendens hominem ſe fecit. Cuius ratio, mea ſententia: nam ſi miracula talem vim in animis hominum habebant, vt totum mundum poſt Chriſtum attraherent, ita vt Phariſæi dicerent poſt Lazarum reſuſcitatum Ioan. 12. num. 19 *Videte, quia nihil proficimus, ecce mundus to-*

9. *Incarnatio magnum miraculum, & omnium maximum.* *tus poſt eum abijt.* Quale maius miraculum, aut portentum, vt ipſe homo factus, ex Virgine natus, mortuus, & reſuſcitatus, vt D. aiebat Auguſt. *lib. 18. de ciuitate c. 46. tom. 5. & epiſt. 2. ad Voluſian. tomo 2. in initio*, probans præter cæteros Sanctos,

10. *Chriſti miracula maxima quæ.* & Prophetas aliquod proprium miraculum Chriſtum facere debuiſſe, quæ oſtendit duo fuiſſe, quorum primum quòd tam mirabiliter natus ſit; ſecundum, quòd cum reſoſcitato corpore aſcendit in cœlum. *Fatemur*, ait, *& nos talia quadam feciſſe Prophetas*, ſcilicet mortuos ſuſcitare, *qui propterea & ipſe talia facere voluit, ne eſſet abſurdum qua per illos fecerat, ſi ipſe non faceret; ſed tamen aliquod proprium facere debuit, naſci de Virgine, à mortuis reſurgere, in cœlum aſcendere. Hoc Deo, qui parum putat, quid plus expectet, ignoro.* Quod elegantiſſimè probans, ſic ſequitur. *Arbitror enim talia flagitari, qualia gerere hominem non debuit. Nam in principio erat verbum, & omnia per ipſum facta ſunt: num homine aſſumpto alium mundum facere debuit, vt eum eſſe crederemus, per quem factus eſt mundus; ſed nec maior mundus, nec iſti qualis in hoc mundo fieri poſſet. Si autem minorem faceret infra iſtum, ſimiliter hoc quoque parum putaretur. Quia ergo non oportuit, vt nouum faceret mundum, noua fecit in mundo; homo enim de Virgine procreatus, & à mortuis in æternam vitam reſuſcitatus, & ſuper cœlos exaltatus potentius fortaſſe opus eſt, quàm mundus.* Pulchrè, ſanè, ex mundi opificio, eiúſque magnitudine Deum cognoſcimus. Quid ergo? nunquid non maius Deum hominem fieri? ſi pluſquam huius mundi creatio eſt ipſius hominis formatio? nunquid non in infinitum plus erit hominis Dei formatio? cùm ergo omnium maius miraculum Dei ſit Incarnatio, & minora apud eum totum attrahebant mundum, vt fuit Lazari reſuſcitatio, ſicut Phariſæi aiebant: quid mirum ſi deſcendens Ieſus de monte Deitatis homo factus ad ſe totum rapiat mundum, quod non effecerat antea ex mundi creatione, quando in monte apud ſe ſtabat diuinitatis.

Turba multa. Fructus ſermonis Ieſu ſequela, felix qui illam pro Ieſu, non pro ſe procurat, feli-

Anſelm. ciſſimus qui eam conſequitur. Ad rem Anſelm. *Alij*, inquit, *ſequebantur eum propter inſidias, vt*

11. *Prædicatio fructificat iuxta audientis affectum.* *Phariſæi; alij propter charitatem, alij propter doctrinam eius audiendam, alij propter admirationem miraculorum, alij propter curationem.* Ex quibus ſi diligenter attendis, iuxta effectum quo accedebant, gratia cum eis operabatur, qui propter curationem curabantur, qui propter miracula ædificabantur, qui propter doctrinam conuertebantur, qui propter charitatem iuſtificabantur; tandem qui propter inſidias indurabantur, vti peſſimi Phariſæi. Videat ergo quo affectu, quo animo, qua intentione quis ad ſermonem accedat; ſciátque iuxta illud Dei verbum in ipſo operaturum. *Deo autem gratias*, aiebat Apoſt. 2. ad Corinth. 2. num. 14. *qui ſemper triumphat nos in Chriſto Ieſu, & odorem notitia ſuæ manifeſtat per nos in omni loco, quia Chriſti bonus odor ſumus Deo in ijs, qui ſalui fiunt, & in ijs, qui pereunt; alijs quidem odor mortis in mortem; alijs autem odor vita in vitam.* Qualis 12.

Eſt Chriſti odor. hic Chriſti odor? Ioannes Bonæ. ex Chryſoſtomo, *Apoſtolorum prædicatio.* At ſi odor, quomodo

Ioan. Bonæ. mortis odor? nunquid boni odores mortem afferunt? Sanè, non culpa odoris, ſed ex peſſimis 13.

Quomodo aliquibus odor mortis. olentis humoribus. *Sicut fragrantia vnguenti columbam vegetat, ſcarabeum necat*, ait ex Nyſſen. OEcumen. *ſic Chriſtus malis in ruinam eſto, bonis in* *OEcumen.* *reſurrectionem.* Ex liuore, inuidia, odióque ex odore magis ſe obdurantes: ſic qui ad prædicationem accedit, non quo debet affectu, vt ad Chriſtum mali accedebant Phariſæi, indurabitur potius, quàm conuertetur.

Et ecce leproſus veniens, adorabat eum, dicens: Domine, ſi vis, potes me mundare. NVM. 2.

Et extendens Ieſus manum, tetigit eum, dicens: Volo. Mundare. Et confeſtim mundata eſt lepra eius. NVM. 3.

Senſus litteralis, & moralis.

ET *ecce leproſus*. Marc. 1 Lucas 5. & alia miracula narrant. An verò antea facta, an poſt incertum, vt benè Maldonat. ſolum hîc aſſerendum hoc miraculum ſtatim poſt deſcenſionem, & ſermonis abſolutionem factum, & antequam Capharnaum intraret, vt Anſelmus, Maldonat. aliíque volunt, quod totum dicit particula illa *ecce*, ſignificat enim ſtatim poſt concionem factum miraculum.

Leproſus. Lucas c. 5. n. 12. *Et ecce vir plenus lepra*, magnam eius neceſſitatem indicans; leproſi

Lepra infirmitas quàm magna, & leproſi quàm infelices. erant extra vrbem, ab omnibus notati, vitam agentes infelicem, ab omnibus ſegregati, nec prope aliquem illis accedere ob infectionem licebat; hinc nec propè Chriſtum accedebant, ſed à longè clamabant *Luc. 17 n. 12.* nec baiulari in grabatis, vt alij infirmi poterant. Per totum corpus contagio extendebatur; habebant anhelitum fœtidum, ſiti veluti extinguebantur; prorſus fœdi erant, vt plurimi cæci fiebant; membra putreſcebant; barbam amittebant; maculoſi erant; tandem ab omnibus reiecti. Et tamen iſti ſic afflicti, tribulati, deſerti, deſpecti citò, ſeu citius alijs Chriſtum inueniunt, vt benè adnotat Salmer. *Hi*

Salmer. *Chriſtus cur leproſos ſanabat.* *enim*, ait, *qui extra fauſtum omen. ac pompam, laſciuiam, & diuitias agunt, cito Ieſum inueniunt.* Non alio quippe merito, niſi quia lepra pleni, vt ait Auguſtinus; immo, vt benè Salmer. adnotat, vtplurimum lepra morbus erat incurabilis, ideo Deo reſeruata eius ſanitas 4 *Reg. 5. n. 6.* Rex Iſrael acceptis Syriæ Regis literis de curatione Naamanis lepræ, *nũquid Deus ego ſum*, ait, *vt occidere poſſim, & viuificare, quia iſte miſit me, vt curem hominem a*

lepra ſua? vnde Cyrill. *Nouerat*, ait, *lepram expe-*
3. *Leproſus cur ad Chriſtum accurrit.* *rimentis medicorum non cedere, ſed vidit diuina maieſtate pelli dæmones, & cæteros ab alijs valetudinibus curari; coniecit diuina dextera fieri.* vt ex hoc animum reſumas in tuis deſperatis malis, ſiue corpo-
4. *In Chriſto etiam in deſperatis ſperandum.* ralibus, ſiue ſpiritualibus. nam Deus eſt Ieſus qui te curare poteſt à lepra tua. Vnde ſi cum perfectis ad montem aſcendere non potes, vt à Ieſu erudiaris, Ieſus deſcendet de monte ad te curandum. *Leproſus ſurſum aſcendere non valebat*, ait Chryſoſt. in Imperfect. *quaſi peccatorum baiulans pondus: ideo ergo Dominus de altitudine cœli quaſi de excelſo monte deſcendit, vt lepram peccatorum noſtrorum mundaret, & ideo quaſi præparatus deſcendenti occurrit. Propter quod dicitur, & ecce leproſus.* Pende
5. *Gratia cum noſtra cooperatione concurrit.* ly *quaſi præparatus* ad montem aſcendere non poterat; acceſſit tamen miſer, fecerat quod in ſe fuit per planitiem ambulans, non ſtans, non ſter-
6. *Leproſus fecit quæ quod potuit fecit.* tens, non expectans dormiens accurſum, ſed quod poterat ea ſe gratiæ cooperans Chriſtum adiens. Vnde Hug. *Ecce leproſus veniens, paſſibus ſcilicet pœnitentiæ, & fidei.* & Anſelm. *tam paſſibus deuotionis, quàm paſſibus corporis.* Quid ergo mirum, ſi ſtatim è monte Ieſus deſcendens illi occurrit? quomodo autem leproſus fœtidum ſignificet peccatorem, & quamis modis, vide Hugonem *hic*.

Hug. Card.

Theophyl. Theophylactus affirmat leproſum montem non ſubiiſſe ne doctrinæ obeſſet. *Leproſus*, ait,
7. *Cur ad montem nõ aſcendit.* *vtpote ciuilis, & modeſtus non aſcendit in montem, vt ne doctrina obeſſet.* Æſtimo literalem eſſe ſenſum, cùm vt aſcenderet, nil eum prohibebat. Quod ſi ad moralem traducere velis, optimè potes, conſiderando quanta inciuilitate, ac immodeſtia illi prædiri ſint peccatores leproſi, & infecti. qui audent Eccleſias adire, ad ſermonem accedere, non vt proficiant, ſed vt ſermoni officiant, animas inibi perdendo, & ſuas, & alienas, Eccleſiam Dei, atrium efficientes meretricum, ac nebulonum.

Veniens adorabat eum. Marc. c. 1. n. 40. *Deprecans eum, & genufiexo dixit ei.* Luc. 5. n. 12. *& procidens*
8. *Quanta deuotione & reuerentia orandum.* *in faciem.* Quæ omnia ſummam venerationem denotant, qua decet accedentem ad Deum orare. In qua te pudet dicere quæ videmus, quàm ſcilicet irreuerenter quique ad Deum adorandum, & ſupplicandum accedunt, non genuflectentes, non proſtrati, ſed cubantes, ſedentes. *De refectione potius luſſi corporis cogitantes*, vt ait Caſſian. lib. 2.

Caſſian.
9. *Chriſtus quãta reuerentia orauit.* inſtitutionum cap. 7. *quàm orationis vtilitatem, & commodu requirentes.* non ſic Dominus noſter orans; maieſtatem enim patris callens, non ſolum genua flexit, ſed in faciem cecidit. Vnde Marc. 14. n. 35. *procidit ſuper terram, & orabat.* & infrà c. 26. n. 39. *procidens in faciem ſuam. Manifeſtans.* ait Origenes, *in oratione ſua deuotionem.* Et

Origen.

Cæſar Arelatenſ. Bibliotheca Patrum *tom. 5. part. 3. homil. 34.* de genibus flectendis. *Quid enim indigebat Chriſtus, vt taliter ſupplicaret? non enim ille indigebat, ſed nobis exemplo ſuæ orationis remedia præ-*
10. *Genibus flexis orandum.* *parabat. Orat miſericordia, & non orat miſeria; orat charitas, & non humiliatur iniquitas; proſtratus in terra orat medicus, & non inclinatur ægrotus.* Nil
11. *Phariſæus non exauditus, quia orauit ſtans.* aptius. Qui etiam obſeruat Phariſæum Euangelij non exauditum eo quòd ſtans orauerit, non ſic iſte leproſus, quia deuotè accedebat, adorauit, procubuit, in faciem cecidit; quid mirum, ſi exauditus? *Quod in faciem procidit*, ait Ambroſ. lib. 5. in Luc. tom. 5. *humilitatis eſt, & pudoris, vt vnuſquiſque de vita ſua maculis erubeſcat.*

Dubitatur ab aliquibus, an hic leproſus credideri Chriſtum Deum eſſe. Origenes, Chryſoſt. Theophylact. Euthymios, Author Imperf. Abu-
12. *Leproſus vt Deum adorauit Chriſtum.* leoſ. & recentiores affirmant vt Deum adoraſſe, quod peculiari auxilio diuino factum certiſſimè eſt credendum. Vnde Athanaſ. *Adorauit autem leproſus Dominum Deum exiſtentem in corpore, & neque propter carnem putauit eſſe creaturam verbum Dei, nec pro eo quòd verbum erat, vilipendit carnem, quam veſtiebat: immo vt in templo creato adorabat omnium creatorem in faciem procidens.* Et equidem optima eſt ſententia; cum enim in ſermone in monte multa Chriſtus dixiſſet, in quibus ſe Deum affirmabat, viuorum, ac mortuorum iudicem, vt illa: *& confitebor illis, quia nunquam noui vos*, c. 7. n. 23. & ex modo loquendi, *Ego autem dico vobis.* Equidem congruum erat, vt miraculum faceret in homine, qui eum Deum confitebatur, vt ſic amplius per miraculum ſuam Deitatem confirmaret ea confeſſione Deitatis leproſi; nunquid Deus concurriſſet ad ſanandum idololatram hominem Deum confitentem, ſi Deus Chriſtus non eſſet? vt Deum ergo eum adorauit; hinc Dominum eum appellauit.

Origen. Chryſoſt. Theophyl. Euthym. Auct. Imp. Abulenſis.

Si vis, potes me mundare. Præclara circa hæc verba dicunt Patres Origen. *hom. 5.* ex variis vo-
13. *In oratione magnificè de Deo ſentiendum.* luntatem tantum capoſtulaſſe affirmat, certus de potentia, vnde quaſi dicat ait: *Domine per te omnia facta ſunt, tu ergo ſi vis potes, voluntas tua opus eſt, & opera voluntati tuæ obediunt.* Optimus modus orandi, potentiſſimus ad impetrandum magnificè de Deo ſentire Vnde Chryſoſt. *Non dixit, ſi rogaueris Deum, neque ſi oraueris, ſed ſi volueris.* At cur dixit,
14. *Leproſus cur dixit, ſi vis.* *ſi vis?* nunquid Deo benefaciendi deeſt voluntas? Ad rem idem Chryſoſt affirmans de bonitate voluntatis diuinæ non dubitaſſe. Sed an ſibi eſſet
15. *Temporalia cum reſignatione petenda.* expediens totum ſe diuinæ voluntati reſignans. *Neque dixit*, ait, *Domine munda ſed ei totum concedit, & Dominum eum facit, & poteſtatem vniuerſorum ei attribuit.* Excellens doctrina, qua docemur quanta ſubmiſſione, animique reſignatione corporalia petenda. Vnde ad rem Ianſen. *Non enim dixit*, ait, *ſi vis quaſi de eius benignitate dubitaret, quam ex eiſdem omnino didicerat quanta eſſet, ex quibus didicerat potentiæ ipſius magnitudinem, ſed quo eius voluntati modeſtè ſubmitteret negotium, quem ſolum ſciebat noſſe quid maximè expediret facere.* Pulchrè. Idem Spiritus ſanctus, qui omnipotentem illum eſſe hominem ei inſpirauit: idem & benigniſſimum, ac ad benefaciendum promptiſſimum. Hinc de benignitate, ac voluntate non dubitans, conditionalem appoſuit ad ſibi expediret promptus leproſum permanere, ſi ſic expediens Chriſto viſum.

Chryſoſt.

Ianſen.

16. *Pares gratiæ Deo referendæ quando aliquid denegat, ac quando concedit.* Hæc animi moderatio in petendo ſic efficax cum Deo inuenitur, vt quando adeſt, via fit vt non exoret homo: ſic enim ad orationem parari accedere debemus, talémque de Dei benignitate, amore, ac voluntate æſtimationem concipere, vt pares intelligat quòd ei referremus gratias, ſi poſtulata conceſſerit, ac ſi negauerit; cùm digne ſemper æſtimabimus de Deo negationem gratiæ, non ex defectu amoris, aut voluntatis prouenire, ſed ex
17. *Deo plus debemus quàm quod petimus negat, ac quando concedit.* noſtræ vtilitatis deſiderio. Immo, vt quid inſolentius dicam, mea ſententia plus Deo, & Chriſto debemus quando aut denegat, aut quod petimus ſuſpendit, quàm quod quando illi tribuit. Dilucidè hoc conſtabit, ſi conſideremus ſummam, ac infinitam eſſe bonitatem, cuius intrinſeca, ac eſſentialis ratio eſt eſſe ſui diffuſiuam. Quid ex hoc? Sanè, vt quando dat, ſecundùm naturam profundit; at quando denegat, contra naturam ſe ob bonum noſtrum cohibens, & veluti vim inferens,

tanta

tanta violentia, vt ad eam ſuſtinendam impar inueniretur, niſi Deus. Ad quod probandum omnia illa ſanctorum Patrum faciunt loca, quibus intendunt Deum propenſiſſimum ad dandum.

18. *Quàm difficile Deus gratiam denegat.*

Quod equidem ſic verum, vt ſi ad negandum compellatur, potius vult ſuam diſſimulare deitatem, quàm ſe Deum confiteri, & quod ab eo poſtulatur negare, infrà *cap. 20. num. 23.* matri petenti conſeſſum dexteræ, & ſiniſtræ pro filiis, ad

19. *Chriſtus dū gratiā negat vult potius hominem æſtimari quā Deum.*

illos conuerſus dixit: *poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum?* Cui cùm reſpondiſſent, *poſſumus,* tunc illis. *Calicem quidem meum bibetis; ſedere autem ad dexteram meam, vel ſiniſtram, non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt à Patre meo.* Cur non eſt meum? nunquid non ipſe cum Patre Deus? Sanè. quid ergo dicit, non eſt meum? Reſpondet

Ambroſ.

Ambroſ. de fide lib. 5. cap. 2. tom. 4. *quia Dominus cœli, atque terrarum verecundabatur, &, vt ipſius verbo vtar, confundebatur matri pro filys poſtulanti etiam ſuæ ſedis conſortium denegare.* Quid ergo ex hac verecundia? *vt mallet,* reſpondet idem paulo infrà, *aliquid diſſimulare de iure, quàm de charitate deperere.* nil pulchrius. *Secundùm formam ſerui diſcipulus maluit reſpondere,* vt ait

Auguſt.

Auguſt. *lib. 1. de Trinitate cap. 12.* quàm ſe Deum profiteri, & negare, & non præbere, ſic promptus eſt ad dandum, ſic confunditur, vt verbo Ambroſij vtar, quando non dat. Ergo plus ei debemus non danti, quàm concedenti. Quod cùm ſcit, ſumma cum reſignatione ei petendum, ſemper ad inſtar huius leproſi, dicendo: *Domine ſi vis.*

At ſi ſanitatem quærebat, cur non orat, cur non poſtulat? Sanè, quia nulla efficacior precatio, quàm cum ſilentio vulnerum oſtenſio. Vnde

Anſelm.

Anſelm. ex Auguſt. *Oſtendens vulnus, remedium poſtulat. Et ecce vir plenus lepra,* ait Lucas, *procidens*

20. *Oratio efficax vulnerum oſtenſio in ſilentio.*

in faciem rogauit eum. Qualibus verbis? *Domine ſi vis, potes me mundare.* Ergo oſtenſio vulnerum deprecatio fuit orationis. Excellens, & efficax modus orandi in ſilentio noſtra Deo oſtendere vulnera, oſtendere neceſſitates; cum verecundia ante illum procumbere; confeſſionem tamen exprimere. *Confeſſionem verecundia non repreſſit,* ait

Ambroſ.

Ambroſ. in Luc. lib. 5. *oſtendens vulnus remedium poſtulauit religionis, & fidei plena confeſſione, qua in voluntate Domini tribuit poteſtatem.*

21. *Chriſtus cur manum extendit leproſum curans.*

Et extendens manum tetigit eum. Luc. ait, *& miſertus eius extendit manum. Oſtendens,* ait Ianſen. *quia non ad oſtentationem ſui ipſum curauit, ſed ex miſericordia affectu moueretur ad ipſum.* Exemplum

Ianſen.

nobis præbens, qua animi intentione ad proximi ſalutem curandam accedere debeamus; ex affectu

22. *Qua animi intentione proximi ſalus procuranda.*

ſcilicet miſericordiæ, & eius infirmitatis zelo; non autem ad noſtri oſtentationem, commodum, aut lucrum.

At cur eum tetigit manum extendens? Multas rationes de hoc tradunt Doctores. Cyrill. Alexan-

Cyr. Alex.

drin. vt carnem ſuam propter coniunctionem ad

23. *Chriſtus cur leproſum tetigit.*

diuinitatem, eiuſque inſtrumentum oſtenderet vim habuiſſe viuificatricem. Ambroſ. *lib. 5. in Lucam,* vt humanæ naturæ probaret veritatem.

Ambroſ. Chryſoſt. Auth. Imp. Euthym. Theophyl. Damaſcen. Euthym.

Chryſoſt. Author Imperf. Euthym. Theophylact. vt oſtenderet ſe vereri lege non teneri, quæ lepram tangere prohibebat. Damaſcen. *lib. de fide Orthodoxa, cap. 15.* vt non ſolùm per verba, ſed per tactum diuina ſigna operaretur. Euthym. vt oſtenderet non abominandam corporalem lepram hominum, ſed lepram animæ, quæ eſt peccatum. Omnes excellentes rationes, & mea ſententia litteralis illa, vt humanitatem ſuam inſtrumentum oſtenderet diuinitatis.

At ad mores illa mihi placet, quam tradit Chryſoſtomus, illum tetigiſſe, vt oſtenderet ſic ſe Chryſoſt.

mundum, vt omnes immundos mundare poſſet; 24.

ipſum autem à nullo maculari. *Cùm autem voluntate, ac ſermone purgare poſſet, manus appoſuit, & tactum, vt oſtendat quoniam non ſubiacet legi, & quoniam mundo iam nihil eſt immundum; non enim manus à lepra facta eſt immunda, ſed corpus leproſum à manu ſancta conſtitutum eſt mundum.* In quo loco antequam ad quod intendo deueniam, ſoluenda eſt quæſtio an tangere leproſum erat peccatum?

An tangere leproſum erat peccatum.

Theophylactus, & Euthymius putant fuiſſe peccatum. Abulenſ *hic quæſt. 13.* illud negat, ſed tantùm ex contactu quempiam contrahere immunditiam legalem, quæ ſine peccato contrahi poterat. nam mortuos ſepelire immunditia erat legalis; at in lege *Leuitico 10. num. 4. & 21. num. 2.* iubebantur filios patres ſepelire: at tunc erat peccatum ſi contracta immunditia accedere ad ſacra auderent. Ex hac doctrina duo habes, tangere leproſum non eſſe peccatum. & ſecundum, illum tangere eſſe immunditiam legalem. Ex his ergo duo elicio moralia documenta.

Theophyl. Euthym.

Primum, quòd etſi Chriſtus eſſet Deus, ac per hoc nulli legi obſtrictus, ſi leproſum tangere fuiſſet peccatum, non eum tetigiſſet, ſed ſolo verbo ſanaſſet, ne ſcandalum ex facto puſilli ſumerent, & anſam maleuolis daret murmurandi. Quod obſeruauit in hoc loco Salmer. aduertens Salmeron.

de hoc tactu contra Chriſtum Phariſæos non murmuraſſe, licèt velit Chryſoſt. hoc ideo non Chryſoſt.

eos feciſſe, quia nondum inuidia erant tacti. 25.

Cùm autem leproſum tangit, nullus eum incuſat, quia nondum inuidia detenti erant auditores. Vt videas quantum valeat, quando malè, aut bene affectus eſt cum aliquo humanus animus. Sine inuidia non eum accuſant, cùm ex eo quod apparebat poterant ex bono affectu cum illo diſſimulantes; at quando cum inuidia etiam vbi non erat peccatum, vt *Ioan. 5. num. 10.* quando accuſabant eum de

Cur Phariſæi non murmurarunt de Chriſto leproſum tangente.

violatione Sabbati. At licèt hoc ſit, vera, vt dixi, 26.

eſt ſententia tangere leproſum non fuiſſe peccatum, & ideo ipſum Chriſtus tetigit in publico, quia nullum ſcandalum cauſabat, licèt vt Deus poſſet eum tangere. Ex quo docemur, quanta cautela ſalus curanda eſt animarum, quantaque circumſpectione quis eam procurare debeat, ab omnibus illis ſe præcauens, etiam alioquin licitis, quando occaſiones poſſunt eſſe ſcandalorum. Equidem Chriſtus tributa ſoluere non tenebatur: at *vt ne ſcandalizemus eos,* dixit ad Petrum infrà cap. 17. num. 23. *Vade ad mare, & mitte hamum, & da eis pro me, & te.*

Animarum ſalus quanta cautela curanda.

Secundum autem documentum eſt Chriſtum 27.

Dominum noſtrum ſecurè immundum tetigiſſe, quia ab illo inquinari non poterat: immo potius eum mundare ſua munditia, cùm aliàs eum non tetigiſſet. Ex quo facto docemur nullum officium prædicationis, aut animarum curationis aſſumere debere, qui non tanta munditia polleat, vt ſecurus ſit à contrahenda ex contactu aliorum immunditia: immo quòd potius illos ipſe mundet, quàm quòd inficiatur ab eis. Pulchrè ad rem Paſchaſ. Rhatb. *Cùm lex prohibeat,* ait, *Sacerdotes lepram tangere: ideo tetigiſſe creditur, quia lepra illa legis non poterat eum ſordidare; bene ab illis leproſus non tangebatur, quia maculari poterant, nec ſanare.* nil melius. *Illi officium prædicationis,* aiebat Abbas

Prædicatores ac animarum magiſtri quanta munditia præditi eſſe debent.

Paſch. Rhat.

Iſacius *lib. de contemptu mundi Bibliothec. Patrum, tom. 6. part. 2. pag. 688.* vt alibi etiam memini me retuliſſe, *aſſumant, qui ſanas habent ſenſualitates, & exercitati ſunt, qui etiam poſſunt ſumere omnem cibum, videlicet inſidius omnium ſenſuum, neque ab omnibus, quæ ſibi occurrunt, læſionem incurrant cordis propter exercitationem perfectionis. Iſti prædicent, & fructificent in humilitate. Si verò ſe ſentit ex aſſidua communicatione quòd in viſione rerum ſua continentia infirmetur, & turbetur eius tranquillitas, & ſcientia obſcuretur pro eo quod mens ſua eget adhuc cuſtodia, & ſenſuum ſui ieiunio: ille reuertatur retro, & pro ſenſibilibus rebus, & vocibus doceat conuerſatione bona.* De qua re vide quæ in 1. *tom.* diximus, *Annotatione mortali 56.* vbi & hanc ipſam Iſacij expendimus diligenter authoritatem. Vnde Ambroſ. quaſi hoc inſinuans affirmat, ideo Chriſtum lepram tetigiſſe, quia vt homo infectionem non timebat, ſic lib. 5. in Lucam. *Nec contagium timebat vt homines, ſed quia contaminari non poterat, quia alios liberabat, ſimul è contrario vt lepra tacta Domini fugaretur, quæ ſolebat contaminare tangentem.* Immo vt videas quam acuti, & ſcrupuloſi ſint noſtri Doctores ad ſoluendas quæſtiones, ex quibus aliquid Chriſto imputari poſſit minus conueniens. Origenes *hom 5. in Matth tom. 2.* vult Chriſtum leproſum vt leproſum non tetigiſſe, quia ad extenſionem manus ſtatim fugata eſt lepra, ſic vt quando eum tetigit, iam erat mundatus. *non ſoluit legem Chriſtus*, ait, *tangendo leproſam, quia accedente Chriſti manu lepra iam fugerat*, quaſi non eum tacturus ſi leproſus, quodammodo infectionem timens, infinita cum eſſet munditia. Et tamen cum hoc ſit, multi qui non purgati, qui non perfecti, qui non virtute præditi, qui vix vitam ſpiritualem libarunt, inter leproſos, leproſaſque incedentes, videntes, proſpicientes, dicam & tangentes (omnia munda mundis) inficì non præſumunt.

Ambroſ.

28. *Leproſus à Chriſto mũdatus ante tactum ſecũdum aliquos.* Origen.

Salmeron ſic hunc locum ad mores aptat. *Tetigit extenſa manu plenum lepra, vt humilitas Ieſu oſtenderetur, & delitias noſtras confunderet: nam tales vix aſpectu noſtro dignamur.* Optima ſententia, tum ad animandos, tum ad confundendos homines curam infirmorum refugientes, infirmitates ſtomachantes, leproſum non ſolùm verbo Dominus, ſed tactu ſanauit, oſtendens quòd ſi neceſſarium libentiſſimè propria perſona nil infectionis, ac immunditiæ timens, ei inſeruiret. Vt ex hoc videas amice nullum exemplum virtutis, actioniſque heroicæ ſiue humilitatis, ſiue charitatis in reliquis Sanctorum inuenire poteſt: quin priùs præceſſerit in diuino hoc noſtro capite. Item ait Salmeron: *Docemur prompto animo priùs largiri eleemoſynam; deinde etiam verbo conſolari, cùm aliqui vix verbo alloqui dignentur pauperes.* & hoc excellens documentum; pauperi ſubueniendum manu, & ore quando vtrumque poſſumus: at quando non poſſumus manu, ſaltem ore, compatiendo, bene reſpondendo, gratanter nos ad illos habendo, vt ſaltem, ſi non corporalis neceſſitas, ſpiritualis à nobis ſuccurratur, quod maius beneficium. Vide Gregorium Nazianzenum *oratione de ſubleuandis pauperibus*, qui inter cætera pulchra, illud vt ſine contagionis timore ad infirmos accedamus de Dei bonitate fiſi. *Vulnus alliga, bono animo eſto, accede, haudquaquam ex ea re labefactaberis, haudquaquam vitium contrahet, fide ſubnitere.* Dignum tanto Sancto conſilium, quod ſæpe eueniſſe & legimus, & vidimus.

29. *Infirmi quâ charitate curandi.*

30. *Chriſtus omnium virtutum exemplar.*

31. *Pauperes ſubueniendi & manu, & ore, etſi non manu, ſaltem ore.*

32. *Ad infirmos accedendum ſine infectionis timore.*

Volo mundare. Iiſdem duobus verbis reſpondet, quibus leproſus locutus fuerat. Ille, *ſi vis*, Chriſtus, *volo*, ille, *potes me mundare*, Chriſtus, *volo, mundare.* Verbum imperatiuum, non infinitum, vt adnotat Hieronymus.

Hieron.

Omnes veteres authores rectè ex hoc loco Chriſti diuinitatem probarunt, quia non rogando, ſed imperando, non aliena, ſed propria authoritate, & poteſtate vſus ſanauit. Sic Iuſtinus *in expoſitione fidei*, Tertull. *lib. 4. contra Marcionem*, Athanaſius *lib. de communi eſſentia Patris, & filij, & Spiritus ſancti*, aliique. Inter quos præclarè Ambroſ. *lib. 5. in Lucam*, qui vnico tractu varias de Chriſto hæreſes iugulans, ſic luculenter ait. *Tangit non dedignatus, & imperat non diffiſus; hoc enim eſt indicium poteſtatis, quia quaſi habens poteſtatem ſanandi, & iubendi authoritatem, operandi teſtimonium non refugit. Volo ergo dicit propter Fotinum, imperat propter Arium, tangit propter Manichæum.* Neque minus eleganter Gregor. Nyſſenus ex tactu, & verbo *volo* colligit vnionem diuinitatis cum anima, & Chriſti corpore, vnde ait. *Et quia cum vtraque hominis particula, anima ſcilicet, & corpore vnita eſt deitas, per vtramque patebant ſupernæ naturæ indicia. Corpus enim in ſe reconditum lumen declarabat, cùm palpando præſtabat remedia; ſed anima præpotenti voluntate diuinam oſtendebat virtutem; velut enim ſenſus tactus proprius corporis eſt: ſic & animæ voluntarius motus, vult anima, tangit corpus.*

33. *Chriſti diuinitas probatur ex curatione leproſ.* Iuſtin. Tertull. Athanaſ. Ambroſ. Niſſen.

Acutè adnotat Chryſoſt. nunquam Dominum alibi vſum hoc verbo *volo*, niſi in hac curatione, cuius ratio: *vt opinionem plebis, & leproſi de eius poteſtate confirmaret.* Sic enim decebat, ſi omnium ſaluti erat expediens, vt docearis nil ſuperfluum, nil vnquam diminutum in omnibus Chriſti operibus; quod attendens imitare, & in tuis actionibus exemplar ſequere.

Chryſoſt.

34. *In Chriſti operibus nil ſuperfluũ, nil diminutum.*

Deuotè Ianſenius. *In iis duobus verbis*, ait, *Dominus ſuam bonitatem, & potentiam ſignificauit. Voluntatem quidem, & promptitudinem ad ſubueniendum dum dicit, volo; potentiam verò per mundare.*

Ianſen.

Et confeſtim mundata eſt lepra. Ex Origene ſuprà diximus illum eius fuiſſe opinionis, vt ad extenſionem tantùm manus lepra curata, ſic, vt quando manus eum tetigit, iam erat mundatus. Idem ſentit Paſchaſ. Rathb. Quod etiam videtur inſinuare Chryſoſt. dum ait: *Ceſſit autem mandanti natura cum decenti velocitate.* Ergo dicendo, *volo, mundare*, ante tactum iam mundatus. Vnde ſequens Chryſoſt. ait: *Sed hoc quod dicit* confeſtim, *multo eſt tardius velocitate, quæ ſecundum opus eſt facta.* Ad quid hoc? vt animum reſumas, quando te videris aut lepra peccatorum totum infectum, vt hic ſtabat leproſus, aut in ſummo anguſtiarum, & tribulationum. nam ſi fides adſit, nec ipſa tua imaginatio valebit celeritatem curationis apprehendere. nam *confeſtim*, vt ait Chryſoſt. *tardius eſt velocitate, quæ ſecundùm opus eſt facta.* Quis enim crederet ea omnibus illis deſperatis viris Bethuliæ *Iudith 7. à num. 12.* aut quis ea illis imaginari poterat intra quinque dies nullo auxilio externo adueniente non ſolum fore liberatos, ſed Holophernem decollatum, Aſſyrios fugatos, ipſos ſumma potitos victoria? Sanè nullus. nam *confeſtim* humanum tardius eſt velocitate diuina. Et quis crederet, vt eadem ipſa die, quæ per perfidum Amanum mors erat conſtituta omnibus Iudæis Eſther 3. num. 13. *Miſſæ ſunt epiſtolæ, vt omnes Iudæi interficerentur vno die, hoc eſt, tertiodecimo menſis duodecimi, qui vocatur Adar.*

Origen. Rhatbert. Chryſoſt.

35. *Quanto celeritate Deus ſuccurrit.*

36. *Sæpe præter imaginationem.*

Adar. Quis, inquam, crederet quòd eadem dies conſtitueretur ad occidendos omnes Iudæorum inimicos, ibi cap. 8. num. 12. *Et conſtituta eſt per omnes prouincias vna vltionis dies, id eſt, tertiadecima menſis duodecimi Adar.* & *cap. 9. n. 1.* hoc admirans ſcriptor ex Spiritus ſancti afflatu ſic ait. *Igitur duodecimi menſis, quem Adar vocari antea iam diximus, tertiadecima die, quando cunctis Iudæis interfectio parabatur, & hoſtes eorum inhiabant ſanguini, verſa vice Iudæi ſuperiores eſſe cœperunt, & ſe de aduerſarijs vindicare.* Quis hoc crederet? Sanè nullus, quia omne

37. *Fides neceſſaria ad miracula excipienda.* Origen.

confeſtim humanum, tardius eſt operatione diuina. Adfuit fides, & negotium eſt abſolutum. Vnde Origen. *hom. 5.* ex varijs: *quia enim non dubitauit credere, non tardatur ſanatio; quia non diſtulit confeſſionem, non differtur mundatio.*

38. *Chriſtus plus noſtrum appetit bonum quàm nos ipſi.*

Ambroſ. pulchrè hoc ad intelligendum Chriſti affectum applicat, dicens: *Nihil eſt autem medium inter opus Dei, & præceptum, & vt intelligas medentis affectum ex virtute operis.* Excellens adnotatio, vt enim intelligat leproſus, & per illum quilibet plus voluntatis in Chriſto extare nos ſanandi, quàm in nobis eiuſdem noſtræ ſalutis, ſanetur in inſtanti vltra votum, vltra ſpem: nam plus Deus noſtrum vult bonum, quàm nos ipſi, & plus nos diligit, quàm nos ipſi nos.

39. *Miraculorũ Chriſti ſumma.* Nazianzen.

Tandem vltimò antequàm ad vlteriora progrediar, placuit tibi amice in gratiam tui, vt eadem delectatione fruaris, qua ego, tibi deuotiſſimus Nazianzeni verſus apponere, quibus vnico tractu omnia Chriſti miracula ex Matthæo recenſita ob oculos ponit. Ex quibus quaſi ſummatim totum Matthæi Euangelium intelliges, quo nil vlli delectabilius. Accipe ergo illos.

Hæc quæ mortali Chriſtus cum carne patrauit,
Matthæus ſacra prodidit hiſtoria.
Depulit informem primum de corpore lepram,
Atque tulit famulo Centurionis opem.
Inde ſocru Petri violenta febre leuata
Ventos, & fluctus componit æquoreos.
Dæmonas in porcos Geraſenis mittit in aruis,
Suſtulit & lectum, qui reſolutus erat.
Profluuium ſiſtit mira virtute cruentum,
Et redit ad lucem principe nata viro.
Lucem reſtituit cæcis, Satanâque fugato,
Mutus in aſſuetos edidit ore ſonos.
Soluitur ex templo grauiter manus arida vinclis,
Et preſſo à Satana voxque ſonuſque redit.
Bis ſenos cophinos, & millia quinque virorum,
Explenit quinis panibus appoſitis.
Hinc pedes aſſequitur, res nunquam audita carinam;
Et cedit pedibus vis truculenta maris.
Soluitur hoſte malo Chananæa matre creata,
Mater vt obnixas miſit ab ore preces.
Panibus ex ſeptem turbis ſeptena redundat
Sporta, quaterque fames mille fugata viris.
Diuinam formam aſſumit, ſoliſque videtur;
Lumine diſcipulis clarior ille ſuis.
Inde pijs precibus flexus lachrymiſque parentis,
Lunâ actum morbo liberat horribili.
Pòſt verò egreditur pulchra Hierichuntis ab vrbe,
Et binis aperit lumina clauſa viris.
Mox etiam cæcis affuſa luce medetur,
Et claudis pedibus fert miſeratus opem.
Sed prius à ſacra commercia depulit æde,
Quæſtuſque impuros, ſacrilegamque manum,
Bethania Solymis pergens areſcere ficum
Imperat, hanc omni fruge carere videns.
Denique dum lumen moritur, caligo coörta eſt,
Et templi velum ſcinditur egregij.
Concutitur tellus, ſcinduntur ſaxa dolore,
Et linquit tumulos excita turba ſuos.
Hic verò vt primum lux tertia fulſit in orbe,
Surrexit tumulo proſilijtque ſuo,
Diſcipuliſque ſuis Galilæa rurſus in ora,
Spectandum ſe ſe non ſemel exhibuit.

Et ait illi Ieſus: Vide nemini dixeris, ſed vade, & oſtende te Sacerdoti, & offer munus, quod præcepit Moyſes in teſtimonium illis. NVM. 4.

Senſus litteralis, & moralis.

1. *Chriſtus cur ſilentium indixit leproſo.* Ambroſ. Chryſoſt. Beda. Euthym. Theophyl.

V*Ide nemini dixeris.* Omnes expoſitores quærunt, cur tantum beneficium ſilentio premi iuſſerit Dominus. Ambroſ. *in Lucam*, Chryſoſt. Beda, Euthym. Theophylact. vt iactantiam videretur fugere. In qua re præclarè Ambroſ. *Sed ne lepra, ait, tranſire poſſit in medicum, vnuſquiſque dominicæ humilitatis exemplo iactantiam vitet; ideo ei dicit: Vide nemini dixeris, vt ſcilicet doceret non vulganda noſtra beneficia, ſed premenda, vt non ſolùm à mercede abſtineamus pecuniæ, ſed etiam gratiæ.* nil melius. *Pudeat*, ait Seneca lib. 4. de benef. cap. 25. Seneca.

2. *Beneficia gratis danda.*

vllum venale eſſe beneficium. Cuius rationem ſubiungens ſequitur; *gratuitos habemus Deos.* nil elegantius. gratis dij diſtribuunt: immo profundunt. nam, vt ipſe ait: *Dij quodcumque faciunt, in eo nihil præter ipſam faciendi rationem ſequuntur, niſi fortè exiſtimas illos fructum operum ſuorum ex fumo extorum, & thuris odore percipere.* Egregiè. non paſcuntur fumo, non odore nutriuntur dij. Quid ergo? Cur ſunt benefici? ex ipſa equidem beneficentiæ honeſtate. *homini ergò cùm propoſitum ſit*, ait idem, *ſecundùm rerum naturam viuere, & Deorum exemplum ſequi.* Sic beneficium præſtare debet, ac ipſi præſtant dij, gratis ſcilicet. Ergo pudeat venale conferre beneficium, *dum Deos gratuitos habemus.* Hæc Seneca gentilis, quid dixiſſet, ſi Chriſtianus, & Deum cognouiſſet, & in Chriſtum crediſſet, ſic gratuitum, vt etſi tale, ac tantum contuliſſet beneficium; voluit tamen vt ſilentio premeretur: immo & quòd ipſemet recipiens, illud taceret, ne in profuſione crederet non totum in illius bonum fuiſſe, ſed etiam ſui, & non gratis dediſſet, cùm laudis mercedem repeteret. Hinc quia Rex magnanimus, regaliter operans, totus in ſuis operibus, maieſtate plenus, ſilentium inhibet, humanam ſpernens gloriam, gratiam fudiſſe contentus.

3. *Iactantia fugienda.*

At licèt hoc excellens documentum ad eleemoſynæ modum ſuadendum, nil minus eſt illud Ambroſij, vt ſcilicet hoc exemplo doceamur iactantiam fugere, *ne lepra tranſire poſſit in medium.*

4. *Magiſtri ſpirituales ſic morbos ſpirituales curare debent, vt ipſi non inficiantur.*

Quàm triſte hoc, ne dicam vile! vt dum alios curamus, aliorum mala in nos tranſeant. Curo alterius ſuperbiam, & ex curatione ſuperbus fio. Quid infelicius? Curo auaritiam, & auarus fio; & dum cupiditatis lepram ab alio eripio, quia ego cupidus, in me tranſit; dum ſub prætextu neceſſitatis ex ſpiritualium operum exercitio, munera requiro. Enimvero, *Pepercit Dominus meus Naaman Syro iſti*, ait Giezi 4. Reg. 5. num. 20. *vt non acciperet ab eo quæ attulit. Viuit Dominus, quia curram poſt eum, & accipiam ab eo aliquid.* Pendo ly *pepercit.* Quid eſt, pepercit? Sanè, ait Lyra, *ſolebant Prophetæ, quia pauperes erant, viuere de oblatis ſibi curialiter,*

5. *Propheta vicebant de eleemoſynas.*

vialiter, & deuotè. Quid ergo cupidus ſeruus liberalitatem, ſiue, vt ipſe æſtimabat, prodigalitatem Prophetæ corrigere volens, quaſi indebite Naamano pepercíſſet, nil de domus prouentu cogitans, poſt illum currit, vt munera acciperet. Accepit ſanè i as lepra Naamani in eum tranſiit. Ad exemplum noſtrum bæc. Sub prætextu, quia pauperes ſumus, & de eleemoſynis viuimus per ſpiritualia exercitia dum lepram animarum mundamus, aurum, & argentum petimus, quaſi piaculum facturi, ſi donis parcimus. Immo & aliquando à ſuperioribus reprehenſi. Vah miſeria, & indigna æſtimatio; vnde non mirandum, ſi lepra miſeriarum inficiamur, dum aut ob auaritiam, aut ob oſtentationem curamus.

6. *Quantū malum ſub ſpe lucri temporalis opera exercere ſpiritualia.*

Cyrillus. Hieron.

Cyrill. & Hieronym. affirmant ideo ſilentium inhibuiſſe, quaſi non neceſſaria voa, dum opus prædicabat. *Leproſo enim ſilente ſufficiebat ipſa negoty vox ad narrandum omnibus agnoſcentibus per eum poteſtatem curantis*, ait Cyrill. vita, non verba Chriſtum prædicant, nulla maior Chriſti prædicatio, quàm ex operibus demonſtrata curatio.

7. *Non verba, ſed vita ſancta Chriſtum prædicat.*

8. *Deus per ſe quærendus.*

Hilarius *canon. 7.* acutè. *vt ſalus hæc*, ait, *non offerretur potius, quàm quæreretur ſilentium, imperauit.* Si præcepiſſet clamare miraculum, non ea fide, ſed ea miraculi adducerentur, & ex ſalutis cupiditate. Quid ergo? vt ex fide accedant ad Chriſtum mori, non ea temporali lucro, ſed ex ſpirituali ſub ſilentio tegatur miraculum, vt ſic purè, abſque extorta quæratur Deus intentione.

Auct. Imp.

9. *Leproſus dici non poterat mundus ante Sacerdotum iudicium.*

Omnes opiniones myſticæ, & ad mores: at litteralis eſt, quam tradit Author Imperf. *Leuit. 14. num. 16.* præcipiebatur nullum mundatum leproſum dici poſſe, niſi prius iudicio Sacerdotum eſſet probatus. Quid ergo? Si antequam Sacerdotes mundum eum dicerent, mundus proclamatus fuiſſet, anſam haberent calumniandi; affirmarentque non eſſe verè mundatum; quid ergo, vt hæc occluderetur calumnia? ſileat leproſus iudicium expectans Sacerdotum. *Non iubet Chriſtus leproſum tacere ſemper, ſed quandiu oſtendat ſe ſacerdotibus, ne forte ſi ante alicui nuntiaret de verbo in verbum audirent Sacerdotes, & occaſionem habentes lepra propter odium, & inimicitiam Chriſti expellerent eum de populo, quaſi leproſum non recipientes mundatum.* Litteralis ſenſus à Maldonat. receptus, immeritòque mea ſententia à Barrada repudiatus: cùm exempla, quæ adducit, non faciant ad rem, nam etſi in illis alia Chriſti ratio litteralis eſſe poſſit; non tamen inde ſequitur quòd hic litteralis non ſit iſta.

Maldon. Barrad.

10. *Leproſus an peccauerit proclamando miraculum.*

Sed quæres, an hic leproſus tacuerit? nil minus: nam expreſsè Marc. ait cap. 1. num. 45. *Egreſſus cœpit prædicare, & diffamare ſermonem.* Quod cùm fecerit, dubitatur ab aliquibus, an peccauerit? Hilar. *canon. 9.* ſecundùm aliquos, reputat peccaſſe, quia officium aſſumpſit Apoſtolorum, quod erat prædicare. *Silentium, ait, imperat Dominus, quia Apoſtolorum erat proprium prædicare*; at licèt hoc dixiſſet Hilar. non ſic durè accipiendum, vt illud faciat peccatum, quamuis inter rationes quibus Dominus ſilentium inhibuerit, vna ſit, vt bene Salmer. quia Neophytus erat, vt ipſe ait, *hoc præcepto voluit Dominus inſinuare annuntiationem diuinarum per Neophytos in fide, aut in virtute nouitios fieri ſolitam eſſe prohibendam.* Immo non ſolùm ei prohibuit prædicare, ſed etiam illum à ſe expulit. Vnde Marc. cap. 1. num. 43. *Statimque eiecit illum.* Cuius ratio, *quia licèt eſſet ſalus, non tamen perfecta*, ait Salmer. deficiebat enim Sacerdotum approbatio, qua conſecuta bene poterat ſtatim Chriſtum ſequi, tanquam perfectè, & omnino pro ſano reputatus. Ex quo doceamur quòd etſi per contritionem perfectam quis ſanus ſit à lepra peccati: tamen cum onere oſtendendi ſe Sacerdoti, & confitendi; poſt quæ rectè, & ritè ſequetur Chriſtum. Sentiendum ergo cum Hieronym. Theophylact. Ianſen. *in concord. cap. 35.* Salmer. & aliis non peccaſſe. ratio potiſſima, quia non verè Chriſtus imperauit, ſed potius petiit, quamuis inſtanter, vt exemplum daret vanam fugiendi gloriam, & ſolam Dei quærendi in operibus bonis, cùm aliàs quando opus non ſolùm prædicationem non inhibuit, ſed præcepit, vt in dæmoniaco patet liberato apud Lucam *cap. 8. num. 39.* Immo vult Salmeron quod hic leproſus, cæterique ſanati, quibus ſilentium Chriſtus inhibuit, & illi prædicarunt, mentem cognouiſſe Chriſti, quod certè ex verbis, ſignis, & eius geſtis apparere poterat, ſcilicet ſilentium inhibere non præcipiendo abſolutè, quaſi eſſet quid malum miraculum propalare, ſed ex deſiderio humilitatis, occultationis, odij, vanæ gloriæ. Ob quod benè Theophylact. de cœcis liberatis, vt infrà dicemus, dixit. *Vides quomodo factum fugeris; illi verò non, vt inobedientes, ſed vt grati diuulgauerunt.*

Salmeron.

11. *Confeſſio peccatorum neceſſaria poſt contritionem.*

Hieron. Theophyl. Ianſen. Salmeron.

Oſtende te Sacerdoti. Marcus, *principi Sacerdotum*, licèt non eſſet neceſſarium, vt patet *Leuitici* 13. tamen, vt iudicium de mundatione eſſet firmius, & miraculi denuntiatio magis publica. At cur hoc præcepit? Tertull. *lib. 4. contra Marcion.* Chryſoſt. Hieronym. Euthym. vt oſtenderet ſe legem ſeruare. Theophylact. ne cogeretur leproſus extra ciuitatem manere, dum iudicium mundationis Sacerdotes adhuc non dediſſent. Origen. vt cognoſcerent, quia non per legis conſuetudinem mundatus eſt, ſed per gratiæ operationem. Omnium melius Hieronym. qui omnes ſimul cauſas eſt amplexus, ſic dicens. *Mittit autem eum ad Sacerdotes; primum, propter humilitatem vt Sacerdotibus deferre videatur. Deinde videntes leproſum mundatum, ſi crederent Saluatori, ſaluarentur; ſi verò non crederent, inexcuſabiles fierent; & ſimul ne quod in eo ſæpiſſimè criminabantur, legem infringere videretur.* Ex quibus omnia iſta documenta habes. *Primò*, humilitatem. *Secundò*, quantum Sacerdotibus deferre debeas, quantumque eorum iudicium facere, & præcipuè ſi ſummus. *Tertiò*, Dei cura de hominum conuerſione, quantumque inexcuſabiles ſint homines, ſi ſe non conuerterint, dum Deus mira faciat ad eorum conuerſionem. *Quartò* tandem quantum præcauere debeas occaſiones ſcandali, & vt ſic viuas, vt quantum ex te nulli occaſionem des obmurmurandi; ſed pergo.

12. *Chriſtus cur leproſo præcepit vt ſe Sacerdoti oſtenderet.*

Tertull. Chryſoſt. Hieron. Euthym. Theophyl. Origen.

Hieron.

13. *Cur vt munus offerret.*

Et offer munus tuum. Leuitico 14. præcipiebatur à leproſo munus offerri Sacerdotibus, hinc vt non ex parte videretur obſeruare legem, & ex parte non, præcepit non ſolùm, vt ſe oſtenderet Sacerdoti; ſed etiam vt munus offerret iuxta legis præſcriptum. In quo & normam habes perfectiſſimi confeſſoris, ac patris ſpiritualis, dum ex hoc Chriſti facto intelligis non ſolùm confeſſoris partes eſſe per abſolutionem à lepra mundare, ſed pœnitentem inſtruere, docere, dirigere, admonere, & quod obſeruare debet imponere, ſic equidem diuinus hic Magiſter non ſolùm lepram ſanauit, ſed mundatum admonuit de officio. Orig. *hom. 5.* ex variis vult ideo hoc Chriſtum præcepiſſe, vt omnes miraculo crederent, dum videbant munus à leproſo portari. Salmeron, *vt Sacerdos non defraudaretur*

14. *Sacerdotis ac confeſſoris officium quale.*

Origen.

Salmeron.

dareretur iure ſuo, vel ſacrificio, vel eleemoſyna. Pulchra obſeruatio, qui altari ſeruit, de altari debet viuere, iuxta Paul. 1. *ad Corinth.* 9. *num* 13. ergo etſi ob miraculum ſanus factus leproſus, offerat tamen munus, & iudicio Sacerdotis gratus non illum defraudet iure ſuo. Ex quo habes quantum peccent

15. *Quidam munus ſacerdotibus nō reddere quod eis debetur.*

ij, qui aut quod debent non reddunt ſacerdotibus, aut obmurmurant de Sacerdotum iuribus quaſi ſuperfluum quòd reditus habeant, decimas colligant. Immo & in hanc miſeram incidimus tempeſtatem, vt & quòd ſuperſtites ſint, & viuant, & vellent: immo & volunt, vt labor, & ſeruitium altaris ſit Sacerdotum; emolumentum autem ſecularium. Sanetur leproſus, ſalutem accipiat Reſpublica ex oratione, ac Sacerdotum miniſteriis; attamen munus non offeratur Sacerdoti, ſed fiſco.

Auth. Imp.
16. *Chriſti magna prouidentia obſeruatur in præcepto oblationis muneris à leproſo.*

Author Imperfect. *Ideo iubet*, ait, *offerri munera, vt ſi poſtmodum eum expellere vellent, diceret eis: Munera quaſi à mundato accepiſtis, & quomodo me quaſi leproſum expuliſtis.* Neſcio quid ex hac Imperfecti authoritate ſubodoror diuinæ Chriſti prouidentiæ; auaritiam enim Sacerdotum callens, vt rectum, non diſtortum iudicium ex inuidia, ac maleuolentia darent, munere eos præuenit, à quo

17. *Prudentia ſerpentina quandoque neceſſaria viris ſpiritualibus aliquando.*

allecti mundatum leproſum dicerent; non dicturi ſi ſine munere. Ex quibus docemur quanta ſerpentina prudentia aliquando incedendum, vt opus Dei conſequamur, & Dei ſeruis non delicto eſſe aſcribendum, ſi quando in Dei ſapientia, ſapientiam præuenientes humanam, illam deludant. Quod & feciſſe Paulum legimus *Actor.* 23. vt à manibus Concilij liberaretur, quod conſtabat ex Sadducæis, qui reſurrectionem negabant, & Phariſæis, qui illam affirmabant omnes ſimul conſtanter contra Paulum ſtantes. Quod cùm Paulus vidiſſet, ac iudicaſſet, impoſſibile è manibus eorum euadere. *Sciens*, ait Scriptura n. 6. *quia vna pars eſſet Sadducæorum, & altera Phariſæorum, exclamauit in Concilio: Ego Phariſæus ſum, filius Phariſæorum, de ſpe, & reſurrectione mortuorum ego iudicor.* quod cùm hæc dixiſſet, *facta eſt diſſenſio inter Sadducæos, & Phariſæos, & ſoluta eſt multitudo.*

18. *Pauli admirabilis prudentia & conſtantia.*

Immo quòd quidam Phariſæi ſurgentes pro Paulo pugnãtes dicebant: *nil mali inuenimus in homine iſto.* In qua re admirabilem Pauli prudentiam, & animoſitatem licet admirari, dum etſi ligatus in medio Concilij, ſic totus intrepidus, & ſecurus ſtabat, vt ſupra omnes ſe eleuans, omnes deiiceret, & vno diſſiparet verbo, diſcordes inter ſe eos

19. *Diſcordia inter malos aliquando diſſeminare licitum.*

efficiens, dum malè concordes erant in Eccleſiam perſequendam, & iuſtum condemnandum. In quo caſu licet diſcordias inter malos, ac diſſenſionem ſerere, & præcipuè inter hæreticos. *nam bellum hæreticorum pax eſt Eccleſiæ.* de qua re vide

Cornel.

Cornel. *in hunc locum*, alioſque expoſitores, dum nos aliò properamus.

Hilar.
Theophyl.

In teſtimonium illis. Variè etiam hæc ſententia intelligitur. Hilar. offer munus, ſicut Moyſes præcepit illis dari, vt teſtificarentur ſalutem non ab ipſis, ſed à Deo dari. nam *quod Moyſes in lege præcepit*, ait Hilar. *teſtimonium eſt, nõ effectus.* Theophylact. vt ex munere firmum ſit eorum teſtimonium, & aliud poſtea dicere non poſſint, coincidit cum eo, quòd ſuprà ex Auth. Imperf. dicebamus; ſed omnium melius ſenſum proprium, ac litteralem

Chryſoſt.

declarat Chryſoſt. ſic dicens: *prauidens enim Chriſtus eos ex hoc nihil profecturos, non dixit in emendationem eorum, ſed in teſtimonium, id eſt, in accuſationem, & atteſtationem, quoniam quæ à me erant facienda, omnia facta ſunt. Et licèt eos præuiderit non emendari: non tamen dimiſit, quæ facere oportebat, illi autem in propria manſerunt malitia. Non autem dixit munus, quod ego iubeo, ſed quod Moyſes iuſſit, vt interim tranſmittat ad legem, & iniquorum obſtruat ora. Vt enim non dicant, quoniam Sacerdotum gloriam rapuit, opus ipſe impleuit; probationem autem illis conceſſit.* Quot verba, tot documenta. *Primè* enim docemur omnium hominum perditionem ex illis eſſe: nam quantum ex parte Dei nullum lapidem intactum relinquit ad hominem conuertendum. *Secundò*, 20.

Deus quàm profuſus in dando.

Dei profuſa bonitas, ac largitas dum profundit, etſi ſcit incaſſum futurum; vnde non ſolùm dat, & perdit, ſed perdendo perſeuerat in dando. *Tertiò* docemur teneri ad obſtruenda iniquorum ora, ne aliquis, qui ſtat aduersùs nos, habeat aliquid de nobis dicere. *Quartò* tandem & quod ſummopere 21.

Magiſtrorum ſpiritualium iudiciũ quàm neceſſarium in omnibus rebus ſpiritualibus.

vellem, vt in omnibus hominum eſſet cordibus impreſſum, quod licèt ipſe opus, & miraculum tale, ac tantum perfeciſſet, tamen iudicium de eo ſacerdotibus remiſit, etſi Deus. Ex qua doctrina reprehenduntur illi, qui ſine magiſtrorum approbatione viuere volunt, aut audent ſupernaturales ſenſus intellectus, viſiones, reuelationes, miracula, 22.

Doctrina quæ aſſerit non ſtandum iudicio confeſſarij in frequentatione communionis eſt falſa.

aut prodigia approbare, & raras habere ſine Sacerdotis, ac magiſtri ſpiritualis approbatione; quantumque à vero tramite errent, qui iudicium diſcipuli ſupra Magiſtri iudiciũ efferre ſatagunt, vt malis noſtris his temporibus vidimus: immo & legimus in materia de frequentatione cõmunionis quotidianæ. In qua re auſus eſt quidam ſcribere, melius eſſe ſacramentum ſumere contra conſilium confeſſoris, quàm ſecundùm illud deſerere communionem. Doctrina falſa contra ſanctorum Patrum ſenſum, & omnino ab Eccleſia Dei explodenda. de qua re alibi, ni fallor, diſſeruimus.

Ex dictis ergo conſtat litteralem, & verum ſenſum eſſe, offer munus in teſtimonium illis, hoc eſt, in teſtimonium contra eos, niſi velint credere viſis miraculis, & velint, nolint, iudicio eorum approbatis.

ANNOT. MORAL. XC.

Tota Dei voluntas in hominem eum præſtolantem.

VOlo, mundare Leproſus ad eum: *Domine ſi vis, potes:* at Dominus, *volo, mundare.* Cur non 1.

Deo non ſic iniurioſum de eius addubitare potentia quàm de voluntate benefaciendi, & exaudiendi.

ſtatim dixit, mundare? Iam diximus in commentario, vt verbis verba apponeret leproſus, *ſi vis*, Dominus, *volo*; ille *potes*, Dominus *mundare*. Ex quibus non ſolùm eum ſanauit corpore, ſed mente. nam etſi hic infirmus dolum non poſuit in potentia; poſuit tamen in voluntate. De hac dubitans, licèt de potentia certus. Et neſcio quid Deo iniurioſius, an de potentia dubitare faciendi, an de voluntate benefaciendi, & orationes exaudiendi: cùm ſic Deus promptus ad orationes ſuorum audiendas; ſic tota eius voluntas in eis, vt non ſolùm exoret dum clamant, ſed etiam antequam clament, & in ſilentio tribulationes ſufferunt, nil pro illis deprecando. *Actor.* 23. *num.* 10. tanta perſecutio facta eſt in Paulum dum in medio Concilio ſtabat inter Phariſæos, Sadducæoſque, vt Tribunus timeret, ne eum diſcerperent. *Et cùm magna diſſenſio facta eſſet, timens Tribunus, ne diſcerperetur Paulus ab ipſis, iuſſit milites deſcendere, & rapere eum.*

2. *orum.* Quod cùm factum, *Sequenti autem nocte,* ait
Dom exaudit antequam Sancti orent.
Scriptura, *aſſiſtens ei Dominus, ait: Conſtans eſto, ſicut*
enim teſtificatus es de me in Hieruſalem, ſic te oportet
& Romæ teſtificari. Pondero ly *ſequenti autem nocte.*
ad quid hoc? ſufficiebat equidem dicere quòd
apparens illi Dominus, illa ei dixerat; ad quid
ergo adnotare tempus? mea ſententia ad deno-
tandum quod nil de ſe Paulus pro tunc cogitans,
nil orans, ſed dormiens, antequam mane excita-
retur, Dominumque præſtolaretur pro ſua ſalute
illum Dominus exaudiuit, vt in illo verificaretur
Iſaiæ dictum cap. 65. num. 24. *Eritque antequam*
clament, ego exaudiam, adhuc illis loquentibus, ego
3. *audiam.* Quod pendens Theodoret. relatus à Ca-
Mundi conuerſio ex celeri Dei exauditione precum Sanctorum ſuorum.
Theodor.
ſtro in hunc Iſaiæ locum mundi totius conuerſio-
nem huic celeri Dei exauditioni tribuit, vnde ait.
Hieroſolymis carcere concluſo Paulo dixit Dominus,
Confide Paule, vt enim de me teſtificatus es Hieroſo-
lymis, ſic oportet te Romæ de me teſtificari. Sic Philip-
pus concuſſit carcerem, & vincula, ſic quòd Dominus
aderat ſtatim vocatus Coryphæus Apoſtolorum, multa
edidit populo ſigna. Sic enim vniuerſus orbis eſt conuer-
ſus, quòd viderent ſigna, & miracula, quæ prædicatores
Euangelij faciebant, quòd Dominus vocatus ſtatim
aderat. Quid ergo quando clamant? Equidem
non ſolùm terram, ſed cœlum ipſum pro eis
commouebit, ſic totus eſt ad eorum voces.

4. Enim verò aſcendente Ioſue, vt opem ferret
Sancti quãdo clamant non ſolum terrã, ſed cœlum commouent.
Gabaonitis *Ioſuæ 10. num. 11.* ait Scriptura quòd
apparens ei Dominus dixit: *ne timeas eos, in manu*
enim tua tradidi illos; nullus ex eis tibi reſiſtere poterit.
Hinc ſequens Scriptura ait quòd Regibus Amor-
rhæorum fugientibus Iſraelitas, *Dominus miſit ſu-*
per eos lapides magnos de cœlo. Vnde tantum mira-
culum, vt in vindictam hoſtium Ioſuæ ſic Deus
promptus, vt è cœlo lapides mitteret? Sanè, quia
ad eum clamauit. Vnde Eccleſ. 46. num. 6. *inuoca-*
uit, ait, *Altiſſimum potentem in oppugnando inimicos*
vndique, & audiuit illum magnus, & ſanctus Deus in
ſaxis grandinis. Ad quod notandum illud eſt, quòd
ſi orationem inquiras in loco Ioſue, equidem nul-
lam inuenies. hinc niſi Spiritus ſanctus reuelaſſet
eam, neſciremus. Cur ergo in libro Ioſuæ eius
5. non reminiſcitur? mea ſententia, quia interior,
Sanctorũ interior oratio, quàm efficax.
quia breuiſſima, quia vix verbum interius prola-
tum, & cœlum commotum. Sic efficax Sancto-
rum oratio, sic Deus totus ad illam, vt etſi vox
6. adhuc non prolata: Deus tamen in corde au-
Eorum propoſitum orandi Deus exaudit.
August.
diens, exorans. Quod pulchrè adnutauit Auguſt.
in illa verba Pſalm. 31. num. 5. *Dixi: Confitebor ad-*
uerſum me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti
impietatem peccati mei. vbi ponderans Auguſt. Da-
uid non dixiſſe: *Confitebor aduerſùm me*, ſed tan-
tùm: *dixi, Confitebor*, hoc eſt, propoſui in mente,
& tamen antequam loqueretur, exauditus. Vnde
Dauid loquentem introducens, ſic ait: *Vox mea*
in ore nondum erat, ſed auris Dei in corde erat. Pul-
chrè, nondum vox in ore: at Deus in corde, ſic
nunc in Ioſue clamauit, non equidem in voce
oris, ſed in voce cordis: at antequam vox eſſet
in ore, Deus in corde exaudiens, totum cœlum
conturbauit.

7. At ſi petas, cur tantum efficax Ioſuæ oratio ſic
Oratio Ioſuæ breuis vnde tantum efficax.
breuis, ſic inſtantanea, ſic ſecreta, vt nec ex voce
cognita? Sanè tibi reſpondeam, ex occupatione,
ex Dei famulatu, quem tunc præſtabat, princeps
exercitus ex Dei zelo, totus ardens, cum exercitu
armatus, ad vindictam Dei hoſtium properans, ad
auxilium ſuorum, totus Dei ſeruitio intentus.
Quid mirum, ſi momentum huius ſic occupati
orationis, plus apud Deum ſit efficax, quàm ex- 8.
Superiorum breuis oratio plus valet quàm aliorum prolixa & cur.
tenſiſſimæ horæ aliorum, qui ſine occupatione?
Ad conſolationem ſuperiorum vigilantiſſimorum
hæc, qui miniſteriis impediti, vt digno ſuo fun-
gantur officio, ac Deo famulentur, longas per-
trahere horas in oratione non poſſunt, nec va-
lent, etſi intenſiſſimè illud deſiderent, ne triſten- 9.
Digni potius reprehenſione ſi longas profundere velint orationes officio deficientes.
tur, nec defatigentur. nam plus inſtans eorum
oratio apud Deum efficax, quàm protractæ
horæ aliorum. Immo audeo dicere, quòd ſic eis
hoc conueniens, vt ſi longas protrahere velint
orationes, potius digni inueniantur reprehenſio-
ne, quàm laude. Enim vero in magno illo confli-
ctu, in quo ſe populus reperiebat Iſraël, dum in-
ter mare, & Pharaonem nullum expectabat effu-
gium, Exod. 14. num. 12. ſic animo deſtitutus, vt
Moyſi dixerint: *Recede à nobis, vt ſeruiamus Ægy-*
ptijs, ipſe Moyſes totus ad orationem confugiens,
etſi tacens, tamen fortiter in illa clamabat, *affectu*
pio, & ſenſu profundo, vt ait Ambroſ. ſerm. 19. in Ambroſ.
Pſalm. 118. *& perſonabat in cœlo miraculis petens*
digna cœleſtibus, & vt mundi elementa mutaret. At- 10.
Moyſes reprehenſus ex prolixa oratione.
tamen etſi tali affectu, tali ſenſu, talia petens à
Domino audiuit: *quid clamas ad me?* de clamore,
ſiue de oratione eum expoſtulans. Vnde hoc? cur
de oratione Dominus conqueritur tali, ac tanta?
Sanè, quia princeps exercitus, quia dux belli,
quia in tali, ac tanto conflictu non erat tempus
longas protrahendi in orationem moras, ſed manũ
operi adhibere. Vnde ſtatim ad illũ Deus: *Loquere*
filijs Iſrael, vt proficiſcantur; tu autem eleua virgam
tuam: & extende manum tuam ſuper mare, & diuide
illud. En ratio reprehenſionis. Tempus erat ope-
randi, non longiùs orandi, vt rectè Caietan. qui Caiet.
ait: *& dicendo, quid clamas ad me, non diutius oran-*
dum cenſet, ſed finem ſupplicationi imponendum vt po-
pulus proficiſcatur. Vt videas quàm verum ſit lon-
gas orationis moras ſuperiori non eſſe neceſſa-
rias, & vnum orationis eorum inſtans cum Deo
efficaciſſimum reperiri, ſicut quando Ioſue ora-
uit, ad cuius inſtans orationis Deus totus inten-
tus, & antequam voce illam promeret in ore,
Deus in eius corde totus ad illam, ſicut & ſemper
in oratione ſuorum ad eum recurrentium. Vnde
vir leproſus ad illum: *Domine, ſi vis, potes*, ait Do-
minus: *volo, mundare.*

At cur mundationem explicitè non petiit? In
commentario ex Chryſoſt. dicebamus, quia to- Chryſoſt.
tus ſe diuinæ voluntati reſignauit: at nunc ma- 11.
Deus noſtris neceſſitatibus quàm intentus.
gis ad rem, quia ſic Deus noſtris neceſſitatibus
eſt intentus, vt explicita non ſit neceſſaria peti-
tio, ſufficit tantùm eius repræſentatio. Duceba-
tur ad mortem Suſanna Daniel. 13. *num.* 41. iam
ad illam condemnata ex ſententia, qua prolata,
Exclamauit autem, ait Scriptura, *voce magna Su-*
ſanna, & dixit: Deus æterne, qui abſconditorum es co-
gnitor, qui noſti omnia antequam fiant, tu ſcis quo-
niam falſum teſtimonium contulerunt contra me, &
ecce morior: cum nihil horum fecerim, quæ iſti malitioſè
compoſuerunt contra me. Poſt quæ ſtatim dicitur: 12.
Sufficit ei vt ſine voce oſtendatur tantum.
Exaudiuit autem Dominus vocem eius. Quid exau-
diuit? qualem vocem. cùm orationem ego non
audio, ſed tantùm clamorem & iniuſtæ damna-
tionis querelam. Quid ergo exaudiuit. Sanè non
orationem, ſed iniuſtæ damnationis repræſenta-
tionem, calamitatis extremæ oſtenſionem. Hoc
ſufficit, vt Deus totus aduolet ad auxilium, ad
ſubleuamen. 13.

Suſanna cur explicitè pro ſe non orauit.
At cur non orauit? cur liberationem explicitè
non expoſcit? Sanè amice, quia ſupra Scriptura
dixerat,

dixerat, quia tota in Dei voluntate repoſita, omnem ſuam confidentiam in illo repoſuerat. num. 34. *Conſurgentes*, ait Scriptura, *duo Presbyteri in medio populi, poſuerunt manus ſuas ſuper caput eius.* At quid Suſanna? *flens ſuſpexit in cœlum; erat enim cor eius fiduciam habens in Domino.* Vnde

14. *Fiducia Sanctorum qualis.*

fiducia? Sanè, quia tota in eius exiſtens manibus, ſiue bonum, ſiue malum obfirmata ab illis recipere; certa extabat ſollicitiorem de illa Deum futurum, quàm de ſemetipſa ipſamet fuiſſet.

15. *Tota hominis perfectio in quo conſiſtit.*

Attende ad quæ dico: nam magnum quid, ac perfectiſſimum inſinuo. Tota hominis perfectio in eo conſiſtit, vt vna ſit eius voluntas cum Dei voluntate, vt ſicut hæc in cœlo ſit, fiat in ter-

16. *Hominis perfecta reſignatio, & in Deo fiducia in quo conſiſtit.*

ra; cum hoc tamen diſcrimine, vt ſicut in cœlo hæc ſemper impletur cum gaudio, ac Sanctorum lætitia; in terra verò aliquando cum mœrore, ac Sanctorum triſtitia: at in vno conuenientes, vt ſicut Sancti in cœlo illam ſemper æſtimant laudabilem ex gaudio, Sancti in terra eodem modo eam dicant ſanctam, bonam, iuſtam, etiam ex mœrore, ac triſtitia. Vnde ſiue mors, ſiue vita, ſiue triſtitia, ſiue labor, ſiue gaudium eis præparetur, æqualiter à Deo ſummo bono omnia accipientes, fit, vt ſumma fiducia in eum viuentes, intelligant ad bonum ipſorum Deum ſollicitiorem futurum, quàm ipſimet ad ſui ipſius eſſent futuri. Præclarè hoc Abbas Iſaac de oratione

Caſſian.

apud Caſſian. *collat. 9. cap. 20.* vbi ſuper illa verba orationis Dominicæ, *fiat voluntas tua*, ſic excellenter ait: *Non poteſt eſſe maior oratio, quam optare, vt terrena mereantur cœleſtibus coæquari: nam quid eſt aliud dicere, fiat voluntas tua, ſicut in cœlo, & in terra, quàm vt ſint homines ſimiles Angelis, vt ſicut voluntas Dei ab illis impletur in cœlo: ita etiam ij, qui in terra ſunt, non ſuam, ſed eius vniuerſam faciant voluntatem.* At qui ſunt in terra, qui hoc ex affectu dicere valent? Sanè ſequens ait idem.

17. *Qui planè dicere poſſunt, fiat voluntas tua.*

Hoc quoque nemo ex affectu dicere praualebit, niſi is ſolus, qui Deum credit omnia, quæ videntur vel aduerſa, vel proſpera pro noſtris vtilitatibus diſpenſare; magiſque eum pro ſua ſalute, & commodis prouidum, atque ſollicitum, quam nos ipſos pro nobis. nil melius; illi tantùm toto affectu, ac pleno ore dicere poſſunt, *fiat voluntas tua*, qui de Deo concipiunt omnia in eorum bonum ſemper operari ſiue

18. *Quomodo orandum.*

proſperum, ſiue aduerſum. ex quo æquanimiter ſiue bonum, ſiue malum accipiunt. Hi equidem ſic animati tali in Deo confidentia viuunt, vt reputent ſollicitiorem Deum de ſuo eſſe bono, quàm ipſimet eſſent. Hinc quando patiuntur, non explicitè orant, non explicitè petunt, ſed tantùm tribulationem repræſentantes, paſſionem, infirmitatem, de cætero nil amplius curant. Sic Suſanna, ſic ſorores illæ ſanctiſſimæ ad Dominum de fratre, *Domine, quem amas, infirmatur*, Ioan. 11. n. 3. ſic hic leproſus, ſe ante eius oculos ponens, non explicitè orauit, ſed tantùm dixit, *Domine ſi vis*; at ſtatim Dominus *volo*, totus ad eius curationem, ſic velox, vt ſicut in commentario dicebamus, ante tactum mundatus: ſed illico ac manum Dominus extendit, ſic totus eſt ad neceſſitatem poſtulantium.

19. *Deus totus in noſtrum commodum.*

At etſi intentus, nunquid pro ſuo emolumento? nil minus, ſed totus ad noſtrum. Vnde huic leproſo poſt mundationem ſilentium inhibuit, ne videretur, vt in commentario dicebamus, ob ſuum commodum, gloriam, ſcilicet & honorem eum

Auguſt.

ſanaſſe. Enimvero, vt bene ſanctus Auguſtinus *lib. ſentent.* ex ipſo exceptorum, num. 39. tom. 3.

20. *Nobis ... indiget, at ... illo indigemus.*

nil Deus iubet, ait, quod ſibi proſit, ſed illi, cui iubet, ideo verus eſt dominus, qui ſeruo non indiget, & quo ſeruus indiget. Quod breuibus dixit Dauid Pſalm. 15. num. 2. *Dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.* Vbi alia lectio, *quoniam mihi non eſt bene ſine te.* quod eſt dicere, ſer-

21. *Noſtra quærit, vt perfectiora reddat: non vt ſecum retineat.*

uo non indigere, & illo quòd ſeruus indiget. hinc quando a nobis aliquid poſtulat, ſeu aufert, non eſt, vt illud ſibi retineat, ſed vt perfectius nobis illud reſtituat. Enimvero Gen. 2. n. 21. *immiſit*, ait Scriptura, *Dominus Deus ſoporem in Adam, cumque obdormiſſet, tulit vnam de coſtis eius, & repleuit carnem pro ea.* Sed antequam ad meum veniam inſtitutum, pondero aliqua.

22. *Deus ſeur coſtam tulit ex Adamo ad formandam mulierem.*

Primum, cur ad formandam mulierem, tulit Deus coſtam ab Adamo, & non eam formauit ex alia materia, multi multa. Auguſt. lib. 12. de ciuitate, cap. 21. & 26. *Vt vehementius homini commendaretur mulieris ſocietas, & vnitas.* Alij, vt arctiori conſtringeret amore virum, & fœminam, ex eo quòd ex illo eſſet facta. Alij, vt ex hac ratione commendaretur dignitas viri ſupra mulierem. Alij denique ad ſignificandum myſterium, & ſacramentum

23. *Gratia Dei cooperandum.*

coniunctionis Chriſti cum Eccleſia. Omnia optima, & egregia: at ſi ad moralem ſenſum hoc adaptare velimus, mea ſententia, illa eſt moralis ratio, quia cùm ad vtilitatem Adæ fœmina formanda, & ad ſtatus ipſius perfectionem: conueniebat equidem, vt non totum Deus ſuppleret, ſed aliquid ipſe de ſuo præberet, ipſe materiam præbendo, Deus illam efformando, vt ſcias cum Auguſt. quòd *ſi Deus formauit te ſine te, non ſaluabit te ſine te*, & quod neceſſe, vt tu ſimul cum Deo tuam ſatages ſalutem, gratiæ Dei cooperando.

Secundò pendo Euam formatam non ſolùm poſt animalium formationem, ſed etiam poſt eorum nomenclaturam ab Adamo factam. Cur hoc, cùm nobilior ipſis? ſanè mea ſententia, vt ſuam Adamus recognoſceret neceſſitatē, ac ſolitudinē, vt poſtea ex beneficio gratus exiſteret: immo quòd ad orandū pro illa impelleretur. Hinc notanter ait Scriptura, quòd cùm adduxiſſet Dominus animalia ad Adam, vt videret quod vocaret ea, addit poſt nomenclaturam. *Adæ verò non inueniebatur adiutor ſimilis eius*, vbi ſuprà *num.* 20. In qua re notandum, quòd ſuprà expreſſerat *num.* 19. dixiſſe Dominum: *non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi.* Si ergo hoc Dominus ſciebat, ſi iam decreuerat adiutorium formare, ad quid animalia adducere ad Adamum?

Pererr.

ſanè reſpondet Pererr. *in Geneſ. lib. 5.* de ſtatu Innocent. *Vt neceſſitatem creandi mulierem futuram ſibi ad generationem prolis adiutricem planè perſpi-*

Catherin.

ceret. Immo, vt vult Catherin. *ardentius procreationem eius expeteret, ac vehementius religioſam procreationem à Deo expoſtularet.* Ex quibus

24. *Cognitio propria indigentia quàm neceſſaria.*

duo habes, & valde neceſſaria documenta. *Primum*, vt ſi vis à Deo aliquid conſequi, neceſſarium tibi tuam de illo indigentiam cognoſcere, ne dum diuitem te reputes, & nullius indigentem, miſer fias, & omnium abiectiſſimus. *Secun-*

25. *Situs ... Dei ... ad orationem.*

dum autem, vt intelligas orationem tibi neceſſariam, & inſuper donorum Dei famem, ac ſitim: nam licèt Deus Adami indigentiam ſciſſet, immo quòd & decreuiſſet eam ſupplere, *faciamus*, dicens, *adiutorium ſimile ſibi*, tamen hoc noluit implere ſine Adami ſuæ indigentiæ cognitione, & inſuper oratione.

Tandē, vt ad noſtrū deueniamus ſcopū, adnoto quòd ſi coſtam tulit ab Adamo, non eam tulit

propter ſe, quaſi illa indigeret, ſed propter Adamum, & inſuper non eam tulit, vt ſecum eam retineret, ſed vt in meliorem formam redactam, auctam, formatam illi reſtitueret. Vnde ſi coſtam tulit, reddit pro ea mulierem, ſociam, adiutorium, inſuper & eius delitias. Hinc ſtatim poſtquam dictum, *tulit vnam de coſtis eius*, additum, *& ædificauit Dominus Deus coſtam, quam tulerat de Adam in mulierem, & adduxit eam ad Adam.* Tulit coſtam, & reddidit mulierem. Ergo non ſibi, ſed Adamo tulit, non ob ſuum, ſed Adami emolumen-
Caiet. tum. Quod expreſſit Caietan. ponderans verbum
26 *ædificauit*, vnde ait, *Ædificatio coſtæ in mulierem ex*
Mulier domus hominis. *ipſa metaphora ædificationis ſignificat mulierem ad hoc fieri, vt ſit ædificium hominis, vt ſit velut domus fouens hominem in hominis initio.* Vt videas quomodo totus Deus ad bonum noſtrum, & quando aliquid à nobis aufert eſt, vt perfectius illud nobis reddat, nullum ſuum, ſed tantùm noſtrum intendens emolumentum. Ad quod ſignificandum leproſo ſilentium indixit: *Vide nemini dixeris.*

Hoc etiam ſimiliter ex alio loco probatur Scripturæ. *Geneſ.* enim 12. *à num.* 1. Abrahæ præcepit Deus, vt è terra ſua egrederetur. *Dixit autem Dominus ad Abraham: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monſtrauero tibi.* Ex quibus, vt vides, nil reliquum ſuperfuit Abrahamo, quin Dominus non illud auferret, terram, cognatos, tandem pro-
27. priam domum, patrem, fratrem, & reliqua. At
Abraham cur ſecum tulit Loth. antequam vltra procedam, ſi Dominus omnia derelinquere iuſſit, quomodo exiuit cum Loth,
Idem. illudque Abraham permiſit? Optimè Caietan. hanc ſoluit difficultatem, affirmans præceptum in eligendum quantum ex ſe, non impediendo alios, ſi ſecum exire vellent. *Quod intelligendum*, ait, *niſi aliquis eorum voluerit tecum egredi. Vnde ei præcipitur, vt quantum ex ſe eſt, deſerat & ter-*
28. *ram, & conſanguineos, & paternam familiam.* Ex
Affectu parentes relinquendi, non tantum ſocietate. quibus docemur affectum magis circa parentes Deum Abrahamo inhibuiſſe, quàm ſocietatem, vt exinde quiſque intelligat quomodo ſi aſtrictus parentibus, vt veluti ſi pater cum filiis, ſi mulier cum viro, ſi filius cum patre, ab eis tamen
29. exire poterit, eiſque renuntiare, tollendo ſcili-
Nulli ſumma denegata eſt perfectio. cet ab eis affectum, propenſionem, ac nimium amorem, quo à Deo diſtrahitur, ſic inter illos viuendo, ac ſi ſine illis eſſet. Ex qua doctrina deducitur nulli ſummam eſſe denegatam perfectionem, ſiue laico, ſiue religioſo, ſiue coniu-
S. Thom. gato, ſiue ſoluto, vt excellenter Diuus Thomas quodlibet. 3. quæſt. 6. art. 17. in corpore. *Cuiuſcumque*, ait, *mens ſic eſt affecta interiùs, vt ſeipſum, & omnia ſua contemnat propter Deum. Iſte perfectus eſt, ſiue ſit Religioſus, ſiue ſæcularis, ſiue Clericus, ſiue laicus, etiam matrimonio iunctus. Abraham enim matrimonio iunctus erat, & diues, cui Dominus* dicit Geneſ. 17. *Ambula coram me, & eſto perfectus.* Ex quibus colligitur, nullum animum deſpondere debere, qui in ſæculo, qui negotiis ſæcularibus impeditus, qui mundum relinquere non poteſt: cùm etſi non in ſtatu perfectionis, ſublimem tamen attingere poteſt perfectionem. Sed pergo.

30. Iuſſit ergo Dominus Abrahamo, vt omnia re-
Cum Abrahamo quàm liberalis Deus. linqueret, vt ei obediens ſibi omnia ſua daret. At quid? nunquid hoc ob ſuum emolumentum? nil minus, niſi ob Abrahami fructum, vnde ſtatim ad eum. *Faciamque te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, eriſque benedictus.* Vnde rectè obſeruat Caietan. in Hebræo Caiet.
pro *egredere de terra tua*, ſtare, *vade tibi. Ad ſignificandum*, ait, *quod ad ipſius Abrahæ vtilitatem præcipitur egreſſus de terra ſua.* In quo loco adnotandum emolumentum: nam ſic ei omnia reddit, ſic eum felicem conſtituit, vt ſi quæras quid poſt hæc fuerit Abraham? tibi reſpondeam, quòd non felix, ſed ipſa felicitas in abſtracto, non diues, ſed ipſæ diuitiæ, non tantùm princeps, ſed ipſi principatus, vt ſic dicam. Hoc enim colligitur ex verbis illis, *& eris benedictus.*
nam, vt vult Caietan. iuxta Hebraicam verita- Idem.
tem legendum: *& ſis benedictio*, nomen abſtractum, quod adiungit, ait Caietan. poſt illa præclara, ſcilicet, *faciam te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum.* In quibus & principatum ei promiſit magnæ gentis, & multiplicationem bonorum, hoc eſt, facultatum, & gloriam nominis, & quia nec ſic magnitudinem mercedis explicuit, adiunxit, *& ſis benedictio. Tanquam nolens*, ait Caietan. *per ſingula propria ipſi Abrahæ bona diſcurrere, adiungit, & ſis benedictio: nam benedictio in abſtracto com-*
prehendit omnia benedictionum genera. Pende nunc 31.
quid emolumenti ſibi Deus reſeruauit ex egreſ- *Totum ad eius*
ſione Abrahami, quid ſui in illa exquiſiuit. Sanè *bonum.*
terrenum nihil, quia, vt ex Auguſt. dicebamus, ſic eſt Dominus, *vt ſeruo non indigeat.* At quia hic Domino: ideo totus ad eius profectum intendens, infinitum illi procurauit ex rerum abdicatione emolumentum, ſic totus eſt in benefaciendo creaturæ, ſic eius tantum reſpicit commodum. Vnde non ſic ſtatim ad eum leproſus, *Domine ſi vis*, ac ille, *volo, mundare*, & quia ipſius tantum bonum pertendebat, ſilentium ei indicit: *Vide nemini dixeris.*

Cùm autem introiſſet Capharnaum, Nvm. 5.
acceſſit ad eum Centurio, rogans eum, & dicens.

Senſus litteralis, & moralis.

C*Vm autem introiſſet.* Hilar. reputat hunc Cen- Hilar.
turionem fuiſſe Iudæum, ſed eius ſententia 1.
à nemine recipitur; clarèque deducitur ex Euan- *Centurio Ethnicus non Iudæus.*
gel. fuiſſe Ethnicum. Colligitur ex *Luca* 7. ex verbis illis Iudæorum, *diligit gentem noſtram.* Colligitur ex illis, quæ infià Chriſtus dicit, dum Iudæos ex fide Centurionis exprobrat: *filij autem regni eiicientur in tenebras exteriores.* & apud Lucam, *non inueni tantam fidem in Iſrael.* Vnde
vera ſententia eſt Auguſtin. *de verbis Domini*, Auguſt.
ſerm. 6. Chryſoſt. *hom.* 27. & communis, Ethni- Chryſoſt.
cum fuiſſe, & militem virtutibus præditum. *Ne* 2.
quiſquam putet, ait Salmeron, & bene, *vel vni-* *Ars militaris bona non damnanda.*
uerſos milites improbos eſſe, vel militarem artem eſſe damnandam.

Pari modo, vt certum etiam ſtabiliendum cum Idem.
Chryſoſt. *apud Ioan. hom.* 34. Leontio, Theophy- Leontius.
lact. & Euthym. hunc Centurionem non fuiſſe Theophyl.
illum Regulum, cuius filius apud *Ioan. cap.* 4. à Euthym.
Chriſto fuit ſanatus, vt aliqui volebant, & multis 3.
improbant iidem authores.

Tertiò pro certo tenendum cum omnibus an- *Vna & eadē eſt hæc hiſtoria cum ea quam narrat Lucas.*
tiquis, & modernis, eandem hanc eſſe hiſtoriam, ac eam, quam Lucas 7. ſcribit. Sic Aug. Chryſoſt. Auguſt.
omneſque moderni. nam, vt bene Ianſen. ſicut qui Chryſoſt.
diuerſum putarunt, moti ſunt ex diſſimilitudine, Ianſen.

quia

qoa eam refert Lucas, vt mox videbimus: ſic, qui eadem ex ſimilirudine moti, qui fieri poteſt, vt duo mitacula tam ſimilia eſſeot, vtrumque in Capharnaum, vtromqoe eodem tempore, vtrumque in ſeruo Centurionis, vtrumque in ſetoo paralytico, vtrumqoe tandem dixiſſe, *non ſum dignus*, quæ ratio vehementior. Quapropter iam de hoc non eſt ampliùs dubitandum.

4 *Quantum Euangeliſtæ diſcrdent in hac hiſtoria, & quomodo concordantur.*

Ar quomodo inter ſe concordandi ſint Matthæus, & Lucas, amplior eſt difficultas: nam Matthæus affirmat Ceututiooem per ſe acceſſiſſe; Lucas autem *primò* miſiſſe ſeoiotes Iudæorum. *Secundò* amicos; audieos eoim Dominum aduentare, poſtquam per ſeniores Iudæorum de ſanitare pueri eum requiſietat, miſir amicos, qui ei dicerent: *Domine, noli vexari, non enim ſum dignus, vt ſub tectum meum intres; propter quod & me ipſum non ſum dignus arbitratus, vt venirem ad te, ſed tantùm dic verbo.* & tandem affirmat Locas quòd *reuerſi, qui miſſi fuerant, inuenerunt ſeruum, qui languerat, ſanum.* Ex quibus clarè patet Centurionem per ſe non acceſſiſſe: at ſi Marthæum conſideres, nonminos clarè ex eo deducitur per ſe acceſſiſſe. oam *primò* clarè ait, *acceſſit ad eum Centurio.* *Secundò*, facit ipſummet *reſpondentem, Domine, non ſum dignus.* *Tertiò*, ex reſpootione Domini amplius hoc patet: nam ait Marrhæus, *& dixit Ieſus Centurioni, vade, & ſicut credidiſti fiat tibi.* qnæ omnia ptæſentiam ptopriam indicant ad has diſſenſiones concordandas.

August. Beda. Leontius. Ianſen. Abolenſ. Maldon.

Prima ſententia eſt Auguſt. lib. 1. de conſenſo Euangeliſt. *c.* 10. *& lib.* 33. *contra Fauſtum, c.* 7. *&* 8. Beda, Leontius, Ianſen. Abolenſ. Salmer. Maldon. per alios acceſſiſſe Centurionem oon per ſe, & Matth. dixiſſe pet ſe aceeſſiſſe, quia qoi per alium accedir, pet ſe acceſſiſſe videtur. nam, vt inquit

Ariſtot.

Philoſophus, *quæ per amicos facimus, per nos ipſos facere videmur.*

Chryſoſt. Theophyl. Euthym. Barrad. Paſch Rhat.

Secunda ſententia eſt Chryſoſt. *hom.* 27. Theophylacti, Euthymij, Barradæ, Paſchaſ. Rhatb. *Primò*, Centurionem miſiſſe ſeniores Iudæorum. *Secundò* amicos, vt vult Lucas. *Tertiò* videns qoòd Dominus omnino domum accedebat, ipſum per ſe adiiſſe. Quod ſi cauſam reqoiris, quate poſt ſeniores Iudæorum amieos miſetit, optimam reddit Chryſoſt. quia non ſolùm ſeoiotes Iudæorum Dominum ex parte Centorionis rogarunt, vt puerom ſanaret, ſed qoia ſuperbi, & iofideles, vt ad domum aceederet, quod non eis dixit: immo vult, vt volens Centutio per ſe accedere, illum ob adulatiooem retraxerunt, offerentes ſe ire. *Credibile enim eſt, vt cùm vellet abire Centurio, retraheretur à Iudæis blandientibus, quorum preces adulationibus plenæ ſunt.* Vnde non ſolùm petitionem expoſoerunt, ſed de ſuo addiderunt, vt iret. Quod reſciens fideliſſimus Centurio, ſtatim amicos miſit, qui illa dicerent, quæ Locas narrat, ſe bomilitet excuſans. Tandem, vt ait Theophylact. intelligens qoòd Dominus omnino domum accedebat; ſtatim ipſe per ſe accurrit eadem repetens, quæ per amicos.

5. *Authoris opinio.*

Hæc poſterior ſententia mihi ſineerior, & planior videtur, & eam libeotiſſimè amplector, quia nullam vim infert verbis Matthæi, neque vllum incommudum oarrationi Lucæ. nam cùm verba in proprio ſeoſo accipi poſſint, ſarius eſt ea litteraliter accipere, vt ſonant, quàm ad figuraras locutiones accedere. Et nec ſententia Auguſt. omnino eſt deſerenda quatenus primò verè non acceſſit per ſe, ſed per ſeniores Iudæorom, cùm per fidem verè plos acceſſit Centurio ad Ieſum, quàm ipſi ſeniores Iudæorum corporali præſentia. *Luc.* 8. *num.* 43. à turbis Dominus comprimebatur dum ad domum accedebat Iairi, ait Euangel. & tamen ſecretò accedens mulier fluxum ſanguinis patiens, ait Dominus, *Quis eſt qui me tetigit?* de qoa te admitarus Petrus, reſpoodit: *Præceptor, turba te comprimunt, & affligunt, & dicis: Quis me tetigit?* Cui, Dominos: *tetigit me aliquis. nam & ego noui virtutem de me exiiſſe.* Enrario, turbæ comprimebant potiùs, non tangebant, quia non ea fide, aç deuorione, ac hæc mulier ad Chriſtum accedebant; binc ſola hæc dicta eſt Chriſtum retigiſſe. Sic nunc & rectè ait Paſchaſ. Rhatbert. per fidem non tantùm ſeniotes Iudæotum, quàm ipſe ad Ieſom acceſſit.

6. *Fide plus acceditur ad Chriſtum quàm corporali præſentia.*

Idem.

7. *Centurio plus fide acceſſit ad Chriſtum quàm Iudæi præſentia.*

Vnde Origenes. *Acceſſit*, ait, *aliena generatione, ſed domeſticus corde, alienus natione, ſed alacri fide; princeps militum, ſed ſocius Angelorum.* Vnde bene & per fidem acceſſit in principio, dum per alios, vt vult Lucas, & poſtea per humilitatem per ſeipſum etiam acceſſit, vt vult Matth. ex qua doctrina habes, qui ſint qui verè ad Chriſtum accedunt in otatione, ac ſpiritualibus exercitiis, quique illum tangunt, & oon comprimunt. Illi namque qui fide, qui deuorione, qui affectu pio; non verò, qui corporali tantùm præſentia, ac infrunita froute peccatis onuſti orare eum præſumnnt. Ex quibus & concordiam habes Euangeliſtatum, & ſimul docomentum.

8. *Qui ſunt, qui Chriſtum tãgunt, qui eum comprimunt.*

Ianſen.

9. *Cur Matthæus poſt miraculum leproſi attexuit Centurionis miraculum, cum ſecundum fidem hiſtoriæ non fuit ſic.*

Satis ad rem obſeruat Ianſen. quàm aptè Matthæus poſt ſanitatem leptoſi immediatè ponit hoc miraculum Centurionis, etſi ſecundùm fidem hiſtoriæ, non ſic. nam myſtetium ſequens Matthæos ex Centurione adumbrauit Euangelicam gratiam, qoæ etſi prius Iudæis diſtributa, & ab aliqoibus eotum recepta; tamen molto cumulatiot, multoque cum fructu ampliori, quàm Iudæis erat Gentilibus diſtribueoda, cùm in multis, & præcipuè in fide leptoſum hic exceſſit Ethnicus Centutio, vt obſeruat idem ſic inquiens: *Ille enim ſibi ſanitatem quærebat. hic ſeruo, ille coram exiſtentem ſe credidit poſſe ſanare, hic etiam abſentis verbo hoc tribuit; ille ex animi ſubmiſſione in faciem procidens, hic adhuc ſubmiſſius egit, indignum ſeſe ducens, qui vel ipſum Dominum appellaret, aut ad ſe venire ſuſtineret.*

10. *Fides Gentilium ſupra fidem Iudæorum.*

Chryſoſt.

11. *Centurionis fides vnde, & quanta.*

At vnde tama fides in Chriſtum huic Centurioni, & ex quo motus ad ſanitatem puero, ſeu ſeruo petendam? Chryſoſt. affirmat fuiſſe motum ex miraculo leproſi, quod audierat. Sic hom. 22. in Imperf. *Centurio autem iſte*, ait, *primus fructus ex gentibus, ad cuius fidei comparationem Iudæorum fides infidelitas eſt inuenta, quæ neque Chriſtum audiuit docentem, neque leproſum cùm mundaretur aſpexit; ſed audita tantummodo ſanitate leproſi, plus credidit, quàm audiuit; erat enim in myſterio gentium futurarum.* In quibus Chryſoſtomi verbis illa notanda, plus ſcilicet Centurionem credidiſſe, quàm audiuit. Quid fuit illud plus? ſcilicet poſſe etiam abſentem ſanare. Quod ſi ad ſenſum myſticum, & ſpiritoalem hoc referre velis, illorum, illarumque hominum, ſiue mulierum ſpiritualium fides decoratur, qui, quæque ſic fideliſſimè de Chriſto, eiuſque amore ſentiunt, vt firmiter credant, etſi abſens, etſi veluti abſconſus, dum eum per ſpiritualem, & actualem ſenſum non experiuntur, atque in ſumma exiſtentes ſpiritus ariditate; tamen nil minus de eius amote, voluntate, ac

12. *Fides animarum ſpiritualium in ariditate ſpiritus quanta debet eſſe.*

13. propenſione coocipientes firmiter credunt non
Quid illis agendū vt ad ſe Chriſtum aduocent. ſolùm poſſe eos ſanare ſic abſeotem, ſed quòd
certiſſimè ſanabit, quæ ſi omnino ad ſe, & Chri-
ſtum aduocare, & conualeſcere velint, tria hæc,
quæ hic obſeruaoit Centurio, obſeruent, hu-
militatem nempe, fidem, & Sanctorum inter-
S.Thom. ceſſionem. nam, vt bene hîc ſanctus Thomas
14. myſticè hoc miraculum explicans, amicorum
Sanctorum interceſſio neceſſaria. miſſionem interpretatur ſignificare. *Quòd ali-
quando Dominus miſeretur aliquorum per propriam
deuotionem, aliquando per aliorum interceſſionem.*
Ex qua doctrina non ſolùm quod dicimus elu-
cet, ſed etiam contra hæreticos Sanctorum in-
terceſſio confirmatur, quamque illa cum Deo po-
tens; quod ex hoc loco patet dum ſecundùm Lu-
cam ad interceſſionem Iudæorum, &, vt aliqui vo-
lunt, Sacerdotum puerum Dominus ſanauit.

Abuleuſ. At quomodo ad tantam fidem peruenit? Abu-
15. lenſ. hîc *quaſt.* 28. affirmat, quia licèt Chriſto non
Cēturio quomodo ad tantam peruenit fidem. credebat, neque de eo fidem habebat; ta-
men Deo credebat, non idolis; & ſecundùm
legem viuebat naturalem, bene operans, noo
ſecus, ac Cornelius Centurio, de quo *in Actis
cap.* 10. vnde ait: *Sicut ergo ille Gentilis exiſtens per
fidem in vniuerſali, & bona opera meruit vt Deus
mitteret ſibi Angelum illuminatorem, & deinde Pe-
trum Doctorem: ita iſte Centurio, qui eodem modo
erat Gentilis, & Romanus, per fidem meruit ſibi
fidem nunc augeri: nam ita eſt de charitate*, vt dicit
Auguſt. Auguſt. *quòd charitas exiſtens, meretur augeri, &
aucta meretur perfici.* Hanc opinionem ſequitur
Salmer. eſtque bona opioio, & ad bona opera
perſuadenda ſatis optima: nam & verum quòd
ſæpe Deus ſua diſtribuit dona ex mera liberali-
tate, & prorſus indignis; attamen ex lege ordi-
naria non niſi ſuæ gratiæ cooperatoribus, & qui
ex illa dignos ſe conſtituunt, vt maiora, & di-
gniora accipiant, vt iſte Centurio. *Verè Centurio,*
Chryſolog. vt Petrus ait Chryſologus, *qui ſtipendia terrena
commercium cœli mutauit in fructum, & ſeruitutem
militia temporalis, in diuinam ſuſtulit dignitatem.*
ac per hoc ſummè commendandus, dum ſic vi-
uere in dignitate ſæculari calluit, vt perpetuam
illam faceret, eam cum æterna coniungendo.
S Ephrem. nam, vt bene Diuus Ephrem, in initio Prouer-
16. bior. *Beatus vir, qui in momentanea, ac tempo-
Principes & potentes quomodo æternā ſuam facere poteſtatem poſſunt. raria ſua poteſtate permanentem gloriam poſſidet.*
At quomodo quis permanentem gloriam in mo-
mentanea poteſtate poſſidere poteſt? Ex eo ſci-
licet, quod ſequens Sanctus ait: *nam qui ho-
die Rex, cras moritur: at qui facit voluntatem
Dei, manet in æternum.* Pulchrè. Si Rex tantùm
Rex, & præter regalem dignitatem nil amplius
boni poſſidet, cras moriendo euaneſcit, omnem
amittens poteſtatem, ac dignitatem; non ſic
quando Dei ſimul, vt iſte Centurio, facit vo-
luntatem. nam in poteſtate manebit in æternum.
Ex quibus documentum Principes, potentes,
Dynaſtes, ac diuites accipere poſſunt, vt ſi perpe-
tuò felices eſſe deſiderant, cum potentia fidem,
cum fide opera coniungant virtutis.

NVM. 6. Domine, puer meus iacet in domo pa-
ralyticus, & malè torquetur.

Senſus litteralis, & moralis.

DOmine, puer meus. Puer, hoc eſt, ſeruus. De quo
ſic Lucas cap. 7. num. 2. *Centurionis autem cu-
iuſdam ſeruus malè habens erat moriturus, qui illi
erat pretioſus.* Miram faciunt Sancti bonitatem hu-
ius Centurionis, dum ſic ardenter non filium,
ſed ſeruum diligebat. *Vide bonitatem Centurionis.*
ait Chryſoſt. in Imperfect. *qui pro ſalute ſerui ſic* Chryſoſt.
ſollicitè feſtinabat, quaſi non damnum pecuniæ, ſed 1.
ſalutis paſſurus in morte illius; nullam enim differen- *Serui benigniſſimè à dominis tractandi.*
*tiam æſtimabat inter ſeruum, & dominum, quia etſi
dignitas in hoc ſæculo diuerſa eſt inter illos; vna ta-
men eſt illis natura.* Egregiè, & ſumma ratio,
quare benignè domini ſeruos tractare debent,
recolentes, quòd ſi dignitas diuerſa, natura ta-
men vna: nam, vt ait Ianſen. *bonorum dominorum* Ianſen.
*eſt, vt cognoſcentes ſe Dominum habere in cœlis, ſum-
ma æquitate, & humanitate ſuos ſeruos pertractent.*
de qua re tractat Paulus *ad Epheſ. 6. num. 5. &
ad Coloſſenſ. 4. num. 1.* Vnde Sapiens Eccleſ. 33.
num. 31. *Si eſt tibi ſeruus fidelis, ſit tibi quaſi anima
tua, quaſi fratrem eum tracta*, & cap. 7. num. 23.
ſeruus ſenſatus ſit tibi dilectus, quaſi anima tua Vnde
Auguſt. *de ciuitate, cap.* 19. & 14. affirmat bonum
ſeruum, non eſſe ſeruum, ſed amicum, vt talem
equidem hic ſuum æſtimabat ſeruum. Vnde bene
aduertit Raban. non perfunctoriè infirmitatem Raban.
narraſſe, ſed cum dolore. *Omnia iſta cum dolore,* 2.
ait, *narrans, & iacentem, & paralyticum, & malè* *Seruus bonus, amicus bonus.*
*detentum: ideo vt anima ſua anguſtias demonſtraret,
& Dominum commoueret. Sic debent omnes condo-
lere ſeruis, & eorum curam habere.* Ad pudorem hæc
Chriſtianorum, qui ſic parum de ſeruis curant, 3.
ac ſi non eſſent homines, ſtatim è domo aman- *Indignū eſt ob infirmitatem eos è domo amandare.*
dantes, ſi infirmantur. *Puer meus iacet in domo,*
ait hic Centurio. Vbi Hugo, *contra illos, qui ſta-
tim famulos ægros eijciunt, & ad hoſpitale mittunt.*
Immo ſi domi eos retinent, quod pudet dicere, Hugo.
dedignantur eos inuiſere, ſi malè habent, dum 4.
non dedignantur millies ad ſtabulum accedere, *In infirmitate eos non inuiſere.*
ſi equus ægrotet. In quos meritò inuehit D. Al-
dredus lib. 3. ſpecul. cap. 26. *Vt iſti habeant currentes* Aldred.
canes, ait, *aues volantes, equos ſpumantes, nudan-
tur Domine Ieſu latera tua, ridentur verbera tua,
effunduntur viſcera tua.* de qua re vide Ambroſ. *de* Ambroſ.
Nabuth, cap. 13. at non ſic hic bonus Centurio; 5.
ſic pro ſeruo infirmo dolebat, ac ſi ipſe eſſet in- *Domini cur ſeruorum infirmorum obliuiſcuntur.*
firmus, ſic pro eo æſtuabat, ac ſi moriens omni-
bus orbaretur ſeruis. Immo etſi aliis abundabat,
ipſi omnia exhibentibus ſeruitia; ob quod do-
mini ſeruorum obliuiſcuntur infirmorum, non
ob impedimenta obliuiſcebatur. quod notauit
Baſil. Seleucienſ. *orat.* 19. ſic fatus. *Non ſerui con-* Baſil.Seleuc.
*tempſit afflictionem herili faſtu turgens, neque præ vo-
luptate, quam ex numeroſo ſatellitio capiebat, pueri
immobilis oblitus eſt, verùm ibibat, inueſtigans pe-
riculo remedium.* Egregiè. Seruorum infirmorum
ideo domini obliuiſcuntur, quia damnum ſer-
uitij non percipiunt ex aliorum famulatu. Ex quo
in ſeruis ſeipſos amare inueniuntur, non illos; hinc
parum, aut nihil de eis curant dum infirmantur,
aut moriuntur. non ſic iſte dominus ſeruum di-
ligebat, non tantum propter ſe, quantum propter
illum, ex eius bonitate motus, vnde *erat illi pretio-
ſus.* Hinc etſi defectum obſequij, non perſentiebat
ex aliorum famulitio; tamen ex eius charitate,
inueſtigabat periculo remedium, quia, vt optimè
Hugo Cardinal. ponderans ly *puer meus*, infirmi-
tatem ſerui ſuam æſtimabat. *Domine*, dixit Centu-
rio, *puer meus iacet. Ecce compaſſio*, ait Hugo, *quaſi
dicat, morbus eſt meus.*

Ex hac doctrina, ſi eam ad mores adaptare velis,
& dictum Seleucienſis expendere, conſiderando
hooc

[illegible] eum in oculis ſui domini fuiſſe pretio[illegible], & proinde tantam illi ingeſſiſſe curam, dolorem, ſenſum, etſi multis alijs abundabat. Ex [illegible]la hauries quantum dolorem, quantam ſollici-
6 tudinem patiatur Chriſtus, quando vna ex eius ſelecta anima [illegible], ac infirmatur, captiuaque redditur ſub peccato. Sic equidem, vt ad inſtar huius Centurionis, quaſi aliorum ſeruorum famulatu non delectetur, ac ſolum ſe æſtimet, tali orbatus anima ſic prædilecta. *Geneſ.* 37. *num.* 35. ait Scriptura quòd *congregatis cunctis liberis Iacob, vt linirent dolorem eius*, de amiſſione ſcilicet Ioſeph, *noluit conſolationem accipere*, ſed ait *Deſcendam ad filium meum lugens in infernum.* In Hebræo eſt, *congregati ſunt omnes filij, & filiæ.* Vnde filiæ, cùm non niſi vna erat, ſcilicet Dina? Auguſtinus *in quæſt. ſuper Geneſ.* affirmat ſub nomine filij & filiæ venire etiam nepotes, & neptes. *an filios, & filias dicit connumeratis nepotibus, & neptibus.* Omnes equidem perſonæ amabiles, & quæ tenerrimè diliguntur ab auis; & tamen cum hoc, nullam voluit recipere conſolationem. Vnde hoc? mea ſententia, ex illis verbis, quæ infrà *cap.* 43. *num.* 35. filiis dixit, dum ex Ægypto reuertentes ei narrarunt Simonem in vinculis remanſiſſe, quibus Iacob, *abſque liberis me eſſe feciſtis.* Quomodo abſque liberis, cùm [illegible] fi[illegible], tanti nepotes, tantæque neptes? [illegible], quia vnus Ioſeph præ cunctis ab ipſo diligebatur, hinc hoc ſolo amiſſo, cæteris orbatum ſe dicebat. *Loquitur Sanctus*, ait Lippomanus in Caten. *eorum more, qui res ſuas quam maximè diligunt, puta filios, & pecuniam, quorum cum partem amiſerint, ita conqueruntur, ac dolent, quaſi totum perdidiſſent.* Sic equidem Chriſtus Domi-
8 nus noſter, quando vnam ex ſelectis, ac ſpiritualibus perdit animabus, ſic dolet, ſic ſentit, vt ad huius Centurionis inſtar quaſi ex aliorum non perſentit lætitiam ſeruorum famulatu. Hinc, quia ſic pretioſi in oculis Chriſti ſumus, ac iſte famulus in ſui domini; ne viles nos æſtimemus, ac pro vilibus nos vendamus, cùm ſciendum iuxta Domini de nobis pretioſitatem rationem ei nos eſſe reddituros. Audi Euſebium Emiſſen. hom. 1. de Symbolo. *Ille pro commiſſa nobis ſalute rationem exacturus eſt, qui pro noſtra redemptione damnatus eſt, qui tantum contulit, ſcit quantum repoſcat; noui quanti conſtiterit homo ſuus; non ergo nobis viles ſimus, qui tam pretioſi Deo fuimus, nihil ille a nobis abiectum, nil mediocre ſuſcepit; vult conſentire cum generoſitate pretij dignitatem redempti, tale conuerſationis noſtræ expectet meritum, quod ſanguinis ſui poſſit valere commercium.* Egregiè. In qua authoritate illa ponderanda, *qui tantum contulit, ſcit quantum repoſcat.*
9 Miſeri nos, ſi in iudicio nobiſcum Chriſtus contendens repenſionem requirat gratiarum iuxta exigentiam collati beneficij. Mitto nunc peccata, ac ſcelera, ſolùm ingratitudinem beneficij conſidero, ſi quantum contulit, tantùm repoſcat, quis ſuſtinebit? & tamen verum aliquos exiſt[illegible]e Chriſtianos ſic tanti oblitos beneficij, vt vix Dominum eſſe paſſum ſemel reminiſcantur
10 in anno.

At eſto quòd fidem habuiſſet poſſe Chriſtum [illegible]uum ſeruum ſanare. Vnde illi tanta fiducia, [illegible]ro ſeruo oret, credatque etiam ſeruo Chri[illegible] ſanitatem daturum, ac miracula operatu[illegible]; ſi enim pro filio rogaſſet, non ſic mirum: at [illegible] ſeruo A[illegible]em ſatis idem Emiſſ[illegible]nus [illegible]uia Deum eum reputabat, non hominem ſolum. *Strenuus, ait, in bellis erat iſte Centurio, & militibus Romanis præfectus, quia vero ſpecialis ſeruiens eius domi languens iacebat, conſiderans quales Saluator erga cæteros virtutes agebat, ſanando languidos, & iudicans quod non ſecundum vires humanas hæc agebantur miracula, mittit ad eum, vt ad Deum non habito reſpectu ad apparens organum quo cum hominibus conuerſabatur.* Digna equidem de Deo æſtimatio, ac, vt ſic dicam, proinde magna huius Centurionis fides: nam ſi Chriſtum Deum crediſſet[illegible], & ſimul quòd ſeruum dedignaſſet, quia ſeruus, & Deum eum confeſſus eſſet, & ſimul Deum eſſe negaſſet; ſic Deo iuncta eſt miſericordia, ſic ab illo extranea eſt omnis perſonarum acceptio. Ex quo [illegible] infertur [illegible] domi[illegible] eſſe, ac deitatis [illegible] magnifa[illegible] po[illegible] p[illegible] be-cilles

11 Sed ponderan[illegible] ſapientia ac [illegible]pio in Chriſtu[illegible] us [illegible] [illegible], dum talem de Chriſto æſtimationem habuit, [illegible] crediderit ſufficientem [illegible] eſſe illi ſeruum repræſentare infirmitatem abſque eo, vt pro ſanitate rogaret, vnde tantum ait; *iacet in domo paralyticus, & male torquetur*, quòd leproſus, hoc, vt
12 ſuprà dicebamus, qui Iudæus, non mirum [illegible] quòd Gentilis, hoc magnum. ne mireris [illegible]; cùm enim fides huius Centurionis eſſet ex dono Spiritus ſancti, & Dei infuſa gratia, non mirum quòd tanto Doctore ſic ſapiens in inſtanti euaderet diſcipulus. *Fidem autem Centurionis vide*, ait Chryſoſtomus in Imperfec[illegible] *non dixit, veni, & ſalua eum, quia ille in omni loco erat præſens; ſapientiam autem, quia non dixit hic conſtitutus, ſalua eum, ſciebat enim, quia potens eſt ad faciendum, ſapiens ad intelligendum, miſericors ad exaudiendum, ideo infirmitatem tantum expoſuit, remedium autem ſanitatis in poteſtate miſericordiæ eius remiſit.* Vide ad quantam eum
13 euexit in inſtanti Spiritus ſanctus perfectionem, vt etſi Ethnicus in momento cum perfectiſſimis tum in fide, tum in virtute reſignationis comparari poſſet. Ex quo duo excellentia habere potes documenta. *Primum*, ſcito differentiam operandi ex habitibus tantùm ſupernaturalibus infuſis, quando gratia adiuti modo humano cum illis operamur, ac quando ſimul ex donis Spiritus ſancti, dum potius patimur, quàm agimus. nam in primo modo ordinariè, non ſic efficaciter, fortiter, ſtrenuè, quia etſi ſupernaturaliter, tamen modo humano operamur: at quando ex donis, & virtute Spiritus ſancti dulciter, etſi etiam operantibus impellimur, & tunc in inſtanti reponimur vbi vix per annos per habitus tantùm reponeremur infuſos, fidei nempe, ſpei, & charitatis.
14 Ex quo *ſecundum* elicies documentum, non mirandum, ſi ſæpe in principio conuerſionis, quando adhuc animæ non purgatæ, quando paſſiones adhuc non deuictæ, quando virtutes non euellæ, & non purgati animi aliquas videas, orationem ſublimem infuſam tenere, contemplationem, ac cum Deo vnionem, & aliquando eſſe ſum[illegible] [illegible]; non inquam, neque illuſas ſtatim dic[illegible] [illegible] eſt, & gratia gratis data Spiritus ſa[illegible] quæ ſua benignitate quo[illegible] vult in inſtanti reponit vbi alij poſt multos reponuntur annos [illegible] *ex gratia gratis data.* nam, vt bene Thomas à Ieſu Carmelita diſcalceatus de oratione infuſa *lib.* 1. *cap.* [illegible]

Margin notes: August. — Emiſſen. — Chryſ.

15. alio modo Spiritus operatur per donorum habitus, alio per gratiam gratis datam. nam hoc ſecundo modo; *Deus, ait, non impertitur medio habitu, ſed immediate ſolum per modum actus tranſeuntis.* quod dixerim. nam ioca ſum cum eodem ſententia, per habitos donorum tantùm in animabus perfectis orationem operari Spiritum ſanctum infuſam, quatenus illam non tranſeunter, ſed permanenter poſſident, ac firmiter ad modum habitus. At in animabus adhuc imperfectis per auxilium gratiæ gratis datæ per modum tranſeuntis, quod illis præſtatur, non ob meritum virtutis adeptæ, ſicut in perfectis, ſed adipiſcendæ, ordinariè loquendo, cùm aliàs nil Deo impoſſibile, vt ſcilicet non poſſit in inſtanti ad ſummam euehere hominem perfectionem, vt Paulum euexit, & ſuo modo hunc Centurionem.

Modus diuerſus operandi ſpiritus ſancti in animabus perfectis ac in incipientibus.

NVM. 7. Et ait illi Ieſus: Ego veniam, & curabo eum.

NVM. 8. Et reſpondens Centurio, ait: Domine, non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum, ſed tantùm dic verbo, & ſanabitur puer meus.

NVM. 9. Nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites, & dico huic: Vade, & vadit; & al[i]j, Veni, & venit; & ſeruo meo, Fac hoc, & facit.

Senſus litteralis, & moralis.

§ Lucas.

EGo veniam: Totum hoc ſic habet Lucas. *Et cùm audiſſet de Ieſu, miſit ad eum ſeniores Iudæorum, rogans eum, vt veniret, & ſaluaret ſeruum eius: at illi cùm veniſſent ad Ieſum, rogabant eum ſollicitè, dicentes, quia dignus eſt, vt hoc illi præſtes, diligit enim gentem noſtram, & ſynagogam ipſe ædificauit nobis; Ieſus autem ibat cum illis. Et cùm iam non longè eſſet à domo, miſit ad eum Centurio amicos, dicens: Domine noli vexare; non enim ſum dignus, vt ſub tectum meum intres, propter quod & meipſum non ſum dignum arbitratus, vt venirem ad te, ſed dic verbo, &c.*

Y. Si attentè diſſonantiam inter Matthæum, & Lucam conſideres, & quomodo concordantur à noſtris Doctoribus, vt ſupra vidimus, certè, vt bene Ianſen. obſeruabis admirabilem Spiritus ſancti dirigentis Euangeliſtas in ſcribendo diſpenſationem. nam, vt bene ipſe, *cùm enim pro maiori confirmatione miraculum hoc à diuerſis conſcribi conueniebat: ita tamen à diuerſis conſcribitur, vt vnus alterum explicet.* nunquam enim heroicam huius Centurionis humilitatem ſciremus; nunquam heroicam fidem, ac in Chriſto reuerentiam, ſi eodem modo Lucas hoc miraculum ſcriberet, ac Matthæus. nam ex Matthæo non ſciremus, ſic illum Chriſtum reſpectaſſe, vt ideo ſeniores miſerit, quia indignum ſe reputabat eius præſentia; ideo poſt ſeniores Iudæorum amicos, quia audiuit Chriſtum aduentare, vt ex ſumma humilitate eum retineret. tandem ſic ſtabilis, ac firmus in illa, vt perſpiciens omnino Chriſtum ex ſ[illegible] benignitate aduentare, ipſe exiliens, & ad pedes eius corruens, ſimilia dixerit, quæ amici, vt narrat Matthæus. Quomodo ergo, niſi aliter, & diuerſo modo miraculum ſcripſiſſet Lucas, ea pandens, quæ breuitatis gratia dimiſit Matthæus. [illegible] ſciremus documenta, [illegible] quam [illegible] ac ſtolidè decipiantur per [illegible] nus, eiuſque ſequaces in d[illegible] ſtatum, ſcandal[illegible] patientes: cum potius [illegible] admiratione in diuinæ ſapientiæ haur[ire] [illegible] rent; ſed ad noſtra.

Euangeliſtarum diſcordia ſiue diſſonantia quàm prædita diuina prouidentia & vtilitate.

Ianſen.

Mira equidem. *primò* conſiderandum in [illegible] facto humanitas, ac benignitas Saluatoris noſtri, qui ſciens fallaciam, ac mendacium ſeniorum Iudæorum, quatenus ex parte Centurionis illi dixerunt, vt ad domum eius accederet, cùm eſſet falſum. *Secundò*, eorum arrogantiam, quatenus, vt bene obſeruat Ianſen. [illegible] volunt, vt ſanitatem conferat ob beneficia illis præſtita, & non quia Deum timebat. *Tertiò*, eorum ſuperbiam: nam eum dignum æſtimabat beneficio illis præſtito, quaſi, ſi non præſtitiſſet, malum faceret. & tamen cùm hæc omnia Chriſtus Dominus noſter ſciret, cum eis ibat, dicens: *Ego vadam*; qualis ſimilis huius benignitas, ac manſuetudo? Vnde hoc attendens Ianſen ſic ait: *Etſi Ethnicus eſſet cuius negotium agebatur, & pro humili ſeruo rogaretur, & eſſent legati, non ſatis apti oratores; tamen [illegible] non tantùm ſanitatem exorari paſſus eſt; ſed & ſinniſere Ethnici ſeruulum [illegible] iuque ſint mora.* At quare hoc Dominus [illegible] Sanè reſpondet idem, *quia Centurio ſe putabat præſentia indignum.* Ergo ſic potens, cùm [illegible] humilitas, ac vilis ſui cognitio, vt ei [illegible] oratores, ac immeritis, eum ad [illegible]andum, a[c mi]racula operandum impelleret, verè enim ad [im]petrandum, etiam impoſſibilia, ſummum, ſic dicam, vnicum medium, eſt humilitas in oratione.

Enimverò *Geneſ.* 18. *num.* 26. cùm pro Sodomis Abraham rogaſſet, de Deo conqueſtus quaſi bonos cum malis eſſet percuſſurus, ſic Dominus ad eum. *Si inuenero Sodomis quinquaginta iuſtos in medio ciuitatis, dimittam omni loco propter eos* dixerat enim Abraham: *ſi fuerint quinquaginta iuſti in ciuitate, peribunt ſimul?* Cui Dominus non ſolùm non peribunt ſimul, ſed propter quinquaginta iuſtos, parcam ciuitati, i[mm]ò, vt volunt expoſitores Caietan. & alij, & omnibus quinque ciuitatibus. In quo [infi]nita Sanctorum dignitas elucet. Vnde non ſolùm querelæ Abrahami ſatisfecit, reputans iuſtam cum impijs Deum percuſſurum; ſed quia Deus volens oſtendere quantum iuſtos faceret, pro quinquaginta iuſtis, promittit infinitis quodammodo [illegible] ſceleſtibus. Quo ab Abrahamo audito, miſericordiam infinitam admirans, vl[terius] ad rogandum procedens, vt numerum quinquaginta diminueret, ſic ſequitur. *Quia ſemel cœpi, loquar ad Dominum meum, cùm ſim puluis, & cinis: quid ſi minus quinquaginta iuſtis quinque fuerint?* [illegible]endo qu[illegible] cùm hoc orare vellet, humilitate priùs, ac [illegible] recognitione ſe muniuit, non ſic ante quam ſi quinquaginta eſſent, rogauit pro a[illegible] Sodomorum. Cur hoc? Sanè, mea ſententia quia [illegible] quaſi [im]poſſibilem reputabat, vt omnibus dimitteretur, ſi in tanto numero [illegible] minus quàm quinquaginta rep[illegible] tur [illegible] H[illegible] vt eam obt[in]eret, & [illegible] præmuniunt, dignè reputans per illam etiam poſſi[bilia] ſe impetrare p[oſſ]e. Ad [illegible] re[illegible] *Poſtquam ſublimitatem promiſſionis temp[illegible] ſue ieſtione humilitatis de præcedenti proruen[illegible] in numero quinque eximit.* Vt videas quam [illegible]

[illegible] fan[illegible] H[illegible] [illegible]

[illegible] humilitas, quantumque hui[illegible] valeret [illegible] um e[illegible] oratores indigni, tamen ex [illegible] mouebatur ad non ſolum pue[illegible] [illegible] ad domum accedendi. Cuius [illegible] atem pe[illegible] pendens Ianſen. [illegible] eam [illegible] ontrarii Iudæorum æſti[illegible] [illegible] reputabant dignum mi[illegible] [illegible] erga [illegible] & beneficio. *Di*[illegible] *pr*[illegible] *tes, diligit gentem noſtram, &* [illegible] *agam.* At ipſe etſi hæc omnia [illegible] ordatus, & pro nihilo du[illegible] [illegible] gnum ſe æſtimabat, vt ad [illegible] accederet domum, ſed ipſe ad [illegible] tiam: *propter quod & meipſum non dignum arbitratus, vt venirem ad te.* En qualis [illegible] *Quod conſideratum*, ait Ianſen. *magis* [illegible] *dam facit eius humilitatem, vt qui poſt tam magna beneficia populo Iudæico collata, adhuc putauit* [illegible] *ſe* [illegible] *Domini.* Ex quo loco hau[illegible] [illegible] & heroica humilitas; illa ſci[illegible] [illegible] ſic de ſe ſentit humiliter, dimiſſe, ac [illegible], vt in veritate ſui eſſe ſemper ex ſtens, [illegible] magna operetur, quaſi ſi nihil operaretur, [illegible] ex illis non extollitur, nec ſibi attri[illegible] [illegible] illorum reminiſcitur, indignum qui[illegible] [illegible] ſemper æ[illegible] ans omni dignatione di[illegible]. Quæ humilitas ideo profunda, firma, & [illegible] ſemper conſtit, quia non tantùm pro[illegible] [illegible] ſui, quantum ex cognitione [illegible] in qua firmiter fundata, dum [illegible] ſemper conſiderat celſitudinem, [illegible] & ſuam dimiſſionem. Hinc ad mo[illegible] [illegible] Sanctorum in cœlis, hac perma[illegible] [illegible], ſiue Dei infuſa cognitione, [illegible] non ſuperbit, ſed in eo ſtatu deuenit [illegible], vt nec ſuperbire moraliter [illegible] hac vita, tali Dei permanente gra[illegible] [illegible] dem fuit humilitas Apoſtolorum, ac [illegible] mium Sanctorum, ſemper in ſua [illegible] ione permanentium, magna, ac prope[illegible] [illegible] op rantium. O felix, & beatus, [illegible] eus [illegible], ac tantam dignatus eſt tribuere [illegible], plus faciendam, quam reliqua diuina [illegible]. Sint cætera diuina altiſſima, cuiuſ[illegible] [illegible] ea volet, orent, contemplentur, ad cœ[illegible] [illegible] aſcendant, miracula operentur, mun[illegible] [illegible] nihil horum inuideo, hanc ſo[illegible] [illegible] a cætera æſtimo, ac in Sanctis admi[illegible] [illegible] tem hanc, præ cæteris meo ſenſu am[illegible] [illegible] ac pro ea cætera danda. Sed de hoc [illegible]

[illegible] hunc locum excellenter expungit [illegible] ſic dicens, ponderans ly *ego veniam.* [illegible] *autem*, ait, *magna confuſio medicorum, quia* [illegible] *medicus deſcendit ad pauperem ſeruum, non* [illegible] *de pecuniæ quantitate, noſtri autem medici* [illegible] *pauperes, niſi prætaxato pretio deſcendunt, & ad* [illegible] *non requiſiti ſe offerunt.* Vnde Chryſoſt. *Omnes medici pecuniis, iſte ſolus oratione placatur.* & [illegible], *ad filium Reguli venire noluit Dominus,* [illegible] 4. *ne videretur diuitias honorare, & ſeruilem* [illegible] *nem ſpernere.* Si ad hæc tempora oculos [illegible], auaritiam, ac propemodum medicorum [illegible] det[illegible] quota ſit Hugonis ve[illegible] [illegible] ges. A[illegible] ſatisfaciendos iam nec [illegible] ſup[illegible] etunt di[illegible] p opè ad trigin[illegible] [illegible] diale[illegible] exte[illegible] dant. [illegible] cto vix attendunt, quatuor [illegible] fugiunt, vnum abhorrent. [illegible], & ct[illegible] eles quaſi de eo [illegible] ad [illegible] los. Quid ergo mirum ſi tanta eorum eſt auaritia quod *Luc. cap.* 8. *num.* 4. de hæmorrhoiſſa dicat, *quòd in medicos erogauerat omnem ſubſtantiam ſuam?*

12. At ciit Dominus non vocatus, vt affirmat Matthæus, ſic ſponte ſe obtulit ad domum ire, & puerum ſanare. Chryſoſt. *Vt quanta ſit Centurionis fides perdiſcamus; niſi enim ita feciſſet, ſed illico puerum ſanaſſet, ſincera, feruenſque Centurionis fides ignorata nobis fuiſſet.* Auctor Imperf. duas aſſignans cauſas, ſic ait: *primum quidem, vt excitaret fidem Centurionis; niſi enim Chriſtus dixiſſet, veniam, & ſanabo eum, nunquam Centurio reſponderet, non ſum dignus. Deinde quoniam petitio Centurionis erat pro ſeruo, ideo ire propo*[illegible]*it, vt nos doceret non magnos colere, & modicos contemnere, ſed pauperes, & diuites ſimiliter honorare.* In hac Imperf. Auct. authoritate illud adnoto, humanitatem, vt ſic dicam, Chriſti cauſam Centurioni extitiſſe ſummæ humilitatis. 13. Quanta hæc ſit veritas animæ experiuntur ſelectæ, quæ in tract[illegible] Dei familiari, in amica Chriſti conuerſione [illegible] eius maieſtate, altitudine, & celſitu[illegible]ine humiliantur, quantum ex eius vrbanitate, familiaritate, ac cu[illegible] eis, vt ſic dicam, æqualitate; non enim ex illa tantum ſe humiliant, ſed in humilitate profundantur. & neſcio quid immenſi oneris in ſe illa ſumma obtinet maieſtas, q[illegible]ndo ad familiarem, &, vt ſic dicam, conub[illegible]ialem cum animabus tractu[illegible] deſcēdi[illegible], vt ex eius familiaritate ſic in ſui anni[illegible]lation[illegible]is abyſſo demergantur humiliter, ac ſerenè, vt pęnè non ſint, & ante illam ſummam, ac indicibilem euaneſcant affabilitatem. 14. Ex quo differentia maieſtatis Chriſti, ac cæterorum Regum elucet. nam in iſtis familiaritas contemptum pa[illegible]rit, in Chriſto autem, quia eſſentialis Rex æſti[illegible]mationem, reuerentiam, filialem timorem, humilem fiduciam, altiſſimum de eius ſublimitate conceptum.

15. Enimuero, ſi Scripturam legas, qualis amplior familiaritas excogitari poteſt, quàm illa Dei cum Abrahamo. Ad domum eius familiariter accedit, conuiuium acceptat, tanta familiaritate cum eo conuerſatur, vt veluti cum amico, & intimè familiari loquatur, dicens: *num celare potero Abraham, quæ geſturus ſum,* Geneſ. 18. num. 18. & tamen cùm hoc eſſet, hæc tanta Dei familiaritas, ac vrbanitas non ſolùm in ſuperbiam eum non euexit; 16. quinimmo ad ſummam eum deiecit humilitatem, ſe puluerem, & cinerem dicens: *Loquar ad Dominum meum cùm ſim puluis, & cinis.* Quod ponderans Gregor. moral. 18. cap. 23. *nuſquam legitur*, ait, *quòd Abraham cinerem, & puluerem ſe profeſſus eſt, niſi cum habere Dei meruit collocutionem.* Experimentaliter, & vt magnus Magiſter. At quomodo hoc intelligendum, cùm multoties Deus prius cum Abrahamo locutus? Equidem illi al[illegible]cutus, quando ei præcepit, vt de terra egrederetur *Gen.* 12. *n.* 1. ei al[illegible]cutus, quando ei dixit: *Semini tuo dabo terram hanc*, ibi *num.* 7. ei allocu[illegible], q[illegible]ando d[illegible] Loth, [illegible]tam ei promiſit terram Chanaan *Gen.* 13. *num.* 15. ei allocutus, quando omnem tim[illegible] abſtulit *ibi* 15. *num.* 1. & filium pr[illegible], fœdu[illegible]ſque cum eo [illegible]. Quomodo ergo Gregor. affi[illegible]mat tunc Abr[illegible] ſe cinerem agnouiſſe, qua[illegible] cum Dom[illegible] collocutum? A[illegible] ad verbum *collocutum*, & ration[illegible] Sancti intellig[illegible]. Prius Dominus cum Abrahamo ſæpe allocutus fuit, at nunquam *collocutus*, h[illegible] eſt, tanta vrbanitate, familiaritate, amicitia, ac veluti æqualitate, ſic vt

Cur Dominus non vocatus ire voluit ad domũ Centurionis. Chryſoſt. Imp.

Cur illi humanitas ſummam in animabus cauſat humilitatem.

In quo inter cætera maieſtas Chriſti differt à cæterorum Regum maieſtate.

Eius amicitia non contemptum, ſed humilitatem parit.

Abraham quando amplius humilis.

S. Gregor.

etiam Abraham cum ipſo colloqueretur. Hinc, quia ſic Deus cum illo, etſi antea humilis, quando non cum tanta familiaritate poſt illam, non ſolum homo humilis, ſed cinis, ſed puluis ex ipſa Dei familiaritate amplius humiliatus.

17. *Vera reuelationis ſignum humilitas ſumma.*

Quod eſt verum,& vnicum ſignum,ac propemodum infallibile veræ reuelationis, veræ apparitionis,ac interioris veræ allocutionis, cùm quando falſa,& apparentis Angeli, ſed intrinſecè dæmonis potius anima extollitur, cuaneſcit, ac leuior facta in ſuperbiam erigitur. Non ſic quando vera, & Dei eſt viſitatio: vnde non mirum, ſi ex tanta Dei,& Chriſti vibanitate,tantam Centurio eliciat humilitatem.

At licèt boni omnes ſint ſeuſus, vide ne etiam ſit in cauſa audiſſe Chriſtum ſeruum infirmum ſtare, & malè torqueri, *iacet in domo paralyticus, & malè torquetur.* Quid per paralyticum, niſi hominem tribulatum,afflictum,doloribus plenum?

18. *Chriſtus pro peſſimis ad tribulatos magnus que pe catore.* *Hilar.*

Quid ergo mirum,ſi non inuitatus ſe inuitat ad eum viſendum, cùm eius oculi, viſcera, propenſio, & voluntas in tribulatos, & afflictos? Hilar. per hunc paralyticum, deperditos, ac deploratos intelligit peccatores. *Iacentes in ſeculo, & peccatorum morbis ſpiritualiter gentes, per hunc paralyticum aſtimanda ſunt.* Quid cùm ſit,quid mirum, ſi ad eum accedere vult, cùm etſi ad ſaluandos peccatores ipſe venerit, præcipuè ad magnos, & deperditos. Iſaias 49.num. 8. *Dedi te,* Chriſto Pater dicit, *in fœdus populi, vt ſuſcitares terram, & poſſideres hæreditates diſſipatas.* Huc pendo, Patrem ſanctiſſimum non poſuiſſe Chriſtum, vt hæreditates poſſideret cultas, ſed diſſipatas, ergo quo amplius diſſipatæ, eo amplius ius ad illas, eo amplius eius oculi ad illas; hinc talium hæreditatum,ſeu deperditorum hominum viſio non tormentum illi ingerit, ſed elementiam, vt pulchrè dixit Baſil. Seleucien. *oratione 11.* introducens Deum ad Eliam loquentem dum in turbine ad cœlum eleuabatur. *Tibi peccantes, ait, cernere graue ſpectaculum; mihi vero, qui ſum Dominus, lex de humanitate præſcripta eſt, meipſum debitorem clementiæ conſtitui. Tu ergo iube diuerſorium à peccato liberum, carne veſtitum cum Angelis conuerſari. Ego vero ad homines per Incarnationem veniam, ego in eorum ſalutem curram.* Pulchrè. Si tantum homo eſſet Dominus noſter, non ſic accurreret, non inuitatus non ſe offerret: at quia homo Deus ſumma peccatoris miſeria, ſumma apud illum eſt vox, vt accurrat; hinc audiens quòd iacebat, quòd malè torquebatur, illico ait: *Ego veniam.*

19. *Homines perditi ſunt ad iudicium, ſed ad clementiã Chriſti pre miuet.*

Baſil. Seleuc.

Domine, non ſum dignus. Omnes Sancti humilitatem huius Centurionis in hoc loco mirè extollunt. Vnde Hieronym. *Sicut commendamus in Centurione eius fidem, quia credidit poſſe à Saluatore paralyticum ſanare; ita patet humilitas in hoc quòd ſe iudicauit indignum, cuius tectum Dominus intraret.*

Hieron.

20. *Cõiunxons ex qu[illegible] militas.* *Lyra.* *Raban.* *Seuer.*

At ex quo ei tanta humilitas? & cur hæc Chriſto verba dixit? Lyra, quia Iudæis abominabile erat in domos ingredi Gentilium. *& fortè,* ait, *quia Centurio Idola domi habebat. ideo ab ingreſſu Chriſtum repellebat.* Rabanus, quia ſe Gentilem videbat. *Propter conſcientiam,* ait, *vita Gentilis grauatus ſe magis dignatione putauit, quam iuuari.* Seuer. apud Cat. Diui Thom. tropol gicè hunc locum intelligens, *hoc tectum,* ait, *corpus eſt, quod tegit animam, quod libertatem mentis cœleſti viſione in ſe includit.* Ex hac tropologia, & ſententia Lyrani, & Rabani optimam elicere po[illegible] moralitatem, nempe quanta ſtultitiâ[illegible] laborant, qui Idolis animam oppletam habentes, aut peccatis, aut malis habitibus, imperfectionibus, paſſionibus male edomitis intra corpus [illegible] ſanctiſſimum quotidie audent repo[illegible] ſacramentum, non reputantes, vt iſte Centurio, [illegible] ſti dignatione magis grauari, quam iuuari. Væ illis, quia dum ſe dignos iudicant, indignius ſe conſtituunt. Ad rem Auguſt. de ve[illegible] ſerm. 6. in principio tom. 10. *Dicendo ſe [illegible] gnum, ait, præſtitit dignum, non in cuius parietes, ſed in cuius cor verbum Dei Chriſtus intraret. neque enim hoc diceret cum tanta humilitate, niſi illum, quem timebat intrare in domum ſuam, corde geſtaret: nam non erat magna felicitas, ſi Ieſus intraret in parietes eius, & non eſſet in peccatore eius.* Quot verba, tot documenta, tot contra indigue quotidie communicantes animaduerſiones. Pleni imperfectionibus, ac malis habitibus, & peccatis venialibus ad vſum quotidie Sanctiſſimum accedentes dignos ſe reputant tali acceſſu. Ob id ſciant ſe [illegible] te indignos, cùm ſecundùm Auguſt. dignus [illegible] Centurio, quia indignum ſe æſtimauit donum recipere Chriſtum. *Secundò* dum ſe non dig[illegible], ſed indignos reputant, quod aliud eſt ſign[illegible] in corde non geſtare Chriſtum, cum, vt [illegible] Sanctus arguit, nam non diceret C[illegible] tanta humilitate: Domine, non ſum dig[illegible] in corde geſtaret, quem timeb[illegible]. *Terti[illegible]* [illegible] ſciant inſecti, qui ſic ad Sanctiſſimum [illegible] dum & audent quotidie accipere diuin[illegible] hoſacramentum, *quia,* vt ait Auguſt. *non mag[illegible] felicitas ſi Ieſus intrat in eorum parietes, & non [illegible] in corde.* Immo ſumma infelicitas, q[illegible] non [illegible] perfectio, vt Chriſtus ſæpe in[illegible] in os [illegible] quod ſæpe in corde. Quod ſi aliqui, aliquæque at[illegible] detent, minus audaces ad recipiendum Sanctiſſimum eſſent: immo etſi hoc ipſi [illegible] les magiſtri aduerterent, non ſæpe [illegible] ac liberta[illegible] in hac re eſſent, neque in [illegible] ſanctiſſim[illegible] perceptiune totam reponerent perfectionem. Sed de hac re alibi dictum; nunc ad rem.

21. *[illegible]ſanctiſſimum Sacramentum qui indi[illegible]*

Auguſt.

22. [illegible]

Hanc Lyrani ſententiam mul[illegible] Abulenſis, & rectè, & ego omnino e[illegible] reputo. Qui enim fieri poteſt vt h[illegible] de Chriſto ſentiens, vt Deum [illegible] Idola habere, aut actu Idolul[illegible] Q[illegible] pter melior, immo verior eſt ſententia H[illegible] *vbi ſuprà,* affirmantis hæc dixiſſe ex c[illegible] diuin[illegible]tis Chriſti. *Prudentia autem* [illegible] ait, *apparet in hoc, quòd vltra corporis tegumen, [illegible] tentem vidit diuinitatem.* eſt Auguſt. *vbi ſupra,* Anſelm. Paſchaſ. Rathb. & aliorum, ad quo[illegible] mandum ipſamet humilitas eſt euidens ſig[illegible] nam ſic omnes Sancti quando in D[illegible] præſ[illegible], ac maieſtate reponuntur. Elias enim, & [illegible] præ reuerentia diuinæ maieſtatis facies obuelauerunt ſuas. *Exod. 3. 3. Reg. 19. Apocalyp.* [illegible] mo[illegible]res ceciderunt in faciem ſuam. Apud *Iſaiam* Angeli vel[illegible]bant facies ſuas. Vnde pulch[illegible] ſolog. *ſerm.* 15. hanc [illegible] eru[illegible]tionis h[illegible] cum illa Petri coniungens, ſic [illegible]: *Petrus e[illegible] clamauit, dicens: Exi à me Domine, quia homo [illegible] ſum, ſic eum Petrus exire à ſe rogat, quomodo [illegible] rio eum ad ſe ſupplicat non venire. A[illegible] it vterque [illegible] indignitas hoſpitis, in hoſpitijs maneat [illegible]* Cardinal. pendens ly *ſub tectum* [illegible] *latium, cum eſſet Centurio. Item n[illegible] tectum, vt noteтur [illegible]ularitas,* [illegible]

Abulen.

Hieron.

Auguſt.

23. *Su[illegible] mi[illegible] fides [illegible]*

24. [illegible]

25. *Miniſtri extruunt palatia fabricantes.* etiam adnotat Chryſoſt. digna adnotatio, & præcipuè in iis miſeris temporibus, quando Principum miniſtri, qui pauperes in officium ingredientes è paternis exeuntes domibus, ne dicam tuguriis, ſic magnos videmus eos domos conſtruere, vt palatia videantur Regia, & qui ante officium in clanculo ſpatiabantur, poſt illud vix ingentia eos capiunt palacia. faxit Deus, ne in illis ſepultentur in æternum, *& ſepulchra eorum ſint domus illorum.*

26. *Centurionis mira fides expenditur.* Imperf. *Sed tantùm dic verbo.* Mira fides, non opera, non acceſſum, tandem non verba, ſed verbum vnicum expoſcit. *Sciebat enim*, ait Imperf. *quoniam aſtabant illi inuiſibiliter Angeli miniſtrantes, qui omne verbum eius vertunt in opus; quod etſi Angeli ceſſent, tamen infirmitates præceptis eius vinacibus expelluntur.* Quid enim mirum ſi puer ſanatus vbi talis, ac tanta viua adeſt fides? Equidem *Num.* 20.

27. *Supra Moyſem ex illa.* *num.* 8. à petra Moyſes excutere aquas non potuit, niſi bis priùs eam verberaſſet; cur? Sanè omnes Doctores ex eius in fide remiſſione, præceptum erat non vt percutiendo petram largiretur aquas, ſed loquendo. *& loquemini ad petram coram eis, & dabit aquas.* In fide infirmus non credidit quòd ex Dei iuſſu loquendo tantum poterat aquas de petra excutere, ſed percutiendo. Hinc Deo non placuit, & ob id acriter percuſſus. Quid vis vt dicam? ecce pluſquam Moyſes Centurio iſte Gentilis *primitia gentium*, vt vult Re-

Remig. migius. Vt videas quanto interuallo diſtet lex

28. *Lex Euangelica in perfectione quantum ſupra veterem.* noua à veteri in ſanctitatis, ac gratiæ abundantia. Qui credidit verbo tantùm poſſe Christum excutere à corpore humano infirmitatem, dum Moyſes non credidit poſſe à petra aquam.

Origen. Origen. *hom.* 5. ex variis hoc moraliter intelliges ad reuerentiam Sacerdotum applicans, ſic

29. *Sacerdotalis dignitas quanti faciendi.* ait. *Nunc etiam quando Sancti, & Deo acceptabiles Eccleſiarum Antiſtites ſub tectum tuum intrant, tunc ibidem per eos Dominus intrat, & tu ſic æſtimes quaſi Dominum ſuſcipiens.* Quid ad hæc illi, apud quos ſic Eccleſiaſtica dignitas vileſcit, vt plus quilibet vilis ab eis fiat ſæcularis, quàm ſanctus Sacerdos. Quid vis vt dicam? Chriſtianus, qui ſui parum Sacerdotes facit, mea ſententia aut inſanus, aut hæreticus.

Nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus. Duplex horum verborum eſſe poteſt ſenſus. Prior

Imperf. eſt Auct. Imperf. qui motus ex particula *&*, facit comparationem, ſimilem reputans Centurio Chriſtum, etſi Deum, eſſe tamen hominem, ſicut ipſe homo erat. Vnde ſicut ipſe homo, & ſub poteſtate conſtitutus alterius, tamen ex poteſtate ſibi tradita poterat mandare, & ſolo verbo compellere milites, & ſeruos ad faciendum quod ille iubebat; pari modo ipſe, etſi homo ex poteſtate patris, quam à patre vt homo acceperat. *Quaſi dicat*, ait, *etſi ego ſum ſub poteſtate alterius, tamen habeo poteſtatem iubendi eis; ſic & tu quamuis ſis ſub poteſtate Patris, id eſt, in quantum homo, habes tamen*

Auguſt. *poteſtatem iubendi Angelis.* Alter ſenſus eſt Auguſt. *ſerm.* 6. *de verbis Domini*, quem ſequuntur moderni, vt ſit comparatio de inferiori ad ſuperiorem, de homine ad Deum affirmatiuè. Vnde ſenſus. Si ego homo ſolo verbo, & iuſſu facio quod volo

30. *Verus ſenſus prædictorum verborum.* per milites, aut ſeruos meos, & ſi abſens, quanto magis tu, qui Deus. Si ego, qui ſum ſub poteſtate, iubendi habeo poteſtatem, quid tu potes, cui omnium ſeruiunt poteſtates? Hic ſecundus ſenſus planior, & expeditior, & ex fortiori includit primum: nam cùm Chriſtum hominem videret, planè eum confitendo Deum ſimul & hominem confitebatur. Argumentum eſt à minori ad maius affirmatiuum, natum ex viua fide, quam de Chriſto conceperat. *Puto*, ait Rathb. *quod omnia* Paſch. Rhat. *cœleſtia rimatus erat, qui & diuinitatem in homine deprehendit, & officia cœleſtis militiæ pleniſſimè intellexit, & ſeruorum ab ijs, vt æſtimo, ſecretis famulatum.*

Hilarius ad mores hunc locum explicans, & Hilar. adaptans, ſic ait. *Dicit etiam Centurio puerum verbo poſſe ſanari, quia ſalus gentium omnis ex fide eſt, & in præceptis Domini vita eſt vniuerſorum; & ideo ſubiungit: nam & ego homo ſum.* Pulchrè. In duo- 31. *Salus æterna in quo conſiſtit.* bus enim tota noſtra conſiſtit ſalus; in vera fide, & in præceptis ſeruandis, vt iubente Domino faciamus quod iubet, ſicut ſerui faciunt, quod eis eorum dominus mandat. Quid enim prodeſt credere Deo, ſi quod iubet negligimus?

Hug. Cardinal. ponderans ſignificatum verbi Hug. Card. *Centurio*, quatenus ſic dicebatur, quia ſub ſe centum poſſidebat milites, ad ſenſum moralem hoc applicans, ſic ait. *Attendant hic Sacerdotes, & Clerici, qui vt habent animas ad curandum, in quibus vix ferè eſt vnica ſana; & ita ſoliciti ſint, vt iſte Centurio, qui centum milites habens ſub ſe, & propter* 32. *vnum ſeruum ægrum ſollicitè tam deuotè rogabat Ie-* *Prælati, & Antiſtites quanto zelo, & cura ſaluti debent procurare animarum ſibi creditarum.* *ſum, vt veniret, & ſanaret eum. Sic debent & ipſi facere, rogare aliquos, vt venirent, & verbo prædicationis ſanarent ægros ſuos; & hoc ſi quidem facerent, ſi ei eſſent pretioſi, ſicut Centurioni erat pretioſus ſeruus.* Centum hic habebat milites, & tamen de vno ſic ſollicitus. Hodie ſacri Antiſtites mille, & mille poſſident, & de nullo ſunt ſollicitii, deſerentes gregem, non ad Chriſtum, ſed ad aulas accurrentes Principum, oues ſinentes decorticari; ſanguinem earum ebibere, canes muti non valentes latrare, quia ambitio, & prætenſio linguam eorum facit muram, & cor eorum ſicut lapidem obdurauit.

Sanctus Bernard. *epiſt.* 42. *ad Henricum Senonenſ. Epiſcopum*, humilitatem aduotans huius S. Bernard. Centurionis ponderat non iactaſſe poteſtatem, ſed priùs dixiſſe ſe eſſe ſub alterius poteſtate, & hominem, vnde priùs ait: *nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus*, & poſtea, *habens ſub me milites.* Quid hoc, ait Bernard. niſi vt quilibet po- 33. tens? *Prius ſe cognoſcat ſubditum hominem, quàm præfectum aliorum.* O ſanum Principibus conſilium! *Principes vt ſecurè regnent ſe Deo ſubditos recognoſcant.* quod ſi acciperent, non ſic in ſuis euaneſcerent poteſtatibus, ſi ſe homines conſiderarent, ſi ſub Dei poteſtate, ſi ab eo omnem ſuam emanaſſe; ſi quòd etſi ſingulares ſint; tamen eis infinitæ obediunt nationes, non equidem hoc ex ſuis viribus, 34. ſed ex Dei potentia, qui ſubditis inſpirat timorem, & obediendi voluntatem, vt præclarè An- *Cur multi ſubditi vni deſeruiunt homini.* ſelm. in illum locum Pauli ad Rom. 13. num. 2. *Non eſt enim poteſtas, niſi à Deo.* vbi Anſelm. *nun-* Anſelm. *quam enim poſſet fieri, niſi operatione ſolius Dei, vt tot homines vni ſeruirent, quem conſiderant vnius ſecum eſſe fragilitatis, & naturæ; ſed quia Deus ſubditis inſpirat timorem, & obediendi voluntatem, con-* 35. *tingit ita.* Pulchrè. Cur vnus homo plus poteſt, *Principū timor in ſubditis vnde.* quàm mille millia ſui regni? nunquid plures poſſidet vires? aut quia naturam habet ſuperiorem? nil minus. Sed quia ſubditis timorem Deus inſpirat, ac obediendi voluntatem, & ſi- 36. mul in faciem Principis aliquid ſuæ inſtillat *Rerum perditio ſi ſubditi eos homines tantum conſiderent.* maieſtatis. Tolle hanc, & do tibi Principem deperditum; da vt ſubditus Principem conſideret nudum hominem, non maieſtatis diuinæ

vnctione

vnctione vnctum; da principem deperditum, da occiſuio.

Eminuero 1. *Reg.* 24. *num.* 6. Ingreſſo Saol in ſpeluncam, *vt purgaret Venerem, Dauid ſurrexit, & præcidit oram chlamydis eius.* At qnid? *Poſt hac,* ſequitur Scriptura, *percuſſit cor ſuum Dauid, eo quòd*
37. *abſcidiſſet oram chlamydis Saul ſilenter.* Vnde Da-
Dauid cur audacter prius chlamydem decurtauit Saul, cur poſtea cor ſuũ percuſſit.
uid priùs talis animus, vt ad Principem accedens intrepidè ora eius chlamydis abſcinderet? Sanè, mea ſententia, quia diuina maieſtas Saul deſerens dum ventrem purgabat, hominem purum illum Dauid conſiderans, conſtanter acceſſit, fidenter ora decurtauit, ac fulgor rediens diuinæ maieſtatis totus trepidus cor eius repercuſſit. Patet equidem, nam hanc ſuis infrà reddidit rationem, cur eum non occidiſſet: *propitius ſit mihi Dominus, non faciam hanc rem, vt mittam manum meam in*
38. *eum, qui Chriſtus Domini eſt.* hoc eſt, maieſtate di-
Imago Dei in Principe facit vt illum ſubditi timeant.
uina inſignitus, vnctus. Priùs audax, quia purum, ac miſerrimum eum reputabat hominem: poſtea trepidus, quia non ſolum hominem, ſed cum vnctione diuina, Dei habens imaginem, ex cuius virtute Regi cæteri ſubduntur, vt præclarè
Ambroſ. Ambroſ. in Epiſt. ad Rom. cap. 13. *Reges*, ait, *propter corrigendam vitam creantur, Dei habentes ima-*
39. *ginem, vt ſub vno ſint cæteri.* Hoc equidem ſi atten-
Politici peccatum conſulentes, vt ſtatum conſeruent, & Principem quaſi contra illũ pugnent.
derent Principes, non ſic in Deum inſanirent; hoc ſi eorum miniſtri; hoc ſi homines ſtatus non ſic ignoranter quæ contra Deum ſunt, ad ſtatus conſeruationem conſulerent. Miſeri, ac vecordes nonne attenditis, quia veſter Princeps vnus, ſubditi infiniti; vos pauci, illi multi? Si ergo peccatum conſulitis, vt ſtatum conſeruetis; nonne videtis quòd Dei maieſtatem, fulgorem, ac ſplendorem a Principe auferetis? & hoc ſublato quid
Anſelm. vos, quid Princeps erit veſter? *Deus*, ait Anſelm. *ſubditis inſpirat timorem*; tolle hunc, qualis Principi ſalus? *Deus inſpirat obedientiam*; tolle hanc vnde Principi regnom? & qualis maior vis, vt hæc Deus auferat, quàm peccatum? & vos miſeri peccatum conſulitis ad regni ſtabilitatem; qualis maior vecordia, ſiue inſania? Vt videas, amice, rationem, quam dicunt ſtatus, ad quale barathrum miſeros impellere homines?

Origen. Pulchrè Origen. *hom.* 5. ex variis hæc verba ponderans ſic ait. *Quod enim in mentis abdito dignum voluens Centurio iſte aiebat? mihi ſeruus eſt hic, & ego creatoris; iſte me ſuper terram, & ego in*
40. *cælis magnum habeo Dominum. Si ergo eius non mi-*
Domini quaratione ſeruis compati debent.
ſereor, quomodo ille mei miſerebitur? Si ergo huic non ſubuenio, quomodo ille mihi ſubueniet? ſic debent omnes, qui famulos, & famulas habent, cogitare, ſic miſereri. Optimum documentum, ſioe ratio ad dominis perſuadendam elementiam, ac in ſeruis commiſerationem.

Nvm. 10. Audiens autem Ieſus miratus eſt, & ſequentibus ſe dixit: Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Iſraël.

Nvm. 11. Dico autem vobis, quòd multi ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Iſaac, & Iacob in regno cœlorum.

Nvm. 12. Filij autem regni eiicientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & ſtridor dentium.

Nvm. 13. Et dixit Ieſus Centurioni: Vade, & ſicut credidiſti, fiat tibi. Et ſanatus eſt puer eius in illa hora.

Senſus litteralis, & moralis.

MIratus eſt. Cùm admiratio ex ignoratione rei proueniat, & cauſa, vnde, teſte Philo- Ariſt.
ſopho *lib* 1. *Met. text.* 5. propter admirationem cœperũt homines philoſophari; vnde cùm Chriſtus erat Deus, cui nihil oouum, oihil inſoli- 1.
tum, nil magnum, & extra ordinem, & omnia nota, vnde illi admiratio? Aliqui dicunt admiratum tanquam homioem, ſed vt homo etiam nil ignorabat. Caietan. admiratum experimentali Caietan.
Admiratio quomodo in Chriſto, & an verè in illo.
ſcientia, ſicut de eo dicitur etiam, quòd *proficiebat ætate, ſapientia, & gratia apud Deum, & homines*, Luc. 2. oum. 52. Quod de experimentali ſapientia omnes ioteliigunt. At licèt beoe hoc dicatur de ſapientia quatenus experimentaliter noua tradebat ſapientiæ ſigna: tamen mioimè hoc de admiratione dici poteſt, quæ iotrinſecè ſupponit ignorantiam. Vnde licèt experimeotaliter Chriſtus magnam experiretur Centurionis fidem, noo eam ignorabat, cùm, vt rectè Auguſt. Auguſt.
eam ipſe operabatur. Lorc. de Incarnatione *diſput.* Lorc.
61. *num.* 34. hanc videns difficultatem, vt ſententiam defendat Sancti Thom. admirationem S.Thom.
fuiſſe in Chriſto, affirmat hoc eueniſſe ex ſpeciali diſpenſatione diuina, ordinante Deo, vt talis experimentalis cognitio non impediretur à perfecta natura aliarum ſcientiarum, ſicut eadem diſpenſatione non eſt impedita triſtitia à gaudio viſionis beatificæ. Excellens hominis iodicium, dum difficultatem callens, noo eam negat, quod ſemper expeto in magnis, ac doctiſſimis viris, & vt ſanctum defendat, vt ſemper omnes defendendi ſunt ſancti, qui eius eſt opiuionis 3. p. q. 15. art. 8 modũ ſic congruentem repetit. At quidquid ſcholaſticè de hac re dici poteſt, & an vera in Chriſto concedenda ſit admiratio, prætermiſſa quæſt. pro nunc cum Diuo Aug. *ſuper Geneſ.* con- Auguſt.
tra Manich. *lib.* 1. *cap.* 8. *tom.* 1. & eodem S. Thom. 2.
hîc dico admirationem hîc Chriſtum oon habuiſſe internam, ſed externam in laudem prorumpentem fidei Centurionis, impellens, vt ſic dicam, cæteros ad admirandum. Vnde Auguſtio.
Chriſtus externã habuit admirationẽ de fide Centurionis.
Epiſt. 101. ad Euodium. *Ex cauſa*, ait, *admirationis, quæ ideo eſt, quia inſolitum aliquid occurrit, ſcriptum eſt de Domino, quòd miratus ſit Centurionis fidem; neque enim eum rei vllius ratio poterat latere, ſed admiratio pro laude poſita eſt eius, cuius par in populo Hebræo non apparuerat. Vnde ipſa admiratio ſatis expoſita eſt, cùm Dominus ait: Amen dico vobis, non inueni tantam fidem.* & Sanctus Thomas S.Thom.
hîc, *quia admiratio*, ait, *non cadit in Deo, quia non fit, niſi ex ignorantia cauſa, quæ non poteſt eſſe in Deo. Item eſt apprehenſio magnitudinis effectus, quod fit ex imaginatione, & phantaſia alicuius effectus magni; ſic admiratus eſt, id eſt, magnum admirandum reputauit, cùm turbis ſequentibus oſtendit, & commendat eum.* Hanc expoſitionem ſequitur Rhaib. & ali- Rhaib.
qui moderni, vt Salmer. Maldonat. & alij; eſtque Salmeron.
Anſelmi, & mihi magis placer, quia plana, ſincera, nullam patiens difficultatem, & rectè ex-
Anſelm. Maldon.
plicat vim verbi *admiratus*; ſic enim grandem vidit Centurionis fidem, vt eam omni admiratione dignam æſtimans, turbis eam ſic manifeſtauit, talibus admirandis verbis, vt etiam ipſi admirarentur. *Vnde*, Chryſoſt. ait, *plebe omni præ-* Chryſoſt.
ſente admiratus eſſe dicitur, & alijs exemplum dedit,

August. *vt eum mirarentur*. & Auguſt. *quòd ergo miratus Dominus nobis mirandum ſignificat, quibus adhuc opus eſt ſic moueri, omnes enim tales motus eius non perturbati animi ſigna ſunt, ſed docentis magiſterium.*

3. *Ex admiratione Christi qualia eruditur documenta.*

At quale in hoc docentis magiſterium? vt tandem ad mores deueniamus. Salmer. *vt doceat nos admirari viros ſanctos, ac virtutis ſtudioſos*; ac proinde omnem reuerentiam illis adhibere. Origen. *hom.* 5. ex variis, vt quæ æſtimanda ſint nos doceat. *Attende, ait, quantum ſit, aut quale quod Deus vnigenitus admiratur? aurum, diuitia, regna, principatus in conſpectu eius ſunt, tanquam vmbra, vel flos decidens. Nihil ergo horum in conſpectu Dei mirabile eſt quaſi magnum, vel pretioſum, ſed tantùm fides; hanc miratur honorificans, hanc acceptabilem ſibi æſtimat.* Veriſſimè. quid omnia hæc ante Deum? nihil, quia ad nihilum tendunt. Audi Iſaiam c. 40. num. 15. *Ecce gentes*, ait, *quaſi ſtilla ſitula, & quaſi momentum ſtateræ reputatæ ſunt; ecce inſulæ quaſi puluis exiguus*. Non quieſco. nam etſi gentes ſtillæ, etſi ſtateræ momentum, etſi puluis; tamen omnia hæc aliquid ſunt, & aliquid conſequenter coram Deo: at verè nihil ipſa coram Deo ſunt.

Salmeron. Origen.

4. *Quale eſt illud quod magnum apparet in Dei oculis.*

5. Bene equidem hoc ponderauit Propheta ſanctus; hinc non ſatisfactus, omnia hæc terrena comparaſſe ſtillæ, & momento ſtateræ, quaſi ſe corrigens, infrà *num.* 17. ſequens, ait: *Omnes gentes quaſi non ſint, ſic ſunt coram eo, & quaſi nihilum, & inanes reputatæ ſunt ei.* Quid ſunt Regna? quid Imperia? quid principatus? quid diuitiæ? quid Reges? quid Imperatores coram Dei oculis? non equidem eſſe, ſed quaſi non eſſe. *Quaſi non ſint*, non verum eſſe, ſed ad inſtar eſſe, ſimiles eſſe. At in eius æſtimatione? minus quàm quaſi non eſſe, ſed quaſi nihilum, prorſus omne eſſe excludens. nam quaſi non eſſe aliquam relationem ad eſſe dicit: at *quaſi nihilum* ad nihil; hinc etſi in Dei oculis aliquid ſint; tamen in eius æſtimatione prorſus nihil, *vmbra*, vt ait Origen. ſolum autem eſt, quod in eius oculis apparet, virtus eſt, fides eſt, quia hæc ſunt, & hæc ab ipſo æſtimantur. Ratio, quia non ad nihilum, ſed ad immortalitatem hominem euehunt.

Regna, & Imperia nihil ſunt ante Dei oculos.

Enimuero *Exod.* 3. *num.* 5. properans Moyſes ad Deum videndum in Rubo, ſtatim illi Deus: *Solue calceamentum de pedibus tuis*; quale in hoc ſecretum? Illud reſpondet Origen. *hom. de Elcana*, quia dum calceamenta ſignum ſunt mortalitatis, inſolens erat, vt homo victoris ſigna geſtaret mortis. *Moyſes*, inquit, *ab Ægypto exiens calceamenta geſtabat de pellibus mortuis, quadam veluti mortalitate conſtrictus; cùm verò cœpit proficere ad virtutem, & aſcendere ad montem Dei, atque immortalibus miniſtrare: tunc dicitur ad eum vt indicia mortalitatis abijciat.* En magiſterij ea admiratione Chriſti documentum, vt ait Auguſt.

Origen.

6. *Cur Deus iuſſit Moyſi, vt calceamenta ſolueret.*

7. *Non inueni tantam fidem in Iſrael.* De veritate huius propoſitionis quærunt Doctores: nam nunquid fides Centurionis maior fide Patriarcharum? nunquid maior fide virginis, aut Apoſtolorum? Quomodo ergo ſtat non inueniſſe Dominum tantam fidem in Iſraël? Hieronym. reſpondet de præſentibus Dominum locutum, non de præteritis. Ergo excluduntur à propoſitione Patriarchæ. At quid de virgine, & Ioanne Baptiſta? optimè Abulenſ. excluduntur etiam, quia ſemper à generali propoſitione reſeruantur perſonæ inſignes. At quid de Apoſtolis, Martha, & Magdalena? Proportionaliter reſpondet Origen. *hom.* 5. ex variis, Auct. Imperf. & Sanctus Thom. *hic*, maior horum fuit fides Centurionis, quatenus iſti manu ducti ea miraculis, vocatione, ac prædicatione crediderant: at Centurio nullo viſo miraculo, & à nullo exterius vocato. Vnde S. Thomas, *Dicendum quòd iſte maioris fidei erat, quia nullum præambulum viderat, ſicut iſti, qui miracula viderant. Petrus venit ad vocem Andreæ, Andreas ad vocem Ioannis. Item in verbo Marthæ fuit aliquid dubietatis, quia dixit: Domine ſi fuiſſes hic.* Caietan. reſtringit propoſitionem ad tempus prædicationis, & miraculorum operationem. Vnde ſenſus ea quo cœpit prædicare, ac miracula facere; non inueni tantam fidem in Iſraël. Alij aliter; mea ſententia, facilior eſt Abulenſ. expoſitio, ac intelligentia, qui ad fidem petendi miracula hoc refert, quaſi ſit ſenſus: non inueni in Iſraël qui tanta fide à me miracula petiit. Hanc Abulen. ſententiam ſequitur Maldonat. in ſecundo modo, quo affirmat hanc ſententiam poſſe intelligi, & Barrad. eſtque ſimplicior, & omnem ſoluit difficultatem. Vnde Abulenſ. poſt ſeptem exceptiones huius vniuerſalis propoſitionis traditas, tandem ſic ait: *Octaua eſt, & melior omnibus, quod hic intelligitur quantum ad fidem in operatione miraculi, ſcilicet in toto Iſrael non inueni tantam fidem in aliquo, ad cuius petitionem facerem miraculum.*

Quomodo intelligatur non inueniſſe Chriſtum tantam fidem in Iſraël.

Hieron. Abulenſ. Origen. Auct. Imp. S. Thom. Caietan. Abulenſ. Maldon. Barrad.

At dices, nunquid non tanta fuit fides leproſi? immo Euthym. vult quòd etiam maior, quatenus leproſus, voluntatem tantum expoſcit; Centurio non ſolùm voluntatem, ſed verbum. Reſpondetur ex Chryſoſtomo non fuiſſe æqualem fidem leproſi fidei Centurionis, *quia non erat æquale Iudæum credere, & Gentilem.* neque valet argumentum Euthym. nam licèt leproſus voluntatem ſanandi expoſtulauit: tamen medio aliquo inſtrumento, nec tantam itus talem fidem habuit, de qua poſſet Chriſtus mirari, ſicut de Centurionis fide.

Euthym. Chryſoſt.

8. *Maior fuit fides Centurionis, quàm leproſi.*

Ea dictis duo moralia potes eruere documenta ſatis optima.

Primum Chriſti liberalitatem in remunerando, longè ſeruitium ſuperans exhibitum, Centurio fideliter credens tantum eum confeſſus eſt poſſe ſolo verbo ſanare; & Chriſtus non ſolùm fidem approbauit, & laudauit, ſed eum admiratione, & hoc omnibus, tanta demonſtratione, vt neceſſarium ſit modos inuenire quomodo & matrem, & fideliſſimos amicos excludamus, ſic profuſus eſt in retribuendo. Ne mireris, quia retribuit non vt homo tantùm, ſed vt homo Deus. *fide Moyſes*, ait Apoſtol. ad Hebræos 11. num. 24. *grandis factus negauit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem, maiores diuitias æſtimans theſauro Ægyptiorum improperium Chriſti; aſpiciebat enim in remunerationem.* Pendo illa, *maiores diuitias æſtimans theſauro Ægyptiorum improperium Chriſti.* Vnde Chriſtus tunc, vt pro Chriſto, eiuſque improperio diuitias repudiaret Ægyptiorum? Sanè reſpondent authores, quia improperium populi Dei quatenus ab illis Chriſtus erat venturus, improperium erat etiam eius. ergo fide Moyſes in Chriſtum venturum credens, amplius eius improperium, quod ex tunc patiebatur, æſtimauit, quàm Ægyptiorum diuitias. Quid ergo illi Chriſtus ea tunc, qualis remuneratio? nunquid maiores aliæ diuitiæ, aut Regna, aut imperia? nil minus; parum hæc omnia

9. *Chriſtus quàm profuſus in remunerando.*

10. *Moyſes quomodo dicatur magis æſtimaſſe diuitijs Ægyptiorum, Chriſti improperium, quod nondum natus.*

11. *Quàm granditer illum Deus remunerauit.*

illi

illi viſa, ſed vltra humana ſe extendens, diuina profundens, non conſtitit donec ad conſortium diuinitatis ſuæ Moyſem eueheret, illum Deum conſtituens Pharaonis Exod.7.num.1. *Ecce conſtitui te Deum Pharaonis.* quod expendens Ambroſ. ſerm.8. in Pſalm.118. *fugiendo potentiam*, ait, *potentior factus eſt; factus eſt enim in Deum Regis Pharaonis. Rex erat Pharao, ſed Deus non erat, Moyſes factus eſt illi Deus.* Pulchrè. propter Chriſtum Pharaonem, hoc eſt, Ægypti Regem deſiit eſſe Moyſes; quid ergo Chriſtus? nunquid tantùm ei ſuffecit Regem illum conſtituere? nil minus, ſed Deum. Hinc nec mirum talia feciſſe Moyſem, dum, vt ait Apoſtolus, reſpiciebat *in remunerationem*, in deitatem nempe illi a Chriſto remunerante prouenturam. Vnde ſi terrenam deſpexit poteſtatem, accepit cœleſtem, ſi terrenum regnum, diuinum, ſi hominem præclarum eſſe deſiit: euaſit ex Chriſti benignitate in Deum; ſic profuſus eſt Chriſtus in dando. Vnde non mirum ſi tam largiter fidem remunerauit Centurionis.

12. *Chriſtus quã integer aut in remunerãdo, aut in caſtigando.*

Secundum documentum eſt integritatem aſpicere Chriſti aut in caſtigando, aut in remunerando, nullam accipiens perſonam. In qua re verè Deum ſe oſtendit; reperit enim fidem omni laude dignam in homine Gentili, non Iudæo. Quid? quia non eius nationis, & originis, aut parentelæ, non eum remunerauit, laudauit, extulit? nil minus. *Gloria autem*, ait Paul. ad Roman.2. num.10. *& honor, & pax omni operanti bonum, Iudæo primùm, & Græco.* Cur hoc? *non enim eſt acceptio perſonarum apud Deum*; quaſi dicat Paulus, ſic proprium Dei

13. *Dei proprium ſtemma nullam accipere perſonam.*

ſtemma nullam accipere perſonam, vt qui illud retinet, conuincitur potius Deum eſſe, quàm hominem. Et quia Deus erat Chriſtus, hinc etſi Gentilis, & non Iſraëlita, nullam acceptans perſonam, ſic eum extulit, ac ſi Iſraëlita eſſet, ſic ad eum domum accurrere voluit, vt puerum ſanaret, ac ſi eſſet ex eius parentela. Pulchrè Origen. hom. ex variis ſuper illa verba, *ego veniam, & curabo eum*, ſic Chriſtum ſantem introducit. *Ego ad Abraham veniens ſenilem Saræ ſanaui vterum, in ſenectute eis Iſaac filium donans; ego & nunc veniens ad te, curabo eum.* quæ conſequentia, vt quia Abraham inuiſit, & Saram curauit, debeat & Centurionis domum inuiſere, & puerum ſanare? Sanè amice, vt oſtenderet eundem Deum ipſum eſſe, qui Abraham inuiſit, & quia talis perſonam non accipiebat, inuiſit Abraham Iſraëlitam, & ſui parentem, quia dignus inuiſere voluit & Centurionem, etſi Gentilem, quia dignus, nullam acceptans perſonam. *Magnarum eſt mentium*, ponderosè aiebat Arnob. *lib.6. contra gentes*, adde tu & propè diuinarum, *pari pendere cunctos lance, & indiuiduas cunctis exhibere beneuolentias.* Nam, vt bene Hieronymus ad illa verba Pauli ad Galat.6. num.10. *Operemur bonum ad omnes. Fons bonitatis in omnibus patet, ſeruus, & liber, plebeius, & Rex, diues, & pauper ex eo ſimiliter bibunt. Lucerna, cùm accenſa fuerit in domo, omnibus lucet æqualiter.* Hinc Chriſtus, qui non tantùm lucerna, ſed ſol, indifferenter omnibus ſine perſonarum acceptione, ſuas exhibet beneuolentias: nam, vt quid ſentiam, dicam, Phariſaicum quid redolet, non merita, aut demerita, ſed perſonas accipere, & huic dare, quia amicos; huius ſeruitia extollere, quia eiuſdem nationis, cæteros deprimere, aut virtutes vitia facere, quia alieni.

Origen.

14. *Magnarum mentium perſonas non accipere.*

Arnob.

Hieron.

15. *Phariſaicum redolet perſonas accipere.*

Enimverò Lucæ 11.*num.*19. eiecerat Dominus dæmonium: at Phariſæi? *In Beelzebuth principe dæmoniorum eijcit dæmonia.* At quid Dominus ad hanc calumniam? *Si autem ego in Beelzebuth eijcio dæmonia, filij veſtri in quo eijciunt?* Non ſat intelligo ex qua fallacia reuincuntur iſti ex hoc dicto! Nam bene poterant reſpondere: Et etiam illi ex principe dæmoniorum eiiciunt dæmonia. Cùm enim per filios ibi Chriſtus intellexiſſet Apoſtolos; quid ergo, ſi ſimiliter illi dicerent, in Beelzebuth eiicere eos etiam dæmonia? Vnde ergo ſtat ſolutio, & talium iniquorum reprehenſio? Sanè ex eo, quòd ad perſonas, non ad merita reſpiciebant. Vnde tantum fuit hoc illis dicere, quantum de acceptionis perſonarum vitiu eos taxare, dum ex virtute Dei penſitabát Apoſtolos (qui eorum filij) dæmonia expellere; quatenus eos non odio haberent. At quia Chriſtum oderant, ideò ad perſonam, non ad opus reſpicientes, cùm in ipſomet condemnabant, quod in Apoſtolis extollebant. Quem locum Chryſoſtomus expendens *hom.*42. Chryſoſt.
in hunc Euangeliſtam, ſic ait. *Tale ergo eſt, quod dicitur, ſi ego in Beelzebuth eijcio dæmonia, Apoſtoli, & diſcipuli mei, in quo eijciunt? Neque ipſos criminabantur; non enim rem, ſed perſonam perſequebantur.* Nil meliùs! perſonam perſequebantur; ideo, etſi opus laude dignum vituperabant, non vituperabant, immò laudabant, in Apoſtolis, quia perſonas accipiebant. Non ſic Chriſtus optimi Principis forma dignus laude laudat, remunerat, extollit, etſi Gentilis; quia Deus non acceptor perſonarum.

16. *Phariſæi eu dicebant Chriſtum in Beelzebuth eijcere dæmonia.*

Multi ab Oriente, & Occidente. Occaſione fidei Centurionis ad gentium fidem prænunciandam (quarum primitiæ ipſe Centurio) ſe Chriſtus conuertit non ſine exultatione aliqua, vt vult Salmeron; vnde ait: Dico autem vobis, quòd multi ab Oriente, & Occidente. Per quas duas partes & reliquæ intelligendæ, vt obſeruat Auguſtinus, reliquique. Et, vt idem Auguſtinus dicit *ſerm.6. de verbis Domini*; venient *vocati non omnes, ſed multi.* Et venient, *non vtique greſſibus pedum* (vt ait Paſchaſius) *ſed fide, ac charitate, atque humilitate, quibus ad Chriſtum hic Centurio acceſſit greſſibus.*

Salmeron.

Auguſt.

Paſchaſ.

At dices: quomodo multi venient, & recumbent cum Abraham, Iſaac, & Iacob, quod ingreſſum in cœlorum regnum deſignat, vt mox dicemus; cùm alibi dicat, quòd pauci ſint electi? Origenes ad quæſtionem reſpondens ſic ait. *Per diuerſas enim generationes pauci electi ſunt; ſimul verò congregati in tempore viſitationis multi inuenientur.* Vt intelligas, in die viſitationis, neque hoc gaudium electi defuturum, multos ſe ibi inuenire.

17. *Quomodo multi, & pauci ſunt electi.*

Origen.

Haymo (vt in *Catena* Diui Thomæ) ſic moraliter hunc intelligit locum. *Ab Oriente veniunt* (ait) *qui ſtatim illuminati tranſeunt: ab Occidente, hi, qui perſecutionem vſque ad mortem tolerauerunt pro fide. Vel ab Oriente venit quis, cùm ab infantia Deo ſeruire incipit: ab Occidente, dum in ipſa decrepita ætate ad Deum conuertitur.* Ergo nunquam deſperandum, ſed ſemper animus eſt reſumendus: nam poſſibile, ſi non in Oriente voceris; vocaberis in Occidente, hoc eſt, in ſenecta; licèt non tam felix, quàm qui à teneris vocati ſunt annis. de qua re nos ſatis *in Sapientia commentarijs, tom.*1.

Haymus.

18. *Nunquam de vocatione, & ſalute deſperandum, etſi in vltima ſenectute.*

Et recumbent. Metaphora ſumpta de conuiuio. Nam (vt benè obſeruat Maldonat.) ſolet regnum cœlorum per conuiuium ſignificari, Pſal.16.n.15. *Satiabor cùm apparuerit gloria tua.* Luc.14.n.15. *Beatus, qui manducabit panem in regno Dei*, & c.22.n.29. 30. *Et ego diſpono vobis, vt diſpoſuit mihi Pater, regnum, vt edatis, & bibatis ſuper menſam meam in regno meo.*

Maldon.

Origen. *mes.* At hoc (vt ait Orig. *hom.* 5. ex variis) *Non carnaliter iacentes, ſed ſpiritualiter requieſcentes: non temporaliter potentes, ſed æternaliter epulantes.* Ex quibus

Salmeron. patet (vt bene Salmeron) per hunc recubitum non

19. *Chriſtus cur dixit Gentiles cũ Abraham quòd recumbent.* ſolùm intelligi gentium iuſtificationem per fidem, & inſitionem in Chriſto, vt meritorum eius participes fiant; ſed etiam æternam gloriam, quæ finis eſt iuſtificationis, & aduentus Meſſiæ.

Hieronym. Theophyl. *Cùm Abraham, Iſaac, & Iacob.* Cur hos potiſſimè nominauit? Multi multa. Hieron. *quia Deus eorum Deus vocabatur.* Theoph. quia illis promiſſio facta terræ Chanaam, per quam regnum cœlorũ ſignificabatur.

Hieron. Euthym. Tertiò, vt idem Hieron. propter fidem, quæ in illis maximè eluxit. Melior omnium Euthym. quia iſti erant primi in illa republica, & parentes Iudæorum, à quibus ſe gloriabantur originem ducere, ac per hoc Gẽtiles deſpicere. Hinc ad inuidiam eos compellens, eoſque mordens, Abraham nominauit; in cuius ſinu, hoc eſt, delitiis, non ipſi carnales filij, ſed cæteri Gẽtiles eſſent accumbẽdi. *Nam, quia inſignior erat Abrahã* (ait Euthym.) *ideo eos propriè ipſis Abraham nominauit. Vnde ideo in medio eum adduxit, quòd maximè Iudæos morderet, adoptando ſcilicet ipſi Abraham eos, qui è gentibus procederent.*

20. *Virtus Dei filios cõſtituit, non caro, & ſanguis.* Vt ex hoc intelligas non carnem, non ſanguinem filios conſtituere Dei, ſed virtutem. Vnde licèt ſis Chriſtianus, ac per hoc Chriſti ſemen, ſi tamen malus carnalis, opera proferens carnis, non ſpiritus, etſi per Baptiſmum Chriſti ſemen, non tamen vt tale cognitus, ſed reiectus, ſed expulſus.

Enim verò videns Sara Iſmahelem ludentem cum filio ſuo Iſaac *Gen.* 21. *n.* 10. ſtatim ad Abrahã: *Eijce ancillã, & filium eius.* Quod, cùm durè accepiſſet Abraham, ſic Deus ad illum: *Non tibi videatur*

21. *Quomodo intelligatur illud Dei ad Abraham, in Iſaac vocabitur tibi ſemen.* *aſperum ſuper puero, & ſuper ancilla tua: omnia, quæ dixerit tibi Sara, audi vocem eius, quia in Iſaac vocabitur tibi ſemen.* Et poſt hæc ne nimis anxius redderetur Abrahã de Iſmaele ſic ſequitur, *Sed & filium ancillæ faciam in gentem magnam; quia ſemen tuum eſt:* Pendo, quomodo dictum ſit, in Iſaac vocabitur tibi ſemen, cùm & Iſmahelem Deus ſemen Abraham vocauerit? Acutè adnotat Caietan. *hic*, non dixiſſe Dominum, in Iſaac erit tibi ſemen; ſed vo-

Caiet. cabitur tibi ſemen. *Non dicit* (ait Caietan.) *erit, ſed vocabitur tibi ſemen.* Cuius dicti rationem ſubiungens. *Quoniam etiam Iſmahel ſemen erat Abraham, ſed ſingulare cenſuit Deus facere in Iſaac, & quòd appellatio ſeminis Abrahæ per Iſaac, & non per vtrumque, & propter hanc cauſam iuſſit eyci Iſmahelem de domo Abrahæ.* Ergo Iſmahel ſemen Abrahæ; ſed non in ſenſu filiorum Abrahæ. Quòd ſi cauſam huius rei expetas, reſpondet Auguſtinus in quæſt. ſuper Geneſ. *Quia Iſaac non filius carnis, ſed filius promiſſionis*; quod eſt dicere, quia Iſaac filius eſt ex ſpiritu, filius ſanctus, filius benedictus; non carnalis, opera exercens carnis. Hinc etſi Iſmahel filius, non tamen in cenſu filiorum Abrahæ; quia carnalis, non ſpiritualis. En amice, quod dicebamus.

22. *Peccatores etſi Chriſtiani, non tamen in cenſu filiorum Dei.* Non enim nego quòd, etſi peccatores, quatenus Chriſtiani, Dei etiam ſint filij; tamen ſemen, ac propagatio nominis Chriſti, non in eis, neque in ſenſu venient filij Dei: quia, vt inquit Apoſtolus, *Non qui filij carnis, hi filij Dei; ſed filij promiſſionis deputantur in ſemine*, ad Rom. 9. num. 7. Vnde licèt filij Abrahæ, non tamen in cenſu

23. *Iudæi quomodo dicantur filij regni.* Abrahæ; ſed foras, & extra domum in die viſitationis expellendi. Vnde ſequens Dominus ait,

August. *Filij autem regni eiicientur in tenebras exteriores.* Per filios regni certum Iudæos intelligi: at cur filij dicantur regni, multi multa. Auguſtinus tom. 10. in ſerm. 6. huius loci: *Quia legem acceperunt; quia celebrarunt figuras omnium futurorum.* Hilar. *Quia*

Hilar. Hieron. Beda. *Deus antè in eis regnauit.* eodem ſenſu Hieron. & Beda. Alij, quia nati in regno Iudæorum vmbra regni futuri cœlorum. Alij (vt apud Maldonat.) non quòd eſſent filij regni; ſed quòd eſſe deberent, niſi per illos ſtetiſſet. At, mea ſententia, omnium

Chryſoſt. meliùs Chryſoſtomus; quia illis præparatum erat regnum cœlorum, & per Dei fidem ius ad illud habebant. *Filios regni dicit eos, quibus regnum erat præparatum; quod & magis eos mordebat.* Vnde rectè

Maldon. obſeruat Maldonatus, dici filios regni ex Hebraiſmo, tanquam ad regnum nati, & deſtinati; ſicut filius mortis, qui ad mortem.

At ad iniores deueniendo pondero, ſtatim ac Dominus dixit, quòd multi exteri venient, & recũbent cum Abraham, adiecit. *Filij autẽ regni eycientur.* Quæ connexio? Poterant equidem & exteri recumbere, & etiam filij; cur ergo eiicientur? Pul-

Cyprian. chrè *in orat. Domin.* Cyprian. hũc perſtringens lo-

24. *Chriſtianum non nomẽ, ſed opera facit.* cum ait. *Poſtquam ceſſauit illis nomen paternum, ceſſauit & regnum.* Ex malis operibus nomen amiſerunt filiorum Abrahæ; non amplius Abrahamitæ. Quid eſt hoc? Statim ceſſauit & regnum: nam (vt ſæpè dixi, & dicam) non caro, non ſanguis, ſed virtutum opera ſunt, quæ Abrahamitas conſtituunt. Non ſufficit eſſe Chriſtianum, niſi opera agas Chriſtiani; nam alij, qui exteri ſunt, fiunt intus, & qui intus, exteri: & qui filij extranei, & extranei filij.

Enim verò *Marc.* 7. *n.* 26. Chananæa illa audiuit à Domino pro filia ſoſpitatem rogans: *Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus.* Quid per filios, niſi credentes Iſraëlitas? Quid per canes, niſi Gentiles? Vnde & ipſa; quia Gentilis canis vocata: *erat enim* (ait Marcus) *mulier Gentilis.*

25. *Chananæa ex humilitate filia facta ex cane.* Ergo non filia, ſed in Chriſti æſtimatione canis. Si ergo canis, & non filia, vnde panem poſtea accepit filiorum? Sanè, quia ex cane facta filia. Et vnde filia? Ob illud verbum quod dixit: *Etiam Domine.* Confeſſa eſt ſe canem. Quid inde? Ex humilitate facta eſt filia. *Quòd ergo in ordine canum ſe*

Chryſoſt. Theodor. *reputat* (ait Chryſoſt.) *reuerentia eſt.* Vnde Theodor. *Quia mulier ſapientiſſimè reſpondebat, obtinuit quod optabat.* Ex opere fidei, & humilitatis, facta filia: quod notauit idem auctor in reſponſione Chriſti ad illam, dicens. *Propter hunc ſermonem vade; exit dæmonium a filia tua.* Nota cauſalem: *propter hunc ſermonem Non dixit* (ait Theodor.) *virtus mea te ſaluam fecit; ſed propter hunc ſermonem, id eſt, propter fidem tuam, quæ hoc ſermone demonſtratur.* Ergo ex cane facta filia ex operibus. Vnde Sedulius lib. 3. Pa-

Sedul. ſcal. c. 22. *Vox* (ait) *humillima, fides excelſa; quæ, ſoſpite filia, canem tranſtulit in ouem.* At è contra oues trã-

26. *Sine operibus Chriſtiani ex filijs fiunt canes.* feruntur in canes, ſi opera deſint; filij, etſi legitimi, in adulteros. Infrà *c.* 12. *n.* 39. Scribis, & Phariſæis ſigna petentibus, non ſolùm ſignum non dedit, ſed reprehendit; iniurians: *Generatio mala, & adultera.* Si generatio adultera; ergo non legitimi filij; ergo ſpurij; ergo canes, & extra ius regni. Vnde hoc? *Quia ingrati ſemper facti ſunt circa benefa-*

Chryſoſt. *ctorem* (ait Chryſoſt *hom.* 44. *in Matth.*) *& beneficijs deteriores fiebant.* Opera mala ergo ex legitimis filiis adulteros eos conſtituerunt, dicam, & canes; vnde & extra ius regni. Hinc & nomen amiſerunt paternum, non filij Abrahæ. Quid ergo mirum ſi, vt bene Cyrillus, *poſtquam illis nomen ceſſauit paternum, ceſſauit & regnum.* Vnde (inquit Dominus) *filij autem regni.*

In tenebras exteriores. Mirum dictu eſt, quantum laborent expoſitores in declarando, cur inferni tenebræ exteriores dicantur. D. Auguſt. *ep.* 120. *ad*

August. *Honor.*

26. *Honor. Primò* tenebras exteriores cacodæmonum ſocietatem pœnalem interpretatur: at quomodo ſocietas cacodæmonũ ſit animabus tenebræ, non ſatis intelligitur. *Secundò* tenebras exteriores interpretantur ad differentiam tenebrarum interiorum; illas dicit eſſe corporis, has animæ, vtraſque in inferno paſſuros damnatos. Recta interpretatio, ſed aliquid amplius deſidero: cur, ſcilicet, inferni tenebræ propriè dicantur exteriores, & non aliæ? Tandem idem Sanctus *Pſal.* 6. tenebras exteriores appellat hominum cæcitatem, qui penitus extra infinitam lucem, id eſt, Deum in tartaro ſunt. Allegorica expoſitio. Eamdem interpretationem ſequitur Hieron. at Beda per tenebras exteriores noctem æternam damnationis intelligit, per interiorem cæcitatem cordis: ſenſus moralis. Caietan. cum Auguſt. per tenebras exteriores intelligit, quæ corpus; ſicut per interiores, quæ animum. Maldon. per tenebras exteriores omne id, quod extra regnum eſt cœlorum, ducta ſimilitudine à conuiuali cœna, vbi infinitæ tædæ; in qua, qui extra illam, in obſcuro ſunt. Confutatur à Barrada; quia etiam extra cœnam lumina ad ſeruitia parãda. Barradas per tenebras exteriores intelligit tenebras extra hunc mundum, qui cernitur, hoc eſt, in tartaro, & in profunditate terræ, quæ extra omnem lucem ſunt, nunquam cum ſpe lucis, vt ſunt tenebræ huius mundi: vnde per antonomaſiam vere tenebræ exteriores dici poſſunt, quatenus omnino, & in æternum luce priuatæ; quod non ſic huius mundi tenebræ, cùm poſt illas aduenit lux, & Sol oritur illas diſpergens. Vnde tantũ fuit dicere, *eycientur in tenebras exteriores*; quantum in tenebras tartareas, extra mundi ſplendorem, quò nunquam lux pertinget.

Inferni tenebræ cur exteriores dicantur.

Hieron.

Beda.

Caietan.

Maldon.

Barrad.

27. Hic ſenſus ex omnibus dictis mihi videtur magis litteralis: at ſi aliquid noui fas erit dicere, opinarer ego, inferni tenebras dici exteriores ob ſuam denſitatem, ac craſſitiem talem, ac tantam, vt palpari poſſint. Exod. 10. n. 21. *Extende manum tuam* (dixit Dominus ad Moyſem) *in cœlum, & ſint tenebræ ſuper terram Ægypti tam denſæ, vt palpari queant.* Quomodo tenebræ palpari queant, cùm non ſint niſi lucis priuatio? Ad rem Lippomanus: *Dicuntur* (ait) *palpabiles, quia aere groſſis, ac denſis vaporibus occupato velut tangibiles viderentur, quæ homines palpitare facerent.* Egregiè: ex groſſis, ac denſis vaporibus ſic craſſæ, ac horrendæ tenebræ illæ apprehendebantur, vt quaſi illas tangerent; ex quo pauor, ac cordis palpitatio. Ad hunc modum cogito tenebras inferni dici tenebras exteriores, hoc eſt, craſſas, & denſas, tanta denſitate, vt veluti palpari poſſint, tanto horrore, ac pauore, vt palpitare faciant miſeros ex horrore. Ex quo & magnitudinem tenebrarum inferni habes, & ſimul Chriſti ſermonis profunditatem vnico verbo horribilitatem tenebrarum inferni exprimentis. Neque longè ab hoc ſenſu eſt Ianſenius, qui tenebras exteriores affirmat dici inferni tenebras; *quia obſcuriſſimæ, & profundiſſimæ, quàm longiſſimè ab ipſa luce diſtantes.* quæ ſententia explicata, vt explicari debet, vt vides, cum noſtra coincidit.

Tenebræ vt palpabiles dici poſſunt.

Lippoman.

Ianſen.

At dices; quomodo tales tenebræ in inferno, ſi ignis, qui natura lucidus in illo? De hac re abundè in noſtris commentariis *in Sapientiam tom.* 2. ſufficiat tamen hic dicere ex ſententia Baſilij, & Damaſceni, quòd ignis inferni, ſi calidus eſt, lucidus non eſt, vnde Baſil. *in Pſal.* 28 ſuper illa verba: *Vox Domini intercidentis flammam ignis; ſic ait. Arbitror, quòd ignis præparatus diabolo, & Angelis eius, diſſecatur voce Domini, vt quoniam duæ ſunt in igne*

Baſil.

Damaſcen.

facultates, vſtoria, & illuminatoria; acris quidem, & 28.
punitoria vis ignis permaneat apud eos, qui digni ſunt, vt vrantur; illuminatoria verò, ac ſplendida ipſius facultas ad exhilarandos beatos gaudio fruentes cadet. An verò aliquid luminis in inferno ſit, potius ad cruciatum deſeruientis, quàm ad conſolationem, vide vbi ſuprà *in noſtris in Sapientiam commentary.*

Infernus ignis ſi vrit non lucet.

Theophylactus acutè perpendens Chriſti dictum, nempe quòd loquebatur de filiis regni, affirmat dixiſſe Chriſtum, ac vocaſſe exteriores tenebras inferni tenebras reſpectiuè ad minores alias, quæ ibi ſunt, quas patiuntur, qui non ſic peccauerunt, nec filij ſunt regni; at vltimas pœnas, & horrendas paſſuros regni filios; quatenus peccatũ eorum ampliùs horrendũ, & dignum maiori ſup-
plicio. *Porrò dicens* (ait) *tenebras exteriores monſtra-* 29.
nis, eſſe pœnas quaſdam leniores, & tolerabiliores, ſunt autem in ſupplicijs gradus: filij autem regni Iudæos dicit. Si ad praxim hæc applices, intelliges, & duces Chriſtianos malos horribiliores pœnas in inferno luituros, quàm Gentiles, & reſpectiuè malos religioſos, quàm malos ſæculares; quatenus iſti plus acceperunt, ſuamque ſortem, ac locum negligentes, inferiores in inferno porcis, ac Gentilibus ſe inuenient. Huc refero doctrinam S. Th. 2. 2. q. 165. *art.* 3. qui expendens locum illum *Gen.* 3. *n.* 14. quando Deus ſerpenti maledicens ſic illi imprecauit, *Maledictus es ſuper omnia animantia.* Per quẽ ſerpentem cum diabolus intelligatur, quærit, quomodo diabolus inferior omnibus reperiatur beſtiis? Nunquid iſtæ plus poſſunt, quàm ille? aut va-
lidiores ſunt? Pulchrè ſic reſpondet. *Pecora illi præ-* 30.
ponuntur non in poteſtate, ſed in conſeruatione ſuæ naturæ; quia pecora non amiſerunt beatitudinem aliquam cœleſtem, quam nunquam habuerunt, ſed in ſua natura, quam acceperunt, peragunt ſortem. Egregiè. Inferior beſtiis inuenitur dæmon, non equidem in poteſtate, ſed in cõſeruatione ſuæ naturæ: nam nunquam amiſerunt quod dæmon; quia nunquam ad beatitudinem deſtinatæ, ſicut ille; hinc miſerior illis, & inferior. Sic equidem, ſic inferiores, ac in pœnis miſerabiliores ſe mali inuenient Chriſtiani in inferno, quàm Gentiles, quàm Mahumetani; quia iſti nunquam ius habuerunt ad beatitudinem, ſicut illi per ſacroſanctum Baptiſma. Hinc tenebræ eorum, tormenta, ac pœnæ crudeliores, ac crudiores; ac proinde tenebræ craſſiores, ac denſiores, ſeu, vt Dominus noſter inquit, *exteriores.*

Theophyl.

Mali Chriſtiani ampliùs in inferno puniti quàm Gentiles.

S. Thom.

Beſtiæ potiores ſunt quàm dæmon, in quo ſenſu.

Ibi erit fletus, & ſtridor dentium. Ne autem in loco tenebroſo proiecti putaretur hoc ſolum, non aliud tormentum inibi damnatos paſſuros, ſequitur Dominus, quòd *ibi erit fletus, & ſtridor dentium.*

At quid per hæc? Ianſen. quem ſequitur Mald. reputat per fletum, & ſtridorem dentium, non ſignificari duas inferni pœnas, nempe ignem, & frigus; ſed intenſiſſimum dolorem, & horrorẽ ſummum: dolorẽ quidem per fletum; horrorem verò per ſtridorem, & concuſſionem dentium. At Mal-
don. licèt teneat poſt reſurrectionem verum fle- 31.
tum, ac dentium ſtridorem futurum in inferno; tamen quòd hic Saluator non illud intellexit; ſic conſtanter Ianſenij opinionem ſequitur, vt dicat, præter Hieron. & Bedam, *aliorum authorum authoritate non eſſe receptum*; ſcilicet per fletum, & ſtridorem dentium duas intelligere Saluatorem inferni pœnas, ignem ſcilicet, & frigus.

Ianſen.

Maldon.

Quid Saluator intelligat per fletum & ſtridorem dentium

At præter Hieronymum, & Bedam, ego illam inuenio apud Hug. Card. Paſch. Rharb. S. Th. Dionyſ. Carthuſ. Caiet. & Abul. quorum authoritate fultus dico per fletum, & ſtridorem dentium non ſolùm intellexiſſe Dominum ſummam triſtitiam,

Hug. Card.

Paſchaſ.

S. Thom.

Carthuſian.

Caietan.

Abulenſ.

ac

ac horrorem damnatorum, vt vult Ianſen.aut per
ſtridorem dentium rabiem in Deum,& ſeipſos,dũ
nihil proficere, & ſemper in pœnis ſe futuros eſſe
Raban. Salmeron. aſpicient,vt vult Raban.quem ſequitur Salmer.ſed
etiam per fletum ignem,& per ſtridorem dentium
poſt reſurrectionem tormentum frigoris,miſera-
biliter damnati tranſeuntes de vno ad aliud extre-
mum.Quam ſententiam ideò libenter amplector,
quia conformior myſticis Doctoribus, qui illud
affirmant, & infinitis de hac re reuelationibus,
quas dum propriè accipere poſſumus, non eſt cur
ad metaphoricos recurramos ſenſus.

32. Ao autem in inferno ſit fletus, qui lachrymas
An in inferno ſint lachrymæ. fundat, non eſt huius loci examinare, licèt cum
Abul.veriſſimam eſſe opinionem iudicem, nullas
in inferno eſſe lachrymas:tum, quia nulla ibi ge-
neratio,vt ait Abul.tum,quia magnus,& intenſus
dolor potiùs lachrymas obſtruit,quàm fundit.

Vade,& ſicut credidiſti,&c.Ex his verbis fidei ef-
Raban. ficacitas notatur:vnde Rabanus,*Quaſi dicat*(ait)*ſe-
cundùm menſuram fidei metietur & tibi iſta gratia.* &
Chryſoſt. Chryſoſt.*Velocitatem admirare,neque enim ſolùm cu-
33. rare,ſed inopinatè,& in momento hoc facere, virtutem
Fides efficacitas quanta. *Chriſti oſtendebat*. Vnde ſtatim ſequitur,
Salmeron. *Et ſanatus eſt puer in illa hora*.Hoc eſt,vt adnotat
Salmeron,in illo puncto,quando Chriſtus hoc di-
xit,ſuam diuinam oſtendens in hoc potentiã.Pul-
Raban. chrè adnotat hîc Raban.felicitatem huius Centu-
rionis, dum ſuo merito non ſolùm ſibi, ſed aliis
proficere potuit,vnde ait:*Poteſt autem meritum Do-
mini etiam famulus ſuffragari, non ſolùm merito fidei,
ſed ſtudio diſciplinæ.Vnde ſequitur,& ſanatus eſt puer.*
Felices,qui talem,ac tantam gratiam apud Domi-
num inuenerunt. Pro qua re ſit

ANNOT. MORAL. XCI.
Felices, qui non ſibi tantùm proficui, ſed & alijs.

ET *ſanatus eſt puer.* Sanè ex merito ſui domini;
qui ſic diues in meritis,vt non ſolùm ſibi bo-
nus,ac proficuus,ſed etiã aliis,non ſolùm ſibi ſuf-
ficiens,ſed ſuis;quod eſt eſſe magnũ,vt Diuus aie-
Chryſoſt. bat Chryſ.hom.79.ad populum. *Nullum meritum
1. (ait)eſſe magnum poteſt,niſi lucrum cum alijs communi-
Nullum meritum magnũ ſi alijs nõ proficuum. cet:ſiue ieiunus maneas,ſiue dormias humi,ſiue fauillam
comedas,ſiue lugeas continuè,& nulli proſis alteri,nihil
magnum efficis.* Hinc animæ electæ non ſolæ poſt
ſponſum currere volunt,ſed aſſociatæ:Cant.1.n.3.
*Trahe me,poſt te curremus in odorẽ vnguentorum tuo-
2. rum.*Cur curremus,& nõ currã?Sanè,quia amans,
Anima ſancta ſola currerè ad ſponſum venire nequeunt. & amore ſponſi æſtuans,ſi vocata ab illo,nolebat
tamen ſola currere, ſed cum aliis ab illa vocatis.
Huc reuoco illud Apoc.22.n.17. *Spiritus,& ſponſa
dicunt,veni,& qui audit,dicat,veni.*Quid hoc?vt in-
uitatus à ſponſo,& ſponſa,vt veniat,illi præcipia-
tur,vt etiam dicat,veni?Cui dicet?Sanè fratri,ſanè
ſocio;tanquam ſacrificium non ſic acceptum Deo
S.Thom. offerat, qui ſolus poſt illud currit. Sic D. Th.2.2.
q 182.*art.*2.*ad* 3.hũc Apocal. interpretatur locum,
affirmans ſacrificium acceptiſſimum Deo eſſe,pri-
3. mùm animam ſuam offerre,deinde aliorum.*Offer-
Sacrificium perfectum eſt hominem non ſe ſolum Deo offerre, ſed cũ alijs re autem debet aliquis*(ait)*Deo primùm animam ſuam;
ſecundò autem animas aliorum : vnde in Apocal. qui
audit* (ait) *dicat, veni.* Hinc ſponſa perfectiſſimè
amans,& æſtuans(dum à ſponſo attracta)non ſola
vult currere,ſed aſſociata:vnde nõ ait,curram;ſed
Tertull. curremus.Nam,vt grauiſſimè Tertull.*in Apol.c.*7.
legitimum Chriſtianum illum negat,ſi ſine fratre
Chriſtianus,aut filio.*Quid denique ſingulares Chri-
ſtiani?Non erit,opinor,legitimus Chriſtianus,niſi fra-
ter, aut filius.* hoc eſt, niſi ex illo lucratus ſit aut 4.
frater,aut filius.Et ſapè non caret ratione dictum: *Nõ Chriſtianus legitimus qui ſecum ad Deum alium non conducit, ſecundũ Tertullianum.*
nam Chriſtianus,qui tantum ſibi ſufficit, aut ſuf-
ficere vult, potius inter mortuos, quàm inter vi-
uos deputandus eſt.

Enimuero infrà *c.*25.*n.*17. qui vnum talentum
acceperat,quòd abiit,ait Euãgeliſta;*& fodit in ter-
ram,& abſcondit pecuniam domini ſui.* At ſi hãc ipſã
hiſtoriam apud Luc. legas *c.*19.*n.*20.inuenies hunc
ſeruum non in terram fodiſſe talentum,ſed repo-
ſuiſſe in ſudario : *Domine, ecce mna tua,quam habui
repoſitam in ſudario.*Quid terra cũ ſudario?Beda in Beda.
hũc locum:*Pecuniam in ſudario ligaſſe* (ait)*eſt perce-
pta dona ſub otio lenti corporis abſcõdere.*Theoph.*Su-* Theophyl.
dario enim mortuorum facies velatur. Vnde in ſudario 5.
inuoluit;quia eam mortificans,& otioſam dimittens,nõ *Sudarium Euãgelij quid ſignificet.*
*tractauit,neque auxit,mortuam illam faciens.*Ergo ſe-
cundùm hos authores duo ſudarium ſignificat,&
talẽtum mortuum, & etiam corpus mortuum ſu-
dario velatum.Bene ergo quod terram dixit Mat-
thæus,Lucas ſudarium dicit:nam Chriſtianus,qui
ſolus, qui nulli proficere vult, *qui peruersè* (vt ait
Aug.*de quaeſt. Euang.c.*46.*à medio tom.*4) *dicit ſuffi-* Auguſt.
cis,vt vnuſquiſque de ſe rationem reddat , quid opus eſt 6.
alijs prædicare, & miniſtrare; verè viuens mortuus *Mortuus velut eſt ille Chriſtianus, qui alium nõ lucratur.*
dici poteſt,& inter viuentes nõ deputari.Vnde ad
rem Chryſ.hoc ponderans *orat.* 1.*aduerſ.Iudæos*,ſic
ait. *Talentum illud,quod acceperat, & foderat, ſeruus
ille reddidit integrum;attamen dat pœnas, eo quòd non* Chryſoſt.
*auxerat lucrum;ita tu quidem,etiã ſi ipſe purus,& in-
nocens perſeueres,cæterùm non augeas talentum,nec fra-
trem pereuntem reuoces ad ſalutem : eadem,quæ ille pa-
titur,patieris. Quid magni poſtulo? Vnuſquiſque ve-
ſtrûm vnum mihi fratrem ad ſalutem reuocet* Hoc vnũ
pondero,vt ſolamen capiant,qui aut prædicandi,
aut docendi,aut ſcribendi talentum non poſſidẽt,
animum non ſpondeant, legitimus erit Chriſtia-
nus,ſi vnum tantùm ad ſalutem reuocet;felix,im-
mo feliciſſimus,ſi hunc perficiat,& ad perfectio- 7.
nem euehat:cùm,mea ſententia,ſecundùm D.Th. *Magis Deum glorificat qui vnum perfectũ facit quàm qui multos lucratur, non eos perficiens.*
doctrinam *vbi ſuprà*, magis glorificat Deum, qui
vnum perfectum facit,quàm qui multos conuer-
tit,qui poſtmodum ſunt tepidi,etiamſi abſtineant
à peccatis mortalibus.Et huius rei ratio,quia ma
ior gloria Deo reſultat ex vno iuſto perfectu,quã
ex multis aliis iuſtis communibus,& imperfectis.

Ex hac propoſitione,quam ad ſolamen(vt dixi)
pono illorum,qui carent talentis,quæ dixi,& præ-
cipuè mulierum,quibus illa non ſolùm non poſſi- 8.
dent;ſed vt in plurimum nec decet:attamẽ aut ſuę *Aſſumptum efficaciſſimè confirmatur.*
familiæ ſæcularis curam habent,aut religioſarum;
animum ex illa(inquam)reſumere debẽt,cùm etſi
peccatores nõ conuertãtur ex prædicatione,ſi ani-
mas non lucrantur ex laboribus compoſitionis li-
brorum;tandem ſi nec ex confeſſionibus audien-
dis;ſi tamen impensè incumbant,vt vnam ex ani-
mabus ſibi commiſſis, ad perfectionem aſcendat;
ſciãt maiorem gloriã ex hoc Deo illas dare,quàm
prædicator,lector,aut ſcriptor,ſi infinitos conuer-
tat,attamen imperfectos eos relinquens.Hæc do-
ctrina(vt dixi)apertè colligi ex D.Th. mihi vide- S.Thom.
tur:articulus enim erat,vtrũ vita actiua ſit maioris
meriti,quàm contẽplatiua?& argumẽtum tertium
ex auctoritate D.Greg.deſumptum tale erat. *Gre-
gorius dicit ſuper Ezechielem,quòd nullum ſacrificium,
eſt magis Deo acceptum,quàm zelus animarum,ſed per
zelum animarum aliquis ſe conuertit ad ſtudium vitæ
actiuæ : ergo videtur, quòd vita contemplatiua non ſit
maioris meriti,quàm actiua* Huic argumento,vt re-
ſpondet D.Thom. primò tradit doctrinam, quale

ſacrificium ſpeciale & magis Deo acceptum;& affirmat,quòd illud,quãdo primò homo offert Deo animam ſuam,deinde aliorum,& quo magis perfectius ſe hominem dat,& perfectius alios,eò amplius acceptius ſacrificium Deo offert:vnde, quia perfectius eſt contemplationi aliquem addicere, quam actioni; hinc acceptius ſacrificiũ Deo præſtat,qui contemplationi aliquẽ addicit, quam qui actioni.

9. *Perfectius eſt aliquem contẽplationi applicare,quàm actioni.*

Vnde Sanctus. *Quanto autem homo animam ſuam,vel alterius, propinquius Deo coniungit,tanto ſacrificium eſt magis Deo acceptũ. Vnde magis acceptum eſt Deo,quòd aliquis animam ſuam,& aliorum applicet contemplationi, quam actioni.* Qua doctrina tradita reſoluit poſtea argumentũ,declarando ſententiam Gregorij, nempe zelum animarũ eſſe ſacrificium Deo acceptius reſpectu bonorũ externorum,cùm acceptius ſacrificium ſit Deo dare animam ſuam, & aliorum,quàm alia exteriora bona.Hæc eſt doctrina Sancti fideliſſime tradita:ex qua apertiſſimè duo deducuntur:*primò* abſolutè loquendo perfectius munus, & ſacrificium Deo offerre, qui alios applicat contẽplationi,quàm qui alios conuertit; nam purgatio peccatorum pertinet ad vitam actiuã. Et *ſecundò* deducitur id,quod dicebamus:nam ſi perfectius ſacrificium eſt aliquem applicare cõtemplationi,quàm actioni:ergo magis ille glorificabit Deum,dum perfectius ſacrificium offert:ergo qui vnum hominem perfectum facit,& contẽplatiuum,perfectius ſacrificium offert Deo,quam alter,qui centum applicat vitæ actiuæ,ac proinde non ſic perfectè:& licèt ex labore,ac fructus multiplicatione extenſiuè poſſit ampliùs ſacrificium vitæ actiuæ ſe extendere;tamẽ in rigore,& intenſiuè,vt ſic,nunquam ad perfectionem ſacrificij applicationi vitæ contemplatiuæ perueniet,cùm intrinſece perfectior ſit vita contemplatiua, quàm actiua:ergo ſi quis,v.g.per prædicationem cõuertat centum peccatores ad pœnitentiam, quæ eſt actio vitæ actiuæ,non ſic perfectius ſacrificiũ Deo offert,quàm ſi alter vnum applicet ad vitam contemplatiuam.Hinc clariſſimè ſequitur,quòd ſi aliquis centum conuertat,eos relinquẽdo in imperfectiori vita,licèt abſque mortalibus,non ſic Deũ glorificat,ac qui vnũ perfectiſſime excolat,& perfectiſſimum Deo reddat. Ex quo deducitur in diuino ſenſu non tantum numerum conuerſorum, quantum eorum dignitatem penſari. Vnde ſi vnus minoris litteraturæ,minoris talẽti,minoris actionis,qui nihil aliud ſciat,quam a peccatis abſoluere, ſi ſuo fungens officio vnam tantùm animam bene regat, & perfectam faciat; pluris apud Deum haberi,& acceptius ſacrificium illi offerre, quàm famoſus alter prædicator, qui mille (vt ſic dicã) conuertat,at nõ perfectos reddat;maioremque illum Deo gloriam dare,& ſtando ſimpliciter in rigore magis,& minus perfecti, plus etiã apud Deum mereri.

10. *Quantũ Deo debet qui vnam tantũ Deo lucratur perfectiſſimã animam.*

Vnde(vt interim hoc dicam)ſi humilitas adſit, & ſuperbia abſit, & æqua lance res penſitetur, plus Deo debet, pluresque illi gratias referre,qui ab omnibus incognitus vnam tantùm perfectiſſimam gubernat, ac reddit illi animam, quàm affamatus quilibet prædicator in ore hominum volitans, tamen non animas perficiens, etſi eas ad pœnitentiam addicat,& applicet,vt videas, quòd nemini ex Dei bonitate hæc felicitas alios lucrandi dempta ſit, & quòd niſi data opera quis ex inertia,ac negligentia ſolus eſſe velit, etſi infimi talenti homo,poteſt eſſe feliciſſimus, etiamſi vnam tantùm animam lucretur, vt Diuus aiebat Chryſoſtomos.Quid ergo quando multæ?

Hinc ſignum validum ſaluationis,ac in dexteræ collocationis in illo vltimo die, eſt fructuoſum hominem hîc exiſtere, & ſecum plures animas ad Deum adducere.Enim verò infra *c.25.n.33.* de iudicio Dominus ſermonem habens,ait, *quod congregabuntur ante eum omnes gentes, & ſeparabit eos ab inuicem; ſicut paſtor ſegregat oues ab hædis, & ſtatuet quidem oues a dextris; hædos autem a ſiniſtris.*

11. *Signum prædeſtinationis animarũ lucrum.*

Primum põdero,ad quid ſeparatio?numquid etſi mali cum bonis mixti eos non cognoſcet? Sane. Vnde ergo illi neceſſitas ſeparationis? An quia ſi inter bonos illos cernat, per reſpectu ad illos eos non audeat ferire?Tanti enim Deus bonos magni facit,vt ſi inter illos malos,ac ſceleſtos videat,ne eos confunderet,ferire non audeat.Hoc pendo in facto diluuij *Gen.7.n.16.* nam non antè aquæ è cœlo dilabi cœperunt,quàm Noë in arca,& non ſolùm in arca, ſed non antequam Dominus à foris eum clauſerit. *In articulo diei illius* hoc eſt,quando incipere debebat diluuium, *ingreſſus eſt Noe, & clauſit eum Dominus de foris.* Mira diligentia!Cur ſic eum Dominus clauſit? *Vt non poſſet videre iuſtum generalem omnium interitum* (ait Chryſ.) *& vt ſic mæſtitia correptus valde turbatus fuiſſet.* Quaſi talem turbationem Deus timens eam præuenit; nã ſi vidiſſet iuſtũ turbatũ malos ferire,non auſus fuiſſet. Quid ergo ſi inter illos ſteiſſet?Ideo ergo in iudicio malos a bonis ſeparat;non equidẽ, quia eos ignoret; ſed quia non feriret,ſi inter illos eos videret.

12. *Deus in iudicio cur malos ſeparabit à bonis.*

13. *Quanti Deus faciat Sanctos ſuos.*

Chryſoſt.

14. *Cur Deus hoc clauſit in arca de foris.*

Secundo pondero,dixiſſe,ſe ſeparaturum malos à bonis,ſicut paſtor ſeparat ouem ab hædis:cur non, à capris?Si nõ dixiſſet oues, ſed agnos,bene diceret ab hædis;ſed dum dixit oues,dicat a capris,nõ ab hædis. Ad rem Chryſ. Nominauit(ait)oues ex fœcunditate, dixit hædos ex ſterilitate:hinc oues à dextris collocat,hædos a ſiniſtris. *Hos vocat hædos,illos autem oues; vt horum infructuoſitatẽ oſtendat; nullus enim fit ab hædis fructus: multus eſt enim ouium fructus,& a lana,& a lacte,& à fœtibus.* Nil elegantius!oues bonos nominauit;quia à lana,à lacte,& à fœtibus,quos Domino parturiũt,oues ſunt.Hinc à dextris eos collocat.Malos autẽ non capras,ſed hædos dixit; quia infructuoſi Deo, ac ſine vllo fructu; hinc à ſiniſtris.Illi in ignem æternum addicti:illi ex fœcunditate in vitam æternam,vt videas,quam felix ſit,qui aliis proficuus,& non ſibi ſoli tantùm. Vt ex inde intelligas,quàm felix iſte fuit Centurio, qui non ſibi ſoli proficuus, ſed ſeruo, cuius interceſſione ſanatus, dicente Euangeliſta: *& ſanatus eſt puer in illa hora.*

Chryſoſt.

15. *Cur Chriſtus dixerit in die iudicij ſe ſeparaturũ oues ab hædis, & non à capris.*

16. *Mali cur dicantur hædi.*

ANNOT. MORAL. XCII.

Humilitas ad animas lucrandas neceſſaria.

E*T ſanatus eſt puer.* Felicem diximus Centurionem;quia non ſibi ſolus ſufficiens,ſed alteri: non ſibi ſoli animæ attulit ſalutem, ſed corporis, & animæ ſeruo: at quo medio?Sanè fide,& humilitate: *Domine non ſum dignus.* Ex quo inſtruimur, nullum medium ſic aptum ad animas lucrandas, quantum humilitas, qua deficiente non ſolùm & cæteras non lucrabitur quis,ſed, mea ſententia,& ſuam perdet. Vnde ſi quis audax præpropere ad lucrandas animas ſe dederit, vocem non operiens diuinam,ex ficto animarum zelo, aut Dei amore deceptus,edico, quòd ſe perdet,ac in miſerabiles deueniet calamitates. Doctrinam hanc ſic neceſſariam indico,vt nulla ampliùs,præcipuè his temporibus, quando malis noſtris ætatem aſpicimus, ſic prædicatoribus feruentem,vt ferè nullus ſit ex Eccleſiaſticis,qui intrepidè ſuggeſtum non audeat aſcendere,

1. *Prædicator non vocatus, & ſine humilitate officiũ exercens non animas lucrabitur, ſed potius ſuam amittet.*

aſcendere,nulla eos remouêre aut ignorantia,aut puerili ætate,aut ſpiritus frigiditate : ſufficiat , vt bene calleat memoria,vt ferax ſit in verbis,vt ſcriptum ſermonem ſciat recitare, vt alienos labores furati; & cùm hoc ſit, iam dignus eſt prædicator; immo digniſſimũ ſe iudicat. Hinc ſine fructu eos videmus:hinc in mille horrendos,ne dicam fœtidos,caſus.Omnia mũda mundis(exceptos volo ab hac regula Sanctos,ac dignos, qui plurimi,) dico quod audiui,quod vidi,quod manibus attrectaui: Deus ſcit,quòd non mentior:ſic aliquando ex ſcientia aliquorum caſuũ ſanctiſſimam,ac Apoſtolicam prædicationem ab aliquibus fœdatam aſpexi, vt potius eam Satanicam rectè dixerim , quàm Chriſti. Vnde tantum malum?quia ſuperbi,& elati,ſe non vocatos intruſerunt, & Dei vocem non expectantes , nec opportunum tempus, officium ſine Chriſti præcepto proripere auſi ſunt. hinc in caſus inciderunt horrendos.

Ad hoc probandũ aſſumo illud Euangelij Ioan. 13.*n.*36.dixerat enim Dominus Apoſtolis: *Quò ego vado vos non poteſtis venire*,n.33. hoc audiens Petr. Sanctiſſimus ſic Magiſtrum præſtolatur. *Domine, quò vadis?* Cui Dominus. *Quò ego vado,non potes me modò ſequi,ſequêris autem poſtea.* At quid Petr. *Quare non poſſum te ſequi modo? Animam meam pro te ponam.* Cui Dominus. *Animam tuam pro me pones? Amen,amen dico tibi, non cantabit gallus,donec ter me neges.* Quid hoc?nunquid malum,pro Chriſto animam ponere,vt tam ſeuero inueniatur dignus ſupplicio Petrus; ſic vt vſque ad negationem,& infidelitatem deueniat?Sanè non malum. Vnde ergo

2. *Petrus ex præpropera Chriſti confeſſione tempus velleſt expectare punitur.*

et pœna? Amice,ex præpropera actione,& (vt ſic dicam)Chriſti confeſſione,ac prædicatione: vnde attendenda eſt Domini reſponſio : nam non dixit abſolutè,quò ego vado, tu non potes venire; ſed *non potes me modò ſequi,ſequêris autem poſtea? Dilationem intulit*(ait Aug.*tract.66.in Ioan.tom.9 non ſpem abſtulit.* At quid Petrus ardentiſſimus?moræ impatiens, dilationem faſtidiens, contra temporis diſpenſationem à Deo præordinatam,illico eum ſequi vult , & pro illo animam ponere , antequam Chriſtus pro illo animam poſuiſſet : vnde Petro tanta confidentia,ac audacia?Aug.vbi ſuprà: *Quia quid in animo eius eſſet cupiditatis videbat , quod virium non videbat.* Sin hoc peccatum tali pœna dignum, *Ita ne facies*(ait Aug.)*pro me,quod ego nondum pro te? Praire potes, qui ſequi non potes? Quid tantum præſumis? Audi,quid ſit. Amen,amen dico tibi.* Egregiè! officium Chriſti præripere volebat Petrus,& ante ipſum pro Chriſto mori,quàm pro illo Chriſtus. Quid hoc,niſi ſecreta præſumptio charitatis Chriſti zelo palliata?Quid hoc,niſi indiſcreta impariẽtia nolens tempus operire opportunum prædicationis Chriſti à Deo deſtinatum? Quid hoc; niſi ſecreta ſuperbia,qua aptum ſe exiſtimabat,& validum pro Chriſto animam ponere : *Cupiditatem animi videns* (vt aiebat Aug.) *quid virium non videns.* Meritò ergo ad tẽpus derelictus,in peccata lapſus,ex caſu cognouit præproperam feſtinationem ad Chriſtum prædicandũ,& pro eo moriendum, non vitam , ſed mortem parere animæ. Ad exemplum noſtrum hæc ; vt intelligamus , quod licèt ſanctus ſit zelus animarũ; tamen ſi indiſcretus,ſi ſuperbus,ſi ad eas lucrandas,ac pro illis depereundum , accedimus intempeſtiuè (nobis fiſi) non ſolùm illas non lucrabimur,ſed quòd & noſtras deperdemus: nam non omnibus quod Petro, cui poſt caſum,& quod deſiderabat, feliciſſimè ei

August. Dominus conceſſit. Quod ponderans Aug. *tract.* 123.*in Ioan.* ſic eleganter ait. *Hunc inuenit exitum ille negator,& amator;præſumendo elatus,negando proſtratus , flendo purgatus,confitendo probatus, patiendo coronatus;hunc inuenit exitum,vt pro eius nomine perfecta dilectione moreretur , cum quo ſe moriturum peruerſa feſtinatione promiſerat. Hoc enim oportebat , vt priùs Chriſtus pro Petri ſalute,deinde Petrus pro Chriſti prædicatione moreretur,præpoſterũ fuit,quod audere cœperat humana temeritas,cùm iſtum diſpoſuiſſet ordinem veritas.* Pende verba,& myſteria intelliges. Ex dono Dei(quis ſcit,ſi tibi Deus dabit illud)meruit Petrus,vt perfecta dilectione moreretur, quando peruerſa feſtinatione ſe pro Chriſto moriturum promiſerat. Quid hoc niſi exitũ demõſtrare extra omnem gratiæ cõſuetum curſum, & Dei in Petro extraordinariã denotare prouidentiam; vt quando ex peruerſa feſtinatione dignus erat , vt ampliùs non prædicaret,nec pro Chriſto vitam daret;contrarium euenit, vt ex Dei benignitate non ſolùm pro illo moreretur,ſed perfecta dilectione. Miraculum hoc eſt,ac extra gratiæ ordinem. Nunquid forſitan,quia hoc Petro æſtimas,quod etiam tibi? Nimis hoc præſumptuoſum , ac ſuperbum eſſet. Hinc te in gradu tuo ſuſtinens,ſi vis per prædicationem animas lucrari , hunc imitare Centurionem:æſtima te indignum, & officium non apprehendas,niſi vocatus.

3. *Petri conuerſio poſt negationẽ ex ſingulari Dei in eum prouidẽtia.*

Ataudi nunc & aliam meo ſenſu efficaſſimam rationem:nam qui ſuperbus accedit ad animarum lucrum,dum legit,dum laborat, dum ſtudet, dum ſenſus ad animas perſuadẽdas perſcrutatur reconditos Scripturæ,quia ambitione,ac faſtu animus plenus ſub palliato animarum zelo,intelligentias, ac ſubtilia acumina ex Patribus,& Scripturis,potiùs à flante ſerpẽte maligno,recipit,quàm ab inſpirãte Spiritu ſancto:nam humilium cordã Deus aperit ad illuminationem;ſuperborum dæmon ad concupiſcentiam. Hinc poſt ornatum ſermonem, poſt admirandas ſubtilitates , poſt mira ex Scripturis deprompta, non animas,ſed aurum lucrantur ; non ſpiritum, ſed ſuas concupiſcentias. Ad hoc probandum duo libet loca expendere Scripturæ. Sit *primum* illud *Gen.c.3.n.4.* quando ſerpens ad Euam , *Nequaquam moriemini ; ſcit enim Deus, quòd in quocumque die comederitis ex eo , aperientur oculi veſtri.* Quid per hanc aperitionem? Sanè dices,ſcientiam boni,& mali: vnde, *& eritis ſicut dij, ſcientes bonum , & malum :* conſequuti ſunt ſcientiam,dicente Scriptura, *quòd aperti ſunt oculi eorum,* acceperũt lumen. At ad quid?Sanè,ad cõcupiſcentiam; *cognouerunt ſe eſſe nudos.* Vnde hoc cognouerunt?Ex beſtiali concupiſcentiæ motu,ait Auguſt. *lib.11.ſuper Gen.ad litteram.* Hæc intelligentia optima eſt,& communis,per ſcientiam,ſcilicet intelligere ſcientiam boni,& mali. At ſi aliquid ex proprio dicere fas eſt ; ego per ſcientiam à ſerpente Euæ, & Adamo inſtillatam, acutam, titillantem, ac,vt modò eſt in vſu, & qua homines delectantur in verbi Dei prædicatione , mordacem Scripturæ intelligentiã intelligo;non planam,ſimplicem,diuinã. Attẽde;petẽti ſerpẽti, *Cur præcepit vobis Deus,vt nõ comederetis ex omni ligno paradiſi?* Reſpõdit mulier. *De fructu lignorũ,quæ sũt in paradiſo, veſcimur,de fructu verò ligni, quod eſt in medio paradiſi,præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tãgeremus illud;ne fortè moriamur.* Præceptũ ergo erat Dei, ne de ligno veſcerentur ſub mortis interminatione:hic erat planus,verus,ac legitimus ſenſus illius præcepti ſcripti tunc , & exarati in corde Adami, & Euæ. At quid diabolus?hanc ſimplicẽ repellens

4. *Prædicatores ſuperbi,& ob faſtum prædicãtes à dæmone , non à Spiritu ſancto ſenſus hauriunt Scripturæ, & Patrũ.*

August.

5. *Qualis fuit ſcientia quam acquiſiuit Eua per dæmonem.*

Scripturæ intelligentiam, vt ſic dicam, quam tunc Sancti noſtri tenebant patentes, nouam, acutam, ac verſipellem eis inſufflans; *nequaquam* (ait) *moriemini.* Quid hoc? Deus dixit, moriemini, quomodo dicit, non moriemini? Sanè, quia licèt moriemini, non intelligitur de ſubitanea, ac inſtantanea morte ſtatim poſt præcepti fractionem; ſed ad lógum tempus poſt annus mille. En noua, acu-

6.
Quò eam duxit.

ta, ac mordax Scripturæ intelligentia, ſic a muliere approbata, & acclamata, vt ſtatim non ſolùm tulit de fructu, ſed doctis in Scriptura ex ſerpentino lumine, & viro eſum perſuaſit. At quò illos tale lumen duxit? Sanè ad concupiſcentiam ardoremque libidinis. *Mulier reuelato ſerpenti præcepto*

Chryſoſt.

(ait Chryſoſtomus) *& narratis Dei verbis, lethiferum, & pernicioſum conſilium* (dic & in Scripturam conceptum) *ac Deo contrarium, à maligno ſalutis noſtra inimico accepit: calicem enim perniciali veneno plenum mulieri dedit.* Quid enim per hunc calicem, niſi acutus ille Scripturæ ſenſus intelligi poteſt, ac verſipellis? At cur eum ebibit? Sanè reſpon-

Auguſt.

det Auguſt quia ſuperba *Quando* (ait Sanctus) *ver-*

7.
Decepta quia ſuperba.

bis crederet mulier, niſi iam ineſſet menti illi amor propria poteſtatis, & quadam de ſe ſuperba præſumptio. Ergo ſuperba exiſtens nouos meruit ebibere Scripturæ ſenſus; quos dum illi ſerpens propinat diabolicus; lumen, quod auxit, ad concupiſcentiam duxit, non ad mandatorum obſeruantiam. Quanta, quæ, & qualia hîc dici poſſent? Quanta mala, quãta indigna, quæ à ſpiritibus committuntur ſuperbis, dum ad ſanctiſſimũ accedũt prædicationẽ, ad faſtum, ad ſuperbiam, ad ambitũ obtinendum. Quid inde? nonquid animarum conuerſio? Nihil minus: nam ſi oculi eorum aperiuntur, ſenſuſque diuulgant Scripturæ nouos; hoc lumen (fas ſit dicere) ſerpentinum eſt, non diuinum. Hinc non animas lucrantur, ſed potiùs perdunt: nam humilitas eſt, quæ verum dat intellectum; humilitas, quæ ſanctas inſpirat intelligentias; humilitas, quæ ad bonum, non ad malum, oculos aperit, quod nunc probandum.

Ad quod aſſumptum mirificè facit illud *Num.* 24. *n.* 3. Balaam: *qui vident* (ait Scriptura) *quòd placeret Domino, vt benediceret Iſraeli, nequaquam abijt, vt ante perrexerat, vt augurium quæreret; ſed aſſumpta*

8.
Balaam cur non perrexit tandẽ ad ſumendum Dei augurium.

parabola ait. Dixit Balaam, dixit homo, cui obturatus eſt oculus, dixit auditor ſermonum Dei, qui viſionem omnipotentis intuitus eſt; qui cadit, & ſic aperiuntur oculi eius. Primum pondero: quòd videns quia placeret Domino, vt Iſraëli benediceret, non perrexit, vt augurium peteret. Cur? nunquid malum fuit ad Dominum perrexiſſe, vt peteret augurium, eiuſque faceret, ſeu intimaret voluntatem? Sanè non malum. Cur ergo nunc illud deſiit, & ex modo narrandi Scripturæ videtur potius ad eius laudem, quàm vituperium eius mentionem fieri? Sanè, quia cupidus, & homo auarus, quando ad augurium ſumendum pergebat, non pergebat, vt ſimpliciter Domini ſciſcitaretur voluntatem (vt

Philo.

alibi ex Philone diximus, ſed an ſpes aliqua eſſet, vt ea mutata, ad maledicendum deſtinaretur. Hinc cùm iam omnino deſtinatam domini voluntatem vidiſſet, vt totaliter Iſraëli benediceret; quaſi de

9.
Multi Dei ſciſcitantur voluntatem non vt eã faciant, ſed vt ad ſe eam attrahant.

acta re ad ſumendum augurium non perrexit. Ex qua doctrina illud datur intelligi, infinitos ad ſciſcitandam Dei voluntatem accedere; at non vt eam obſequantur; ſed, vt ſi poſſibile, ad ſe eam trahant, & vellent reſponſum iuxta eorum concupiſcentiam, non iuxta Dei beneplacitum. Hinc, etſi eam audiunt, non tamen percipiunt, nec vident, quia cæci: quod obſeruo in primis verbis huius Prophetæ. *Dixit* (ait) *homo, cuius obturatus eſt oculus: dixit auditor ſermonum Dei.* Attende ad verba: obturatum habens oculum ex concupiſcentia, audiebat tamen ſermones tanquam cæcus: hinc ſine fructu; quia ſine lumine: at quãdo oculi eius aperti, tunc non amplius auditor, ſed videns: vnde ſequens ait, *Qui viſionem omnipotentis intuitus eſt.*

At quomodo vidit? Sanè, quia eius aperti ſunt 10.

Humilitas oculos aperit ad verã Scripturarum intelligentiam.

oculi. Quo medio? humilitate: *Quia cadit* (ait) *& ſic aperiuntur oculi eius.* En collyrium, quo oculi prædicatorum aperiuntur ad intelligentiam Scripturarum, ad animas lucrandas, & ad Deum laudan-

Celleñſ.

dum. *viſum non recepit, qui non cadit* (ait Abbas Cellenſ. *lib. de pan. c.* 13.) *Humilitas in caſu, in viſu intelligentia; eius verò, qui ita cadit, aperiuntur oculi; non quomodo primis hominibus per præuaricationem; ſed quomodo cæco nato per Chriſti illuminationem: ſerpens oculos aperit ad cõcupiſcendum* (ſigna verbum,) *Chriſtus ad cognoſcendum, & glorificandum Deum: ſerpens aperit, vt rapiat; Chriſtus, vt eripiat.* Nil amplius di- 11.

Diabolus ſenſus Scripturæ aperit ad cõcupiſcentiam, Chriſtus ad illuminationem.

ci potuit ad rem noſtram! Serpens diabolus oculos aperit ad concupiſcendum. At quibus? Sanè ſuperbis, vti Euæ, Adamo, vt ſuprà diximus. Ergo amice, ſi ſuperbè accedis ad animas lucrandas; ſi ſuperbus ad Scripturas euoluendas; ſcito, quòd ſi acumen, ſi lumen recipis, ſi ſubtilia dicis, ac penetras ex ſuperbia, iuſto Dei iudicio, non à Chriſto, ſed à ſerpente tui illuminati ſunt oculi. Quid inde? vt es tali labore non animas lucreris; immo potiùs quòd tuam perdas; quia non animas, ſed concupiſcentiam inde hauries. At non ſic quando humilis, quando tui diffiſus, quando nihil aliud intendens niſi Dei gloriam, & animarum lucrum: nam tunc cadens, hoc eſt, te humilians, oculi tui aperientur, non à Dæmone, ſed à Chriſto ad cognoſcendum vera, vt ait Cellenſis, & ad Deum

S. Gregor.

glorificandum: cùm, vt rectè Diuus ait Gregorius *in* 1. *Reg. c.* 2. ſuper illa verba n. 21. *& magnificatus eſt puer Samuel coram Domino.* Ponderans Samuelem iunctim dici puerum, & magnificatũ, ad Prædicatoris adaptans dictum affirmat; proprium illorum eſſe, ex prædicatione eſſe magnificos; attamen humiles, cùm ſine humilitate nequaquam Deo placere poſſint. *Puer* (inquit) *& magnificatus* 12.

Prædicatores etſi magni ſine humilitate Deo placere non poſſunt.

in conſpectu Domini dicitur: quia nonus ordo prædicatorum, etſi ad magna conuerſationis celſitudinem peruenit, humilitatis ſuæ virtutem non perdidit. Magnificatus quidem non prodeſſet, ſi puer eſſe deſiſteret, quia humilitate amiſſa placere omnipotenti Deo de conuerſationis altitudine non valeret: In quibus illa verba notanda: *Magnificati quidem non prodeſſet, ſi puer eſſe deſiſteret.* Ad quid magnum eſſe prædicatorem, ad quid magnum Doctorem, ſi non pueri, ſed gigantes ex doctrina? Ad quid ſubtilitatibus, nouiſque intelligentiis armatos, acuminibus præditos, pompoſis verbis, ac ſententiis phaleratis incedere, magnos, & excelſos ab omnibus proclamatos. Nunquid hoc ad animarum profectum? vide an potiùs ad earum mortem. 1. *Reg* 17. *n.* 24. equidem phaleratus accedebat Goliath, omnibus armis inſtructus, ſuperbus, & altus; qualem effectum iſte in animis cauſabat Iſraëlis? Sanè timoris, & angu- 13.

Non lucrantur, ſed animas terrent, ſic vt eos fugiant.

ſtiæ. *Omnes autem Iſraelitæ, cùm audiſſent virum, fugerunt à facie eius, timentes eum valdè* Philiſthæos non faciam Dei Prædicatores; abſit, ſunt enim ex Dei grege: at ſi ſuperbi, & vanis loquutionibus, ac verboſis interpretationibus, ad pruritum potius aurium excitantibus, quàm ad deuotionem; timeo, vt potiùs timorem animabus incutiant, ac horrorem,

rorem, quàm deuotionem. Scio multas, multoſque talem horrorem modo hodierno prædicandi aliquorum concepiſſe; vt potiùs velint, tempus audiendi ſermonem lectioni ſpirituali incumbere, quàm ad illum accedere; cùm niſi inuolucra verborum, & immaturos conceptus, nil aliud in illis. Nunquid hoc eſt animas lucrari; an potius eas deterrere, & à virtute elongare? Quòd ſi cauſam expoſcis; quia ſine humilitate ſuggeſtum aſcendunt, ſine illa animas lucrari intendunt; cùm ſtet veritas, humilitatem eſſe neceſſariam ad illas lucrandas; ad inſtar huius Centurionis, qui profundiſſima ſui cognitione, & abiectione lucratus eſt ſui ſerui, non ſolùm ſalutem animæ, ſed corporis, tanta celeritate, vt dicat Euangeliſta, *& ſanatus eſt puer.*

NVM. 14. Et cùm veniſſet Ieſus in domum Petri, vidit ſocrum eius iacentem, & febricitantem.

NVM. 15. Et tetigit manum eius, & dimiſit eam febris, & ſurrexit, & miniſtrabat eis.

Senſus litteralis, & moralis.

ET cùm veniſſet. Conſtat ex Marco *cap.* 1. *n.* 21. & Lucæ *cap.* 4. *num.* 32. hoc miraculum non fuiſſe poſt ſanatum Centurionis puerum; immo multò ante, hoc eſt, vt obſeruat Ianſenius, ante ſermonem in monte; ſed factum ſtatim poſt concionem illam factam Capharnaum; de qua Marcus affirmat omnes obſtupuiſſe poſtquam liberationem hominis à dæmone poſſeſſi, de quo mentionem non fecit Matthæus. Vnde Marcus *cap.* 1. *num.* 29. poſt hæc ait: *Et protinus egredientes de ſynagoga, venerunt in domum Simonis, & Andreæ cum Iacob, & Ioanne.* Ex quo facto obſeruat Ianſenius, quæ à Matthæo narrantur ex hoc loco vſque ad finem *cap.* 9. quæ ordine quodam inter ſe hærent, contigiſſe ante ſermonem Domini in monte. Matthæum verò, quæ ſparſim à Luca per Chriſtum dicta, in vnum collegiſſe; vt ſic in principio prædicationis Chriſti ſummam doctrinæ eius complecteretur. Vnde Matthæus ordinem temporis non obſeruans per recapitulationem poſtea hæc dixit. In quo loco (vt ſemel dictum ſufficiat; quia hoc in omnibus Euangeliſtis frequenter, & ſæpè accidit, aut ordinem temporis non obſeruare, aut locum; aut aliqua omittere, quæ alter dicit; aut non eiſdem verbis) placet grauiſſimam Auguſtini ſententiam de hac re huc adducere; qui *de conſenſu Euangel. lib.* 2. *cap.* 21. *tom.* 4. hanc ipſam difficultatem tractans, in hoc eodem Matthæi loco, & differentiam temporis adnotans, ſic ait. *Quid autem intereſt, quis quo loco ponat, ſiue quod ex ordine inſerit, ſiue quod omiſſum recolit, ſiue quod poſtea factum ante præoccupat; dum tamen non aduerſetur eadem alia narranti, nec ſibi, nec alteri.* Cuius rei rationem perbellam adiungens, ſic ſequitur. *Quia enim nullius in poteſtate eſt, res opportunè cognitas quo quiſque ordine recordetur; ſatis probabile eſt, quòd vnuſquiſque Euangeliſtarum eo ſe ordine credidit debuiſſe narrare, quo voluiſſet Deus, ea, quæ narrabat, eius recordationi ſuggerere; quia vbi ordo temporum non apparet, nihil noſtra intereſſe debet, quem narrandi ordinem quilibet eorum tenuerit.* Si rationem Auguſtini expendas, ſubſtantialem inuenies; quare Euangeliſtæ intacta remanente veritate, ac rerum ſubſtantia diſcrepent circa quædam accidentalia; ipſa enim imbecillitas humana in cauſa eſt, quam nolens Deus ex miraculo conualeſcere, vtpote res non neceſſaria, ſinit ipſam iuxta ordinem naturæ ſuæ currere. Vnde quia in plurimum memoria labilis eſt, & licèt recordetur rei ſubſtantiæ; tamen ſæpè neque ordinis, nec temporis, præcipuè quando res multæ, vtpote quæ Chriſtus egit, quæ infinitæ. Ideò Dominus noſter perpetuus naturæ conſeruator, & obſeruator ſemper miracula facere recuſans, niſi ſumma neceſſitate adſtrictus, communem memoriæ curſum permittens, ne Angeli, ſed homines Euangeliſtæ putarentur, in his variari, ac non reminiſci permiſit. Ea qua re, non ſolùm rationem diſcrepantiæ Euangeliſtarum haurire potes, ſed etiam admirationem ſuauiſſimæ Dei prouidentiæ nolens naturam rerum immutare, & miracula ſine neceſſitate operari. Ex quo quanta confuſione digna inueniatur hæreticorum ignorantia perſpicies, qui hanc diuinam prouidentiam fatui non agnoſcentes, aut Euangeliſtas errare, & mendaces eſſe dixerunt: aut ſine ſpiritu Dei eos ſcripſiſſe. Sed de his hactenus; nunc ad rem.

Ianſen.

Auguſt.

1. *Euangeliſtæ aliquid inter ſe diſcrepant, & quare illud Deus permiſit.*

2. *Hæretici confunduntur ex ipſamet Euangeliſtarum diſcrepantia.*

Obſeruat Ianſenius (ex eo, quod ſcribit Marcus poſt ſermonem in Synagoga, & miraculum dæmoniaci ſanati, ſtatim Chriſtum è Synagoga exiiſſe) ſummam ex hoc Chriſti humilitatem, qui ne cupidus humanæ gloriæ videretur, ſtatim è loco ſe ſubducebat peracti miraculi. *Hic enim* (ait) *fuit mos Domini, vt ferè ſemper cum miraculo aliquo inclaruiſſet, ſtatim ſe ſe ſubduceret; contentus nimirum benefeciſſe, nec gloria humana cupidus: docens nos, vt benè mereri potius, quam laudem venari ſtudeamus.* Optimum, & ſanum conſilium, vt ad exemplum Domini noſtri potiùs ex noſtris operibus benè mereri, quàm laudem aucupare deſideremus: quantum animarum lucrum ex hoc reportaremus! Sanè infinitum. At quia fructum laborum laudem facimus, hanc reperientes, alio fruſtramur; duas enim mercedes vnum non meretur opus: ergo ſi laus, non animarum lucrum.

Ianſen.

3. *Chriſti humilitas poſt miracula è loco ſtatim ſecedens.*

4. *Qua intentione bonum operari debemus ad inſtar Chriſti.*

Intrauit in domum Petri. Breuiter duæ hîc expediendæ difficultates.

Prima, quomodo dicatur domus Petri, dum Petrus omnia renuntiauerit, & reliquerit? Hæretici; quia vſum, non dominium renuntiauerat; quod ſi pauperrimum eum conſideres, & non dominium, ſed vſum tantùm renuntiaſſe, ſicut iſti dicunt; propè nihil Petrum renuntiaſſe inuenies. Sic ipſi vellent. Optimè eos refellit Maldonatus. Reſpondeo ergo cum Salmerone domum Petri dici, ad modum quo domum Patris alicuius religioſi, aut ipſiuſmet religioſi, quæ ſua etiam frequentata loquutione dicitur, etiamſi à ſe omnino eam abdicauerit, & quoad vſum, & quoad proprietatem.

5. *Quomodo dicatur domus Petri in quâ intrauit Dominus cùm Petrus omnia renuntiauerat*

Maldon.

Salmeron.

Secundum dubium, quomodo dicebatur domus Petri, cùm Petrus è Bethſaida; & ibi domum habebat? Numquid poſt vocationem locupletior factus (vt hæretici volunt) non vnam, vt prius, ſed duas poſſidebat domos? Nil minus. Quomodo ergo intelligendum? Maldonatus affirmat, Dominum è Capharnaum Bethſaidam iuiſſe; quia propè ciuitatem. Sed obſtat; nam Marcus ait: *Erat omnis ciuitas congregata ad ianuam.* Nullius autem ciuitatis mentionem fecerat, niſi Capharnaum: & Lucæ 4. *Surgens de Synagoga introiuit in domum Simonis.* Ergo domus, vbi Synagoga; ſed Synagoga erat Capharnaum; ergo. Aſſentior Sal-

 meroni:

Idem. metoni : domum fuiſſe vxoris Petri ; & Petri, & Andreæ dici (vt ait Lucas) quia ibi ſimul habitabant.

6. At ad quid venit ? Omnes cibi ſumendi gratia. Pulchra in hoc loco adnotant Sancti. Sanctus Thomas : *Tria (ait) poſſumus hîc conſiderare, bonorem, quem intulit diſcipulo ſuo, noluit ire ad domum Centurionis, iuit tamen ad domum pauperis piſcatoris. Item informauit in humilitate, quatenus nil plus placet ei. Tertiò, reuerentia, quam habuit ad domum Petri, quia ſe obtulit, licèt Petrus non rogaret.* Vnde Chryſoſtomus. *Neque ipſum eum ducit; ſed Chriſtus ſponte aduenit, monſtrans quantum largiebatur diſcipulo.*

Chriſtus ad quid venit in domum Petri.

S.Thom.

Chryſoſt.

7. Ampla materia ad diſcurrendum, in qua vltimum me pungit, reuerentia, ſcilicet, Chriſti ad domum Petri ; cùm nunc in iſtis calamitoſis temporibus tantam irreuerentiam cernamus domni Petri ; immo, quod ampliùs, & eius perſonæ, cùm mea ſententia, & Petri eſt iniuria, quæ ſummo fit Pontifici eius vicario. Viles homunciones parum in fide firmi, qui ex auditu tantum eam percipiunt, peccatis onuſti, ac ſceleratis actionibus, ſic liberè, ac procaciter, in ſanctiſſimum debacchantur Pontificem, ac ſi vnus eſſet ex illis; quid ergo mirum, ſi fidem poſtea amittent, cùm firmiſſimè teneam ab experientia eductus, religionem omnem peſſum ire, quando in ſuperiores eſſrenis lingua debacchatur, & Catholicam fidem, quando putridæ peccatorum linguæ in Chriſti vicarium, 1.Reg.5.num.8. *Cæcus, & claudus non intrabunt in templum.* quem locum perſtringens Mendoça in 1. *Reg. cap.*1. *num.*18. *ſect.* 4. *Per hoc prouerbium* (ait) *ſignificabatur, deriſorem, & conuitiatorem Sacerdotum non debere miniſterin in templo exercere.* Satis ad rem, & ſecundùm litteralem ſenſum. Indigni equidem Dei miniſterio, ac ſanctiſſima fide reperiuntur Sacerdotum conuitiatores. Quid ergo quando ſummi ; cùm vt ſimul veram Dei laudem, verumque eius fidem, incongrua eſt, vt ea lingua confiteatur, quæ putidè, ac fœtidè in ſanctiſſimum debacchatur Chriſti vicarium.

Petri domus quanta veneratione digna.

8. *Quàm malè de fide ſentiunt qui in ſanctiſſimum Pontificem debacchantur.*

9. *Fidem amittent Dei iuſto iudicio.*

Mendoça.

10. Hinc digni tales omni ſupplicio, & vt à lupis deuorentur infernalibus ; ipſi, & qui eos permittunt: nam non ſic auderet vilis plebecula, niſi eis aſſentiret principalis poteſtas.

Omni diro ſupplicio digni & qui dicunt, & qui permittunt.

11. Enimvero 4.*Reg.cap.*2.*num.*23. aſcendente Eliſæo in Bethel. *Pueri parui egreſſi ſunt de ciuitate* (ait Scriptura) *& illudebant ei, dicentes : Aſcende calue, aſcende calue.* At quid ? *Egreſſi ſunt duo vrſi de ſaltu, & lacerauerunt ex eis quadraginta duo.* Duo hîc pendo:

Pueri Eliſæi irridentes eum occiſi.

Primum hos pueros notaſſe Scripturam paruos fuiſſe: *Pueri parui.* Si parui, ergo innocentes, ignorantes, ſimplices, penè neſcientes quid dicerent? Vnde ergo eis tanta Dei animaduerſio ? Ad rem grauiter Auguſtinus *ſerm.* 204. *de temp. tom.* 10. Quia talia dicere auſi non fuiſſent, niſi parentes eos non inſtigarent. *Manifeſtè* (ait) *pueri hoc non clamauiſſent, ſi hoc eorum parentibus diſplicerer, & ſic mors filiorum fuit diſciplina parentum : quamobrem etiam parentibus ſuis inſtigantibus feciſſe credendi ſunt.* Rationabiliter equidem in pueris puniti ſunt, qui pueris talia dicere permiſerunt, & dignè ſucceſſione orbati, qui in ſanctum Dei Prophetam contumeliam, ac irriſionem, permiſerunt; immo & affectarunt. Idem Deus nunc, qui tunc : ſolùm quòd irriſio, ac contumelia non in Eliſæum, qui tantùm Propheta Dei, ſed in ſummum Sacerdotem, in Chriſti, ac Dei vicarium in terris, in ſucceſſorem ſanctiſſimi Petri tanti à Deo æſtimati, confertur. Quid ergo? Nunquid non tales lupi non deuorabunt infernales?

Auguſt.

Secundum quod pendo, contumeliam, ſeu irriſionem tantùm fuiſſe defectus cuiuſdam naturalis ; cùm verè Eliſæus eſſet caluus ; & tamen tanta Dei ira in pueros. Quid ſi de moralibus eum taxaſſent ? Quid ſi peccatum ei impingerent ? Quid ſi falſa teſtimonia ? Quale Dei fuiſſet in eis iudicium ? Non equidem lupi duo de ſaltu ; ſed infiniti dæmones ex inferno veniſſent ad eos ſummergendos. Ne miremur ergo ſi gladius nos occidat, ſi peſtis nos deuoret, ſi famis nos conſumat, vindex Deus iuſtus, ac ſanctus Sacerdotis ſui iniurias punit. Sed pergo.

Chryſoſtomus pulchrè hîc ex hac actione educit reuerentiam Petri in Chriſtum, & ſimul in alios charitatem: dum licèt domi infirmum habebat, non priùs illi infirmitatem ſocrus indicauit, quàm Chriſtus cæteris beneficia exhibuiſſet. *Attende* (ait) *Petri ad Chriſtum reuerentiam ; habens enim domi ſocrum febricitantem, non traxit eum in domum, ſed expectauit doctrinam compleri, & alios curari.* Cuius rei rationem perbellam ſubiungens ſic ſequitur. *Ab exordio enim erudiebatur, quæ aliorum erant ſibi ipſi præponere.* 12.

Petri in Chriſtum reuerentia, & in proximos charitas quanta.

Chryſoſt.

Excellens ſuperioribus omnibus documentum, quo docentur, quæ ſubditorum, priùs curare, iſtis priùs prouidere, de iſtorum neceſſitatibus priùs curam gerere, vltimò de ſuis propriis, niſi velint, non paſtores eſſe, ſed lupos. 13.

Superiores quæ ſubditorum priùs curent, deinde ſua.

Ianſenius Domini frugalitatem in hoc ingreſſu obſeruans, ſic ait. *Obſeruanda Domini tum frugalitas, tum humilitas, qui non ſit dedignatus, cibi gratia, humilis piſcatoris recipi hoſpitio : Erudiens per omnia,* (vt ait Chryſoſtomus) *humanum conculcare tumorem.* Si famam, ſi nomen, ſi grauitatem, ac æſtimationem Chriſti, quam verè apud omnes obtinebat, conſideres ; quanta eius frugalitas, & humilitas fuerit, percipies : equidem, ſi vellet, non illi magnatorum domus defuiſſent, non lauta, & ſplendida conuiuia ; ac omnia ſpreuit ad pauperculam domum piſcatoris aduolans, paucis, & vilioribus cibis contentus. Vnde hoc ? Sanè, amice : quia non prædicabat, vt comederet, ſed comedebat, vt prædicaret.

Ianſen.

14. *Chriſti frugalitas, & humilitas quanta.*

Vidit ſocrum eius iacentem. Rectè obſeruat Salmeron in domibus Chriſtum diligentibus ſemper infirmos inueniri : ſic in domo Marthæ, & Mariæ Lazarus, in domo Centurionis ſeruus, nunc in domo Petri ſocrus. Ex quo dignè aliqui habent, non tantum neceſſitatem comedendi, quantum infirmitatem, & moleſtiam ſocrus Simonis ad domum Chriſtum traxiſſe. Sic Paſchaſ. Rhatbert. *Ad hoc venerat* (ait) *vt videret febricitantem ; & ideò mox vt veniſſet, vidit eam, ac ſanauit : cauſa namque aduentus eius iacentis infirmitas, & non edendi neceſſitas fuit ; quia in domo, quæ miſera febris hominem laniabat, non cura prandij, & lætitia, ſed lacrymarum erat effuſio.* Egregiè ! non Chriſti neceſſitas eum impulit ad domum Petri viſitandam, ſed tribulatio, ſed eius calamitas; non vina, non dapes : nam, vt bene Chryſologus ſerm. 18. *In domo Petri non vina, ſed lachrymæ fundebantur ; turbabat ibi familiam non cura conuiuij, ſed cura languentis.* & non cuiuſlibet languentis, ſed magni. Vnde Lucæ 4.num.38. *Socrus Simonis* (ait) *tenebatur magnis febribus.* nam (vt bene Chryſoſtomus ſuper illud *Iudic.* 11. de filia Iephthe, *Des Eccleſia non mittit ad Dominum, qui in ipſa proficiunt, niſi ex magna tribulatione, niſi ex planctu, ex fletu,*

Salmeron.

Paſch.Rhat.

15. *Tribulationes Chriſtum aduocant.*

Chryſolog.

Chryſoſt.

ex

ex lachrymis.hæc Chriſtum aduocarunt in domum
Petri, & aduocabunt in alteram ſimilem, quando
adeſt tribulatio.

16. Salmeron inter cæteras cauſas, quare Dominus
Chriſtus intrauit in domum Simonis vt exemplum præberet infirmos viſitandi.
in domum Petri introierit, illam affirmat: *vt
oſtenderet ſe amicum pauperum, & exemplum præ-
beret infirmos viſitandi.* Optimum documentum!
Cum diminuiæ charitatis ille conuincitur, cui
piget infirmum viſitare. *Non te pigeat*, (ait Spiritus
ſanctus) *viſitare infirmum, ex his enim in dilectione*
Salmeron. *firmaberis*, Eccleſ.7.num.39.in quo loco Salmeron
17. adnotat, & rectè, non dixiſſe Spiritum ſanctum,
Infirmi quanta cura viſitandi.
& habebis dilectionem: ſed, *ex his dilectione fir-
maberis*. hoc eſt, in ea creſces: *nam actus* (ait) *auget
18. in dies habitum, & homo per illos promeretur augmen-
tum charitatis.* Optimus ſenſus: at mea ſententia,
Perſeuerantia effectus charitatis in infirmorum.
quia non dicitur, in charitate augmentaberis, ſed
firmaberis. Quod verbum potiùs radicationem,
quàm augmentum ſignificat charitatis; meliùs di-
cemus, non ſolùm augmentum charitatis promit-
ti, viſitationi infirmorum, ſed perſeuerantiam ex
Dei liberalitate; ſic illi & tantùm charitas, & vi-
ſitatio infirmorum accepta. Quod equidem cal-
lens ſanctus Iugendus Abbas (vt in eius vita re-
Surius. fert Surius 1. Sanct.) *Tanta cura infirmos viſitabat,*
19. *ac de eis curabat; vt illis mandabat, vt eis deſeruirent,*
Infirmorum illis demandanda eſt cura, quem ipſi eligunt.
*quos ipſimet infirmi eligebant, ſicut etiam ſeorſim ſtare,
donec conualeſcerent.* Paternalis equidem charitas,
& ſatis aduotanda, præcipue à ſuperioribus reli-
gionum, vt infirmis illis ad ſeruitium deſtinent,
qui illis grati, qui in eos beneuoli, tandem qui
ab illis eliguntur; magna enim pars eorum cura-
Hippocrat. tionis in hoc conſiſtit, vt affirmat Hippocrates in
ſuis aphoriſm.aphoriſm 1.

20. Aliqui moraliter etiam hunc locum intelligen-
Charitas ſocrus, & nurus Petri Chriſtum in domum aduocarunt.
tes affirmant, ad domum Petri Dominum acceſ-
ſiſſe ex Dei charitate, amore, ac pace, qua inter
ſe viuebant domeſtici illius domus; & præcipuè
ſocrus, & nurus; res perquam rara, ac perdifficilis.
Hinc non immeritò ad ſe aduocauit Chriſtum.
Enimverò *Ruth* 1.*n*.15. mirabile de hac re exem-
plum inuenimus, dum illa ſic obſtinatè ſocrum
ſequi voluit, vt perſuadenti huic in terram ſuam
reuerti, reſpondit. *Ne aduerteris mihi, vt relinquam
te & abeam; quocumque enim perrexeris pergam, &
vbi morata fueris, & ego pariter morabor, populus tuus
populus meus, & Deus tuus Deus meus.* Sed antequam
21. progrediar, primum quod pondero eſt. Vnde huic
Cur Ruth tantum diligebat Noëmi eiſ ſocrus.
nuro tanta charitas, & in ſocrum tantus amor?
Sanè ex charitate, amore, ac beneuolentia eius in
illam: quod patet, tum cùm illis ſuaderet (erant
enim duæ, ſed vna reuerſa eſt, vt reuerterentur in
patriam ſuam, dum ambæ illam comitari volebat,
inter cætera hæc eis. *Nolite, quæſo, filiæ meæ; quia
veſtra anguſtia magis me premit, & egreſſa eſt manus
Domini contra me.* Mirus amor! vt ampliùs earum
anguſtia ipſam premeret, quàm ſua, hancque ſi
attendas, non minor erat, quàm amiſſio viri, &
filiorum: ex quo deducitur ploris eas dilexiſſe,
quàm filios, quàm ipſum virum: quid ergo mi-
rum ſi pro ea deperirent, etſi Ruth iuret: *Hæc
mihi faciat Dominus, & hæc addat, ſi non ſola mors
me, & te ſeparauerit.* Quod erat mos extrema mala
22. ſibi imprecandi, quando hæc dicebant. Incuſent
Effectus charitatis, & vnionis in vna domo manentium quàm grandis.
ſibi ſoceri ſi à nuribus non diligantur, quando
non ſic eas diligunt. nam earum diminutus amor
in cauſa eſt, non mala nuruum natura.

Secundum autem quod pondero, eſt effectus
huius ſocrus in nurum dilectionis, nempe, *populus
tuus populus meus, Deus tuus Deus meus*, charitas
nempe Dei, & proximi, in quo tota lex, & Pro- 23.
Ruth Moabitis cur electa præ omnibus Hebræis in Chriſti progenie.
phetæ, & ex qua domus efficitur digna, vt ad eam
Dominus adueniat; quod nullo magis tibi vn-
quam perſuadere poſſum viuaciori exemplo, quàm
huius quod præ manibus habemus. En infinitæ
mulieres nobiliſſimæ Hebrææ tunc temporis in
populo illo, ſanctiſſimæ, ac honeſtiſſimæ: quis de
hoc dubitare poterit? & tamen omnibus illis re-
lictis Ruth Deus elegit Moabitidem extraneam,
è patribus Gentilibus, in auiam, & ex qua Chri-
ſtus prodiret. *O altitudo ſapientiæ, & ſcientiæ Dei,
quàm incõprehenſibilia sũt iudicia eius, & inueſtigabiles
viæ eius!* Quis hoc vnquam imaginare poſſet? Tunc
temporis quòd deſcenſurus Dei filius ex Hebræa
proſapia, quando omnes Hebrææ mulieres ad hoc
ſuſpirantes, pro ſumma ob hoc ignominia ſterili-
tatem reputantes, quatenus videbatur indignas
eſſe ad Meſſiæ generationem, tamen non vnam
ex illis Deum elegiſſe, ſed extraneam, ſed exte-
ram, ſed è progenitoribus Gentilibus, tandem
vnam non Hebræam, ſed Moabitidem. Vnde
tanta huic fœminæ dignitas? Vide, an quia ſuos
renuntiauerit Deos? An quia ſic ſocrum dilexit?
An tandem, quia in vna domo conuiuens Deum
ſocrus Deum ſuum dixit? & populum eius popu-
lum ſuum pacificè cum illa viuens? Vnde non mi-
rum, ſi Deus tanta charitate, & amore motus
potius eam elegerit, quàm alias, & ad eam venire
voluerit. *Cur tantùm peregrina conceditur* (meritò
admiratur Hieronymus de vera circunciſ.) *vt ſuo* Hieron.
*vtero deſtinata benedictionis ſemen accipiat, & Iſraeli
non Iſraelita parturiat dignitatem? Vnde iſtud, oro,
promeruerit? Credo; quia dixit ſocrui ſuæ: Populus
tuus populus meus, Deus tuus Deus meus.* Eo ratio
vnius moris habitabat in domo, patriam, lares,
fratres, propinquos, tandem Deos relinquens,
Deum Noëmi Deum ſuum faciens; quid ergo
mirum ſi ad ſe Deum aduocarit? Et ſic Chriſtus
ad Petri domum, in qua ſic ſinceræ, vnitæ, ac vna-
nimes omnes viuebant.

Et tetigit manum eius. Lucas aliqua addit, hanc 24.
In quibus Matthæus à Luca in hac hiſtoria diſcrepant, quãtoque plena myſterio diſcrepantia.
enarrans hiſtoriam: *Socrus autem Simonis teneba-
tur magnis febribus, & rogauerunt illum pro ea, &
ſtans ſuper illam imperauit febri.* In quibus tria ad-
didit. Matthæus tantum dixit febricitantem; Lu-
cas, *magnis febribus*. Matthæus tacuit orationem
cæterorum, Lucas eam expreſſit: Matthæus teti-
giſſe eam affirmat; Lucas, *quòd ſtetit ſuper illam.*
Quid hoc? nunquid caſu factum? an magno my-
ſterio, vt ſic in iſtis accidentalibus diſcrepa-
runt? Sanè myſterio magno: percurram bre-
uiter.

Primò; ſi cum Matthæo Lucas conſenſiſſet, in-
telligeremus febrem fuiſſe continuam, ac dum
Lucas ait, *magnis febribus*, datur intelligi non fuiſ-
ſe continuam, ſed intermittentes febres: vnde ſi
malum grande, non tamen ſine ſpe ſalutis. Hip- Hippocrat.
pocrates enim ob duo affirmat præcipuè febrem 25.
Febris continua ab intermittente quàm differens in damno.
continuam ſupra intermittentem eſſe malam, &
quia ſemper affligit, & quia tempus remediis præ-
ripitur: hinc ſemper mortis periculum, vbi con-
tinua febris. Si ad infirmitatem animæ hoc ada-
ptes, perſpicies, quàm concinnè diſcrepet Lucas 26.
Quorum peccatorum difficilis ſalus.
à Matthæo in morali ſignificato: tum, quia hæc
ſanata, quæ non continua febre tenebatur, ſed in-
termittente; datur intelligi, illorum peccatorum
ſalutis magnam nos poſſe concipere ſpem, qui
non perſeueranter in peccato, qui non febri con-
tinua laborant, qui tandem intermittenter pec-
cant. At eorum ferè deſperata ſalus, qui durè,
perſeue

perſeuerantèr, & continuè in peccatis, & in illis obſtinati: nam tales peccatores nullis Prophetarum oraculis credunt, nullis perſuaſionibus flectuntur, propriis detrimentis non terrentur, propriis incommodis ad pœnitentiam non adducuntur. Tandem, quod vltimum eſt miſeriarum, in nullum non facinus effuſis habenis non effrenantur, de qua re dicerem, niſi abundè in noſtris in Sapientiam commentariis dixiſſem. Videndus eſt
Mendoça. Mendoça *in* 1. *Reg. cap.* 8. *num.* 22. *annot.* 36. qui abunde de hac re, &, vt aſſolet, doctiſſimè. Nam nos breuitati ſtudentes, & vt finem pertingamus (ſi Dei eſt voluntas) cùm magnum reſtet iter, & abundet ætas, ſæpè data opera multa relinquemus, ad authores lectorem remittentes; vt ex illis, quæ ad animarum lucrum decerpentes collaborent, dulciſſimoſque Chriſto pariant fœtus.

Secundò Matthæus tacuit orationem, & aliorum interceſſionem; ſed tantùm dixit, *vidit febricitantem*. Lucas addidit, *& orauerunt pro illa*. Si enim ambo conſenſiſſent, vnam tantùm rem educeremus, non duas. Nam ſi cum Matthæo Lucas, tantum intimum Chriſti deſiderium benefaciendi, ac afflictis ſuccurrendi, intelligeremus; hinc ſta-
27. tim ac vidit, accurrit, ſanauit: at quia addidit, *Et*
Sanctorum interceſſio ad impetrandum neceſſaria. *rogauerunt pro illa*; ſanum ac neceſſarium alterum colligimus documentum de Sanctorum interceſſione, & eos orandi, ac interpellandi neceſſitatem, cùm etſi Deus nobis velit impensè dare, ac
28. benefacere; ſemper tamen media interceſſione,
Sine Virginis interceſſione nullam Deus confert gratiam. & Sanctorum inuocatione. *Semper* dixi, & notanter, ob Virginis ſanctiſſimæ interceſſionem; cùm iuxta communem omnium Sanctorum ſententiam nullam Chriſtus ſuæ Eccleſiæ conferat gratiam, membriſque ſuis ſingulis quantumuis minimam, nullumque auxilium efficax, cuiuſcumque generis illud ſit, quòd non priùs interceſſio præcedat Virginis. Vnde licèt impensè (vt dixi) deſideret benefacere; tamen ſic ſuos æſtimat amicos, vt velit in ipſorum gratiam illam conferre,
Ianſen. &, vt ipſi, orent; ad rem Ianſenius. *Notandum* (ait) *aliorum precibus Dominum excitatum, etſi ex ſe promptiſſimus eſſet ad benefaciendum omnibus; tamen quandoque aliorum vel precibus, vel fide excitari voluit, vt ne vbique ſe miraculis ingerens videretur captare humanam gloriam; vtque locum daret quorundam charitati pro aliorum ſalute gerendi ſolicitudinem: ac poſtremum, vt oſtenderet, quantum aliorum apud Deum valent, maximè iuſtorum, preces pro impetranda peccatorum ſalute.* Egregiè.

Enimverò *Geneſ.* 20. *num.* 3. tulit Abimelech vxorem Abraham, cui Deus per noctem apparens, *En* (ait) *morieris propter mulierem, quam tuliſti; habet enim virum.* Cui Abimelech. *Domine, num gentem ignorantem, & iuſtam interficies? Nonne ipſe dixit, ſoror mea eſt; & ipſa, frater meus eſt? In ſimplicitate cordis mei, & munditia manuum mearum feci hoc.* Cui Deus: *Ego ſcio, quòd ſimplici corde feceris; & ideo cuſtodiui te, ne peccares in me; & non*
29. *dimiſi, vt tangeres eam.* In quo loco duo ponde-
Abimelech Rex Geraræ fuit iuſtus. randa. *Primum* huius viri ſanctitas, innocentia, & ſimplicitas à Deo approbata; vnde non falſa, & fictitia; nam cum Theodoreto multi eum iu-
Theodor. ſtum, & ſanctum, & in verum Deum credentem faciunt. Et *ſecundum* cura Dei de illo tanta, ac talis; vt ne ſaltem materialiter, & ignoranter in illum peccaret; ſic illum cuſtodiuit, vt nullo modo permiſerit, Saram tangeret. In qua re ſummus Dei in aliquem elucet amor, miſericordia, & dilectio; at etſi ſic eum diligeret; tamen vt aliquem ei condonaret defectum, & peccatum veniale, quod interfuit ignorantiæ, & fragilitatis, vt vult Lippo- Lippom.
manus *in Catena*; aut minus diligentiæ in per- 30.
ſcrutando an verè eſſet ſoror. Sara Abrahami, aut *Cur Deus Abimelecho dixit Abraham eſſe Prophetam.* properæ feſtinationis ducendo eam in palatium, aut nimiæ etiam licitæ concupiſcentiæ, voluit, vt pro eo oraret Abraham, vt dimiſſio talis offenſæ non ſolùm Dei amori deberetur, ſed etiam orationi Abrahæ. Vnde ad illum: *Nunc ergo redde viro vxorem; quia Propheta eſt, & orabit pro te.* Ad quid illud, *quia Propheta eſt?* Numquid non ſuffi-
ciebat dicere, *& orabit pro te?* Acutè Caietanus: Caiet.
vt aduerteret, quòd non ſolùm reſtituere deberet 31.
Saram; quia vxor alterius; ſed ob ipſum Abra- *Quantò ſancti ſunt ſociendi, quantoque honore vult Deus vt eos proſequamur.* hamum; quia magnus, quia Propheta, quia amicus. *Non ſolùm ex parte Saræ* (ait Caietanus) *quia maritum habet, ſed etiam ex parte Abrahæ, quia Propheta eſt, mandat reſtitui eam, vt ex ſanctitate etiam Abrahæ trahatur ad reſtituendum.* At Chryſoſtomus,
vt impelleret ad petendam Abrahami orationem. 32.
Prophetam ipſum vocat, quaſi præparans Regem vt *Quantum Deus etſi velit gratiam conferre, interceſſionem appetat Sanctorum.* *precatorem eum faciat pro ſe.* Ex quibus duo habes; honorem, quem Deus ſuis tribuit, & vult, vt à cæteris tribuatur. Et *ſecundò* neceſſitatem orationis Sanctorum; etiam ſi homines ſint Dei gratiſſimi. Nunquid homo ampliùs Deo gratus, quàm Petrus? Et tamen vt eius ſocrum ſanaret, neceſſaria fuit interceſſio Andreæ, Ioannis, & Iacobi, qui cum Ieſu in domum introierunt.

Tertiò ex differentia, & ex vario modo ſanandi, quem Lucas narrat ab illo, quem Matthæus: nam ille ait: *Et tetigit manum eius.* At Lucas, *& ſtans ſupra illam.* moralem allegoriam pulcherrimam
deducit Rupertus, conuerſionis nempe, peccato- Rupert.
ris; adnotat enim, ly *ſtans* timorem ſignificare; ta- 33.
ctum verò amorem: per quod datur intelligi, vt *Peccatorum conuerſio per timorem ſit, & amorem.* peccatorem Deus conuertat, primùm ſui timorem illi imminere; poſtea verò amorem: *Socrus* (ait) *Petri febricitans anima eſt habens fidem Chriſtianam, ſed alicuius peccati cum periculo vitæ laborans, ſuper quam dicitur Dominum ſtare, quia huiuſmodi animam reſpectu timoris ſui valdè terribiliter Dominus cōcutit, iudiciique ſui memoria conturbat: at iacentis manum tangere eſt confortare, & adiuuare volentem peccati violentiam reſcindere.* En myſterium diuinum ex
34. variatione narrationis Euangeliſtarum. Quando
Iuſtus qui poſt iuſtificationem cecidit ad ſuam conuerſionem quam differenter ſe Deus habet, ac antea. illud ſciremus, ſi in nullo inter ſe diſcordarent? Sed cum eodem Ruperto animaduertendum, ideo timorem Deum tali animæ peccatrici infundere, ac per timorem eam ad ſe trahere; quia per fidem ſemel iuſtificata iterum ad peccata eſt relapſa. In qua re difficultatem tum conuerſionis, tum priſtinæ amicitiæ, ex qua perfecti ceciderunt, gradum recuperandi annotans, ſic grauiter ait. *Non enim ſicut ante notitia veritatis lactatur anima, dulcibus gratiæ mammillis, vt creatorem ſuum cognoſcat: non (inquam) ita; cùm poſt veritatis agnitionem, & ſuſceptam fidem, aliquid criminale peccauerit, rurſus tam facilè prona indulgentia ſeſe illi Ieſus impendit, ſed quaſi deſuper ſtantis terretur animaduerſione iudicis.* Veritatem huius doctrinæ illi experiuntur, qui quondam in ſtatu perfectionis feliciter ambulantes, inde ſecreto Dei iudicio miſerabiliter exciderunt: experiuntur enim quanta differentia auxiliorum diuinorum nunc conuertuntur, ac quando prima vice. nam in hac ſic ſuauiter, dulciter, feruenter, efficaciter, attrahuntur, vt quàm dulcis ſit Dominus, etſi lachrymantes experiuntur: at ſi ab incepta itineris perfectione reſiliunt, & iterum ſe mortalibus implicant; non quàm ſit

Deus

Deus dulcis, ſed quàm iuſtus, & ſeuerus, experiuntur; verè ſtans ſuper illos tanquam ſeuerus iudex, non tanquam benignus pater. Ideò ſanum ſumant conſilium, vt laborent, ne cadant; neque ſe decipi à falſa dæmonis, aut ſua cogitatione, ſinant; nempe, benignus eſt Deus, amans eſt Deus, dulcis eſt Deus. nam & ſimul iuſtus vindex in illos, qui ſemel illuminati à perfectione deciderunt. Vnde concludens Rupertus ſic ait. *Igitur ſecundum myſterium ſeueritatis quidem eſt; quod, vt Lucas ſcribit, ſtetit ſuper illam; adiuuantis autem, ſiue laborantis gratia: quòd, ſicut ait hic Matthæus, tetigit manum ſuam.*

35. *Inſtantanea ſanitas à Christo, non à medicis.* Hieron.

Et dimiſit eam febris. Inſtantanea ſanitas efficacitatem, ac poteſtatem diuini Medici inſinuat. *Natura enim hominum eſt* (ait Hieronymus) *iſtiuſmodi, vt poſt febrem magis laſſeſcant corpora, & incipiente ſanitate ægrotationis mala ſentiant. Verùm ſanitas, quæ confertur à Domino, tota ſimul redit.* Hinc ſemper ad Deum potius, quàm ad hominem recurrendum, in omnibus noſtris ſiue corporalibus, ſiue ſpiritualibus neceſſitatibus.

Ianſen.

36. *Quid in Scripturis ſignificet aliquando increpare.*

Obſeruat Ianſenius in verbis Lucæ, qui ait, quòd *ſtans Dominus imperauit febri, & dimiſit illam.* Græcè pro *imperauit*, ſtare, *increpauit*: attamen hîc poſitum pro *imperare*, eo quòd Christum increpaſſe febrem nihil aliud erat, *quàm cum authoritate, & comminatione præcepiſſe ei, vt diſcederet.* Quod equidem libenter adnoto, vt ex verbo maieſtas, & diuinitas Chriſti in faciendis miraculis magis eluceſcat, hincque, quia Dominus naturæ, & creaturæ, in Pſalmis ſæpè miracula illo verbo ſignificantur, vt Pſalm. 105. *Increpuit* (hoc eſt, cum poteſtate iuſſit) *mare rubrum, & exiccatum eſt.* & Pſalm. 103. *Ab increpatione tua fugient.* Vnde Chri-

37. *Christus vt Deus quanta maieſtate agebat miracula.*

ſtus, quia Deus, non ſolùm imperat tum intellectualibus, tum inſenſibilibus creaturis, aut ratione carentibus, ſed etiam increpat, hoc eſt, cum poteſtate, dominatione, ac maieſtate abſoluta, iubet. Ex quo admirati ſunt illi, vt apud Lucam *cap. 4. num.* 36. quando increpans Ieſus dæmonium imperauit, vt exiret, & exiit: vnde illi, *Quod eſt hoc verbum, quia in poteſtate, & virtute imperat immundis ſpiritibus, & exeunt?* Vnde apud *Marcum* 4. *n.* 36. mari comminatus dixit: *Tace, obmuteſce.* & illico, *ceſſauit ventus, & facta eſt tranquillitas magna.* Quid hoc, niſi ſe Deum, ac Dominum creaturæ demonſtrare, in omnibus imperans in maieſtate, iubens in potentia? Sic etiam & hîc increpauit febri, hoc eſt, cum maieſtate imperauit.

Ex quo, & morale etiam licet ex hoc educere documentum: nam cùm ex Chriſti imperio receſſit febris; dum iſta erat febricitans, & non quomodolibet, ſed grauiſſimè, & ſic receſſit, vt ſtatim conualeſceret. Denotatur ex hoc, quòd ſicut per imperium eius receſſit, quia abſolutè Dominus, & Deus; ſic etiam & ex imperio eius acceſſit, atque mandato. Ex quo educitur graue

38. *Omnia mala pœna à Deo accipienda, & ad illum recurrendum, ſicut etiam & omnia bona.*

illud documentum, & totius ſpiritualis pacis, ac quietis fundamentum; omnia, ſcilicet, ſiue bona, ſiue mala, è manu Dei accipere, nullumque æſtimare pœnæ malum ab alio, quàm à Deo, prouenire non ab homine, neque ab aliis cauſis, niſi inſtrumentaliter tantùm, hincque in omnibus ad Deum recurrere, non ad homines. Vnde ſi infirmitas adeſt, non hoc incuſes, vel illud, Deus eam miſit; ſic ſi febris ardet, ſi paupertas vrget, ſi filij moriuntur, ſi campi ſiccantur, ſi flumina redundant, ſi mare fremit, ſi tyranni imperant; ſi bella inſurgunt, ſi tandem fames, ſi peſtis, omnia, amice, à Deo imperantur: *& non eſt malum in ciuitate, quod non faciat Dominus*, Amos 3. num. 6. Ad nutum creaturæ ſui Domini præcepta obſeruantes; 39. *Confirmatur exemplo Saræ.*
quid ad fata? Quid ad ſtellas? Quid ad fortunam? Quid ad homines? Quid tandem ad naturam, ſeu ſortem? Dominus eſt, qui & bona, & mala imperat. Gen. 16. n. 2. *Concluſit me Dominus, ne parerem,* ait Sara ad Abraham: cur non ſterilis ſum ex natura, ex complexione? Sanè amice, quia fidelis, & omnia, ſiue mala, ſiue bona, non ab alia cauſa, ſed à Domino recipiebat: hinc & filium poſtea parere meruit, quem dum recipit ait, *Riſum mihi fecit Deus*, Geneſ. 21. num. 6. Quid dicis mulier, Deus tibi fecit riſum? nonne ex Abrahamo concepiſti? Dic quòd Abraham, dum ex illo accepiſti filium. Nihil minus, Deus eius concluſerat vuluam, à Deo ſterilitatem acceperat, à Deo & beneficium recognoſcit. nam ſiue bonum, ſiue malum, totum à Deo. Hinc ſanctiſſimus Iacob aſperiſſimè repre- 40. *Aſperiſſimè reprehendendi ſunt aliter facientes.*
hendit Rachelem, etſi dilectam, quatenus filios ab eo petebat, & non à Deo: *Da mihi liberos, alioquin moriar.* Cui Iacob, *Num pro Deo ego ſum, qui priuauit te fructu ventris tui?* At cur talia Rachel
dixit ad Iacob, forſitan quòd pro Deo illum habebat, vt videtur Iacob annuere? Nihil minus. 41. *Rachel cur ſic durè accipiebat non habere filios.*
nam fidelis. Cur ergo à Iacob petit filios, & non à Deo? Sanè, amice, quia ſterilitatem non accipiebat à Deo, ſicut Sara, ſed ab alia cauſa, nempe, aut à Iacob indiſpoſitione, aut à diminuta eius voluntate; hinc ad ipſum: *Da mihi liberos, alioquin moriar.* In qua re etiam notandum effectus huius 42. *Fructus reſignationis & quàm differenter viuūt, qui omnia à Deo, ab illis qui à cauſis ſecundis accipiunt quæ eueniunt.*
cogitationis, ſeu præpoſteræ acceptionis, quando, ſcilicet, non à Deo, ſed ab aliis cauſis mala accipimus: nam quando à Deo pacifici ſtamus, animo tranquillo in pace viuentes: & è contra, quando ab aliis cauſis, affligimur vſque ad mortem. En tibi exemplum, Sara blandè, molliter, ac ſumma pace ſuam tolerabat ſterilitatem: vnde non ampliùs ad Abraham, quàm illam indicare: è contra verò Rachel vſque ad mortem triſtabatur. Quæ huius rei cauſa? Sanè, amice, quia Sara ſuam pœnam à Deo recipiebat, Rachel ab homine. Hinc illa inter pœnas læta; hæc inter ærumnas mortua: meritò ergo contra illam iratus Iacob eam reprehendit duriter: *Numquid ego pro Deo ſum.* hoc eſt, ait Chryſoſtomus, *Quare relicto natura Domino reprehenſionem mihi inducis? Quare non ab illo petis, qui te priuauit fructu ventris tui?* Equidem ex imperio Dei acceſſit febris Simoni ſocrui; ſanè nunquam receſſit, niſi dum Dominus imperauit: impoſſibile, vt antè etſi medici eam inuiſerint; at nihil effecerunt, quia ſtabat adhuc Dei imperium firmum, vt magnis laboraret febribus; ad eam tollendam, non medici, ſed Sancti orantes interuenerunt, *& rogabant illum pro ea.* Hoc pharmaco accepto contrarium Dei imperium accedens, ac febri increpans, ſtatim conualuit perfectiſſimè; *& dimiſit eam febris.* Sic equidem euenit illis, qui omnia, ſiue bona, ſiue mala à Deo accepta referunt Iob 1. num. 21. *Dominus dedit, Dominus abſtulit, ſicut Domino placuit, ita factum eſt, ſit nomen Domini benedictum.* Quid dicis ſanctiſſime? Dominus abſtulit, 43. *Iob cur tanta pace fruebatur inter tanta mala.*
Nonne fuerunt Chaldæi, nonne ignis de cœlo, nonne ventus vrens è regione deſerti? Vnde Dominus abſtulit? Sanè, quia ſanctus, & iuſtus, omnia ſiue bona, ſiue mala, à Domino recipiebat, non ab alio; quid mirum, ſi poſtea duplicia, de manu 44. *Cur etiam Dauid dum à Semei maledicebatur.*
Domini acceperit. 2. *Reg.* 16. *num.* 10. maledicum Semeum volebat occidere Abiſai, dicens: *Quare maledicit canis hic mortuus domino meo Regi?*

Vadam,

Vadam, & amputabo caput eius. At Dauid : *Quid mihi, & vobis, filij Saruiæ?* Mira reſponſio ! mira pax, & animi quies Dauid ! Sicut è contra mira perturbatio Abiſai : vnde in furorem actus volebat amputare caput maledicentis. Vnde equidem tanta vnius turbatio, tanta Dauid pax? Sane amice, quia maledictiones Abiſai Semeo imputabat, Dauid Deo: vnde illis, *Dimitte ei, vt maledicat; Dominus enim præcepit ei, vt malediceret Dauid, & quis eſt, qui audeat dicere : Quare ſic feceris?* O mirus fructus referentis omnia ad Deum! En Dauid totus in pace, etſi contra eum maledictiones, & Abiſai totus in bello, etſi non contra eum maledictiones. Vnde? Quia hic homini referebat illas : vnde ait, *Quare maledicit canis hic mortuus.* At Dauid Deo dicens, *Dominus præcepit.* Hinc ille in ſummo bello, Dauid in ſumma pace, ac animi tranquillitate. Quid ergo mirum, ſi pro tali maledictione, tantam poſtea receperit benedictionem? vnde quaſi prophetans dixit, *Dimitte eum, vt maledicat iuxta præceptum Domini; ſi fortè recipiat Dominus, & reddat bonum pro maledictione hac hodierna.* ſicut & reddidit. Crede mihi amice, nullum medium aptius ad pacificè viuendum, immò & in terris, vt in paradiſo, degendum, quàm omnia, ſiue bona, ſiue mala, à Deo accepta ferre, eiuſque beneplacito ſe reſignare, vnum ea hoc cum illo effici velle, vnum nolle, ſecutus quòd non plus vltra tribulationes ſe extendere, ac quod ille præceperit, ſtatim terminum accepturæ, ac ille imperet; vti & huic ſuccedit, dum vix imperauit, vix tetigit, & dimiſit illam febris.

Surrexit, & miniſtrabat. Duo ponderanda, & quòd ſurrexit, & quòd miniſtrabat. Tetigit eam
Chryſoſt. Ieſus medicus, & medicamentum (vt ait Chryſoſtomus *hom. 6. in Marcum.*) *Apprehendit* (ait) *manum eius, quaſi medicus; tentauit venas, vidit magnitudinem*
45. *febrium ipſe medicus, & medicamentum.* Quid eſt
Quidnam malum non ſtatim inſpirationibus diuinis correſpondere. hoc? vt ſtatim ſurgeret medico, & medicamento reſpondens, nil morata, neque in lecto poſt tactum ſtertens. nam ſi hoc, forſitan in peiores recideret febres, vt illis euenit, qui non ſtatim inſpirationibus correſpondent diuinis. Pſalm. 94. num. 8. *Hodie ſi vocem Domini audieritis, nolite ob-*
46. *durare corda veſtra.* Pendo ly *obdurare.* non enim
Pharao obduratum ex renitentione vnius mandati diuini. dixit, nolite reſpuere vocem, aut non audire, ſed nolite obdurare. Cur hoc? Sanè amice, vt intelligeres pondus ſolicitæ obedientiæ inſpirationibus diuinis, cùm poſſibile, vt hodie inſpirationem accipiens, hodie ex renitentia induteſcas, & de tua actum ſit ſalute. Semel tantùm cum Pharaone Moyſem loquutum inuenio ex Dei mandato Exod. 5. num. 1. *Hæc dicit Dominus, dimitte populum meum, vt ſacrificet mihi in deſerto.* Quod mandatum cùm reſpuiſſet cap. 7. num. 3. inuenio : *Ego indurabo cor Pharaonis.* Si multoties Moyſes cum illo loquutus, ſi ex parte Dei non ſemel mandatum intimaſſet, non tantùm admirarer, vt impij huius cor obduraretur, at quòd ex vnica loquutione, ſiue inſpiratione, vt populum dimitteret,
Lippom. hoc multum! Quod expendens Lippomanus *in Catena*, ſic ait, *Pharao fuit ſibi ipſi cauſa indurationis, & non Deus, noluit enim cognoſcere Dominum.* At quando noluit eum cognoſcere? Sanè prima illa vice. Nam Moyſi præceptum intimanti reſpondit, *Quis eſt Dominus? Neſcio Dominum, & Iſraelem non dimittam.* Mira frontoſitas, & renitentia : non mirum, vt ex illa obſurduerit poſtea, & ſicut lapis cor eius obduratum ſit. Vt timeas amice, hæc ſcripta ſunt; & ſcias quantum tuæ ſaluti intereſt,

vt ad tactum, & diuinum imperium ſtatim exurgas, & è lecto peccatorum exilias, ſomnum lethalem excutiens peccatorum.

Secundum autem quod notandum eſt, non ſolùm ſtatim ſurrexiſſe, ſed miniſtraſſe : *ſurrexit, &* 47.
miniſtrabat. Parum proficit amice, ſi ſurgas, ſi confitearis, ſi ſanitatem priſtinam per virtutem ſacramenti teneas, niſi & opera poſtea agas virtutis, niſi manus ad opus non extendas. In quo facto illud præcipuè pondero, hanc non iuuenem, ſed vetulam fuiſſe; quod omnes adnotant Doctores, vtpote ſocrus filiam grandæuam habens : quod *Opera neceſſaria ad ſalutem.*
notauit Ianſenius magnitudinem huius miraculi Ianſen.
extendens, quatenus ſic ſtatim ex magnis febribus conualuit mulier vetula, & annoſa. *Miraculi* (ait) *magnitudo in eo conſiſtit, quod cùm ſocrus Simonis eſſet vetula, cuius à febribus graue erat periculum, ita eam curauit, vt non ſolùm febris eam reliquerit, ſed nec veſtigium morbi remaneret.* Ergo non iuuenis, ſed vetula, & tamen, licèt annoſa, ſic è lecto ſurrexit, vt ſtatim nihil ab annis morata Chriſto miniſtrauerit. Quid ex hoc? Sanè vt intelligas, ab operibus 48.
pœnitentiæ, & bonis, & abſolute ab operando, quòd nulla te ætas excuſabit, ſiue iuuenis ſis, ſiue ſenex, ſiue decrepitus, vt ſic dicam, ſiue puer : nam ſcias velim, hoc tempus non eſſe, niſi tempus laboris, & operandi, tempus autem mortis eſſe tempus requiei, hinc requies, ſiue ceſſatio ab operibus non niſi poſt mortem; errat, qui eam experit in via. Apocalypſ. 14 n. 12. *Hic patientia Sanctorum eſt, qui cuſtodiunt mandata Dei, & fidem Ieſu.* Attende *Omnibus ſiue iuuenibus, ſiue ſenibus opera neceſſaria pœnitentiæ.*
aduerbium *hic*, hoc eſt, in hac præſenti vita, & non ſolùm qui ſeruant fidem, ſed etiam mandata, quod cùm dixiſſet, ſtatim è cœlo Ioanni facta eſt vox.
Scribe: Beati mortui, qui in Domino moriuntur. Vnde 49.
beati? quia, *amodo* (hoc eſt, ſtatim) *dicit Spiritus, vt requieſcant à laboribus ſuis : opera enim illorum ſequuntur illos.* In quo loco ponderandum, non *Mortui beati dicuntur.*
ante è cœlo factam eſſe vocem, & mortuos beatos dixiſſe, quàm admonuiſſet, hanc vitam eſſe Sanctorum patientiam, & mandatorum cuſtodiam, hoc eſt, in qua Sancti laborant ſuſtinendo, & operando. *Secundò*, vocem dixiſſe, Sanctos laboribus ſuis requiem habituros, non antè, ſed in morte. *Amodo iam dicit Spiritus, vt requieſcant à laboribus ſuis.* At quando? Tunc, quando mortui fuerint in Domino : nam dum hic, vt bene
Gilbertus Abbas ſerm. 11. in Cantic. *Opera ſe-* Gilbert.
quuntur ſpiritum, ſicut calor ignem, vmbra corpus, lux ſolem, effectus cauſam. Hinc ſancta iſta mulier ſtatim ſanata, non otioſa ſedet, ſed operoſa miniſtrat. Sed de hac re alibi ſæpè.

Pulchrè D. Chryſologus *ſerm.* 18. duo ex hoc Chryſolog.
facto eruit excellentiſſima documenta. *Primum* 50.
Chriſto miniſtraſſe mulierem vetulam, non iuuenem: vt exinde docerentur Eccleſiaſtici, ſeruitium ab illis procurandum mulierum prouectæ, non iuuenilis ætatis. *Et Chriſtus* (ait) *indigebat obſequio, & mulieris prouecta ætatis, ſenectutis ſumma; ſic in domo Petri non erat vernula.* Præceptum ſic neceſſarium, *Dei Sacerdotes in ſeruam non tales ſibi, ſed vetulas famulas.*
vt ex eius contemptu infinita in Dei Eccleſia 51.
ſcandala, & in illa Sacerdotes videmus (omnia munda mundis) non cœlibes, ſed (vt ſic dicam) maritatos; ea quò ſanctiſſimæ Eccleſiæ ſplendor offuſcatur, ſi non re, fumo tamen inhoneſtatis: dum poſſibile equidem, vt vir cum puella iuuene habitans caſtitatem ſeruet; tamen non erit caſtitas ſplendida, cùm ex iudicio, aliorumque ſuſpicione, ſplendor eius obtenebreſcat. Quod *Cœlibatus ſplendida quæ.*
luculenter expendens Cyprianus de ſingularitate Cyprian.
clericorum

clericorum ſic ait. *Non erit caſta cum claritate, niſi ſingularitas ſola.* Pulchrè. Singularitas ſolæ facit caſtitatem claram; quis dum nullo conuictu immiſcetur, etiam licito, nullo ſuſpicionis fumo offuſcatur. Nam quid fama, niſi publicus cum ſplendore rumor? Tolle ſplendorem, non erit fama ſplendida; ſic nunc tolle ſingularitatem contubernij, licèt ſit caſtitas, tamen non ſplendida. *Nam ſi caſtitas* (ait, ſequens Cyprianus) *quod eſt difficile, maſculum, & fœminam pariter in virginitate conſeruet, non habet claritatem, quam communitas ipſa non poteſt niſi quibuſdam probroſitatis tenebris obſcurare.* Nil melius: ex habitu caſtitatis, ex profeſſione, ex virtute quam profitentur, poteſt talis caſtitas integros ſeruare, & caſtus; at talis caſtitas non erit clara, quia communio inter ipſos, dum in vna domo, dum ſolus cum ſola, dum non ſolum ſeruitium in menſa, ſed in cubili, in lecto, in perſona, non poteſt probroſitatis tenebris eam non obſcurare.

Chryſolog. At *ſecundum*, quod obſeruat Chryſologus, eſt, non Petrum hominem Apoſtolorum Principem in domo ſua Chriſto miniſtraſſe, ſed mulierem homines, etſi magnos, in Chriſti obſequio vincentem; vnde ait: *Petrus ipſe cauſas ſuæ verecundiæ non videbat, vt hoc anus, hoc ſocrus faceret magiſtro, diſcipulus quod debebat.* Hoc amice non tam

52. *Mulieres quantum homines in Dei famulio aliquando excedunt.*

argumentis, aut Scripturæ locis, (ſi datum eſſet) vellem tibi probare, ſed propriis experientiis in tantis annorum curriculis in regimine animarum peractis. Deus ſcit, quòd non mentior; millies rubore, pudore, ac confuſione ſuffuſum me reperi, ex conſideratione quantum in hoc imbecillis fœmineus ſexus nos ſuperat, quantum in perfectione Dei famulatus nos antecellit, dum eas in plurimum feruentiores, obſeruantiores, ac in acquirendis virtutibus attentiores inuenerint, & quod vſque ad vltimam me confuſionem adduxit, ſæpe eueniſſe, vt totos pene quadraginta, & amplius ſtudiorum annos mihi neceſſarios extitiſſe, vt vnam harum intelligerem; dum quæ in oratione ipſa intellexerat, enarrabat, ſæpiſſiméque expertum eſſe nos de rebus theologicis, ac myſticis, ſpeculatiuam tenere; illas autem practicam: en Petrus ſedet, & recumbit, anus vetula miniſtrat. Quid hoc, niſi cauſas ſuæ verecundiæ non videre, vt ait Chryſologus?

Enim verò Lucæ 7. num. 36. *Rogabat* (ait Euangeliſta) *quidam de Phariſæis, vt manducaret cum illo, & ingreſſus domum Phariſæi diſcubuit.* Pende obſequium ſingulare Phariſæi in hoc ingreſſu, & certè nullum inuenies: ſedebat cum Ieſu, edebat cum Ieſu. Quid tantum fecerat? nihil aliud, niſi ad domum ſuam eum inuitare, cætera aliis derelinquere. Quid multum? Bonum; at non

53. *Dominus cur reprehendit Martham.*

magnum. At ſine, vt ad domum accedat Marthæ, & eum Martha inuitet, & videbis hanc totam ignem, totam flammam, ſurſum, deque omnia inuertere tanto feruore, tanto amore, tanta ſollicitudine, vt quaſi extra ſe rapta, neceſſarium, vt in ordinem eam Dominus redegerit, dicens: *Martha, Martha, ſollicita es erga plurima*, Luc. 10. num. 36. Sed pendo: vnde digna reprehenſione, quia turbatur erga plurima? Nonne hoſpes omni dignus turbatione? Sanè. Cur

Theodor. ergo reprehenditur? Acutè Theodoretus: non eam reprehendit de ſollicitudine; ſed ex eo quòd ſic in illa ardens, vt etiam ſororem ad ſe attrahere vellet. *Vide* (ait) *conſilium Domini, quod priùs nihil dixerat Martha, ſed poſtquam illa ſororem ab audita ſtudebat auellere.* Sic ſollicita ſtabat, ſic feruens in ſeruitio, in hoſpitio, vt, ſi poſſet, etiam è cœlo Angelos vellet euocare, & attrahere. Quando hoc Phariſæus ille? quin immo de eo Dominus conquerens ad inuidiam (vt ſic dicam) eum impulit Mariæ. Vnde ad illum, *Vides hanc mulierem? Aquam pedibus meis non dediſti; hæc autem lachrymis lauit pedes meos, & capillis ſuis terſit. Oſculum mihi non dediſti; hæc autem, ex quo intrauit, non ceſſauit oſculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxiſti; hæc autem vnguento vnxit pedes meos.* In quo loco non ſolùm Phariſæi defectum adnotare debemus, ſed Chriſti antitheſim, quantáque ſuperioritate mulier illa eum ſuperaſſet, etſi omnia ille feciſſet: nam ſi ille aquam pedibus dediſſet, mulier lachrymas: ſi ille linteo abſterſiſſet; illa capillis: ſi ille oſculum etiam dediſſet; illa pedum: tandem ſi ille oleo caput; illa vnguento pedes, in omnibus (quando benè ille Phariſæus egiſſet) eum ſuperans. Et tandem ſic hæc ſupra Phariſæum (quid 54.
dico? immo ſupra illos Eccleſiæ fundamenta) in Chriſtum feruens, vt dum ſemel ad eius caput vngendum acceſſit, non priùs deſtitit, quam vas frangeret, & totum effunderet vnguentum.

Magdalena quanto feruore excoſſit non ſolùm Phariſæos ſed etiam Apoſtolos exceſſit.

Audi Marcum cap. 14. à num. 4. *Cùm eſſet Ieſus,* (ait) *in domo Simonis leproſi, & recumberet, venit mulier habens alabaſtrum vnguenti ſpicati pretioſi, & fracto alabaſtro effudit ſuper caput eius.* Vbi notandum ex Ioanne *cap. 12. num. 3.* hoc pretioſiſſimo vnguento non ſolùm caput, ſed priùs pedes vnxiſſe. *Maria accepit libram vnguenti piſtici pretioſi, & vnxit pedes Ieſu.* Vnde licèt ſic pretioſus, dignos illos ſanctiſſimos æſtimabat pedes, vt eo vngerentur: at ad caput accedens in amoris æſtu aucta fregit alabaſtrum, & non vnxit, ſed effudit vnguentum: at cur fregit alabaſtrum? Quæ neceſſitas? ſufficiebat enim ef- 55.
fundere vnguentum? numquid hoc fieri non poterat abſque fractione? Cur ergo non contenta effuſione fregit? Sanè amice, ni fallor, ex ſumma in Chriſtum reuerentia, reſpectu, & decore. Vnde cauta, & humilis, & in tantam honeſtatem conuerſa mulier, etſi manibus pedes attrectare, ac tangere eſt auſa; tamen ad caput perueniens, fœmineis manibus illud tangere indignum ducens, quod manibus, per effuſionem, & vaſis effractionem, effecit. Duo 56.
ſimul docens, quanta reuerentia, & honeſtate mulieres ad viros ſanctos accedere debeant: & ſimul animi ſui ardentem profuſitatem, vt parum illi viſum vngere, niſi effunderet, & ſic effunderet, vt nihil eius relinqueret, nec minimum quid: & ideo ſecundò, præter rationem dictam, non ſolùm vnguentum effudit, ſed vas fregit, nihil ſibi relinquens: nec equidem vas totum dans, quia totum effuderat cor: ſic ardens, ſic amans, ſic æſtuans, ſic in amore feruens in Domini ſui ſeruitium. At diſcipuli quid? Tale ſeruitium, talem profuſionem perditionem dixere: *Erant autem quidam indignè ferentes intra ſemetipſos, & dicentes, vt quid perditio iſta vnguenti facta eſt.* Immò etſi hæc priùs intra ſemetipſos dicerent, nõ his contenti foras indignatio prodiens: 57.
Fremebant in eã, improperantes ei tale diſpendiũ, talem perditionem, inſipientem eam vocantes: *quia poterat tale vnguentum venundari multo, & dari pauperibus.* Quos ſi inquiris qui fuerint, ex ſententia Doctorum omnes ſimul Apoſtolos ſimul cum Iuda, licèt aliâ intentione illi, quàm iſte: nam illi ex

Cur vas fregit vt caput vngeret Chriſti.

Quanta honeſtate mulieres ad viros ſanctos accedere debent.

Apoſtoli etiã etſi recta intentione de effuſione vnguenti Magdalena fremebant.

vero affectu in pauperes, iſte perfidus ex auaritia.
Theodor. Vnde Theodoretus, *Conuenienter* (ait) *videtur inuni,*
quòd diſcipuli plures mulierem arguerent, & quòd ſæpe
Chriſtum audierant de eleemoſyna loquentem, Iudas
verò non eadem intentione indignè tulit, ſed propter
amorem pecuniæ, & turpe lucrum. Ergo & diſcipuli
murmurauerunt, illi diſcipuli, magni, & Eccle-
ſiæ columnæ perditionem dicentes effuſionem.
Quantam differentiam ex hoc colliges æſtus
amoris Magdalenæ in Chriſtum, ac diſcipulorum?
Quòd ſi ad praxim hæc adducere velis in cala-
mitoſis iſtis temporibus, luce clariùs videbis,
quod tunc diſcipuli, nunc & principes dicere ſæ-
culares, quando languida fide, & frigida volunta-
te, perditionem æſtimant, quæ non militibus, ſed
58. pauperibus expenduntur. Vnde ſacras eleemoſy-
nas ad ſacra conſtruenda templa, ad erigenda
monaſteria, ad defunctorum ſuffragia ſtabilien-
da, ad caput Chriſti vngendum; quia non ad
bella, non ad ſumptus, non ad luxus dantur per-
ditiones, dicunt, væ miſeris, & dicentibus, & per-
ſuadentibus! Sed ad rem. Socrus ergo Simonis
mulier vetula Chriſto obſequium præſtat in do-
mo Petri, quando Petrus recumbit. In quo illud
mirandum (vt ait Chryſologus) Petrum ſuæ cauſæ
verecundiam non videre, cùm quod ille præſtare
debebat, præſtitit ſocrus. Ad noſtram, & præſulum
59. inuidiam hæc ſcripta ſunt, vt dum nobiliori præ-
ſtant ſexu, nolint degeneres in Chriſti famulatu
inueniri. Ex hoc tandem ſocrus Simonis exemplo
habent documentum ægroti, vt Domino ſanita-
tem ſuam conſecrent, non mundo, vel dæmoni,
Caſſian. per noua peccata. Ad idem Simon Caſſianus lib. 5.
cap. 9. *Optimum in moribus eſt* (ait) *acceptâ gratiâ*
cooperari; & omne, quod a Deo accepimus, in dedi-
cationem conuertere creatoris: ſicut ſocrus Simonis ſani-
tatem acceptam in obſequium ſtatuit largitoris.

Principum hodiernorum diminuta charitas in Chriſtum.

Solp.tas in infirmitate Deo conſacrent ſuam ſanitatem.

NVM. 16. Veſpere autem facto, obtulerunt ei
multos dæmonia habentes, & eiiciebat
ſpiritus verbo: & omnes malè habentes
curauit.

NVM. 17. Vt adimpleretur quod dictum eſt per
Iſaiam Prophetam, dicentem: Ipſe infir-
mitates noſtras accepit, & ægrotationes
noſtras portauit.

Senſus litteralis, & moralis.

1. V*Eſpere autem facto.* Marcus cap. 1. num. 32.
hanc hiſtoriam ſic narrat: *Cum occidiſſet Sol,*
afferebant ad eum omnes malè habentes, & dæmonia
habentes; & erat omnis ciuitas congregata ad ianuam,
& curauit multos, qui vexabantur varijs languori-
bus, & dæmonia multa eyciebat, & non ſinebat ea
loqui, quoniam ſciebant eum. At ſi quæras, quæ
erant illa, quæ non ſinebat, vt loquerentur dæ-
mones? exprimit Lucas cap. 4. *Exibant* (ait) *dæ-*
monia à multis clamantia, & dicentia; quia tu es
2. *filius Dei.* At cur veſperam expectauerunt, & vt
ſol occumberet, ad hoc vt infirmos afferrent?
Communia reſponſio, quia Sabbatum erat, &
non licebat aliquid facere ante Solis occaſum,
in quo dies feſtus terminabatur. Quod ſi attentè
conſideres, laborioſam vitam Chriſti in trien-
nio ſuæ prædicationis accipies, quantumque pro
nobis laborauit expendes. Vſque ad meridiem

Cur ad veſperam deduxerunt infirmos ad Chriſtum.

Chriſti vita quàm operoſa & laborioſa.

ſtetit in Synagoga prædicans, & ſanans, poſt tan-
tum laborem ad domum accedit pauperis piſca-
toris, vt refectionem ſumat. En & ibi noua ma-
teria benefaciendi, & laborandi; dum certum non
ſine mora, non ſine doctrina, ac temporis diſpen-
dio illud factum. Accedit tandem ad prandium
cùm fere ſerò eſſet; poſt quod & ad ſermocinan-
dum redit, vt vult Abulenſis: poſt quæ, quando
à laboribus ſe feriare debebat, iterum tota ciuitas
ad ianuam cum infinitis infirmis; ex quo aptè
Ianſenius. *Ex huius* (ait) *temporis explicatione* Ianſen.
Chriſti expoſita benignitas ſignificatur; cùm neque
excuſaret priuatum, quod debebatur, otium, neque
noctem intempeſtiuam rebus gerendis; quòd omnes
curaret, ſiue dæmoniacos, ſiue naturali morbo oppreſ-
ſos. Exemplum præbens Prælatis, iudicibus, ac 3.
miniſtris quomodo ſe gerere debeant in officio,
quantumque laborare; ſcientes ad labores voca-
tos, non ad otia. Vnde etſi nec locus eis ſit come-
dendi, dormiendi, aut expatiandi, ſciant conditio-
nem eſſe officij, ac miniſterij.

Prælati ac Regum miniſtri quantò laborare debent in miniſterio, & huius rei ratio.

Enimverò ad principatum, & regni regimen
euehens Pharao Ioſephum *Gen.* 41. *num.* 42. inter 4.
cætera ſplendida, quæ ei dedit, torquem extitit
aureum: *& collo torquem aureum circumpoſuit.*
Quid per torquem hanc? Philo *lib. de Ioſeph*, non Philo.
ſolum ſplendorem per eam ſignificari, ait, ſed la-
borem. Ad principatum eum euexit, ſanè ad rem 5.
ſplendidam, attamen laborioſam. *Torques au-*
rea (ait) *non ad gloriam ſolùm, ſed ad pœnam per-*
tinere videtur. Vnde Seneca arguens Polybium
quòd defunctum fratrem fleret, quaſi ob fle- Senec.
tum a publicis negotiis vacans, ſic illi ait. *Non* 6.
licet tibi flere immodicè, neque hoc tantummodo non
licet; nec ſomnum quidem extendere in partem diei,
nec à tumultu rerum in otium ruris grata quiete
confugere: multa tibi non licent, quæ humilibus, &
in angulo iacentibus licent. Cuius rationem addens
ſequitur. *Nam magna ſeruitus eſt magna fortuna.*
(nihil egregius! Quid magnus principatus?
Quid magnum officium? Quid magna demum 7.
fortuna? Equidem magna ſeruitus. nam ſequitur
ibidem,) *Audiendi ſunt tot hominum millia, tot diſpo-*
nendi libelli, tantus rerum ex toto orbe accurrentium
congeſtus. Quid vis vt dicam? Quando Domini
noſtri vigilias, labores, ærumnas, incommoda
conſidero, quæ in tribus illis ſuæ prædicationis
annis ſuſtinuit; penè non dicet eum Seneca, ma-
gnam eius fortunam, magnam illi fuiſſe, pro hoc
tempore, ſeruitutem. Audi Marcum *cap.* 3. *n.* 9. Sic
turbæ eum comprimebant, vt neceſſe fuerit mare
aſcendere: *& dixit diſcipulis ſuis, vt nauicula ſibi de-*
ſeruiret propter turbam, ne comprimerent eum. Aſcendit
in montem, & illic nec otioſus, ſed pernoctans
in oratione, diſcipulos elegit, rediit domum:
Et conuenit iterum turba (ait Euangeliſta) *ita vt*
non poſſent, neque panem manducare. En Chriſti
vita! Quid ergo, nunquid non ſumma eius for-
tuna (vt ſic dicam) ſumma ſeruitus? Sic nunc
vix finito prandio, quando otium aliquod ſu-
mere debebat, en tota ciuitas ad ianuam: *veſpere*
facto.

Torques Ioſepho data quid ſignificet.

Principes & miniſtri ad labores nati, non ad otia.

Multa illis nō licent, quæ humilibus licent.

Magna ſeruitus, magna fortuna.

Hugo Cardinalis ad mores hoc adaptans, ſic Hugo.
ait: *Veſpere autem facto, eiecit Ieſus dæmonia;* 8.
quia cùm proſperitas temporalis in mente deficit,
quod iam temporalia non nimis amantur, tunc
Ieſus eſt in mente, & neceſſe eſt dæmonia
exire.

Amor ceſſat temporalium ſi amor accedere debet Dei.

At myſticè hoc Hieronymus intelligens aptè ob-
ſeruat in veſpere, & poſt Solis occubitú infirmos
ſanatos,

ſanatos, ſignificans non ante Saluatoris mortem mundum tedemptum. *Attendendum autem* (ait) *quòd omnes non manè, non meridie, ſed ad veſperam curantur, quando ſol occubiturus eſt, & quando granum tritici in terra moritur, & multos fructus affert.*

9. *Omnis Chriſti operatio in domo eſt Petri, hoc eſt, in Eccleſia Catholica.* Ianſen. Salmeron.

Quòd ſi ad hæc addas, omnes in domo Petri curatos, & in eius domo miracula Chriſtum feciſſe; intelliges omnem Chriſti operationem in domo eſſe Petri, hoc eſt, in Dei Eccleſia Catholica. Vnde Ianſenius, *Hac autem ratione* (ait) *declarauit Dominus, quam paratus ſit, ac potens ſanare morbos animarum, ſi modò veniant ad ianuam domus Petri.* Et bene Salmeron adnotat, quòd quia veſperè bi cntati ſunt, nulli deſperandum, etiam in vltimo tribulationis: *vt ſemper benè ſperes, etiam cùm in extremis anguſtijs verſaris.* Doctrina excellens, eo vel maximè, cùm, vt alibi diximus, mos eſt Domini in vltimo ſuccurrere tribulationis.

10. *Chriſti charitas immenſa nullum reſpuens.* Ianſen.

Et omnes malè habentes. Obſeruat idem Ianſenius, & rectè, indiſcriminatim omnes ſanaſſe, non hunc, vel illum, nullius acceptans perſonam, proprium munus Prælatorum: *Eiuſdem erga omnes ſine diſcrimine miſericordia demonſtratur, cùm nullum curandorum delectum fuit, non gratiam alicuius, aut præmium quærens, nec vllam fœditatem auerſans, ſed contactu ſuo etiam ſingulos dignatus, quamuis fœdo laborante morbo, admittis omnes optimus, contingis omnes puriſſimus, ſanas omnes potentiſſimus.* Egregiè, ex multitudine ſanato-

11. *Cur Chriſtus contactu ſanabat infirmos, imperio eyciebat dæmones.*

rum colligitur Chriſti bonitas, ex contactu puritas, quatenus nullo morbo inficiari potuit, ex effectu ſecuto omnipotentia. nam in inſtanti omnes ſanabantur, ex contactu morboſi, ex voce, & imperio dæmoniaci: illos tactu ſanat, demonſtrans eiuſdem eſſe naturæ cum illis, ac viuificam ſuæ

12. *Prælati manu, & voce ſuccurrere debent ſuis.*

carnis potentiam, *diuinitatis organum*, (vt ait Cyrillus) ac dæmones verbo & imperio, quatenus Dominus, & princeps: *Exemplum præbens* (vt bene Ianſenius) *Epiſcopis maximè, & paſtoribus in Chriſti locum ſuccedentibus, quanta cum manſuetudine recipere debent peccatores à vitijs ſuis reſipiſcere conantes.* Immò & etiam corporali labore, ac infirmitate laborantes, manu eorum paupertiem ſubleuaotes, prædicatione eorum ignorantiam.

Hugo.

Adnotat Hugo Cardinalis, non dictum, eieciſſe Ieſum dæmonia verbis, ſed verbo: *& eyciebat ſpiritus verbo.* Quod myſterium enodans ſic ait. *Non dixit verbis; quia omnia verba Prædicatorum ab vno verbo virtutem eyciendi dæmonia habent: inde eſt, quòd plerique noſtrûm prædicatione non eyciunt dæmonia, quia non prædicant verbo, ſed verbis cogitatis, & politis.* Quid ampliùs dixiſſet Hugo, ſi in hæc no-

13. *Prædicatores qui non in verbo, ſed in verbis prædicant qui, & quid ſit illud.*

ſtra incidiſſet tempora? Solùm aduerto, non mirandum, ſi aut nullum, aut diminutum videmus fructum ex prædicatione, dæmoniumque ab obſeſſis animabus non exire: non prædicant *in verbo, ſed in verbis cogitatis, & politis*; & quod vſque ad ruborem eſt audite, politia in illo, vt talia ſint verba, ſic inuſitata; vt ea non vſu non intelligantur. Quid ſtolidius? cùm ſignum euidens non in verbo Chriſti prædicare, ſed in ſuis; cùm dæmonia non eiiciant, neque ad lachrymas moueant, ſed potiùs ad riſum. Non ſic graues, & Dei prædicatores, quibus etiam & ſancta abundat Eccleſia, ne quis inſipienter reputet penè omnes defeciſſe, quod etſi multis probare pôſſem extrinſecis exemplis, ſufficiat pro nunc domeſticum vnum Pater Ioannes Velez, Philippi IV. Hiſpaniarum Regis regius Prædicator, quem etſi cæteri ex multis extollunt, & meritò quidem, tamen quod ego in eo maximè ſuſpicio, verba ſunt, ſic prædicationi ſanctæ accommodata, ſic apta, ſic deuota, vt ſubtilia promens ad lachrymas ciet, ad deuotionem, ad conuerſionem. Sed pergo.

Vt adimpleretur, quod dictum eſt per Iſaiam. Solus Matthæus hoc teſtimonium Iſaiæ affert; quia Hebræis ſcribebat: hinc vt eos conuincat Chriſtum eſſe illum, quem Prophetæ prædixerunt, locum affert Prophetæ *cap. 53.* quod teſtimonium ſic ſtat apud Iſaiam. *Languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit.* vbi in ſenſu Iſaiæ per lãguores 14.

Duæ proponuntur quæſtiones.

peccata, per dolores peccatorum pœnæ ſignificantur, ſecundùm omnium in illo loco Doctorum ſententiam. Ex quo duplex hic inſurgit difficultas enodanda. *Prima*, quomodo hanc Iſaiæ authoritatem Matthæus intellexit, an ſecundùm ſenſum litteralem, an metaphoricum, & figuratum? Et *ſecunda*, quomodo dicatur Chriſtum infirmitates noſtras portaſſe, cùm nunquam extiterit infirmus?

15. *Quomodo Matthæus intellexit locum Iſaiæ, an litteraliter, an metaphoricè.*

Quoad primam difficultatem multi putant, nullo modo de corporalibus morbis loquutum. 16.

Quomodo dicatur Chriſtum infirmitates noſtras portaſſe. *Prima ſententia.* Chryſoſt. Theophyl. Euthym. S. Thom. Brandebach. Rupert. Ferus. Ianſen. Maldon. Salmeron.

Vnde metaphoricè verba Iſaiæ Matthæum ſumpſiſſe Chryſoſtomus putat allatum teſtimonium ab Euangeliſta poſitum, vt ſignificaret, ægritudines effectus eſſe peccatorum, ad quæ curanda Chriſtus venerat; idem habet Theophylactus: aſtipulatur Euthymius, S. Thomas, Brandebachius, Rupertus, Ferus, Ianſenius, Maldonatus.

Hæc expoſitio nullo modo mihi placet, cùm prophetiæ non implentur in ſenſu metaphorico, & parabolico, vt bene adnotat Salmeron, & magnum eſt inconueniens (vt ſuprà alibi diximus) verba, & teſtimonia ab Euangeliſtis adducta, in ſenſu intelligere metaphorico, vel accommodatitio: quapropter

Secunda & vera. Caiet. Abulenſ. Salmer. Barrad.

Secunda ſententia, & vera, eſt Caietani hîc, Abulenſis, Salmeronis, & Barradæ, Iſaiam non ſolùm per languores litteraliter intellexiſſe peccata, & peccatorum pœnas, ſed etiam infirmitates corporales per Chriſtum ſanandas. nàm, vt bene Salmeron; *certus intelligendæ Scripturæ canon eſt, vt cùm oratio aliqua plures ſenſus habere poſſit, omnes illos dicamus Spiritum ſanctum ſignificare voluiſſe.* Ergo 17.

Canon egregius intelligentiæ Scripturarum.

cùm in verbis Iſaiæ & peccata, & infirmitates corporales ſine vllo inconuenienti intelligi poſſint, non eſt cur hæc ab illis excludamus, & ad metaphoras currentes dicamus, Euangeliſtam non ſecundùm ſenſum litteralem Prophetæ eum adduxiſſe, ſed metaphoricum. nam vt ſic, nil contra Iudæos feciſſet, cùm iſti non conuincuntur ex ſenſu metaphorico.

Quoad ſecundam autem difficultatem, quomodo, ſcilicet, noſtras infirmitates Chriſtus portauerit, varij variè. Lyranus ſic verba Iſaiæ, & Euan- Lyra.

geliſtæ intelligit, vt accipere infirmitates ſit in 18.

Quomodo dicatur Chriſtum noſtras portaſſe infirmitates.

ſe recipere humanæ naturæ defectus, ſcilicet, famem, ſitim, defatigationem, mortalitatem: at portare ægrotationes eſſe eas in aliena perſona accipere, quatenus eas ſanabat: *Morbos hominum* (ait) *quodammodo in aliena perſona aſſumpſit, in quantum ægrotos miſericorditer ſanauit.* Simon Caſſianus *lib. 5. cap. 10.* portauit (ait) qua- Caſſian.

tenus eas cognoſcere voluit, & earum notitiam habere, vt eas ſanâret. Caietanus: por- Caiet.

tauit, quia tanta facilitate eas curauit, vt quaſi rem portatilem in alterum locum tranſportaret: *Ægrotationes portauit, hoc eſt, tanta facilitate abſque vllis medicamentis abſtulit,*

vt ſi vnam rem portatilem tolleret, & in alterum locum veheret. Euthymius; portauit (ait) quia licèt eos ſanabat, non tamen ſine viſura, vt ſic dicam; nam eos ſanabat, dimittens eis pœnas debitas, ſed in ſe eas recipiebat, ſoluturos tandem eas: vnde ſic ait. *Per labores, ac morbos. hic mihi intellige languores, ac morborum reatus: cum enim languores, ac multos patientes morbos curauit, in ſe ipſum eorum reatum tranſtulit.*

Euthym.

Omnes ſenſus tolerabiles; at mea ſententia litteralis ille, quem tradit Abulenſis, & ſequitur Barrad. vt non ſit aliud eas portaſſe, quam mente, animo, compaſſioneque eas præ oculis ſemper habuiſſe, ſollicitudinem gerens continuam eas ſanandi. Vnde Barrad. *Vel accepit* (ait) *& portauit, id eſt, ſuas effecit in ſuam carnem accepit in mente, animo compaſſioneque, ſic vt voluit proprias ſanaret, curaret.* Hic ſenſus magis litteralis mihi videtur; ex communi equidem vſu loquendi tunc dicimus aliquem portare verè, & in rigore, non tantùm quando eum baiulamus, ſed maximè quando de eo ſic curam gerimus, vt noctu, diuque eum attendimus, de eoque cogitamus, mille excogitantes modos quomodo ab anguſtiis eum liberemus; ex quo ſic grauari aliquando nos reperimus, vt pondus dulceamus, & multoties eum recuſemus, millies ampliùs ex hoc grauati, quàm ſi verè, ac Phyſicè eum portaremus. Hoc equidem modo Chriſtus Dominus noſter, etſi Phyſicè infirmitates non tulit, hoc eſt, ægrotationes, quia non conueniebat; cùm, vt rectè Salmeron, etſi defectus generales, qui naturam

Abulenſ.
Barrad.

Salmeron.

19. conſequuntur humanam, voluit aſſumere, vt famem, ſitim, laſſitudinem, &c. tamẽ particularia, & quæ non erant communia, vt morbi, ac monſtroſitas, ſiue mutilationes, noluit; quia non conueniens æſtimauit: attamen etſi hæc materialiter non aſſumpſit, tamen compaſſione, ſollicitudine, deſiderio eas curandi ſic eas aſſumpſit, vt quaſi proprias fecerit ex onere ſenſus, quem percipiebat, talia

Chriſtus etſi generales defectus naturæ humanæ aſſumpſit, noluit tamen particulares.

20. quos amabat pati cernens. Quantum hoc fuerit, quantaque ſollicitudine corporales etiam hominum infirmitates Chriſtus portauerit, ſic infinitè non ſolùm animas, ſed corpora noſtra amans, nolo probare niſi ex vno loco Scripturæ.

Quanta ſollicitudine noſtras portauit infirmitates.

Enimverò infrà *cap. 25. num.* 40. affirmat Dominus, quòd in iudicio ſedens, ac in ſede maieſtatis, dum ſententiam vitæ Sanctis dabit ex eorum miſericordiæ operibus, cùm illi ſe nunquam eum vidiſſe affirment; ideoque neque etiam ob id opera ei exhibuiſſe miſericordiæ, ſcilicet, nec pauiſſe, nec potum exhibuiſſe, nec hoſpitaſſe, aut veſtiſſe, aut viſitare infirmum, ſic eis affirmat, quod reſpondebit. *Amen dico vobis, quandiu feciſtis vni ex his fratri-*

21. *bus meis minimis, mihi feciſtis.* In quo loco pondero fratres eos nominare, quando in ſede, & throno maieſtatis, & non tantùm quando ipſe in terris, ſed quando iam in Cœlis omnibus abundans bonis, infinitéque beatus, ſibi dixiſſe omnia illa Sanctos effeciſſe, ſic reputans nunc famem, ſitim, ſollicitudinem, inediam, ac ſuorum infirmitatem, ac ſi omnia hæc ſibi facta eſſent, & ipſe omnibus illis indigeret; quod equidem ſæpè niſi ex ſummo, indicibili, ac penè infinito amore, euenire non poteſt. Dic ergo mihi, quando in terris eos viderit talia patientes, qualem de eis habuerit ſenſum, qualem compaſſionem? Si in cœlis exiſtens, & in iudicium veniẽs fratres ſuos nominauit, ob amorem, charitatem, ac exceſſiuum dilectionis æſtum; quid tunc quando in terris conuerſabatur? Penè non dicam extinctum ex commiſeratione? Vnde rectè exclamans Chryſoſtomus in hunc locum, ſic ait. *O bo-*

Magnus eius amor oſtenditur dum adhuc beatus in cœlis exiſtens fratres nos dicat.

Chryſoſt.

nitas! quando in corpore contemptibilis erat, & in mundo, fuerat veriſimilis ratio, vt propter ſimilitudinem viſionis fratres ſuos homines appellaret. Quid autem dicamus, quod in illa gloria conſtitutus adhuc contentus eſt dicere eos fratres, quibus ſufficeret ad laudem, ſi bonos ſeruos diceret, detrahet ſibi quod habet, vt illis præſtet, quod non habent. Egregiè! Vltima ponderanda. Quid in iudicio Chriſtus ſibi detrahit? Sanè ſummam maieſtatem, vt communem ſe reddat hominibus. Quid illis præſtat? Sanè quòd non habent maieſtatis ſuæ fraternitatem. Quid ergo cogitemus, quòd fecit in terra, quando diſſimulata maieſtate tanquam vnus ex illis apparebat? Sanè vice verſa: nam ſicut amor cum Chriſto efficiet in iudicio, vt ſibi detrahendo maieſtatem ſuis communicet eam; ſic in terris effecit, vt à ſuis detrahendo infirmitates ex compaſſione, ex amore, ex beneuolentia, eas in ſe portaret. *Quis infirmatur* (ait Apoſtolus 1. ad Corinth. 11. num. 29.) *& ego non infirmor?* Quid; nunquid in lecto decumbebat? nihil minus: infirmabatur compaſſione, ac dolore alienæ infirmitatis. Quid ergo Chriſtus, cuius amor infinitus? Vnde non mirum, ſi nunquam deficiens indefeſſus eos acciperet, amplecteretur, ſanans, curans; quia verè infirmitates noſtras ipſe portauit.

22.
Chriſtus in iudicio quod ſuis communicabit, & quod ab illis ſtans in terra communicauit.

Et non ſinebat ea loqui. Tactu (vt diximus) curabat infirmitates, verbo, & imperio dæmoniacos; at exeuntes dæmones, quia prædicabant eum eſſe Chriſtum, aduertunt alij Euangeliſtæ, quòd non ſinebat ea loqui: *Quia ſciebant eum eſſe Chriſtum.* Poſtulat hic locus, etſi non ſit Matthæi, tamen quia multum ad reliqua intelligenda faciet, vt quà poſſumus breuitate diſcutiamus: an dæmones Chriſtum cognouerint? & quæſtio dupliciter poteſt intelligi. *Primò* an cognouerint Chriſtum eſſe Meſſiam in lege promiſſum? & *ſecundò* dato quòd cognouerint Meſſiam, ſi etiam cognouerunt eſſe Deum.

23.
An dæmones Chriſtum cognouerint eſſe Meſſiam & ſimul Deum.

Quoad primam ergo quæſtionem, an cognouerint illum eſſe Meſſiam? negatiuam partem tenent Dionyſius Carthuſianus *Marc.* 1. Caietanus *Lucæ* 4. licèt aliter ſenſerit 3. *part. quæſt.* 44. *art.* 1. Bonauent. *Lucæ* 4. Ludolphus 1. *part. cap* 43. & ex ſcholaſticis Bañez 1 *part. quæſt* 57. *art.* 3. *dub.* 1. Molina *ibid. diſp.* 1. aliique.

Carthuſ.
Caiet.
Bonauent.
Ludolph.
Banez.
Molin.

Affirmatiuam autem partem tenet Diuus Thomas 3 *part. quæſt.* 47. *art.* 5. *& quæſt.* 44. *art.* 1. *ad* 2. Lyran. *Marc.* 1. Ambroſius 1. *ad Corinth.* 2. Euthym. *Marc.* 1. Beda *ibid.* D. Gregor. 33. *Mor. cap* 7. *vel* 10. Gloſſa Ordin. 1. *ad Corinth.* Auguſtinus *lib.* 9. *de ciuitate, cap.* 21. (ſi attentè legatur) Auctor *quæſt. noui Teſtament. quæſt.* 66. Salmeron, aliique moderni.

D. Thom.
Lyra.
Ambr.
Euthym.
Beda.
Gregor.
Auguſt.

Hæc ſententia mihi amplius placet, quàm prima, duabus rationibus. *Prima,* quia videtur apertè eam tenere Euangeliſtas, quocumque modo eorum verba ſumas: *Non ſinebat* (ait Lucas) *ea loqui, quia ſciebant ipſum eſſe Chriſtum.* Quæ poſtrema verba aliqui, quos ſequitur Salmeron, faciunt Euangeliſtam, quaſi dans rationem, cur non ſinebat ea loqui, nempe dæmonia; quia ſcilicet ſciebant eſſe Chriſtum; nolebat enim ab eis prædicari, & vt ab eis tale, ac tantum myſterium mundo panderetur, vt infrà dicemus. *Secundò* alij, vt Caietan. Ianſen. Vatabl. Iſidor. Clar. *orat. 2. in Luc.* horum verborum ſenſum faciunt; vt non ſineret eos loqui, *quia,* pro quòd, quòd ſciebant eſſe Chriſtum, hoc eſt, ipſos ſcire ipſum eſſe Chriſtum. nam ne hoc volebat ab eis intelligere,

Caiet.
Ianſen.
Vatabl.
Iſid. Clar.

gere;repudians etiam ipſam dæmonum, quantum ex ſe,cognitionem, ſic eos abhorrebat, & abhorret:ergo quocumque modo verba Euangeliſtæ intelligas, ſemper ex illis deduces, dæmones Chriſtū eſſe Meſſiam in lege promiſſum ſciſſe. *Secunda* ratio eſt perſpicacia ipſorum dæmonum. nam ex Scriptura,ex miraculis,ex Chriſti ſermonibus, facilè illud cognoſcere poterant:nam ſi talia Chriſtus fecit, vt inexcuſabiles redderentur principes Iudæorum, quia ipſum non crediderunt verum eſſe Meſſiam; quomodo hoc dæmonibus latere potuit? niſi non ſolùm extraordinariam,ſed etiam miraculoſam affirmes Dei prouidentiam; cognouerunt ergo Chriſtum eſſe Meſſiam.

Greg Naz. Greg.Magn. Euthym. Tertull. Bonau. Caſſian.

Quoad ſecundam autem quæſtionem,an ſimul ipſum eſſe Deum? maior eſt difficultas. Partem enim affirmatiuam tenet Gregor.Nazian. *orat.*42. *in fin.* Gregor. Magn. *lib.*33.*moral.cap.*9. Euthym. Tertull. *lib.contra Prax.c.*26.*& lib.*4.*contra Marc. cap.*7.*&* 8.*& lib.*5.*cap.*6.Bonau.3.*ſent.diſt.*23.*q.*3.*de fide informi.*Caſſian.*lib.*5.*cap.*10.

Hieron. Beda. D.Thom. Euſeb. Chryſoſt. Ambroſ. S.Leo. Iſidor. Antonin. Alenſ. Lagr.

Negantem partem,certò dæmones non cognouiſſe Chriſtum eſſe Deum,eſt Hieronymi *hic*,Bed. *Luca*4.D.Thom.3.*p.q.*44.*art.*1.*ad ſecundum.*Euſeb. *lib.*4.*demonſt.Euang.c.*2. Chryſoſt. *hom.*5.*in Marc.* (ſi eius ſunt commentaria.) Ambroſ..1. *ad Cor.*2. S.Leo *ſerm.*18.*de paſſ.* D.Iſidor *lib.*1.*de ſummo bono.* Author *quæſt.nou.Teſtam. quæſt.*66. D. Antoninus 1.*part.hiſt tit.*5.*cap.*2.§.18. Alenſ. 2.*part.quæſt.*100. *membr.*3.*art.*2.Lagron.*Marc.*1.

Suar.

Inter has opiniones media via puto incedendum;nempè non certò cognouiſſe dæmones Chriſtum eſſe Deum,neque etiam omnino illud ignoraſſe;ſed decurſu temporis in talem, ac tantam veniſſe ſuſpicionem(vt rectè Suar.)quòd penè de illo non dubitauerint, tum ex miraculis,tum ex multitudine Angelorum illi ſeruientiū,ſumma nō ſolùm promptitudine,ſed humilitate, tum ex variis Scripturæ locis;tū quia ſciebant Deum incarnandum, tum etiam ex verbis Apoſtolorū,& Chriſti, tamē ex aliis rebus,& infirmis Chriſti demonſtrationibus ipſum hominem infirmum, nō omnino, & abſolutè abſque aliqua formidine credebant.

24.
Dæmones etſi quaſi ſciebāt Chriſtum eſſe Deum,cur ad mortem eiꝰ inferēdam animos impulerunt Iudæorum.
Gregor. Gloſſ.Interl. Bed.

At dices;ſi dæmones ſciebant quaſi certò Chriſtum eſſe Deum, quomodo ad mortem eum per Iudæos addixerūt animos ſtimulantes Iudæorum? Reſpondent D.Gregor. *lib.*33.*mor.c.*7.S.Leo *ſer.*9. *de paſſ.* Gloſſ. Interl. 1. *ad Cor.*2. Bed. *Marc.*1. *& Luc.*4.quòd licèt ſcirent ipſum Deum,non tamen cognouiſſe omnem ordinem diſpenſationis diuinæ. Vnde non coguouerunt dæmones per mortem, & crucis ignominiam, Deum diſpoſuiſſe mundum redimere, ac inferni potentias debellare,& vt ſic mortem ei procuraſſe.

Tertull.

Hæc reſponſio mihi placet:immo ſi addas vnum, omnimodè veritati conſonam eam dices, nempe etſi Deum Chriſtum certò ſcirent, ex odio, maleuolentia, ac rabie in Deum, mortem ei procuraſſe,vt,ſi poſſibile,& ipſum Deum occiderent. Ad rem Tertull.lib.5.contra Marc.cap.6. *Supereſt* (inquit) *vt ſecundùm me credibile ſit,ſcientes virtutes, & poteſtates creatoris,Deum gloriæ Chriſtum crucifixiſſe, qua deſperatione, & malitiæ abundantia,ſerui quoque ſceleſtiſſimi dominos ſuos interficere non dubitant.* Et

Caiet.

Caietanus 1.ad Corinth.2. *Dæmones* (inquit) *etiam ſi cognouiſſent Dominum gloriæ verum Deum Ieſum Chriſtum; nihilominus conati fuiſſent crucifigere eum ex odio ad eum, & diuina.* quod idem habet 3.*part. quæſt.*44.*art.*1.

Ex dictis ergo hæc habemus. *Primò* certò dæmones cognouiſſe Chriſtum eſſe Meſſiam, & *ſecundò* ſic ſuſpicaſſe eſſe Deum, vt pene non dubitarent: quod patet præcipuè in vltimo paſſionis, quando per vxorem Pilati mortem eius excuſare voluerunt. nam certò tunc affirmarunt illum eſſe Deum, & coniecturaliter modum redemptionis eſſe mortem crucis. Attamen licèt eis datum fuerit,vt corda incitarent Iudæorum,vt Chriſtum occiderent,non eis datum,vt corda ſedarent,etſi vellent. Ex quo(vt interim hoc dicam)refellitur opinio illorum aſſertorium, mulieri Pilati non dæmon,ſed Angelum verum apparuiſſe demonſtrantem innocentiam Chriſti, & illum eſſe Deum: ac proinde illam in Chriſtum crediſſe,affirmantes hoc,quòd ſi dæmon, facilè corda ſedaſſet Iudæorum. Confutatur:nam benè potuit illa ad malum impellere,at à malo poſtea reuocare minimè,cùm hoc non ſit in eius poteſtate,eo vel maxime,ſi medio honeſto,& bono,illud perſuadere vellet. nam tunc gratia neceſſaria efficax, qua miſeri illi iuſto Dei iudicio carebant.

25.
Pilati vxor à quo mota vt viro ne Chriſtum occideret diceret, à ſpiritu malo, non bono, vt aliqui autumant.

26.
Cur Chriſtus noluit propalari à dæmonibus.

Hoc ergo ſic ſtatuto,nunc indagandum; quare Dominus noſter noluerit, vt dæmones confiterentur ipſum eſſe Dei filium,& Meſſiam,de qua re multæ adducuntur rationes. *Prima*, quia adhuc non eſſet tempus huius veritatis confitendæ, ſicut etiam multoties, & ob hanc cauſam Apoſtolis illud iniunxit.*Secundā* ratio eſſe poteſt, quia non vt eum laudarent, neque ex animo hoc faciebant, ſed ex deſperatione, inuidia, ac maleuolentia, & ſimul vt ampliùs peccatum Iudæorum aggrauarent, & maius facerent, quatenus non obſtante deitatis Chriſti cognitione, tamen eum occidere volebant, quod Chriſtus ex innata ſua miſericordia permittere nolebat. *Tertia* ratio, & vera; quia ſic eos viles, abiectos, ac ſordidos æſtimabat, ſic mēdaces,ac vituperabiles, vt indignum iudicaret, & quòd myſterium Incarnationis mūdus ab ipſis nec leuiter acciperet,& ſimul quòd ab ipſis laudaretur. Nam perinde eſt (vt ait Seneca) *ac laudari à viris turpibus,ob turpia.* Vnde cùm nec ab hominibus ſuæ diuinitatis accipere teſtimonium noluiſſet,iuxta illud Ioan.5.n.34. *Ego autem teſtimonium ab homine non accipio*, refutans teſtimonium Ioannis,vt homo, & quatenus ex ſe poſſet loqui, tantùm ſuum teſtimonium à ſanctiſſimo ſuo genitore volens accipere:*Vos miſiſtis ad Ioannem,& teſtimonium perhibuit veritati, ego autem ab homine teſtimonium non accipio.*Quaſi diceret,etſi Ioannes veritatem dixit de me ad quem vos miſiſtis,& cui debetis credere, tamen ego maius Ioanne teſtimonium habeo, nempè vocem Patris mei, quæ de cœlo ruit, vt ſic omnem ſuam glorificationem ſuo ſancto deberet genitori, & non homini.Quid ergo, nunquid & teſtificari voluiſſet à dæmonibus, & ab illis apud homines gloriam diuinitatis accipere? nihil minus.

27.
Dæmones Chriſtū prædicare volebant Deum, vt maius eſſet Iudæorum peccatum.

Senec.

28.
Chriſtus noluit aliud teſtimonium ſuæ diuinitatis niſi à Patre.

At quid ex hoc? Sanè duo, ob quæ omnia ſuperiora diximus.

29.
Dæmonis opera nullo modo admittenda nec ab eis aliquid præſtolandum in regimine animarum.

Primum omnino damnanda, & explodenda recentiorum aliquorum opinio ad directionem animarum licitum eſſe ab energumenis aliqua ſciſcitari, de qua re ſuprà egimus, omnino talem præpoſteram opinionē(ſi opinionis nomen,an potiùs erroris,meretur)damnantes,contra eam & authoritate,& rationibus pugnantes. Vnde rectè Salmeron hoc idem affirmans: *Quo facto exemplum nobis dedit* (ait) *ne nos appetamus reſponſa à dæmone; cuius ingenium eſt obſcura claris, & falſa veris inuoluere, & verba dare hominibus.*

30. *Sicut nec ab hæreticis eorumque libris.*

Secundum autem quod ex tali doctrina eruendum, illudmet quod idem ait Salmeron, ſcilicet, *Ne appetamus etiam ab organis dæmonum, id eſt, hæreticis, aliquam veritatem dicere; quia eorum libri periculoſi ſunt.* Quia iſti, ſicut etiam dæmon, gratiam, & Chriſti miſericordiam, non magnifaciunt, vt Chriſtum laudent, & animas lucrentur, ſed vt eas ſubducant, & perdant, à doctrina, Eccleſiaque Catholica, eas abducentes. Vnde hanc ſanam doctrinam Dei Catholica Eccleſia ſequens, vt mihi narrauit Pater Petrus Matris Dei Carmelita diſcalceatus, vir omnibus virtutibus inſtructus, cùm Romæ pro ſancta vna haberetur, ac diuinis reuelationibus, vt ferebatur decorata, ex quibus duos integros libros de ſanctiſſima Trinitate ſcripſit, ſic altè de ea loquens, ſic profundè, ſic diſtinctè, ſic verè, vt pro miraculo haberentur, quos dictus Pater, & vidit, & cũ admiratione legit; cùm autem decurſu temporis mulierẽ deceptam à dæmone innotuiſſet, comprobatumque fuiſſet omnia illa alta, ſublimia, & vera à Dæmone emanaſſe; illico ſancta mater Eccleſia iuſſit, vt igni traderentur, ſicut & tradita fuerunt: & cùm eſſem iuuenis, ac percontarer, cur, cùm veritatem continerent? Sciè ac ſapienter reſpondit: *Quia non indiget Dei Eccleſia illuſtrari de veris per dæmonem.* Digna viri Catholici reſponſio; ſicut digniſſima ſanctæ noſtræ Romanæ Eccleſiæ actio.

31. *Exemplum aptum Catholicam Eccleſiam nolle condiri de veris à dæmone.*

Nvm. 18. Videns autem Ieſus turbas multas circum ſe, iuſſit ire trans fretum.

Nvm. 19. Et accedens vnus ſcriba, ait illi: Magiſter, ſequar te, quocumque ieris.

Nvm. 20. Et dicit ei Ieſus: Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos; filius autem hominis non habet, vbi caput reclinet.

Senſus litteralis, & moralis.

V*Idens autem Ieſus.* Vt autem quo ordine hæc facta ſciamus, quomodo cæteri hæc narrant Euangeliſtæ, dicendum *primò* Marcus enim cap. 1. n. 35. ſic habet. *Et diluculo valdè ſurgens egreſſus abyt in deſertum locum, ibique orabat; & cùm inueniſſent eum, dixerunt ei, quia omnes quærunt te, & ait illis, eamus in proximos vicos, & ciuitates, vt ibi prædicem, ad hoc enim veni, & erat prædicans in Synagogis eorum, & in omni Galilæa, & dæmonia eyciens.* Lucas cap. 4. num. 42. *Facta autem die egreſſus ibat in deſertum locum, & turbæ requirebant eum, & venerunt vſque ad ipſum, & detinebant illum, ne diſcederet ab eis. Quibus ille ait, quia & alys ciuitatibus*, &c. Ex his ergo, quæ iſti narrant Euangeliſtæ, omnes expoſitores hunc eruunt hiſtoriæ ordinem, nempè quòd poſt ſanatos infirmos, & dæmonia eiecta in domo Petri; cùm iam multa eſſet nox abeuntibus omnibus, domi tantùm Ieſus remanſit cum diſcipulis ſuis: iſtis autem ſomnum capientibus, Dominus ſilentio valde diluculo, vt ait Marcus, egreſſus iuit in deſertum locum, vt oraret: & quia non erat locus vicinus ciuitati, ideò non peruenit illuc ante factam diem, vt inquit Lucas. Apoſtoli autem expergefacti, cùm non inueniſſent Ieſum domi, quia eius conſuetudinem ſciebant pernoctandi in oratione in locis remotis, Petrus cum cæteris ſuſpicantes quò iuiſſet, ad eum peruenerunt dicentes ei, quod Marcus narrat: *Omnes* (ſcilicet) *quærunt te.* Poſt Apoſtolos verò ſuperuenit turba, quæ eum etiam requirebat, vt ait Lucas, & detinere

1. *Ordo hiſtoriæ verus.*

eum volebat, ne Capharnaum diſcederet: at ille ei reſpondit; quia aliis ciuitatibus oportebat eum euangelizare. Vnde diſcedens è Capharnaum, venit in Galilæam; & cùm ibi prædicaret ſigna operans, quæ ait Marcus, a turbis oppreſſus iuſſit diſcipulos ſuos transfretare, vt ait Matthæus, quia omnia illa omiſit. Hic eſt verus, & germanus hiſtoriæ contextus, quem ſequitur Auguſt. *lib. 1. de conſenſ. Euang. c. 22.* Abulenſ. Baron. *in annal.* Ianſen. & alij. Ex hoc enim contextu quoad mores, pulcherrima eruunt Sancti, & Euangelij expoſitores; quæ omnia vnico contextu ex Chryſoſtomo, Remigio, & aliis colligens Ianſenius ſic ait. *Itaque ſummo mane Dominus relicta ciuitate ſolus abyt in deſertum locum, vt fugeret ſuſpicionem humanæ laudis, vel præmy pro præſtitis beneficiis; partim vt à turbæ tumultibus liber in ſecreto loco Patrem oraret, gratias agens pro beneficys, quæ per ipſum humano generi iam largiri incepiſſet, & ampliùs dare decreuiſſet, ac deprecans vt doctrina eius fructum faceret; tum in his, qui audierant; tum in ys, qui audituri erant. Secedit etiam ob id, vt ſua abſentia deſiderium doctrinæ in turba accenderet: exemplum non ſimplex exhibens nobis, & maximè prædicatoribus, nimirum poſt collatam in alios beneficentiam, oportere ſecedere; ne præmium, aut laudes ab his, quibus benefecerimus, videamur expectare. Deinde poſt doctrinam ſeceſſu, & oratione opus eſſe; tum vt fructus prædicationis in auditoribus obtineatur à Deo; tum vt contemplatione, & mentis in Deum eleuatione ad docendum, & iuuandum quouis modo proximos, ſpiritus reddatur hilarior. Poſtremò ad tempus intermittendam ſalutiferam doctrinam, quo magis irritetur in auditoribus appetentia verbi Dei.* Adſimilia habet Salmeron, quæ ideò ſic ad longum tranſcribere volui, vt ex authoritate Ianſenij motus crederes, quæ ille appoſuit, forſitan non crediturus, ſi ego illa tibi. Ex cuius dicti occaſione detur mihi venia, vt aliquantulum digrediens, meum in vna re ſenſum pandam; operæ pretium me facturum ſpero tum Dei prædicatoribus, tum ſcriptoribus.

August. Abulenſ. Baron. Ianſen.

2. *Moralia ex illo documenta.*

Enimverò, mi lector, in ea nunc indigeſta (vt ſic dicam) incidimus tempora, vt quaſi recentiores authores omni prorſus careant iudicio, & creditu nolint audire, quod ipſi ex ſe promunt iuxta Scripturæ ſenſum, & propriam intelligentiam, niſi authoritate firment, cui etſi non inficias eo, tamen in omnibus illam requirendo non ſolùm iudico impiudens, ſed prorſus puerile, ne dicam ignoranter. Numquid neceſſariò quod ego nunc cogito, & alius ante me cogitare debuit? Quod ſi hoc; certè nullus ex Scriptoribus creditu digna ſcripſit, ſi ſua, non alterius authoritate firmauerit; quod penè inſipientis eſt affirmare; eo, vel maximè, quòd ſi antiquum morem Patrum ſcribendi, & prædicandi attendas, inuenies, etſi aliena ſurripuerint, quod & ſæpè libenter, & ad longum faciunt, nunquam inuenies eos aut authores citaſſe, aut ſua aliena authoritate firmaſſe. Paſchaſius Rhatbertus antiquus, & grauis ſcriptor, totum, quod in Matthæum ſcribit, totum (inquam) aut Auguſtini, aut Chryſoſtomi; at nunquam Auguſtinum citatum inuenies. Euthymius compilator eſt Chryſoſtomi. Ambroſius quanta ex Baſilio? quanta ex Tertulliano? Quanta ex Philone? Cyprianus quanta ex Tertulliano? & tamen omnes vt ſua ea dixerunt, ſcripſerunt. Quid, numquid ob hoc minoris authoritatis? abſit.

3. *Sententia authoris, eiuſque iudicium de modo hodierno ex authoritate aliena probandi, nil noui dicere, quod non ſit dictum.*

Secundò ex hoc modo ſcribendi, aut prædicandi incredibile eſt dictu quantum temporis conſumitur, quantum opus retardatur; nam dum compellor authoritatem perquirere, vt meum probem ſenſum, penè capitulum perficerem.

Tertiò cùm iam nihil dicere poſſumus, niſi authoritate aliqua firmemus, & impoſſibile, vt ſemper alter dicat, quod ego cogito; vt ſine authoritate non prodat ſenſus, mirum eſt dicere quanta fingunt! quanta Sanctis appingunt! quanta teſtimonia (vt ſic dicam) contra illos leuant! quàm diſtortos afferent ſenſus, quàm remotos, quàm diſſitos! Probarem; niſi inuidiam timerem. Vnde hoc? Sanè amice, ex delicato, ſcrupuloſo, ac inſipiente audientium, & legentium guſtu. Quid ergo? Ianſenius illa eruit. Si ego eadem eruerem, non æſtimates, quia ſine authoritate Ianſenij illa tibi apponerem. At quod intolerabile prorſus, vt etſi hoc volunt, tamen longas faſtidiunt authoritates: at ſi breues das, dicunt eſſe mutilas. Itaque prorſus iſtis illud, quod Iudæis Chriſtus infrà *cap.* 11. *num.* 16. poſſumus dicere. *Cui ſimilem æſtimamus generationem iſtam? Similis eſt pueris ludentibus in foro, qui clamantes coæqualibus dicunt; Cecinimus vobis, & non ſaltaſtis; lamentauimus, & non planxiſtis. Venit Ioannes non manducans, neque bibens, & dicunt, dæmonium habet; venit filius hominis manducans, & bibens, & dicunt, Ecce homo vorax.* Si authoritates damus, vt iacent; ad quid tanta verba tranſcribere? Si non damus, aut breuiores; ad quid mutilas eas adducere? aut vnde authoritas ſine illis.

Sed audi nunc aliud prorſus puerile; iam faſtidiunt audire nomina Hieronymi, Ambroſij, Gregorij, Chryſoſtomi, Leonis, cæterorumque Sanctorum claſſicorum: vnde & parum ob hoc ſeu prædicatorem, ſeu ſcriptorem faciunt; nam niſi audiant Adelmanum, Agobardum, Amalarium, Antherm..., Amphilochium, Andronicum, Berlamum, Berengoſum, cæteroſque, quorum nomina vnquam audierunt, licèt doctrina neque altior, nec altera, quàm Sanctorum illorum; non multum feciſſe aut prædicatorem, aut ſcriptorem, dicunt immolantea diis, non ob aliud (licèt aliàs omni veneratione digni) niſi quia nomina ignorant, & Deos, qui eos genuerunt, lactauerunt, & quorum doctrina præcipuè ſancta mater alitur Eccleſia, derelinquentes. Quid ergo faciendum? Sanè quòd vt pueros tales æſtimantes puerile eorum iudicium ſpernemus; haneque in hac re (mea ſententia) methodum, & ordinem tenentes.

4. *In ſcribendo, & prædicando qualis methodus, & ordo obſeruandus.*

Primò vt (quod poſſumus) noſtra dictis Sanctorum, & præcipuè claſſicorum firmemus; tum ob ipſorum gloriam; tum ob eorum interceſſionem, vt noſtra fructificent; tum ob ſententiæ firmitatem; tum tandem ob Chriſti guſtum, qui vult, vt eius Sancti honorentur, & inſuper quòd legantur; hoc enim & ad Sanctorum gloriam, & ad ipſiuſmet Chriſti, qui illa eis inſpirauit, valdè conducit. Quapropter talem modum ſcribendi, aut prædicandi, valdè ſuſpicio, & præcipuè in prædicatoribus non prouectæ ætatis.

Secundò quòd ſi authoritatem non inuenimus, aut præ manibus non eſt, poſt moderatum laborem, non obinde quæ iuxta Scripturæ ſenſum piè, & neruosè cogitauimus, cum moderamine, & humilitate, non promamus intrepidè, & ſine metu, pro nihilo diminutum, ac puerile guſtum aliorum facientes: hoc enim modo, ni fallor, vti par eſt, & prædicabimus, & ſcribemus. Quæ ſic ad longum tibi dicere volui, mi lector, tum vt præclara ingenia, quæ hoc fert tempus, animarem, tum quia ne mireris, ſi à me aliqua ſine authoritate dicta inuenies, & poſthac etiam dicenda, & forſitan frequentiùs: nam moroſitate temporis in illis perquirendis pertæſus, cùm experiar multum opus ex hoc retardari, malo ad finem peruenire, quàm vt inſipientibus morem gerens in medio ſiſtam curſu; derelinquat, cui mea non placent, aut ipſe authoritatem perquirat; cùm certum, nihil me dicturum, nec Dei gratia vnquam dixiſſe, quòd totum doctrina non ſit Sanctorum. Sed ad noſtra.

Optima equidem deprompſit Ianſenius ad mores, vt vidiſti, ex illo hiſtoriæ contextu; vide nunc etſi hæc bona etiam, licèt non Ianſenij. 5.

Moralia documenta authoris ex ordine cõtextus Euangeliſtarum in Chriſti actionibus.

Primò ergo ex eo quòd Chriſtus ſurrexit valdè manè ad orandum, relictis Apoſtolis dormientibus forma ſuperioribus Sanctis, ac magiſtris ſpiritualibus præſcribitur, vt infirmitati diſcipulorum, ſiue ſubditorum compatientes, nolint, vt in omnibus eos imitantes, eadem auſteriora faciant, quæ ipſi, qui ampliori præditi ſunt gratia, ampliorique feruore.

Secundò adnotatur, quòd etſi ad ſolitudinem receſſit Chriſtus, & ad orandum, non ſic tam reconditè, vt inueniri non poſſit. Vnde Dei Prælatis norma datur, quòd ſi aliquando, vt vires reſumant, ſpirituales ad orandum ſe dant, non ſic tamen, vt inacceſſibiles ſubditis fiant; ſed ſic vt ſe magiſtros, & patres recolentes, ita abſcedant, & ſe recolligant, vt inueniri poſſint.

Tertiò ex eo quòd dormientibus cæteris Chriſtus vigilat, & orat, datur documentum non ſolùm Prælatis, ſed & Principibus, quanta ſolicitudine inuigilare debeant: nam (vt bene aiebat Seneca) *Principum vigilia ſomnum cuſtodire debent ſubditorum.* Seneca.

Quartò ex eo quòd poſtquam illum inuenerunt orantem, ab oratione eum exturbantes, illíque placidè, & ſerenè illos recipiens, nullo amarore, nulloque diſguſtu pertæſus, etſi cum Patre deliniabatur, humanitas, benignitas, ac indefeſſa manſuetudo oſtenditur Prælatorum, qua ſemper ſubditos amplecti debent, nunquam ex eorum importunitatibus animum alterantes, neque à ſe eos repellentes.

Quinto ex eo quòd Chriſtus illico ſuam orationem deſerens, etſi, vt dixi, altiſſimam, diuinamque, ac cum Patre ſuo ſe delitians; docemur, & docentur Prælati, ſua non quærere, ac pro ſalute proximorum ad tempus (vt ſic dicam) & ipſum Deum deſerere.

Sextò ex manſueta, prudenti, ac vera Chriſti reſponſione ad vim, quam ei inferebant, ne ab eis diſcederet, rationem eis præbens, quare illud efficere non poterat, dicens: *quia ad hoc veni,* ſcilicet, vt aliis prædicaret; quod notans Chryſoſtomus ait. *Vide autem qualiter turbas non ſimpliciter abijcit, vt non offendat: non enim dicit, recedite, ſed vltro diſcipulos iuſſit abire, ſpem dans turbæ eundi etiam illuc.* Docentur Principes, ac Prælati, quomodo cum ſubditis ſe habere debeant; quando neceſſarium, vt eis denegent, quod petunt, hoc eſt, benignè, ſuauiter, verbis ſic pacificis, vt etſi gratiam non recipiant, tamen hilares, & gratioſi, è conſpectu diſcedant Principis. Chryſoſt.

Septimò ex verbis Petri ad Ieſum, & cæterorum

Apoſtolorum: *Omnes* (ſcilicet) *quærunt te.* Chriſtum non ſolùm propter ſuum tantùm commodum, ſed aliorum, quærentes, datur intelligi miniſtris, & Principum amicis, vt velint eos pro aliis etiam eſſe, aliis etiam prodeſſe, & non ſibi tantùm, ac proinde procurent eorum Principes eſſe communes, omnibus patere, in publicum exire, turbas audire, & non vt totum eorum ſit ſtudium, vt Princeps nullum audiat, niſi ipſos; nulli credat, niſi ipſis; aſtutè, vafrèque rem ſic moderantes, vt non aduertente Principe ſeris, portis, ac cancellis veluti in carcere detineatur.

Octauò ex ſolicita Apoſtolorum inquiſitione, quando vix ex ſomno expergefacti, illico ad Chriſtum aduolatunt, eum requirentes dum domi non manere aduerterunt. Exemplum nobis datur, quanta ſolicitudine Chriſtus à nobis debet exquiri poſt expergefactionem peccatorum, aut lethalis ſomni, quantáque diligentia opus vt Chriſtum ſemel abſentem inueniamus.

Nonò, ex reſponſione Chriſti ad Capharnaitos, qui conciues veluti ſuus (ex continua habitatione ſua ciuitas dicebatur Capharnaum) dicens illis: *quia & alijs ciuitatibus oportet me euangelizare.* Docemur dum de prædicatione, fructu animarum, ac diuina obedientia agitur, nec conciues, nec parentes, nec domeſticos, nec amicos obſeruare nos debere, ſed integerrimè Dei voluntatem proſequi, & omne impedimentum efficaciter ſoluere, nullam reſpicientes perſonam.

Decimò tandem; ex transfretatione Chriſti ob compreſſionem turbarum, docemur, quomodo cum Deo tractandum in oratione, & quomodo ab eo res petendæ, non ſuperbè, non (ſcilicet) comprimendo eum, & veluti vim inferendo, petentes abſolutè ſine reſignatione, nolentes tempus eius beneplaciti expectare, impatientes; quia ſtatim nobis non conceditur, quod petimus: nam talis modus petendi potiùs à nobis euocat Chriſtum, quàm attrahit. Hæc cogitabam, quæ ſi ſecundùm dignitatem tractare vellem, ac authoribus confirmare, priùs (vt videtur) vita deficeret, quàm liber conficeretur. Tu, mi lector, ea extende, & ad fructum dirige animarum.

Chryſoſt. Chryſoſtomus ſic ad mores hanc Chriſti transfretationem accommodat: *Quia Chriſtus* (ait) *non ſolùm corpora curabat, ſed animam emendabat, & veram ſapientiam monſtrare voluit non ſolùm ægritudines ſoluendo, ſed etiam nihil ad oſtentationem faciendo; ideo dicitur videns turbas multas. Faciebat autem hoc, & ſimul moderata nos capere docens, & inuidiam Iudaicam mitigans, & docens nos nihil ad oſtentationem facere.* Tria in hac Chryſoſtomi authoritate velim notes.

6\. *Primum*, Chriſtum non ſolùm corpora curare, ſed animas emendare. Ex quo duo accipies, *primum*; omnes infirmos à Chriſto ſanatos non ſolùm ſanos effectos ſecundùm corpus, ſed etiam ſecundùm animas, & tuta cōſcientia piè credi poteſt omnes eſſe ſaluatos. Et *ſecundum*, modum obſeruare, quo neceſſitatibus corporalibus proximorum ſuccurrere debeatur, non ob vanam gloriam, non ob amicitiam, non ob carnem, & ſanguinem, ſed ad animam lucrandam, & ad bonum ſpirituale potius, quàm corporale: nam ſæpe neceſſitati proximorum accurrimus potiùs ex amicitia moti, ſeu alio temporali, quàm ſpirituali fine.

Chriſtus non ſolùm corpora infirmorū ſanabat, ſed eorum animas.

7\. *Piè credi poteſt omnes infirmos à Chriſto ſanatos eſſe ſaluos.*

8\. *Quo ſine proximorum neceſſitati ſuc currendum.*

Secundum, notandum eſt, quòd Chriſtus ſecundùm Chryſoſtomum moderata capiebat, & vt nos moderata capiamus, docet. Quid hoc? quantum capio, quantum ſapio; niſi quia Dominus transfretauit ex copioſa turbarum multitudine, ne veluti ab illa opprimeretur. Vnde Remigius: Remig. *hoc fecit* (ait) *volens turbarum importunitatem declinare.* Datur nobis documentum, ne quid nimis 9. etiam in rebus, ac negotiis ſpiritualibus, & ſalute animarum noſtrum ſuffocantes ſpiritum, vt alterius, & aliorum ſubleuemus. Experto crede; vidi ſæpe feruoroſiſſimos in ſtatum tepidum deueniſſe ob nimiam animarum ſollicitudinem, ac onus vltra vires, vltra poſſe: vnde ob hoc, & deuotam amiſiſſe orationem, & regularia exercitia.

Ad Chriſti exemplar, etiam nō nimii eſſe debemus in negotiis ſpiritualibus.

Tertium Chryſoſtomi documentum eſt, aliquando inuidiæ, & paſſioni proximorum cedendum, eorum infirmitati compatientes; obſeruabimus, ſi non noſtra, ſed ipſorum quæramus. 10.

Inuidiæ & paſſioni aliquando cedere debemus.

Et accedens vnus Scriba dixit illi: Magiſter, &c. Quare Dominus hunc Scribam repudiauerit volentem eum ſequi, multi multa, & ſatis ad rem. 11. *Primò* Rupertus reputat repudiaſſe hunc Dominum, quia nulla charitate in eum ducebatur, dum non magiſtrum, & Dominum, ſed tantùm magiſtrum vocauit, & ex ſuperbia dum audet dicere: Rupert. *Sequar te, quocumque ieris*; vnde ſic ait. *Primùm quidem appellatio inſuauis eſt, cùm dicit, Magiſter, & non dicit, Domine. Inſuauis, inquam, & ſine dilectione: nam talis appellatio Magiſter, ſiue Rabbi, pharisaica eſt, quia delectabile erat, ſic ſalutare, & ſic ſalutari. Vnde Iudas, diſcipulis dicentibus in vltima cœna: Nunquid ego ſum Domine? Ille: Nunquid ego ſum Rabbi? Vnde ſolùm hoc dicere, Magiſter, vel Rabbi, cordis eſt longinqui, id eſt, remoti a familiaritate dilectionis.* Subtilis diſcurſus; non mo- 12. uebatur iſte ex affectu pio Chriſtum vt ſic ſequendi, quia Sanctus, quia Dei filius; ſed quia magiſter ſplendidus, in ore omnium volitans. Vnde emolumentum dignitatis talis Magiſtri eſſe diſcipulum iudicans illum ſequi volebat. O vtinam & nunc non ſic! Ad clericatum multi aduolant, non vt Chriſtum pauperem ſequantur, ſed Chriſtum Magiſtrum, cathedras ambientes honoris, ac ſplendoris, vti Scriba iſte; cuius etiam ſententiæ eſt Auguſtinus *in quæſt. Euang. ex Matthæo quæſt.* 4. Beda *Lucæ* 9. At non ſolùm in charitate extitit diminutus, ſed in animo præſumptuoſus: vnde optimè ſequens Rupertus ait. *Deinde quanta eſt præſumptionis dicere Magiſtro, ſequar te, quocumque ieris. Quis vnquam fuit, qui ſequeretur eum quocumque iuit? Vel cui diceret ipſe ore ſuo, ſequere me quocumque iero.* Excel- 13. lens adnotatio! nam ſæpe, impatiens ſanctitatis deſiderium potiùs ſuperbiam, quàm humilitatem indicat, ob quod dignè ab ea expellimur. ſed de hac re infrà.

Chriſtus cur repudiauerit Scribam eum ſequi volentem.

Clerici multi fiunt non vt Chriſtū pauperem ſequantur, ſed vt diuitentur.

Auguſt. Beda. Rupert.

Sanctitatis impatiēs deſiderium aliquando ex ſuperbia.

Caietanus ſuperbiam huius Scribæ adnotat, Caietan. quòd ſe non diſcipulum, ſed comitem Chriſti offert. *Scriba iſte* (ait) *offert ſe non diſcipulum, ſed comitem itineris, quocumque Ieſus ierit: non enim dignabatur, cùm eſſet ſcriba, hoc eſt, peritus in lege, diſcipuli nomen.* Vide an hoc quadret illis, qui 14. vitam ſpiritualem ſine magiſtro proprio iudicio ſiſi proficere volunt.

Repudiantur qui ſine ſpirituali magiſtro viuere volunt.

Diuus Hilarius hæc verba legens interrogatiuè: Hilar. *Sequar te, quocumque ieris?* putat repudiatum a Domino; quia diffidentia laborabat. *Infidelitatis affectum ſub diffidentia interrogationis expreſſit.* Nam dubitans eſſe Chriſtum, interrogat, an ipſum

ſequi

ſequi debeat? Senſus non litteralis; nam verè ver-
ba per affirmationem ſunt legenda, vt conſtat ex
15. Bibliis correctis. At ſi aliquis ad mores applicare
Sicut & qui non intrepidè & abſolutè ſe ad Chriſtum ſequendum determinant. velit Hilarij lectionem,& rationem, optimam ex
illis colligere poteſt eruditionem; nempe dignos
omni repulſa illos inueniri, qui non animo ab-
ſoluto, ſed dubio, Dominum ſequi volunt, nun-
quam ſe determinantes; ſed ſemper in conſulta-
tionibus tempus terentes: dignè ergo à Domino
non acceptantur, dum ſic remiſsè ſuam propo-
nunt ſequelam: *Quia fidei aſſumptio* (ait Hila-
rius) *non eſt interrogando, ſed ſequendo.* Quod
& de inſpirationibus ad perfectionem tu etiam
intellige.

August. Sanctus Auguſtinus *ſermon. 6. de verb. Domini*
affirmat ex ſuperbia voluiſſe hunc ſequi Domi-
S.Thom. num ratione, quam ſuprà adduximus. At S.Thò-
mas explicans hanc ſuperbiam affirmat; *vt mira-*
Hug.Card. *cula faceret.* quam ſententiam ſequitur Hugo
Magiſt. hiſt. Card,& Magiſter hiſtoriæ.

Cyrill. Sanctus Cyrillus, vt *in catena D.Thomæ Luca 9.*
putat hunc Scribam à Domino repudiatum; quia
in re tam graui acceſſit ſine grauitate, & atten-
tione, dum Dominus ambularet, vt ait Lucas 9.
Factum eſt autem ambulantibus illis in via. Ex quo
loco (ait Cyrillus) *plurima quidem continentur in*
Salmeron. *acceſſu inertia*; dum, vt bene Salmeròn interpre-
tatur, *rem tam magnam ſine grauitate, & attentione,*
16. *petierit.* Excellens doctrina ad mores! Expelli-
Expellimur à Chriſto ſæpe quia dignè ad eum non accedimus. mur ſæpe, quia non ſecundùm dignitatem debi-
tam res cum Deo tractamus, ſed veluti per tran-
ſennam, ad ſacramenta accedimus per annos ſine
fructu. Vnde quia veluti caſu,& in via,& per oc-
caſionem illa ſumimus,& ſic de cæteris. Quid er-
17. go mirum, ſi repellamur?

Scriba ob ſimoniam repudiatus. Omnes intelligentiæ bonæ; at veram, & lit-
teralem exiſtimo eſſe illam, quam affert Hiero-
Hieron. nymus, Chryſoſtomus, Euthymius, Theophy-
Chryſoſt. lactus, Beda, Gloſſa interl. Lyran. Caietan. Car-
Euthym. thuſ. Alenſ. & Auguſtin. *ſerm.7. de verb. Dom* Ex
Theophyl. intentione lucri, vt Simon Magus, voluiſſe ſequi
Beda. Dominum, vt, ſcilicet, ex miraculis turpe lucrum
Gloſſ. reportaret. Vnde Hieron. *Oſtenditur* (inquit) *nobis,*
Lyran. *& ob hoc ſcribam repudiatum, quòd ſignorum videns*
Caietan. *magnitudinem ſequi voluerit Saluatorem, vt lucra ex*
Carthuſian. *operum miraculis quæreret, hoc ipſum deſiderans, quod*
Alenſ. *& Simon Magus à Petro emere voluerat.* Hanc in-
August. telligentiam ideò cæteris præfero, quia magis
conformis eſt ſequentibus verbis, *Vulpes foueas*
habent. Ad quid extremam ſuam paupertatem huic
apponere, niſi quia intimam eius callens auari-
tiam, ſcelus in eius corde perſpexit. Vnde ad
eum Dominus:

Vulpes foueas habent. Ex hac reſponſione om-
nes Patres præpoſteram huius Scribæ intentio-
nem colligunt, ſcilicet, ob lucrum eum voluiſſe
Chryſoſt. ſequi Chriſtum, vnde Chryſoſtomus: *Reſponſio*
(inquit) *Chriſti non ad ſonum verborum Scribæ, ſed*
ad ſenſum interrogantis accommodata eſt. Quid (in-
quit Chriſtus) pecunias credis te collecturum, ſi me ſe-
quaris? Non ne vides, nec diuerſorium mihi eſſe, nec
18. *tantum quidem, quantum auibus?* Ad hunc modum
An repulſus fuerit. & cæteri.

Diſputatur an hac reſponſione Chriſtus hunc
repulerit; an verò ſuum defectum illi pandens
Ambroſ. poteſtatem dedit eum ſequendi, ſi vellet? Ambro-
Auguſt. ſius *Luc. 8.* repuliſſe affirmat; ſic etiam Auguſti-
Gregor. nus *vbi ſuprà*, & Diuus Gregor. *hom. 13. in Eze-*
Chryſoſt. *chielem.* At Diuus Chryſoſtomus, Euthymius,
Euthym.
Chryſolog. Chryſolog. *ſerm.19.* affirmant, non repuliſſe, ſed

in ſua libertate eum reliquiſſe, an eum ſequi vel-
let tanta paupertate præuiſa: vnde Chryſologus,
Videtis (inquit) *quia Chriſtus non repulit volentem;*
ſed fingentem prodidit, & horruit præſumentem. Cu-
ius rei perbellam aſſignans rationem ſic ſequitur.
Aut quare pietatis author, largitor ſalutis, iſtum ve-
nire volentem prohiberet, qui mox alium diſcipulum ire
cupientem retinuit, ne abiret. Hæc ſententia mihi
magis placet; pietati enim Chriſti eſt conformior,
ac eius deſiderio, vt ſcilicet, quantum ex ſe, omnes
ſalui fiant.

Vnum reperio Titelmanum in paraphraſi *Mat-* Titelm.
th.8. quem ſequitur Bartadas, exiſtimantem, hunc Barrad.
ſcribam recta intentione Chriſtum ſequi voluiſſe; 19.
at Chriſtum paupertatem ſuam illi propoſuiſſe, *Scriba cur Chriſtum non*
& ſequelæ difficultatem, non ſecus ac quando *ſit ſecutus.*
quis ingredi volens religionem, difficilia, & au-
ſtera, quæ in ea illi proponimus. Hæc ſententia,
vtpote contra communem, & quia, vt affirmat
Salmeron *tom. 4. tract. 26.* veriſimiliter ſit, quòd Salmeron.
hic Scriba non ſit Chriſtum ſecutus, non eſt 20.
litteralis, nec ſequenda: tamen ex ea optimè *Ad religionẽ*
exemplum colligere potes, quomodo te habere *accedẽtes auſtera illius*
debeas cum his, qui religionem ingredi volunt, *ſunt illis proponenda.*
ne à te deceptos poſtea ſe dicant; vt ſcilicet,
quæ auſteriora, quæ difficiliora, illis prædi-
ces, viderint poſtea ipſi, an velint Chriſtum pau-
perem ſequi.

Ex dictis Salmeron *vbi ſuprà* omnia hæc eli- 21.
cit. *Primò* plures eſſe huic Scribæ ſimiles, qui ſo- *Qui ſcribæ*
lùm quæſtus gratia ambiunt ſacerdotia, inuadunt *ſimiles reperiuntur.*
monaſteria,& officia Eccleſiæ, non vt proſint illi, Salmeron.
ſed vt rapiant, & ſibi viuant. Nam ait: *aufer à*
maioribus Eccleſiæ dignitatibus, ab epiſcopatu, à car-
dinalatu, ab ipſo etiam Papatu, vel prouentus tem-
porales, vel honores: & videbis pauciſſimos, aut nullos
inueniri, qui velint amplecti curam animarum, aut
miniſtros verbi Dei agere, aut ſacerdotio, aut ſacris
Ordinibus initiari. Quod ſimiliter affirmat de his,
qui non pauperem, ſed diuitem ſequuntur religio-
nem, & tandem ad militares religiones tranſiens
ſic ait. *Quid dicam de his, qui militaris religionis ha-*
bitum induunt, eo tantùm nomine, vt ſe ſubducant
præfectis, aut Regibus, & Principibus laicis, quò li-
beriùs, & magis impunè declinato ſæculari foro, liceat
illis quid vis audere, inuolare in aliorum facultates,
percutere, ſiue interficere, quem valuerint. Quot verba,
tot veritates, & præcipuè illa, multos ad ſtatum
Clericale aduolare metu ſæcularium tribuna-
lium, vt impunè delinquere poſſint; quod expe-
rientia rectè probaui. Quid infelicius, vt ſanctiſ-
ſimus ſtatus Eccleſiaſticus pallium ſit malefacto-
rum,& peccatorum? Quod equidem ideo hîc ap-
poſui, vt quid in hac re ſentiam, promam: nam
in ea ſum ſententia, magnum, ac terribile in die
Iudicij Prælatos omnes, & quibus regimen in-
cumbit Eccleſiaſticum, ſubituros ſententiam, ſtri- 22.
ctum, ac horrendum examen, dum in puniendis *Prælati ſtrictè non caſtigantes quàm durum ſubibunt iudiciũ.*
delictis remiſſi, in cauſa ſunt, vt ad ſtatum Ec-
cleſiaſticum facinoroſi aduolare ambiant, ne
puniantur. Nam ſic eorum iuſtitia ſtricta eſſe de-
beret contra delinquentes facinoroſoſque, vt 23.
plus eorum, quàm ſæcularis timeretur, vt ob id ta- *Chriſtus cur ſe filium hominis appellabat.*
les homines facinorum indemnium cauſa ad
ſtatum non aduolarent Eccleſiaſticum.

Filius hominis. Cur Chriſtus ſe filium homi-
nis appellauerit, multi multa. Iuſtin. *quæſt.66.* af- Iuſtin.
firmat, Gentiles ex hoc loco voluiſſe probare,
Chriſtum ex virili ſemine natum, quos confu-
tat ex Scripturæ locis. At meliùs Maldonatus Maldon.
affirmans,

affirmans, Hebræorum idiomate filium hominis
24. *Hominis filius in Scriptura ſenſu idem ſonat ac homo.* idem eſſe, ac hominem; generaliter enim Scriptura homines filios appellat hominum, & in hac nomenclatura, vt bene obſeruat idem ex
Salmeron. Salmerone, & ipſe Adam includitur, qui nec hominis maris, nec mulieris filius; ergo dum ſe Chriſtus filium hominis appellat, nihil aliud affirmare vult, quàm ſe hominem eſſe.

25 *Nullus Chriſtum filiũ hominis appellauit, ſed tantum ipſe ſe ipſum.* At his relictis, cur tam ſæpe ſe filium hominis appellat? & obſeruandum nullum ſic eum appellaſſe, vt bene obſeruat ex Irenæo Maldonatus, ſed ferè ſemper ipſummet ſeipſum. Epiphan.
Maldon. *hæreſ.* 57. Theodoretus *in Daniel. c.* 7. affirmat hoc
Epiphan. ideo, vt oſtenderet ſe eum eſſe, quem Prophetæ
Theodor. dixerunt venturum, & filium hominis appellarunt, vt Daniel cap. 7. num. 17. *Ecce in nubibus*
Nazian. *cœli, quaſi filius hominis.* Nazianz. *orat.* 4. *de Theol.* vt ſe oſtenderet filium eſſe Adami abſque virili ſemine natum, ſed per virginem tantùm originem ab illo duxiſſe. Tertull. *lib. de incarn. Chriſt.*
Tertull. Maldon. vt ſe verum hominem ſignificaret. Maldonatus, vt diſtingueret, quando de ſe loquebatur, vt Dei filius, quando vt homo, & ob humilitatem. Omnes optimæ intelligentiæ. At mea ſententia verillima eſt illa Auguſtin. *lib.* 2. *de conſenſ. Euang.*
Auguſt. vt ſcilicet ipſo nomine magnum Incarnationis ſuæ erga nos beneficium declararet: *Commendans nobis quid miſericorditer dignatus ſit eſſe pro nobis.* Quod equidem, ni fallor, ex his verbis, *vulpes foueas habent*, &c. poteſt coniici; cùm, ſi attentè conſideres, intrinſecè admirationem quandam continent; quaſi dicat: vulpes, etſi animalia vilia, foueas habent, & volucres cœli, quamuis minima, nidos; filius autem Dei, filius hominis factus, omni honore dignus, & opulentia, cui totus mundus ſeruire debet, ipſique diuitias, ac ſuperba applicare palatia, tamen non habet, vbi caput reclinet. Quid ampliùs dici poteſt ad Chriſti paupertatem commendandam, & admirandam, qui in talibus carere tantis dignus? dum ob hominum amorem homo factus, & in terris degens.

Annot. Moral. XCIII.

Impatiens deſiderium altiſſimæ ſanctitatis ſæpe animi ſuperbiam indicat; hincque ab illa expellimur.

Sequar te, quocumque ieris Præſumptuoſam fuiſſe huius Scribæ propoſitionem in commentario ex Ruperto diximus, & quidem ſatis ad ſem; nam, vt bene etiam obſeruat Salmeron *part.* 1.
1. *Scriba repulſus quia de ſuis fidit viribus.* *tract.* 26. *in Euang. tom.* 4. parum videtur de gratia curaſſe; vnde ſuis fiſus viribus audet, & dicit: *Sequar te, quocumque ieris.* Quòd ſi cum Titelmano rectam huic demus intentionem, quid aliud nobis ſpiritualiter hoc exemplum indicare poteſt, niſi quòd aliquando impatiens deſiderium altiſſimæ ſanctitatis potiùs ſuperbiam indicat, ob quod & ab illa dignè expellimur. nam tota perfectio non tantùm conſiſtit, vt magnam deſideremus ſanctitatem, ſed potiùs, vt conformes omnino Dei voluntati, in eo gradu velimus ſanctitatis eſſe, quod ipſe vult, etiam infimo, & inſuper quando vult, vt non ſolùm quoad ſubſtantiam ſanctitatis, vt ſic dicam, ab illius abſoluta voluntate pendamus, ſed etiam quoad omnes circunſtantias eius, vt ſcilicet hoc ſit, quando, & quomodo vult: nam ſi hoc deſit, vt ſcilicet feſtinè, ac præproperè, quod nobis daturus aliàs eſt Deus, velimus, in quanta incidimus! Expertus ſcit.

Enim verò Dominus *Ioan.* 13. *num.* 33. omnibus diſcipulis dixit: *Quò ego vado, vos non poteſtis venire.* & quia hoc etiam Iudæis dixerat malis, qui in æternum nunquam, vbi ipſe, erant venturi; ideo hoc attendens Dominus, ne diſcipuli putarent eodem ſenſu & illis id ipſum dicere, addit: *& vobis dico modò.* dilationem prædixit, acceſſum non negauit, tempus inſinuauit, gratiam 2. *Petrus quanto amore in Chriſtum æſtuabat.*
non abſtulit. At Petrus amore æſtuans interrogat, *Domine, quò vadis?* Cui Dominus in patienter reſpondens ſic ait. *Quò ego vado, non potes modò ſequi; ſequêris autem poſtea. Dilationem intulit, non ſpem abſtulit*, ait Auguſtin. *tract.* 66. *in Ioann.* Auguſt.
immo firmauit, dicens: *Sequêris poſtea.* At quid 3. *Cur ei dixit, animam meã ponam pro te.*
Petrus? *Quare non poſſum* (ait) *te modò ſequi? Animam meam pro te ponam.* Vnde Petro tanta audacia, tanta confidentia? Sanè ex duobus. *Primò* ex amore: vnde in hunc locum Chryſoſt. hom. 72. tom. 3. *Magnus amor* (ait) *& ipſo igne vehementior; vnde nulla eſt prohibitio, quæ eius impetum detinere poſſit. Secundò*, ex ſecuritate, quam acceperat, non ipſum Chriſtum traditurum, vt ipſemet adnotat Chryſoſtomus: *& quia timorem excuſſit proditionis, cum ſecuritate per ſe ipſum interrogat alijs ſilentibus.* Chryſoſt.
Pende hæc duo, & vehementiam intelliges, ac Petri deſiderium in Chriſti ſequela, amor, & ſecuritas non ipſum offendendi: ad quid his duobus præſentibus animus non ſe exponet? Quod pari modo in animabus ſanctis etiam conſiderare potes, dum & ardent amore, & puriſſimæ inueniuntur à peccatis. Hinc moræ impatientes, cur ſtatim non properent, cur omnino Chriſtum non ſequantur, moroſè ſuſtinentes, cœlum implent ſuſpiriis, Empyreum, vt ſic dicam, querimoniis, & de ipſomet Chriſto quaſi admirantes, eadem, quæ Petrus, audent, & dicunt. *Quare te modò non poſſumus ſequi?* At vis videre talis feſtinationis prouentus, audi nunc ad Petrum Domini reſponſum, niſi mauis dicere ſententiam; ironicè enim ille dixit. *Animam tuam pro me pones? Amen, amen dico tibi, non cantabit gallus, donec* 4. *Cur eius caſum Deus permiſit.*
ter me neges. En fructus præproperæ feſtinationis, caſus, & infidelitas. *Quid feſtinas Petre* (rectè ait Auguſtin. tract. 66. in Ioann. *nondum te ſuo ſpiritu ſolidauerat petra; noli extolli præſumendo, non potes modò.* Auguſt.
In quibus verbis cauſam, ſiue rationem habes caſus, & peccati; præſumimus feſtinare non patienter ſuſtinentes Dei expectationes, quia æſtum noſtri amoris videmus, virium infirmitatem non aſpicimus, voluntatem iactamus, ſed vires non expendimus, & dum intempeſtiuè Dei charitate accendimur, offuſcati, & veluti cœci noſtram non aſpicimus aut audaciam, aut impatientiam: hinc meritò repellimur, vt ſanemur, quemadmodum & Petro euenit, de quo eleganter Chryſoſt. vbi ſuprà. *Caſum Petri* Chryſoſt.
(ait) *Dominus conceſſit: nam poterat quidem & à principio reuocare, ſed quia permanebat in vehementia* (ſigna verbum) *ipſe quidem non impulit ad negationem, ſed dimiſit deſertum, vt diſcat propriam imbecillitatem, & vt poſt hæc talia non patiatur, cùm orbis terrarum diſpenſationem ſuſceperit; ſed reminiſcens eorum, quæ paſſus eſt, cognoſcat ſe ipſum.* Ex quibus Chryſoſtomi verbis, & rationem habes Chriſti diſpenſationis, & exemplum ſimul.

At ſi hoc in circunſtantiis, quid dicendum in

ipſa

5\. *Sanctitatis mediocris ſtatus patienter ferendus, & cum magna reſignatione.*

ipſa rei ſubſtantia? Nunquid murmurandum, aut impatienter ferendum, quia ad magnam nõ deſtinati ſanctitatem, ſicut aliquos videmus? nihil minus: nam, vt ſic oculus noſter nequam erit. Infrà *cap. 20. à num. 3.* patrem familias exeuntem ad conducendos operarios proponit Dominus, qui exiit primo mane, & operarios conduxit, exiit circa horam tertiam, & ſimiliter conduxit, exiit & circa ſextam, & nonam, tandem circa vndecimam, *& inuenit alios ſtantes, & dicit illis: Quid hic ſtatis tota die otioſi?* & dicunt ei: *quia nemo nos conduxit.* quibus Paterfamilias: *ite & vos in vineam meam.* Quod cùm factum, eſſetque ſerò, mandat diſpenſatori, vt incipiens à nouiſſimis det eis mercedem, & acceperunt *ſingulos denarios.* quod videntes, qui prima hora venerunt, cum ampliùs non accepiſſent, murmurabant aduersùs patremfamilias; *& dicebant, hi nouiſſimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis feciſti, qui portauimus pondus diei, & æſtus.* Cui paterfamilias: *Amice, non facio tibi iniuriam: nonne ex denario conuenisti mecum? tolle, quod tuum eſt, & vade; volo autem, & huic nouiſſimo dare, ſicut & tibi: an oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum.* In hac parabola relictis ſuo loco infinitis, quæ dicenda forent, ſolùm pondero, quòd cùm omnibus dixerit paterfamilias: *ite in vineam meam, & quod iuſtum fuerit, dabo vobis.* illis autem

6\. *Paterfamilias vltimis mercenarijs non dixit & quod iuſtũ fuerit dabo vobis.*

vndecimæ horæ tantùm dixit: *Ite & vos in vineam meam*; ſed nec verbum; *& quod iuſtum fuerit dabo vobis.* Quid, gratis erant laboraturi, etſi vna horæ? Cur ergo nihil illis de iuſta mercede? Siſte paulìſper, mox rationem reddam, ſi primùm enodauero, cur oculus primorum nequam? Dices, ex

7\. *In quo obmurmurantium mercenariorum malitia ſteterit.*

ſuperbia; dum paritatem cum alijs recuſabant: dices, ex inuidia; dum ſibi pares alios ſibi fieri inuidebant: dices, ex diminuta charitate; dum de bono fratris non gaudebant: dices tandem, ea murmuratione iniqua contra patremfamilias. Sanè optima: at mea ſententia ampliùs occulta eſt ratio, ex iniqua ſcilicet æſtimatione, quaſi plus eos laboraſſe, qui primo mane conducti fuerant, quàm ij, qui circa vndecimam horam, cùm illi plus laboris ſuſtinuerint in illo otio ferendo,

8\. *Otioſitas viris ſpiritualibus magnum tormentum.*

quàm illi per totam diem laborando. Hincque amice, & ob id nil eis dixit Dominus, quid eis eſſet daturus: nam ſuſtinentiam eorum videns per totam diem manendo otioſos, nihil obmurmurando, nil querulando, cur, ſcilicet, à primo mane alios conduxit paterfamilias, ipſos autem dereliquit per totam viam otioſos, ſed patienter ſuſtinendo otioſitatem, etſi alios ad vineam præclarè elaborandam accitos vidiſſent, nil aliud re-

9\. *Sua non caret remuneratione ſi patienter ſuſtineatur.*

ſponderunt, quàm quòd *nemo nos conduxit.* Plus horum Pater delectatus reſignatione, patientia, ac humilitate, quam aliorum labore. *Quia paratus ex hoc erat retribuere* (vt ait Auctor Imperf. *hom. 34.*) *quantum mercenarij recipere non ſperabant.*

Auct. Imp.

Ideo nec dixit eis, & quod iuſtum fuerit dabo vobis. quia daturus vltra condignum: & ſimul nequam dixit oculum illorum; quia infirmi, & paſſione cæci non viderunt horum laborem maximum, otioſos nempe ſedere. Audi Origen. homil. 10. in Matth. *Nos non portauimus pondus diei, & æſtus, portauimus autem pondus, eo quòd ſtetimus otioſi, onus enim erat otioſitas ipſa, & quia non iudicabamur in-*

Origen.

10\. *Superbia ſpiritualis in Dei via quã, quantoque ſupplicio digna.*

terim ad opera vineæ digni.

Ex quibus duo elatè elicere potes. *Primum,* ſuperbiam, ac primorum nequitiam, dum quia non plus acceperunt, murmurantes, ſua non contenti ſorte, ſeu gradu ſanctitatis, vt ſic dicam, triſtes contra patremfamilias inſurgebant; hincque rectè ab illo reprehenſi, & nota ignominioſa affecti, vt diſcas ſuperbiam eſſe, quando minoribus non contenti ad maiora etiam ſpiritualia aſpiramus ſine totali reſignatione, ac in Dei voluntate repoſitione. Et *ſecundum,* veram ſanctitatem

11\. *Vera ſanctitas in quo conſiſtit.*

conſiſtere in conformitate cum Dei voluntate in illo gradu, quem ipſe nobis præſtare vult ſine murmuratione, humiliter ſuſtinentes ipſam otioſitatem omni præmio digna exuberanti, quando propter Deum ſuſtinetur, & ducitur.

12\. *Animæ in ſpiritualibus reſignatæ, ſunt Reginæ, cæteræ non ſic humiles reſpectu earum veluti concubinæ.*

Hinc tales animæ ſic animatæ, vt nil velint, niſi quòd Deus, & illis tantùm virtutibus exornati, quas Deus vult, non quas ipſæ eligunt; ſic vt oculis Dei placere velint eo ornatu, quem ipſe eis contulerit, non quem ipſæ elegerint, ſunt illæ, quæ præ cæteris Deo placent, oculoſque eius ad ſe attrahentes ex hac omnimoda reſignatione, patientia, ſuſtinentia, &, vt ſic dicam, voluntatis abnegatione, ſiue annihilatione, ſupra cæteras ſic extolluntur, vt iſtæ velut reginæ reputentur; cæteræ verò, quæ non ſic, concubinæ. Hoc equidem myſticè adumbratum, meo ſenſu, reperitur in famoſa illa, ac præclara Eſther regina ibi *cap. 2.* Quærebantur ex toto Aſſueri imperio ſpecioſæ puellæ, vt vna ex illis, quæ ampliùs Regi placeret, pro Vaſthi eligeretur in Reginam: adductæ multæ; interque cæteras & Eſther: at hæc ſupra cæteras ei placens, primo aſpectu, primáque vice num. 9. *Præcepit Eunucho, vt acceleraret mun-*

13\. *Mundus muliebris quid, & cur per annum detinebãtur virgines antequam ad Regem intrarẽt Aſſuerum.*

dum muliebrem. Quid hoc, & quæ hæc ceremonia? Sanè illud; nam antequam ad cubiculum Regis intrarent, thalamoque eius fierent dignæ, ait Scriptura num. 13. *Quòd ingredientes ad Regem quidquid poſtulaſſent ad ornatum pertinens accipiebant.* Sicque ex illo, & vnguentis quibuſdam delibutæ per annum poſt illum ad Regem ingredientes, cum illo accubantes, manè egredientes, in alias ædes deductæ, non inde amplius ad Regem redibant, niſi ille voluiſſet, *& eam venire iuſſiſſet ex nomine.* Vnde in reginam non electa manebat vt concubina: infinitæ ergo, ac ſpecioſiſſimæ adductæ, omnes priùs ad Regem ingreſſæ, nulla earum in Reginam electa. Sola Eſther vltima, & extranea, ſic regales ad ſe oculos attraxit, vt dicat Scriptura, quòd *adamauit eam Rex plus, quàm omnes mulieres, habuitque gratiam, & miſericordiam coram eo ſupra omnes mulieres, & poſuit diadema regni in capite eius, fecitque eam regnare in loco Vaſthi.*

14\. *Eſther cur tantum placuit Aſuero*

Vnde hoc, vt ſic ſupra cæteras hæc ſola eligeretur in Reginam in ſtatu concubinarum, cæteris relictis? Sanè dices, ex pulchritudine. Verum. At vnde ſic pulchra apparuit, vt cæteras, & admirabiles etiam pulchritudines obumbraret? Sanè, mea ſententia; quia cæteræ intrantes ad Regem poſtulabant ornatum, ſeque componebant ad ſui ipſarum guſtum; at Eſther, vt notanter ait Scriptura num. 15. *non quæſiuit muliebrem cultum, ſed quæcumque voluit Egeus eunuchus cuſtos virginum, hæc ei ad ornatum dedit.* En amice, ratio Regis beneplaciti, en ratio pulchritudinis ſupra reliquas, ornari, non ad ſuum, ſed ad Egei guſtum, non velle ſe illis ornamentis ornari, quæ ſibi placebant, ſed quæ Egeo. Quòd ſi ad ſpiritualem ſen-

15\. *Anima [illegible] Deo placent.*

ſum traducas, rationem accipies, cur Patri ſanctiſſimo aliquæ animæ plus placeant, quam cæteræ, & in ſtatum eligantur regalem, cæteris in concubinali, vt ſic dicam, relictis? quia illis virtutibus ornantur, quas illis Chriſtus eius filius dat, non ex ſe ſuaque voluntate, ſed ex reſigna-

tione

tione, vt ſic dicam, expoſtulatæ, non in opportunitate, volitæ, & ab illis acceptæ, non quia illis placuerunt, ſed quia ſponſo diuino.

O quàm bene hoc confirmatur ex illo loco *Iſai. cap. 56. num. 3.* mentiar, ſi non ad Eſther veluti aſpexit, quæ aduena, quæ peregrina. *Non dicat (ait) filius aduena, qui adhæret Domino, dicens; Separatione diuidet me Dominus à populo ſuo, & non dicat eunuchus: Ecce ego lignum aridum; quia hæc dicit Dominus: Eunuchi, qui cuſtodierint Sabbata mea, & elegerint, quæ ego volui, dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filijs, & filiabus.* Quid Eſther? Aduena, extranea à Regis Perſarum populo. Quid Eſther? Sanè ſterilis, dum ſine parentum ac domus ſplendore, ſicut cæteræ virgines, quæ ad Regem ingrediebantur: at licèt extranea, aduena, & peregrina, tamen præ cæteris eligitur ad coronam; præ cæteris, inquam, quæ ciues, quæ nobiles, quæ magno comitabantur ſplendore. Si cauſam expoſcis, quia non quæ ipſa elegit, ſed quæ Egeus, ac per conſequens quæ Rex ipſe. Sic equidem illæ animæ Deo placent, illæ ſupra cæteras eliguntur, illæ in reginas aſſumuntur, quæ ſic Deo reperiuntur ſubditæ, ſic in eius totalem voluntatem abſorptæ, vt illas tantùm velint virtutes, illum ſanctitatis gradum, quem ipſe vult, non quem ipſæ volunt, & eligunt; ſicut è contra in ſtatum concubinarum aſſumuntur, & derelinquuntur, quæ voluntate propria callentes, quamuis bonum ſit, quod appetunt, tamen non ea reſignatione, non ea abnegatione, tandem non ea propriæ voluntatis annihilatione.

16. *Anima ſancta ſterilis ex actiua vitæ exercitatione ac filiorũ fœcũditate aliquando plus apud Deum quàm fœcunda, & vnde hoc.*

Sed pendo in Iſaiæ locum, promiſiſſe Dominum in domo ſua, & in muris ſuis, eunuchis nomen melius à filijs, & filiabus. quid per domum? quid per muros? Planum: per domum templum, per muros ipſa ciuitas intelligitur Hieroſolymitana; per nomen autem melius à filiis, & filiabus, ſanctitatis nomen intelligitur, ſiue gradus ſplendidior, quàm aliquorum, qui eum obtinebant à procreatione filiorum, & filiarum: ergo litteralis ſenſus ſplendidiorem ſanctitatis gradum, altiorem, & inſuper firmiorem, immo æternum; nam ſic ſequitur, *Nomen ſempiternum dabo eis, quod non peribit.* Daturus eis Deus licèt eunuchis, quàm illis, qui multos filios, filiaſque genuerunt, & hoc in domo ſua, hoc eſt, in Eccleſia, ſiue in ſtatu ſint religioſo, ſiue ſæculari. At vnde, & ex quo talem ſanctitatis gradum eis daturus, vt licèt eunuchi, ſupra fœcundos ſe erigant? Amice, ex ipſamet ratione quam ſuprà adduximus de operarijs, ex patientia, ac ſuſtinentia otioſitatis, & ex reſignatione in Dei voluntate, nolentes niſi quod ipſe vult. Vnde duo, ſi aduertis, dixit. *Si cuſtodierint Sabbata mea, & elegerint, quæ ego volui.* Quid Sabbatum? Sanè vacatio ab omni opere, vt communis fert Doctorum expoſitio. *Qui cuſtodiunt* (inquit D. Baſil. orat. de verâ virg.) *Sabbata mea, & eligunt, quæ ego volo; Sabbatum verò non in opere, ſed in operis ceſſatione intelligitur.* En ratio amice, cur ad ſublimiorem ſanctitatis gradum eligitur eunuchus, qui nulla filiorum, filiarumque gloria ſublimatur, qui ad nullum eligitur in Dei Eccleſia miniſterium, non ad prædicationem, non ad confeſſiones audiendas, non ad magiſterium, non ad prælationes, tandem non ad laborandum in Dei vinea. Quid? immo, quod prorſus intolerabile videtur, neque ad ſublimes, heroicoſque virtutum actus. Sed etſi deſideria perfectionis ardeat, tamen Dei altiſſima prouidentia, conſilio, ac ſecreta diſpoſitione, ſic otioſus per dies, per menſes, per annos, ſedet, ac ſi eſſet planè mortuus; ſic nihil agit, nec plus vna eſt, quàm altera die. Quale putas hoc martyrium? qualis hic eſt cruciatus? qualis dolor? quale tormentum? Sanè aliquando amplius, quam ipſemet infernus, experti ſciunt: in hoc autem firmiter ſtare, ſe continere, patienter ſufferre, querelas non fundere, totum ſe Deo reſignare, non amplius velle, quàm quod ipſe vult, nec altiorem ſanctitatis gradum, tempus expectare eius beneplaciti, libenter, quia ipſe ſic vult ſabbatizare, hoc eſt equidem, quod ſic æſtimat, ſic ei placet, vt aliquando ampliorem tandem huic conferet ſanctitatis gradum, quàm cæteris, qui fœcundi eam non ex patientia otij, ſed ex procreatione meruerunt filiorum, filiarumque.

17. *Voluntas propria quando officiat etiam in apprehendendo altiſſimum perfectionum gradum.*

Hinc fit, vt multoties magna Dei diſpenſatione altiſſimus perfectionis gradus, qui per propriam voluntatem arripitur, ſit mortis præcipitium, quod non eſſet, ſi Dei voluntate. *Num. 14. num. 40.* ſic exanimati ſunt filij Iſraël ex relatione exploratorum, qui ad explorandam terram miſſi fuerant, altitudinem, & robur virorum grandium pertimeſcentes, vt vociferantes, ac flentes conſtituere ducem cogitabant, vt in Ægyptum reuerterentur. *Conſtituamus nobis ducem, & reuertamur in Ægyptum, n. 4.* Quo per Moyſem Aaron, Caleb, & Ioſue, audito, dum contrarium illis perſuaderent, & iſti vellent ob hoc eos lapidare, apparuit Dei gloria *ſuper tectum fœderis,* incredulitatem, ac infamem exprobrans murmurationem, delere omnino volens peſtilentia populum, deleretque; niſi oratione Moyſes fuiſſet placatus; attamen ſic, vt iuraret, nullum eorum, qui murmurauerunt, in terram ingreſſurum promiſſionis; ob quod & Moyſi præcepit, vt in ſolitudinem reuerteretur. At quid? Pœnitentia

18. *Populus ad Ægyptum redire volens cur ducẽ eligere voluit.*

ductus populus ex verbis Domini, ait Scriptura, *quòd primo mane ſurgentes aſcenderunt verticem montis, atque dixerunt: Parati ſumus aſcendere ad locum, de quo Dominus loquutus eſt, quia peccauimus.* & licèt Moyſes repugnaret, *aſcenderunt in verticem montis.* Antequam vltrà procedam, expendere licet primùm, cur eligere voluerunt ducem, vt reuerterentur in Ægyptum? Ad quid hoc neceſſe? Viam ſciebant, & terram; electio ordinariè difficilis, reuerti poterant vnuſquiſque ex ſe, aut ſimul abſque eo, quòd ducem eligerent; immo à fortiori. nam etſi Moyſem expoſtulaſſent, vt ſecum aſcenderet, nolente aſcendere, ipſi ex ſe nullo præuio duce aſcenderunt, licèt ad bellandum, cùm tamen ad reuertendum in Ægyptum nollent niſi electo duce; cur hoc? Sanè, mea ſententia, vt firmiùs in malitia exiſterent, & duci Moyſi ducem opponerent electum, repudiato Moyſe, qui illis obſtabat: hincque, vt omnino, quod volebant, conſequerentur, non turmatim, non ſine capite, ſed cum capite, & duce redire volebant ab ipſis electo, repudiato quem Deus illis dederat. Quæ hîc dici poſſent! ſed prætereo. Solùm

19. *Sanctarum congregationum ruina vnde.*

prælibo ruinam rerum publicarum omnium, & præcipuè ſanctarum religionum, ex hoc ſanctos ſcilicet relinquere Prælatos, qui eos ad perfectiora ducunt, & alios ad guſtum eligere, qui eos in Ægyptum: ſatanica quippe eſt inuentio, vt firmiùs in malitia ſtantes omnia tandem in peſſum ruant. Sed pergo. Aſcenderunt ergo ex propria voluntate, quando nolebant ex diuina.

At

20\. *Populus cur percuſſus ad terram promiſſionis properare voleñs.*

At quid? Percuſſi ſunt, occiſi ſunt, deleti ſunt, ad internecionem vſque interfecti ſunt; mirum, cùm aſcenſionis ratio eſſet pœnitentia, & obſequium diuinum. *Parati ſumus* (dicunt) *aſcendere ad locum, de quo Dominus loquutus eſt.* en obedientia. *Quia peccauimus.* en pœnitentia. Cur ergo occiſi? Sanè, quia tunc laborem, tunc opus, tunc manus congreſſionem atripere volebant, quando Deus otioſitatem præcipiebat; enratio, & ſummitatem montis apprehendere volebant ex ſua, non Dei, voluntate: meritò ergo occiſi, quia ad altitudinem, non Dei voluntas, ſed propria, non humilitas, ſed ſuperbia ducebat, altiora petentes vltra vires, ſine Dei voluntate; *Ipſiſſimus interitus eſt* (ait S. Dorotheus ſerm. 5.) *ac mors eſt iuſtitia voluntate propria commixta ingens periculum, ſummus timor eſt.* Adnota verbum, ſigna doctrinam: non dixit eſſe interitum iniuſtitiam, ſed iuſtitiam; at propria voluntate commixtam: & inſuper non dixit, iuſtitiam ex propria voluntate apprehenſam, ſed commixtam, hoc eſt, etſi aliàs alteram etiam habeat voluntatem, etſi aliàs etiam præceptum adſit ſuperioris, tamen ſi cum obedientia ſuperioris, & propria etiam admiſceatur voluntas, ipſiſſimum affirmat Dorotheus eſſe interitum; quia dum ſuperiori cogito me obedire, tamen quia mea miſcetur voluntas, hæc ſic potens inuenitur, vt illam ſuperioris vincens, mihi inuenior obedire, non illi. Hinc namque non ex obedientia, ſed ex propria operans voluntate, non ad cœlum, & ſupera, ſed ad inferna ducor, etſi iuſtitiam operans. Ex qua doctrina illa excelſa ſanctorum Patrum emanauit in eorum vita lib. 8. num. 168. *Si videris iuuenem voluntate ſua aſcendere in cœlum, tene pedem eius, & proyce eum in terram; quia non ita expedit ei.* Cur hoc? nunquid malum cœlum aſcendere? Equidem non malum; at malum ſic aſcendere ex voluntate propria. nam ſic aſcendens non aſcendit, vt in cœlum intret, ſed vt in maius cadat præcipitium. En, filij Iſraël aſcenderunt montis verticem, quando manere debebant in valle. At quid talis aſcenſus? Mors, interfectio; quia ex propria voluntate, quia ex ſuperbia illam altitudinem attingere volebant, ad quam non erant vocati; meritò ergo exturbati. Ex qua doctrina euidenter ſequitur, quod dicebamus, ſcilicet, aliquando non eſſe maioris ſanctitatis ſignum deſiderium maioris perfectionis; nam ſæpe hoc ex ſuperbia, ſed deſiderium illius perfectionis, & illius gradus, quem Dominus nobis conferre vult. En Scriba iſte repulſus, quia ſuperbè accedens audet, & dicit, ſuas non conſiderans vires, nec vocationem attendens, *Magiſter, ſequar te, quocumque ieris.*

S.Doroth.

21\. *Voluntas propria rectè inficit obedientiam, ſi illi admiſceatur.*

22\. *Neque cœlũ apprehendendum voluntate propria.*

23\. *Vocatio propria ſubtiliſſimè attendenda, ne alterũ alterius apprehẽdere intentantes non vocati decidamus.*

Ex hac equidem doctrina etiam fit, vt id, quod vni eſt tranſitus ad vitam, & via perfectionis, & euaſio à diaboli poteſtate, quia per obedientiam operatur ſuam ſequens vocationem; alteri, qui ad illam non vocatus, ſi eam intentat, eſt cauſa mortis, ruinæ, ac in barathrum ſubmerſionis. Equidem vellem, vt in hoc mihi Deus aſſiſteret explicando, & vt ab omnibus perfectè intelligeretur: non ad omnia ſanè vocamur omnes. Nunquid omnes Prophetæ? (aiebat Apoſtolus 1. Corinth. 12. 29.) *Nunquid omnes Doctores?* Diuiſiones ergo gratiarum ſunt, vna altera altior, vna altera excellentior; ſic pari modo & vocationes ad hos gradus, vna altera altior, vna altera perfectior. Aliqui ad heroicam paupertatem, aliqui ad altiſſimam contemplationem, aliqui ad omnimodam pœnitentiam, aliqui ad excelſos virtutum gradus; aliqui verò, etſi ad hos, non tamen ad altiſſimum illorum gradum; immo neque ad illos omnes. Quid ergo, nunquid omnes contemplatiui? nunquid omnes pauperes? nunquid omnes cilicina veſte induti in cinere ſedentes? quid ergo ex hoc? Sanè quòd ſi non vocatus, aut ex ſuperbia, aut ex propria voluntate, aut ex amore proprio deluſus altiora illa apprehendas, quæ alter vocatus ſequitur, vnde iſte ſaluatur, tu te perdes. Equidem *Exod.* 14. *num.* 22. ingreſſi ſunt mare filij Iſraël, ingreſſi ſunt etiam & Ægyptij: *Perſequenteſque Ægyptij ingreſſi ſunt poſt eos.* At, quid? illi ſaluati, iſti ſubmerſi. Vnde? Sanè, quia ſi filij Iſraël mare ingreſſi, tamen ex Dei præcepto, ex Dei vocatione. Vnde Deus ad Moyſem, *Loquere filijs Iſrael, vt proficiſcantur.* At ſi Pharao, ex ſua voluntate; hinc meritò ſubmerſus, quia, vt bene Baſil. ideo affirmat fuiſſe ſubmerſum, quia auſus eſt eamdem, quam iuſti, ingredi viam, vnde in orat. *Non eſſe Deum malorum authorem* (ait) *quia per ſuperbiam, eadem, qua iuſti, via inſiſtere auſus, ratus eſt, vt Dei populo, ſic etiam ſibi, peruium fore mare Rubrum.* Excellenter ex propria voluntate non vocatus, mare ingreſſus, reputans præpoſterè ſibi eodem modo fore peruium, ac filiis Iſraël, meritò ſubmerſus eadem audens non vocatus, quæ audebant vocati. Equidem doctrina hæc, ſi ſanè, ſi firmiter ab omnibus ſpiritualibus intelligeretur, teneretur, infiniti excuſarentur ſcrupuli, infinitæ moleſtiæ; audeo dicere, & infiniti caſus, dum ad alterius ſanctitatem reſpicientes, moroſi aliqui, & impatientes ſine reſignatione, ſine ſubmiſſione, ſine pace, dum alta petunt, in infima ruunt. En iſte, *ſequar te, quocumque ieris*, ait ad Dominum: repulſus; quia, vt rectè Chryſolog. ſerm. 19. *cautiùs dixiſſet, ſequar te, quocumque iuſſeris; humanitus, quocumque volueris.* Sed nec cautionem tenuit, neque humanitatem, dum altiora apprehendere nititur, ſine diſcretione, ſine humilitate ad inferiora deſcendit.

24\. *Pharao demerſus ex ſuperbia.*

Baſil.

Chryſolog.

Alius autem de diſcipulis eius, ait illi: Domine, permitte me primùm ire, & ſepelire patrem meum. NVM. 21.

Ieſus autem dixit illi: Sequere me, & dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. NVM. 22.

Senſus litteralis, & moralis.

Alius autem de diſcipulis ſuis. Iſte autem ſecundùm Matthæum erat iam ex diſcipulis; ſed non ex illis, qui indiuiduè Chriſtum ſequebantur. Vnde Imperfectus, ad altiorem autem Chriſtus ſequelam eum aduocans ſecundùm Lucam *cap.* 9. *num.* 5. dixit illi, *ſequere me.* hoc eſt, perfectè relictis omnibus ad modum Apoſtolorum. Quis autem hic fuerit, incertum, licèt Alexandrin. *lib.* 3. *ſtrom.* putat fuiſſe Philippum; at Philippus multo antea vocatus: & aliqui ex Tertullian *lib. de bapt.* hunc ipſum Matthæum, ſed nihil de hoc Tertullianus; incertum eſt quis fuerit. Hunc autem cùm Dominus vocaſſet, reſpondit,

1\. *Incertũ quis hic fuerit diſcipulus.*

Alexand.

Tertull.

Domine, permitte me. Salm. *tract.* 26. *p.* 1. *tom.* 4. putat hoc prætextum fuiſſe diſcipuli, non veritatem; ne Chriſtum ſequeretur, territus ab extrema Chriſti paupertate: *Commotus imbecillitate humana* (ait) *cùm audiret extremam paupertatem Chriſti, quærens anſam aliquo prætextu elabendi à diſciplina Ieſu dixit, permitte me, &c.* Hæc ſententia, vt ſuſtineatur, intelligenda,

Salmeron.

2\. *Cur diſcipulus ſequelam Chriſti recuſauit.*

ligenda, non quòd diſcipulus mendacium dixerit; nam, vt ſic ex mẽdacio ineptiſſimus profectò fuiſſet ad Chriſti ſequelam, neque hoc ei Chriſtus ſuſtinuiſſet, quia acriter reprehendiſſet: ſed quod per

3.
An mentitus mortẽ patris prætexens.

ſepelire patrem intellexerit vltimam patris ſenectutem prope iam mortem, vt mox dicemus. nam ſi verè velit Salmer. mendacium prætexiſſe, nec litteralis, nec vera eſt eius opinio, licèt ad praxim veriſſima. Prætexitmus enim ſæpe occaſiones, ne

4.
Quorum figuram gerit.

ſequelam Chriſti arripiamus, ne ſuperioribus obediamus, ne opera exequamur perfectionis; alter, ne ad matutinas horas ſurgat, ſtomachi dolorem fingit; alter, ne orationem ſequatur capitis; alter, ne clauſtrum ſeruet melancholiæ, & ſic de reliquis: tandem alter, ne religionem intret, quę, & quanta!

Hug. Card.

Ad rem Hug. Card. *Iſte* (ait) *tenet typum quorundam, qui differunt clauſtrum intrare propter parentes: vnde volunt priùs ſepelire eos, id eſt, primo eſſe mortuos, quàm intrare; mirabile eſt de multis, qui multis annis conceptum boni propoſiti in vtero portant, & parere non poſſunt, quia nolunt.* At cur nolunt? Sanè multoties, &

5.
Lucia ſanctiſſima cur aduocata oculorum.
Caietan.

quia carnales ipſi, & ſimul eius parentes, petentes ab ipſis, vt ait Salmeron, ne ante mortem velint eos deſerere. Vnde mater Beatæ Luciæ ad ipſam, vt refert Caietan. ex eius hiſtoria, ad illam dicebat, *Claude primò filia oculos meos*; antequam, ſcilicet, facultates ſuas erogaret, meritoque aduocata facta oculorum, dum matri obſiſtens in eius vita totam ſe, & ſua Chriſto dedicare voluit. Hoc dixerim; nã perquam difficillimè rationem inuenies, vnde Sancta Lucia aduocata oculorum, dum in oculis ipſa nihil ſit perpeſſa? De qua re multæ afferuntur rationes, nulla ſicut iſta. Retardant ergo parentes filios, ne conceptum ſpiritum religionis pariant; in quo, vt ait Hugo, illud ſit mirabile; *quod ipſi ante partum de Monacho nondum nato, ſed concepto tantùm, faciant Canonicum ſæcularem.*

6.
An verè pater huius diſcipuli mortuus, an prope mortẽ ex ſenectute.

Dubitatur ab aliquibus, an verè pater huius fuerit mortuus? An ſic ſenex, vt prope mortem; nam durè illis videtur, Chriſtum illi ſepulturam patris negaſſe. Item ſi pater mortuus, cur eum reliquit ante ſepulturam Chriſtum ſequens? Vnde

Lyran.

Lyran. ſentit, huius patrem verè nõ eſſe mortuum, ſed prope mortem; voluiſſeque diſcipulum prius ire, vt ſepulturæ eum daret poſt vitam breuem, quæ ſupererat, & deinde Chriſtum ſequi. Hanc

Caietan.
Theophyl.
Titelm.
Iſidor. Brix.
Cyrill.
Abulenſis.

ſententiam ſequitur Caiet. eſtque Theophyl. *Lucæ 9.* Titelmani, & Iſidori Brixiani, & inſuper Cyrilli, vt affirmat Abulenſ. *quæſt. 66.* putatque probabilem. At antiquorum eſt verè fuiſſe mortuum. Sic Chryſoſtom. Baſil. *in lib. de conſtit. monach. cap. 2.* Theophylactus, Euthymius, Ianſen. Abulen. & alij, & vera eſt ſententia. nam aliàs nullum mirandum contineret Chriſti reſponſio, nec multum eſſet, ſi ei Chriſtus illud denegaſſet. Sed mirandum maximè, quòd nollet, etſi tam dignum connaturale officium expleret, dimiſſa eius ſequela: de qua re multa, & præclara, eliciunt Sancti documenta, vt mox dicemus. Ad illud autem, quomodo ſcilicet domi relicto patre nondum ſepulto ad Chriſtum pertexerit. facilè reſpondet

Barrad.

Barradas ex nuntio illud accepiſſe, dum ipſe Chriſtum ſequebatur.

7.
Cur Scriba repudiatus, cur hic diſcipulus electus.
Hieron.

Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos. Lucas addit; *Tu autem vade, & annuntia regnum Dei.* Ex quo apparet ad Apoſtolatus munus illum vocaſſe. In qua re *primò* inquirendum, cur Scriba derelicto, qui ſpontè ſe obtulit, hunc elegit, qui etiam recuſauit? Hieronymus, quia Scriba loquutus eſt ſuperbè, diſcipulus humiliter Dominum eum appellans. *Ille magiſtrum vocat, quaſi vnum è cæteris Doctoribus; hic Dominum confitetur.* Sic mala, & ſuperba obloquutio; ſic bona, & humilis. Hilarius:

Hilar.

quia hic rem bonam petebat, Scriba malam: vnde ait, *Iſte propter pietatis occaſionem ad ſepeliendum patrem ire deſiderat; ille non magiſtrum quærebat, ſed ex magiſtro lucrum.* Imperfectionem oſtendit diſcipulus, ſed tandem pietatem: quid mirum ſi illum fons non reſpuit, qui erat bonitatis, & pietatis. Ex quo edocemur fratribus compati, quando defectus, ſiue imperfectio, non ex praua, ſed ex ſimplici prouenit intentione. Ambroſius *in*

Ambroſ.

Lucam, quia Scriba erat vir iniquus, at diſcipulus: iuſtus iniquus quatenus non recta intentione indiuiduam volebat profiteri ſocietatem Chriſti. *Repudiauit* (ait Ambroſ.) *fraudulentum, elegit innocentem.* Abulenſis; quia hic iam erat diſcipu-

Abulenſ.
8.
Non ab omnibus eadem eſt requirẽda perfectio.

lus; ideo non debuit permitti, vt aliquid committeret diſcipulatu Chriſti indignum: at Scriba non erat diſcipulus, & inſuper fraudulenter acceſſit. Ex qua doctrina optimum magiſtri, & patres ſpirituales, ac ſacrarum religionum antiſtites, documentum eligere debent; non eadem petere ab illis, qui foris ſunt, & extra perfectionis iter, ac ab illis, qui in illo. *Iſte erat iam diſcipulus* (ait Abulen.) *& ideo non erat permittendus facere aliquid contra conditionem diſcipulatus.* Excellens, vt dixi, documentum. Aliud equidem à viro religioſo, aliud à ſæculari petendum; aliud ab illo, qui perfectionem ſequitur, aliud ab eo, qui communem vitam.

9.
Quantum periculum ſubeunt qui non vocati ſe in miniſteriũ ingerunt animarum.

Tandem alij affirmant, hoc euenisse; quia non proprio marte munus accepit prædicationis, ſed ex vocatione; non ſic autem Scriba. Hæc ratio bona eſt, ſi vnum addatur, nempe illos, qui non vocati, ſed propria voluntate ſe ingerunt in Dei miniſteria, licèt eis videatur ex deſiderio perfectionis, aut Chriſti famulatus, illud velle, ſæpe ſe decipi, & ſe, non Deum quærere, ſuum, non anima-

10.
Inueniuntur ſe quærere, non Deum.

rum commodum: de qua re ſæpe diximus, & dicemus. Hinc non mirum, ſi res non bene eis cedat, & deceptos tandem ſe inueniant, ac in Dei iudicio non admiſſos, ſed repudiatos. Paucis illuſtro. *Num.* 11. *n.* 30. Iephtbe ex deſiderio vltionis filiorum

11.
Iephtbe votũ cur & vnde ineptum, & malum, ob quod punitus.

Amon: *Votum vouit Domino, dicens: Si tradideris filios Amon in manu mea, quicumque primus fuerit egreſſus de foribus domus meæ, mihique occurrerit reuertenti cum pace a filys Amon, eum holocauſtum offeram Domino.* Percuſſit filios Amon, & reuertenti occurrit vnica filia, quam videns exclamauit, *Heu me filia mea, decepiſti me, & ipſa decepta eſt.* & verè deceptus, dum per ſacrificium vnicæ filiæ domum ſuam extinxit. Mirum hoc, cùm tale, ac tãtum Deo ſeruitiũ feciſſet, vt filios Iſraël à dura liberaret ſeruitute Amonitarum! Cur ergo tale in eo iudicium? Alij alia dicent: ſed mea ſententia ex paſſione principatus oppreſſus imprudentiſſimè vouens, non ob Deum, ſed propter ſe filios intendebat ſubiugare Amonitarum, & populum liberare. Vnde ſignanter ſuprà notat Scriptura, nũquam in auxilium filiorũ Iſraël venire voluiſſe, niſi priùs ſibi iurarent in Principẽ eorum futurum, n. 9. *Si verè veniſtis ad me, vt pugnem pro vobis cõtra filios Amon, tradideritque eos Dominus in manus meas, ego ero veſter princeps?* Iurauerunt, aſſumptoque principatu, vt in illo firmaretur

12.
Dei iudicium ſubtiliſſimum oſtenditur in punitione Iephtbe.

votum vouit, non tantum ex Dei gloria motus, quantum ex propria vtilitate, licèt aliter ipſi videretur. Quid ergo mirum, ſi iuſtus iudex, ſubtiliſſima omnia penſitans trutina, ſupplicium illi inflixit, quando præmium ſperabat. Vnde ſignanter

Caiet.

Caietan. notat, non à ſpiritu Domini tale votum profectum: *ne ſumatur argumentum* (à modo vouẽdi) *ex contextu, quod hoc votum profectum eſt à ſpiritu Domini*

mini,Sanè;nam non à Domini ſpiritu,ſed ambitionis,& excellentiæ.

Iuſtin.

Hinc,vt Iuſtinus affirmat *q.99.* per diaboli impulſum obuiam ei iuiſſe filiam:*impulit filiam,vt obuiam ei prodiret*,iuſto Dei permiſſu, qui in homine,etſi aliàs iuſto,ſecretam punire voluit ambitionem,Dei tamen zelo palliatam.

Sed accipe alterum.Dei voluntas erat,vt ex domo Saulis regnum in domũ Dauid tranſiret;hanc Dei voluntatem Abner ſciens totum reuocauit ad

12.

Et ſimiliter in occiſione Abner.

Dauid Iſraëlem:vnde ad illos 2. Reg.3.n.17. *Tam heri,quàm nudius tertius,quærebatis Dauid,vt regnaret ſuper vos;nunc ergo facite;quoniam Dominus loquutus eſt ad Dauid, dicens: In manu ſerui mei Dauid ſaluabo populum meum Iſraël.* Quibus verbis ſic omnibus perſuaſit,vt proficiſcerentur ad Dauid in Hebron. Poſt conuiuium dixit ad illum, *Surgam, vt congregem ad te dominum meum Regem omnem Iſrael,* n.21.At cùm ad promiſſum cõplendum profectus eſſet,Ioab ſuperueniens dolo eum occidit.Mirum in hoc Dei iudiciũ,vt permitteret occidi ſuæ ſanctiſſimæ voluntatis exequutorem,& qui coronam Dauid deferebat, quam Dauid ipſe promiſerat. Cur hoc?Sanè amice;quia non ex intentione Dei famulatus,& diuinæ volũtatis exequutionis,illud Abner faciebat;ſed ex odio,& mala voluntate,quã contra Isboſeth cõceperat;ex reprehenſione,quia ingreſſus fuerat ad concubinam patris ſui. Vnde n.8.*Iratus nimis*(ait Scriptura)*propter verba Isboſeth ait;Nũquid caput canis ego ſum aduerſus Iudã hodie? hæc faciat Deus Abner,& hæc addat ei,ſi quomodo iurauit Dominus Dauid ſic faciam cum eo,vt transferatur regnum de domo Saul, & eleuetur thronus Dauid.* In quo loco illud ponderandum,iam longo priùs tempore ſciiſſe Abner Dei volũtatem,& iuramentum, & tamen nunquam ſcrupulum fecit contra Dauid domum,defendendo Saul,& filium eius in Regem coronandũ ſuper Iſraël, niſi poſt iras, & inimicitias. Vnde hoc,vt nunc ſic ſcrupuloſus, & ſanctus,vt filiis Iſraël Dei proponat voluntatem, vt ei obediant? Amice,non ex ſanctitate hoc, ſed ex paſſione,ira,ac maleuolentia,prætexens ſanctitatem pallio Dei famulatus ſuam occultans paſſionem;quid ergo mirum,ſi interfectus,& malè res ei ceſſit?nam,vt bene Damian. *Apolog. de contempt.*

Damian.

13.

Eſau benedictionẽ non obtinuit, quia non tantum ex obediẽtia, quantum ex propria volũtate ad venandum iuit.

ſæculi, ponderans,etſi ex præcepto patris Eſau ad venandum proceſſerat,benedictionem tamen non obtinuit;quia ad venandum,non tam ex obedientia, quàm ex venationis vitio proceſſit. Vnde eleganter ſic concludit. *Quiſquis enim rem, quæ ad vitium pertinet,cõſuetudine ductus,propria voluntatis inſtinctu libenter exequitur,peccat; etſi alieno imperio ſpecietenus obtemperare videatur.* Eo Abner ex maleuolentia auferre deſiderabat regnum ab Isboſeth; nunquid quia cum maleuolentia obedientiam Dei copulauit,à peccato immunis? nihil minus; ideo meritò occiſus.Doctrina contra illos,qui in honoribus, in dignitatibus,in magnis ambulantes ex negotiatione obtentis,conſolati viuunt,putantes ſe ex Dei imperio,ac voluntate,ea obire.Miſeri,ſi non reſipiſcantur.

14.

Chriſtus cur diſcipulo prohibuit patrẽ ſepelire.

At *ſecundò*,cur Chriſtus tale opus ſic pium ei nõ permiſit?Qui putant patrem non fuiſſe mortuum, ſed decrepitum, & diſcipulum petiiſſe, vt eum in ſenectam vltimam comitaretur, de facili ab hoc negotio ſe expediunt; cùm & diu pater etiam viuere poſſet,& ſimul infinita ei impedimenta venire,ob quæ & gratiam perderet vocationis. Vnde Theoph. *Non prohibet ab alendis parentibus;ſed docet pietatem præferendam incredulis parẽtibus,eo quòd nullam ad virtutem obſtaculum eſſe debeat,& contemnendam etiam naturam propriam.* Hoc dixit Theophyl.

Theophyl.

quia in eius ſententia eſt, patrem huius diſcipuli fuiſſe Gentilem,& ſenem;ſed,vt ſuprà dicebamus, nec ſenex, ſed mortuus reuera, & inſtà dicemus, nec Gentilem fuiſſe:ob quod maior eſt difficultas in eorum ſententia, qui putant, & fuiſſe Iſraëlitam & mortuum.

Aliqui dicunt, ei prohibuiſſe tale officium ob immunditiam,quam contrahere oportebat ex ſepultura; ſed optimè refellitur ab Abul. nam licèt eſſet immunditia mortuos tangere,tamen legalis, & ex illa non ſolùm non prohibebantur à funere, ſed ſi filij,aut neceſſarij,peccatum committerẽt,ſi non ſepeliſſent.Attamen etſi falſa ſententia,ſi litteralẽ ſenſum aſpicis;tamẽ ſi ea vti velis,vt mores **15.**

A religioſis viris quantũ minima quæque imperfectio cauenda.

inſtruas,ex ea optimũ elicere potes documentum: quanto ſcilicet conatu à perſonis Chriſto dicatis quilibet etiã defectus excuſãdus ſit,etſi tãtùm imperfectio,& nõ peccatũ;dũ Chriſtus diſcipulo nec immũditiam legalem permittere voluit in re tam pia,& neceſſaria, quæ non peccatum,nec veniale.

Ambroſ.*in c.8.Luc.*affirmat hoc ideo prohibuiſſe Chriſtum, vt doceremur humana poſtponenda

Ambroſ.

diuinis:vnde ait,*Cùm religioſum humani corporis ſepeliendi acceperimus officium; quomodo paterni funeris ſepultura prohibetur? niſi vt intelligas humana poſtponenda diuinis.* Quòd ſi hoc in rebus ſic neceſſariis, quid in indifferentibus. **16.**

Humana diuinis poſtponenda.

Auguſt.*de verbis Domini*, affirmat,ideo illi Dominum inhibuiſſe tale officium, quia diſcipulus vocatus ad Euãgelij prædicationem,officium ſpirituale,noluit,vt inferioribus operibus,etſi bonis, ſe immiſceret.*Dominus autem*(ait)*quando parant homines Euangelio, nullam excuſationem vult interponi carnalis huius temporaliſque pietatis.* Hæc Auguſt. ſententia, ſi rectè intelligatur,& explicetur,mihi ſummopere placet,& puto veriſſimam,& ad mores aptiſſimam:pro cuius explicatione,

Auguſt.

Suppono non fuiſſe neceſſitatem extremam diſcipulo eundi ad humandum patrem;nam,vt bene Abulenſis,erant alij,per quos poterat ſepeliri, ob quam rationem dixit ei Chriſtus,*ſine mortuos ſepelire,*&c. Hoc autem ſic ſtatuto;en ratio excellentiſſima Auguſt. nam cùm prædicare Dei regnum, & alios conuertere,ſit opus miſericordiæ ſpiritualis,patrem ſepelire corporalis, rectiſſimè non debebat iſte,nec ad modicum tempus, ob opus minus perfectum recedere ab opere perfectiore: nam, vt ait Abul. *Viri perfecti non debent recedere, ſaltem ad modicum tempus, ab operibus ſpiritualibus, quandiu illis vacare poſſunt,vt vacent operibus miſericordiæ corporalibus* Exemplis hoc illuſtrabo.

Abulenſ.

17.

Opera miſericordiæ corporalia præponi non debent ſpiritualibus, nec hæc ad modicum etiam deſerẽ.

Enim verò in Actis c.6.n.1.*Creſcente numero diſcipulorum,ortum eſt murmur Græcorum aduerſus Hebræos,eo quòd deſpicerentur in miniſterio quotidiano viduæ eorum.* Quid ergo;nunquid ob hoc opus miſericordiæ,vt ad eum accurrerent diſcipuli,prædicationem reliquerunt? Nihil minus:alios non Apoſtolos cõſtituerunt minoris dignitatis. Ratio;*quia non eſt æquum nos derelinquere verbum Dei, & miniſtrare menſis.* Nam,vt bene Ambr.ſuper Lucam.*Bonũ eſt ſtudium,ſed maius impedimentum,nam qui partitur ſtudium, diuidit effectum, qui diuidit curam, differt profectum.* Pulchrè;qui partitur ſtudium,diuidit effectum,ac per conſequens,& profectum ſpiritualem. nam ſi non totus prædicationi incumbo, ſed diuido officium, ſanè non illum profectum ſpiritualem conſequi poſſum,quem conſequerer, ſi totus ad illud.quid ergo? nonne inuerſio,vt ob corporale commodum alterius, eiuſdem ſpirituale omittam,dum alij hoc efficere poſſunt.

Ambroſ.

Secundò Apoſtolus 1.*ad Timoth. 5. num. 8.* per-

ſuadet, Epiſcopum curare debere domum ſuam,
18. ac familiam. *Qui ſuorum, maximè domeſticorum, curam non habet, fidem negauit, & infideli deterior eſt.*

Epiſcopi cura non debet rei eſſe familiaris.

Quid ergo, nunquid ob hoc per ſeipſum illud efficere debet, & ſpiritualium curam intermittere? Obſtat Canon 88. *diſt. c. Epiſcopus.* vbi ſic, *Epiſcopus nullam rei familiaris curam ad ſe reuocet, ſed orationi, & lectioni, & verbo prædicationis tantummodo vacet.* Ergo per alios minoris ſtatus hæc exercere debet; immo, quod ampliùs, & ipſas eleemoſynarum diſtributiones, vt in ipſomet Canone dicitur, has, ſcilicet, agi debere per Archipreſbyterum, aut Archidiaconum. Si rationem huius expoſcis: *Propter excellentiam ſtatus ſui*, reſpondet Abulenſ.

Abulenſ.

19. *Tertiò*, vt rectè adnotat idem; nil in vrbe ampliùs neceſſarium, quàm iudex. Vnde Ariſt. 1. *politic. c. 1.* affirmat magis eſſe neceſſarium, quàm panem, & tamen Apoſtolus 1. *ad Corinth. 6. n. 4.* vult, vt interpretatur idem Abulenſ. vt contemptibiles in Eccleſia ponantur ad iudicia ſæcularia dirimenda. *Sæcularia iudicia ſi habueritis, contemptibiles, qui ſunt in Eccleſia, illos conſtituite.*

Iudex in vrbe magis neceſſarius quàm panis.

20. *Quaſi dicat* (ait Abul.) *licèt iudicare ſit opus pium, quia tamen eſt in cauſis ſæcularibus, id eſt, circa res temporales, non debet hoc committi viris excellentibus in gradu ſanctitatis; quia illi permittendi ſunt vacare ſpiritualibus operibus, ſed committendum eſt viris imperfectis.* Sic nunc Chriſtus cùm ad opus perfectiſſimum hunc vocaſſet diſcipulum, noluit, vt ad opus minus perfectum attenderet, ſed illud imperfectis derelinqueret. Vnde ad illum Luc. 9. *Sine mortuos, &c. tu autem vade, & annuntia regnum Dei.*

Sæcularia iudicia exercere non debent viri ſpirituales.

Ex hac ſententia, quæ veriſſima, & litteralis, ſi ſtatum præſentem cernis, aſpicies, quàm præpoſterè inceditur in via Dei, dum non ſolùm ſæpe, ſed ſæpiſſimè opus ſpirituale intermittitur ob temporale; immo piaculum dicerent, ſi aliter fieret. Quid enim de illo æſtimarent Prælato, ſi dum vacandi orationi tempus eſſet, & non dico, à moribundo parẽte, ſed tantùm infirmo vocaretur, quis licentiam negaret, vt orationi aſſiſteret ſubditus? quid dicerent? planè, quod non Chriſtianus: & tamen Chriſtus ob opus ſpirituale, & funus interdixit paternum: immo quod fœdius, aliquando opus ſpirituale aſſumitur ob temporale, prædicatur, vt lucrum reportetur; confitetur, vt emolumentum inde eripiatur; onus animarum ea curatis perquiritur, vt prouentus excipiãtur; dignitates ſublimes ob honores, & diuitias, & dum in his ſunt (Deus bone!) omnis cura in adminiſtratione iudiciorum, & cauſarum, ob quod in eum ſtatum res deuenit, vt iam formatum dictamẽ ſit aptiores eſſe ad præbendas iuris peritos, ſiue Canoniſtas, quàm Theologos, quod quidem non ex alia prouenire poteſt ratione, niſi ex præpoſtera apprehenſione, ſcilicet officium eſſe, ſeu principale eius munus, lites dirimere, quàm verbum Dei prædicare: ipſi viderint.

21. At licèt, vt diximus, hæc ſit litteralis intelligentia; tamen etſi non ſit litteralis, ad mores autem excellentiſſima eſt illa Chryſ. nam etſi non multum eſſet ire, & ſepelire patrem, tamẽ tales, ac tantas occupationes inde illi prouenire poterant, vt non amplius ad Chriſtũ reuerteretur. Vnde vt hoc illi præcaueret periculum, noluit, licẽtiam impartire. *Quid enim magis neceſſarium erat* (ait Chryſoſt.) *quàm ſepelire patrem, & quid facilius? nec enim tempus multum conſumendum erat; ſed per hoc Dominus eum à multis malis eripuit, puta, luctibus, mœroribus, & ab his, quæ hinc expectantur poſt ſepulturam. Neceſſe enim erat, iam teſtamenta ſcrutari, & hæreditatis diuiſionem, & alia huiuſmodi, & ita fluctuationes ex fluctuationibus ei ſuccedentes longè eum à veritatis portu abducere.*

Pulcitr… ratio, quare Chriſtus diſcipulo ſepulturam interdixerit parentis.

Chryſoſt.

Nolo tibi hanc Chryſoſtomi doctrinam authoritatibus, aut ſacræ Scripturæ locis probare, cùm poſſem, ſed tantùm tibi proprium exemplum proponere, vt ſcias ex experientia, quàm vera ſit Chryſoſt. ſententia, quam, ſi in alieno ſumas capite, ſcito tuum te liberaturum. Rationibus, ſiue potiùs moleſtiis deuictus, eaque inter cæteras potiſſima, quia tempus vix trium menſium, negotium ſuſcepi familiare, vt honorem, ac famam proprij propugnarem genitoris; at licèt feliciſſimè illud perſoluiſsẽ, dicto ſpatio *fluctuationes* (vt ait Chryſoſt.) *fluctuationibus ſuccedentes*, miſer & infelix de- 22.
cennium conſumpſi antequam ad me redire poſſem, immo & totam abſumpſiſſem vitam, niſi ex ſuperabundanti diuina gratia, quam demerueram, filum negotiorum abrumperem, ſcinderem, ac, vt peſſum omnia ruerent, ſinerem. Experto crede; viro religioſo, & ad ſtatum perfectionis vocato, ſæcularia negotia non diſſuẽda, ſed ſcindẽda ſunt: nam ſi prouidentia humana velis illa paulatim diſſuere ſiniendo, vix vnum filum conſumitur, ac alium excreuit, & conſumptio vnius, principium eſt alterius, cùm ſtat firma, & vera Chryſ. ſententia, quòd *fluctuationes fluctuationibus ſuccedunt.*

Vir Religioſus ſcindat, nõ diſſuat ſæcularia negotia.

Cum quo etiam cõcludam, dum excellenter proſequens ſic ait. *Per hoc edocemur, quòd nec minimum tempus* 23.
fruſtrà ducere decet, etſi mille cogentia ſint, immo præferre ſpiritualia cunctis admodum, id eſt, valde neceſſariis. Cuius rationem ſubiungens ſic magiſtraliter proſequitur. *Diabolus enim ſi ſiſtit attentius aliquem adituum inuenire volens, etſi modicam ſumat negligentiam, magnam operatur puſillanimitatem.*

Spiritualia nunquam ob temporalia intercumpenda ſecundùm Chryſoſtomi ſenſum.

Expende hoc vltimum verbum, nam magnũ in illo eſt documen- 24.
tum: negligentes ſumus in ſequenda vocatione, eam aliquando iuſtis de cauſis interrumpimus, negotiis ſpiritualibus derelictis, ad ſæcularia diuertimus bona ducti intentione, immo ſecura ſpe, quia illinc ad ſpiritualia redibimus exercitia; at ex diſtractione rerum negligentes effecti, anſam diabolus ſumens, non equidem (inquit Chryſ.) quòd peccatum operatur in nobis, ſed *puſillanimitatem*, quid hoc? neſcirem, niſi expertus eſſem. Puſillanimitatem operatur, hoc eſt, talem animi remiſſionem, ac flacciditatem, vt rationibus humanis preſſus, animus non ſuppetat ad filum negotiorum ſæcularium abrumpendum, neque contra propinquos, ac neceſſarios, amicoſque ſtare. Vnde miſer, ac puſillanimis ex negligentia ante finem accipiat vitæ, quàm negotiorum. Loquor, quod vidi, quod manibus attectaui. Hinc amice eductus, & aliena experientia ſapidus, conſilium accipe Chryſoſtomi, doctrinam ſequere Chriſti. *Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos; tu autem annuntia Dei regnum.*

Negotia tractantes ſæcularia viri ſpirituales ſunt puſillanimes, & quid hoc ſit.

Aliqui etiam volunt, vt ob hoc Chriſtus diſci- 25.
pulo illud inhibuerit, ne etſi per paruum tempus ab eo declinaret (cùm periculoſa ſit quælibet à Chriſto abſentia, immo & quælibet ſeparatio, licèt modica) ſeque perderet. Excellens documentum! Lucæ 22. n. 41. *& ipſe auulſus eſt ab eis*, dicitur, id eſt, à diſcipulis, *quantum iactus lapidis.* En

Parua Chriſti abſentia quàntam animæ cauſat damna.

quàm parua diſtantia. At, quid ex hoc? Sanè ſtatim 26.
diſcipulorum ſomnus. Ad rem Chryſol. *Præcedente anima mox corporis fœtor putredo, vermis, cinis, & omnia viſu deteſtanda ſuccedunt: diſcedente Deo confeſtim venit in anima peccatorum fœtor, corruptio criminum, vitiorum putredo, conſcientiæ vermis, vanitatum cinis, infidelitatis horror, & fit in corporis ſepulchro funus animæ iam ſepultæ.* Nil elegantius! niſi dicere velis, nil verius! quantùm abſente anima durat, vt corpori hæc veniant infortunia? vix per diem

Diſcipulorũ ſomnus in horto vnde.

Chryſol.

diem,& aliquando aliquibus vix per horam. quid ergo mirum, cùm Deus vita ſit animæ, ſicut hæc corporis, ſi parum ipſe ab illo ſe elongauerit, vt in peſſum eat. Bene hoc calluit Chriſtus, ideo de dilecti diſcipuli ſalute ſollicitus, neque ad momentum vult, vt illum deſerat, mala inde infinita prouentura ſuſpicans. Felix, qui Deum ſic de ſua ſolicitum obtinet ſalute, dicerem; ſed quis omnia proſequi poteſt? Tu mi lector ad ſalutem animarum collaborans extende.

27. *Chriſtus quid per mortuos intellexit.*

Sine mortuos, &c. Elegans, & metaphorica loquutio ſumpta ex ipſiſmet verbis diſcipuli. Licentiam iſte petiit ad ſepeliẽdum mortuum patrem, ex hoc Chriſtus anſam ſumens metaphoricè loquens iubet, vt ſinat mortuos ſepelire mortuos ſuos. At quid per mortuos? Hilar. Chryſoſt. Euthym. qui putant, patrem huius fuiſſe Gentilem, affirmantes per mortuos Gentiles intelligi, quam ſententiam etiam ſequitur Chryſol. *ſerm.* 19. & Theoph. At mirum, vt ad prædicandum Euangelium filium aſſumeret Chriſtus hominis Gentilis, cùm poſt mortem, vt bene obſeruat Maldon. ad prædicandum Euangelium, Paulum aſſumpſit Iudæum.

Hilar. Chryſoſt. Euthym. Chryſolog. Theophyl. Maldon.

S. Auguſt. *ſerm. 6. de verbis Domini*, quem ſequuntur Abul. Hug. Card. Mald. Ianſen. & alij, per mortuos intelligunt peccatores in ſtatu peccati mortalis, qui Deo animæ vita mortui ſunt. Caiet. opinatur, non eſſe neceſſe, vt per mortuos intelligantur, qui in ſtatu mortali, ſed mortuos eos, quorum ſtudium tantũ eſt circa hæc mortalia. *Non oportet* (ait) *mortuos Deo eſſe, quibus dimittitur cura ſepeliendi mortuos ſuos, cùm officia hæc humanitatis communia ſint bonis, & malis, & propterea mortuos appellat illos, quorũ ſtudium eſt circa mortalia, quod commune eſt malis, & bonis, imperfectis tamen; ac ſi apertè dixiſſet, dimitte curam rerum mortalium ijs, quorum ſtudium eſt circa mortalia, tuum autem ſtudium ſit circa æterna.* Hæc Caietani ſententia, ſi cum altera Patrum coniungatur, mihi ſummopere placet, cùm non puto, ſic ſtrictè mortuos intelligi debere, vt tantùm intelligantur, qui in peccato ſunt mortali, ſed proportionaliter aliquando & illi, qui tãtùm circa opera ſunt mortalia, vnde imperfectiſſimè viuunt, qui etſi Deo viuant, quatenus gratia non priuati; tamen reſpectu perfectorum ad opera perfectionis quodammodo vt mortui reputari poſſunt, & ſanè huc optimè dictis ſuperiùs quadrat: nam cùm ex Patribus ſuperiùs adſtruximus, ideo diſcipulo illud Chriſtũ inhibuiſſe, ne opus perfectius relinqueret ob imperfectius, hinc cohærẽter intelligimus, per mortuos homines imperfectos ſignificari, quibus derelictum, vt ad opera attendant minus perfecta. Ergo per mortuos, aut peccatores in ſtatu peccati mortalis intelligere potes, aut ſæculares, ſiue alios imperfectiſſimè viuentes, qui quatenus ſunt tales, & ſic viuunt; ita propinqui ad moriendum inueniuntur, in peccatum mortale incidentes, vt quaſi inter mortuos reputari poſſint.

Auguſt. Abulenſ. Hug. Card. Maldon. Ianſen. Caietan.

28. *Homines ad ſæcularia tãtũ attẽdentes mortui dici poſſunt in quo ſenſu.*

29. *Tepidorum ſtatus morti proximus, & tepidi veluti inter mortuos computandi.*

Duo ergo ex his verbis volo vt eruas documenta. *Primum* in ſententia Chriſti tepidos veluti mortuos reputari; cuius equidem ratio, quia dum in eo ſunt ſtatu proximi inueniuntur, vt eos Deus euomat, ac proinde pro in peccato mortuis quodammodo reputari poſſe; ſic conſequens tepidos in peccatum incidere. Enimverò *Apoc.* 13. *n.* 16. dicitur, *Vtinam frigidus, aut calidus eſſes; ſed quia tepidus es, incipiam te euomere.* Duo ex hac authoritate eruere volo. Primum tantum malum eſſe tepiditatem, vt mitiùs in die iudicij cum infideli ſit agendum, quàm cum tepido fideli; hoc equidem ſciemus, ſi quid per frigidum, quid per calidum, quid habeamus per tepidum. Sanctus Ambroſ. *ſerm.* 2. *in Pſalm.* 118. per frigidum infidelem, per calidum fidelem iuſtum, per tepidum fidelem imperfectum intelligit; ex quo concludit, grauiori iudicio premendus imperfectus fidelis, quàm infidelis. *Negligentiam* (ait) *grauiori damnat iudicio, quam impudentiam, qui enim calorem fidei non habet, tolerabilius illi fuerat fidem non accepiſſe, quam neglexiſſe.* Sanè dictum, duriùs cum fideli in iudicio agendum, quàm cum infideli; quia tolerabilius non ſolùm apud homines, ſed apud Deum fidem prorſus neſcire, quàm ſcitam negligere, & non vt fidelem, ſed viuere vt infidelem.

30. *Mitiùs in iudicio cũ infidele, quàm cũ tepido erit.*

Secundum autem quod eruere volo, connexionem inter tepiditatem, & vomitum. Vnde aduerto, non dixiſſe Dominum, te euoui, ſed incipiam te euomere. Cur incipiam? vide an ſit prophetia certum importans euentum, ne te impræuentum poſtea dicas, ſi in peccatum incidas, & de Deo conqueraras, quod te non præuenit. Ad rem ſatis idem Ambroſ. *Quia iniuſtus non ante euomit, quam denuntiat euomendus, vt vel huiuſmodi admonitione conuerſi aliquid efficiant, quo non vomantur.* Nil amplius. Ad rem, non dixit euomi, vt præueniret, & ideo dixit, euomere incipiam, vt tibi certum caſum prophetizaret, ſciteſque tam iunctum tepiditatem cum vomitu eſſe, vt etſi actu non ſis vomitatus, pro vomitatu, vt ſic dicam, te habere potes, & vt ad rem noſtram, ſi non mortuus, pro mortuo. Vnde digniſſimè, & in ſenſu Chriſti tepidi mortui dicuntur, quibus horum inferiorum cura demandanda, & relinquenda; hincque diſcipulo dictum, *ſine mortuos*, &c.

31. *Quanta ſit connexio inter tepiditatem, & vomitum.*

Idem.

Secundum autem quod ex dictis verbis velim notes, eſt, peccatores in ſtatu mortali, quamuis magnos, altos, prægrandes, in Dei æſtimatione non plus reputari, quàm cadauera fœtida, putrida, & verè nihil. *Geneſ.* 15. *num.* 25. dum Abraham ſignum petiit à Deo futuræ promiſſionis, præcepiſſetque illi Deus, quid faceret. *Sume tibi vaccam trimam*, &c. quæ omnia cùm incidiſſet Abraham, ait Scriptura, quòd volucres cœli *deſcendebant ſupra cadauera, abigiebatque ea Abraham.* Quid per cadauera? Sanctus Auguſtinus, vt *in catena Lippomani*, mentes carnalium, quod eſt dicere, potentum, ac huius ſæculi dominantium. *Aues deſcendentes ſuper corpora* (ait.) *Spiritus indicant aeris huius paſtum quemdam de carnalium diuiſione quærentes.* Ergo quòd carnales, quòd potentes, quòd diuites, quòd Principes apud mundum videntur magni, in diuino ſenſu, & conceptu, putida cadauera. Profectò in oculis Samuelis magnus Eliab 1. *Reg.* 16. *num.* 7. at quid Deus? *Ne reſpicias vultum eius, neque altitudinem ſtaturæ eius, quoniam abieci eum.* Cur abiecit; quia ſi altus, ſi magnus, corpus eius ſepulchrum, cadauer ſine anima, quia ſine Deo; *neque enim iuxta intuitum hominis ego iudico; homo enim videt ea, quæ patent; Dominus autem intuetur cor.* Quid ſi peccato mortuum, non plus apud Deum illa altitudo, quàm cadauer. Quid Rex Babylonis? quæ eius potentia? quæ magnitudo? quæ maieſtas? Sanè incredibilis. Quid apud Deum? cadauer. Iſaiæ 14. num. 11. *Detracta eſt ad infernum ſuperbia tua, concidit cadauer tuum.* Cur non dixit, corpus tuum? Sanè amicè, quia etſi corpus regium, tamen apud Deum, quia impium, cadauer. eleganter hoc expreſſit Rupertus in

32. *Peccatores etſi prægrandes apud Deũ fœtida cadauera.*

Auguſt.

in cap.1. Nahum, ſuper illa verba *num.10.* de impiis: *Conſumentur quaſi ſtipula ariditate plena.* quid ariditas? Sanè vacuitas: ergo quomodo, inquit Rupertus, vacuitas implere poteſt? Sanè reſpondet.
33. *Mundi plenitudo macies & vacuitas.* Quia ſpiritus, qui hunc mundum arguit, diuitum huius mundi ſcit falſam plenitudinem veram eſſe maciem. Nil amplius ad rem! quid tota plenitudo diuitiarum, regnorum, imperiorum? quid altitudo Regum, Principum, potentum, ac huius ſæculi dominantium coram Dei ſpiritu? Macies, putredo, cadauer mortuum. Hinc ipſa Dei ſapientia hoc callens, ideo diſcipulo tales mortuos dixit, eiſque mandat, vt illis officium deſinat ſepulturæ. *Sine mortuos, &c.*

NVM. 23. Et aſcendente eo in nauiculam, ſequuti ſunt eum diſcipuli eius.

NVM. 24. Et ecce motus magnus factus eſt in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus, ipſe verò dormiebat.

Senſus litteralis, & moralis.

ET *aſcendente eo.* Hanc ipſam hiſtoriam narrat Marcus *cap.4.n.36.* & Lucas 8 *n.22.* differunt autem in aliquibus cum Matthæo, ſcilicet de tempore, quo Dominus aſcendit in nauiculam, & an poſt parabolas, quas refert Marc. & Lucas, an ante illas, & quando aſcendit in nauim, an poſt diſcipulos, an ante illos; de qua re vide Ianſenium, qui optimè omnia concordat; res enim parui eſt momenti, ſiue vno, ſiue altero modo dicatur, dum in veritate facti omnes conueniunt, vt ſæpe aliàs diximus; piget enim in his immorari. His ergo relictis,

Maldon. Tria certiſſima ſunt, vt bene obſeruat Maldon, & alij. *Primum*, ſolos diſcipulos in naui cum Domino aſcendiſſe, nullumque è turba cum illo, vt patet ex Luca, qui ſic, *ipſe aſcendit in nauiculam, & diſcipuli eius. Secundum*, tempeſtatem non ſine Dei permiſſione, & prouidentia, fuiſſe excitatam. *Tertium*, verè Chriſtum obdormiſſe, non ſimulaſſe ſomnum, vt quidam volunt, attamen fuiſſe voluntarium, & procuratum, vt dicemus. In his autem tribus totus concluditur litteralis huius hiſtoriæ ſenſus, nilque ampliùs remanet quoad litteram inquirendum; at ſanè multum quoad moralitatem.

Origen. *Primò* ergo quæritur, cur mare voluerit aſcendere? & reſpondet Origen. *hom.6.* inter eas, quæ
1. *Chriſtus cur mare aſcēdit.* ſunt in diuerſis, vt Dominum ſe oſtenderet terræ, mariſque in vtriſque miracula operans. Vnde ait, *Cùm multa, magna, & miranda oſtendiſſet Chriſtus in terra, tranſit ad mare, vt ibidem, & excellentiora opera demonſtraret, quatenus terra, mariſque Dominum, cunctis ſe oſtenderet.* Hinc vbique extimeſcendus: nam,
2. *Peccata ſi adſunt vbique Dominus extimeſcendus.* vt inquit Dauid, *Si aſcendero in cœlum, tu illic es; ſi deſcendero in infernum, ades; ſi ſumpſero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris, etenim illuc deducet me dextera tua*, Pſal.138. Si peccata adſunt, parum eſt, vt terram fugias, & mari te des. Gen.3. n.17. *Maledicta terra in operibus tuis, ſpinas, & tribulos germinabis tibi.*
Hieron. Theodor. Sanctus Hieron. exponit *in peccatis tuis.* Theodor. *in tranſgreſſione tua.* quid ex hoc? Sanè vt vbi peccata, ibi maledictio. Ad quid ergo terram fugiens mare ingrederis, putas euadere? nil minus; tecole Ionā. ergo vbique Dominus extimeſcendus, tāquam Dominus terræ mariſque.

Secundò quærimus, cur ſoli diſcipuli in naui cum Chriſto aſcendunt? multi multa. Maldon. *vt poſſit liberiùs eos increpare de modica fide, eorum prouidens*
5. *Cur ſoli diſcipuli in naui cum Chriſto aſcendūt.* *honori, & dignitati.* Excellens documentum! vt ſuperioribus, ac miniſtris, & in gradu dignitatis conſtitutis, ſic in reprehenſione eorum attendatur authoritas, vt ſi poſſibile nullus ſciat, maneant in occulto reprehenſi, ac mortificati, at exteriùs
4. *Superiores quando reprehenduntur ſit cū honore & eorum dignitatis reſpectu.* honorati. Num.12.num.1. *Loquuta eſt Maria, & Aaron contra Moyſen. quod cùm audiſſet Dominus, ſtatim loquutus eſt ad eum, & ad Aaron, & Mariam. Ingredimini vos tantùm tres ad tabernaculum fœderis; cumque fuiſſent ingreſſi, deſcendit Dominus in columna nubis, & ſtetit in introitu tabernaculi, vocans Aaron, & Mariam.* quos cùm reprehendiſſet acriter, *iratus contra eos abijt, & recedente nube apparuit Maria candens lepra*, ſic crudeli, vt in inſtanti medium carnis eius deuorauerit. Quanta myſteria, & ſatis omnia ad rem! Percurram.

Primò pondero, poſt murmurationem *ſtatim* eos aduocaſſe Dominum, nulla interpoſita mora. Cur tam citò? Ob duo, *primum* ob illud, quod ait Scriptura, ob manſuetudinem, ſcilicet, Moyſis; cùm enim murmurationem narraſſet, ſtatim per parentheſim adiecit, *erat enim Moyſes vir mitiſſimus ſuper omnes homines, qui morabantur in terra.* Quid ex hac manſuetudine? Sanè duo. *Primum*, vt fratres contra eum auderent; non auſi eſſent, ſi non ſic mitis; *ſecundum* quòd iniuriam ſuſtinuiſſet. Hinc hæc
5. *Deus manſuetos Prælatos duriſsimè vindicat ex ſubditis malis.* ponderans Deus, ſtatim, illico, ac ſine mora, accurrit pro manſueto Principe ſtans, pugnans, ac duriſſime eius vindicans iniurias, vt exinde videas Prælatorum manſuetudinem iram Dei contra infrunitos, & audentes ſubditos excitare, vt eorum opprimat audaciam, puniat exceſſus: & hoc ſtatim, quando ex manſuetudine proſpicit potius eos laturos, quam vindicaturos iniuriam. *Secundò* deducitur, manſuetudinem ni-
6. *Prælatorum manſuetudo ſæpe officit, nō prodeſt.* miam Prælatorum aliquando ampliùs obeſſe, quàm ſubditis prodeſſe: ſi non ſic mitis Moyſes, fortitan non ſic audaces fratres; at qui extra regulam, vt ſic dicam, mitis, & eos audaces fecit, & iram contra eos excitauit Dei; ne quid nimis ergo in tolerando ſint Prælati.

Secundò pondero, mandaſſe, vt ad Sanctua-
7. *Cur Deus ad tabernaculū reprehenſurus Mariā & Aaron eos iuſſit.* rium irent ipſi tantùm, *vos tantùm tres.* Cur non cum aliis? Sanè, quia homines, & perſonæ erant inſignes, non in publico eos reprehendere voluit, nec in loco communi, ſed ſecreto. Vnde iuſſit, vt in tabernaculum irent, vbi ipſe reſidebat: ad hoc vt ſi contra eos excandeſceret, nullus conſcius eſſet extraneus, & de plebe, eorum decori, & æſtimationi conſulens, vt ſupremis dominis exemplum præberet, quomodo inferiores miniſtri ſint reprehendendi.

Tertiò aduoto, quòd cùm ipſi fuiſſent tabernaculum ingreſſi, Dominus deſcendens, non intra tabernaculum, ſed in eius ſtetit limine;
8. *Eccleſiarum indemnitas quanta circumſpectione obſeruanda.* *ſtetit in introitu tabernaculi*, eos ad ſe aduocans, qui intus erant. Cuius rei myſterium, vt locum reſpectaret ſacrum, nam dum ſupplicium inferre decreuerat, noluit hoc, vt eſſet in ſacro loco, & interiori Eccleſia, vt ſic dicam, ſed forinſecus, miniſtris ſæcularibus, cæteriſque indicans, quanta circumſpectione, & reuerentia, debent loca inſpicere ſacra, quando in illis ſontes & pœna digni.

Quartò aduoto, deſcendiſſe, ſed inuolutum nube. Ad quid hoc? mea ſententia vt omnino eius iudicium celaretur cæteris, & inſuper, quia iraſcibilius noluit, vt & ipſimet reprehenſi in-

nim

9. *In reprehendendo Prælati modeſtiam obſeruent exteriorem.*

cum eam viderent, ſed tantùm reprehenſionem audirent: ex quibus forma Principibus, ac Prælatis datur, quanta circumſpectione vti debent, ne foras incompoſiti appareant, ne varij, ne vultu immutati. Vnde licèt ſeueriſſimè caſtigent, ſemper tamen extrinſecus vniformes, non excandeſcentiam, ſed grauitatem præſeferentes.

10. *Maria cur lepra infecta, non autem Aaron.*

Quintò tandem pondero, Mariam tantùm infectam, non Aaron, etſi vterque murmuraſſent: in quo loco communiter Doctores cauſam aſſignant reſpectum ad ſacerdotalem dignitatem; non enim conueniens æſtimauit, vt leproſus appareret Sacerdos, qui de lepra iudicaturus erat, & leproſum eſſe, qui extra commercium debebat eſſe, dum leproſus, contra Sacerdotis officium, qui ſemper in medio debet ſtare ſui gregis. Sic Theodoret. *quæſt.* 13. *in Num.* Abulenſ. *quæſt.* 64. & Oleaſter *in expoſit. litt.* Diuiniſſimus ergo Magiſter formam ſuperioribus maioribus gubernandi ſubditos præbens, ſolos cum illo in naui admiſit diſcipulos, vt liberiùs abſque arbitris eos increpare poſſet, eorum ſtudens honori, ac dignitati.

Theodor. Abulenſ. Oleaſt.

Origenes *vbi ſuprà*, eam aſſignat rationem, quia ij ſolùm ſtabiles erant in fide: *Non tantùm* (ait) *greſſus eius ſequentes, ſed magis ſanctitatem concomitantes.* In quo loco ſi conſideres trans ripam, non ſolùm per mare, ſed per terram etiam peruenire poſſe; attendes, quòd dum diſcipuli eum Magiſtro mare aſcendunt, etſi per terram iter arripere poſſent, ſanctorum hominum eſſe Chriſtum aſſociando non in delitiis, ſed in laboribus plurimis velle eſſe, etſi poſſent in delitiis. Vnde rectè Origenes ait, quòd non tantum greſſus ſequuti ſunt, quantum ſanctitatem imitari, dum ſi ipſe in mare, & in periculis, & ipſi etiam, in nullo ſe ab ipſis diuidere paſſi; quod equidem proprium verè eſt amantium. *Ruth* 1. *num.* 14. cùm à Noëmi reuerſa eſſet in terrã ſuam, & ad Deos lares, & ad terræ delitias Orpha vxor vnius filij, ſic Noëmi ad Ruth, *En reuerſa eſt cognata tua ad populum ſuum, & ad Deos ſuos, vade cum ea.* At quid iſta? *ne aduerſeris mihi* (ait) *vt relinquam te, & abeam; quocumque perrexeris pergam, & vbi morata fueris, & ego pariter morabor, populus tuus populus meus, & Deus tuus Deus meus; quæ te terra morientem ſuſceperit, in ea moriar, ibique locum accipiam ſepultura.* Antequam vltrà prodiar, expendo, quid tunc Noëmi? quod ſi attendas, inuenies mulierem plenam afflictionibus, doloribus, amaritudinibus, ſic vt dum populum ingrederetur ſuum, eamque ſuo nomine appellabant, ſic ad eos ipſa. *Ne vocetis me Noemi, id eſt, pulchram; ſed vocate me Mara, id eſt, amaram; quia amaritudine valdè repleuit me Omnipotens, egreſſa ſum plena, & vacuam reduxit me Dominus.* Quid

11. *Dei amici etſi poſſent in delitijs Chriſtum ſequi, non illud deberent velle.*

12. *Ruth amor in ſocrum expenditur.*

triſtius? ſeu qualis mulier ampliùs miſera? filiis orbata, marito priuata, ſumma pauperie repleta, & tamen cùm hoc eſſet, ſic conſtanter eam ſequi voluit Ruth, vt non ſolùm parentes, terram, domum, & omnia, quæ in ea, ſed quod maximum, & Deos proprios, propriamque ſepulturam reliquerit, vt ſocrum ſequeretur, ſic ardenter, ſic efficaciter, vt tribulationem ac vim dicat, impedimentum ab eius ſequela, & quòd non pariter cum illa tribularetur. Vnde ad illam, *ne aduerſeris mihi.* Vnde hoc? mentiar, niſi quia ob amorem, & voluntatem, paſſiones ſocri fruitiones ducebat, & mallet eſſe ſine vita, quàm ſine ſocru, & vbi ſocrus, non illa. Aduerſis non ſuccubuit (ait Petrus Damianus hunc expendens locum *lib.* 8. *epiſt.* 14. cuius cauſam infrà reddens ait; *quia fruebatur, quæ*

Damian.

13. *Amor dulces reddit tribulationes.*

patiebatur. Excellenter, quia fruebatur, quæ patiebatur; quod ſi cauſam fruitionis inquiris? Societas erat ſocrus, mallens pati cum illa, quàm frui ſine illa, etſi non Noëmi, ſed Mara, ſed Amara: da animam amantem, & ſciet, quæ dico; da Chriſtum diligentem, & videbis, quomodo mallet millies mori, quàm ſine doloribus, ſine paſſionibus Chriſti ſe reperire. Vnde vox illa euiſcerata Theresiæ, *aut pati, aut mori.* de qua te ſæpè diximus, & dicemus. Vnde non mirum, ſi Chriſtum mare aſcendentem diſcipuli ſequantur, marique ſe dent, etſi poſſent illum per terram proſequi.

Chryſoſtomus vnico tractatu ferè omnes complexus eſt rationes, ſic dicens. *Accepit autem diſcipulos ſecum, & in naui, vt ad vtraque eos erigeret, & ad hoc quod in periculis non ſtupeſcerent, moderata de ſe autument, vt enim non magna de ſe ſaperẽt, propter hoc quod alijs dimiſſis eos retinuerat, permittit eos fluctuari. Vbi enim miraculorum oſtenſio erat, plebem permittit adeſſe, vbi autem tentationum, & timorum arreptio, athletas orbis terrarum, quas excitaturus erat, hos ſolos aſſumit.* Si attentè Chryſoſtomi verba attendas, omnes ferè rationes, quibus ſuos tentari Dominus permiſerit, inuenies. *Prima*, vt eos animet, non ſolùm ad bona, ſed ad mala recipienda, vt non ſolùm ſciant abundare, ſed penuriam pati, vti Paulus ſanctiſſimus de ſe dicebat. *Secunda*, vt non proiecti, ac animo ſtupidi ſint in tentationibus, ſed ex conſuetudine, & aſſiduitate conflictionum, animati, ac erecti. *Tertia*, quòd ſi aliquando à Deo honorati, ſciant moderatè ſe habere, & non ſe extollant, dum ſe admiſſos, alios relictos, vident. Tandem, quia magiſtri aliorum futuri, neceſſarium, vt eos experiretur.

Chryſoſt.

14. *Tentationes cur ſuis Deus permittit efficaciſſima rationes.*

15. *Deus de ſuis experientiam ſumit an propter ipſum & alia quærant.*

At qua experientia? Sanè non ſolùm tribulationum, quæ per mare ſignificantur, ſed etiam affectionum, vt ſcilicet videat, an ſolum ipſum propter ipſum tantùm quærerent? an præter ipſum etiam alia? ideò ad mare ipſe initians eos ad mare aduocat; nam qui per mare nauigant, non ex mari bibunt, non ex mari viuunt, ſed aliunde cibum, & potum quærunt, quod in Bibliotheca Patrum notauit D. Macharius hom. 44. *Sicut qui ſunt in naui* (ait) *non bibunt ex mare, neque ex ea victum ſumunt, ſed aliunde important in nauem: hoc modo Chriſtianorum anima non à ſæculo iſto, ſed deſuper è cœlo, cibum cœleſtem capiat.* Egregiè! Animæ Chriſtianorum (ò vtinam omnes!) non à ſæculo, ſed deſuper cibum capiunt; quia Chriſti diſcipuli, eo vtuntur cibo, quo ille. Ioann. 4. n. 31. *Interea rogabant* (ait) *eum diſcipuli: Rabbi, manduca* At quid Dominus? *Ego cibum habeo manducare, quem vos neſcitis.* quod cùm non intellexiſſent, dicebant, *Nunquid attulit ei aliquis manducare?* quorum cogitationes cùm cognouiſſet Dominus, tunc eis apertè dicit: *meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius qui miſit me.* Aliqua priùs pondero. *Primum*, cur dictum, *interea rogabant diſcipuli.* quid ſignificat ly *interea?* Sanè tempus in quo Samaritana fuerat ad ciuitatem, vt ſcilicet manducaret antequam gens Samaritanorum veniret; cuius rationem ſi ex poſcis: *nam* (ait Origen. *tom.* 15. *in Ioann.*) *non enim coram aliquo aduena propinabant ſibi eſcas, ob hoc bene poſitum eſt* interea. Egregium documentum religioſis viris, vt ſi poſſibile, nec comedere, nec bibere, nec dormire, nec refectionem ſumant coram ſæcularibus, ſi velint apud eos non vt homines haberi. Quid vis vt dicam; ſic mundani non vellent perfecti, vt nec comedere, nec bibere, nec dormire nobis liceat abſque eorum ſcandalo,

16. *Quanta circumſpectione coram ſæcularibus etiam vitæ neceſſaria ſumenda.*

Origen.

T 4. reputan

reputantes nos iam in ſpiritum redactos ſine carne exiſtere, & dum ipſi ſe ingurgitant, quod religioſus comedat, excandeſcunt. Quid ergo, vt eos lucremur? Coram eis nec edere, ſi poſſibile, nec bibere.

Secundò pondero ly *quem vos neſcitis*, ſi illico ſuum erat panſurus cibum, cur modò non dicit, ſed eos ſuſpendit, & ad quæſtionem mouet? Ad

Chryſoſt.
17.
Deus cur citò aliquando orationes non exaudit.

rem Chryſoſt. *Vt incipientes quærere, quod dicitur, & laborantes eum ampliori ſuſcipiant deſiderio.* En amice ratio, cur Deus citò aliquando non exaudit, citò non pandit voluntatem, vt tu in deſiderio creſcas, & creſcendo ad ampliora aptior fias beneficia.

Tertiò tandem pondero Dei filij cibum, non terrenum, ſed cœleſtem, non hominis terreni, ſed Patris cœleſtis. *Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius, qui miſit me.* In quem locum Origenes, vbi ſuprà.

Origen.
18.
Chriſti cibus voluntas patris, & cur.

Idoneus cibus filio Dei, cùm actor paternæ voluntatis efficitur, hoc velle in ſemetipſo poteſtatem, quod erat in Patre. Nil meliùs! in mari, in hoc mundo erat Chriſtus: at ad quid? Sanè *vt actor paternæ voluntatis exiſteret*, miſſus ad Dei voluntatem adimplendam. Quid ergo, nunquid hoc poſito alius eſſe poterat eius cibus, alius potus? nil minus; quia idoneus eius cibus eſt velle in ſemetipſo, quod Pater volebat, eiuſque ſuſtentari voluntate. Applica hoc ad praxim, quam

19.
Perfectorum cibus in hac vita qualis deberet eſſe.

obſeruare debent, qui veri filij Dei, qui ſpirituales, qui in mare huius mundi, attamen Chriſti diſcipuli, & videbis, quàm aptè eis doctrina quadret Macharij; partes, ſcilicet, eorum eſſe, vt etſi in mari, non tamen de mare viuere, & Chriſtum in mare quærere abſolutè propter ipſum. Si rationem expoſcis; quia ad hoc nati, vt actores ſint paternæ voluntatis, quæ nulla alia, niſi plena filij dilectiſſimi ſequela, ac amor. nam, vt bene Gilibertus ſerm. 4. in Cant. *Solus ipſe requies eſt amanti, & refectio, qui finis eſt omnium.*

Gilibert.
20.
Chriſtus amantis requies.

Et ecce motus magnus factus eſt. Lucas ſic habet: *Et nauigantibus illis obdormiuit, & deſcendit procella venti in ſtagnum, & compellebantur, & periclitabantur.* Marc. ait, *Facta eſt procella magna venti, & fluctus mittebat in nauim, ita vt impleretur nauis.*

21.
Procella ex imperio Dei excitata.
Salmeron.

Quæ omnia ſi conſideres, non caſu, aut ordine naturali fuiſſe tempeſtatem ortam, ſed Dei imperio attendes. Nam, vt bene aduertit Salmeron, procella deſcendi dicitur, non aſcendi. nam ſi naturalis, potiùs quòd aſcendit, quàm quòd deſcendit debebat dici, cùm ventus genitus ſub aquis deſuper aſcendens procellam, ſiue ventum cauſat: at dum è contrario dicitur, ſcilicet, quòd *deſcendit*; ſignum eſt ex Chriſti voluntate, ſeu permiſſione illud factum. Vnde Origenes hom. 6. in hunc locum: *Illa tempeſtas* (ait) *non ex ſe orta eſt, ſed poteſtati paruit imperantis eius, qui educit ventos de theſauris ſuis.* Hoc autem, etſi verum; tamen, vt benè Salmer. poſſibile, vt permittente Domino ſuſcitata ſit à dæmone, quod notandum propter dicenda. Attamen primam ſententiam tenet Gloſſ. Ordin. Beda probabilem æſtimat, Carthuſianus, & Abulenſis plurimique moderni.

Gloſſ. Ord.
Beda.
Carthuſ.
Abulenſ.

At quorum excitata eſt tempeſtas, & magna?

22.
Tempeſtas quare excitata var. à ſanctorum Patrum rationes.

Prima ratio oſtendit, vt diſcipuli magis timerent, vt ſic ſuam neceſſitatem cognoſcerent, & ad Chriſtum maiori deſiderio accederent ſuæ ſalutis. Vnde Gloſſa Ordinaria, *vt diſcipuli magis timerent, & rogarent; & rogantibus oſtendat potentiam.* Hinc non ſolùm excitata tempeſtas, ſed magna: quod etiam dixit Origenes vbi ſuprà. *Facta eſt tempeſtas magna* (ait) *& non puſilla, vt magnum opus, & non puſillum oſtenderetur, quantóque fluctus nauiculam magis irruebant, tanto magis timor diſcipulos conculcabat, vt plus deſiderent ad liberandum ſe mirabilia Saluatoris.* Ex qua doctrina argumentum habes, quare

23.
Impoſſibile dum in hac vita ſumus vt non in bellis ſimus, quamuis vltimum perfectionis adepti gradum.

in ſuis, non ſolùm labores, ſed magnos Deus excitat, vt ſcilicet ad eum fortius, & amplius recurrant. Ex quo facto dum conſideras hanc tempeſtatem à Chriſto excitatam, vnum intelliges, & ſatis neceſſarium, impoſſibile, dum in hac vita ſumus, & quantalibet polleamus ſanctitate, vt in tempeſtate non viuamus. nam quando bene ſedatis paſſionibus, & virtutibus acquiſitis perfecti animi, vt dicitur, & omnino deuicto, ac fugato diabolo, nil ſuperſit interiùs, exteriúſque, quod nos turbare poſſit, ipſe Dei amor in hac vita, otioſus eſſe neſciens, bella excitabit amoris, fluctus, ac tempeſtates amantium, abſentiæ, deſiderij, ac amati moræ, & impatientiæ, ſic vt in continuis, ac agitatis amoris ardentibus æſtibus, penè anima abſorbeatur: vnde coacta clamabit, *Domine, ſalua nos, perimus?* ſeu, vt Marcus ait, *Magiſter non ad te pertinet, quia perimus?* Dolentes, querulantes, ac veluti de ſomno ſponſi pereontes quod totum, vt ad eum recurramus fit, & vt ex maiori deſiderio maius capiamus emolumentum.

Chryſoſt.
24.
Beneficiorum Dei propria experientia edocti, quorum accenduntur amplius quidem quàm aliena ea perſpicimus.

Chryſoſtomus excellentiſſimam dat rationem, vt ſcilicet propria experientia, non aliena, beneficia experirentur Chriſti. Vnde ait, *Quia enim viderant alios Chriſti beneficia accepiſſe, & dum non ſimiliter aliquis æſtimat, quæ in alienis corporibus fiunt, & quæ in ſe ipſo, oportuit per familiarem ſenſum hos potiri beneficijs Chriſti, & ideò voluit hanc fieri tempeſtatem, vt per liberationem manifeſtiorem accipiant beneficij ſenſum.* Sanè perquam magiſtraliter! Ex alienis miraculis, beneficijs, ac portentis, Dei maieſtatem, ac amorem cognoſcimus, ac proinde ad eum amandum inſurgimus; at quando ex proprijs experientiis, non inſurgimus, ſed impellimur, ac vim patimur. Hinc in ærumnas, & in plurimas anguſtias, nos incurrere ſinit, vt propria, non aliena experientia, edocti ad ampliùs eum amandum impellamur, amplioraque ſemper ab illo ſperemus. 2. ad Corinth. 1. num. 8. *Non enim volumus ignorare vos fratres de tribulatione noſtra, quæ facta eſt in Aſia, quoniam ſupra modum grauati ſumus, ſupra virtutem, ita vt tæderet nos etiam viuere.* En qualis tempeſtas! plus quàm hæc diſcipulorum. nam iſti, etſi tribulabantur, tamen viuere appetebant, at Paulus & in tædio ipſam habebat vitam, in tantis ſe, in tantis Dei Eccleſiam videbat tribulationibus: at cur hoc illi Deus permiſit, vt vſque ad tædium vitæ, & mortis deſiderium veniret? Sanè vt propria experientia edoctus per liberationem ſciret, non ſolùm Deum potentem eum eripere ab illa tribulatione, ſed ab ipſa morte, ſi neceſſe ipſum iterum reſuſcitare, vt ampliorem de eo concipiens ſpem, ampliùs in eum fidens, fortiùs in eius amore radicaretur: vnde ſequens ait, *ſed ipſi reſponſum mortis habuimus.* Quale hoc fuit? nunquid quia moreretur, vt Tobias putauit? nil minus; ſed vt non ſibi fideret, ſed in Deo, qui mortuos reſuſcitat. Vnde ſequitur, *vt non ſimus fidentes in nobis, ſed in Deo, qui reſuſcitat mortuos.* At quid poſtea ex hac concepta ſpe? Sanè ereptionem, & ex propria experientia animatus, non

25.
Paulus quantum profecit ex tribulatione & experientia propria beneficiorum Dei.

ſolùm præſentem, ſed futuram ſperauit liberationem. Vnde ait, *Qui de tantis periculis nos eripuit, & eruit, in quem ſperamus, quoniam adhuc & eruet.* En fructus propriæ experientiæ. Tædebat Paulum viuere à tribulatione oppreſſus, ex tribulatione

nunc

nunc ſic euaſit animatus, vt non ſolùm non tæderet viuere, ſed deſideraret vitam, ſperans ſimiliter liberari. Vnde Paulo ſic languido talis ſpes, talis animus? Sanè ex propria experientia beneficiorum, & Chriſti gratiarum. Hinc rectè Chryſoſtomus *vbi ſuprà*, hanc Apoſtolorum tempeſtatem typum appellat futurarum. *Erat autem* (ait) *hæc turbatio typus futurarum tentationum, de quibus Paulus dicit, quoniam grauati ſumus ſupra modum.*

26\. Eoimverò pergebat Iacob ad Patrem *Gen. 32. num. 3.* miſitque nuntios ad Eſau fratrem ſuum, qui reuertentes dixerunt ad eum, num. 6. *Venimus ad Eſau fratrem tuum, & ecce properat tibi in occurſum cum quadringentis viris.* Quod audiens Iacob ſic animo eſt proſternatus, vt iam ſe mortuum vxores, & filios diceret. Vnde ad Deum num. 11. *Erue me de manu fratris mei Eſau; quia valde eum timeo: ne fortè veniens percutiat matrem cum filijs.* En Iacob ex timore penè exanimatus: at ſine paulisper, & videbis eum ſic fortem, vt ſocios, & milites itineris ei fratre offerente, qui eum cuſtodirent repudiauit, cap. 33. num. 15. *Oro te* (ait Eſau) *vt de populo, qui mecum eſt, ſaltem ſocij remaneant via tua.* At quid Iacob, *Non eſt neceſſe.* Vnde nunc tantus Iacob valor, & animus, vt milites recuſet? Sanè ex propria experientia liberans eum Deus ab ira fratris. Si timorem mortalem, vt ſic dicam, non expertus eſſet; vnde ei talis animus, talis fiducia, talis lætitia, iam ampliùs nullum timens? Certè nil horum expertus eſſet; vnde non ſic in Deum poſtea fidiſſet, nec ſic ardenter eum dilexiſſet, licèt mirabilia sciſſet, quæ Deus cum patre Iſaac operatus fuerat: at propria experientia de Dei beneficentia edoctus, ſic animatus euaſit, vt dum priùs fratrem timebat, poſtea nec milites in itineris ſui comites, & cuſtodes admittere voluit: quòd ſi rationem exposcis; quia vt ipſe ad fratrem, *hoc vno tantum indigeo, vt inueniam gratiam in conſpectu tuo, Domine mi.* Placato fratre iam am-

Quantum & Iacob.

27\. plius nihil timebat, nec alienis, & extraneis indigebat auxiliis. O quàm benè hoc animæ ſanctæ ſciunt propria experientia animatæ, dum ſæpè à Deo liberatæ ex infinitis anguſtiis, & preſſuris; certè ſic fortes, & in Deo fidentes euadunt, vt omnibus creatis auxiliis repudiatis, in ſolo Deo ſpem reponant, ipſum totam ſuam dicentes ſufficientiam, non ſecus ac Iacob fratris gratiam. Quid ergo, nonne ſic euenit Apoſtolis? Sane quidem. Vnde vox illa, *omnia poſſum in eo, qui me confortat.* Hinc aptè Chryſoſtomus inquit, ob hoc Chriſtum tempeſtatem permiſiſſe, vt propria experientia Dei beneficentiam edocti Apoſtoli, ampliùs deinde in ipſum fiderent.

Anima ſancta cum ſolo Deo viuunt, nil amplius indigere reputantes.

Beda.

Beda ait, concitatam tempeſtatem, quia Iudas

28\. in nauicula; ſic Luc. 8. *Diſcipuli* (inquit) *Domini cum illo nauem aſcendunt, mare adeunt; ſed quia inter erat & Iudas, & Dominus in puppi, quæ ſedes erat gubernationis; dormiſſe, & ventus, pontuſque deforis ſæuiſſe perhibentur.* Duo ex hac ſententia ſumere potes excellentiſſima documenta. *Primum* quan-

Tempeſtas excitata quia Iudas in naui.

29\. tum bonis inficiat malorum ſocietas, etſi vnus tantùm ſit. En vndecim periclitantur ſanctiſſimi, & ſic periclitantur, vt vſque ad portas mortis deueniant, & nauicula penè à fluctibus abſorbeatur, plus potens vnius malitia ad perdendum, quàm tantorum bonitas ad conſeruandum. Quantum Dei ſeruus fuerit Ioſaphat rex Iſraël, nemo eſt, qui ignoret; quanta mirabilia pro eo Deus operatus ſit, ſatis in Regum hiſtoria patet. Vnde etſi vndique inimicis circumdatus, tamen ait Scri-

Malorum ſocietas quantum bonis officiat.

ptura 2. *Paral. cap. 20. num. 30.* quòd *quieuit regnum Ioſaphat, & præbuit ei Deus pacem per circuitum.* Attamen cum hoc, etſi Dei amicus; tamen mit- 30.
tens naues in Tharſim ad aurum aſportandum, omnes à mare abſorptæ. Vnde, aut ex quo tanta excitata tempeſtas, vt Rex ſanctus omnia opera ſua amitteret? Sanè, quia ſe coniunxerat cum Ochozia Rege Iſraël impio, & naues ſuas nauigare fecerat cum nauibus Ochoziæ. Hinc ſocietas illius impij plus potuit ad perdendum, quàm ſanctus Ioſaphat ad conſeruandum. Do tibi authoritatem omni exceptione maiorem, Eliezeris nempè Prophetæ, qui accedens ad Ioſaphat, ſic ex nomine Domini, *Quia habuiſti fœdus cum Ochozia* (ſigna verbum) *percuſſit Dominus opera tua, contritaque ſunt naues, nec potuerunt ire in Tharſis.* En quàm potens vnius mali, & Dei inimici malitia, vt ad iſtam Deus reſpiciens aliquando plus potens inueniatur cum illa ad perdendum, quàm ſanctitas multorum ad conſeruandum. Quæ do- 31.
ctrina ſi ad rationem politicam, & ſtatus adaptare velis, optimè potes, & inde eruere, quàm contra eam conſulant Politici, quando ob illa fœdera conſulunt cum hæreticis, maliſque hominibus de Deo non fidentes, in peccatoribus ſpem reponentes, rationibus tantùm humanis ducti, nulla ſupernaturali, vt par eſt viris Catholicis. Quid ex his fœderibus? vt percutiens Deus eorum opera ad finem intentum non pertingant. En Ioſaphat, quia ex amicitia potentis regis Iſraël putabat ſecuriùs ſuas naues nauigare poſſe, cum illis eas iunxit Dei oblitus: at quid? iratus Deus opera eius percuſſit, & naues contriuit. Idem Deus nunc, qui tunc, & videmus, & experimur, & tamen cæci manemus. Quid ergo miramur, ſi omnia peſſum eant? Hinc non mirandum, ſi talis, ac tanta tempeſtas orta ſit in mari, etſi Apoſtoli ſanctiſſimi, quia Iudas cum eis. Vnde Ambroſius *in cap. 5. Lucæ*, ſic ait expendens illa verba Domini ad Petrum, *Duc in altum.* Ex quibus magnam piſcium copiam concluſerunt: adnotat enim in illa naui tantùm Petrum extitiſſe ſine Iuda, licèt cum ſociis. Vnde hoc attendens affirmanſque, ideò Petrum non periclitaſſe, quia ſine Iuda; at nunc quia cum Iuda, penè fuiſſe abſorptum, ait. *Non turbatur nauis quæ Petrum habet; turbatur illa, quæ Iudam habet, etſi multa illic diſcipulorum merita nauigabant, tamen eam adhuc perfidia proditoris agitabat: in vtraque Petrus, ſed qui ſuis meritis firmus eſt, turbatur alienis.* Maxima diſcipulorum merita vna perfidi hominis nequitia turbabat, vt diſcas, quàm nociua ſit, vnius tantum perfidi ſocietas, vt plus hæc valeat ad perdendum, quàm magna Sanctorum merita ad conſeruandum.

Naues Ioſaphat à mare abſorptæ quia eas cum illis Ochozia impij iunxit.

Cum hæreticis fœdera deteſtanda etiam ob ſtatus rationem.

Ambroſ.

Secundum autem documentum eſt: vnde tam 32.
potens vnius mali perfidia inter tantos bonos? Sanè, quia, vt ait Beda, gubernator nauis dormiebat. *Dominus, qui erat in puppi, quæ ſedes erat gubernatoris, dormiebat.* En vnica ratio totius damni, 33.
vnius tanti peccatoris in vna communitate ſuperioris ſomnus, & oſcitantia. Infrà *cap. 13. num. 25.* de illo, qui bonum ſemen ſeminauit in agro ſuo, dicit, quòd *venit inimicus eius, & ſuperſeminauit zizaniam in medio tritici.* At quando hoc? *Cùm autem dormirent homines.* Iuratem ego ſuperioribus dormientibus, quòd vnus ſit ſufficiens, vt zizaniam ſeminet in medio tritici. *Dicit autem* (ait Auguſtinus *in lib. qq. in Matth cap. 11. tom. 4*) *cùm dormirent homines; quia cùm negligentius agerent præpoſiti Eccleſiæ, venit diabolus, & ſuperſeminauit.* Non ſuperſeminaſſet,

Superiorum dormitantia rempublicam deſtruit.

Vnus malus tantum in republica poſſe, vt eam deſtruat.

Auguſt.

minaſſet, niſi agricolæ dormiſſent: ipſi dormie-
runt, quid malum, vt vnus tantùm impleret triti-
cum zizaniis. Dormiuit Noë *Gen. 9. num. 21.* quid
ex hoc ſomno? frontoſitas, & malitia Cham ſic
peruerſa, vt ad ſe attrahere vellet & fratrum bo-
nitatem, procurans ſimilem zizaniam inter ipſos,
& patrem ſeminare. Vnde illi tanta audacia, vt ad
fratres iret, & nuditatem nuntiaret patris? Sanè
ex ſomno: Noë dormiebat; quid ergo multum,
vt quodlibet malum peruerſus filius in domo pa-
tris audeat. Enimverò *4. Reg. 4. num. 5.* Rechab, &
Baana ingreſſi domum Iſboſeth eum occiderunt.
At quomodo hoc efficere potuerunt? Sanè, quia
oſtiaria domus purgans triticum obdormiuit. At cur
hæc obdormiuit, & ſic profundè, vt poſſent iſti
introire, & Dominum domus occidere? Sanè,
quia iſte priùs obdormiuit: *Ingreſſi ſunt feruente
die domum Isboſeth, qui dormiebat ſuper ſtratum ſuum.*
Dominus domus dormit, dormiet & oſtiaria; hæc
dormiente licèt non ſint ampliùs, quàm duo tan-
tùm, ſufficient peſſundare domum, & ipſum occi-
dere Dominum. Si ergo ſuperior negligens eſt, ſi
dormit, & non vigilat, intus autem exiſtit Iudas
peſſimus, quid mirum, etſi vnus, quòd totam
domum conturbet, & tempeſtatem excitans na-
uem veluti abſorbeat.

Ipſe verò dormiebat. Marc. 4. *& erat* (ait) *ipſe in*
Euthym. *puppi ſuper ceruical dormiens.* Euthymius, & Theo-
Theophyl. phylactus, tale ceruical ex ligno in ipſa puppi
34 fuiſſe fabricatum exiſtimat, quod vſu euenire ſolet
Christi ceruical ligneũ extitit. in nauibus, & ſcaphis, ad hoc vt ſupra illud, & la-
neum reponentes, ſufficienter ſtet caput eleua-
tum, quod ego aliquando nauigans obſeruaui: hoc
dixerim, ne inſolitum dictum horum authorum
Barrad. videatur alicui, vt Barradæ: & mea ſententia at-
35. tenta diſcipolorum paupertate, & incuria Chriſti,
Eius de bonis temporalibus incuria quanta. nihil de ſuo curantis commodo, probabilius vide-
tur ceruical fuiſſe ligneum, & ob hoc ab Euan-
geliſta Marco adnotatum, tanquam quid mirum,
quòd talis ac tantus Dominus ſic viliter, ac ab-
iectè ſe tractaret, vt indigens ſomno, prout ſolent
homines vilis ſortis, ſuper ceruical ligneum ſe
proiecerit, nihil de ſuo commodo curans. Vnde
Theophylactus: *ſuper ceruical dormit, quod in naui
erat, nimirum ligneum.* Ex quo & paupertatem
Chriſti habes, quam imiteris, & eius incuriam
circa corporales commoditates, vt confundaris,
quando tu noctes, dieſque aſpicis in illis procu-
36. randis conſumere. Enimverò Ioan. 4. num. 6. *Fati-*
Christus cur fatigatus ſedebat ſupra fontem ſic, & quid ly ſic. *gatus ex itinere* (Dominus) *ſedebat ſic ſupra fontem.*
Vnde fatigatus? *quia non ſubiugalibus vtebatur*, ait
Chryſoſtomus *hom. 30. in Ioan.* At cur dicitur, *ſede-
debat ſic? quid ſic? quaſi diceret* (ait idem) *non in thro-
no, aut puluinari, ſed ſimpliciter, vt contingebat ſuper
terram.* Sic nunc ſuper ceruical ſe proiecit fatiga-
tus ex die externo, & ſuper ceruical ligneum, vt
Chryſoſt. illud inuenit: *Erudiens nos* (vt ait Chryſoſt. vbi
37. ſuprà) *ita à ſuperfluis alienos eſſe, vt multa neceſſaria*
Neceſſaria derelinquenda ſi à ſuperfluis abſtinere volumus. *abſcindamus à nobis.* Magiſtraliter! Vis ſuperfluis
non vti, abſcinde neceſſaria. nam ſic Chriſtus. Non
erat ſuperfluum puluinar laneum, immo neceſſa-
rium, illud tamen dimiſit, vt te ſuperfluis carere
doceret, & aſſumpſit ligneum. At ſi cum aliis, &
ceruical laneum facere velis, optima eſt obſerua-
Salmeron. tio Salmeronis, in hoc præbuiſſe exemplum *in-*
38. *firmis, ſicut in aſperitate fortibus.* nam ſi ligneum
Infirmi vt ſe in infirmitatibus gerere debent ne contriſtentur. fortes inſtruit; at ſi laneum infirmos, vt cum gra-
tiarum actione ſuſcipiant neceſſaria ad ſuſtentan-
dam naturam blandimenta, non ſe affligentes, ſi
auſteram, ac aſperam aliorum vitam exequi non

poſſint: nam ſi hanc in deſiderio habeant vere,
& non ficto, & ex imbecillitate virium coguntur
non ſic aſperè ſe tractare, ſed cum indulgentia, ex
humilitate ſupplere poſſunt, quod ex pœnitentia;
immo aliquando ex dolore ſuæ infirmitatis, ac
imbecillitatis ampliùs mereri, quàm ſi grauiſſi-
mam agerent pœnitentiam.

Cauſæ autem ſomni, *prima*, vt hominem ſe 39.
oſtenderet ſomno indigens: anima enim noſtra *Cur Chriſtus dormiuit.*
ex ſe infatigabilis eſt, & ſemper intra ſe operatur,
vnde occupata circa excellentes operationes in- 40.
tellectus, & ſenſus, cùm virtutis ſit limitatæ, re- *Somni neceſſitas vnde.*
miſsè incumbit nutritioni, & vegetationi. Quid
ex hoc? Sanè vt animal, & animalis potentia defa-
tigetur, & reſoluatur. Quid ergo? neceſſarius
fuit ſomnus, vt quieſcentibus potentiis animali-
bus vigeſcerent naturales, & intenderentur, vt ſic
reparata potentia animali iterum apta fieret ad
labores. Hinc Chriſtus hunc ordinem ſequens,
licèt illum ad libitum moderare poſſet, etſi vellet
ſemper vigilare; tamen nunc, vt hominem ſe
oſtenderet, voluit dormire. In quo loco egregiè
adnotat D. Thomas, ſemper Chriſtum inter ſigna, S. Thom.
quæ diuinitatis, miſcuiſſe, quæ humanitatis, vt 41.
ſemper nec ſolus Deus, nec ſolus homo, ſed homo *Chriſtus ſemper ſigna diuinitatis cum humanitatis ſignis iunxit, & cur.*
Deus crederetur. *Sic enim erat in omnibus* (ait San-
ctus) *vt vbi volebat oſtendere diuinitatem, ſemper
oſtendebat aliquid humanitatis.* Ad exemplum no-
ſtrum, vt in omnibus actionibus præclaris, ac
officiis honorificis, admiſceamus ſemper aliquid
humilitatis. At cur non timuit talem infirmitatem
oſtendere, vt ſomno indigeret homo diuinus? Ad
rem Theodoretus *hom. 2. de natiuitat.* habita in Theodor.
Concil. VI. Epheſ. cap. 16. *Quia Deus nihil ignomi-* 42.
nioſum ducit, quod humanam ſalutem conciliare natum *Chriſtus cur non timuit infirmitatem oſtendere.*
eſt. Hinc, vt apud Iſaiam cap. 28 num. 21. *Vt faciat
opus ſuum alienum opus eius, vt operetur opus ſuum,
peregrinum opus eius ab eo.* Quid hoc? Sanè quod
dicebamus, vt hominem redimeret opus alienum
aſſumpſit. Quid ampliùs à Deo alienum, quàm
carnem ſumere, & vt redemptionem perficeret,
opus ab eo peregrinum aſſumpſit. nam quid am-
plius à Deo peregrinum, quàm infirmitates pati
humanas, cibo indigere, ac ſomno? tamen hoc non
indignum æſtimauit, vt ad opus perueniret, ad
quod venerat; cùm altiſſimæ mentis ſit, non de-
trectare abiectionem ad impletionem proprij
muneris neceſſariam. Dormiuit ergo, quia fati-
gatus ſomno indigebat, vt homo: quæ cauſa
litteralis.

At quæ moralis? S. Chryſoſtomus: *nam ſi vigi-* 43.
lante ea facta fuiſſet tempeſtas, vel non timuiſſent, vel *Cur in tribulationibus dormire videatur noſtris.*
*non rogaſſent, vel neque poſſe ipſum tale aliquid facere
crederent.* Tria obſeruatu digna ad ſciendum,
quare in magnis tribulationibus Chriſtus nobis
dormire videatur, diu auxilium non videtur
præſtare, ac noſtri obliuiſci. nam ipſo vigilante
vbi timor? & vbi non eſt timor, ſuperba adeſt
fiducia ad caſum prona. At ſi Chriſtus vigilat, ad
quid orandum, cùm ipſi cura eſt de nobis? At vbi
non eſt oratio, non eſt calor amoris, non eſt au-
gmentum charitatis. Tandem ſi ipſo præſente,
& vidente tempeſtas inſurgeret, profectò crede-
rent ipſum impotentem ad eam ſedandam, nec
fidem in ipſum haberent: ergo vt hæc omnia ad-
ſint, nempè humilitas ex timore, oratio ex dormi-
tione, fides ex miraculo, dormiat Dominus. Quod
totum vſu euenire animabus ſanctis in ſuis tem-
peſtatibus optimè adnotat Ianſenius, cuius accipe Ianſen.
verba. *Tempeſtatem* (ait) *immiſit ſuam, neque hoc*
contentus

contentus operiri etiam fluctibus nauim, atque impleri aqua ſinit: ad hæc, ſummè periclitantes negligere viſus eſt. Sic ſanè probantur Sancti, vt non ſolùm ſupra quam videantur ſibi ferre poſſe, affligantur; ſed ſimul ita Deus erga illos ſe exhibet, etiam cùm actum de eis iam videtur, vt nullam eorum rationem habere exiſtimetur: at non ſinit Spiritus ſanctus tunc Sanctos deſpondere animum, vtcumque omnia videantur deplorata, ſicut & Apoſtoli animum non deſponderunt, licèt nil certius morte haberent, ſed Dominum implorarunt. At quorſum hæc omnia Deus permittit ſanctis ſuis? *Vt quoties periclitamur* (ſequens ait idem) *& Chriſtus nobis dormire videtur, vellicemus eum pijs precibus, ac expergefaciamus aſſidua interpellatione, & Dominum agnoſcamus meliùs, & de nobiſmetipſis ſentiamus modeſtiùs, & de Dei erga nos bonitate auguſtiùs.*

44. *Dei finis in tribulationibus immittendis.*

Hæc vltima ponderanda, in quibus, mea ſententia, omnis tribulationum finis includitur. nam aut illæ immittuntur ad ampliorem noſtri, & Dei cognitionem; dum ex debilitate noſtra, & Dei auxilio, ampliùs in noſtram, & Dei aſſurgimus cognitionem, aut vt ex Dei fauoribus non ſuperbi modeſtè ſentiamus de nobis, iuxta illud Pauli: *ne magnitudo reuelationum extollat me.* In qua re, vt interim hoc dicam, illud mihi certiſſimè perſuaſum habeo,

45. *Chriſtus nunquam ſe ab animabus ſanctis abſcōderet, ſi prorſus omnem abijceret timorem humanæ ſuperbiæ.*

vt ſi à Chriſto Domino noſtro omnis timor prorſus tolleretur noſtræ ſuperbiæ, ſic vt ex eius fauoribus, & gratiis, ac familiari tractu, pro certo ſciret naturam noſtram in ſuperbiam non lapſuram, ſed prorſus ampliùs humilia in illum omnem gloriam refuſuram; talis eius eſt amor erga Sanctos ſuos, tam vehemens, talis eius infinita propenſio ad ſe eis communicandum, & cum eis conuerſandum, vt ſecum diſceptans, tam potens inueniretur, vt ſic dicam, vt ſe ab animabus ſanctis elongaret, & tandem vt per inſtans ſine actuali, vt nunc in cœlis, eius aſſiſtentia ſenſibili hic permanerent. at quia iuxta prouidentiam ordinariam miracula non operans, moraliter quaſi hoc videtur impoſſibile; ideo hoc timens ſe ab animabus abſcondit, ſiccitates cauſat, tentationes permittit, & tempeſtates ſæuas excitat: tandem parcus diuinis conſolationibus, liberalis reperitur in tribulationibus, ad hoc vt ſecuriſſimè incedentes vitam lucremur æternam. Tandem tentationes permittit, vt ex earum ereptione auguſtiùs de illo ſentiamus, dum propria experientia eius in nobis experimur magnificentiam, ac potentiam.

Origen.

46. *Chriſti ſomnus noſtrum emolumentū.*

Origenes *hom. 6. ex diuerſ.* ponderans hunc Chriſti ſomnum, affirmat dormiſſe, vt ex hac humanitatis fragilitate ſomnum à nobis eriperet, & vigilantes efficeret. *Eſt autem* (ait) *res mirabilis, & ſtupenda, vt is, qui nunquam dormit, neque dormitat, dormire dicatur: dormiebat corpore, ſed vigilabat animo; corpore,* inquam, *dormiebat, vt Apoſtolos faceret vigilare, & ne omnes nos vnquam animo dormiamus.* Pulchra obſeruatio! noſtras tulit infirmitates, vt ſuas nobis tribueret valetudines; dormit, vt infirmus, vt nos non dormiamus ex ſua infirmitate fortes: vnde ſi dormit, vigilat in noſtram ſalutem, etſi ſecretò. Quis enim crederet, vt

47. *Tūc amplius noſtro bono inuigilat.*

quando amplius procella ſæuiebat, quando mare abſorbebat nauiculam, quando venti eam diſtrahebant, tunc ea ſomno Chriſti ampliùs cuſtodita? nam quid aliud Chriſti ſomnus, niſi ſecreta Dei virtus à noſtris oculis abſconſa nos cuſtodiens, præſeruans, poteſtatem diabolo limitans, terminos ei conſtituens, ne vltrà tranſeat.

Enimverò *Luc. 8. n. 28.* ad Ieſum occurrit dæmoniacus, & non quidem recens, ſed *temporibus multis.* Cuius dæmonium ſic ſæuum, vt non ſolùm eum nudum tenebat, ſed extra domum *in monumentis.* Vnde ſi parentes, aut alij ex miſericordia eum veſtientes domum reducebant, & ne extrà iret, catenis vinciebant, omnibus abruptis iterum in deſertum ducebatur, & in monumentis ſepeliebatur; *& ruptis vinculis agebatur à dæmonio in deſerta.* Si totum hoc conſideres, nil aliud inuenies, niſi feritatem huius dæmonis contra hominem talem, ac tantam, vt ſuperbè ad Ieſum. *Quid mihi, & tibi eſt Ieſu fili Dei altiſſimi, obſecro te, ne me torqueas.* In quibus verbis audaciam, & timorem conſiderat Cyrillus: audaciam, dum confitendo illum Dei filium, audet tamen, & dicit, *Quid mihi, & tibi.* nam, vt benè Sanctus, 48.

quis Principum terrenorum omnino ſuſtinebit à barbaris laceſſiri ſuo ſubiectos imperio? Et tamen audet. Vnde? Sanè ex ſanie, ex rabie contra hominem. Hinc timens ait, *obſecro te, ne me torqueas.* Quid enim illi Chriſtus agebat, vt ſe torqueri dicat infelix? *Præcipiebat enim vt exiret ab homine.* En tormentum, vt hominem deſineret torquere, & liberationem hominis tormentum ſuum dicebat. Vah quanta furor! quanta rabies! quantum deſiderium nocendi, quod cùm eſſet, & à multo tempore illum poſſidebat, cur eum in præcipitium non impulit? Cur membratim non diuiſit? Cur ferro non occidit? Cur tandem in monumentis eum non ſepeliuit? Ad rem Baſil. Seleuc. orat. 8. Baſil. Seleuc.

Dæmonum odium contra homines quantum.

Occultiore virtute ſtetit (diuina nempe) *extititque contra excitatas à dæmonibus procellas in ipſis etiam ſupplicijs cuſtoditus.* Sanè egregiè! non defuit voluntas dæmoni illum perdendi, non defuerunt vires, ſed defuit poteſtas. Vnde ſi homines eum contra dæmonem retinere, & auxiliari non potuerunt, ex quo omni auxilio deſtitutus inter mortuos computabatur; non ſic tamen. nam ſecreta, & inuiſa Dei virtute ligatus dæmon in ipſis ſupplicijs eum cuſtodiebat, licèt derelictus videbatur, & quaſi dormiens Dominus ad eius ſalutem. En nunc putabantur Apoſtoli derelicti, dum à mare abſorbebantur, & Dominus dormiebat, at nunquam ſic ampliùs cuſtoditi. nam talis ſomnus cauſa erat eorum vigiliæ, vt experrecti ſtantes, de ſuaque ſalute ſolliciti ad Dominum accurrerent. Crede mihi amice; numquam ſic Chriſtus pro te vigilat, ac quando laboribus preſſus, anguſtiatus, afflictus, penéque abſorptus videris, & tamen ipſe dormit, ſecreta ſua prouidentia illud auxilium negans, quòd te eripiat, non illud, quòd te à peccato cuſtodiat. Cur ergo non deſperas? & ſuffocaris? cur ad Deum clamas? cur etſi tentatus, & infernalibus luxuriæ incendiis aliquando ardens, tamen potiùs ſentis in te millies mori velle, quàm Deum offendere? Vnde tibi talis voluntas? Sanè ex ſecreta Chriſti virtute, quæ te in ipſis periculis cuſtodiens plus dormiens pro te vigilat, ac ſi vigilaret: ob hoc ergo dormiebat, vt tentatus tu non dormites: *& ipſe dormiebat.* Quomodo autem hæc tempeſtas figura extitit tempeſtatis Eccleſiæ, eiuſque liberationis, vide Rupert. Anſelmum, cæteroſque Patres.

49. *Dei ſecreta virtute homines ſæpe cuſtodiuntur etſi illa hoc non appareat.*

Et

NVM. 15. Et acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, & ſuſcitauerunt eum, dicentes: Domine, ſalua nos, perimus.

Senſus litteralis, & moralis.

ET *acceſſerunt.* Marcus ſic ait. *Magiſter, non ad te pertinet, quia perimus?* Lucas: *Præceptor, per-*
August. *imus.* Ad rem Auguſt. *lib. de conſen. Euang. cap.* 24.
1. quod an hæc, an ſimilia verba dixerint, parum
Tumultuariè diſcipuli Chriſtum ſuſcitarunt. refert. Sed *potuit* (ait) *fieri, vt omnia dicta ſint plu-*
ribus eum ſimul excitantibus. Quod ideò adnoto,
vt quàm verum ſit, quod Origen. ait perſpiciatur;
Origen. tanto ſcilicet metu diſcipulos perculſos, vt tumul-
tuariè accedentes ſuſcitauerunt eum. *Tanto metu*
(ait Origen.) *diſcipuli fuerunt conterriti, & penè*
animo alienati, vt irruerent in eum, & non modeſtè ac
leuiter ſurgerent, ſed turbulenter ſuſcitarent eum.
Hinc ſimul accedentes vnus vnum, alter alterum
dicens, ſuſcitauerunt illum. Duo moralia ex hoc
2. facto velim adnotes. *Primum* quod ad Ieſum ſuſci-
Peccatores orantes, & in peccatis manentes Deum irrident, ob quod non exaudiuntur. tandum acceſſerunt diſcipuli, non ſe ab illo elon-
gauerunt, innaturale hoc eſſet; quod cùm ſit,
vide quàm contra naturam illi agunt, qui oratio-
nem fundunt, & vt exaudiantur, Chriſtum ſuſci-
tare volunt, & tamen ab illo ſe elongant, dum in
peccatis manent, aut ſi religioſi oſcitanter in im-
perfectionibus viuunt. Quid hoc? Sanè Deum
irridere: hinc non ſolùm petitionem non conſe-
quuntur, ſed damnationem. nam vtporè extranei,
ac incogniti eos Deus à ſe repellet. Suprà cap. 7.
num. 21. *non omnis* (ait Dominus noſter) *qui dicit*
mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum.
Cur horum oratio non exaudita eadem reueren-
tia orantes, ac Apoſtoli? *Domine* (iſti dicunt) *ſalua*
nos, perimus; & ſimiliter illi, *Domine, Domine*, & non
ſolùm *Domine*, ſummam reuerentiam oſtendentes
regnum cœlorum petentes, à tempeſtate infernali
liberari expoſcentes, ſicut Apoſtoli ab hac tem-
porali, & tamen non audiuntur; cur hoc? Sanè,
3. quia moribus, vita, actionibus ab illo diſſiti, &
Chriſtus in die iudicij quomodo peccatores non agnoſcet. diſſimiles, non ſolùm eorum orationem non au-
diuit, ſed eos non recognoſcens ad infernum pro-
iecit. *Et tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos.*
Numquam nouit? quomodo hoc ſi in nomine
ſuo prophetauerunt, dæmonia eiecerunt, & virtu-
tes multas fecerunt? Sanè, quia etſi illa fecerunt
in nomine ſuo, tamen non in habitu ſuo, vt ſic
dicam, non illi ſimiles, ſed diſſimiles. Hinc etſi
ob bonum aliorum illa mirabilia per eos fecit,
non tamen eos audiens, ſed conuerſorum neceſſi-
tatem. Hinc poſtea quando pro ſe petunt, nec
agnoſcit, quia nec tunc agnouit, vtpotè ab illo diſ-
Tertull. ſimiles. Quod egregiè expendens Tertull. ſic ele-
4. ganter ait, *Ab omni omnino confuſione animi libera*
Oratio vt impetret à quo ſpiritu debet fundi. *debet eſſe orationis intentio, de tali ſpiritu emiſſa, qualis*
eſt ſpiritus, ad quem mittitur. Pulchrè! Talis enim
debet eſſe ſpiritus, qui orationem fundit, vt ſimi-
litudinem referat ſpiritus ad quem mittitur; cuius
5. equidem ratio: *nam neque agnoſci poterit* (ſequens
Orantis ſpiritus Dei ſpiritui ſit adſimilis ſi exaudiri velit. ait Tertull.) *à Spiritu ſancto ſpiritus inquinatus, aut*
triſtis à læto, aut impeditus à libero, nemo aduerſarium
recipit, nemo niſi comparem admittit. Quid ampliùs
ad rem? Dei aduerſarius es, & vis ab illo admitti,
& recipi? Diſſimilis es ab illo, & vis in oratione
ab illo agnoſci, & exaudiri? totus in imperfectio-
nibus voluntaris, nullam diligentiam adhibens ad
venialia vitanda, & tamen de Deo conqueris, ſi

poſtulata non accipis? Si dona, quæ petis, non
recipis? Ad Deum accedendum, vt Apoſtoli, ſi
exaudiri velimus. Iſai. cap. 41. num. 1. *taceant ad*
me inſulæ, & mutent fortitudinem, (hoc eſt, ſicut
illam ad malum, ſic ad bonum exerceant,) *acce-*
dant, & tunc loquantur, hoc eſt, orent. Accedant
ergo, & ſimiles fiant: nam crede firmiter, quod
ordinariè loquendo, de tali ſpiritu oratio digna
exauditione emitti debet, qualis eſt ſpiritus, ad
quem mittitur, vt rectè ait Tertullianus.

Enimverò infrà *cap. 15. num. 26.* Chananææ
clamanti reſpondit Dominus: *non eſt bonum ſu-*
mere panem filiorum, & mittere canibus. At illa,
etiam Domine. nam & catelli edunt de micis, quæ ca-
dunt de menſa dominorum ſuorum. Mira huius mu-
lieris confidentia, Dominus dicit, *non eſt bonum*,
illa contra Domini dictum ſtans ait, *etiam Domine*,
quod eſt dicere, imò bonum, vnde illi tanta con-
fidentia vt contra Domini affirmationem audax
putaret ſe exaudiri debere. Attende, ait Chryſoſt. Chryſoſt.
quia à finibus ſuis exiens Chriſto per fidem ap- 6.
propinquauit, & efficaciam orationis eorum, qui *Chananæa*
Chriſto appropinquant, intelliges; ſicut inefficā- *cur exaudi-*
ciam, qui ab illo ſe elongāt. Attende ad hiſtoriam, *ta.*
ecce mulier Chananæa, ait Euangeliſta, *à finibus illis*
egreſſa, clamauit, miſerere mei. Cui Dominus nec
verbum; cur, nec verbum? quia licèt egreſſa, tamen
à longè ſtans clamabat, non propè adhuc acceſſe-
rat. quid ergo mirum, ſi nec audiebatur, quid hoc?
Sanè quod dicebamus de viris ſpiritualibus 7.
egreſſis de mundo ſine peccatis mortalibus vi- *Venialia exauditionem orationis impediunt.*
uentibus, tamen longè à Deo per venialia, quid
mirum ſi non exaudiuntur. ſic mulier iſta egreſſa
à finibus, tamen, quia longè clamat non exau-
ditur: at quando meruit audiri? Sanè quando, vt
ait Euangeliſta, *illa venit, & adorauit.* tunc me-
ruit, quando non ſolùm egreſſa è finibus, ſed
prope Chriſtum, hinc quod voluit impetrauit,
prudentiores Iudæis apparuerunt Chananæi, ait Chry- Idem.
ſoſt. *vt exirent è terminis ſuis, & accederent ad*
Chriſtum. cùm autem hæc mulier acceſſiſſet, nihil aliud
quàm miſericordiam popoſcit. miſericordiam popo-
ſcit; quando? Sanè quando egreſſa è finibus ad
Chriſtum acceſſit *inuerecunda effecta*, vt ait idem.
nam antea neque in conſpectum venire audebat, vnde
dictum eſt, clamat poſt nos, quando autem videbatur,
vt anguſtiata recederet, tunc propiùs venit; quid 8.
ergo, mirum, ſi ſuos fines deſerens (hoc eſt, *Vnde ſpirituales non exaudiuntur.*
peccata) & ad Chriſtum propè accedens, ſimilis
ei effecta, audeat contra negatiuam Chriſti af-
firmatiuam ſuam ponere? ſic feliciter, vt exaudi-
retur; non enim Chriſtus quidquam talibus ne-
gare poteſt. quia talium clamores ſic prope
eum funduntur, vt impoſſibile, vt non excite-
tur: at ſi longè ſtans, immo per peccata longiùs
recedis, nec cum Apoſtolis ad Ieſum accedis, vnde
exauditio.

Secundum autem documentum ex hoc facto, 9.
quod eruere potes, eſt ad impetrandum inten- *Intenſio & efficacitas in oratione neceſſaria ad impetrandum.*
ſionem, ac efficacitatem clamoris eſſe neceſſa-
riam. En Apoſtoli omnes accurrunt, quilibet
pro ſe, & pro alio clamat, vnus poſtulat, alter
expoſtulat, dicens: *Magiſter non ad te pertinet,*
quòd perimus; alter iuxta Græcam lectionem
ingeminat vocationem, *præceptor, præceptor.* quo-
modo ergo expergiſci non poterat ad tantos,
taleſque clamores? Cùm velim ſcias, quòd ſi
magna velis conſequi, magnos adhibere debes
clamores, immo & ſudores. Enimverò *Luc.* 22.
num. 43. orans Chriſtus, *apparuit*, ait Euangeliſta,
Angelus

Angelus de cœlo confortans eum, & factus in agonia, prolixiùs orabat, & factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram. Vah; quàm feruens oratio? ſed peto, ſi Angelus de cœlo apparuit, illum confortans, vnde poſt Angeli confortationem factus in agonia prolixiùs orat, ſic feruenter, vt ſanguinem ſudet? nunquid, non conſolatus eum reliquit Angelus? Sanè aliqualiter, ſed non ex toto, ob quod & aliqui dicunt, & probabile eſſe affirmat Ianſenius *in concord. cap.* 137. non ſemel Angelum apparuiſſe, ſed ter, iuxta trinam Chriſti orationem. Ex quo infertur, poſt aliqualem confortationem iterum ad orationem Dominus accurrens, iterum in agonia poſitus, iterum ad eum Angelus. Tandem in tertia oratione, poſt Angeli confortationem nihil ex intentione orationis intermittens, immo augens, ſic feruenter orauit, tali anguſtia, tali clamore, vt ſanguinem emitteret; cur hoc? *vt nobis declararet*, ait Beda citatus in caten. ſancti Thomæ, *quòd effectum tam ſua precis obtineret.* O mirum, ó magnum! vt ille, qui Dei filius naturalis, qui Patri coæqualis, qui omnia potens, tantùm ad noſtram doctrinam, vt nos inſtrueret, quomodo orare debemus, & quale erit ſignum impetrationis; ſic orat, vt effundat ſanguinem, & tunc impetret, quando ſanguinem fudit, & tunc nobis ſignum dat fuiſſe exauditum, quando guttas ſanguinis decurrentes videmus. cur hoc? Sanè, quia, magnum erat, quod petebat, ſanè, vt noſtram argueret vecordiam, frigiditatem, ne ſtoliditatem dicam, vt ad orationem accedentes, magna petentes (quid enim maius, quàm virtutes petere, quàm perfectionem, quàm animæ noſtræ, & aliorum ſalutem, tamen putamus exaudiri, aut querimur ſi non exaudimur, remiſsè, frigidè, vecordè orantes. Chriſtus filius Dei, vt impetret, ſanguinem ſudat, & ego filius iræ, vt impetrem ſupinè orans puto exaudiri; quæ maior vecordia?

10. *Chriſtus quã feruenter orauit in horto.*

Ianſen.

11. *Angelus ſecundùm aliquos ter ei apparuit.*

Beda.

Hinc, vt interim hoc dicam, in ea ſum opinione, vt ſi aliquando ſic orantes audimur, non hoc noſtris attribuendum precibus, ſed Dei ineffabili potentiæ, veluti miraculo operantis gratiæ & beneficentiæ. infrà cap. 14. n. 30. *Videns Petrus ventum validum timuit, & cùm cœpiſſet mergi, clamauit, dicens: Domine ſaluum me fac, & continuò Ieſus extendens manum apprehendit eum.* pondero ly *continuò*, vix clamauit, & exauditus, cùm modicæ eſſet fidei, non equidem rem paruam petebat, ſed magnam, vtpote ſalutem, & vitam, & tamen ad primam vocem exauditus, cùm Chriſtus, vt ſuprà dicebamus, neque ad primam, & ſecundam, immo & poſt ſanguinis effuſionem. Ad rem Hieronym. *Paululum, ait, relinquitur tentationi Petrus, vt augeatur fides, & intelligat, ſe non facilitate poſtulationis, ſed potentia Domini conſeruatum.* Satis ad rem, continuò ad primum clamorem accurrit Dominus, quia ſi bis clamaſſet, putaret Petrus ſuæ orationis efficacitate accurriſſe Dominum, at cùm hoc extra vſum ſit, ideo accurrit illico. vt talis exauditio non facilitati orationis, ſed Dei potentiæ attribuatur, vt ſciamus, quòd ſi aliquando aut tepidè orantes, aut non perſeuerantes exaudimur, non noſtræ orationi attribuendum, ſed Dei extraordinariæ potentiæ, veluti miracula operantis. nam, vt ſuprà dicebamus, oratio digna exauditione, illa eſt, quæ procedit ab ſpiritu ſimili ſpiritui cui offertur, & quæ feruens, attenta, & deuota. nam diſtractam, & tepidam *ridiculam* appellat Chryſoſtomus, de qua re videndus eſt Laurentius Iuſtinianus *lib. de orat. cap.* 7. & D. Cyprianus *de oratione Dominica.* Vnde ſi exauditi Apoſtoli, ſanè, quia & acceſſerunt, & vehementer clamauerunt.

12. *Tepide orantes ex miraculo exaudiuntur.*

Hieron.

Chryſoſt.

Laur. Iuſtin.

Cyprian.

Quid timidi eſtis, modicæ fidei? tunc ſurgens imperauit ventis & mari, & facta eſt tranquillitas magna. NVM. 26.

Senſus litteralis, & moralis.

QVid timidi eſtis? Marc. *quid timidi eſtis, necdum habetis fidem?* Emphaſim habet illud *necdum*, Luc. autem, *Vbi eſt fides veſtra?* eos veluti ſubſannans; ſed *primò* quærendum eſt, quando Diſcipulos Chriſtus reprehendit, an ante tempeſtatem ſedatam, vt vult Matth. an poſt illam, vt vult Marc. & Luc. Ianſen. putat, & eſt opinio Chryſoſtomi vt infrà, ante tempeſtatis ſedationem. Sic etiam Barrad. qui vult bis eos increpaſſe, & antè & poſt. Sed non eſt neceſſe, antè quidem eos increpuit, *quia ſic conueniebat*, vt rectè ait Ianſen. *vt ſcilicet ante tolleret animi eorum turbationem, quàm turbationem maris, eo quòd fidei imperfectio obeſſe poſſet faciendo miracula; ſic enim & in conſolatione Sanctorum, prius enim animos eorum ſuo afflatu, & inſpiratione erigit, deinde à malis, ſi expedit, liberat.* Magiſtraliter, & quod vſu venire ſolet; ante enim à malis liberationem, neſcio, qua ſecreta confortatione, animus tribulati erigitur, & roboratur, vt totus in Dei confidentia erectus ſecurus ſtat de gratia, hinc 1. *Reg.* 1. *num.* 18. de Anna dicitur, quòd *vultus illius non ſunt ampliùs in diuerſa mutati.* Quid hùc? multi multa; at mea ſententia, litteralis ſenſus eſt petendus ex dictis ſuprà: cùm enim eſſet mulier amaro animo, *& multiplicaret priùs coram Domino.* Ex afflictione, ex feruore orationis, ex deſiderio, ex ſpe obtinendi, ex dubio, ac deſperatione, etiam ſic orabat, vt vultus eius ad affectuum mutationem mutarentur, cùm, quando ſpe erigebatur, hilares fiebant, quando deſperatione triſtes, ſic vt ſummus Sacerdos temulentam eam iudicauerit. temulenti enim modò rident, modò plangunt, modò vultu triſtes, modò hilares, ſemper diuerſi à ſemetipſis fiunt; ſic ſancta hæc mulier dum orabat, at ſecreta Dei fiducia ex merito orationis intus exhilarata, ſic conſtans poſtea extitit in hilaritate, vt nunquam à ſe diuerſa, vniformiter ſemper hilaris eius extitit vultus. vnde talis lætitia pignus extitit futuræ liberationis à tribulatione, quam ex ſterilitate patiebatur filiorum, vt quàm verum ſit, quod Ianſenius, an prius Deum animum diuino afflatu erigere, poſtea illum à tribulatione eripere, vt promptior poſtea ad referendas inueniatur. Deo benefactori gratias; ante ergo tranquillitatem eos reprehendit, dicens, *Quid timidi eſtis?* Sanè perquam bonum; mare ferueſcebat, vnde ingrediebantur nauiculam abſorbentes, venti horribiliter eam concutiebant, vſque ad cœlos aſcendebant, & vſque ad abyſſos, & Dominus, *quid timidi eſtis?* nunquid poterant non timere? reſpondet Origen. *homil.* 6. *inter varia*, quia, qui ſecum Ieſum habet, nil timere debet,

1. *Quãdo Chriſtus diſcipulos reprehendit.*

Ianſen.

Chryſoſt.

Barrad.

2. *Signum exauditionis in oratione cordis eſt permanens lætitia.*

3. *Anna Samuelis mater cur dicatur non ampliùs vultus immutaſſe.*

4. *Chriſtum qui poſſidet nil timere debet.*

Origen.

5\. fremat mare, concurrant venti. *O veraces diſci-*
Culpa ſola timenda.
puli (ait Origen.) *Saluatorem vobiſcum habetis, & periculum timetis; vita vobiſcum eſt, & de morte ſolliciti eſtis?* Sanè dictum, nihil timere debet, qui ſecum Chriſtum habet. quod ſi aliquid timendum, ſolum erit culpa, & peccatum, vt bene Salmer.

Salmer.

6\. At in quo modica fides Apoſtolorum? Abu-
In quo modica fides Apoſtolorum.
Abulenſ. Salmeron. Ianſen.
lenſ. *quæſt.* 81. Salmer. Ianſen. & alij in duobus, *primum* in fiducia, & confidentia, vnde Græce habetur, *modica confidentia*, dum non virilem illam obtinebant, quæ neceſſaria in oratione, & miraculis, putabant enim iam actum de ſe ipſis, & moraliter impoſſibile ſaluari. *Secundò*, & eſt
7\. vera ratio, modicæ erant fidei, in credendis. nam
Vera fides æqualis debet eſſe ſecundùm extenſionem credendorum.
vera fides æqualis debet eſſe, ſecundùm extenſionem credendorum, in omnibus. nam ſi vnum tantùm deficit, iam non eſt vera fides. in hoc erant Apoſtoli modicæ fidei. nam putabant Chriſtum dormientem non poſſe eos ſaluare, niſi vigilans fieret. ergo & putabant eum ſecundum diuinitatem dormire, & vigilem ſeruare poſſe, non verò dormientem; ex quo infertur claré, etiam putaſſe ipſum dormientem, periculum, in quo ipſi ſtabant, non animaduertere, non proſpicere. in quibus verè, non vt Deum eum reputabant, ſed hominem: Vnde Chryſoſt. ſic ait, *Si autem aliquis dixerit, quoniam non fuit modica fidei accedentes excitare Ieſum, hoc ſignum fuit, quòd non decentem de ipſo opinionem habebant, nouerant enim, quod excitatus poterat mare increpare, nondum autem dormiens.*

Chryſoſt.

8\. Et quia in hoc Apoſtoli erant culpabiles, ac re-
Chriſtus quantum dignitati Apoſtolorum conferebat.
prehenſione digni, ideo obſeruat Sanctus hoc miraculum noluiſſe Chriſtum præſentibus turbis efficere, eorum conſulens dignitati, *propter hoc etiam*, ait, *neque præſentibus turbis hoc ſignum fecit, vt non accuſarentur modicæ fidei, ſed diſci-*
9\. *pulos ſolum accipiens corrigit priùs, & ſoluit tur-*
An talis defectus fidei Apoſtolorum fuerit mortale, an veniale.
Abulenſ. Salmeron.
bationem aquarum; an autem talis defectus fidei fuit peccatum mortale, an veniale? Abulenſ. æſtimat fuiſſe mortale, ſequitur Salmer. at mihi difficile hoc videtur, cùm non adhuc ad talem, ac tantam, & ſic robuſtam fidem tenerentur, ſicut poſtea, poſt Chriſti reſurrectionem. peccauerunt ergo, ſed non lethaliter: at digni vt à Chriſto reprehenderentur, dum ex modica fide non ſolùm ad eum ſuſcitandum moti ſunt, ſed tumultuariè, & incompoſitè, vt ſuprà diximus. Ex quo etiam dignè reprehenſi. non, vt bene Rupertus, *Debuit*, ait, *& ſemper debet eſſe ſuſcitatio iſta ſuauis, & dulcis, &*

Rupert.

10\. *non moleſta, id eſt, cum fide, & ſine deſperatione,*
Oratio qualis debet fundi ad hoc vt imperret, quale quo modo ſint habere conditiones.
cum perſeuerantia, abſque impatientia. Notandæ conditiones ad orationem fundandam dignam impetratione. nam oratio immodeſta ex deſperatione proueniens cum impatientia potius oppreſſio dici poteſt, quàm oratio.

Enimverò *Marc.* 5. *num.* 27. mulier illa, quæ ſanguinis fluxum patiebatur, *venit in turba*, ait Euangeliſta, *retro, & tetigit veſtimentum eius.* et ſtatim Dominus, *qui tetigit veſtimenta mea?* cui Petrus, vt ait Lucas *cap.* 8. *num.* 46. *turba te com-*
11\. *primunt, & affligunt, & dicis, Quis me tetigit?*
Mulier ſanata à Chriſto à fluxu ſanguinis vnde illud meruit.
Chryſoſt.
cui Dominus, *tetigit me aliquis. nam ego noui virtutem de me exiſſe.* Turbæ comprimebant & affligebant, & tamen nulla virtus ſtatim exibat. Vna mulier eum tantum tetigit, & virtus ſtatim exiuit. cur? Reſpondet Chryſoſtomus, *quia comprimentes turba non tangunt Chriſtum dum ſine fide; &*

cogitatu comprimunt. mulier tangit, quia cogitatione, & fide. Pulchrè, turbæ, quia immodeſtè, 12.
Oratio qualis qua Chriſtū comprimit, qualis qua eum tangit.
quia impatienter, quia tumultuariè accedebant, nullam virtutem, ſeu gratiam à Chriſto hauriebant, vnde eorum oratio compreſſio, & fatigatio potius erat Chriſti; at quæ eum tetigit mulier fuit, quatenus modeſtè retrò accedit humiliter, at cum fide, ideo & eum tangens meruit ſanitatem accipere. Sic quippe orandum ſemper, ſi velimus accipere, modeſtè, cum fide, patienter, cum perſeuerantia, non tumultuariè, vt Apoſtoli, vnde digniſſimè à Domino reprehenſi.

Tunc ſurgens imperauit. Marc. *& exurgens com-* 13.
minatus eſt vento, & dixit mari, Tace, obmuteſce.
Chriſtus vt Deum ſe oſtendit in hoc miraculo.
Lucas, *ſurgens increpauit ventum, & tempeſtatem aquæ.* Ex modo, quo miraculum fecit Dominus, Deum ſe oſtendit. nam Moyſes virga aperuit mare, Eliſæus inuocatione ſiccauit Iordanem: at Chriſtus imperio, iuſſione, increpantis; at quid? nunquid animatæ hæ creaturæ, vt dicatur eas increpare, quaſi potentes eum audire? nil minus. Sed hoc ideo factum per modum increpationis, quod idem eſt, ac imperij, vt, quemadmodum Diuus ait Hieronymus, intelligatur omnes creaturas poteſtatem ſui creatoris intelligere, *non errore hæreticorum, qui omnia putant animantia, ſed maieſtate conditoris. nam quæ apud nos ſunt inſenſibilia, illi ſunt ſenſibilia*, quantum ſcilicet ad effectum. nam ſic ad nutum patent, ac ſi eſſent ſenſibilia, vnde talem maieſtatem ac diuinam omnipotentiam demonſtrandam, vt diſcipulos in fide ſuæ diuinitatis faceret fortes, ſic operari voluit miraculum, vt verus Deus demonſtraretur; qui ſenſus etſi vetus, & litteralis, ac proinde communis, tamen non diſplicet Mal- Maldon.
14\. *Quo ſenſu dicatur mare increpaſſe.*
donatus, quatenus aſſerit ad modum creaturarum ſenſibilium cum iſtis Dominum loqui, quatenus tales tempeſtates vt plurimum à malignis ſpiritibus excitari ſolent. Vnde increpando eas, intelligitur malignos increpare Spiritus eas excitantes, non diſplicet. nam etſi ſuprà diximus, diuinitus hanc tempeſtatem excitatam, poſſibile vt per malignos ſpiritus. Vnde Pſ. 77. 49. *immiſſiones dicuntur fieri per angelos malos*, quæ ſententia etiam videtur eſſe Origen. *hom.* 6. ex Origen.
variis.

Obſeruat, & dignè, Salmeron, pium Do- Salmer.
minum ſurrexiſſe, *tunc ſurgens*, & poſtea increpaſſe mare, quid non poterat, & iacens illud efficere? Sanè; cur ergo ſurrexit? *vt eorum infirmitati ſe attemperaret.* ait, *& agnoſcerent, ipſum miraculum edere.* Egregium Superioribus docu- 15.
Superiores quomodo imperare ac gubernare debent homines.
mentum, vt poſt reprehenſionem accommodent ſe fragilitati ſubditorum; vt non omnia ſimul velint, at etiam mea ſententia accubans reprehendit diſcipulos, quia rationales homines, vnde placidè, dulciter, ſuauiter ducendi, ſurgens, imperiosè increpat irrationabilia, quia hæc rapienda, minus ſapit, qui rationales homines, vt irrationabilia, ac inſenſibilia putat rapiendos, poteſtate viens abſoluta, non ſolùm obedientiam non hauriet, ſed inobedientiam, ſed reſiſtentia intumeſcent ampliùs.

Et facta eſt tranquillitas magna. Duo omnes obſeruant Authores in hoc miraculo. *primum*, inſtantaneam mutationem de extremo, ad extremum, quod non ſic in cauſis naturalibus,

cùm magna maris motio paulatim decreſcendo
Chryſoſt. ſedatur. Vnde Chryſoſt. *in hoc etiam oſtendit quòd*
16. *omnis confeſtim ſoluta eſt tempeſtas, & neque ſemita*
Creaturarũ obediētia ſuo creatori quanta. *turbationis remanſit, quod equidem extraneum erat, cùm enim naturaliter fluctuatio terminatur, vſque ad multum tempus aqua concutiuntur, ſed hic ſimul omnia ſoluebantur*, vt ſumma maieſtas Chriſti creatoris intelligatur: vnde ſatis ad rem miratur
Origen. Origen. *hom. 6. ex diuerſ.* quòd ſic inſtantaneæ omnea creaturæ Deo obediunt, ſolus homo nec
17. tardè. *Qualis ergo* (ait) *eſt iſte, id eſt, quantus, quàm*
Hominum inobedientia condemnabitur à creaturarum obedientia. *fortis, quam magnus, iubet omni creaturæ, & non ſupergreditur iuſſionem eius, ſoli homines reſiſtunt, & ideo in iudicio damnabuntur.* digna adnotatio, potius ſanguinis lachrymis declaranda, quàm verbis. omnes creaturæ Chriſto obediunt ad nutum, ſolus homo, pro quo ipſe creator factus eſt obediens vſque ad mortem, illi non obedit; quid mirabilius.

18. *Secundum* autem, quod adnotant, eſt, ad magnam tempeſtatem magnam ortam eſſe tranquillitatem, vnde non dicitur abſolutè, facta eſt
Vita humana mixta conſolationibus & tribulationibus & ad magnam tribulationem magna ſequitur conſolatio. tranquillitas, *ſed tranquillitas magna*; cur hoc?
Ianſen. Ianſen. *nam pro modo afflictionis ſolet eſſe & conſolationis modus.* ex quibus habes, aduerſis ſemper aſſuta eſſe proſpera, ſic enim Deus omnia huius vitæ temperauit, vt non ſemper tribulationes, non ſemper conſolationes, ſed vtriuſque, ſic noſtra intexta ſit vita, vt poſt magnam tribulationem magna ſequatur conſolatio, ſic vt dignus
19. poena inueniatur, qui hoc non credat, & om-
Dignus pœna qui aliter ſentit. nino de magna conſolatione deſperet poſt magnam tribulationem, enimverò tali fame Samaria premebatur obſeſſa à Syriis, *vt caput aſini venderetur octoginta argenteis, & quarta pars cabi ſtercoris columbarum, quinque argenteis*, 4. Regum 6. num. 25. immo ad talem ſtatum res deducta, vt matres filios comederent, vnde vna iuſtitiam à Rege petens, *coximus filium meum, & comedimus, dixique ei die altera, Da filium tuum, vt comedamus illum, quæ abſcondit filium ſuum,* quod cùm eſſet contra condictum, poſtulabat iuſtitiam, quo audito à Rege ſic excanduit, vt iurauerit ſe abſciſſurum caput Eliſæi, *Hæc mihi faciat Deus, & hæc addat ſi ſteterit caput Eliſæi filij Saphat ſuper ipſum hodie*; ex quibus habes, quanta fame laborabat Samaria, quantáque penuria, vt prorſus extrema eſſet, ac vltima: at antequam vltra procedam, pendo cur contra Dei Prophetam Rex iraſcebatur, ſic crudeliter, vt eius caput vellet abſcindere. quid, nunquid Eliſæus cauſa erat famis, aut obſidionis; cur ergo iraſcebatur? Sanè, quia Propheta, & religioſus
20. cum Deo potens, vnde, quia putabat ipſum
Sacerdotes nõ orantes pro populo, quãta pœna digni. orationem negligere, ex quo Deus iratus pœnam non ſoluebat, hinc, quaſi omnium malorum Auſter volebat eum occidere, quod, etſi impium, tamen ſi verum eſſet, quod ſupponebat, aliquali fulciebatur ratione. Dei Sacerdotes populi peccata portare debent, non portant, moriantur. nam ſuperfluunt in Republica, ſi hoc non agunt, nec ſe pro muro opponunt, iam me habes, populi peccata manducamus, ex eleemoſynis viuentes, aut ex redditibus Eccleſiaſticis, contra Deum iratum non ſtamus, nec nos ex aduerſo ponimus; perit ob hoc reſpublica. quid ergo, nunquid tota Dei ira contra nos non vertetur populi, tantum peccata manducantes, ſed non pro eis orantes, *qui ex oblationibus fidelium viuimus.* Diuus ait Gregorius PP. homil. 17. in Euang. *quas illi pro peccatis ſuis obtulerunt, etſi comedimus, & tacemus, eorum proculdubio peccata manducamus*; ſed pergo.

Extrema ergo erat fames, & Rex ita animo 21.
ſolutus, vt Eliſæo diceret, *Ecce tantum malum*
Mali volunt largè peccare, & conqueruntur ſi largè puniuntur. *à Domino eſt, quid amplius expectabo à Domino.* vbi notandum quòd iſte Rex impius erat, & tamen de Domino conqueritur, quaſi ſine oratione ad extremam eum impuliſſet calamitatem; ſic equidem peccant largiter mali, & volunt poſtea leuiter puniri, non pendunt peccati malitiam, dolent etiam pœnam. at, quid Eliſæus cap. 7. num. 1. *Audite verbum Domini: In tempore hoc cras modius ſimilæ vno ſtatere erit, & duo modij hordei ſtatere vno, in portu Samariæ.* pende diſtantiam famæ, & abundantiæ; caput aſini octoginta argenteis, & quinque argenteis quarta pars cabi ſtercorum columbarum; quid miſerabilius? & nunc non amplius, quàm die altera modius ſimilæ vno ſtatere, & duo modij hordei ſtatere vno. quid abundantius? Vnus ex Principibus, *ſuper cuius manum Rex incumbebat*, ait Scriptura, hoc audiens, reſpondit, *ſi Dominus fecerit etiam cataractas in cælo, nunquid poterit eſſe quod loqueris?* cui Eliſæus: *videbis oculis tuis, & inde non comedes.*
vt dictum, factum, die ſequenti duo modij 22.
ſtatere vno vendebantur, vidit ille, at non de
eis comedit. nam cùm ad cuſtodiendam portam *Amicorum Regum quàm durum iudicium apud Deum.* miſſus eſſet à Rege, à turba oppreſſus interiit. Mirum Dei iudicium, cur ſic dirè hic punitus? mea ſententia ob duo. *Primò*, quia potens, & Regis amicus, ſeu priuatus, (vt dici ſolet,) ob quod notanter ait Scriptura, quòd Rex ſuper manum eius incumbebat, authoritatem, & Prophetæ creditum apud Regem infirmare eſt auſus; dignè ergo occiſus, ſicut & dignè occiduntur & diriſſimè & in hac, & in altera puniuntur vita. Similis farinæ homines, qui apud Principes potentes Dei ſeruos Eccleſiaſticoſque infamare apud eos intentabũt, ſic vt minus pij erga ipſos inueniantur; *ſecundum* autem ob quod hic punitus, quia perfidè poſt talem penuriam non credidit talem abun- Auguſt.
dantiam. Vnde rectè Diuus Auguſtinus *ſerm. 211. de tempore*, citatus hic in Gloſſ. *O perfidia hominis* (ait) *non credit promiſſam vbertatem, qui horrendam ſenſerat egeſtatem.* Pende dictum, & vnde iſtum perfidum dicat Sanctus; ex eo nempe cùm horrendam ſenſiſſet egeſtatem, & poſtea noluiſſet credere ſummam vbertatem, dabat intelligi quod perfidè de Deo ſentiens putabat horrendam potuiſſe immittere egeſtatem, & non indicibilem vbertatem. hinc perfidus meritò occiſus, ad noſtrum exemplum hoc, vt ſcilicet poſt ingentem laborem credamus futuram ingentem requiem, & poſt horrendam tempeſtatem, infinitam tranquillitatem venturam Apoſtolis, quibus poſt talem maris motum ſequuta eſt tam magna tranquillitas.

Porrò homines ſunt mirati, dicentes: NVM. 17.
Qualis eſt hic, quia mare & venti obediunt ei?

Senſus litteralis, & moralis. 1.

Qui fuerint hi homines.
Porrò homines. Dubium eſt, qui fuerint iſti ho- Beda
mines, an Apoſtoli, an alij? Hieronym. Beda, Hieron.
Drugm. & Origen. & alij non Apoſtolos fuiſſe Drugm. Origen.

æſtiment, ſed homines, qui aliis nauibus, vt exiſtimat Ianſen. interpretans horum authorum ſententiam. Chryſoſt. Turbas miraculum audientes ex ore Apoſtolorum, vt exiſtimat Euthym. Hugo Card. eos, qui in littore maris erant. mihi tamen placet opinio Caiet. Ianſen. Carthuſ. & aliorum recentiorum, non ſolùm alios homines, ſed etiam Apoſtolos miratos fuiſſe, quòd expreſſè colligitur ex *Marc.4.* qui ſic, *& ait illis*, hoc eſt, Apoſtolis, *nondum habetis fidem, & timuerunt timore magno, & dicebant ad alterutrum, Quis putas eſt iſte, quia & ventus, & mare obediunt ei.* Adſimilia habet Luc. cap. 8. *qui timentes mirati ſunt, ad inuicem dicentes: Quis putas hic eſt.* at diuerſimodè mirati Apoſtoli, & cæteri. nam iſti ex totali ignorantia Deitatis Chriſti, eum ſolum hominem putantes, mirati ſunt miraculum, ex ipſo facto in admirationem tantùm adducti: at verò Apoſtoli ſanctiſſimi, qui diuinitatem Chriſti ſciebant, & credebant, licèt non ſic fortiter, & robuſte ex miraculo in fide diuinitatis eius roborati, & confirmati, ex nouo, & ſuperaddito diuino lumine, ex filiali timore, ac reuerentia extra ſe quodammodo adducti admirati ſunt, dicentes, *qualis hic.* quæ verba egregie Origen. *hom.6. ex varys*, non interrogatiua, ſed aſſertiua facit, ſic dicens, *non autem interrogantes dicunt, qualis iſte? ſed aſſerentes, quia iſte talis eſt, cui venti & mare obediunt; qualis ergo eſt iſte? quantus, quàm fortis, quàm magnus.* hic ſenſus mihi videtur litteralis. quem etiam innuit Ianſen. & in praxi nihil vſitatius apud animas ſanctas in oratione, quando noua luce perfuſæ in ecſtaſim raptæ præ admiratione deficiunt. *Gen.17 num.17*, audiuit Abraham, cùm centum propè eſſet annorum, Saram parituram ſibi filium, patrem Regum, & Principum. *Ex illa dabo tibi filium, cui benedicturus ſum, eritque in nationes, & Reges populorum orientur ex eo.* At quid Abraham? *cecidit in faciem ſuam, & riſit, dicens in corde ſuo: Putas ne centenario naſcetur filius, & Sara nonagenaria pariet?* quid hoc? nunquid de Dei omnipotentia aliqualis diffidentia? nihil minus. immo ſumma credulitas tetis, ac tanta, ſic viua, & efficax, vt eum proſterneret, & in admirationem talem ac tantam adduceret, vt ad riſum impelleret præ gaudio. Ad rem Lippom. *Præ ſtupore igitur ſancta gratiæ Dei, & pro inſperato beneficio in faciem procidit Abraham, & riſit felicitatis ſuæ admirationem* Sic equidem aliquando animæ ſanctæ, ſic Apoſtoli nunc ſanctiſſimi admirantur, & applaudendo, non diſceptando quærunt; *qualis eſt iſte?* quantus, quàm fortis, quàm magnus? Sanè verus Deus, Deus Deo, filius Dei.

Chryſoſt. Euthym. Hug. Card. Caiet. Ianſen. Carthuſ.

Origen.

Ianſen.

2. *Animæ ſanctiſſimæ ex Dei noua notitia vt extra ſe capiuntur.*

3. *Abraham riſus qualis.*

Lippom.

4. *Tribulationū fructus eſt immenſus.*

En ad quantam Dei cognitionem tempeſtatis tribulatio eos euexit; en fructus tribulationis abundantiſſimus. Antè infirmi in fide, antè homines modicæ fidei, nunc ſic robuſti, & fortes mei, vt ex firmitate fidei in ecſtaſim, ac admirationem adducerentur. Ex quo, quantum Chriſto ſimul debes, quando tibi tribulationes immittit, ſimul attendere potes, dum ex corporali tribulatione, talem, ac tantum fructum ſpiritualem elicit, omnia ad bonum tuum ordinans, ſic abundantiſſimè te remunerans, vt ſicut prius fluctuabaris, ex magna tribulatione, ſic poſtea non minus fluctuas, ex magna conſolatione, veluti ab illa abſorptus, & penè ſuffocatus, vt deficientibus viribus præ admiratione exclames, & dicas, *Qualis eſt iſte.*

Et cùm veniſſent trans fretum in regionem Geraſenorum, occurrerunt ei duo habentes dæmonia, de monumentis exeuntes, ſæui nimis, ita vt nemo poſſit tranſire per viam illam. Nvm. 28.

Senſus litteralis, & moralis.

Chryſoſt. 1. *Deus quanta pro homine facit.*

ET cùm veniſſent. Chryſoſt. *Quidam homines, ait, Chriſtum hominem eſſe dicebant, venerunt dæmones diuinitatem eius diuulgantes, vt qui mare procelloſum, & rurſus quietum, non audierat dæmones, audirent clamantes*, vt omnino, & ex omni parte inexcuſabiles fierent, ſi Chriſtum Deum non credidiſſent. Ex quo habes, quanta Deus pro ſalute tua facit, vt ipſos dæmones compellat in tuum commodum, vt ſic omnino inexcuſabilis reddaris, ſi eum non agnoſcis, ſi ei non ſeruis; ſed ad litteram.

Geraſenorum, in Græcis apud Marc. cap. 5. dicitur *Gergeſenorum*, & apud Luc. 8. *Gadarenorum.* Ex quo aliqui, vt ait Salmeron, putarunt non idem eſſe miraculum, quod hîc narrat Matth. ac illud, quod Marc. & Luc. dum diuerſa eſſet regio; ſed falluntur, cùm, vt omnes expoſitores affirmant, idem prorſus eſt miraculum, in quo omnes circumſtantiæ, & vna, eademque regio, diuerſis nominibus appellata, à duabus in ea magnis ciuitatibus, dicebatur etiam *Geraſena à Geraſa, vel Gergeſa à Gergeſa*, quæ eadem erat ciuitas, vnde Geraſeni, & Gergeſeni idem ſunt; dicebatur etiam regio *Gadarenorum*, ab vrbe *Gadara*, in ea præſtantiſſima, quæ omnia, ex Hieronym. & aliis, affirmant expoſitores, de qua re videndus eſt Ianſen. Salm. Barrad. Abulenſ. aliique moderni.

Salmeron.

Ianſen. Salmeron. Abulenſ. Barrad.

Maior difficultas eſt. nam Marc. & Luc. de vno tantùm mentionem faciunt: at Matth. de duobus. ergo non videntur Euangeliſtæ conſentire, quoad conſenſum; rectè reſpondet Chryſoſt. Marcum, & Lucam, non affirmaſſe vnum tantùm fuiſſe dæmoniacum, ſed tantùm de vno mentionem fecerunt, relicto altero; quare autem hoc fecerunt, Auguſtinus *lib. 2. de conſenſ. Euangel. cap.* 24. quia vnus erat clarior, & famoſior, *quem regio illa maximè dolebat, & pro cuius ſalute populus ſatagebat, de quo facti huius fama præclarior flagrauit*; at S. Chryſoſt. *quia durior, & ſæuior mihi videtur*, ait Sanctus, *Lucæ ſuffeciſſe duriori dæmone vexatum, quocirca, & tragico quaſi genere calamitatem eius narrat*; quantum autem hic calamitoſus exiſteret, ex Luc. accipe. *Vir quidam*, ait, *habebat dæmonium iam temporibus multis*; quid miſerabilius? quàm tandiu cum dæmone habitare, ac ab illo vexari, *veſtimento non induebatur, neque in domo manebat, ſed in monumentis, multis temporibus arripiebat illum, & vinciebatur catenis, & compedibus cuſtoditus*; at quid hæc, audi Marc. cap. 5. *neque catenis quiſquam poterat eum ligare, quoniam ſæpe compedibus, & catenis vinctus dirupiſſet catenas, & compedes comminuiſſet, & nemo poterat eum domare; & ſemper die, ac nocte in monumentis, & in montibus erat clamans, & concidens ſe lapidibus.* quid ſæuius? quid crudelius? quod cùm ſit, & alter, aut nihil horum patiebatur, aut multo minus, non mirandum ſi ſancti Euangeliſtæ ad factum exaggerandum, vt Chriſtus Deus haberetur, ſic ex hoc vno raperentur, vt alterius non meminerint, eo vel maximè, cùm à Matth. memoratum, poſt

Chryſoſt. 2. *Quare Marcus & Lucas de vno dæmoniaco mentionem fecerunt, Matthæus autem de duobus.*

Auguſt. Chryſoſt.

quem

quem ſcripſerunt, vidiſſent. Hæc expoſitio eſt vera, & litteralis, ſed cum illa non diſplicet altera etiam Ianſen. & aliquorum modernorum; *Ianſen.* tum propter rationes dictas, tum etiam, quia 3. *Dæmoniacus ex grauitudine factus Apoſtolus.* hic ſic miſerabiliter vexatus, ſic crudè in manibus dæmonum derelictus, ſic antiquatus, vt iam ex multis temporibus illum ad nutum poſſideret; hic ergo ſic miſerrimus ex dæmoniaco Apoſtolorum factus per virtutem, & gratiam Chriſti, ab ipſo in omnem illam regionem miſſus, quæ & quanta accepiſſet; & qualis eſſet Chriſtus, prædicauit, diſſeminauit, vt ſic intelligatur, quòd ſæpe vbi abundauit delictum, ſuperabundauit gratia. & dignè de hoc ſolo mentionem cæteri fecerunt Euangeliſtæ. nam de iſto ſolo dicunt oraſſe Dominum, vt ſineret eum ſequi gratum in benefactorem. Vnde Luc. num. 38. *Et rogabat eum vir, à quo dæmonia exierant, vt cum eo eſſet; dimiſit autem eum Ieſus, dicens: Redi in domum tuam, & narra, quanta tibi fecit Deus, & abijt per vniuerſam ciuitatem prædicans, quanta feciſſet illi Deus.* & Marc. *Vade in domum tuam ad tuos, & annuntia illis, quanta tibi Dominus fecerit, & miſertus ſit tui, & abijt, & cœpit prædicare in Decapoli, quanta ſibi feciſſet Ieſus, & omnes mirabantur.* 4. quod eqvidem de altero non legitur; *Ingratitudo quantum malum.* dignè ergo à cæteris relictus Euangeliſtis, dum beneficio ingratus, benefactori non ſe obtulit, vt ex hoc apprehendas, quantum ſit malum ingratitudo, vt condigna eius pœna è memoria aboleri ſit Dei, & è libro expungi vitæ, dum à libris expungitur Euangelij.

De monumentis. Quomodo dæmones in monumentis erant, facilè eſt coniectari, ſi vbi erant tunc monumenta, & qualia, attendas. nam, vt ex infinitis locis Scripturæ conſtat, ipſa nunquam in ciuitate, ſed aut in hortis, aut in campis, aut in montibus conſtituebantur, 4. *Regum*, & 2. *Paralip.* 26. de Ozia dicitur, quòd eum ſepelierunt in agro regali ſepulchrorum, alij in montibus, 1. *Regum* 31. vt in ne- 5. *Monumenta antiquitus extra vrbem in campis & montibus, & ſpatioſa, ac magna.* more Iabes Galaad. Chriſti ſepulchrum fuit in horto extra vrbem, & ex infinitis alijs locis hoc demonſtrat Salmeron, qui bene adnotat, quòd ſoli Chriſtiani intra vrbes, & Eccleſias ſepeliuntur, quæ ſepulchra ſic magna erant, vt per ea homines ingredi, ambulare, & ſpatiari poſſent, ſic magna, vt, ſicut adnotat Salmeron, opus eſſet oſtendere locum, in quo eſſet poſitus Dominus, quia & inibi alia eſſent locula, quod an verum ſit, nunc non diſputo, ſolùm de magnitudine aduerto, Pyramides Ægypti mundi miraculum ſepulchra fuiſſe Regum, vt ex his videas, quomodo dæmonia inibi habitare poterant.

6. Cur autem dæmones in monumentis hos *Dæmones cur in monumentis hos detinebant.* detinebant? primùm, vt alios perterrefacerent, Chryſoſtomus, & Theophylactus, vt ſuaderent animas hominum peſſimas in dæmonem tranſmutari, quem errorem Tertulliano tribuit Augu- *Chryſoſt. Theophyl. Auguſt.* ſtinus *lib. de hæreſ.* At quid eſt cauſas requirere, niſi ſæuitiam ipſam vt ſufficientem dare dæmonum? in monumentis habitabant, quia nullus aderat locus peior. nam ſi poſſent, in infernum eos detrudiſſent; ſic ſæui, ſic crudeles in nos, vt ex ſæuitia non ſolùm nos deſtruere, ſed 7. annihilare vellent, ſi poſſent, vt videas miſer ho- *Dæmonum ſæuitia in homines quanta.* mo, cui Deo bono derelicto ſeruias.

Enimverò *Iob* 1. *num.* 12. dum accepiſſet licentiam in ſubſtantiam Iob, quid ei reliquit, nec boues, nec aſinos, nec oues, nec camelos, tandem nec filias, nec filios, *filijs meis, & filiabus veſcentibus repentè ventus vehemens irruit à regione deſerti, & concuſſit quatuor angulos domus, quæ corruens oppreſſit liberos ſuos, & mortui ſunt.* in quo loco pon- 8. dero, non vnum angulum percuſſiſſe, ſed quatuor *Cur quatuor angulos domus filiorum Iob concuſſit.* domus; ad quid quatuor, cùm ad opprimendos liberos vnus concuſſus ſufficeret? nam domus ſuper eos cecidiſſet, & oppreſſiſſet. *ſi per vnum angulum,* ait Orig. lib. 2. in Iob. *poterat cadere, cur omnes quatuor angulos tetigit? vt oſtenderet (reſpondet) ferociam, atque animum ſuum homicidam.* at in quo? Sanè, quia ſi vnum angulum tetigiſſet, etſi domus cecidiſſet, & filios oppreſſiſſet, tamen aliquid remaneret domus, non tota penitus, & funditus corruiſſet: at non hoc dæmonis in nos permittit rabies, & ferocia, ſic nos odit, vt funditus extirpare, ac annihilare vellet, ſi poſſet, omnia noſtra ſic dominans, vt nec vnum tantùm lapidem intactum relinquere velit.

Quid, immo tanta eſt eius rabies, tantum de- 9. ſiderium hominem perdendi, vt etſi infinitis *Cur legio dæmonum in hominem hunc intrauit.* homine polleat maioribus viribus, & vno impetu; vt ſic dicam, totum genus poſſet perdere humanum. tamen tanta eius eſt rabies, vt ſuas non conſiderans vires, infinitos ſecum aduocat alios: ad vnum hominem perdendum, timens ne euadat. hinc huic Dominus ſic percontans, *quod eſt tibi nomen?* dixit, *legio; quia intrauerant dæmonia multa in eum*, Luc. 8. Ad quid legio dæmoniorum, ad vnum tantùm hominem debellandum? Sanè ex eo quod dicebamus, tanta eſt in hominem rabies, tantus metus ne euadat; vt omnis ſuæ infinitæ vires paruæ illi videantur, & vt omnino ſecurus de perditione hominum exiſtat, & alios aduocat infinitos, cùm ſolus poſſet. & neſcio an hoc veluti deridens Dauid inſinuauit *Pſalm.* 61. *num.* 4. quando dixit, *quò vſque irruitis in hominem, interficitis vniuerſi vos*; quod Chaldæus explicans, ait, *cuncti euadetis homicidæ, tanquam parieti inclinato, & maceriæ depulſæ.* homo erat vnus ſic debilis, vt veluti eſſet paries inclinatus, & maceria depulſa, & tamen vniuerſi accurrunt ad eius occiſionem, vniuerſi volunt eius eſſe homicidæ. Vnde hoc? *primò* ex eo quòd dicebamus ex ſumma rabie, efficiens in illo, vt ex deſiderio hominem perdendi ſuas non conſiderans vires, ne euadat, infinitos ſecum aduocat; & *ſecundum* nam ſic omnes nos abhorrent, vt ſi eis daretur, omnes quotquot ſunt ad vnum tantùm hominem perdendum accurrerent, non ſolum, vt omnes eum occiderent, & quilibet ſuam in homicidio haberet partem, ſed vt ſe præuenientes palmam ferrent homicidij quod pulchrè obſeruauit Orig. *vbi ſuprà*. *Origen.* expendens, cur quatuor angulos percuſſiſſet dæmon domus, cùm vnus ſufficeret; & reſpondet, quia data licentia non vnus accurrit, ſed infiniti, alter alterum præuenire volens, *ex omnibus partibus ſuper domum irruerunt feſtinantes, atque aduerſus murum rapientes, quis primùm hanc iniquitatem acciperet, quis primum hoc homicidium perpetraſſet, ingentem vnuſquiſque eorum reputans dolorem, ſi prior illo alter procederet ad eius ruinam.* En amice ſæuitia dæmonum, en eorum rabies contra te; en quomodo te ducit, quando te in ſuam poſſidet manum, nudum te conſtituit, lapidibus te cædit, ſub terram te ſepelit. Extra domum ac proprios lares adducit, in montibus te conſtituit, te dilanians, & per te alios:

ad quem finem hoc Deus permittit? vt talia videns eum fugias, vt vecordiam, ne dicam humanam iniquitatem, attendas, cùm etſi hoc, infiniti tamen dæmonem ſequuntur, pauci admodum Chriſtum.

DIGRESSIO II.

An vexati à dæmonibus, & obſeſſi, hoc illis ſemper eueniat propter peccata propria, quæ admiſerunt, an verò nullis extantibus peccatis, ſed tantùm ad eorum exercitium virtutis, & gloriæ augmentum.

HAnc quæſtionem non ponerem niſi manibus attrectaſſem, atque propria & aliena experientia didiciſſem ſelectiſſimas animas in hac tempeſtate energumenas, & obſeſſas extare; ſic, vt vſque ad ſtuporem ſit hoc videre, non ſolùm reſpectu ſanctitatis animæ, & puritatis, vt velit Deus earum corpus à ſic perfido poſſideri, ſed etiam ex multitudine: nam non vna ſolum, ſed multæ reperiuntur, quod equidem ad ſummum ſtuporem viros ſanctiſſimos magiſtroſque ſpirituales doctiſſimos adducit, & ne aliena narrem, dicam, quæ propria ſcio experientia.

10\. Puella quædam filia ſpiritualis, de cuius virtute nihil addubitare poteram, & generaliter confeſſa vix materiam abſolutionis in ea repetiſſem. tractu temporis ex aliquibus motibus in ſuſpicionem veni, an poſſeſſa eſſet à dæmone, ponderatis omnibus ſecretò ad eam abiurandam acceſſi, via cœpi, ac dæmon ſe manifeſtauit occultus per annos decem & nouem, admirabiles in ea efficiens infirmitates, & dolores. adiurans per quid intrauit, ſi per aliquod peccatum? magna aſſeueratione ſtatim reſpondit, *nullum, nullum*; ſed cùm nouem eſſet hæc annorum, & eam nec ad peccatum veniale malitioſum impellere poſſem, Deo dixi, *ſine vt eam intrem, ac poſſideam, & videbis ſi ad peccatum eam adducam*. Cui Dominus, *intra*; poſt quæ quaſi ſtupidus, & attonitus, ſæpe hæc repetebat, *decem & nouem anni ſunt quibus hic moror, & nihil egi*; *decē, & nouem*, &c. confuſus planè, nec vnum veniale ex malitia potuiſſe ab illa elicere, & licèt ſpiritus ſit mendax, tamen ex virtute, ac fortitudine, & ex ſcientia puritatis verum dicere conijctare facilè poteram; quid multa? illico exit, illa derelicta. Nec hic ſolus caſus extitit. nam alij etiam, & præcipuè dæmonum non obſidentium, ſed aſſiſtentium extra, quibus Deus facultatem præbet, vt non ſolùm aliquando corpora affligant, ſed, quod tremendum, & membra poſſideant exteriora, linguam, manus, pedes, oculos, vſque abutantur ad peſſima quæque facienda, in quibus diſcernendis, ac iudicandis, an actiones voluntariæ ſint, an inuoluntariæ, an peccata, an non peccata. vſque ad ſanguinem eſt deſudandum, & quia ad profectum animarum ſcribo, & vt ex aliena experientia quis doctus euadat, quia caſus varij ſunt, afferam & aliud exemplum, quod & mihi etiam accidit.

Exempla ſingularia dæmonum tentationum, & quomodo ſe in illis tum filij ſpirituales, tum magiſtri habere debent.

Filia altera ſpiritualis ſic pura, ac virtutis fœmina, vt dum non amplius, quàm quinque eſſet annorum, perfectam de Chriſto, ac de eius ſanctiſſima Genitrice cognitionem habuit, ipſumque, ac ipſam videns, ac cum ea alloquens, ne quid amplius dicam, (cùm hæc, & ſimilia nihil certi habeant ſanctiſſimæ Sedis approbatione non accedente;) hæc, ſic pura, ſic ſimplex, & quæ vnquam incentiua, nec minima paſſa fuerat libidinis, præuenta à ſanctiſſima Virgine, poſt tranſactam magnam quandam afflictionem, vt ad alteram ſe præpararet maiorem, bonoque eſſet animo, quia ipſa ei eius foret auxilium, cuius gratia eiuſque filij libera immuniſque euaderet, poſt duos menſes repentè ex tempore, & in inſtanti tales carnis incentiuos eſt paſſa, ſic furioſos, ſic vehementes, tales in partibus pruritus ſic efficaces, vt, nulla voluntatis obſiſtentia ſufficiente, propriis manibus ſe reſtrictans pollutionem eſt paſſa, ignorante penitus ipſa quid eſſet, neque nomen agnoſcens; à me interrogata ſi ſe polluiſſet, quid crudius, & acerbius excogitari poteſt? quod etiam nec ſemel eſt paſſa, quam omnino immunem à peccato iudicaui, ſicut & viri doctiſſimi, quibus cum conſului, iis motus rationibus:

Prima, quia nunquam expreſsè conſenſit, nec voluntariè actiones illas faciebat, ſed ſummo dolore ac conatu, ex quo coniectaui, aut opera dæmonis illa faciendi poteſtatem habentis in membra, aut ex vi vehementiſſimæ paſſionis ab illo excitatæ, præoccupante ratione, ſic vt libertatem præcipiendi non haberet: nam, vt ipſa affirmabat, quaſi extra ſe fiebat,

Secunda, & fortior, quia 10. dies amplius reſiſtentia creſcebat voluntatis, millies prius emoriendi, quàm Deum offendendi, & in viſum, odium & abominationem impoſſibile hoc ſi conſenſus adfuiſſet, & peccatum. nam 10 dies debilio euaſiſſet.

Tertia obſiſtentia poſſibilis, & executio omnium quæ ei præcipiebamus, hæc enim omnia cum puritate vitæ, cum firmitate ſolidarum virtutum, cum ingenti mortificatione carnis, vt liberam eam facerem adegerunt.

At dices, quid in hoc caſu feci? Sanè id quod in ſimilibus, & feliciſſimo exitu.

Primò omnino eos informare de actibus voluntatis, de libertate eius, de conſenſu libero, & coacto, & ſimilibus, vt ſcientificè euadant quoad poſſibile de diſtinctione inter conſenſum liberum, & extortum, vel violentum.

Secundò, vt nullo vnquam modo, neque ſi Angelus è cœlo illis dicat ſe conſenſiſſe, illud credant, ſed ſemper vſque ad mortem certando ſtent firmiter ſe nunquam conſenſiſſe, millieſque vouere non ſe conſenſuras.

Tertiò, vt ſola voluntate belligerent fortiſſimè, quoad poſſunt, parum curando de actionibus externis, vnde, etſi aliqualem adhibere debeant reſiſtentiam, tamen firma voluntate, & omnibus viribus ad confirmandum recollectis de cætero parum curent, ſiue ex violentia paſſionis, ſiue ex poteſtate dæmonis, aut corpus moueatur, aut manus adhibeantur, experto credant, ex externa obſiſtentia, non ſolùm nihil efficitur, quin immo creſcit tentatio, & in rabiem deuenit, ſemel iuſſi funibus quendam ſe brachia ligare, ne manus ad pudenda admoueret, nocte creſcente tentatione in talem rabiem deueniebat, vt dentibus funes dilaniaret, ac ſolueret, experientia edoctos nullum magis aptum inueni modum, quàm dictum.

Quartò, vt nullum admittant ſcrupulum, nullam de tentatione faciant æſtimationem, nullam interiorem patiantur inquietudinem, ſed

quoad fieri poteſt, ſumma reſignatione, humiliare, ac ſubiectione in manibus ſe relinquenies Altiſſimi, *frumentum*, dicant, *Chriſti ſum, dentibus beſtiarum molar.*

Quintò, vt nulli vnquam ſuam communicent tentationem, neque vlli vnquam de illa confiteantur, nam pauci admodum ſint ſic experti, vt talia non iudicent peccata, ſicut & mihi, cum hac eadem accidit, me abſente cum altero confeſſa, qui inexpertus in infernum eam detrudens, infinitis eam onerans peccatis. ampliùs miraculum, vt poſt hæc audita, non conſenſerit, quàm liberam eam Deum efficere à tentatione. immo, quod in hoc caſu efficere ſoleo, ſemel ſtabilito peccatum non adeſſe, neque eas de talibus permittere, vt confiteantur.

Sextò tandem frequentia Sanctiſſimi in hoc caſu eſt remedium excellēs, ſicut ſanctiſſimæ Virginis deuotio ac feruens Magiſtri oratio, & deprecatio: ſcio te expectare exitum huius caſus. Menſe tranſacto, ſic totum euanuit, ac ſi non fuiſſet, quod vt iacet, apponere volui, tum quia occaſio ſe obtulit, tum quia neſcio an alio commodius fieret, & Magiſtris ſpiritualibus commodum me fuiſſe ſpero, nam hæc, & ſimilia difficulter in libris inueniuntur, ſic practice, & experientia teſte: at nunc ad quæſtionem.

Non ſemper pro peccatis, ſæpe diuina prouidentia homines à dæmonibus poſſidentur.

11. Dico ergo non eſſe uecesſarium, affirmare obſeſſos ſemper in pœnam ſuorum peccatorum, in manibus tradi diaboli, ſed ſæpe euenire hoc animabus, etiam ſanctis, ſine vlla earum culpa, ſed diuina, & occultiſſima huc permittente, ſeu ordinante prouidentia, rationibus quas infrà adducemus.

August.

Hæc ſententia apertè eſt D. Auguſtini *lib.* 21. *de ciuit cap.* 28. dum adnotat paruulos baptizatos ſine vllis peccatis extantibus obſeſſos à dæmonibus inueniri, eſt Hieronym *Epiſt. ad Paul. de dormitione Bleſillæ.* quatenus hoc ad inſcrutabilia iudicia Dei remittit, *qua cauſa eſt* (ait) *vt ſæpe bimuli, trimuli vbera materna lactentes à dæmonio corripiantur? inuiſibilia hæc inſcrutabilia Altiſſimi iudicio ſunt relinquenda.* eſt Chryſoſtomi *in libris de prouidentia ad Stagirium*, Monachum obſeſſum, eſt Caſſian. *coll* 28. & ex recentioribus eam tenet Petrus Nauarro *lib.* 2. *cap.* 11. *vita Sanctæ Ioann. ſcholio* 1. occaſione liberationis cuiuſdam puellæ ſex menſium à dæmone obſeſſæ, quam ſancta à dæmone liberauit, quem prius in ea exiſtentem vidit, eſt etiam Torres *in* 1.2. *D. Thom. quæſt.* 90. *art.* 2, *diſput.* 2. *num.* 7.

Hieron. — Chryſoſt. — Caſſian. — Nauarr. — Torres.

Rationes autem ſunt euidentiſſimæ. *Prima* eſt exempla puerorum, qui nullum commiſerunt peccatum. *Secunda*, quia talis vexatio eſt malum pœnæ, ſæpe autem Deus malum pœnæ immittit ſine culpa patientis, aut alterius; ergo. Probatur ex *Ioann.* 9. de cæco nato, quando de eo Dominus aſſeruit, *quòd neque hic peccauit, neque parentes eius.* de qua re videndus eſt Chryſoſtomus vbi ſuprà, qui multas congerit rationes ad hoc probandum.

Rationes quare Deus illud in amiciſſimos & puriſſimos permittit

12. At petes, quæ rationes ex parte Dei eſſe poſſunt, vt tam graui malo ſuos ſubiiciat ſeruos, & amiciſſimos, ac animas puriſſimas, & ſanctiſſimas. Et *primum*, relicto hoc negotio altiſſimæ Dei prouidentiæ, eiuſque imperſcrutabili iudicio, vt D. Hieronym. ait, aliquæ tamen ab Authoribus adducuntur, & adduci poſſunt. Abulenſ. *hi quæſt.* 122. aſſignat primam, oſtenſionem diuinæ poteſtatis, ſecundam, ne aliquid remaneat ſuperfluum in rerum natura; demum ait, eſt ſubſtantia ſpiritualis, potens aliquid agere, non poteſt eſſe Miniſter Dei ad bonum; ergo ad malum perpetrandum, hoc eſt, ad inferendas pœnas; quartam ad cognitionem fidei, nam multi aut alteram negant vitam, aut eſſe dæmones, ſicut Sadducæi.

Abulenſ.

Torres *vbi ſuprà*, primam rationem, fidei inſtructionem, non ob id, quod ait Abulenſ. tum vt peccatum homines fugiant, dæmonum tormenta proſpicientes, tum vt homines admoneant de odio, ac rabie dæmonum, vt eorum procurent euitare conſortium; ſecundam affert, & eſt propriiſſima reſpectu ſanctorum hominum, vt Sanctos exerceat, & probet, & aliis ſint exemplo patientiæ, humilitatis ac aliarum virtutum. Torres.

Petrus Nauarro *vbi ſuprà*; alias etiam adducit, vt eos à peccatis præſeruet, quam affirmat eſſe Seueri Sulpitij *in vita S. Martini Dialog.* 1. aut ad augmentum gloriæ iuſti, aut tandem ad conſeruandam humilitatem. Nauarr.

13 Omnes equidem rationes optimæ, ſed afferam vnam ex ſecreta Dei prouidentia, quam cuidam reuelauit, mea ſententia, talibus vndequaque ſanctis vallatam, boſſis circunſtantiis, vt nullus remaneat ſcrupulus ſententiam eſſe diuinam. Quædam Sancta Monialis, cùm obſtupeſceret, ac veluti cum Deo conquereretur, cur tantam, talemque licentiam dæmonibus in hac tempeſtate permitteret, vt ſic corpora Sanctorum, ac Sanctarum viua eius templa poſſiderent, affligerent, tormentarent, quod verè vſque ad ſtuporem eſt hoc videre; in ecſtaſim rapta tale in fundo animæ audiuit reſponſum, vt mihi retulit, *Filia, in primitiua Eccleſia per martyrium multas ſum lucratus animas, at totidem amiſi tyrannorum eas martyrizantium, nunc volo & Martyres efficere, & animas non perdere, ideo licentiā do inferni dæmonibus, vt inde exeuntes corpora tormentantes Martyres animas efficiant.* Pende ſententiam, & non ſolùm dignam charitatis Chriſti eam inuenies, ſed vndequaque ſic vallatam, vt impoſſibile non eam Diuinam dices, ſiue eius obiectum conſideres, ſiue finem, ſiue motiuum, ſiue grauitatem, ſiue maieſtatem, ſiue ad quæſitum ſatisfactionem, ſiue tandem occultiſſimum motiuum ratione humana penitus inſcrutabile.

Ex dictis duo inferre potes, & præcipuè ex hac vltima ratione. *Primum* certitudinem ſententiæ, ſanctiſſimos homines obſideri poſſe abſque vlla eorum culpa, & ad magna eorum merita, obquæ, vt optimè Caſſian. *vbi ſuprà*, nullo modo tales ſunt ſpernendi; immo omni reuerentia digni, & *ſecundum*, cur benigniſſimus Dominus hac tempeſtate tales, ac tantos amiciſſimos ſuos permittat à dæmonibus poſſideri, ex quo ſuum occultiſſimum iudicium adorando colligere potes, etiam ſi ſæuiſſimis quibuſcumque flagellis ſuauiſſimam includi Dei benignitatem, qui ſemper benedictus in ſæculo.

Et ecce clamauerunt, dicentes: Quid nobis, & tibi, Ieſu fili Dei? veniſti huc ante tempus torquere nos? NVM. 29.

Senſus litteralis, & moralis.

ET *ecce clamauerunt*, Marc. ſic habet, *Videns autem Ieſum à longè, cucurrit, & adorauit eum;*

clamans voce magna dixit: Quid mihi & tibi Ieſu fili Dei altiſſimi, adiuro te per Deum viuum, ne me torqueas; dicebat illi: Exi ſpiritus immunde ab homine; & interrogabat eum, Quod tibi nomen eſt; & dicit ei, Legio mihi nomen eſt, quia multi ſumus, & deprecabatur eum multum, ne ſe expelleret extra Regionem. Hæc vltima ſic habet Luc. *& rogabant illum ne imperaret illis, vt in abyſſum irent.*

Maldon. Supponendum, antequam hæc dæmon diceret, vt bene Mald. Chriſtum ei præcepiſſe, vt ab homine diſcederet, cuius poteſtate coactus, ſibi malum timens, illa dicebat, eumque deprecabatur; ſed primò quærendum,

1. *An dæmones cognouerint Chriſtum eſſe Dei filium.* Hieron. Auguſt. Remig. An dæmones iſti, & alij Chriſtum cognouerint Dei eſſe filium. Vetuſta fuit opinio dæmones cognouiſſe, at Principem eorum ignoraſſe, quam opinionem refellit Hieronym. hîc; at ipſe Hieronym. Auguſtin. *de ciuitate Dei*, Remig. apud D. Thom. *in Cat.* aliique Theologi, dæmonem non certa ſcientia, ſed probabili coniectura illud ſciſſe dicunt. Maldon. *hic*, aliique affirmant ante tentationem illum non cognouiſſe, nam non tentaſſet, poſt tentationem dæmon certè cognouiſſe ipſum eſſe filium Dei, ac Meſſiam. Reſpondetque Maldon. argumento. Si enim illud ſciſſent, non impulſos fuiſſe corda Iudæorum ad illum occidendum, ait enim poſſibile dæmonem non ſciſſe myſterium mortis eius, & quòd ex ea homo eſſet redimendus. Vtraque ſententia probabilis, & vltima, ſi naturaliter diſcurrendum eſſet veriſſima, & omnino me in illam inclinarem, tum ex multis Scripturæ locis, vt Marc. 1. 34. *& non ſinebat ea loqui, quia ſciebant eum*, & Luc. 4. 41. *Exibant dæmonia a multis, clamantia, & dicentia, quia tu es Chriſtus filius Dei, & increpans non ſinebat ea loqui, quia ſciebat eum eſſe Chriſtum.* Tum ex rationibus, nam qui fieri poteſt, vt dæmoni latere poſſet miracula Chriſti diuinitatem præſeferre, dum non deprecatiuè, ſed poteſtatiuè, illa faciebat. *Secundo*, ſi Chriſtus totus erat ad perſuadendum ſe eſſe Dei filium, ſi vt Dei filium ſe adorare ſinebat, ſi Petrus eum vt talem confeſſus, & Dei fuiſſe reuelationem, Chriſtus aſſeruiſſet talem confeſſionem, & infiniti ſemper dæmones aſſiſtebant, quomodo hoc eos latere poterat. *Tertiò* dæmon optimè ſciebat Chriſti prophetias, & in illo omnes concurrere cernebat, & omnino, & adamuſſim, cum illis vitam Chriſti concordare. Vnde ergo illi dubitatio? *Quarto*, Hebdomadas Danielis, ex quibus tempus colligitur aduentus Meſſiæ, quis alter melius intelligebat? *Quintò*, multitudinem cernebat Angelorum infinitam Chriſtum comitantium ad nutum, & obſequium eius miracula operantium, & virtutes, & tanta reuerentia aſſiſtentium, vt ex ea verè Chriſtum Deum eſſe certè ſcire poſſent. Ex quibus omnibus impoſſibile videtur, vt certò non ſcirent Chriſtum eſſe Dei filium, neque me multum mouet, quia corda impulit Iudæorum ad eum occidendum. nam præter rationem Maldon. & aliam addo, odium, rancorem, ac cum Deo inimicitiam, ex qua aliquando, vt ſæpe obſeruaui, ſic ſtupidus redditur, vt dum contra Deum aliquid faciat, nihil ducat, etſi aliud maius deperdat emolumentum; vecors neſciebat fortaſſe Iobum gratia Dei adiutum cadere non poſſe, ad quid eum ad tentandum, & tormentandum requiſiuit, cùm ſciret omnia in maiorem Iobi gloriam euaſura? rabies eum dubium fecit, reputans ſe aliquid facturum, & quando nihil, ſat ſibi afflixiſſe, tormentaſſe, ſæpe obſeruaui, apertè aliquibus dixiſſe, vt ſe occiderent, vt ſe præfocarent, & vecordiam admiratus, vnde ſic clarè illud perſuaſiſſent, ſcientes talem coniectare poſſe, ſummo euidenter ſcire dæmonem eſſe, nullam aliam cauſam reperire potui, non ignorantiam, non ſtoliditatem, non inſcitiam, cùm acutiſſimi ſint, niſi odium, rabiem, deſiderium nos perdendi, ſæpe ſtupidos eos efficere, ac vecordes: ſic nunc, etſi ſcirent illum eſſe filium Dei, & per eum mundum redimendum, ex odio Dei, maleuolentia, ac rabie, vt eius filium occiderent, aliquid ſolarij inde capientes, ineptiſſimo potiùs maluerunt hæc efficere, quàm mundum non perdere, vnde, vt dixi, ſi naturaliter tantum eſſet diſcurrendum, ſine dubio hanc ſecundam tenerem ſententiam.

At verò, cùm dicat D. Thomas diuinitus dæmonem impeditum fuiſſe, quo minus multa de Chriſto non cognoſceret quæ, ſi non impeditus, natura ſua facilè cognouiſſet; & prima ſententia ferè omnium ſit Patrum, quos viderim, & recentiorum Theologorum, ideo libenter eam ſequor, & cum Suarez affirmo euidenter, & certiſſimè, dæmones nunquam cognouiſſe Chriſtum eſſe filium Dei, ea certitudine, vt omnem prorſus abigeret formidinem, ſed ex omnibus dictis, ac factis Chriſti, eam auxiſſe certitudinem, vt ferè non dubitauerit, dubitaſſe tamen, & certum, non extitiſſe ex diuina prouidentia ſic ordinante, eumque impediente, ob quod pulchrè Aug. 9. de ciuit. cap. 21. *tantum (ait) innotuit eis Deus quantum voluit, tantum autem voluit, quantum oportuit.* hoc ergo ſic ſtatuo; nunc ad reliqua cæterorum Euangeliſtarum, vt pleniſſima de hoc miraculo habeatur ſcientia. S. Thom. Suarez.

Videns Ieſum à longè, cucurrit, & adorauit eum. Vnde nunc adorat, quando in deſerto ab eo adorationem exegit, & vnde nunc eum filium Dei confitetur. Ad rem Hieronym. *Non eſt autem voluntatis iſta confeſſio, quam præmium ſequitur confitentium, ſed neceſſitatis extorſio, quæ cogit inuitos.* adorauit pœnas timens, & flagella, eruditus per iſta, qui ex ſuperbia inſanus fuerat ex gloria, & beatitudine. Sic vſu venire ſolet, vt flagella iudicium reponant quod felicitas abſtulerat, & ſæpe aut ex his, quæ patimur, aut ex his, quæ alios pati audimus, erudimur. Vnde Iſaias cap. 28. num. 19. *flagellum inundans cùm tranſierit tollet vos, quoniam manè diluculo pertranſibit in die & in nocte.* Mira perſeuerantia in flagellando, mira durities flagelli! omnes tollens ad eos conculcandos; vigilabit manè diluculo ne ſegnem eum reputes, tandem ne illico pertranſiturum cogites, addit, *in die, & in nocte*, hoc eſt, continuè, & perſeueranter pertranſibit. Cur tanta ſic dira, ſic diuturna flagellatio? ſequitur Propheta; *tantummodo ſola vexatio intellectum dabit auditui.* hoc vltimum pondero; non enim dixit vexationem intellectum daturam patienti, ſed auditui, hoc eſt, audienti. Cur hoc? ſanè ex eo quòd dicebamus flagellationem tum erudire eos, qui flagellantur, tum eos qui eam audiunt, ex alieno periculo cauti effecti, ex timore, quando bene, non ex amore ad Deum accurrentes, vt dæmoniacus iſte.

2. *Dæmon cur Chriſtum adorauit, filiúque Dei dixit.*

3. *Tribulationem hominũ erudiunt, non ſolùm eas patientem, ſed audientem.*

Quid tibi & nobis Ieſu fili Dei? Duplicem ſenſum patiuntur iſta verba, *quid tibi & nobis.* *Primum*, quid tibi mali fecimus, vt venias ante tempus torquere nos, Maldon. *Secundum*, quid tibi nobiſcum commune, cur nos perſequeris? & hunc ſenſum indicat Cyrillus, ſequitur Barradas, Maldon. Cyrill. Barrad.

&

& exiſtimo verum conſiderata ſuperbia & dæmonis audacia; qui longe ſemper à bono, & præcipuè ab humilitatis actu; vnde licèt poſtea eum ex timore ſit deprecatus, & ex pœna, inſanus ex ſuperbia, primùm hæc verba audacia dixit. Ex quo ſolutum manet argumentum Maldon. vnde rectè Cyrillus: *attendas*, ait, *hic timorem annexum audacia, & deſperationi multam, ſignum enim diabolicæ deſperationis eſt, in audendo dicere, Quid mihi & tibi eſt Ieſu fili Dei altiſſime? timoris vero, cùm precatur, obſecro te, ne me torqueas.*

Veniſti ante tempus. Marc. ſic habet, *adiuro te, ne me torqueas.* Lucas, *obſecro te ne me torqueas. Primò* ſupponendum, hæc dæmonem dixiſſe, quia Ieſus præcipiebat illum exire. Vnde Lucas, *præcipiebat enim ſpiritui immundo, vt exiret ab homine.*

Ianſen.

Secundò ſupponendum, vt bene aduertit Ianſen. Dominum non præcepiſſe, vt ſtatim exiret. ſed vt exiret, permittendo ei tempus, & ſimul vt ea diceret, ac obſecraret, vt ſic clarior eius fieret poteſtas. Sanies dæmonij, & miraculum ex quo permiſit ei reluctamen, etſi in inſtanti eum proijcere poterat; ad noſtram doctrinam ne miremur; ſi ſtatim Deus à nobis non propulſet dæmonem tentantem ſi tempus ei concedit; tandem ſi illum expellere ſtatim non poſſumus, ad diuinam enim prouidentiam omnia hæc ſpectant, qui tempora obſeruans, ſic omnia diſponit, vt ſuo quoque quælibet fiant; quod præterire nefas, audere ſuperbum, ſed patienter clamando ſemper tempus à Patre præfinitum expectare debemus. at pergo.

4.
Chriſtus cur dæmon illico à nobis aliquando non propulſat.

Salmeron.
Ianſen.

Adiuro te per Deum. Obſeruat Salmeton ex Ianſen. verbum *adiurandi* multipliciter ſumi, interdum pro compellere aliquem ad iurandum, ſic *Geneſ.* 24. adiurauit Abraham Eliezer ſeruum ſuum interdum iuramento increpatorio aliquem ſubiicere, ſic 1. *Regum* 14. Saul adiurauit populum, dicens: *Maledictus vir qui comederit panem hodie. Tertiò* tandem accipitur iurare pro eo quod eſt metu religionis, aut vltionis diuinæ aliquem obſtringere, & intuitu obedientiæ quemquam cogere. Sic Achab 3. *Regum vltim.* adiurauit Michæam Prophetam, vt non loqueretur niſi quod verum. & Caiphas adiurauit Chriſtum infrà *cap.* 26. In quo ſenſo iuramentum acceptum facit hunc, *Adiuro te*, hoc eſt, *per gloriam, & obedientiam Deo debitam te obſtringo.* Sciebat enim ſe indigniſſimum, ſuaſque preces indigniſſimas, vt audirentur; hinc diuini nominis authoritatem interpoſuit, quam tamen, vt obſeruat Ianſenius, ſciebat eſſe apud Chriſtum grauiſſimam; nec eum ſua feſellit cogitatio, nam ob diuini nominis dignitatem, nec illum in abyſſum relegauit, & in porcos ire permiſit, quòd ſi patris æterni adiuratio tantum dæmonibus valuit, vt ob eius reuerentiam illos Chriſtus audiuit, quid cum Chriſtianis? quid cum Dei ſeruis valebit? & ne occaſio excidat occaſione adiurationis Caiphæ, quam ſuprà adduximus; adnotandum, ne illam frangeret, ac ſanctiſſimè Patris nomen non veneraretur, quaſi minus illum diligeret, quàm propriam vitam, etſi ſciret vaſtè ac dolosè Pontificem illud expoſtulare, non animo veritatem ſciendi, ſed capiendi occaſionem eum condemnandi, & morti addicendi, vt poſtea fecit; maluit mori, & cruci ſe tradere, quàm ex nomine Patris adiuratus tacere, cùm poſſet, aut amphibologicè loqui, ne eum poſſent capere in ſermone, vt ſæpe alias fecit, quia ſic conueniebat, ſed planis, & expreſſis verbis dixit, *ego ſum*, ex quo, vt vides, verum dices, ſi affirmes Chriſtum Dominum obitum, non ſolùm ob amorem ac Patris reuerentiam mortuum, ſed ob teneritudinem amoris, ac exceſſum charitatis, ne Patris adiurationem infringeret, aut minus habere videretur; ſed de hac te ibi Deo adiuuante; quæ hic prælibare voluimus, ne morte præuenti explanare ea non poſſemus; nunc ad rem.

5.
Adiurare quot modis accipitur.

6.
Chriſtus quanti patris nomen faciebat.

7.
Mortuus ob teneritudinē amoris paterni.

Adiurauit ergo, ne eum torqueret; qualis hæc tortura? Chryſoſtomus, ipſamet Chriſti præſentia ipſis, ipſo inferno durior. *Nemine vidente flagellabantur, multoque magis quàm mare paulo antè perpuncti præſentia Chriſti atque incenſi, & ſeueriſſimè torquebantur.* Euthymius, *Dæmones*, ait, *Chriſtum cognouerunt, & non ferentes virtutem inuiſibiliter eos inflammantem clamauerunt.* Eandem ſententiam habet Abulenſis *hic quæſt.* 108. & D. Hieronymus; *præſentia Saluatoris tormenta ſunt dæmonis.* Immo Abulenſis vult vt intrante Chriſto in regionem cœperit ipſe virtute ſuæ diuinitatis acriter dæmones torquere. Theophyl. Caietanus & alij; volunt tormentum dæmonis fuiſſe ipſam expulſionem. Vnde Caietan. *Vex*, inquit, *iſta iuſtitia eſt ſcientium ſpiritalem torturam, in hoc quod cogebantur præcepto Chriſti exire inuiti ab hominibus poſſeſſis, ipſa enim coactio ad relinquendum poſſeſſa, tortura eſt ſpiritualis creatura.* Vtramque ſententiam æſtimo veram; ex quibus duo elicere potes. *Primum*, quàm verum ſit Sanctorum dictum, in die iudicij dæmonibus ac damnatis, terribiliorem futuram Chriſti præſentiam ac faciem, quàm ipſas infernorum pœnas; ſic, vt quemadmodum alibi ex Chryſoſtomo diximus, ſi optio eis daretur, mallent ab inferno non exire, quàm Chriſti ſuſtinere præſentiam; infelices omnino, vt eadem præſentia quæ Sanctos beatificat, & in paradiſo conſtituit, eadem iniquos torqueat, infeliceſque reddat, ac durior eis ſit, quàm ipſæmet inferi pœnæ. *Secundum* autem eſt, quanta ſit in homines dæmonis ſanies, ac rabies, vt tormentum ſuum dicat eos non torqueri, & mortalem, ac moribundam vitam eis non præbere.

Chryſoſt.
8.
Dæmonis tortura quæ.
Euthym.

Abulenſ.
Hieron.

Theophyl.
Caietan.

9.
In die iudicij facies Chriſti quantum malos torquebit.

Rogabant ergo eum, & quid pro ratione afferebant. *Veniſti*, aiunt, *antè tempus torquere nos.* Multi multimodè intelligunt hanc ſententiam: aliqui exiſtimant, per tempus intelligi Incarnationis tempus; quaſi dicerent, citius veniſti, quàm nos præſumeremus; ſic Cath. Alij referunt ad regionem Geraſenorum. Vnde faciunt ſenſum; veniſti huc ante tempus, id eſt, in regionem iſtam ad nos expellendos ab iſtis qui illud non merentur. Maldonat. Nulla harum mihi placet; non prima, quia impoſſibile apparet dæmones Chriſtum venisse ignoraſſe, vt ait Maldon. Nec etiam ſecunda, quia apertè ex Luca conſtat alium fuiſſe dæmonis ſenſum.

Cath.

Maldon.

Tertius ergo ſenſus eſt verus, Auguſtini *lib.* 8. *de ciuit. cap.* 23. Chryſoſt. Euthym. Salmeron. & aliorum, dæmonem intellexiſſe tempus iudicij, in quo in abyſſum intrudentur, in quo terribilius cruciabuntur; nam nunc ex vagatione in hoc aëre, ex caſu hominum & poteſtate eos nocendi, aliqualem capiunt delectationem, ac ſubleuamen; at poſt diem iudicij cùm omnia hæc excipient, tunc terribilius torquentur. hic hoc timens allegabat adhuc non eſſe tempus eos torquendi, hoc eſt, in abyſſum mittendi; quod expreſſit Lucas, dicens, *& rogabant illum, ne imperaret illis, vt in abyſſum irent.*

Auguſt.
Chryſoſt.
Euthym.
Salmeron.
10.
Dæmones cur tantum diem reformident iudicij.

At

At cur hoc timebant, nunquid Chriſtus iniu-
ſtus? vt ante tempus præfinitum vellet eos in
Chryſoſt. abyſſum mittere? Ad rem Chryſoſtomus: timoris
cauſam dat in præſentia Chriſti peccaſſe, & non
potuiſſe peccatum tergiuerſari. Vnde ait, *Cum
non poſſent excuſare ſe, quod non peccaſſent ne ante
tempus pœnas darent precantur, quoniam enim iam
ſe deprehenſos in iniquis factis arbitrabantur, quibus
omni quo poterant modo creaturas Chriſti exagita-
bant; propterea putarunt non expectaturum ipſum pu-
nitionis tempus, ſed acerbitate, & magnitudine pec-
11. catorum commotum, tunc ipſos puniturum*; ſi quæ
Mors præpro- Chryſoſtomus ait ad illos applices peccato-
pera & in iu- res inſtruunt peccantes coram Sanctiſſimo, ſimul-
uentute ſæpe que ad eos, qui acerbè, ac pertinaciter peccant,
ex peccatis non miraberis iam multos in ipſo iuuentutis flo-
quæ ſiunt an- re mori, & ante tempus perire.
*te Sanctiſſimū
& ex perti-
nacia.*

Enim verò ex malitia hominum Deus motus
diluuium immittere, cogitans tamen ſua miſeri-
cordia incitatos ſpatium eis pœnitendi conceſ-
ſit centum & viginti annorum Geneſ. 6. num. 3.
12. *eruntque dies illius centum, & viginti annorum.* at
Diluuy tem- ex illis poſtea viginti demit, cùm quando hæc
pus ex ecca- Noë dixit, erat quingentorum annorum, quando
to accelera- diluuium venit ſexcentorum, vt adnotat ſacra
tum. Scriptura. ergo viginti Deus ex condicto ademit
annos; cur hoc? Sanè ex infinita malitia homi-
num, & obſtinatione in peccatis, anteuertit tem-
Chryſoſt. pus præfinitum. *Quoniam vidit*, ait Chryſoſto-
mus, *quotidie incurabiliter eos peccare, propterea ſuc-
cidit tempus.*

Nec equidem minus hoc illis, qui coram San-
ctiſſimo peccant, 1. ad Corinth. 11. num. 30. *ideo
inter vos multi infirmi*, ait Paulus, *& dormiunt multi*;
de præmatura morte loquitur, cuius rei cauſam
duplicem aſſignat, & malam Sanctiſſimi ſuſce-
ptionem, & Dei irreuerentiam, *aut Eccleſiam Dei
13. contemnitis* Liuiè in illa bibentes & comedentes;
Comeſſatio- vnde hoc infrà *num.* 34 confirmans, ſic ait; *Si quis
nes in Eccle- eſurit, domi manducet, vt non in iudicium conueniatis.*
ſiis Dei ad- Tremendum dictum, ex exceſſu potus, & eius in
uocant iudi- Dei Eccleſia facto, & coram Sanctiſſimo affirmat
cium. Paulus quòd in iudicium conueniebant; quid er-
go erit quando coram Sanctiſſimo non exce-
dunt in potu & eſu; ſed in fœdis, ac carnalibus
actionibus, nónne iuſtiſſimus ille Dominus an-
teuertet iudicium?

14. Immo, pace talium, in hac re peiores ſunt ipſis
Dæmonibus dæmonibus; nam iſti ex irreuerentia erga Chri-
ſunt peiores ſtum, dum in ſua præſentia affligere ſuam auſi
qui corā San- ſunt creaturam, timuerunt pœnæ ſuæ accelera-
ctiſſimo pec- tionem, & iſti non ſolùm irreuerentiam exercen-
cant. tes, ſed ipſummet Dominum crucifigentes, nul-
lum timent iudicium; *quid nobis & tibi*, dixerunt
iſti peruerſi ad Chriſtum, quorum verborum ſen-
ſus ſecundùm aliquos eſt, vt ſuprà diximus; quid
tibi mali fecimus, & tamen damnationem timent
ob irreuerentiam tantùm exceſſus in ſuam crea-
turam, & iſti, etſi illum interimant, non timent;
nonne ob hoc dæmonibus ipſis peiores? quid er-
go mirum ſi ante tempus præfinitum vitæ abſu-
mantur ſolum ob hoc peccatum.

Enim verò *Eſther 7. num* 6. contra Aman ira-
tus Rex Aſſuerus è loco conuiuij ſurgens intra-
uit in hortum, remanente Aman cum Regina;
hic autem *ſurrexit è lecto vt rogaret Eſther regi-
nam pro anima ſua, intellexit enim à Rege ſibi para-
tum malum.* At reuertens Rex ab horto *reperit
Aman ſuper lectum corruiſſe, in quo iacebat Eſther.*
Quod videns, ita percitus exclamauit, *Etiam Re-
ginam vult opprimere, me præſente in domo mea*, ſta- 15.
timque hoc audientes quidam eunuchi, *operue-* *Aman cur*
runt faciem eius, vltimæ condemnationis ſignum, *tam acritèr*
& ex mandato Regis ſuſpenderunt eum in ligno. *occiſus.*
In quo loco pondero Amanum ſurrexiſſe vt Re-
ginam pro ſe oraret, quia intellexit paratum ſibi
à Rege malum; quæ verba, vt vides, nec extre-
mum ſupplicium indicant, nec inſtantaneum;
vnde ergo tam citò factum, & non aliud, quàm
mors? Sanè ex irreuerentia in aula & in conſpe-
ctu Regis; *etiam me præſente, & in domo mea.* Quid
ergo mirum, ſi ad mortem addictus, & ante tem-
pus. *Multi*, ait Chryſoſtomus hom. 74. in Matth. Chryſoſt.
*ad formas mulierum aſpiciendas in Eccleſiam ve-
niant, deinde non mireris, quomodo vndique fulmina
non deferuntur, quomodo cuncta funditus non inuer-
tuntur.* Satis ad rem, & tamen hoc Chryſoſto-
mus de aſpectibus tantùm, quid diceret de actio-
nibus turpioribus; ne miremur ergo ſi ante tem-
pus tolluntur homines, cùm & ante Chriſti
aſpectum peccare præſumunt, res ſic horrenda, vt
etiam ad timorem ipſos conſpexit dæmones, ob
quod putabant & ante tempus in abyſſum Chri-
ſtus eos impulſurus.

Pulchrè aliqui adnotant, dæmones illos imi- 16.
tari, qui aliorum errores facilè deprehendunt, *Dæmones*
ſuoſque grauiſſimos ignorantes, en dæmon, etſi *imitantur qui*
falsò notat in Chriſto ante tempus veniſſe, dum *defectus ſpe-*
ipſe iniquiſſimè tormentabat hominem; rectè *ciunt alios,*
Enodius lib. 2. Epiſt. 16. *Improborum natura eſt hoc* *ad ſuos caecu-*
ſentire de omnibus, quod ipſi merentur, & in malis ſo- *tientes.*
*latium nuſquam videre innocentiam, tormenta ſunt
maculatæ conſcientiæ non ſibi credere participes.* Quod
expendens Chryſologus *ſerm.* 16. ſic eleganter Chryſol.
ait, *tempus abſcindit, præuenit mortem, ſepelit viuos
crudelitas immatura, & de tempore quæritur* Nil me-
lius illum imitatur qui feſtucam videns fratris,
trabem ſuam non videt. Sed pergo.

*Quod tibi nomen eſt? & dicit ei, Legio mihi nomen
eſt, quia multi ſumus*, Non interrogauit quaſi ne- 17.
ſcius, ſed rationibus quas infrà adducemus, quot *Quæſtiones*
numerum millium legio continebat, an 6666. vt *ſuperuacaneæ*
vult Lyranus, & alij, an 12250. vt vult Ianſenius, *& curioſæ ab*
vſque ad ſaturitatem hîc diſputant aliqui; ſi Cæ- *expoſitione*
ſaris commentaria laborarem, dicerem aliquid; *Euangelio-*
at quia ſanctum Ieſu Chriſti Euangelium ſuper- *rum.*
uacaneas duco has & ſimiles eruditionis tantum
humanæ quæſtiones; attamen ſi de hac re ali-
quid ſcire vis, conſule Alexandrum ab Alexan- Alex. ab
dro *lib.* 1. *cap.* 5. & Tiraquellum in comment. Alex.
Alexand. Tiraquell.

Magis ad ſcripturariam quæſtionem pertinet 18.
id quod aliqui hîc diſputant; an ſcilicet Angeli
& dæmones proprium nomen habeant; multi *propriū no-*
illud negant, tanquam quid ſuperfluum, cùm per *…*
propriam cognoſcantur perſonalitatem. Sic Gre- Greg.
gorius Magn. *homil.* 34. *in Euangelia*, Ianſenius *hîc.* Ianſen.
Viguerius *inſtitution. cap.* 10. Lyranus *Geneſ.* 32. Viguer.
ad illa verba Angeli ad Iacob, *cur quæris nomen* Lyran.
meum. Abulenſ. *hîc quæſt.* 110. *& Iudic.* 13. *quæſt.* 33. Abulenſ.
immo in hoc loco vult nec homines in cœlo
beatos nomen habere, & apud Magiſt. ſentent.
diſt. 10. §. *& putant aliqui.* nonnulli arbitrantur *Prima ſen-*
nomina Michaëlis, Gabrielis, & Raphaelis non *tentia.*
eſſe Angelorum aliquorum peculiaria, ſed nunc
huius, nunc alterius, vt, v. g. ſi mittatur aliquis
ad ferendam medicinam, dicitur *Raphael*, id eſt,
medicina Dei; ſic qui ad fortia, *Gabriel*; ſic qui ad
magnam opem ferendam, *Michael.*

Breuiter dicam, quid in hac re ſentiam.

Primò

Impugnatur. *Primò* homines beatos in cœlis propria non habere nomina, æſtimo falſum; ſicut & tria iſta nomina trium iſtorum Angelorum eſſe communia; nam peto, ſi ibi Chriſtus poſſidebit nomen, ſi Beata Virgo? quod negare eſſet prorſus delirare; ſi ergo Chriſtus & Beata Virgo ibi ſuum nomen obtinebunt, cur & cæteri Sancti non ſuum? Confirmatur ex Paulo ad Philippenſ. 4. num. 3. *Rogo te germane compar, adiuua illas, quæ mecum laborauerunt in Euangelio cum clemente & cæteris adiutoribus meis, quorum nomina ſunt in libro vitæ.* Si ergo nomina in libro vitæ; ergo æterna. Confirmatur ex impoſitione aliquorum nominum à Deo impoſitorum, tum ex veteri Teſtamento, tum in nouo, vt Abraham, Iſraël, & aliorum, & in Euangelio nomen Petri; quomodo ergo putandum talia nomina in cœlis euaneſcère, ac perire à Deo impoſita; neſcio quid indecens redoleat; erunt ergo in cœlis propria nomina Sanctorum.

Neque minus certum æſtimo propria illorum trium Angelorum eſſe nomina illa, quod equidem ex vſu, & conſuetudine Eccleſiæ ſatis conſtat, quæ ſemper per illa non vagos Angelos intelligit, ſed ſpeciales ſpiritus ex illis nominibus deſignatos.

Authoris ſententia. *Secundò* mihi magis arridet illorum ſententia quæ affirmat nomina propria Angelis eſſe in cœlis, ſicut & dæmonibus in inferno; non equidem hoc ad eorum cognoſcendam naturam; nam, vt ſic, non eſt illis neceſſarium nomen, ſed ad cognoſcendum inter ſe, vt bene Barradas *hic*; qui *Barrad.* optimè etiam affirmat, hanc ſententiam conformiorem eſſe Scripturis, dum in illis Angelorum nomina reperiuntur. Hanc ſententiam tenet Barrad. *Idem.* & Petrus Nauarro *in hiſtoria ſanctæ Ioannæ,* *Nauarr.* vt infrà dicemus, & Dionyſius Carthuſian. *Carthuſian.* citatus à Barrada, & veram eſſe reputo, tum ex Scripturæ locis, quæ Angelos ſuis vocant nominibus, quæ in promptu ſunt; tum etiam & aliquibus reuelationibus Sanctorum, quibus nomina ſuorum Angelorum fuit reuelatum, vt Sanctæ Ioannæ; cui ex Virginis interceſſione reuelatum fuit ſui Angeli cuſtodis nomen, qui dicebatur *Laruel*, orante enim ipſa, vt refertur *lib. 2. ſuæ hiſtoriæ cap. 2.* Virginem ſanctiſſimam vt nomen ſui cuſtodis, qui ſemper eam comitabatur, illi aperiret. Virginem audiuit ad ſe Gabrielem aduocantem, eique mandantem, vt ſtatim iret, diceretque

19. *Larueli*, vt illico eam adiret; de qua reuelatione *Scientia nominum Angelorum alteri vitæ debetur, non iſti.* addubitare cùm de reliquis non dubitetur, non eſt conueniens, vt rectè ibi admonet Petrus Nauarro, qui optimè aduertit, hoc myſterium, nempe ſcientiam nominum Angelorum ſic eſſe reconditum hominibus in hac vita, vt talis cognitio ſit in altera vita reſeruata, tanquam eius proprium; ex quo fit, vt cùm talium nominum cognitio ſit in hac vita innaturalis, vt ſic dicam, & rei Dei extraordinariæ prouidentiæ, duo ſequuntur. *Primum* difficultas eorum ſcientiæ, vnde niſi ſpeciali Dei iuſſione nunquam ipſi ſuum pandant nomen, etiam cum quibus familiariſſimè conuerſantur, vt *Geneſis* 33. 29. Iacob ad Angelum. *Dic mihi quo appellaris nomine.* Cui Angelus, *cur quæris nomen meum, quod eſt mirabile.* Sic etiam *Iudic.* 13. *Secundum* autem eſt, quòd nullius prorſus authoritatis, & dignæ æſtimationis ſint nomina illorum Angelorum, quæ apud aliquos authores inueniuntur, quibus nulla ſuffragatur aut Eccleſiæ ſanctiſſimæ authoritas, aut ſanctitas vitæ; ob quod prorſus reiicienda tanquam ſuſpecta, & potius dæmonum, quàm Sanctorum Angelorum; de qua re videndus eſt Serrar. apud Eſther, & Pe- *Serrar.* trus Nauarr. *vbi ſuprà*, ex quo etiam patet, vnde *P. Nauarr.* in energumenis tanta oritur difficultas, vt dæmonia ſuum pandant nomen, quod niſi exorciſmis coacti nunquam illud manifeſtare volunt; nam præterquam quod hoc faciunt ne particula- 20. rem patiantur ignominiam, & indiuidualem, vt *Dæmones in energumenis cur tantum ſuum pandere nomen recuſant.* ſic dicam, euenit etiam, ne hominibus gratum aliquid faciant, manifeſtando aliquid ſupra debitum huius vitæ, & ad quod non tenentur; hinc difficulter ad illud abiguntur, quod ſæpe adnotaui, & admiratus ſum.

Habent ergo Angeli ſuum nomen in cœlis, quod probat Barradas optimis congruentiis, tum *Barrad.* ex ſimilitudine humani conuictus; tum ex nominibus Michaëlis, Gabrielis & Raphaëlis. nam ſi hi propria poſſident nomina, cur non alij. Tum ex nominibus Angelorum chori. nam ſi chori Angelorum propria habent nomina, cur non ipſi Angeli. Tandem vltimò ex multis ſacræ Scripturæ locis, ex quibus conſtat ſanctos Angelos interrogaſſe de eorum nominibus.

At dices, ſi hoc eſt, cur dæmon interrogatus à Chriſto, *Quod tibi nomen eſt*, reſpondit, *Legio.* Legio autem non eſt proprium nomen. ergo. Ad 21. hanc difficultatem enodandam conſiderandum *Dæmon cur ſe legionem dixit.* Chriſtum bene ſciuiſſe, & nomen proprium dæmonis, & ſimul plures in illo corpore extare, & hoc voluiſſe vt ſciretur rationibus, quas mox adducemus, vnde quando dæmonem interrogauit caput illius legionis, non tantùm eum requiſiuit de nomine proprio, nam hoc ſcire parum eſſet ad rem. ſed de addictitio, vt ſic dicam, & quia caput erat iſte legionis dæmonum in corpore exiſtentium, ideo iuxta quæſitum reſpondit, *Legio*; & ſatis etiam ad rem Ianſenius. *Vſurpant*, ait, *no-* *Ianſen.* *men militare bonis Angelis magis conueniens, quo inſinuatur, & dæmonum ſuperbia, imperium, & aſſimilationem cum Angelis bonis ſibi vendicantium, & eorundem in nos hoſtile bellum quodque in pernitiem noſtram ſpurca colluuies coniurata ſit.* Nil melius, talis equidem eſt dæmonum ſuperbia, vt etſi ad vltimam abiectionem detracti, & ſub bonorum Angelorum pedibus ſubſtrati, audent illos imitari & quia milites Dei ſunt, nomen legionis poſſident miſeri, & ipſi legionem formare intendunt, at ſicut volunt legiones poſſideant, & milites ſint, non Deo altiſſimo, ſed ſerpenti viliſſimo eorum capiti deſeruiunt; hinc tales ipſi, qualis ille. *Imitantur quidem*, ait Niſſen. in catena S. Thom. *dæmones militias & legiones Angelicas, vnde dicunt ſe legionem, ſicut & eorum princeps dicit ſe poſiturum thronum ſuper aſtra, vt fiant ſimiles Altiſſimo.*

At cur Chriſtus de nomine interrogauit, & cur voluit ſcire legionem dæmonum in illo eſſe homine? reſpondet Ianſenius. *Vt omnibus conſta-* *Idem.* *ret cauſam raræ illius crudelitatis, & ſanitiæ & mi-* 22. *raculi magnitudo, quo à tanta dæmonum poteſtate* *Chriſtus cur voluit nomen dæmonis ſciri.* *Chriſti potentia homo poſtea liberatus eſt, ſicque cognoſceretur Chriſti potentiam non ſolùm ſuperiorem eſſe ſingulorum dæmonum potentia & malitia, ſed etiam omnium quantumuis multorum, & ſimul coadunatorum, & conſpirantium.* Cui accinens Gregorius Niſſenus ait, *parauerat autem ſe cœtus dæmonum ad* *Niſſenus.* *reſiſtendum diuinæ potentiæ.* At quid? *Cùm autem appropinquaret*, ait, *qui poteſtatem habet ſuper omnia, exclamant eminentem eius virtutem.* At nunquid ob

ob hoc ſolum voluit Chriſtus multitudinem dæmonum innoteſcere? nil minus; ſed etiam ad inſtructionem noſtram; hinc ſequens Ianſenius ait,

23. *Cum timore ſalus noſtra operanda ob infinitatem dæmonum obſiſtentium.* *præterea ad noſtram inſtructionem voluit Dominus multitudinem dæmonum vnum hominem poſſidentium innoteſcere, vt agnoſceremus non eſſe nobis ſingulis negotium cum ſingulis dæmonibus; ſed multos ſimul dæmones frequenter vnius ſaluti inſidiari, quo cum maiori metu conuerſemur in ſolo Domino confidentes, cuius vnius poteſtas longè ſuperat omnium aduerſariorum noſtrorum vim & potentiam.* Nil magis ad mores. Ex qua doctrina, quanto timore, & tremore, noſtra operanda eſt ſalus, innoteſcit, cùm tanta contra nos aſtat multitudo malignorum ſpirituum. Reuelauit enim Deus (legitur in vitis Patrum *lib.6. libello 1. num.11.*) cuidam ſeni roganti, vt dæmones illi oſtenderet. *& vidit eos qui tanquam apes ſic circundabant homines ſtridentes dentibus ſuis ſuper eum.* Quid ergo de nobis erit niſi Dei gratia nos protegat, infinitaque eius potentia?

Et deprecabantur eum multum ne ſe expelleret extra regionem, Marcus 5. Lucæ 8. *ne mitteret eos in abyſſum.* *Primùm* quæro, cur tantum dæmones quærunt intrare in hominem, cùm poſſint eum vexare non intrando? mitto alias multas rationes, illa mihi inter cæteras placet, quam affert Salmeron, *vt ex timore concepto honorarentur à gentibus.* Ouidius *lib.2. faſtorum*, affirmat, purgationes,

Salmeron. Ouid.

24. *Dæmones cur ſtudium intrare in homines ſatagunt.* Inſtrationeſque Deorum inferiorum, fieri in Februario, ne homines terrerent. Tullius Hoſtilius tertius Rex Romanorum, vouit templum *timori & pallori*; etiam Romani, vt ait idem Salmeron, colebant *tertianam & quartanam*, Indi dæmo-

25. *Gentiles cur dæmones adorabant ſcientes eſſe dæmones.* nium colunt, ſcientes dæmonium eſſe, ne illis noceat. Miſeri, & abiecti, nonne melius illis eſſet Deum colere, qui ab eis omnem tollere poteſt vim, & poteſtatem nocendi? Ad quid hæc ſcribo? nunquid ob curioſitatem? abſit, ſed vt infelices reprehendam aſſentatores, qui, vt ſæpe audiui,

26. *Aſſentatorũ miſeria.* infeliciſſimis aſſentantur peccatoribus; malum bonum dicentes; à quibus ſi quæras, cur contra conſcientiam hoc faciant? reſpondent, ne eis noceant, ac mali quidpiam inferant. Infelices! nonne vobis melius eſt Chriſtum adorare, & illum ſequi, qui omnem ab eis inferre poteſt nocendi poteſtatem? ſed pergo.

Tria iſti petiuere à Chriſto. *Primum*, ne eos mitteret in abyſſum, hoc eſt, infernum. *Secundum*, ne eos expelleret extra regionem. *Tertium*, vt mitteret eos in porcos. Suprà diximus per *extra Regionem* non intelligi, quòd ſcilicet in aliam

Caietan.

eos propulſaret, ſed ne in abyſſum. Caietanus pu-

27. *Dæmones cur vnam regionẽ plus quàm alteram expetunt.* tat, petiiſſe ne extra illam regionem; cuius rationem dat Ianſenius, ideo diuerſos dæmones ad diuerſas affectos eſſe regiones, tum quia ex longa conſuetudine amplius callent mores hominum regionis illius; vnde amplius ſciunt, quibus ad peccandum eos magis impellere poſſunt, tum quia maiorem concipiunt ſpem eos nocendi, & perdendi. Non eſt improbanda opinio; attamen etſi multum eum rogarent, ne aut in abyſſum mitteret, aut extra regionem; optimè aduertit

Ianſen.

Ianſenius, ad has duas petitiones nil Dominum reſpondiſſe, *annuens quòd tantum veniſſet ad ſaluandum & liberandum hominem à poteſtate diaboli; nondum autem ad condemnandum dæmones extrema ſua condemnatione, quæ ad ſecundum eius pertinet aduentum.* Sic in omnibus ſtabat Dominus, ſic punctualiter mandata obſeruabat patris, vt etiam &

28. *Chriſtus quanta cura mandata obſeruat Patris.* erga dæmones peculiariter eius inimicos ea adamuſſim obſeruabat. Ex quo non mireris, ſi etiam tibi & benefacere differat, & quæ petis illico non concedere; nondum enim tempus aduenit præfinitum, nondum adeſt occaſio, obedientiam in omnibus tenens adhuc modò in cœlis exiſtens, vt docearis, & te eamdem debere tenere ſuſtinens eius ſuſtentationes, qui noſtro modo intelligendi, & Patrem ſuſtinet dum poſquam tu deſiderans tibi benefacere ſe continens tempus expectat deſignatum.

Erat autém non longè ab illis grex porcorum paſcens. NVM. 30.

Dæmones autem rogabant eum, dicentes: Si eiicis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum. NVM. 31.

Et ait illis: Ite. At illi exeuntes abierunt in porcos, & ecce impetu abiit totus grex præceps in mare, & mortui ſunt in aquis. NVM. 32.

Senſus litteralis, & moralis.

Maldon. *Erat autem non longè.* Græcè obſeruat Maldon. eſſe, *erat autem longè*, ſenſu contrario, vt legit

Euthym. Euthymius. Vulgatam noſtram optimè defendit contra aliquos qui illam corrigi debere autumant; tum quia ſic omnes antiqui, præter Euthymium legunt; tum, quia ex Marco, & Luca conſtat ſenſum Matthæi; nam ambo dicunt, *erat autem ibi circa montem.* At non multum laborandum in hac re, etiam ſi lectio teneatur Græca, cùm ly *longè*, non ſic intelligendum, vt extra viſum eſſet grex porcorum, vt vult Maldonatus; ſed ſic longè, vt videre poſſet, tamen longè à ſitu vbi erat Dominus; vnde, quia optimè videbatur, ac perſpiciebatur, verè non longè dici poterat, & ſic Matthæus dixit.

1. *Porcorũ grex Iudæorum, an Gentilium.* Dubium eſt, Iudæorum ne fuerint hi porci, an Gentilium; varij variè ſentiunt. Ianſenius reputat fuiſſe Iudæorum, ac proinde ob id ſubmerſos, vt neglectæ legis pœnas darent. Carthuſ. affirmat fuiſſe Ethnicorum; ſequitur Maldonat. & Barrad. & probabile æſtimat Caiet. & Abulen. licèt probabile fuiſſe Iudæorum; horum ratio, quia prouincia Geraſenorum, licèt eſſet in Iudæa, tamen ex mandato Cæſaris Græcis applicata tunc; ſic Maldonatus. Mihi placet ſententia Ianſenij, hos porcos fuiſſe Iudæorum, eos paſcentium, non ad eorum eſum, ſed vt eos Gentilibus diuenderent, & præcipuè, vt rectè Abulenſ. *quæſt.* 33. Gentilibus tunc temporis inter eos viuentibus Romanis, aliiſque, hinc, etſi eis non veſcebantur, tamen habebant vt venderent; at iuſtiſſimè tale iudicium in eis à Domino exercitum, & ſunt caſtigati, vt omnibus ex ibi facto innoteſceret Dei ſeuerum iudicium, non tantùm exercendum in eis, qui poſſunt, ſed etiam in eos, qui occaſiones non præcidunt peccatorum, &

Ianſen. Carthuſian. Maldon. Barrad. Caietan. Abulenſ.

2. *Opiniones quæ dicuntur mites quò miſerum ducunt hominẽ.* ſimul (quod valde velim notandum) vt nobis indicaret, quo aliquorum opiniones remiſſæ, & præciſiones metaphyſicæ aliquorum Theologorum miſerum ducunt hominem, nempe ad interitum rerum ſuarum, quando bene nodemus ob probalitatem animæ. En vetus lex prohibebat carnis porcinæ eſum; vertebatur in dubium, an liceret porcos habere in regione, nam & tunc

Ianſenius

Ianſenius reputat fuiſſe illicitum; quid ergo tunc? pars vera negabat, ad hoc vt omnem tolleret occaſionem; at èeontra pars infirma, vt quæſtum faceret, inuenit diſtinctionem, non licere ad edendum, licere ad vendendum. Sanè perquam optimè ſedata eſt conſcientia, *erat ibi grex non longe porcorum*. at quæ Domini iuſti ſententia? vt ob hanc opinionem totus grex porcorum ad vnum ſubmergatur & pereat; en amice, quo iſtæ & ſimiles ducunt opiniones hominum, bene quando demus animas non perdere.

Enim verò 3. *Reg.* 14. mandatum acceperat à Domino Propheta ille, ne in Samaria comederet, vnde ad Ieroboam, qui eum inuitabat, num. 8. *Si dederis mihi mediam partem domus tuæ, non comedam panem, ſic enim mihi mandatum eſt in ſermone Domini, non comedas panem, neque bibas aquam.* At quid? inſequens eum alter falſus Propheta cùm ad eſum inuitaſſet, ſimulque recuſaſſet, mandatum Domini illi pandens, ſic iſte ad illum n. 18. *Et ego Propheta ſum ſimilis tui, & Angelus locutus eſt mihi in ſermone Domini, dicens: Reduc eum tecum in domum tuam, vt comedat panem, & bibat aquam.* Credidit homo Dei huic falſo Prophetæ, deſcendit in domum, comedit panem, at ſtans in menſa, exclamauit falſus Propheta; *quia non obediens fuiſti ori Domini, & non cuſtodiſti mandatum quod præcepit tibi Dominus, non inferetur cadauer tuum in ſepulchrum patrum tuorum.* hinc ſtatim, vt diſceſſit leo, eum occidit. Nunc peto? in quo peccauit hic ſanctus Propheta, ſimpliciter credens alteri, qui aſſerebat, & Dei eſſe Prophetam? certè probabiliter credidit ſe non peccare; nam probabile illum eſſe verum Dei Prophetam, & illi ei Deum reuelaſſe; ergo probabili opinione ductus panem comedit; at quid? etſi animam non perdidit, imò poſt mortem miracula operatus, tamen vitam, quia opinionem probabilem ex fame eſt ſequutus, relicta probabiliori, vt omnes volunt. faciam tibi de hac re demonſtrationem ex ipſo ſacræ Scripturæ contextu; quid enim dixit verus Propheta ad falſum? *Locutus eſt Dominus ad me in ſermone Domini, dicens: Non comedas panem.* quid ad illum falſus Propheta, *Angelus locutus eſt ad me in ſermone Domini.* illi locutus erat Dominus per ſe, illi mandans ſiue Angelus Domini perſonam repræſentans; huic Angelus tantùm. Cur ergo plus Angelo dicenti credidit, quàm Domino? Sanè ex probabilitate Angelum locutum etiam ex ſermone Domini; at quid? ad hoc credendum illum impulit? Sanè fames quam patiebatur; hinc non eius moleſtiam ſufferens elegit probabilem ſententiam, relicta probabiliori, admiſit Angeli vocem, relicta Domini, ſanè ex ignorantia, non peccauit mortaliter, tamen dignè occiſus vitam amittens. *Si damnatur*, ait Hieronymus *lib. 1. aduerſus Pelagian. ſub finem*, expendens illud *Leuit.* 22. ſcilicet quòd puniebatur homo comedens de ſanctificatis, etiam ex ignorantia. *Si damnatur*, ait, *in lege ignorantia, quanto magis in Euangelio conſcientia?* Si in lege mortaliter punitur ignorantia opinionis probabilis, quid nunc in Euangelio quando puritas illius in infinitum puritatem ſuperat alterius? ſi morte punitur homo ſanctus & iuſtus, minus rectè operans ex opinione probabili, quid de peccatore fiet? quid de hominibus carnalibus? quid, vt interim hoc dicam, pace omnium ſanctiſſimorum Theologorum huius temporis, qui ad nil aliud videtur, niſi quomodo qui edere vult, edere poſſit, qui epulari, vt epulentur. tandem, qui deliciari, vt delicientur. ne mirentur ergo ſi tandem omnia in peſſum ruant, ac ſuffocentur, ad inſtar horum porcorum, gregem in illis domini puniri, etſi ex opinione probabili eos ſine peccato retinebant, ſcilicet Iudæi.

3. *Propheta ſanctus occiſus à leone, quia relicta opinione probabiliori eſt ſequutus probabilem.*

Hieron.

At cur dæmones in porcos petierunt intrare? cur non in alios homines? Remig. in catena Diu. Thomæ, *ideo non petierunt vt in homines mitterentur, qui illum cuius virtute torquebantur humanam ſpeciem geſtare videbant, nec etiam petierunt, vt in pecora mitterentur, quia pecora Dei præcepto munda ſunt animalia, & tunc in templo Dei offerebantur, præ alys autem immundis in porcos mitti petierunt, quia nullum animal immundius eſt porco, non autem petierunt vt in aerem mitterentur, propter nimiam cupiditatem nocendi hominibus.* Si attentè conſideres Euthymij rationem, duas egregias ex illis eripere potes moralitates. *Prima*, quantum poſt Chriſtum natum peccent homines, qui dignitate humanitatis ſuæ non conſiderantes ex Chriſti humanitate locum dant diabolo, vt per peccatum in ſua intret corpora, quando diabolus ex reuerentia humanitatis Chriſti, non eſt auſus petere, vt fineret eum in homines intrare. Quale ergo quantumque ex hoc Chriſtianis competet iudicium? Sanè, vt ſic dicam, terribilius, quàm ipſis dæmonibus. *Væ eis*, ait Deus per Oſeam Iudæis cap. 9. n. 11. *cùm receſſero ab eis!* quem locum, ſic effetunt Septuaginta, *Væ eis, caro mea ex eis.* quam lectionem ſanctus Hieron. in commentariis agnoſcit, grauiſſimamque continet ſententiam. Equidem ſæpe *væ* dictum Iudæis; nam peccantibus infinitæ eis aduenerunt calamitates, infortuniaque, bella, peſtes, mortes, captiuitates, ſeruitutes, infamiæ, ac prope infinita Dei ſupplicia; at licèt hoc, tamen vltimum *væ* omne aliud complecteos illud extitit, quando ad vnum occiſi, diſcerpti, captiuati, enecati, venundati ſub Veſpaſiano, omninoque eorum reſpublica deperdita opprobrium facti nationum; ſi cauſam huius ſupra cætera *væ* quæris in ſe vltimum continens exterminium, eam dat Propheta *caro mea ex eis.* Ante Chriſti Incarnationem, ante Deum hominem factum, malum erat Iudæis peccare: at poſtquam ex eis Deus carnem aſſumpſit, horrendum; nam illam elongationem, ſiue receſſionem Dei, vt ſecundùm vulgata legamus, adeò meruerunt, quam totale ſequererut exterminium, quod illis dictum, Chriſtianis intimatum, qui virtute Sacramentorum, & caro, & ſanguis ſunt Chriſti; væ illis poſt Chriſtum natum peccantibus; væ illis poſtquam dignitatem humanitatis ſuæ non attendentes diabolo locum dant; terribilius cum illis in die Iudicij habebitur, quàm cum ipſis dæmonibus; nam iſti, vt ait Remigius, ob reuerentiam humanitatis Chriſti intrare in homines non petierunt; dum illis humanitate Chriſti neglecta locum diabolo dant, vt per peccatum in illis intrans, mille eos fœdet ſpurcitiis, & in porcos reddat.

Remig.

4. *Dæmones cur petierunt in porcos intrare, & non in alios homines.*

5. *Poſt Chriſtũ natum quantum malum ſit peccare.*

Hieronym.

Secunda autem moralitas, quam ex Remigij authoritate eruere potes, ſcilicet, non auſos fuiſſe dæmones petere, vt in pecudes intrarent, quia animalia munda, & quæ ſacrificiis deſeruiebant. Ex doctrina quantum peccant ij, elicies, qui ad peccatum animas iuſtas, ſanctaſque impellunt, & præcipuè ſi virgines ſint Dei dicatæ, ac in clauſtris degentes, quod delictum, quod peccatum, quàm infandum; non lacrymis, ſed ſanguine plorandum, ſi videre cupis, vide

6. *Quantum peccent qui animas ſanctas & præcipuè ſanctarũ monialium ad peccandum impellunt.*

Hieron. Hieronymum *epiſt.* 48. *contra Sabinianum Diaconum*, qui poſt viriatam cuiuſdam vxorem Epiſcopi ſui litteris Hieronymo commendatus veniſſet in Bethlehem, ibi in ſacris locis, virginem quandam ad ſtuprum ſollicitare eſt auſus, in qua Epiſtola inter cætera. *Non tibi nunc illa replico,* ait, *quod plures virgines ſtupraſſe narras, quod à te nobilium violata matrimonia publice caſa ſunt gladio; magna quidem iſta ſunt pendere ſuo, ſed ſunt eorum, quæ illaturus ſum comparatione leuiora; rogo quantum crimen eſt, vbi ſtupra & adulterium parum.* graue dictum, quòd peccatum in luxuria maius ſtupro, & adulterio, cum ex primo, fama, honos, ac pudicitia infelici eripiatur virgini, & ex ſecundo vis fœdere iurpatur, familia confunditur, perpetuaque nota incurritur, ac omnia hæc parua ſunt, ſecundùm Hieronymi ſenſum reſpectu violationis virginis Deo dicatæ. nam in hoc caſu non infamatur homo, ſed Deus, non familia cuiuſdam ciuis, ſed Chriſti; quid amplius horrendum! in quo illud conſiderandum, quòd cùm carnibus abundent vſque ad ſaturitatem, & melioribus, neſcio quo diabolico inſtinctu ad carnes accurrunt ſanctas, & ad Chriſti vineam, vt eam ex vinea Domini hominum faciant laſciuiarum. Væ eis.

Enim verò 3. *Regum* 11. *num.* 1. poſſidebat Naboth vineam iuxta palatium Achab; cui Achab, *Da mihi vineam tuam, vt faciam mihi hortum olerum, quia vicina eſt, & prope domum meam, daboque tibi*
7. *Iudiciū Dei contra Achab expenditur.* *pro ea vineam meliorem.* quod cùm iſte illud negaſſet, dans pro ratione, vineam illam eſſe patrum ſuorum, ſic ira percitus extitit Achab vt ex conſilio vxoris occidat Naboth, & vineam poſſidens, ex vinea hortum fecit olerum, at audi nunc Dei ſententiam, deſcendens enim ad illam poſſidendam, ſic ad eum Deus per Eliam, *Occidiſti inſuper, & poſſediſti, in loco hoc, in quo linxerunt canes ſanguinem Naboth, lambent quoque ſanguinem tuum; ecce ego inducam ſuper te malum, & demetam poſteriora tua, & interficiam de Achab mingentem ad parietem, & clauſum, & vltimum in Iſrael, & dabo domum tuam, ſicut domum Ieroboam filij Nabath, & ſicut domum Baaſa filij Ahia, quia egiſti vt me ad iracundiam prouocares, & peccare feciſti Iſrael.* Hæc ſic ad longum adduxi, vt tibi ante oculos proponerem, quòd etſi alia infinita operatus fuerat Achab peccata, ſic vt dicat ſacra Scriptura ibi cap. 16. num. 30. *quòd fecit Achab malum in conſpectu Domini ſuper omnes qui fuerunt ante eum.* Nam non ſolùm ait, quod ambulauit in peccatis Ieroboam, ſed quòd duxit vxorem Iezabel idololatram, & quòd ſeruiuit Baal irritans Dominum in omnibus operibus ſuis, & tamen, cùm hoc feciſſet, nunquam Dominus talia, & ſic horrenda ei comminatus, vt ad vnum omnes ex domo ſua occideret, filios, filiaſque tandem vſque ad mingentem in parietem, vſque ad ſeruos, & ancillas, & ſic domum eius eſſet conſumpturus, vt prope nil eius amplius remaneret. Cur tanta Dei ira? Sanè, mea ſententia, qui cùm infinitæ aliæ illi eſſent vineæ, & meliores, tamen ad vineam conſpirauit Naboth, quæ erat patrum ſuorum, eum ob id occidens; quid crudelius?
8. *Cur tantum peccēt ſacrarū Virginum violatores.* Quod Hieronym. *vbi ſuprà*, myſticè illud applicans ad Sabinianum miſerum, qui virginem Chriſto ſacratam conſtuprare auſus fuerat, ſic illi ait. *Clamat contra te ſanguis Naboth, & vinea Iezrahel, hoc eſt, ſeminis Dei, quam in hortum voluptatis, & laſciuiæ olera conuertiſti, dignam de te vltionem repoſcit.* Quòd ſi tantus extitit clamor ſanguinis Naboth ob deprædatam vineam, & vi ſublatam; dic mihi, qualis Chriſti ſanguis clamans, quem iſti alijs infinitis melioribus vineis abundantes, ad vnam Chriſti aduolant, eumque occidunt, & inſuper poſſident; quod notandum, *occidiſti*, ait Elias ad Achab, *inſuper & poſſediſti*, emphaſim hæc obtinent; quaſi dicat, non ſactus ſatis ſanguine, nihil ducens homicidium, non contentus, quòd vita ſpoliaſti Naboth, inſuper ad eius rem aduolans tibi eam applicans; quaſi hæreditate paterna poſſediſti; *inſuper & poſſediſti*, plus hoc malum, quàm illud, quid ad hæc ſacrarum Virginum violatores, ſacrarum ædium ſtupratores, quando eis in iudicio Chriſti dicat, occidiſtis, & inſuper poſſediſtis; occidiſtis me crucifigendo, ac lapidibus peccatorum obruendo, & inſuper tanquam ſi veſtra eſſet hæreditas, pacifice eam poſſediſtis, ex vinea ſeminis Dei, laſciuiarum facientes eam olerum. Quid ergo nunc faciet, imò & quid nunc? ne mirentur, ſi talia operantes, talia patiantur, ſed quomodo cœlum ſuper nos non cadat? quomodo non ſtellæ, quomodo non montes, peiores in his, ipſis dæmonibus, qui non auſi ſunt petere, vt in pecora intrarent, quia Deo ſacrata.

Ianſenius ex Euthymio, cur in porcos petierunt dæmones intrare, has reddit cauſas. Prima, *vt dum pro illorum voluntate hominibus nocere non amplius poſſent, permitteretur eis exercere ſuam malitiam in illis quæ hominum erant, occaſionemque ſumpſerunt à præſente, ibi, grege porcorum.* Secunda, *vt peraſtis porcis domini gregis, alijque homines horum damno conſternati Ieſum non ſuſciperent, ſicque fructu prædicationis priuarentur, quemadmodum poſtea ex parte euenit.* Tertia, *quòd diſpenſatoriè factum, vt ingreſſum in porcos peterent vt conſtaret, nil illos poſſe niſi ex eius permiſſione.* In qua authoritate Ianſenij duo ſunt notanda. *Primum*, occaſionem præbuiſſe dæmonibus vt in porcos peterent intrare, quia prope ſtabant; ex quo infertur, ſocietatis malorum periculum, quam dum non euitamus culpabiliter; poſſibile vt Dei iuſto iudicio dæmonibus permittatur, vt in nos intrantes demergant in profundum; ex quo etiam, quantum occaſiones vitandæ peccati, quantum præſens peccandi obiectum. pulchrè Philo *lib. de præmijs, & pœnis*, dans rationem, quare paſſio amoris per abſentiam amati curatur, dat debilitatem obiecti per abſentiam. *Sic enim multis accidit, ait, vt peregrinando ad ſanam mentem redirent excuſſis praferendis amoribus, poſtquam aſpectus repræſentare imagines voluptatis deſiit, per inane incedit cogitatio.* Egregie per inane incedit cogitatio abſente obiecto, & ſubmotis à conſpectu rebus, hinc facilè euaneſcit, dum non per reale quid mouetur, ſed per imaginarium, ac fictitium, ſic equidem & hac ratione occaſiones peccatorum ſunt fugiendæ, ſi cadere non velimus, nam illis præſentibus tanquam obiectis realibus fortiſſimè appetimur; hinc poſſibile vt vincamur, iuſto Dei iudicio illud permittente. Erat non longè erat grex porcorum. Quid ex hoc? vt occaſione nacta dæmones petierunt ingreſſum, Dei iuſto iudicio eis permiſſum. Quid inde? vt ad vnum omnes ſuffocarentur; ſic equidem qui occaſionem non fugiunt, ſua equidem culpa cùm ex parte Dei talis permiſſio non extitit, ad eos perdendos, ſed probandos. *Porci ſunt, qui cùm lentis delectantur actionibus,*

Ianſen. Euthym.

9. *Occaſiones peccati quanto ſtudio vitandæ.*

Philo.

Hilar.

actionibus, ait Hilar. Can. 6. *nam niſi quis porci more vixerit, non in eum diaboli accipiunt poteſtatem, quam ad probandum tantùm, non ad perdendum accipient.*

Heretici demonum porci.

10. Pulchrè idem Hilarius, ad hæreticos hoc aptans, ſic ait. *Videntes autem dæmones non ſibi iam in gentibus locum relinqui, vt patiatur ſe habitare, in hæreticis deprecantur, quibus occupatis, in mare, id eſt, in cupiditatem ſecularem dæmonum præcipitantur inſtinctu cum reliquarum gentium infidelitate morientur.* Veriſſimè per virtutem Chriſti eiectus eſt dæmon à mundo, omnino ſuum principatum amittens; quid ergo verſipellis & aſtutus? excluſus ab idolis, in hæreticos ſe ſic Deo permittente intruſit, per iſtos iterum in mundum reuerſus crudeliori dominatu, ac perfidiori; vnde ſicut per idololatriam ad tales gentes reduxit immunditias. De quibus Paulus *ad Roman. 1. num. 24.* ſic vt prorſus in porcos ac fœdiſſimos ſues redirentur; ſic nunc & hæreticos, quorum vitam ſi conſideres, vnam aſpicies ſentinam, vnum porcorum volutabrum, hinc, vt rectè Hilar. & cum gentibus ſimul interibunt.

Chriſtus cur permiſit in porcos dæmones intrare.

11. At, quæ cauſæ Chriſti permiſſionis & licentiæ, cùm non ad perdendum, ſed ad viuificandum venerit? multi multa. Sed *primum* ſtatuendum cum Hieronym. Ianſen. & omnibus, non hoc Dominum permiſiſſe vt dæmonibus complaceret, ſed diſpenſatoriè; quia ſic ad ſalutem hominum, ſic ad gloriam ſuam condecens. *non ergo vt concederet Saluator dæmonibus, quod petebant*, ait Hieronym. *dixit, Ite, ſed vt per interfectionem porcorum, hominibus ſalutis occaſio præberetur.* hinc multæ à Sanctis afferuntur rationes. Chryſoſtom. vt miraculum amplius propalaretur. Hieron. vt ea vexatione homines ciuitatis ad ſalutem adducerentur. Rupert. vt homines contra legem porcos tenentes punirer. Hilarius, vt Sadducæos confunderet, qui ſpiritum negabant. Theophylact. & Euthym. tres afferunt rationes. *Prima*, vt liberati magnitudine beneficij agnoſcerent, videntes, à quanta multitudine dæmonum eſſent liberati. *Secunda*, vt ipſi aſpicerent quòd niſi Dei virtute eſſent protecti, ſimiliter ſicut porci, eos dæmones occidiſſent. *Tertia*, vt ſciremus, ne in porcos quidem Deo non permittentes dæmones poteſtatem habere; de qua re ſic excellenter Tertullian. lib. 6. de fuga perſecution. cap. 2. *Nec in porcorum gregem diaboli legio habuit poteſtatem, niſi eam de Deo impetraſſet, tantum abeſt, vt in oues Dei habeant; poſſum dicere porcorum quoque ſetas nunc apud Deum memoratas fuiſſe, nec dum capillos Sanctorum.*

Chryſoſt.
Hieron.
Rupert.
Hilar.
Theophyl.
Euthym.

Tertull.

Deus non ſolum hominũ capillos numeratos tenet, ſed & ſuorum animalium.

12. Egregius de Deo ſenſus, quo meliorem vix in vllo Sanctiſſimo inuenies, & tamen talis, ac tantus in inferno volutatus homo; dignè, quia non humilis; vnde per ſuperbiam, ex pio impius factus cum porcis etiam eſt & ipſe demerſus. O infelix homo! durum, & tremendum ſuperbiæ vitium! timeamus omnes, & coram Deo ſic humiles appareamos, vt etſi

Tertull. infelix ex ſuperbia condemnatus.

13. magnis præditi talentis, ſi magnis litteraturæ laboribus, nihil penitus nos ſcire intelligamus prorſus ignorantes, eſſe & præcipuè ſic ſanctiſſimæ Eccleſiæ noſtros ſubſternatos velimus eſſe ſenſus, vt non ſolùm extra eam aliquid ſcire, ſed ad normam eius omnia noſtra redigentes ſimus ſemper parati corrigere, quæ ipſa correxerit, emendare, quæ ipſa emendauerit. Sed redeo ad authoritatem Tertull. piè dictum, ſic enim Deus noſter cùm amat nos diligit, vt non ſolùm noſtros numeratos tenet capillos, ſed noſtrorum animalium ſetas; quis non te amabit Deus Iſraël creator noſter? Alij, vt D. Hilar. *in eius vita*, affirmat hoc permiſiſſe, vt crederetur tantam multitudinem dæmonum ab homine exiiſſe. Alij, vt intelligeremus cuſtodiam Dei Angelorumque nobis neceſſariam, vt à tantis defendamur hoſtibus. Alij, vt ſciamus Chriſtum eſſe Dominum omnium rerum noſtrarum. Auguſt. vt demonſtraretur dæmones in hominibus porcinam vitam degentibus libenter inhabitare. Tandem vltimò Ianſenius, cuius ratio in extremum mihi placet, licèt ſit myſtica, *vt Dominus oſtenderet ſe ad ſaluandum hominem veniſſe, ex quo illi curam nõ eſſe porcorum, aut quarumque rerum temporalium ſalutem; atque vel ob vnius hominis ſalutem, cæterarumque rerum, quamuis grauem iacturam eſſe negligendam.* Excellens ratio ad mores 14.

Hilar.

Auguſt.

Ianſen.

Dei eſt amor quãdo noſtra deperdit, & huius rei ratio.

inſtruendos, & ad illam addendum, non ſolùm externas res tantùm perdendas ob ſalutem æternam, ſed oculos, ſed manus, ſed pedes, ſed propriam vitam; ſic enim noſter nobis conſulit Saluator, ſic noſter Pater Magiſter, ac Doctor. Ex quo illud elucet documentum, non malæ voluntatis eius in nobis eſſe ſignum, ſed amoris, ac beneuolentiæ, quando noſtra deperdit ac peſſundat. nam, vt rectè Ianſenius, non venit è cœlis, non ob id incarnatus eſt, vt noſtra defendat, ſed vt nos.

Enim verò per ſuperbiam peccator effectus Adam, ſimilitudinem Dei appetens, & immortalitem æternam, omnibus bonis deſtitutus, vt per veritatem ad ſeoſum perueniret; verùm neceſſarium vt de mortali iam ſua conditione admoneretur, vt ſic per humilitatem recuperaret, quod per ſuperbiam amiſerat, hinc vt cùm Deus mederetur, *tunicas ei fecit pelliceas*, Gen. 3. num. 7. ex mortuis animalibus de morte eum admonens, & quòd eſſet puluis & cinis; in quo facto illud peto, cur animalia occidit, cùm poſſit miraculo conficere illas veſtes? vt aliqui, ſed non ſolidè volunt. Sanè, mea ſententia, quia Adam quærebat, de Adam curabat; non de his, quæ Adami hinc occidantur animalia, & admoneatur Adam, & per talem admonitionem ad meliorem ſenſum rediens, per eam ſaluetur; nam dum negotium agitur ſalutis, omnis grauis negligenda eſt iactura, vt rectè Ianſen. hinc occidantur animalia, cùm neceſſarium ad ſalutem Adæ, quod de morte admoneatur. vt rectè Eucher. ſic fatus. *In tunicis pelliceis mortis eſt intelligenda conditio, vt qui per inobedientiam Dei, ſimilitudinem, id eſt, immortalitatem tenere voluerunt, per mortis conditionem ſimilitudinem ſuſciperent iumentorum, & pecudum ipſi ſibi præcinctum de folijs fici, & Deus tunicas pelliceas fecit, ipſi aperierunt mentiendi libidinem relicta facere veritatis, & Deus mutauit corpora eorum in iſta mortalitate carnis.*

15.
Deus cur occidit animalia vt de pellibus veſtiret Adã, cum creare illas poſſet.
Ianſen.

Præcepi in mare. hoc eſt, in lacum Genezareth, vt Hieronymus, & omnes. Aliqui volunt apud Ianſen. & Salmeron hunc lacum non fuiſſe Genezareth, ſed alium minorem; moti ex authoritate Straboois, cuius aquæ adeò noxiæ vt potum in eo pecus, vngues & pilos amittat. Si rationem huius dicti expoſcis, affirmat quòd ſicut ad inſtruendos homines, illud genus animalium elegit quod immundiſſimum ſit, & lacum ad porcos ſuffocandos; *nec non conueniebat*, aiunt, *vt ſtagnum Genezareth huius aquæ erant ſaluberrimæ porcis his immundi ſimul cum dæmonibus mitterentur* hunc autem lacum modò non extare affirmant; hoc figmentum non apponerem; nam, vt bene Maldon. ad quid quod non extat quærere, cùm mare habeamus

Hieron.
Ianſen.
Salmeron.

Maldon.

16.
Hæretici porci in exponendis Scripturis non ſe immittant.

mus proximum? ſed ideo illud appoſui, vt ante oculos Chriſtianorum ponerem, quantum iudicium hæreticis impendeat, qui porci effecti omnis immunditiæ ac ſpurcitiei in ſacroſanctum mare Scripturarum ſanctarum ſe audent immittere; dum homines iſti indignum iudicant, vt Chriſtus porcos immittat in lacum Genezareth, non ob aliud, niſi quia aquæ dulces; quod ſi ſpurciſſimus Beza attendiſſet dum hanc opinionem eſt ſequutus, ſi ad meliorem frugem rediiſſet, aut à commentandis ſacris Scripturis abſtinuiſſet.

Totus ergo grex in præceps abiit, totus in mare enecatus, non autem dæmones ſubitò eos occiderunt, ne putaretur peſtem fuiſſe, nec tantùm ſatis, vt à dæmonibus comperetur abſque mortalitate. nam vt ſic, nec detrimentum dæmonis, nec Dei prouidentia à morte ſeruans arreptitium dignoſceretur, vnde occiſio facta eſt ſic patens, & euidens, vt nullo modò tergiuerſari poſſet à dæmonibus fuiſſe illatam.

NVM. 33. Paſtores autem fugerunt, & venientes in ciuitatem nunciauerunt omnia, & de eis, qui dæmonia habuerant.

NVM. 34. Et ecce tota ciuitas exiit obuiam Ieſu, & viſo eo rogabant eum, vt tranſiret à finibus eorum.

Senſus litteralis, & moralis.

Hieron.
Beda.
Euthym.
Ianſen.
Caiet.

1.
Geſareni cur rogarunt Dominum vt ab eis diſcederet.

ROgabant eum vt tranſiret à finibus eorum. Cur iſti Gadareni Chriſtum non admiſerint, varij varia, Hieron. & Beda putant ex humilitate, ſicut Petr. Lucæ 5. n. 8. *exi a me Domine, quia homo peccator ſum.* Alij, vt Euthym. Ianſen. & Caiet. & recentiores ex timore; quorum veram æſtimo ſententiam, quod apertè conſtat ex Luc. qui ſic, *Exierunt autem videre quod factum eſt, & venerunt ad Ieſum, & inuenerunt hominem ſedentem, a quo dæmonia exierunt, veſtitum ac ſana mente ad pedes eius, & timuerunt, nuntiauerunt autem illis, & qui viderant, quomodo ſanus factus eſſet a legione, & rogauerunt illum omnis multitudo Geraſenorum, vt diſcederet ab ipſis, quia magno timore tenebantur, ipſe autem aſcendens nauim reuerſus eſt.* Timebant ergo ne res eorum abſumerentur, ſicut & porcorum dominorum: hinc plus res ſuas, quam Dominum facientes à finibus ſuis rogauerunt, vt exiret. *Salutem hominum liberatorum à dæmonibus, & perditionem porcorum videntes ex aduentu Ieſu magis timuerunt augmentum damni rerum temporalium,* ait Caietan. *quam conceperunt augmentum ſalutis ſpiritualis, ſalus hominum admirationem ciuitati generauit, damnum porcorum timoris damni in ea excitauit, & ſic timore acti rogauerunt, vt diſcederet ab eis, & fortè illi porci alicuius Gentilis erant, à quo ſibi ciuitas timebat ſi ſequaces fuiſſent Ieſu authoris talis damni, & propterea rogauerunt Ieſum vt diſcederet ab eis.* Duplicem ergo cauſam timoris, proprij damni affirmat Caietan. hos habuiſſe aut ab ipſo Ieſu, aut à domino porcorum; timebant enim, aut quòd ſimiliter eis Ieſus faceret, dum peccatores, aut quòd dominus porcorum, ſi Ieſum ſequerentur; quid ergo? aut quale remedium? Ieſum relinquere, rogare vt à finibus ſuis diſcedat, plus damnum temporale æſtimantes, quàm bonum ſpirituale:

Maldon.
hanc doctrinam applicat Maldonatus ſic; *quod de hominibus Gadarenis, ait, id eſt, Græcorum conſuetudine nimis ſapientibus, quos nūc vulgo politicos appellamus, facilius eſt creditu; nam & nunc multi ſunt, qui Chriſtum potius, id eſt, eos qui Chriſtum ſequuntur, quàm porcos. Atheos hæreticos, & omnibus vitijs inquinatos homines ſimili ſpecie humanæ prudentiæ ex ſuis ciuitatibus expellunt.* Sat dictum, immo & ſapienter, dum inter Gallos ſcribebat, vbi ſimilis farinæ homines; vbi quòd ipſe ait, in vſu tunc erat (vtinam non & nunc.) at ego qui in Catholica ſcribo regione, in qua Dei gratia fides viget, & in ſuo ſtat robore, in qua nullus permittitur hæreticus niſi igne adustus & crematus, quid ad eius ſalutem ſcribam? niſi ſicut Maldonatus inuehit contra politicos hæreticos, ego contra politicos catholicos, quibus peccatis noſtris plus æquo hæc natura abundat prouincia, qui etſi catholici in fide, in moribus, in conſiliis, in ſtolida humana prudentia, ſi non hæretici, hæreticè tamen ambulant; dum malum temporale timentes Ieſum à ſe rogant vt diſcedat, in vno tamen ab hæreticis differentes (ſit pace eorum dictum, & ſine bonorum catholicorum iniuria, quibus ferax eſt noſtra Hiſpania) nam illi vi, violentia Ieſum expellunt, iſti quia catholici deprecatione & modeſtia; ſi non lingua, moribus, illi peiores, quàm ipſi dæmones, iſti adſimiles, etſi non peiores.

2.
Hæretici & politici Geſarenis adſimiles.

Enim verò, quia veritatem Nazarenis Chriſtus prædicabat ita periti, Luc. 4. num. 24. *Surrexerunt, & eiecerunt extra ciuitatem, & duxerunt illum, vſque ad ſupercilium montis, vt præcipitarent eum.* En genium hæreticorum, en eorum mores peiores ipſo diabolo. nam, vt bene ait Beda in hunc Lucæ locum, *peiores in hoc diabolo magiſtro ſuo, nam ille,* ait, *Mitte te deorſum, iſti verò facto mittere conantur.* Sic equidem hæretici dum vi, violentia, tyrannide, bellis, incendiis à ſe Chriſtum expellunt, & è ſupercilio catholicæ veritatis præcipitare intendunt, peiores ſunt diabolo; at quid mali catholici, de quibus & contra quos noſter eſt ſermo; ſi non peiores diabolo, tamen ei adſimiles. nam etiam modeſtè ſe geſſit diabolus, dicens, *mitte te deorſum,* non audens illum impingere, ſic iſti non violentia Chriſtum expellunt, ſed modeſtia, rogant vt vadat eum à ſe eliminare, intendentes potius quàm res ſuas, quàm commoda ſua perdere.

Beda.

3.
Hæretici violenter Chriſtū expellunt, at mali politici ſuauiter diabolo adſimiles in hoc.

At vnum adnotandum, & equidem valde ab vtriſque, ſcilicet Ieſum diſceſſiſſe, & ab Gadarenis, & à Nazarenis. nam, vt egregiè Ambroſ. in hunc Lucæ locum, *Dominus autem,* ait, *qui docuerat Apoſtolos exemplo ſuo omnia omnibus fieri, nec volentes repudiat, nec inuito allegat, nec eijcientibus reluctatur, nec rogantibus deeſt.* ab vtriſque enim diſceſſit; *ex quo non mirum,* vt ait idem Ambroſ. *ſi perdiderunt ſalutem, qui eiecerunt de finibus ſuis Saluatorem.* Parum refert amice, quomodo Ieſum expellas, ſi violenter an ſuauiter, dummodo illum expellis; imò audeo dicere ad timorem malorum politicorum ſimulatione omnia inuertentes, quod facilius Ieſus reddit, ad pœnitentiam eos reuocans, qui eum violenter, quàm ad illos, qui ſimulatione & malorum operum figmento illum ſuauiter expellunt; nam obſeruo nunquam ad Gadarenos amplius reuerſus, qui rogarunt, vt diſcederet; bene tamen ad Nazarenos, qui illum expulerunt, quod obſeruauit Beda *vbi ſuprà*, in illa verba; *& ipſe tranſiens per medium illorum ibat*, adnotat enim hoc euenisse ſubitò eorum mutata mente per pœnitentiam. *Sed illorum mutata ſubitò mente, vel*

Ambroſ.

4.
Ab vtriſque Chriſtus diſcedit, & malorum politicorum quanto male.

Beda.

ab

ob ſtupefacta deſcendit, quia adhuc illis pœnitentiæ locum reſeruat. non ſic autem cum Gadarenis iſtis; ad timorem noſtrum ſcripta ſunt hæc, vt timeamus, & perhorreſcamus, dum etſi non violenter Ieſum eiicimus, vt hæretici, tamen eiicimus quando mali politici, ac mali Chriſtiani, & poſſibile vt ex reiectione videns pluris nos noſtra commoda facere, quàm ipſum, vt ampliùs non redeat. Væ nobis ſi ſic.

5. *Politicorum veſania quanta.*

At vt quanta ſit ſimilium hominum vecordia & veſania, quia ſua incommoda timentes, malis rationibus politicis à ſe expellere Ieſum ſatagunt, timentes ſua perdere ſi Ieſus cum illis ſit, ſi Ieſum ſequantur. Attende, quæ Euangeliſtæ dicunt de his dæmoniacis, de quibus affirmant, ſic ſæuos ac crudeles extitiſſe, vt nemo per viam illam tranſire poſſet abſque vitæ periculo, *ſæui nimis*, ait Euangeliſta, *ita vt nemo poſſet tranſire per viam illam*, & tamen cùm hoc eſſet, & ab hoc malo illos Ieſus liberaſſet, à ſe illum eliminare volunt, ex timore futuri damni, cùm nunquam extra regionem dæmoniacum expellere auſi ſint ex damno præſenti. Quid hoc? niſi dementia puta & vecordia, miſeri ac cæci, & deſtitutæ mentis; tales politici timent damnum à Ieſu Saluatore, & non timent damnum à dæmone percuſſore; putant ſua ſalua expulſo Ieſu, & non vident miſeri, quòd dæmonium intra ſua admittentes, omnia non ad ſalutem, ſed ad eorum perditionem deperdent.

Salmeron.

Salmeron aliam cauſam dat horum timoris, & equidem non incongrua; damnum ſcilicet à dæmonibus irritatis; *putabant*, ait, *eo remanente dæmones irritatos ſæuiores futuros, ideo pacem cum eis, ſine Ieſu volebant.* quod applicans ſequitur. *Illis non abſimiles, qui relinquunt hæreſes minimè refutatas, aut punitas, tantum vt ſit pax in diebus eorum.* At pace tanti Doctoris, quid ad non punientes hæreticos recurrere? nónne ſatius ad illos ſuperiores ac Prælatos & præcipuè ſacrarum religionum, qui diſcolos, inobſeruantes, temerarios, peccaminoſos, tandem qui præter habitum nil amplius tenent religioſi, non puniunt, nec caſtigant tantùm, vt ſit pax in diebus eorum? neſcientes quòd ex hac ratione totus eſt mundus deperditus, & deperdetur, & nec ipſi pacem conſequentur, immo maiora bella; ſed de hac re infrà.

6. *Superiores nō caſtigantes malos ſubditos Gaſarenis adſimiles.*

Enim verò Abulenſis *quæſt.* 144. optimam etiam dat rationem horum timoris, ob quem expellere à ſe Ieſum optarunt, nullum ſcilicet prius beneficium eis Chriſtum contuliſſe, ſed terribilem ſe potius eis oſtendiſſe. *Dicendum quòd hic ſolum Chriſtus expulſus eſt, quia reddidit ſe terribilem antequam cognitum. nam in alijs ciuitatibus Chriſtus benefaciebat omnibus, nemini autem nocebat; hic verò terribilem plagam incuſſit, ideo timentes expulerunt eum; ſi autem cœpiſſet hic benefacere, & non nocere, nuſquam eum expuliſſent.* Mea ſententia ſenſus hic litteralis eſt & verus; ex quo norma datur ſuperioribus, vt in principio lenes ſe demonſtrent, omnibus benefaciendo, vſque dum voluntatem habeant ſubditorum, poſtquam optimè eis arguere ac reprehendere poſſunt, certi quòd potius amorem, quàm odium extorquent: at quia, vt ſuprà ex Ianſen. dictum nolebat Dominus ſecreto ſuo iudicio cum his commorari, ideo in principio aſperum ſe eis demonſtrauit, non lenem.

Cumque aſcenderit in nauim, cœpit illum depre-

cari, qui à dæmonio vexatus fuerat, vt eſſet cum illo; ſed ait illi: Vade in domum tuam ad tuos, & annuntia illis, quanta tibi Dominus fecerit, & miſertus ſit tui, & abijt & cœpit prædicare in Decapoli quanta ſibi feciſſet Ieſus, & omnes mirabantur. hæc Marc. *cap.* 5. quæ hic adiungi libuit, vt perfectè totam huius dæmoniaci hiſtoriam habeamus, quæque breuiter attingemus.

Curatus à legione dæmonum cùm vidiſſet Dominum nauim aſcendere, petiit, *vt ſecum eſſet.* Cur? Theophylactus timens ne iterum dæmones in illum ſæuirent, & inſuper Ieſum cognoſcens, *ita corde ſanatus eſt*, ait, *vt Ieſum agnoſceret orans, vt ſibi cum illo eſſe liceret, etenim vt apparet, timebat ne fortè elongatus à Ieſu a dæmonibus iterum inuaderetur.* Adſimilia habet Euthym. ergo ex gratitudine, & timore, ſequi volebat Ieſum cordate quidem, cuius exemplum ſi peccatores ſequerentur, poſt peractam pœnitentiam, vt ſcilicet cum Ieſu eſſe vellent, non ſic citò iterum in peccata laberentur, iterumque dæmonibus replerentur.

Theophyl.

7. *Dæmoniacus cur Ieſum ſequi volebat.*

At Dominus noluit eum recipere, & in Apoſtolorum coaptare collegium; de qua re multæ afferuntur à Doctoribus rationes. *Prima*, quià non decebat in collegium illum aſſumere, qui dæmoniacus extiterat, ne calumniandi anſa Phariſæis daretur; ſic Barrad. Ex qua doctrina regula ſtatui debet, quanta circumſpectione homines infamati ad ſacerdotium, ſiue etiam ad religionem admitti debeant. *Secunda* eſt Chryſoſtom. Euthym. Abulenſ. *quæſt.* 145. & aliorum, vt licèt expulſus ab illa regione à Gadarenis, non ſolùm ſe non vindicaret, ſed bonum pro malo reddens prædicatores illis relinqueret, qui eos docerent, & ad ſanam mentem reducerent, vnde, vt ait Euthym. *reliquit tum paſtores porcorum, tum hunc dæmoniacum, alterumque eius ſocium.* Vnde Chryſoſt. *eos qui indignos ſe eius doctrina iudicarunt, dat eis Doctores liberatos à dæmonibus, & porcorum paſtores.* Ex quo loco præter Domini clementiam excellens eruit Ianſenius documentum, nunquam ſcilicet à conuerſione animarum deſiſtendum, ob difficultates quaſlibet obuenientes: *Meneamurque hoc Domini exemplo, ne mox deſperemus, ſi qui Euangelium non illico recipiant, ſed tentanda potius omnia, & per alios, & per nos, vt vel quoſdam ſaltem lucremur, experturi indubiè fructum aliquem; hinc tandem obuenturum, quemadmodum ex huius prædicatione eueniſſe veriſimile eſt.* Excellens documentum, de qua re alibi diximus. nam neſcio cur maius debet eſſe odium dæmonis in hominem ad illum perdendum, quàm charitas ſeruorum Dei ad illum lucrandum; ex odio enim dæmon nunquam animum deſpondit, etſi millies repulſus, quin etiam millies non iterum tentet; cur ergo & charitas Chriſti nos adſimiliter vrgere non debet, vt etſi millies eiecti, non iterum ad noſtrum fratrem lucrandum accedamus: ſit Dei charitas in corde noſtro, & quanta hæc ſit veritas intelligemus.

8. *Cur in ſuum collegium illū Chriſtus admittere noluit.*

Barrad.

9. *Infames ad religionem nō admittantur.*

Chryſoſt. Euthym. Abulenſ.

10. *Chriſti manſuetudo.*

Ianſen.

11. *Animus nunquam deſpondēdus ad animas lucrandas.*

Narra quanta fecit tibi Deus; cur non ego? Theophyl. ob humilitatis documentum, *figuram humilitatis nobis tradens.* Euthym. *patri miraculum aſcribens*; at quid ille?

Theophyl. Euthym.

Abijt per vniuerſam regionem prædicans, quanta feciſſet illi Ieſus. Chriſtus Patri gloriam tribuebat; at quid ſanctiſſimus Genitor; nunquid apud ſe illam tantùm retinebat? nil minus, ſed par pari referens Chriſto illam refundebat; Chriſtus, narra

12. *Chriſtus quātum Patri gloriam quærebat, & Pater Chriſti.*

quanta Deus tibi fecerit; in quo loco Theophyl. & Euthym. nomen *Deus* perſonaliter accipiunt; at Pater hunc inſpirans fecit vt prædicaret quanta illi fecerat Ieſus, qui etiam Deus; nullam maius, ac aptius medium ad ſummam gloriam promerendam, imò ad acquirendam, quam vnam Dei tantùm gloriam quærere, ob illam tantùm deſudare, ſui penitus obliuiſci, & ex bonis quæ Dei gratia agit, velle non ſe, ſed Deum prædicari; ſed de hac re alibi.

ANNOT. MORAL. XCIV.

Peſſimi Gubernatores, malos ſuſtinentes, vt pacem poſſideant.

R*Ogabant eum vt tranſiret à finibus ſuis.* Inter alias rationes, quas in commentario adduximus, cur iſti Ieſum a ſe eliminare voluerint, ea extitit Salmeronis, nempe timor dæmoniorum, ne ex præſentia Ieſu irritati, ſæuiores effecti amplius in eis ſæuirent; appetentes pacem, & potius dæmonia ſuſtinere, quàm cum illis bellum, & ſecum Ieſum tenere, adſimiles iſtis fecimus Gubernatores, ſiue ſacros Antiſtites, aut religionum ſuperiores, qui, vt pacem habeant in diebus ſuis peccatores, malos diſcolos religioſos ſuſtinent, dæmoniacos in ſua religione habentes, titulo falſæ pietatis, ac pacis, malum, quod ſæpe & audimus, & videmus, ac manibus attrectamus; neſcientes, ob hanc ſolam cauſam mundus totus deperditus, ac omnes peccatores effecti.

Enim verò Gen. 3. n. 6. *tulit Eua de fructu, & comedit, deditque viro ſuo, qui comedit.* Primum obſeruo id quod Apoſtol. ait 1. ad Timoth 2. n. 14. *Quòd Adam non eſt ſeductus, mulier autem ſeducta in præuaricatione fuit.* Ambo peccatores, ſed cum hac differentia, vt mulier ex ſeductione ſerpentis, illi
1. credens: at Adam ex ſuaſione mulieris illi non
Adam cur vxorem non reprehendit. credens, quod ex ore ſerpentis referebat; ergo ſciebat illam fuiſſe deluſam, contra præceptum malè comediſſe, peccaſſe, Deumque offendiſſe; cur ergo eam non reprehendit, increpauit, caſtigauit? mea ſententia, ne contriſtando illam, non haberet cum illa pacem; hinc vt pacem haberet in diebus ſuis, maluit in paradiſo tolerare peccatricem, ſed pacificam, quàm correctam, ſed querulam, aut triſtem.
Lippoman. *Iam ergo Adæ vxor placebat*, ait Lippom. *nimis diligere cœperat, delitias ſuas offendere timebat, fauorem vxoris, Domini Dei præceptis, præferebat*, ſat dictum, *fauorem vxoris Domini Dei præceptis præferebat*, plus æſtimans vxoris riſum, aſſenſum, concordiam, ac careſias, quàm Domini præceptum. Si ad praxim hoc applices, Deus bone, quomodo hoc ad amuſſim experitur; ſuperiores, peccare ſubditus ſciunt; inobſeruantes eſſe attendunt, religionem perdere animaduertunt, & tamen non audent reprehendere, caſtigare ac punire; vnde? quia amplius horum fauorem faciunt, quàm Dei præcepta, quàm regulares obſeruantias; appetunt diligi, appetunt amari, appetunt prædicari, appetunt ſtabiliri in officio; hinc peſſundetur religio, dum poſſideant pacem in diebus ſuis.

At quid, attendant, qualis fructus ex hac conniuentia ac pace? terræ maledictio, eiectio ex paradiſo, incineratio; audi ſententiam Dei ad Adam vbi ſup. n. 17. *quia audiſti vocem vxoris tuæ, & comediſti de ligno, ex quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo, in laboribus, comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ, ſpinas, & tribulos germinabit tibi, & comedes herbam terræ, in ſudore vultus tui veſceris pane, donec reuertaris in terram, de qua ſumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris.* Pende maledictionem, ſeu pœnam, & proportionem eius cum delicto miraberis. Adam obediuit vxori, cùm e contrario vxor obedire ei deberet; quid ergo? maledicatur terra, & quæ prius ad votum Adamo ſeruiebat, nunc rebellis, ac inobediens, pro fructibus ſpinas, pro ſementibus tribulos ei generet. Adam non ſolùm vxori obediuit, ſed vt pacem cum ea haberet, promptè, & hilariter nullam Eua paſſa difficultatem, ad hoc vt ad comedendum eum alliceret; ſed blanditiis, & rogationibus. Quid ergo iuſtus iudex? è contra par pari reddens, fit terra ſic maledicta, ſic rebellis ad dandum fructum, quo homo veſci poſſit, vt vſque ad ſudorem redigatur, & hoc non vno, vel altero die, ſed vſque ad mortem. *Tertiò* vt Adam pacificam poſſideret vxorem, contra præceptum de ligno comedit; at quid iuſtus iudex? ad comedendam herbam eum adduxit; quaſi de fructu lignorum indignus iam non homo, ſed animal. *& comedes herbam terræ.* Quod ponderans Hugo de Sancto Vict. ſic ait. *Superius dixerat: Ecce dedi vobis omnem herbam virentem, & omne lignum pomiferum in eſcam; quomodo ergo non dicit, & comedes herbam terræ? Sed ibi dedit eis herbas, ad opus animalium, ipſis vero lignum pomiferum in eſcam, hic vero maledicendo dat hominibus herbam in eſcam, cibum ſcilicet iumentorum.* Tandem ipſe vocem vxoris audiuit, vt in æternum pacificè cum illa viueret, & Deus puluerem eam faciens, tandem velit nolit ab ipſa venit ſeparandus. En fructus pacis illius; quos ſi conſideres, infinita dices bella, non aliter experto crede amice, illis ſuperioribus, ac gubernatoribus eueniet, qui vt pacem habeant in diebus ſuis, diſſimulantes cum malis religioſis, in eos non animaduertunt, illis enim ac altera terra maledicta ſpinas, & tribulus eis germinabunt, malum pro bono, perſecutiones pro gratitudine, murmurationes pro gratiarum actione eis reddentes, & inſuper, quod amplius timendum, ob hoc, & a Deo ipſi ſic agentes maledicti, licèt ſudent & infinitis laboribus, ſuæ domus prouidentiam procurent fame, penuria, ac paupertate ſic conſumentur, vt vix panis eis ſuppetat ad veſcendum, ipſi inobedientes Deo, & ſubditi eis inobedientes, ſic vt penè dolore enecentur; tandem a paradiſo eiicientur, à prælatione detrudabuntur, immo, quod horrendum, & ſi in ea, iam non Prælati, iam non religionis filij, ſed veluti extranei, ac adulterini apud Deum cenſentur, Audi Apoſt. ad Hebræos 12. n. 8. *Si extra diſciplinam eſtis, ergo adulteri, & non filij eſtis*, quod interpretans Origenes *hom. de Elcana*, de ſuperioribus intelligit, affirmans, tales ſuperiores nominari extarios, hoc eſt, extra diſciplinam. *Extarius quippe.* ait, *adeò eſt qui non tenet diſciplinam, qui delinquentem filium non caſtigat, non corripit vt emendet, qui indulget vnyt, qui delicta non punit; vnde Apoſtolus, ſi extra diſciplinam eſtis*, veritas hæc manibus quotidie attrectatur, non tantùm ſpeculatione attingitur, tales ſcilicet ſuperiores nomine tantùm eſſe, cùm nulla eis obedientia, nullus timor, nulla a ſubditis reuerentia, quinimo ſumma vilipenſio, hinc non vt veri religionis filij à ſubditis cognoſcuntur, ſed vt adulteri, & extranei, immo vt tales & à Deo habentur;
ex

2. *Eius pœna expenditur.*

Hugo.

3. *Superiores remiſſi quâta patiantur mala.*

Origen.

ex quo, vt vides, potius bellum, quàm pacem iſti miſeri hauriunt.

Enimverò peccauit fœdiſſimè Amnon ſororem conſtuprans, domumque paternam opprobrio aſpiciens, ac totum Iſraëlem ſcandalizans, tamen pater nec verbum illi 2. *Reg.* 13. *num* 21. ſi cauſam petis, ne ſpiritum filij contriſtaret, quod aliis verbis eſt dicere, vt haberet pacem in diebus ſuis. *Cùm autem audiſſet Rex Dauid verba hæc, contriſtatus eſt valde, & noluit contriſtare ſpiritum Amnon filij ſui, quoniam diligebat eum, quia primogenitus erat ei.* In qua authoritate primum illud pondero; *quod cùm audiſſet Rex Dauid*, ly *Rex*, cùm non ſic frequenter ſolet ſacra Scriptura Dauid Regem nominare; ſed tantùm ſuo nomine ſimpliciter, vt ſuprà cap. 12. frequentiſſimè patet, num. 1. *miſit Deus Nathan ad Dauid, dixit Nathan ad Dauid.* & num. 31. quando victor redibat cæſo

4. *Dauid cur nominatus Rex quando Ammoni filio pepercit.*
Amnon, vbi videbatur propriiſſimè nomine regali debere inſigniri; ſimpliciter tamen eum nominat, dicens. *Et reuerſus eſt Dauid, & omnis exercitus in Ieruſalem.* At hic quando nulla apparet cauſa, nominat eum Regem, dicens, *cùm audiſſet Rex Dauid.* Quæ huius rei ratio? Sanè, mea ſententia, quia amor patris fecit vt officij obliuiſceretur regalis. Vnde ſi bonus pater, malus Rex, ideoque eum Regem nominauit, quia, ſi vt Dauid, pius in filium, impius tamen vt Rex in regno, quo, vt ſæpe alias diximus, apparet duplici iuſtitia Regem, ſeu prælatum præditum eſſe debere; priuata, & publica, particulari, & regali.
August. *Aliter quidem*, ait D. Auguſt. cap. 50. *ſeruiant Principes Deo, quoniam homines ſunt, aliter quia Reges ſunt*, de qua re ſatis alibi dictum in noſtris in Sapientiam comment. Ex quo & difficilias eruitur
Chryſoſt. rectorum ſalutis, ſicut Chryſoſt. *hom.* 34. *in epiſt. ad*
5. *Hebræos*, in illis verbis, *ipſi peruigilant quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri.* rem admirandam appellat gubernatorum, ſeu rectorum ſalutem, *quid*, inquit, *dicemus infelicibus illis, & miſeris, qui ſemetipſos ad alios regendos præcipitant, & ſe in tantorum ſuppliciorum abyſſum iniiciant? Omnium quos regis, mulierum, puerorum, atque virorum, in rationem redditurus es, tanto igni tuum ſubijcis caput, miror ſi poteſt ſaluari aliquis rectorum.* Quàm grauis ſententia; & bene hoc intelligitur ex facto præſenti; ſanctus homo Dauid, at quia Rex peccator, noluit reprehendere
Salus potentum, & gubernatorum quàm difficilis.
Abulenſ. filium ex amore ductus; vnde, vt bene Abulenſ. adnotat *hîc quaſt.* 9. ad reprehenſionem Dauid poſuiſſe ſacram Scripturam ipſum diligere Amnon. *Ob hoc ſacra Scriptura dicit quaſi in reprehenſionem Dauid quòd noluit contriſtare ſpiritum Amnon filij ſui, quia diligebat eum.* Diligebat ergo; quid ex hoc? vt pacem cum illo habere vellet in diebus ſuis; hinc eum non reprehendit; at quid ex hac diſſimulatione? Occaſio ac miſeri Ammonis interfectio; bellum inter fratres, & odium, continuumque diſſidium inter eos. Si ad praxim hæc deducere velis, inuenies ob hoc clauſtra religioſorum, caſtra effecta militum inter ſe bellantium; vnde putas quòd odia, murmurationes, lites, teſtimonia, rancores, turbationes inter fratres? ex hac radice, amice, nolunt ſuperiores contriſtare ſpiritum eorum, quos diligunt, & pro primogenitis habent, etiamſi mala fecerint. Hinc ſpiritus
6. omnium fratrum contriſtantes, ex hoc clauſtra Angelorum caſtra faciunt diſſenſionum, ne dicam dæmonum; neſcientes miſeri, ac non attendentes, quòd diſſimulando talia, non ſolùm ea per-
Superiores malum tolerantes illud imperant.

mittunt, ſed iubent, ſed imperant; nam ea ſunt hominum ingenia, vt malum quod vident à Principe, ſeu ſuperiori, non prohibitum exiſtiment imperatum. infra *cap.* 19. *num.* 17. Phariſæi affirmabant libellum repudij à Moyſe imperatum; *Quid ergo*, aiunt, *Moyſes mandauit dare libellum repudij, & dimittere.* at quid Dominus? *Moyſes*, inquit, *ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras.* Pende ſententiam, permiſſionem vocabant illi iuſſionem, mandatum, imperium, vnde? Sanè, quia conniuentia Principum in malis arguendis, non tantum eſt permiſſio, quantum iuſſio; hinc bella, hinc lites in clauſtris ſacris; nam quod iſti diſcoli agunt, quod peccant, etiam inſcio ſuperiore, immo de illis malè ſentiente, non ſolùm reputatur permiſſio, ſed iuſſio, ſed imperium. Ex quo euenit, vt dum cum vno pacem habere volunt, cum multis diſſidium aſtruunt, & dum pacem procurant habere in diebus ſuis, non conſequantur niſi inteſtinum bellum.

Id quod admirandum in hac re, & valde. nam ſi hoc fieret à ſuperioribus malis & peccatoribus, 7.
minus hoc admirandum; at quod hæc peſtis etiam inficiat ſanctos, & Dei ſeruos, non equidem quomodolibet, ſed ſanctiſſimos, hoc equidem ſtupendum. nam neſcio quomodo facto decepti putant ſe Deo gratiſſimum facere, ſi tales ſuſtinendo in pace gubernent ſine diſſidio, cùm veriſſimè nil Deo ingratius facere poſſint. hoc equidem adnoto in ſanctiſſimo Rege Ezechia 4. *Reg.* 20. *n.* 17. Extrema mala ſuæ reipublicæ ac domus ſuæ ei annuntiauerat Iſaias, indignatus cum illa Dominus ex vana gloria quam conceperat, dum ad eum inuiſendum miſerat Rex Babylonis, ob quod domum totam ſuam legatis Babylonis patefecerit. *Quid viderunt in domo tua*, ait ad illum Iſaias? at ille: *Omnia quæcumque ſunt in domo mea viderunt, nihil eſt quod non monſtrauerim eis in theſauris meis.* Mira vanitas! at quid Deus? *Audi ſermonem Domini*, ait ad illum Propheta, *ecce dies venient, & auferentur omnia, quæ ſunt in domo tua, & quæ condiderunt patres tui vſque in diem hanc in Babylonem, non remanebit quidquam, ait Dominus, ſed & de filijs tuis qui egredientur ex te, quos generabis, tollentur, & erunt eunuchi in palatio Regis Babylonis.* Mira comminatio, dum non ſolùm ad res omnes, ſed ad filios ſe extendit! At, quid Rex ad iam dura? nunquid ad cinerem? ad cilicium? ad orationem ſe conuertit? nunquid ad fletum, ſicut quando mortem, & prædixit idem Propheta? nil minus. Sed illico reſpondit, *Bonus ſermo Domini quem locutus es.* Mirum cùm talia ac tam dira audiſſet, vnde bonus ſermo? nunquid noua regna ei promiſit, aut nouas diuitias? nil minus; vnde ergo bonus? Sanè, quia omnia illa euenire debebant poſt eius mortem. Hinc cùm in diebus ſuis tantum pacem haberet, omnia illa dura, aſpera, miſerabilia bona reputabat; hinc ſequens ait, *ſit pax & veritas in diebus meis.* Bonus ſermo, licèt domus deſtruatur, res deperdantur, populus deprædetur, filij captiuentur, & ſpadones fiant; omnis hic ſermo bonus dicatur, bonus iudicetur, dummodo ſit pax & veritas in diebus meis. En credulitas, vt ſic dicam, in ſancto Rege; qui in hoc non vt Rex prouidus, non vt ſuos amans, ſed vt ſe diligens, ſe gerebat; non tantum ſaluti ſuorum, quàm ſuæ præpoſterè conſulens; nam ille tantum verus Princeps, verus Rector, qui non ſe ſe quæ ſuorum prouidet, qui ad neceſſitatem ſuorum ſe veluti

Superiores Sancti ſuſtinentes malos ſe decipiunt.

tranſmutat. Sic enim Paulus ad Galatas cap. 4. num. 19. *Vellem eſſe apud vos, & mutare vocem meam.* Quid hoc, ſeu quid permutare vocem? Ad rem Hieronym. *Mutabat*, ait, *Paulus vocem ſuam, & in hiſtrionum ſimilitudinem factus, ſiquidem, vt in theatro, mundi Angelis & hominibus habitu in diuerſas figuras vertebat & voces, non quòd id eſſet ſimulabat, ſed quòd id tantum videretur eſſe, quod cæteris proderat.* Nil luculentius Rector, ac Doctor orbis erat Paulus, veluti ſi Principem dicas Chriſtianorum; quid ergo? nunquid ſuam tantùm perſonam inducebat, ſe & ſua tantùm conſiderans? nil minus; ſed in ſpectaculo mundi poſitus perſonam Principis portans, ſummique gubernatoris illum repræſentabat habitum, illam induebat perſonam, quæ cæteris prodeſſe, non ſibi poterat, deſinens eſſe (vt ſic dicam,) quod erat, vt ſui inciperent eſſe quod non erant, ſcilicet boni ex malis; totus ad ſuos, nil ad ſe, quod eſt optimum ac ſingulare Principis ſtigma. Non ſic Exechias, licèt alioquin ſanctiſſimus; totus erat ſuus, nil ſuorum; hinc dum in diebus ſuis eſſet pax, eſſet iuſtitia, parum de cætero de ſuis curans, bonum dixit illum ſermonem Domini, qui durus, qui terribilis. Quid vis vt dicam atnice, ſiue ſæcularem ſtatum, ſiue Eccleſiaſticum nunc reſpicis, omnes Exechias, dixeris (ſit pace bonorum hoc dictum, & omnia munda mundis. nam ſi inuehimur, non equidem contra bonos, ſed ſi qui ſunt contra malos,) ſi ſæcularem rempublicam aduertas, inuenies res ſic geri, ſic gubernari, vt de ciuitatibus, de regnis, nulla in poſterum ſit cura, ſit pax in diebus noſtris, habeamus vnde viuamus, grauentur populi, peſſundentur pauperes debiles, viduæ, coloni, diuites depauperentur, abſumantur omnia; duret in diebus noſtris imperium, de cætero poſt noſtrum tempus tranſportentur omnia, ac diuendantur, deperdatur regnum & imperium, ſint ſubditi principis ipſius filij, ſine regno remaneant; quid ad nos, ſit tantum pax in diebus noſtris; at ſi Eccleſiaſticam expectes rempublicam, nil minus aſpicies, omnes volunt pacificè viuere, res peſſundentur Eccleſiaſticæ, captiua reddatur Eccleſia, tributis onerentur clerici, libertas tollatur Eccleſiaſtica; ſit pax in diebus noſtris. *Bonus eſt ſermo Regis.* Et ſi religioſam poſtea conſideres gubernationem; Deus bone, quale hoc? Suſtinentur diſcoli, deperditur obſeruantia ſancta; deſtruuntur regulæ, omnia in peſſum ruunt. bene omnia, bonus ſermo dum ſit pax in diebus noſtris. Quid hoc? nónne hos ſimiles Gadareois iſtis dices, qui vt pacem poſſiderent cum dæmonibus, Ieſum à ſe expellere curarunt; ſanè ne mirentur. ergo ſi ſalutem amittant dum perdunt, & à ſe eliminant Saluatorem, qui ſtatim abfuit rogatus.

SANCTI IESV CHRISTI *Euangelij ſecundùm Matthæum*

Vulgat. Editio.

CAPVT NONVM.

a Marc. 2. 1 ET [a] aſcendens in nauiculam tranſ-
a3. fretauit, & venit in ciuitatem ſuam.
Luc. 5. d. 2 Et ecce offerebant ei paralyticum ia-
18. centem in lecto, & videns Ieſus fidem il-
lorum, dixit paralytico: Confide fili, re-
mittuntur tibi peccata tua.
3 Et ecce quidam de Scribis dixerunt
intra ſe: Hic blaſphemat.
4 Et cùm vidiſſet Ieſus cogitationes eo-
rum, dixit: Vt quid cogitatis mala in cor-
dibus veſtris.
5 Quid eſt facilius dicere: Remittuntur
tibi peccata tua; an dicere: Surge & am-
bula.
6 Vt autem ſciatis, quia filius hominis
habet poteſtatem in terra dimittendi pec-
cata, tunc ait paralytico: Surge, tolle le-
ctum tuum, & vade in domum tuam.
7 Et ſurrexit, & abiit in domum ſuam.
8 Videntes autem turbæ timuerunt, &
glorificauerunt Deum, qui dedit poteſta-
tem talem hominibus.
b Marc. 2. 9 [b] Et cùm tranſiret inde Ieſus, vidit
b.14. hominem ſedentem in telonio, Mat-
Luc. 5. f. thæum nomine, & ait illi: Sequere me, &
27. ſurgens ſecutus eſt eum.
10 Et factum eſt diſcumbente eo in domo,
ecce multi publicani & peccatores ve-
nientes diſcumbebant cum Ieſu, & diſci-
pulis eius
11 Et videntes Phariſæi dicebant diſcipu-
pulis eius: Quare cum publicanis & pec-
catoribus manducat Magiſter veſter.
12 At Ieſus audiens ait: Non eſt opus
valentibus medicus, ſed malè haben-
tibus.
c Oſee 6. 13 Euntes autem diſcite quid eſt: [c] Miſe-
c.6. ricordiam volo, & non ſacrificium, non
Infr. 12. a7. enim veni vocare iuſtos, [d] ſed peccatores.
d 1. Tim. 1. 14 Tunc acceſſerunt ad eum diſcipuli
c.17. Ioannis, dicentes: [e] Quare nos, & Phariſæi
e Marc. 2. ieiunamus frequenter; diſcipuli autem
c.18. tui non ieiunant.
Luc. 5. f. 32. 15 Et ait illis Ieſus: Nunquid poſſunt ſponſi
lugere, quamdiu cum illis eſt ſponſus?
Venient autem dies cùm auferetur ab eis
ſponſus, & tunc ieiunabunt.
16 Nemo autem immittit commiſſuram
panni rudis in veſtimentum vetus; tollit
enim

SANCTI IESV CHRISTI Euangelij ſecundùm Matthæum

Tranſl. ex Syriac.

CAPVT NONVM.

1 *ET conſcendit nauem, traiecitque, & ve-*
nit in ciuitatem ſuam.
2 *Et obtulerunt ei paralyticum, decumben-*
tem in lecto, viditque Ieſchua fidem eorum,
& ait paralytico illi: Bono ſit animo fili mi,
remittuntur tibi peccata tua.
3 *Quidam verò è Scribis dicebant in anima*
ſua: Iſte blaſphemat.
4 *Ieſchua autem ſciens cogitationes eorum,*
dixit eis: Quid cogitatis mala in corde
veſtro.
5 *Vtrum enim facilius eſt, dicere: Remit-*
tuntur tibi peccata; an dicere: Surge, &
ambula.
6 *Vt autem cognoſcatis filium hominis ha-*
bere poteſtatem in terra dimittendi peccata,
dixit paralytico illi: Surge, tolle lectum
tuum, & abi domum tuam.
7 *Surgens itaque abiit domum ſuam.*
8 *Quæ quum vidiſſent turba illa timuerunt,*
Deumque laudibus euexère, qui dediſſet ta-
lem poteſtatem hominibus.
9 *Quumque Ieſchua prætergrederetur il-*
linc, vidit virum ſedentem in ædibus telona-
riorum nomine Matthai; & ait illi: Veni poſt
me; ſurgens itaque iuit poſt eum.
10 *Et quum accumberent domi, venerunt*
publicani, & peccatores multi, & accu-
buerunt cum Ieſchua, & cum diſcipulis
eius.
11 *Quæ quum vidiſſent Phariſæi, dixerunt*
diſcipulis ipſius: Quare cum publicanis fla-
gitiiſiſque edit Magiſter veſter.
12 *Quod quum audiſſet Ieſchua, dixit eis:*
Non indigent ſani medico, ſed ij qui malè af-
fecti ſunt.
13 *Ite, diſcite, quid ſit: Miſericordiam volo,*
& non ſacrificium, non enim veni vocare iu-
ſtos, ſed peccatores.
14 *Tunc acceſſerunt ad eum diſcipuli Iocha-*
non, & inquiunt: Quare nos, & Periſchai
multum ieiunamus, & diſcipuli tui non ie-
iunant.
15 *Dixit eis Ieſchua: Nunquid poſſunt filij*
thalami ieiunare quamdiu cum eis eſt ſpon-
ſus? Venient autem dies quum tolletur ab eis
ſponſus, & tunc ieiunabunt.
16 *Nemo immittit fruſtum panni noui in*
veſtimentum attritum vetuſtate, ne quid
detrahat

enim plenitudinem eius à veſtimento, &
peior ſciſſura fit.
17 Neque mittunt vinum nouum in vtres
veteres, alioquin rumpuntur vtres, &
vinum effunditur, & vtres pereunt. Sed
vinum nouum in vtres nouos mittunt, &
ambo conſeruantur.
f Marc. 5. 18 [f] Hæc illo loquente ad eos ecce prin-
c. 24. ceps vnus acceſſit, & adorabat eum, di-
Luc. 8. f. 53. cens: Domine filia mea modò defuncta
eſt: ſed veni, impone manum tuam ſuper
eam, & viuet.
19 Et ſurgens Ieſus ſequebatur eum, &
diſcipuli eius.
g Marc. 5. 20 [g] Et ecce mulier, quæ ſanguinis fluxum
b. 22. patiebatur duodecim annis, acceſſit retro,
Luc. 8. f. & tetigit fimbriam veſtimenti eius
43. 21 Dicebat enim intra ſe: Si tetigero tan-
tùm veſtimentum eius, ſalua ero.
22 At Ieſus conuerſus, & videns eam di-
xit: Confide filia, fides tua te ſaluam fecit.
Et ſalua facta eſt mulier ex illa hora.
23 Et cùm veniſſet Ieſus in domum prin-
cipis, & vidiſſet tibicines, & turbam tu-
multuantem, dicebat:
24 Recedite; non eſt enim mortua puella,
ſed dormit. Et deridebant eum.
25 Et cùm eiecta eſſet turba, intrauit, &
tenuit manum eius, & ſurrexit puella.
26 Et exiit fama hæc in vniuerſam terram
illam.
27 Et tranſeunt inde Ieſu, ſequuti ſunt
eum duo cæci clamantes, & dicentes: Mi-
ſerere noſtri fili Dauid.
28 Cùm autem veniſſet domum, acceſſe-
runt ad eum cæci; & dicit eis Ieſus: Cre-
ditis, quia hoc poſſum facere vobis? Di-
cunt ei, vtique, Domine.
29 Tunc tetigit oculos eorum, dicens: Se-
cundùm fidem veſtram fiat vobis.
30 Et aperti ſunt oculi eorum, & commi-
natus eſt illis Ieſus, dicens: Videte ne
quis ſciat:
31 Illi autem exeuntes diffamauerunt
eum in tota terra illa.
h Infr. 12. 32 Egreſſis autem illis, [h] ecce obtule-
b. 22. runt ei hominem mutum dæmonium ha-
Luc. 11. b. bentem.
14. 33 Et eiecto dæmonio locutus eſt mutus,
& miratæ ſunt turbæ, dicentes: Nunquam
apparuit ſic in Iſraël.
34 Phariſæi autem dicebant: In principe
dæmoniorum eiicit dæmones.
i Marc. 6. 35 [i] Et circuibat Ieſus omnes ciuitates, &
a. 6. caſtella, docens in ſynagogis eorum, &
prædicans Euangeliũ regni, & curans om-
nem languorem, & omnem infirmitatem.
36 Videns autem turbas, miſertus eſt eis,
quia erant vexati, & iacentes ſicut oues
non habentes paſtorem.

Tunc

*detrahat ſupplementum ex illo veſtimento,
fiatque ſciſſura maior.*
*Neque inijciunt vinum recens in vtres
veteres; ne rumpantur vtres, vinumque
effundatur, & vtres pereant; ſed inijciunt
vinum recens in nouos vtres, & ambo con-
ſeruantur.*
*Quum autem hæc loqueretur cum eis, ve-
niens princeps quidam appropinquauit, &
adorauit eum, inquiens: Filia mea nunc
mortua eſt; ſed veni, impone manum tuam
ſuper eam, & viuet.*
*Surgens itaque Ieſchua ac diſcipuli eius,
abierunt poſt eum.*
*Et ecce mulier, quæ profluuio ſanguinis la-
borabat à duodecim annis, venit à tergo il-
lius, tetigitque fimbriam veſtimenti eius.*
Dicebat enim in anima ſua (apud ſe:) *Si
ſolùm tetigero veſtimentum eius, ſanabor ego.*
*Ieſchua autẽ conuerſus reſpexit eam, & di-
xit ei: Bono ſis animo filia mea, fides tua ſerua-
uit te, & ſanata eſt iſthæc mulier ex illa hora.*
*Venitque Ieſchua in domum principis il-
lius, ac videns tibicines turbaſque multum
edentes, ait illis:*
*Recedite vos, puella enim mortua non eſt,
ſed dormit, & ſubſannabant eum.*
*Quumque eiecisset turbas, ingreſſus appre-
hendit eam manu eius, & ſurrexit puella.*
*Et exijt hæc fama in vniuerſam illam
terram.*
*Quumque prætergrederetur illinc Ieſchua,
ſe ſe adiunxerunt ei duo cæci, clamantes, ac
dicentes: Miſerere noſtri fili Dauid.*
*Et quum domum veniſſet, acceſſerunt ad
eum cæci illi; dixit eis Ieſchua: Creditis
me poſſe hoc agere? dicunt ei, etiam Domine
noſter.*
*Tunc tetigit oculos eorum, & ait: Vti cre-
didiſtis fiat vobis.*
*Et ſtatim aperti ſunt oculi eorum, & pro-
hibuit eis Ieſchua, dicens: Videte, nemo
reſciſcat.*
*Illi autem egreſſi famam eius ſparſerunt in
vniuerſam illam terram.*
*Quumque exijſſet Ieſchua, obtulerunt ei
mutum, in quo erat dæmonium.*
*Et eiecto dæmonio locutus eſt mutus, &
miratæ ſunt turbæ, dicentes: Nunquam appa-
ruit tale quicquam in Iſraiel.*
*Periſchæi verò dicebant: Per principem
dæmoniorum eijcit dæmonia.*
*Et perluſtrabat Ieſchua vrbes omnes, &
vicos, & docebat in ſynagogis eorum, atque
prædicabat Euangelium regni, & ſanabat
omnes languores, omneſque dolores.*
*Quum autem videret Ieſchua turbas, mi-
ſertus eſt earum, quòd eſſent fatigatæ, ac di-
ſperſæ tanquam oues non habentes paſtorem.*

Et

k Luc. 10. 2.1. Tunc dicit diſcipulis ſuis:[k] Meſſis qui- 37
dem multa, operarij autem pauci.
Rogate ergo Dominum meſſis, vt mit- 38
tat operarios in meſſem ſuam.

Et ait diſcipulis ſuis: Meſſis multa, & operarij pauci.

Petite igitur à Domino meſſis, vt emittat operarios in meſſem ſuam.

SANCTI IESV CHRISTI Euangelij ſecundùm Matthæum

Tranſl. B. Ariæ Mont.

CAPVT NONVM.

ET aſcendens in nauiculam traiecit, 1
& venit in propriam ciuitatem.
Et ecce offerebant ei paralyticum in 2
lecto iacentem, & videns Ieſus fidem il-
lorum, dixit paralytico: Confide fili, re-
mittuntur tibi peccata tua.
Et ecce quidam Scribarum dixerunt in 3
ſe ipſis; Hic blaſphemat.
Et videns Ieſus cogitationes eorum, di- 4
xit: Vt quia vos cogitatis mala in cordi-
bus veſtris.
Quid enim eſt facilius dicere, dimit- 5
tuntur tua peccata; an dicere, erigere, &
ambula.
Vt autem ſciatis, quod auctoritatem 6
habet filius hominis in terra remittere
peccata, tunc ait paralytico. erectus tolle
tuum lectum, & abi in domum tuam.
Et erectus abiit in domum ſuam. 7
Videntes autem turbæ timuerunt, & 8
glorificauerunt Deum, dantem auctorita-
tem talem hominibus.
Et præteriens Ieſus inde, vidit homi- 9
nem ſedentem in telonio, Matthæum di-
ctum, & ait illi: Sequere me, & ſurgens ſe-
cutus eſt eum.
Et factum eſt eo diſcumbente in domo, 10
& ecce multi publicani & peccatores ve-
nientes diſcumbebant cum Ieſu, & diſci-
pulis eius
Et videntes Phariſæi dicebant diſcipu- 11
pulis eius: Quare cum publicanis & pec-
catoribus manducat Magiſter veſter.
At Ieſus audiens ait illis: Non vſum 12
habent valentes medico, ſed malè ha-
bentes.
Euntes autem diſcite quid eſt: Miſe- 13
ricordiam volo, & non ſacrificium, non
enim veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad
pœnitentiam.
Tunc adierunt eum diſcipuli Ioannis, 14
dicentes: Quare nos, & Phariſæi ieiuna-
mus frequenter; diſcipuli autem tui non
ieiunant.
Et ait illis Ieſus: Nunquid poſſunt filij 15
ſponſi lugere, quamdiu cum illis eſt ſpon-
ſus? Venient autem dies cùm auferetur
ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt.

Nemo

SANCTI IESV CHRISTI Euangelij ſecundùm Matthæum

Tranſl. Eraſm. Roterod.

CAPVT NONVM.

ET ingreſſus nauem traiecit, ac venit in ſuam ciuitatem.

Et ecce adduxerunt illi paralyticum in lecto decumbentem, cumque vidiſſet Ieſus fidem illorum, dixit paralytico: Bono animo eſto fili, remittuntur tibi peccata tua.

Et ecce quidam è Scribis dicebant intra ſe ſe, hic blaſphemat.

Et cum vidiſſet Ieſus cogitationes illorum, dixit, quare vos cogitatis mala in cordibus veſtris.

Vtrum enim eſt facilius dicere: Remittuntur tibi peccata tua; an dicere: Surge, & ambula.

Vt autem ſciatis, quòd poteſtatem habeat filius hominis in terra remittendi peccata, tunc dicit paralytico: Surge, tolle tuum lectum, & abi domum tuam.

Et ille ſurrexit, abijtque domum ſuam.

Turbæ verò quæ viderant admiratæ ſunt, & glorificauerunt Deum qui dediſſet poteſtatem talem hominibus.

Et prætereuns Ieſus illinc vidit hominem deſidentem ad telonium Matthæum nomine, dicitque ei: Sequere me, atque is ſurgens ſecutus eſt eum.

Et factum eſt vt Ieſus accumberet in illius ædibus, & ecce multi publicani, & peccatores, qui venerant, ſimul accubuerunt cum Ieſu, & diſcipulis eius.

Cumque id vidiſſent Phariſæi, dixerunt diſcipulis eius: Cur cum publicanis & peccatoribus, ſumit cibum præceptor veſter.

At Ieſus vbi audiuit dixit illis, non opus habent hi qui validi ſunt medico, ſed qui malè habent.

Quin potius ite, & diſcite, quid ſit illud, miſericordiam volo, & non ſacrificium, non enim veni ad vocandum iuſtos, ſed peccatores ad pænitentiam.

Tunc adeunt eum diſcipuli Ioannis, dicentes, Quam ob cauſam nos, & Phariſæi ieiunamus plerumque, diſcipuli verò tui non ieiunant.

Et dixit illis Ieſus: Num poſſunt filij ſponſi lugere quamdiu cum illis eſt ſponſus? Venient autem dies, cùm tolletur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt.

Nullus

16 Nemo autem iniiciet inſectionem panni rudis in veſtimentum vetus; aufert enim plenitudinem eius à veſtimento, & peior ſciſſura fit.

Nullus immittit aſſumentum panni rudis in veſte veteri; aufert enim ſupplementum illius à veſtimento, & peior ruptura fit.

17 Neque mittunt vinum nouum in vtres veteres, ſi autem minus rumpuntur vtres, & vinum effluit, & vtres pereunt. Sed mittunt vinum nouum in vtres nouos, & ambo conſeruantur.

Neque mittunt vinum nouum in vtres veteres, alioqui rumpuntur vtres, & vinum effunditur, & vtres pereunt; ſed mittunt vinum nouum in vtres nouos, & vtraque ſimul ſeruantur.

18 Hæc illo loquente eis, ecce princeps vnus veniens adorabat eum, dicens, quòd filia mea modò defuncta eſt: ſed veniens impone manum tuam ſuper eam, & viuet.

Hæc cùm illis loqueretur ecce, primas quidam venit, & adorauit eum, dicens: Filia mea modò defuncta eſt; ſed veni, & impone manum tuam ſuper illam, ac viuet.

19 Et ſurgens Ieſus ſequebatur eum, & diſcipuli eius.

Et ſurgens Ieſus ſecutus eſt eum, ac diſcipuli eius.

20 Et ecce mulier, ſanguiflua duodecim annis, accedens retro tetigit fimbriam veſtimenti eius

Et ecce mulier, quæ ſanguinis profluuio laborauerat duodecim annis, accedens à tergo tetigit fimbriam veſtimenti illius.

21 Dicebat enim in ſe ipſa ſi tantùm tetigero veſtimentum eius, ſeruabor.

Dixerat enim intra ſe ſe, ſi tantùm tetigero veſtimentum illius, ero ſalua.

22 At Ieſus conuerſus, & videns eam dixit: Confide filia, fides tua ſeruauit te, & ſeruata eſt mulier ab hora illa.

At Ieſus conuerſus vt vidit illam, dixit: Confide filia, fides tua te ſaluam fecit; & ſalua facta fuit mulier à tempore illo.

23 Et veniens Ieſus in domum principis, & videns tibicines, & turbam tumultuantem, dicit illis:

Et cùm veniſſet Ieſus in ædes primatis, vidiſſetque tibicines & turbam tumultuantem, dicit illis:

24 Recedite, non enim mortua eſt puella, ſed dormit. Et deridebant eum.

Secedite, non enim mortua eſt adoleſcentula, ſed dormit, & deridebant illum.

25 Quum verò eiecta eſſet turba, ingreſſus apprehendit manum eius, & ſurrexit puella.

Cùm autem fuiſſet eiecta turba, ingreſſus tenuit manum illius, & ſurrexit adoleſcentula.

26 Et exiit fama hæc in vniuerſam terram illam.

Et emanauit rumor hic in totam terram illam.

27 Et tranſeunte inde Ieſu, ſequuti ſunt eum duo cæci clamantes, & dicentes: Miſerere noſtri fili Dauid.

Et cùm diſcederet illinc Ieſus, ſecuti ſunt illum duo cæci, clamantes, ac dicentes: Miſerere noſtri fili Dauid.

28 Venienti autem in domum, acceſſerunt ad eum cæci; & dicit eis Ieſus: Creditis, quòd poſſum hoc facere? Dicunt ei, vtique, Domine.

At cùm veniſſet in ædes, adierunt illum cæci, & dicit illis Ieſus: Creditis me hoc poſſe facere? dicunt illi, Credimus, Domine.

29 Tunc tetigit oculos eorum, dicens: Secundùm fidem veſtram fiat vobis.

Tunc tetigit oculos illorum dicens, Iuxta fidem veſtram fiat vobis.

30 Et aperti ſunt eorum oculi, & comminatus eſt illis Ieſus, dicens: Videte ne quis ſciat.

Et aperti ſunt eorum oculi, & interminatus eſt illis Ieſus, dicens. Videte, ne quis ſciat.

31 Illi autem exeuntes diffamauerunt eum in tota terra illa.

At illi cùm abiſſent, diuulgarunt famam illius in tota terra illa.

32 Illis autem egreſſis, ecce obtulerunt ei hominem mutum dæmoniacum.

Illis autem egredientibus, ecce adduxerunt illi hominem mutum dæmoniacum.

33 Et eiecto dæmonio locutus eſt mutus, & miratæ ſunt turbæ, dicentes: Nunquam apparuit ſic in Iſraël.

Et eiecto dæmonio locutus eſt mutus, & admiratæ ſunt turbæ, dicentes: Nunquam apparuit ſic in Iſraël.

34 Phariſæi autem dicebant: In principe dæmoniorum eiicit dæmonia.

At Phariſæi dicebant: Per principem dæmoniorum eijcit dæmonia.

35 Et circumibat Ieſus ciuitates omnes, & caſtella, docens in ſynagogis eorum, & prædicans Euangelium regni, & curans omnem languorem, & omnem infirmitatem in populo.

Et circuibat Ieſus ciuitates omnes, ac vicos, docens in ſynagogis illorum, & prædicans Euangelium regni, & ſanans omnem morbum, & omnem languorem in populo.

Videns

Cùm

Videns autem turbas, miſertus eſt eis, 36
quia erant vexati, & diſperſi ſicut oues
non habentes paſtorem.

Cùm vidiſſet autem turbas, affectu miſericordia tactus eſt erga illos, quòd eſſent deſtituti, ac diſperſi velut oues, non habentes paſtorem.

Tunc dicit diſcipulis ſuis: Meſſis qui- 37
dem multa, operarij autem pauci.

Tunc dicit diſcipulis ſuis: Ipſa quidem Meſſis copioſa, cæterùm operarij pauci.

Supplicate ergo Domino meſſis, vt 38
emittat operarios in meſſem ſuam.

Rogate igitur Dominum meſſis, vt extrudat operarios in meſſem ſuam.

CAPITIS NONI

ARGVMENTVM.

IN hoc capite agit Matthæus de Paralytico curato, Scribis murmurantibus, quòd dixiſſet, remiſſa illi peccata ſua; è contra verò turbis Deum glorificantibus, de vocatione eiuſdem Matthæi, & de reſponſione Phariſæis murmurantibus, quòd cum publicanis ederet, ſimulque de illa quam dedit tradens rationem, quare diſcipuli eius non ieiunabant, mulierem à ſanguinis fluxu liberat, filiam Principis mortuam ſuſcitat, eiecta turba, viſum duobus cæcis reſtituit, dæmoniacum mutum ſanat, vbique prædicans omnes ſanat infirmitates, concludens multam eſſe meſſem, paucos operarios, ex quibus colliges, ferè tot eſſe huius capitis diuiſiones, quot ſententiæ.

NVM. 1. Et aſcendens in nauiculam transfretauit, & venit in ciuitatem ſuam.

Senſus litteralis, & moralis.

ET *aſcendens in nauiculam*, &c. Aliqua quæſtio eſt apud Doctores, an priùs ſanata Hæmorrhoiſſa, & filia Archiſynogogi reſuſcitata, poſtea paralyticus ſanatus, cùm videatur Marcum *cap.* 5. & Lucam *cap.* 8. inſinuare, primùm filiam Archiſynogogi ſanatam: at Auguſt. *lib.* 2. *de conſenſ. Euangelij*, Cardinalis Baron. *in annalib.* Abulenſ. Ianſen. & alij affirmant Matthæum ordinem hiſtoriæ, & temporis ſequutum, cæteros verò res tantùm narraſſe, parum ad rem refert, ſiue vno, ſiue altero modo dicas.

August. Baron. Abulenſ. Ianſen.

Idem. Adnotat Ianſen. ſtatim hæc à Chriſto geſta fuiſſe, poſtquam Geſateni eum expulerunt, vt ſupra *cap.* 8. ex qua actione eruit, & perquam bene, non ob hoc Dominum à prædicatione Euangelij ceſſaſſe, ſed indignis relictis ad alios acceſſiſſe, *qui digni, ita enim videas*, ait, *Dominum nunquam ab Euangelico negotio vacaſſe, vt à quibuſdam repulſus nauſeabundus mox ad ſitientes, & eſurientes conuerteretur*; quid ex hoc? Sanè illud ab Euangelij prædicatione nunquam ceſſandum, etſi repulſam patiamur; & ſecundò quòd repulſa vnius, electio erit alterius, timeat qui ſpiritum repellit.

1. *Ab euangelica prædicatione nunquã vacandum.*

2. *Inſpirationes repellere quãtum malum.*

Hug Card. Pulchrè adnotat Hugo Cardinal. hæc geſſiſſe Dominum, vt ſe in omnibus Deum præberet, *primò*, ait, *oſtendit potentiam ſuam in terra, ſecundùm omne genus locorum, ſanans leproſum foris, paralyticum in ciuitate, ſocrum Petri in domo, poſt in mari, & aere, imperando ventis, & mari, poſt in atrijs ſcilicet dæmonibus, qui habitant in loco caliginoſo aeris, eijciendo eos ab hominibus; hic autem oſtendit diuinam poteſtatem, ſcilicet dimittere peccata, quod ſolius Dei eſt.*

3. *Chriſtus vbique omnipotens.*

Transfretauit. Pulchrè Chryſoſt. hom. 30. in Matth. *nauigium*, ait, *intrans pertranſiit, qui pede mare poterat tranſire, non enim ſemper mirabilia volebat facere, ne Incarnationis noceat rationi.* duæ enim in Chriſto erant naturæ, diuina, humana; dignum profectò erat, quòd cùm hæ ex actionibus peti deberent, non ſemper diuinas ipſe ageret, ſed aliquando humanas. nam, vt bene Ioannes Epiſcop. vt in catena D. Thom. *creator rerum poſtquam ſe propter nos, noſtra anguſtiauit in carne, cœpit habere humanam patriam, ciuitatis Iudaicæ eſſe ciuis, parentes habere, parentum omnium parens, vt attraheret charitas, quos diſperſerat metus.* hinc, vt mox dicemus, transfretaſſe dicitur, *& veniſſe in ciuitatem ſuam.*

Chryſoſt.

4. *Cur non ſemper miracula operatur.*

At ad rem etiam facit Salmeronis adnotatio, non myſterio ſcilicet carere, aliàs Dominum ambulaſſe ſupra mare, nunc per nauiculam transfretaſſe cum diſcipulis. nam quando ſupra mare ambulauit, ſolus remanſerat in terra. & cùm ipſe propriam nauiculam non poſſideret, cùm aliàs eſſet neceſſarium diſcipulos adire, extremè indigenti diuina opus fuit potentia, vt per Deum portaretur, qui ob ſui amorem omnibus carebat, vnde Salmeron, *quòd autem aliàs ambulauit ſupra mare, ratione non caret, quia Dominus nauem non habebat, & ob diſcipulos in periculo laborantes ſignum edidit.* Ex quibus docemur verè pauperes eſſe diuites, & ad ſummam inopiam ſummam conſequi opulentiam, quia dum per Deum omnibus carent, totam Dei poſſident omnipotentiam ad eos ſuccurrendos, adiuuandos, alendos; vnde humanis deficientibus accurrerent diuina.

5. *Cur aliquando ſupra mare ambulauit.*

Salmeron.

6. *Paupertas ſumma abundantia, & pauperes verè diuites.*

Hieron. Drudm. Abulenſ. Maldon. Sedul.

In ciuitatem ſuam. Aliqui putant fuiſſe Nazareth, vt Hieron. Drudmarus, & Abulenſ. Alij longiùs à vero, vt bene Mald. fuiſſe Bethleem, ſic Sedulius, vt videas, mi lector, quam parum humanis ingenijs fidendum, & quàm cautè ſemper procedendum in affirmando nullum penitus tenuiſſe contrarium eo, quòd tu ſentis, cùm nulla ſit diſparata, ac deſtituta opinio, quæ ſuum non obtineat patronum, quid improprius, quam nunc Bethleem Chriſtum facere? certe ſi conſulis Euangeliſtas, propè vanam dices opinionem, & tamen Sedulius author grauiſſimus illud tenet; ſententia ergo communis & vera per ciuitatem ſuam intelligi *Capharnaum*. ſi. Auguſt. Beda, Strabo, Hugo, Lyran. Chryſoſt. Theophyl. Euthym. aliique recentiores.

Auguſt. Bed. Strabo. Hugo. Lyra. Chryſoſt. Theophyl. Euthym.

At cur Capharnaum ciuitas dicatur Chriſti, varij varia Auguſt. Beda, Strabo, Hugo, Lyran. quia metropolis Galilææ. meliùs Chryſoſt. Euthym. aliique recentiores, quia quando cœpit prædicare, relicta Nazareth, emporium Capharnaum fecit ſuæ prædicationis, ac habitationis, vnde ſuprà cap. 4. *relicta ciuitate Nazareth*, ait Matth. *venit, & habitauit in ciuitate Capharnaum maritima.* Vnde communiter tres Chriſtum habuiſſe patrias affirmant, *Nazareth* conceptionis, & educationis, *Bethleem* natiuitatis, *Capharnaum* verò habitationis, à tempore, quo cœpit prædicare, & ſigna facere, *Bethleem* interpretatur *domus panis*, *Nazareth florida*, *Capharnaum ager pœnitentiæ*. En myſteria, panis erat viuus, ex Spiritu ſancto compactus, naſcatur in Bethleem in domo panis, & hanc poſſideat patriam, erat & Nazarenus. Floridus ergo dum ad maturitatem creſcit operandi, nutriatur, & ſtet in Nazareth patriamque poſſideat floridam, at ad maturitatem perueniente flore, & baccis excreſcentibus dum iam erumpebat in fructus, & fructus laborioſiſſimos, quales Chriſti fuerunt, ſit ſua patria Capharnaum, qui ager pœnitentiæ dicitur, & in qua primùm intonuit, *pœnitentiam agite*, ſuprà *cap.* 4. *num* 17. niſi velimus etiam dicere ſui fuiſſe effectum amoris genus erga humanum, dum ſic homo factus, ſic voluit noſtrum eſſe conciuem, vt non vna contentus, tres voluit habere patrias, ſic cogitabam, vt exinde videas, nec minimum quid actionum diuiniſſimi illius hominis ſuo myſterio carere, nullamque prorſus caſu factam, aut ordinatam.

6. *Capharnaum cur patria Chriſti dicatur.*

7. *Tres patrias habuit, & quod in hoc myſterium.*

NVM. 2. Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto, & videns Ieſus fidem illorum, dixit paralytico: Confide fili, dimittuntur tibi peccata tua.

Senſus litteralis, & moralis.

ET *ecce*, &c. Multa addunt ad Matth. Marcus *cap.* 2. *num.* 1. & Luc. *cap.* 5. *num* 17. Marcus autem ſic ait, *& iterum intrauit Capharnaum poſt dies, & auditum eſt, quòd in domo eſſet, & conuenerunt multi, ita vt non caperet, neque ad ianuam, & loquebatur eis verbum. & venerunt ad eum ferentes paralyticum, qui à quatuor portabatur, & cùm non poſſent offerre illi præ turba, nudauerunt tectum vbi erat, & patefacientes ſubmiſerunt grabatum, in quo paralyticus iacebat* fere eadem Lucas, niſi quòd hæc addit, *& erant Phariſæi ſedentes, & legis Doctores, qui venerunt ex omni caſtello Galilææ, & Iudææ, & Hieruſalem, & virtus Domini erat ad ſanandum eos.* In quibus locis primùm adnoto, non ſolùm turbam voluiſſe Dominum miraculo adeſſe, ſed etiam Phariſæos, & legis Doctores, & non ſolùm turbis, ſed etiam iſtis prædicare; cur hoc? Sciens oleum, & operam cum eis amiſſurum? Ad rem Salmeron, *vt quominus calumnijs expoſitum eſſe poſſet*, ideo & eis prædicat, & miraculo doctrinam confirmat, vt nemo de illo vnquam conqueri poſſit neceſſaria ei defuiſſe ad ſalutem; quapropter nunquam à prædicando, & à benefaciendo abſtinendum, etſi cum obſtinatis agatur. nam nunquam ſine fructu noſtra erit prædicatio, cùm etſi eos non conuertamus, contra eos Dei cauſam in iudicij die iuſtificamus, non hominum Dei operam agentes. En Chriſtus Dominus etiam Phariſæis prædicat deploratis, & coram illis ſigna facit, vt inexcuſabiles facti, nil contra ipſum in die iudicij obmurmurare poſſint, niſi ex hoc facto etiam dicere velis præſtantiam locutionis Chriſti, & vim eius prædicationis, ſimul congregans gentes tam diſſitas, vt turbam, & Phariſæos legiſque Doctores. Quid amplius diſtans *Dan.* 4 ſub arbore illa vidit habitantes infinita animalium genera, & equidem pacificè. *ecce arbor, & folia eius pulcherrima, & fructus eius nimius, & eſca vniuerſorum in ea ſubter eam habitabant animalia, & beſtiæ* Quid per *folia?* S Thom. *opuſc.* 18. *cap.* 3 Verba ſapientium, quæ & inimicos reconciliant animos, *ſub folio pulchro animalia ſibi inimica, vt lupus, & agnus, columba & vrſus pacifica erant, quia verba ſapientium inimicos reconciliant*; talia erant Chriſti verba ſic ſplendentia, vt & diſſitos etiam animos reconciliarent, vt erant Phariſæi tumentes, & ſimplex turba.

Salmer.

1. *Chriſtus cur indignis, & quibus ſciebat nil profuturum etiam prædicabat.*

2. *Prædicatores cur à prædicando deſiſtere non debent etiamſi nullum ab auditoribus fructum reportent.*

S. Thom.

Placet Ianſen. qui ex magna affluentia turbarum ponderat ſupremam Domini manſuetudinem, neminem repellentis, nullum faſtidientis, *obſerua Dominum neminem reijcientem, neque offenſum improbitate irruentium*, & ſimul obſeruat, quòd licèt multi, & ferè omnes adueniſſent, propter miracula tamen Dominus prius doctrinæ vacauit, poſtea ægrotos ſanauit, *docens ſcilicet*, ait, *vbique primam rationem animarum habendam, poſteriorem corporum, ac inſinuans ſe veniſſe, non tantum ad edenda miracula, quantum ad docendum.* in qua re, & exemplum habent in dignitate conſtituti, quanta vrbanitate turbam negotiantium excipere debeant, etſi penè ab illa obruantur; & ſecundò quo affectu Chriſtum ſequi debet, non ſcilicet propter corporalia, ad quæ præſtanda ipſe principaliter non venerat, ſed propter ſpiritualia. hinc, vt mox dicemus, non prius ſanauit paralyticum, & corpus curauit, quàm animam curaſſet.

Ianſen.

3. *Chriſti manſuetudo quanta.*

4. *Iudices quomodo negotiantes excipere debent.*

5. *Chriſtus non ſequendus ob temporalia.*

Offerebant, &c. Si quæ Marcus, ſi quæ Lucas dicunt conſideres, duo elicere poteſ, *primum* infirmi magnum morbum. nam, vt bene obſeruat Ianſen. licèt paralyſis ſit morbus incurabilis, hic tamen non ſolùm erat paralyticus in quibuſdam membris, ſed in omnibus, ita vt morbo ſolutus, & lecto affixus à quatuor baiulis portaretur, & ſecundùm magnam illorum fidem, qui eum portabant, dum à nulla difficultate retardati, impoſſibilia quaſi ob amorem proximi apprehenderunt, immo & effecerunt, in tectum aſcendere, eum perforare, infirmum tollere, & tandem tali conatu, & perſeuerantia vt non deſiſterent vſque dum ante pedem Ieſu infirmum

Ianſen.

6. *Charitas baiulantium paralyticum magna, illam imitari omnes debent Chriſtiani.*

infirmum ponerent, *nobis præbentes exemplum verè imitandum*, vt ait Ianſen. quo feruore, quo conatu, quo labore, qua perſeuerantia animarum negotium exhibere debemus, nunquam deſiſtendo, donec eas ante Ieſu pedes ſiſtamus.

Sed pondo, impoſſibile hoc fieri potuiſſe abſque audientium incommodo ex lapillis, ex lignis, ex tegulis decidentibus. nam Marc. ait, *& patefacientes*, ſcilicet tectũ, vbi Caiet. *patefacientes, hoc eſt, fodientes*. Ex quo apparet præter tegulas aliud aliquid habuiſſe, quod oportebat frangi, domus tota erat ſic oppleta, vt nullum penitus, neque vnum capere poterat, & tamen nullus indignatus, nullus toruis actionem reſpexit oculis; quid hoc nobis inſinuat? niſi quanta charitate, & beneuolentia dum de animarum lucro agitur, dum de fratris bono omnia libenter ſufferre debemus. Equidem videas aliquos, aliquas, qui ſi tantillum alia aut retardatur in confitendo, aut conſulendo, impedit ſuum ſpiritualem magiſtrum cœlum clamoribus replere, videas diuites durisſimè accipere, ſi ob pauperum cauſam non ſic citò ad illos accurritur; quid hoc niſi diminutiſſimam charitatem habere, ſua tantùm attendentes, non quæ proximi, contra charitatis præceptum, quæ ſua non quærit. Audi Apoſtol. 1. ad Corinth. cap. 13. num. 5. *Charitas non eſt ambitioſa, nec quærit, quæ ſua ſunt*. Quid eſt non quærit quæ ſua ſunt? Sanè, ait Auguſt. in regula, *quia communia proprijs, non propria communibus antepanit*. En Chriſtiana charitas communia proprijs anteponere, talem equidem iſti poſſidebant, talem & magiſter ille diuinus, dum impoſſibile, vt dum in domo, & iuxta illum, infirmus deponebatur, ex apertione, & puluerem, & lapillos non ſuſtineret, omnia ſufferebat, omnia propter charitatem tolerabat, non ſe, ſed ſuos reſpiciens.

Caiet.

7. *Ob proximi bonum omnia ſuſtinenda incommoda.*

8. *Charitas quo ſenſu dicatur non quærere, quæ ſua ſunt.* August.

At non ſolùm hoc expendendum in hoc facto, ſed etiam illud, nunquam ſcilicet, de proximi ſalute deſperandũm, nunquam etiam de propria, etſi caſus ſit deſperatiſſimus, & infirmitas incurabilis, qualis huius erat paralytici, vt ſuprà diximus, qui non vno, aut altero paralyſi tenebatur membro, ſed toto corpore, ita vt penitus in nullo ſe adiuuare poterat, quo non obſtante, neque ipſe animum deſpondit, neque illi, qui eum portabant, cùm certum nullum peccatum incurabile, ſi diligentia tum propria, tum aliena, Dei gratia ſuffragante, adſit, vnde ſibi imputet deſperatio, peccator etſi magnus, & digni morte ſunt, qui ad deſperationem peccatorem adigunt, cùm opem illi ferre deberent. 2. *Regum cap. 1. num. 9.* Saul grauiter vulneratus ad Amalecitam, ait, *Sta ſuper me, & interfice me, quoniam tenent me anguſtiæ, & adhuc tota anima mea in me eſt*. At quid ille? illico eum occidit, vnde ad Dauid, *Steti ſuper eum, occidi illum, ſciebam enim quod viuere non poterat poſt ruinam*. Duo hic pondero, & valde mala, *primum* ex parte Saulis, affirmat enim totam animam ſuam in ipſo eſſe, & cum hoc tamen deſperat de vita, & anguſtiis pertæſus vult potius occidi, quàm viuere, meritò ob hoc occiſus, & damnatus, mentiar ſi hoc ad vnguem non indigitat, peccatorem grauiter ex peccatis ſauciatum deſperantem de vita, & Dei miſericordia in hac vita, infelix & miſer, neſciens quòd dum viuit, etſi in vltima ſit ſpiritus exhalatione, etiam confidere debet. nam tum & parata eſt Dei infinita miſericordia, *in eodem articulo temporis, cùm iam anima feſtinat ad exitum*, ait Cyprian. ſerm. de cœna Domini, *& egrediens ad labia ſpirantis emerſerit, pœnitentiam clementiſſimi Dei benignitas non aſpernatur*. nam, vt bene ſequens ait, *nec quantitas criminis, nec breuitas temporis, nec hora extremitas, nec vitæ enormitas, ſi vera fuerit contritio, ſi pura fuerit voluptatum mutatio, excludit à venia*. nil melius, immo nil verius, vnde meritò occiſus Saul, qui de vita deſperauit, ac proinde de infinita Dei miſericordia, cùm non ſolùm, anima in ore, vt volebat Cyprianus, ſed tota in toto corpore ſtabat.

9. *Nunquam de ſalute peccatorum, etſi peſſimi deſperandum.*

10. *Saul meritò condemnatur quia de vita deſperauit.*

Cyprian.

11. *Dei miſericordia etſi in extremo vitæ, & vltimo halitu ſemper parata ad dimittendum peccatum.*

Secundum autem quod pondero eſt contra illum iuuenem, qui audiuit totam animam adhuc eſſe in Saule, licèt grauiter vulnerato, & non cogitat de auxilio ferendo; de eum animando; quid? non potuiſſet forſan, ſicut iſti eum ſuſtolere, in humeris imponere, cum illo fugere, abſcondere, vt prætereuntibus inimicis, non videretur? poterat equidem; cur non fecit? Sanè ex diminuta charitate, quæ dum non aderat, etſi tota eſſet anima in Saule, falſum prophetam eum conſtituens addiuinauit non poſſe viuere poſt ruinam, meritò poſtea à Dauid occiſus, & ſuæ iniquæ deſperationis pœnam reportans cum ipſomet Saule vitam finiuit. Pulchrè Bacharius *de recipiendis lapſis BB. PP. tom. 5.* hos comparat medico, qui ægrotum viſitans fortiter vulneratum, quia non poſſe viuere ſuſpicatur, hortatur occidi, huic adſimiles ſunt iſti, ait Bacharius, qui de ſalute fratris deſperant, aſſimiles & huic iuueni de ſalute Saulis deſperanti, qui ob hoc meritò occiſus, vt rectè ait idem, *eum ſtatim Dauid morti damnauit*, ait, *cùm percuſſum ab hoſtibus deſperaſſet eſſe victurum, & eum ſublata ipſi fiducia iugulaſſet*.

12. *Quanta pœna digni reperiuntur, qui de ſalute peccatoris deſperant.*

Bachar.

Quintum addam vnum ad ſolamen deperditorum peccatorum, & ad Dei infinitam miſericordiam inculcandam, vt non ſolùm de illis peccatoribus non deſperandum, quorum anima tota in illis eſt, hoc eſt, in hac ſunt vita, ſed neque de ipſis etiam poſt mortem, ſemper de infinita Dei miſericordia ſperandu, ſemper de fratris ſalute benignè credendo, poſſibile enim, vt in puncto mortis, de cœlo ad illos miſericordia ſtillans diuina, eos ſaluans eorum ſit operata ſalutem; quapropter etſi perditiſſimi ſint, qui moriuntur, ſemper cautè de eis loquendum, ſemper eorum fama, vita, & honor defendendus, hoc equidem ingenuis profectò ſignum eſt charitatis, ſeu veri fraterni amoris ſtigma, 2. *Regum* 21. *num.* 10. cùm Dauid Gabaonitis ſeptem filios Saulis dediſſet ad ſuſpendium, ob hoc vt Deus terræ placaretur, ait Scriptura, *quod tollens Reſpha*, vna ex concubinis Saulis, *cilicium ſubſtrauit ſibi ſupra petram ab initio meſſis, donec ſtillaret aqua ſuper eos de cœlo, & non dimiſit aues lacerare eos per diem, neque beſtias per noctem*; ſi factum conſideres, & quæ, ac quanta paſſa ſit hæc mulier, ob hæc defunctorum corpora, prorſus admiraberis, mulier delicata, & mollis, in deliciis, ac mollibus ſtratis enutrita, nunc ſupra petram duro, ac vili ſtragulo vtens, per diem à ſole vſta, per noctem à ſereno, in ſummis, & euigilans ſemper, nil à ſanie, ac fœtore pertæſa, quæ neceſſariò à corporibus defluere debebat, firma ſemper ſtetit, immobilis ac perſeuerans; qualis hic amor? qualis hæc charitas? certè ſumma. at cur tantum durauit? Sanè ſi bene attendas, ob firmam, quam de Dei bonitate, & miſericordia ſpem conceperat, ſtillaturum

13. *Semper bene ſperandum de morte Chriſtiani peccatoris, eius, quæ fama defendenda, quod verè charitatis ſignum.*

ſcilicet ſuper terram, & in corpora crucifixorum, ac proinde decidente aqua, Dauid corpora e cruce ſublaturus, ac cum patribus ſepulturus, quod euentus probauit, ſpe ſua non fraudata amans Reſpha, quid hoc ſi ad ſenſum ſpiritualem, & myſticum referas, niſi documentum omnibus dare, quales in charitate fraterna exiſtere debeant, quales in ſpe ſummæ Dei bonitatis, vt nec poſt mortem de deſperatis etiam peccatoribus, ſpem amittant, immo ab auibus, & à beſtiis ſemper eos defendentes, hoc eſt, à murmurationibus, ac famæ proximorum denigratoribus, bonam ſemper obtineant de eorum ſalute ſpem, animumque.

Bachar. Adhuc idem Bacharius *vbi ſupra*, reprehendens aliquos, qui de ſalute fratris deſperabant ob atrox peccatum iam commiſſum, ſic eleganter eis inculcat, *Vt quid enim ſpernitis vulneratum, aut ſic putatis eum mortuum, melior fuit concubina Saulis filia Reſpha, quæ corpora defunctorum, quos Dauid pro Genabeitarum vltione percuſſerat, eo vſque accincta ſacco, hoc eſt, cilicio cuſtodiuit, donec eis roraret aqua de cælo, id eſt, donec pro venia eorum miſericordia cæleſtis ſtilla deflueret.* Pulchra hæc vltima; quid enim eſt, *donec pro venia illorum miſericordia cæleſtis ſtilla deflueret?* Sanè non ſic debebat dicere, niſi *donec pro ſupplicio illorum.* nam ſi peccatum Saulis cœlum occluſerat, ne plueret, & vt plueret, neceſſum fuit Deum placari, & talis placatio fundabatur in morte, & ſupplicio filiorum Saulis, certè non debebat dicere Bacharius, donec pro venia, ſed donec pro ſupplicio; at rectè dixit, quia fidelis mulier bonam concipiens de morte crucifixorum opinionem, etſi peccatorum, & quod apud Deum viuebant, ſic animata extitit, vt putauerit ea venia illis à Deo conceſſa, omnium pœnarum ſoluentum Deum plagam, ariditatis, & ſiccitatis, & terræ pluuiam daturum, vti euenit, digna ſpe ſua non fraudata, quia etiam deperditis peccatoribus, & poſt mortem non deſperauit, vt videas, quanto animo peccatores, etſi perditiſſimos, adiuuare debes, & nunquam de ſalute eorum deſperare. nam ſi extrema diligentia adeſt, quando non per oſtium, per tegulas, vt ſic dicam, gratia intrabit diuina, vti iſti paralytico ex eorum diligentia.

14. *Ardens proximorū charitas quando vera plus potens, quàm odium inimicorum, & ſubtilior ad eos adiuuandos.* Tandem ex eorum charitate concludo, quòd quando proximi ardens eſt, & vera, ſi ſe eleuat ſupra proximi odium ac maleuolentiam, vt plus ipſa potens technas, ac inimicorum aſtutias, diligentiaſque ſuperet, *Damaſci præpoſitus, gentis Aretæ Regis cuſtodiebat ciuitatem Damaſcenorum,* ait Paul. 2. *ad Corinth. cap.* 11. *num.* 32. *vt me comprehenderet, & per feneſtram in ſporta demiſſus ſum per murum, & ſic effugi manus eius.* Quid cum Paulo præpoſitus Aretæ Regis? Sanè nihil; at cur eum comprehendere volebat, ob quod & ciuitatem cuſtodiebat? reſpondet Cornel. ex maleuolentia, & technis Iudæorum, qui vt Paulum occiderent, præpoſito dixerunt contra Regem pro Romanis Paulum ſtare, cum quibus bellum ipſe gerebat, vnde ipſi eum adiuuantes Actor. cap. 9. n. 24. *cuſtodiebant portas die, ac nocte, vt eum interficerent.* En malitia, en odium, en vigilantia iniquorum contra fratrem; at quid ardens fratrum charitas technas aduerſariorum ſuperans, per feneſtram dimiſerunt eum, ſubmittentes in ſporta, inimici ad occidendum obſeruabant portam die, noctuque, at vigilantior charitas inuenit feneſtram, & per feneſtram dimiſit fratrem odium

Cornel.

deridens maleuolentium, ſic potens eſt charitas fraterna quando vera, quando ardens, quia eius ingenium, & acumen maximum in fratribus adiuuandis; en tibi iſti in exemplum multitudine occluſam inuenerunt portam, occluſos aditus, imperuium omne iter; quid ergo, nunquid deſperarent? nil minus, ſed ſi porta occluſa, ac via impedita, feruens charitas inuenit tectum, & per foramen domus fratri obtulit ſalutem, quam per portam non poterat, impoſſibilia, vt ſic dicam, apprehendendo, & poſſibilia faciendo. Poſſide tu talem charitatem, poſſide conſimilem amorem, & videbis, quòd ob ſalutem fratris etiam impoſſibilia efficies.

Videns fidem illorum. hoc eſt, eorum, qui eum portabant, ſic Hieronym. Gloſſa Interl. Chryſoſt. *ſerm.* 50. Maldonat. & alij, vera ſententia, ſi tantùm ad ſenſum explicitum Euangeliſtarum aſpiciatur. nam cùm ipſi toti eſſent ad narrandum ſummam portatorum diligentiam, & nihil de paralytico dixiſſent, verè ad iſtos tantùm reſpicientes, de eorum fide tantùm illud aſſeruerunt; at nullo modo eorum ſententia eſt deſerenda, qui & fidem etiam paralytici intendunt, vt Euthym. idem Chryſoſt. *hic hom.* 30. dicens, *videns fidem illorum, qui dimiſerunt, vel morbo potius etiam laborantis hæc fides erat. nam niſi paralyticus ipſe credidiſſet, dimitti profectò non voluiſſet.* Abulenſ. *quæſt.* 1. Salmeron, aliique. 15. *Quam fidem Chriſtus reſpexit baiulorum tantùm, an ſimul & paralytici.* Hieron. Gloſſ. Chryſoſt. Maldon. Chryſoſt.

At quæſtio eſt de qua fide hic ſit ſermo, de fide tantùm miraculorum, qua crediderunt Chriſtum potentem ſanitatem illam deſperatam dare, an de fide iuſtificante, qua crediderunt in Chriſtum, vti omnipotentem, & quòd etiam peccata dimittere poſſet. Maldonat. affirmat tantùm intelligi de fide miraculorum. nam iſti, vt ipſe ait, de iuſtificante nec cogitauerunt quidem, cùm neque ipſi nunquam audiuiſſent, nec Chriſtus vnquam dixiſſet ſe pro peccatis hominum moriturum; è contra Ianſen. firmiter tenet, debere intelligi de fide iuſtificante, qua credebant Chriſtum eſſe non tantùm hominem, ſed etiam Deum, ex qua fide implicitè, ait, etiam credebant ipſum poſſe dimittere peccata, quatenus erant ſalutis infirmi impedimenta; hæc opinio magis mihi placet. nam tali fidei attribuitur remiſſio peccatorum, quæ nullo modo ſine illa conceditur, & ad argumentum Maldonati de facili reſpondetur, iſtos, ſicut & paralyticum, audiuiſſe non ſolùm de Chriſto miraculorum potentiam, ſed etiam quòd ſe dicebat Deum, & Meſſiam promiſſum. Quid enim, non ſolùm enim hoc ipſemet Chriſtus, non ſolùm Apoſtoli omnes, ſed etiam ipſa etiam dæmonia illud clamabant, vnde immediatè ante illud miraculum, ſuprà *cap.* 8. *num.* 29. clamabant, *quid nobis, & tibi Ieſu fili Dei.* quid? nónne ob hunc timorem Geraſeni illum rogarunt vt à finibus eorum diſcederet? quid? non ne à quibus ſanabat, talem fidem expoſcebat? vt bene aduertit Ianſen. ergo gratia diuina adiuti, & illuſtrati non ſolùm in Chriſtum potentem credebant vt hominem, ſed vt Meſſiam, ac Dei filium, ac proinde omnia potentem, etſi nihil pro tunc de abſolutione peccatorum cogitaſſent. immo mihi credibilius fit, & eos, & paralyticum dum ad præſentiam tanti viri erant acceſſuri, interius de peccatis doluiſſe, quid ni? hoc enim ſæpe experimur quando ad hominem ſanctitatis opinione maximum aliqui accedunt, ſæpe ex reuerentia ac timore examen præmittere conſcientiæ, 16. *De qua fide hic ſit ſermo de fide miraculorum, an de iuſtificante.* Maldon. Ianſen.

ac

ac de peccatis ſuis dolere, & legimus hoc in Saoctorum vitis, & audiuimus ſæpè noſtris auribus, immo & inſpexi, maximè ſi eum ſpiritum habere prophetiæ perſuaſum habent, ac intenſiora callere; ſi ergo hoc euenit in puris hominibus ſanctis, quid æſtimandum de illo, qui Sanctus Sanctorum, & qui vulgo tunc eſſe non ſolum hominem, ſed Deum dieebatur; ergo de fide iuſtificante ſententia intelligenda.

17.
Quo ſenſu intelligi debet aliquem poſſe iuſtificari per fidem alterius.
At nunc quæritur, quomodo per alterius fidem homo poteſt iuſtificari adultus, cùm iuſtificatio neceſſariò propriam requirat fidem, & proprium hominis actum, ſecundùm eos, qui dant paralytico fidem, facilis eſt reſponſio, ac ſecundùm illos, qui illud negant, communis omnium eſt ſententia; hoc intelligendum ſecundùm impetrationem, qua quis iuſtus impetrat alteri fidem, quomodo multi putant cum Auguſtino Stephanum impetraſſe Paulo vt ex perſecutore fieret Apoſtolus, vel quia, vt bene Ianſeo. contemplatione fidei alienæ Deus credenti eam confert gratiam, quam eidem aliàs non eſſet collaturus ob fidei eius imperfectionem, ac vitæ demeritum; quo ſenſu intelligendi ſunt omnes illi veteres Doctores, qui aliquando dixerunt aliorum fide peccata dimitti,
Ambroſ.
vt Ambroſius *in Lucam*, & Ioannes Epiſcop. *in caten. D. Thom.* quomodo autem nil ex hoc loco & ſimilibus ad ſuum probandum errorem de fide ſola ſine operibus iuſtificante elicere poſſunt Caluiniſtæ hæretici, vide Maldonat. qui optimè. nam nos dum in Hiſpania Dei gratia, non ſolùm Catholica, ſed catholiciſſima ſcribimus, & non
Maldon.
in Gallia, vti Maldon. Ad moralia amplius ad rem properamus.

18.
Chriſti benignitas in omnibus quanta.
Confide fili dimittuntur tibi peccata tua. Omnes ponderant in verbo *fili* ſummam Chriſti bonitatem, & amorem, vnde Hieronym. *O mira humilitas! deſpectum, ac debilem totum membrorum*
Hieron.
compagibus diſſolutum filium vocat, quem Sacerdotes non dignabantur attingere; quod argumen-
Abulenſ.
tum proſequens Abulenſ. ſic ait, *erat enim tam dulcis in verbo, & in tota vita conuerſatione, quod ad omnes ſe habebat, vt ad filios, neminem contemnens, ſed omnes diligens.* At ſi attendas, quid illi dixit, non miraberis vocaſſe filium, *dimittuntur tibi peccata tua.* Ob quod etiam & filium eum nominaſſe affirmat Hieronym. quid ex hoc? vt ſi humilis, vt ſi deſpectus, vt ſi debilis, vt ſi pauper, & abiectus, quia ſine peccato filius, cùm è contra licèt fuiſſet potens, magnus Princeps, Rex, Imperator, ſi cum peccatis vi-
19.
liſſimus, puluis, animal, nihil. *dimittuntur tibi*
Imperatiuè dimiſit peccata.
peccata tua, illi ait, in quo loco Caietan. *imperatiuè enim peccatorum dimiſſio ſignificatur.* hinc meritò illi dixit, *confide fili*; quid eſt, confide? Ad rem Maldooat. *bono animo eſto, plus enim, quàm petis impetrabis, petis corporis, impetrabis*
20.
& animæ ſanitatem; mos equidem Dei, plus
Deus dat plus quàm ab eo petitur.
dare, quàm ab eo petitur, hinc Ieſus, quia Dei filius, quid aliud agere poterat, niſi vt Deum præbere, *Geneſ.* 42. ad emendum frumentum in Ægyptum deſcenderunt filij Iacob fratres Ioſeph contenti ſi tantùm frumentum acciperent; at quid Ioſeph? & frumentum dedit, & inſuper argentum, *Num.* 28. vnus aperiens ſacci os, dixit fratribus ſuis, *Reddita mihi eſt pecunia, en habetur in ſacco.* At illi, *obſtupefacti turbatique mutuo dixerunt; Quidnam eſt hoc, quod fecit nobis Deus.* Cur Deus, & non Ioſeph? Sanè, mea ſententia, quia qui plus dat, quàm ab eo petitur, Deus eſt, non homo.

Ambroſ.
Ambroſius *lib. 5. in Lucam.* Meritum fidei horum baiulorum fidei expendens, ſic ait. *Ma-* 21.
Fides quantum cum Deo potens ad impetrandum deſperata etiam obtinet.
gnus Dominus, qui aliorum merito ignoſcit alijs, & dum alios probat, alijs relaxat errata, & Ioan. Epiſcop. vt apud *caten. D. Thomæ*, optimè argumentans ſic ait, *quantum valet apud Deum fides propria, apud quem ſic valuit aliena vt intus, & extra ſanaret hominem*, nec equidem mirum. nam, vt ſuprà *cap.* 8. dicebamus, de fide ad orationem infallibilem neceſſaria, quid non impetrabit fides fiducia roborata, certè impoſſibilia, & hominum oculis imperuia, non ſolùm equidem alijs, ſed & ipſimet, qui in Deo totaliter fidit. Pſalm. 10. num. 1. *In Domino confido, quomodo dicitis animæ meæ, Transmigra in montem ſicut paſſer.* quid hoc? Sanè alludit ad hiſtoriam 1. *Regum* 23. quando in modum coronæ cingebat Dauid Saul, ſic vt impoſſibile omnibus videbatur, quòd euadere poſſet, niſi veluti paſſer montes aduolaret, vnde Agellius, Agellius.
Transmigra in montem vt inſectationem Saulis fugias tanquam paſſer; ſic omnibus impoſſibile videbatur, quòd Dauid tunc Saulem effugeret. nam ait Scriptura, *quòd Saul, & viri eius in modum coronæ cingebant Dauid, & viros eius*, num. 26. hinc niſi alas ſumeret, & volaret extra montem, ad alium euaſio impoſſibilis videbatur; at quid Dauid, quaſi hoc admirans, & veluti ſtupefactus, dum ipſe in Domino confidebat poſſe deſperare de ſalute, fidenter ait, *in Domino confido, quomodo dicitis animæ meæ: Transmigra in montem ſicut paſſer*; ad quem locum eleganter Agellius, *tanquam ſub tectum* Idem.
quoddam, ait, *& refugium ſub Dei protectione ſuccedo, ſub eius alis habito, vbi ab impetu, & procellis perſequentium defendar; cùm igitur tante protectore tutus, tam firmo tegmine tectus ſim, cur dicitis*, &c. Sed faceſſit negotium. nam in 1. Regum *vbi ſuprà*, dicitur quòd & ipſemet Dauid *deſperabat ſe poſſe euadere à facie Saul.* ergo quomodo in Deo confidebat, tantaque confidentia, & fide, vt rideat eos, qui vt ſicut paſſer transmigret, ei conſulebant. Lyra affirmat non deſperaſſe ſe poſſe euadere ſine bello, & morte aliquorum ſuorum, non eſt improbabilis opinio, ſed ad meum inſtitutum, amplius facit ſenſus Abulenſ. *quæſt.* 32. qui affirmat totaliter deſperaſſe Abulenſ.
Dauid de ſua ſalute, ac omnino quod eum comprehenderet Saul, eumque occideret, attamen tanta fide erat roboratus, tantaque in illa conſtantia, *vt crederet quòd poſſet*, ait Abulenſ. *Deus ſe ſuſcitare à mortuis, vt poſtea regnaret in Iſrael.* Vah quàm magna fides! quid ergo non impetrabit, qui non efficiet; deſperabat ſanè media humana conſiderans, & ipſimet res videbatur deſperata; at etſi hoc ſibi videbatur, tamen fide oppugnans ſpe fiduciaque roborata, ſic in Deum credidit, vt quòd poſſet eum è mortuis ſuſcitare, ac Regem conſtituere, tam firmiter, vt & inſultantibus diceret, *quomodo*, &c. nec ſua eſt fide fraudatus. nam Philiſthiis irruentibus in terram, coëgerunt Saulem, vt perſequi deſiſteret Dauid; quid ni? nunquid tantæ fidei poterat Deus deficere? non equidem, ſic equidem nunc; quid mirum ſi non ſolùm corporis ſalutem, ſed etiam animæ fides horum paralytico attulit. oã ſicut humilitas eſt quæ noſtra opera commendat, ſic fides quæ dona à Deo nobis conciliat,

vt pulchrè Ambroſ. lib. de Naboth cap. 16. *Fides eſt*, ait, *quæ dona conciliat, humilitas, quæ oblata*

23. *commendat.* quod equidem in tantum verum eſt, vt etſi vera fides in dæmonibus non ſit, ſed tantùm credulitas, vnde Deum confitentur, & contremiſcunt, tamen hæc eorum credulitas, qua Deum confitentur, ſic Deo aliquando arridet, vt ex ſua benignitate, nullo autem eorum merito petita eis concedat. Suprà *cap.* 8. petierunt intrare in porcos *ſi eycis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum*, num. 31. quibus Dominus, *ite.* cur talibus porcis ſic libenter Dominus, quæ petunt, concedit? Satis ad rem Tertull. *quia mentiti non ſunt, confitendo eum Dei filium*; ſæpè perquam acute clamauerant illi, dicentes, *Quid nobis, & tibi Ieſu fili Dei.* Quid hoc? numquid vera fide illud credebant, nil minus, tantum credulitate ex ſignis, quæ videbant, & tamen hæc credulitas, vt eos Chriſtus audiret, ſumma eius clementia dignata fuit: quid ergo amice faciet vera fides charitate firmata? Vnde non mirum ſi fides horum, immo & ipſius paralytici, vt ſuprà dicebamus, talem meruit exauditionem, vltra vota, vltra poſtulata, vnde ad ipſum Chriſtus, *confide fili.* hoc eſt, tene quòd plus accipies, quàm petis, ſalutem ſcilicet non ſolùm corporis, ſed animæ, quod maius beneficium, quod ſalutem corporis excedit infinitum.

Christus cur dæmonibus conceſſit vt in porcos irent.

Tertull.

24. At pendo, quòd cùm talia Chriſtus paralytico dixiſſet, tam mira, & egregia, quid enim maius, quàm remiſſio peccatorum? tantum enim eſt immunem eſſe à peccato vt pro ſumma beneficentia Sancti æſtiment quamcumque mortem vt ſe à vita iſta miſerabili eripiant, in qua poſſunt peccare, *Deuter* 30. *num.* 18. pueri ad Regem diſtinctè, & clarè illi affirmarunt, quòd ſi Deus cùm eſſet potens eos liberare noluiſſet, ſed vt flammis potiùs cremarentur, *notum illi eſſet, quia Deos ſuos non colerent, & ſtatuam auream, quam erexerat, non adorarent.* Vnde iſtis tanta firmitas, tantus animus? Sanè, quia in votis habebant mortem, vt è tali miſerabili vita eriperentur, in qua periculum Deos adorandi, ſtatuamque auream, adhuc Chryſoſtom. 1. ad Corinth. hom. 18. *quòd ſi nolueris, Deos tuos non colimus, habemus enim hanc remunerationem quòd digni videamur, qui ab impietate liberemur, & idcirco exurere corpora noſtra eligimus*; pende ly *remunerationem*, præmium ſonat; at quale, exutere corpora, vt ab impietate liberarentur, & à vita, in qua talis impietatis periculum. hoc equidem ſancti Dei ſciunt, hoc quantum ſit tormentum, vitam ſcilicet non finire, vt extra telam ſunt peccatorum experti, credent, quod cùm ſit, cur iſte audiens

Sancti mortē appetunt, vt liberentur à vita in qua peccare poſſunt.

Chryſoſt.

25. remiſſionem peccatorum non exultat, non clamat, nil dicit, mutus exiſtit. Ad rem Ioan. Epiſcop. in Caten. D. Thom. *Audit veniam, & tacet, nec vllam reſpondet gratiam, quia plus corporis, quàm animæ tendebat ad curam.* Eo ratio, plus ad curam corporis tendebat, quàm animæ, hinc animæ ſalutem audiens, nil reſpondit, quia ad corporis ſalutem inhiabat, & huius deſide-

Paralyticus cur audiens remiſſionem peccatorum nullas egit gratias.

26. cium lætitiam ſalutis animæ præoccupabat. Proprium hoc imperfectorum hominum, etſi non peccatorum, & cum hoc tamen Chriſtus non indignatur, nec ſalutem differt, nec eum à ſe repellit; cur hoc? Sanè amice, quia nouitius in virtute, quia incipiens, quia imperfectus adhuc. nam ſi aliàs crudè, & dirè caſtigaſſet, cùm velim ſcias hunc eſſe Chriſti morem, cum Sanctis durè quaſlibet eorum imperfectiones exurere, cum peccatoribus autem benignè ſe habere, infrà *cap.* 16. *num.* 23. ad Petrum, *vade poſt me ſatana.* quid tantum fecit Petrus, & Petrus dilectus vt diabolum vocet? Sanè ignoranter aduertere quod non debebat, & quod neſciebat, *non enim ſapis, quæ Dei ſunt, ſed quæ hominum.* At quale erat Iudæ peccatum, quàm magnum, quàm ingens? & tamen ad illum, *Amice ad quid veniſti.* immo vocat amicum cùm aliàs diabolum eſſe ſciebat. Ioan. 6. num. 71. *Nónne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus eſt.* quod pandens Ioann. ſequitur, *dicebat autem Iudam Simonem Scarioten*; cur ergo Petrum ſanctiſſimum diabolum vocat, tantùm quia mortem ei diſſuaſit? & Iudam verè diabolum, qui ad mortem eum ducebat, non diabolum, ſed amicum; cur hoc? Sanè amice, quia Deus, & Dei mos eſt, durè cum Sanctis ſe habere, molliter cum peccatoribus; cur hoc? an quia amplius iſti pro tunc ſunt miſericordiæ obiectum, quàm iuſtitiæ, an quia non indigent tunc vt mortificentur, quia non ſic ſpiritualium diuitiarum abundantes, vt in ſuperbiam erigi ſit periculum; è contra verò cum Sanctis, durè cum eis ſe habet, ne extollantur, an quia tunc peccatores pro quibus incarnatus, & recolitur, ob eos tanta, ac talia accepiſſe, impoſſibile vt non dulciter

Christus benignè ſe cum peccatoribus habet, durè cum Sanctis in eorum imperfectionibus, & cur hoc.

cum eis ſe habeat. Tandem, an quia talia ab 27.
vtero matris obtinuit viſcera, vt pro peccatoribus deperiret. Scita ea pia opinio eſt, tunc temporis, quando Angelus ad Virginem ad Incarnationem ei denunciandam, tunc illam ſummo affectu, amore, ac propenſione pro Incarnatione verbi, pro redemptione mundi, ac pro peccatoribus oraſſe. patet hoc clarè ex D. Bonauent. *in ſuis meditationibus*, *cap.* 3. nam cùm cuidam ſanctæ Virgo ſanctiſſima ſua exercitia, quæ dum in templo tenebat, reuelaſſet, inter cætera, *quòd ſemper ſurgebat in noctis medio*, & præcipuum quod in oratione petebat, illud erat, *vt faceret me videre tempus, in quo eſſet nata illa beatiſſima Virgo, quæ debebat filium Dei parere, & vt conſeruaret oculos meos, vt poſſem eam videre, linguam vt poſſem eam laudare, manus vt poſſem ei ſeruire, pedes vt poſſem ire ad ſeruitium ſuum, genua vt*

Maria Virgo pro peccatoribus orabat quando nuncium accepit Incarnationis.

D. Bonau.

poſſem adorare filium Dei. Quid ergo, & non ſimi- 28.
liter tunc & Verbi Incarnationem, quæ cùm in noctis medio contingit, reſtat, vt tunc feruentiſſimè oraret Virgo pro Incarnatione Verbi, pro mundi ac peccatorum redemptione; quid ergo ſi in hoc amoris, & feruoris æſtu tunc Chriſtus conceptus? non ne & eaſdem induere conditiones debebat, quas tunc pius matris in peccatores, ac ardens affectus obtinebat, recole hiſtoriam, *Gen.* 30. *num.* 38. quid fecit Iacob, vt oues maculoſæ naſcerentur, virgas decorticatas poſuit, *vt in ipſo calore coitus oues intuerentur virgas, & parerent maculoſa, & varia.* Quod & euenit, quod factum à Spiritu ſancto inſpiratum Iacob affirmat Chryſoſt. *hæc faciens iuſtus, non à ſemetipſo mouebatur, ait, ſed inſpirante menti eius ſuperna gratia, neque enim iuxta naturæ ordinem erat quod faciebat, ſed valde admirabile; & ordinem naturæ tranſcendens.* hoc dixerim. nam in ea ſum opinione Virginem ſanctiſſimam ex motione Spiritus ſancti motam, vt iuxta Sanctorum hominum ſententiam, piam illam cognitionem tunc temporis, ſcilicet, quando annuntiata indueret pro redemptione mundi, ac pro

Christus conceptus in feruore charitatis erga peccatores.

Chryſoſt.

accelera

acceleratione filij Dei Incarnationis rogandi, ſicut Iacob ea eodem inſtinctu virgas decorticatas poſuit in canalibus, ad hoc, vt maculoſas oues parturirent fœtus, quod cùm ſit, quid mirum ſi Chriſtus totus dulcis in nouitios peccatores? dum conceptus in æſtu, in feruore charitatis, ac amoris erga peccatores, omnes boni ſenſus. At mihi magis placet illa ratio Chryſoſtomi, quam ibi adduximus, nempe quia peccatores pauperes, perfecti ac ſancti diuites, hinc vt magnus Dominus peccatoribus vt pauperibus dimittit, & cum eis non indignatur, iuſtis autem vt diuitibus, vſque ad vltimum exigit quadrantem; ſed de hoc alibi ſæpe dictum, hoc quia paralyticos in virtute nouitius cum illo non indignatus, etſi gratias non dedit, vt debebat.

Hieron. 29. *Infirmitates corporales ſæpius ob peccata.*

Hieronym. *in hunc locum*, obſeruat ex facto Saluatoris quatenus primò dimiſit peccata, poſtea ſalutem corporalem dedit, quod *propter peccata pleraſque euenire corporis debilitates, & quod idcirco prius dimittuntur peccata, vt cauſis debilitatis ablatis ſanitas reſtituatur.* Optimum documentum, & verum, de infirmitatibus conqueruntur, & peccare non deſinunt.

Caietan. 30. *Oratio ſanctorum quàm efficax pro alijs aliquando.*

Caietan. egregiè etiam ex loco hoc obſeruat, non parui pendenda aliorum hominum ſuffragia, ac orationes, ſed magni facienda, *magna Dei gratia*, ait, *etiam alienis meritis hominis miſereri, & quoad animam, & quoad corpus, vt hinc diſcamus tum magni pendere aliorum ſuffragia pro nobis ad Deum, tum confidenter orare pro alijs.* En iſti & ſalutem corporis, & animæ à Chriſto obtinuerunt, & ſic eorum deuotionis Chriſtus delectatus, vt non tantùm paralytici fidem, quam ipſorum reſpiciens, dicat Euangeliſta quòd reſpiciens *fidei ipſorum*, &c. ampla materia ad diſcurrendum de validitate, ac neceſſitate orationum Sanctorum; ſed iam de hac re abundè diximus in noſtris in Sapientiam ommentariis.

NVM. 3. Et ecce quidam de Scribis dixerunt: Hic blaſphemat.

NVM. 4. Et cùm vidiſſet Ieſus cogitationes eorum, dixit: Vt quid cogitatis mala in cordibus veſtris.

NVM. 5. Quid eſt facilius dicere, dimittuntur tibi peccata tua; an dicere, ſurge, & ambula.

NVM. 6. Vt autem ſciatis, quia filius hominis, & habet poteſtatem in terra dimittendi peccata, tunc ait paralytico, ſurge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam.

NVM. 7. Et ſurrexit, & abiit in domum ſuam.

NVM. 8. Videntes autem turbæ timuerunt, & glorificauerunt Deum, qui dedit poteſtatem talem hominibus.

Senſus litteralis, & moralis.

ET *ecce quidam de Scribis.* Marc. 2. num. 6. *Dixerunt intra ſe.* Luc. expreſſiùs cap. 5. num. 1. *Cogitantes in cordibus ſuis, quid hic ſic loquitur, blaſphemat; quis poteſt dimittere peccata niſi ſolus Deus?* hæc ideo appoſui, vt omnino excludatur lectio

Maldon.

illorum qui legunt, *inter ſe*, de qua Maldon. qui optimè contra illos arguit, excellenter probans Hebraiſmum eſſe, in corde enim ſuo loquebantur; at qui? Sanè Scribæ legis Doctores, in qua re ſic optimè Ianſen. *Vulgus etſi Ieſum nil aliud, quàm* Ianſen.

hominem eſſe ſuſpicaretur, tamen occaſione illorum 1.

verborum nil ſiniſtrum de ipſo cogitauit, ſimplicitas enim id affert, vt ad calumniandum quis minus ſit propenſus, contrà verò ſcientia cum ſuperbia coniuncta facilem reddit hominem ad calumniandum. Pendo ly *facilè*, nam ex illo deduco Phariſaicum, ac

Scientia cum ſuperbia proclinis ad calumniandum.

2. *Ingeniū Phariſaicū quale.*

Scribæ ſuperbi eſſe illud ingenium, quod mox ac aliquid audit, aut legit, illico ad ſiniſtram interpretationem accedens, quòd blaſphemet audent, & dicunt, quod equidem videre eſt, in præpropera horum murmuratione. nam ſi ſincero fuiſſent animo, non erat, quòd ſic præcipitanter Dominum condemnarent, non enim dixit, *ego remitto tibi peccata tua*, ſed *remittuntur.* Vnde conſequens, ergo blaſphemat? quid nunquid Deus ſi tantum homo eſſet Chriſtus, non potuiſſet ei illud reuelare? & ſi verum Dei ſolius eſſe authoritatiuè, & imperatiuè remittere peccata, nunquid impotens, & hanc authoritatem, & alia committere, quæ nomine ſuo illa condonet? cur ergo ſic ſtatim eum condemnarunt? Sanè amice, quia, vt inquit Chryſoſtomus, *eum diffamare volebant.* En cardo omnis præpoperæ, ac ſiniſtræ acceptionis; en cardo omnis murmurationis, in peiorem partem aut dicta, aut fratris facta interpretamur, accipimus, quia nulla charitate flagrantes immo aliquando in eum odio diffamare cùm volumus condemnare intendimus. *Iob* 19. *num.* 18. ad amicos ſuos ſic ait; *quare ergo nunc dicitis? Proſequamur eum?* At quomodo? quid contra illum faciebant amici, vt illud perſecutionem dicat Sanctus ac patiens homo? ſequitur, *radicem verbi inueniamus contra eum.* Attende, non dixit, verbum malum inueniamos contra eum, ſed radicem. Quid hoc? Sanè non, ex manifeſta malitia verbi, ac manifeſta blaſphemia, ſed ex argumentatione, & intelligentia ſiniſtra verbi prolati eum contemnere, ac proſequi. Vnde Chryſoſtom. in caten. Græcorum, *eorum more, qui radices perquirunt, meos inueſtigatis ſermones, quo me captare poſſitis, & peccatum meum aliquod palam coarguere*, mentiar ſi non iſtos indigitauit, Chriſtus tantùm dixit, *remittuntur tibi peccata tua*, quod profectò ſonare poteſt, à Deo tibi remittuntur, immo & ſimpliciter verba accipiendo, nil aliud extrinſecè ſonabant, vnde & ob hoc ſimplex turba non eſt ſcandalizata; at quid Phariſæi? remittuntur, dixit. ergo *ego tibi ea remitto*, ergo blaſphemat, ſe Deum faciens, ſibi tribuens, quod ſolius eſt Dei. O bene! vnde hoc ex verbis Chriſti colligitis? Sanè non ex illis, ſed ex veſtra argumentatione, & ex peruerſo ſtudio, quo bene prolata audiſtis. Audi Gregorium in hunc locum, *peruerſi quique, qui malo ſtudio bene prolata audiunt, & in lingua iuſta accuſationis aditum inuenire cupiunt, quid aliud quam contra eum verbi radicem quærunt, ex qua ſcilicet loquendi originem ſumunt, vt ramos praue loquacitatis in accuſationem dilatent.* mos ergo prauorum hominum hic eſt, mos Scribarum ac Phariſæorum, ac ſuperborum, quales iſti, qui ex maleuolentia contra Chriſtum illud dicebant, non ex zelo legis, nam, vt bene obſeruat Salmer. cùm dictum in bonam interpretari partem poterat, antequam Chriſtum condemnarent, ſi ex zelo legis illud faciebant, ad ipſum prius accedere debebant; at ardens inuidia occaſiones quærit, ſatisfactiones renuit, accuſare vult, condemnare vult, veritatem

3. *Scribæ cur ſtatim Chriſtum condemnarunt.*

Chryſoſt.

4. *Origo omnis murmurationis vnde, & ſiniſtra interpretationis.*

Chryſoſt.

5. *Phariſæi vnde collegerunt Chriſtū blaſphemare errantes.*

6. *Homines praui etiam bona verba in malam partem accipiunt argumentando.*

Gregor.

Salmeron.

ſcire recuſat, fratris ſatisfactionem timens, ob hoc equidem dicere audeo quòd poſitus eſt totus mundus in maligno, & ſacræ ipſæ turbantur congregationes, & omne ſcandalum inter fratres ſeminatur.

7. *Blaſphemat.* In genere blaſphemia eſt omnis maledicentia, non ſolùm in Deum, ſed in homines, vnde Apoſt. 1. ad Corinth. 4. *Blaſphemamur, & obſecramus.* & infrà cap. 27. num. 30. *prætereuntes autem blaſphemabant eum*; at propriè ſumpta in Deum, eſt aut aliquid illi attribuere, quod non habet, vel quod eius eſt proprium, communicare creaturæ, vel tollere Deo quod eius eſt. Secundo modo hîc intelligunt iſti Chriſtum blaſphemare, ſibi ſcilicet arrogando remiſſionem peccatorum, quod ſolius Dei eſt.

Blaſphemia quid.

Et cùm vidiſſet Ieſus cogitationes eorum. Luc. *vt autem cognouit Ieſus cogitationes illorum.* At perfectius noſter Euangeliſta, plus enim videre eſt cogitationes, quàm illas cognoſcere, cùm ex aliquo externo ſigno, & illas cognoſcere poſſumus, ſed perfectiſſimè. Marc. *cùm cognouiſſet*, ait, *cogitationes eorum, ſtatim ſuo ſpiritu.* non ſcilicet alieno, quemadmodum Prophetæ, qui Spiritu diuino aliquando cordium cogitationes cognouerunt; ergo ſpiritu ſuo, non alieno, non mendicato cognouit cogitationes, tanquam Deus, cuius proprium ſtigma, cogitationes cordium cognoſcere, quod eſt de fide, & conſtat ex Scriptura apertiſſimè 2. Par. 6. 31. *tu ſolus noſti corda filiorum hominum.* & 1. Reg. 16. num. 7. *homo videt ea, quæ patent, Deus autem intuetur cor*; ſic vt etiam extra ſphæram ſit Angelorum, vti D. Thom. 1. *part. quæſt.* 57. *art.* 4. de qua re ex profeſſo tractauimus *in Sapient. tom.* 1. digreſſione de hac re, vnde aptè ex hoc loco Sancti diuinitatem Chriſti probant, Chryſoſtom. Hieronym. aliique omnes ſimul expoſitores Theophylactus, Euthym. cæterique; vidit ergo, inſpexit, intellexit, penetrauit, ſpiritu ſuo, non alieno, tanquam Deus, non tanquam homo.

8.

Solius Dei eſt ſecreta cordium inſpicere.

S. Thom.

Chryſoſt.
Hieron.
Theophyl.
Euthym.

Hoc ergo ſic ſtatuto, intelligentiam ſcilicet ſecretorum cordium, & cogitationum eſſe ſolius Dei, non verbo, ſed facto conuincit illos Chriſtus ſe eſſe Deum, & quod prius non manifeſtauerat, tunc occaſione ſumpta ex eorum malitia apertè manifeſtat, probans ſe eſſe Deum, & condonaſſe peccata. nam ſicut ſolius eſt Dei peccata relaxare, ſic ſolius eſt eius cogitationes cordis ſcire, inſpicere, videre, ex qua re duo habes mira documenta.

9. *Primum*, quomodo malitia humana, dum ſe contra Deum erigit, ſua diuina decreta oppugnans, potius proficit, quàm officit, ſua infinita potentia, ſimul & bonitate velit nolit cogens illam ad ipſum ſeruiendum, quod conſiderans Chryſoſt. ait, *Scribæ autem diffamare volentes, etiam nolentes fecerunt clarere quod factum eſt, eorum enim æmulatione ad ſigni oſtenſionem vſus eſt Chriſtus; hoc enim ex ſuperabundantia eius ſapientiæ, quòd ſua per inimicos manifeſtat.* Ex quo deducere potes, quantum inſaniunt impij, & præſertim mali politici, dum aſtutia, ac vafritie Dei decreta impedire intendunt, aut deprimendo aliquem, quem Deus exaltare, aut eum attollere, quem Deus deprimere vult; en iſti, Deus decreuerat manifeſtare Chriſtum eſſe Deum, & vt illi omne genu flecteretur, iſti è contra, eum deprimere volebant, & vt blaſphemum eum condemnare; at quid profecerunt? proſus nihil, vt videbimus.

Malitia humana contra Dei decreta nil poteſt, immo ſeruit.

Chryſoſt.

Secundum autem documentum eſt, quanta conſtantia, quanta integritate veritas pendenda, 10.
etiamſi impij ex illa manifeſtatione ſcandalum ſint paſſuri, integerrimè pro veritate ſtatuentes, decidat, pereat quicumque, qui eam audire non vult; en Chriſtus, tantum abfuit, vt ab incepto deſiſteret, vt illi oppoſitionem faceret, Phariſaicum ſcandalum, aut vt eorum perditionem timeret; quid enim? Sanè diſſimulare pro tunc poterat, & aliquem ſuæ ſententiæ benignum dare intellectum, vt ſcandalum tolleret; at nil minus, immo quod priùs obſcurum ex malitiis occaſione ſumpta, clariſſimum poſuit, clarè, & diſtinctè factorum voce probans ſe eſſe Deum, ex ſcientia interiorum, & ex ſigno, vt mox videbimus; vnde ad rem Hieronym. *Videns cogitationes eorum, oſtendit ſe Deum, qui poteſt occulta dimittere, & quodammodo tacens loquitur.* & Ianſen. *Sanè non apertè ſibi Dominus vindicauerat poteſtatem dimittendi peccata, tamen quoniam eam ſibi vindicaſſe Phariſæi intellexerant, oſtendit euidenter eam ſibi conuenire.* Scitè, nam prius dicendo, *dimittuntur tibi peccata tua.* non ex hoc clarè ſe oſtenderat Deum, ſed quaſi in occulto, acceſſit murmuratio, & ſcandalum illico, non verbis, ſed operibus clariſſimè ſe oſtendit Deum; quid ex hoc? Sanè, ni fallor, vt tu intelligas, quanta conſtantia, ſiue in veritatibus ſpeculatiuis, ſiue in moralibus verum dicere debeas, ſine conniuentia, ſine metu ſcandali, ſatagens vt homines ad veritatem ſe adaptent, non vt tu doctrinam ad guſtum hominum adaptes, quod malis noſtris ſatis ſuperque his temporibus legimus. Videmus, aſpicimus, de qua re nos ſuprà in digreſſione de hac re.

Veritas Chriſtiana ſumma conſtantia prædicanda ſummaque claritate.

Hieron.

Ianſen.

Vt quid cogitatis mala. Quæ mala? Sanè ipſum eſſe blaſphemum. nam, vt bene Caietan. cùm verba, *remittuntur tibi peccata*, apertè non inſinuabat, ego remitto tibi, malum fuit, & peſſimum illico eum condemnare, & blaſphemum dicere. In qua re quantum ſit periculum actiones 11.
fratrum iudicare, apertè conuincitur. nam ſi ob aliud caput non eſſent iſti culpabiles, vt bene aduertit Salmer. quatenus & alia miracula Chriſti viderunt, authoritatiuè facta, vt dæmones pellere, morbos curare, ventis imperare, ob quod contra ipſum ſaltem diffinire non debebant, blaſphemum eſſe, arrogantem, quod ſolius eſt Dei. nam Deum eſſe poterant credere, tamen his ſeiunctis, vt bene Abulenſ. *quæſt.* 16. non multum, neque inconſonum ex illis verbis colligere, ſibi Chriſtum arrogaſſe abſolutionem peccati. nam licèt non dixerit, *ego remitto tibi*, ſed *remittuntur tibi*, poterat intelligi, à me, vti re vera ea intelligit Chriſtus; qui cùm homo putaretur, iudicium equidem non ſic malum, vt ſaltem non poſſit à mortali excuſari, & tamen hoc non obſtante, etſi aliquod argumentum probabile poterant habere, tamen & mala erat cogitatio, & vt talis à Chriſto iudicata, propalata, condemnata, etſi iſti pro Deo ſtare videbantur, eius zelantes honorem, dicentes, *Quis enim poteſt peccata dimittere, niſi ſolus Deus*; quòd ſi hoc, quàm mala erit illa cogitatio de fratre, quando contra illum diffinimus temerariè, ac ſine graui, & euidenti occaſione.

Caiet.

Iudicare fratres quantum animæ periculum.

Salmeron.

Abulenſ.

At pendo, nunquid & ipſi non blaſphemi? 12.
equidem, cùm par ſit in Deum blaſphemia aliquid de ſuo quod habet, illi derogare, quàm alteri tribuere, quod ſuum proprium, vt ſuprà dicebamus: ergo & ipſi veriſſimè, vt propriè blaſphemi,

Phariſæi vt blaſphemi in Chriſtum.

mi, dum Chriſto derogabant, quod erat ſuum, Chriſtus autem ſanctus, & tamen blaſphemiam in Chriſto adnotabant, ſuam non aſpiciebant; vnde tantum malum, tantaque cæcitas? amice, quia non ſe, ſed fratrem aſpiciebant, non ſe conſiderabant, ſed alios, hinc ad iſtos oculati, ad ſe ipſos cæci, ad rem Plutarch. vt refert Lipſius in Senec. lib. 1. de ira, cap. 14. *ſi illud Platonis*, aiebat, *quotidie in auribus nobis reſonaret, an non ego ſum talis, atque ita ab externis cogitationem introflecteret, & criminibus metum miſceret, non aliàs improbitatis nomine vteretur, cùm ſibi venia opus eſſe cognoſcet.* Egregiè, cur de fratre murmuramus. Sanè, quia æſtimamus nos non eſſe tales, Deo gratias agentes, ſicut ille alter, quia *non ſumus ſicut cæteri homines*, Luc. 18. num. 11. quid ex hoc, vt dum ſe reputabat iſte, non eſſe ſicut cæteri, ſtatim ex vniuerſalitate ad particularitatem deſcenderit, dicens, *vel vt publicanus iſte*, non ſatisfactus ex tota humana natura, & contra humanam naturam murmuraſſe, ſic inſatiabilis eſt, ſemel admiſſa ſuperbia, ac ex illa murmuratio. Ad rem Chryſoſtom. in concione de Phariſæo, & publicano, *non enim*, aie, *ſatiauerat contemptum eius tota humana natura, ſed & publicanum aggreſſus eſt, moderatius autem peccaſſet, ſi publicanum excepiſſet.* Vah quantum propriarum infirmitatum obliuio nos dementat, vt contemptus totius humanæ naturæ non nos exſatiat, ſed vt ad cœlum aſcendentes, & ipſum Deum facit, vt contemnamus; quid tibi non ne hoc vides in iſtis? ſuas blaſphemas linguas contra ipſum Deum erigentes, blaſphemum Chriſtum facientes, ipſi blaſphemi talia audentes, quia ſe non conſiderabant, nec veniã illis opus eſſe, vt aiebat Plato, cognoſcebant.

Plutarch.

13. *Homines proximum iudicant, quia ſe non conſiderant, neque putant eſſe tales.*

Chryſoſt.

At pendo ly, *vt quid cogitatis mala.* in plurali, neminem excipiens, ſic in vnum omnes congregantur mali ad proximum perſequendum, calumniandum. At vnde eis tanta libertas? Sanè, quia putabant Deum longè abeſſe, non præſentem æſtimabant; en cardo libertatis humanæ ad peccandum, Dei præſentiam non tenere, Deum vt abſentem æſtimare, diuinos illos oculos non reſpicere, non formidare. *Pſalm. 50. num. 6.* flebat Dauid affligenter, perenniter, ſic vt natare ſtratum faceret, ex quo tantæ lachrymæ? Sanè, quia Deo dicebat, *& malum coram te feci.* At quomodo auſus eſt malum coram Deo facere, cur oculos illos diuinos non extimuit? Sanè amice, quia ad Berſabeam ſuos dirigens, à Deo illos auertit, *viditque mulierem ex aduerſo lauantem*, 2. Reg. 11. num. 2. iratam, peccaturum ipſum, dum oculos à Deo auertit, ad vanitatem conuertit. hinc ex caſu edoctus rogabat poſtea, *Auerte oculos meos, ne videant vanitatem*, Pſalm. 118. num. 37. At cur hoc ſic inſtanter petit? Sanè ne iterum in peccatum incideret, immo vt ex peccato reſurgeret, vnde ſequitur, *in via tua viuifica me.* Pulchre, viuifica me in via tua, at quo medio? auertendo oculos meos ne videant vanitatem. nam ſi viderint, & à te ſe elongauerint, non amplius ero viuens, ſed in via tua mortuus, cùm in hoc tota perfectio ſtat huius vitæ, Deum ſemper tenere præſentem, ante illum ambulare, ſic vt meo ſenſu, qui ſic animatus exiſteret, vt ſemper Deum vt præſentem cerneret, ſtatim, vt ſic dicam, ex conſequenti, ad perfectionem aduolaret, & perfectus eſſet.

15. *Cardo omnis libertatis ad peccandum Dei præſentiam non attendere.*

16. *Dauid peccauit quia oculos à Deo auertit.*

17. *Dei præſentia eſt antecedens ad perfectionem, illa vero conſequens, illa vt ſequens.*

Probo ex illo Geneſ. 17. *num. 7.* dum Deus ad Abrahamum, *Ego Deus omnipotens, ambula coram me, & eſto perfectus.* quid ly *eſto perfectus?* Interl. *hoc eſt ſecundum placitum meum, incede.* Lippoman. *eſto fidelis, & ſimplex, non duplici mecum corde pergas.* omnes boni ſenſus; at aliquid aliud mihi videre videor in verbo illo *eſto*, quod iuxta Hebræum legitur, *& ſis perfectus.* quaſi ex Dei veluti pacto, ſit antecedens ad perfectionem, Dei præſentia, & conſequens perfectio vitæ, vnde poſito illo antecedenti ſtatim ſequatur ex Dei promiſſo perfectio, vnde ſenſus, ambula coram me. nam ſi ſemper me præſentem cernis, eris perfectus, quem ſenſum egregiè expreſſit Caiet. qui ſic, *quaſi diceret*, ait, *proſice in ſtudio, ac actionibus tuis tanquam ambulans ante oculos meos, & fructus huiuſmodi profectus ſubditur, eſt perfectus.* Sanè perquam doctè, fructus Dei præſentia perfectio vitæ, quem dum Deus expreſſit, inſinuauit ſe perfectionem daturum illi, qui coram eo ſemper ambulaſſet; ergo conſequens Dei præſentia eſt ipſa perfectio. O quàm magnus hic theſaurus, quam ingens, profectò non ordinaria Dei, ſed extraordinaria indiget prouidentia, ac gratia ad illud conſequendum, quod dixerim, ne putes facile hoc eſſe negotium, ſed quòd magnis, ac feruentiſſimis eſt impetrandum orationibus, ob hoc adnoto ante hæc verba dixiſſe Dominum, *Ego Deus omnipotens, ambula coram me.* Cur, & ad quid prius ſuam relatare omnipotentiam? Scio quid alij dicunt; at meo ſenſu, quia ad conſtituendum hominem, vt ſic ſemper in hac vita ambulet, vt nunquam Dei obliuiſcatur, ac ſic ambulet, vt coram ſe ſemper Deum habeat, virili ac feruenti cogitatione, Dei omnipotentiæ eſſe opus, & eius gratiam non quamcumque neceſſariam, ſed extraordinariam. *non eſt hoc proficiendi præceptum*, ait, & verè, Rupert. *ſed perfectionis datum, ideirco rectè præmiſit, ego Dominus omnipotens, quia videlicet vt ambulet coram Domino Abraham, vel alius quis, & perfectus ſit, hoc omnipotentia Domini, hoc omnipotentis Dei eſt opus.* nec equidem mirum, cùm tale donum, vt diximus, pignus certiſſimum ſit perfectionis, cùm, vt recte Caietan. vbi ſuprà, *nullum maius frenum, nulla efficacior ratio componendi geſtus, motus, verba actionis, quàm hominis, quàm ambulare ante faciem Principis.* quo dono qui carent, de facili ad peccata prolabuntur, vt iſti, qui auſi ſunt contra Chriſtum blaſphemare, ac mala cogitare, quia Deum abſentem faciebant, obſtupuerant equidem, ſi præſentem, cui vt rectè Thales Mileſius, nec ipſæ cogitationes latent, percontatus enim à quodam, vt ſcribit Laërt. in eius vita lib. 1. *lateret, ne Deos homo malè agens?* reſpondit, *nec cogitans quidem.* En nunc Chriſtus Deus, non potuerunt iſtorum cogitationes illi latere, hinc ſtatim eis, *vt quid cogitatis.*

Interl.

Lippoman.

Caietan.

18. *Dei præſentia eſt ingens donum, vt extraordinaria ſit Dei gratia.*

Rupert.

Caiet.

Laërt.

Quid eſt facilius dicere. Senſus horum verborum, mea ſententia, nec difficilis, nec impertinens eſſet, niſi multitudo expoſitionum illud non reddidiſſet obſcurum, & cardo difficultatis in eo ſtat, quia prima facie videtur poſſe inferri ex verbis Chriſti, difficiliorẽ eſſe hominis curationem, quàm remiſſionem peccatorum, quod verbum, vt bene Maldonat. neque audiendum eſt. nam vera eſt Auguſtin. ſententia *tract. in Ioann. 72.* difficilius eſſe hominem iuſtificare, quàm cœlum, & terram create, quod cùm ſit, & videtur contrarium Chriſtum ſignificare, inſurgit quæſtio de intellectu horum verborum, & additur difficultas.

Quæſtio de vero ſenſu horum verborum.

Maldon.

Auguſt.

cultas. nam ſi non eſt difficilius hominem ſanare, immo facilius, quomodo Chriſtus probat ſuam poteſtatem dimittendi peccata, quod difficilius ex eo, quod eſt facilius, nempe ſanare infirmum, ob hanc difficultatem varij varia, quæ piget referre, cùm potius difficiliorem reddant ſententiam, quàm faciliorem, ideoque illam affectam, quæ mihi clarior viſa eſt, ad quam quàm accedam,

Primum notabile Salmeron. Maldon. Adnoto *primò* cum Salmer. Maldonat. aliiſque ly *dicere* non ſonare tantum, & abſolutè loquelam, ſed dictum cum facto. nam dicere diuinum eſt facere, vnde ſenſus, quid eſt facilius dicere, hoc eſt, facere, an dimittere peccata, an hominem hunc in inſtanti ſanare.

Secundum. *Secundò* adnoto, ly *facilius* poſſe reſpectum habere ad Deum, ad res, & ad homines: ſi ad Deum, æquè omnia facilia ſunt, ſi ad res, facilius eſt, hominis ſalutem corpoream, quam ſpiritualem præſtare; ſi ad homines, tunc diſtinguendum, aut ly *facilius* ſumitur reſpectu æſtimationis rectæ, & vt ſic etiam apud homines facilius æſtimatur ſalus corporalis, quam iuſtificatio peccatoris; at ſi ſumatur reſpectu alicuius rei probationis, hoc eſt, ad aliquod probandum, & ſuadendum, & teſtificandum, vt ſic apud homines faciliùs dicere, remittuntur tibi peccata tua, quàm, ſurge, & ambula; nam iuſtificatio peccatoris cum non videatur falſitatis non poteſt argui, qui ſe peccatorem iuſtificare poſſe dicit: at illico ſi ſalutem non afferat, dicendo ſe poſſe ſalutem afferre, falſum dixiſſe conuincetur; ergo alicui facilius eſſet dicere, remittuntur tibi peccata tua, quam, ſurge, & ambula, ex qua acceptione ſequitur, quòd in quantum ad hoc difficilius eſt dicere, ſurge, & ambula, quàm remittuntur tibi peccata tua, & hoc modo Chriſtus ſumpſit ly *facilius*, quibus ſuppoſitis,

19. *Verus ſenſus verborum Chriſti.* Facilis ac clarus ſenſus horum verborum talis eſt, vos arguitis me de blaſphemia, quia dixi huic, *remittuntur tibi peccata tua.* quaſi ego me Deum facerem remittendo peccata, quod etſi non dixi, attamen ex argumentatione veſtra illud deducitis. nunc facto probare vobis, volo me illi remiſiſſe peccata, & Deum eſſe, dando huic ſalutem corporalem, & ſic dicite mihi, in veſtro ſenſu quid homo faciliùs dicet, dimittuntur peccata tua, an ſurge, & ambula, & cui prius credens certè facilius diceretis quod primum, cùm falſitatis argui non poſſet, & quod difficilius dicet poſtremum. nam ſi non daret ſalutem, illico falſitatis conuinceretur, vnde & vos facilius crederetis huic ſecundo, quia difficilius; ergo vt ſciatis me verum dixiſſe, non falſum, quando dixi, remittuntur peccata tua, nunc dico id quod difficilius eſſet dicere, ſi poteſtatem non haberem, hoc eſt, ſurge, & ambula, *vt autem ſciatis*, &c.

Hieron. Chryſoſt. Beda. Theophyl. Maldon. Hic ſenſus mihi videtur planior, eſt Hieron. Chryſoſtom. Bedæ, ac Theophyl. & Maldon. *quanto quidem*, ait Chryſoſtom. *anima corpore potior eſt, tantum peccata dimittere maius eſt, quam corpus ſanare, ſed quia illud quidem non manifeſtum, hoc autem manifeſtum, facit maius quod eſt manifeſtum, vt demonſtret maius non manifeſtum.* Adnota illud. *facit maius quod manifeſtum eſt*, non eſt maius, ſed facit Chriſtus maius, quia manifeſtum eſt. Hieronym. *Vtrum non ſint paralytico peccata dimiſſa Solus nouerat qui dimittebat, ſurge autem, & ambula tam ille, qui ſurgebat, quàm hi, qui ſurgentem videbant, poterant approbare; interdicere autem, & facere multa diſtantia eſt; fit ergo carnale ſignum, vt probetur ſpirituale*, ex quibus ſolutum manet argumentum. nam in ſenſu Chriſti ly *facilius*, non ſonat reſpectu rei, & ſalutis corporalis, ſed reſpectu dicendi, & demonſtrationis facti, & vt ſic difficilius hoc vltimum dicitur, & faciliùs primum, quia demonſtrari non poteſt, & vt ſic per difficilius morale, vt ſic dicam, probat facilius non reale, ſed morale, quoad dicere, & affirmare.

Ex dictis, ſi bene conſideres, vnum elicies morale documentum, Chriſtum ſua dicta, ſeu ſummo dictorum veritatem operibus remiſiſſe, ſic vt quod illi credituri præſtarent, voluit operibus eos conuincere, quaſi nullo dignus eſſet credito, ſi dicta operibus non confirmaret, Ioann. 15. num. 2. *Si opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent; nunc autem viderunt, & oderunt me, & Patrem meum.* In quo loco duo velim pendas, *primum* planè dixiſſe Chriſtum, quòd peccatum non haberent, in eum non credendo, ſi opera non feciſſet; & *ſecundum* affirmaſſe non quælibet opera feciſſe, ſed talia, quæ nemo alius fecit, hoc eſt, vt inquit Auguſt. tract. 91. in Ioann. *tanta poteſtate*, tanto imperio, nulla rogatione præmiſſa, nullo alio indigente adminiculo. nam, vt ait Auguſtin. *quiſquis alius homo aliquid eorum fecit, ipſo faciente fecit.* ergo vt ipſi crederent, & operibus ſe remittit, & inſuper talibus, quæ nemo alius fecit, quo ſtatim, qualis nunc eſt illa hominum veſania, vt velint nos eis credere, ſanctoſque iudicare, ac vt ſanctos haberi, nulla virtutis opera exhibentes, quod etſi ad malos Chriſtianos, peccatoreſque applicari poſſit, præcipue hoc hæreticis, qui vt Apoſtolos volunt haberi, opera non facientes Apoſtolica, ſed dæmoniaca. At pergo. 20. *Chriſtus non tantū ex verbis, quantum ex operibus voluit vt Deus crederetur.* Auguſt.

21. *Quomodo nullus fecit opera, quæ Chriſtus, quoue ſenſu propoſitio intelligenda.* *Vt autem ſciatis, quia ſumus hominis.* Ex ſigno confirmat veritatem, poteſtatem ſcilicet ipſum habere peccata dimittendi vt Deum, vnde ſignanter aduertit Chryſoſtom. non dixiſſe ſe alio indigere ad dimittendum peccata, ſed poteſtatem habere vti Deum, *& vt oſtendat ſe Patri æqualem*, ait Chryſoſtum. *non dixit quòd filius hominis indiget aliquo, ad dimittenda peccata ſed quoniam habet.* nam Chriſtus vt Deus, ex ſe ipſo & authoritatiuè hanc habet poteſtatem, quatenus verò homo poteſtatem excellentiæ a Deo communicatæ, qua poterat remiſſionem, ſiue gratiam cum ſacramento, & ſine ſacramento conferre. Chryſoſt.

22. *Chriſtus quomodo poteſtatem obtinebat remittendi peccata.*

Placet Abulenſ. à quo Maldonat. ex his verbis non ſolum Chriſtum probare voluiſſe ſe non eſſe blaſphemum, ac proinde Deum, & quòd vt ſic remittere potuiſſe peccata, ſed etiam quòd in terris erat vnus homo Deus, qui non ſolùm vt Deus, vt ſed vt homo Deus poteſtate accepta poterat remittere peccata. *quaſi dicat*, ait Abulenſ. *Vos putatis, quia ſolus Deus, qui in cœlis eſt, poſſit peccata dimittere; ego autem dico vobis, quòd etiam homo manens in terra inter vos, poteſt dimittere peccata.* Senſus, & acceptio celebris, mea ſententia, quod ex effectu elici poteſt, dum turbæ ſic eam intellexerunt, Deum glorificantes quòd talem poteſtatem dediſſet hominibus, quomodo nihil Nouatiani hæretici, & eorum hæredes Caluiniani ex hac authoritate aliquid ad ſuum confirmandum errorem, poſſint dicere, vide Maldonat. Abulenſ.

23. *Cur paralytico dixit, ſurge, tolle lectum.*

Gloſſa Interl. vult hæc verba eſſe Euangeliſtæ, Gloſſ.

non

non Chriſti; ſed ab omnibus exploditur, & meritò, cùm ex ſe appareat fuiſſe Chriſti adducta ad eos conuincendos, & probandum ſe non eſſe blaſphemum.

Surge, tolle lectum tuum, &c. Tria illi præcepit, vt ſurgeret, vt tolleret grabatum, vt in domum iret, quæ omnia ad probationem ſigni, & veritatis pertinent, *hoc autem præcepit*, ait Chryſoſtom. *vt non exiſtimetur phantaſia eſſe, quod factum eſt*, ad

Chryſoſt.

rem Caiet. ait, *miraculi euidentia longè maior, quam expectata fuerit, apparet, ſufficiebat miraculo quod paralyticus iacens ſanus ſurgeret; ſed adiunctum eſt, tolle lectum tuum, vt non tantùm ſanitas, ſed & robur portandi lectum appareat, & adycitur, Vade in domum tuam, vt non ſolùm præſentes, ſed quicunque obuiantes euidentiam miraculi probent.* Veriſſimus ſenſus, & litteralis.

Caiet.

Et ſurrexit & abijt, &c. Multa ſancti myſticè hunc locum, ſiue hoc factum interpretantes dicunt, Hilarius per ciuitatem intelligit Eccleſiam, ad quam Dominus remittit hominem, vt in eam intret, & per paralyticum vniuerſitas gentium.

Hilar.

Hieronym. tropologicè per paralyticum animam infirmam, per lectum corpus, ſic dicens, *iuxta tropologiam autem, interdum anima iacens in corpore ſuo, virtutibus diſſolutis à perfecto Doctore Domino offertur curanda, vnuſquiſque enim æger petenda ſalutis debet adhibere precatores, per quos aſtutum noſtrorum clauda veſtigia verbi cœleſtis remedio reformentur.*

Hieron.

Raban *ſurgere eſt animam à carnalibus deſiderijs abſtrahere; lectum tollere eſt carnem a terrenis deſiderijs ad voluntatem ſpiritus attollere; domum ire eſt ad Paradiſum redire, vel ad internam ſui cuſtodiam ne iterum peccet.*

Raban.

Gregor. Moral. 23. ſuper illud Iob, *increpat per dolorem*, cap. 15. ſic egregiè ait, *per lectum voluptas corporis deſignatur, iubetur itaque vt hoc ſanus portet, vbi infirmus iacuerat, quia omnis, qui adhuc vitijs delectatur, infirmus iacet in voluptatibus carnis, ſed ſanatus hoc portat, quia eiuſdem carnis contumelias poſtmodum tolerat, quod intus prius deſiderijs requieſcebat*, Ianſen. *non ſolùm*, ait, *ſurgere præcipit, ſed etiam tollere lectum, vt quod fuit teſtimonium infirmitatis, fieret probatio perfectæ ſanitatis; in domum quoque ire præcepit, vt ne gloriam quærere videretur, ſi illum apud ſe retineret, & ſanitate ſua domeſticos lætificans, fidei eis fieret occaſio.*

Gregor.

Omnia egregia, ſed mihi duo pungunt, quæ Paſchaſius affert Rhabert: *Primum*, quod etſi relaxata fuerint peccata, infirmitas autem manebat, *mirum*, ait, *quandoquidem dum relaxantur peccata, carnis infirmitas non tollitur.* *Secundum*, quòd Dominus poſt præſtitam ſalutem, illico iubet vt tollat lectum ſuum; quid hoc? *niſi inſinuare*, ait, *poſt medelam ſalutis, poſt veniam delictorum, in eodem infirmitatis lecto non iacendum, ſed portandum fortiter, & vitia precauenda.* Duo, & quidem excellentia documenta, & ſatis moralia. *Primum* poſt peccata dimiſſa, non ſtertendum, ſed operosè laborandum. nam etſi delictum abolitur, remanet infirmitas carnis, remanent vitioſi habitus, remanent peccati pœnalitates. & *ſecundum*, ad hoc agendum non tardandum, ſed illico mox, vt quis à peccatis abſolutus, & ſanus factus, vt ſtatim dicemus; quid enim, nunquid quia remiſſionem accepimus peccatorum, & abſolutionem ab illis, non amplius nobis reſtat agendum? fallimur. nam velim ſcias, quòd etſi ſoluto metu culpæ remanet pœnæ, ſine qua nunquam viuere debemus, etſi poſt acceptam culparum abſolutionem pœnitentiam deſeria, timeo, ne potius videaris, quàm te verè à confeſſore abſolutus diſcedas, cùm meo ſenſu nullum maius ſignum veræ liberationis à Dei iudicio, & vindicta, quàm ſi poſt reconciliationem, pœnitentiæ opera non dimittas. hoc equidem obſeruo in Niniuitarum pœnitentia, *afflictus eſt Ionas*, ait Scriptura cap. 4. num. 1. *afflictione magna.* cur tanta afflictio? Sanè, quia non videbat poſt quadraginta dies Niniuem ſubmerſam iuxta prophetiam, immo neque vllum ſubmerſionis ſignum, quin potius Dei benignitatis, ac totalis dimiſſionis; vnde hoc? & quale huius dimiſſionis certum ſignum? quia etſi per quadraginta dies pœnitentiam egerint Niniuitæ, & illis tranſactis ciuitas non eſſet ſubmerſa, vt certum ſignum, ac firmum acciperent Dei reconciliationis, ac culparum dimiſſionis pœnitentiam non derelinquerent, quod pulchrè adnotans Baſilius Seleucien. *Orat.* 12. ſic ait, *Pœnitentia pœnitentiam genuit* (ſigna verbum) *homines immutantur, & Deus conſilia retractat, lugent mortales, & decretum ſoluit immortalis.* At quale ſignum Dei illius immutationis ex iudice ſeueriſſimo in patrem miſericordiæ? Sanè, quia pœnitentiam non reliquerunt, vnde ſequens Sanctus ait, *Niniuitæ igitur ſalute in eis edito decreto, pœnitentiam ſalutis ſociam non reliquerunt.* pende ly *ſociam*, non ſolùm pœnitentia eſt cauſa ſalutis, ſed ſocia; nam ſine illa ſalus conſiſtere non poteſt, hinc Niniuitæ certam de condonatione ſpem conceperunt, quia ſociam non dimiſerunt ſalutis pœnitentiam, & Ionas ideo poſt quadraginta dies omnino Deum placatum iudicauit, quia in pœnitentia perſeuerare Niniuitas vidit. facito ſimiliter, & certum habebis condonationis ſignum, nam aliàs ſi poſt peccatorum dimiſſionem eam deſeras, ſtatim ad vomitum redibis, in ſignum quòd verè non doluiſti: vnde Beatus Ephrem de pœnitent. *toto corde debet reſipiſcens pœnitentiam agere, ſemperque eundem ſe exhibere, vt inceperat, nam ſi defecerit, indicium imperfectæ conuerſationis præbet.* pende hoc vltimum, & noſtri dicti confirmationem accipies, ſignum ſcilicet veræ condonationis eſſe poſt abſolutionem acceptam peccatorum, pœnitentiam non deſerere, nam cùm ex illa relicta ad vomitum redditur, & iterum ad priora peccata, niſi malis dicere maiora, ſecundùm Sanctum Ephrem, talis in peccata relapſio indicium eſt imperfectæ conuerſionis; vbi autem conuerſio eſt imperfecta, nec iuxta requiſita, non eſt condonatio. ergo ſignum non verè te fuiſſe cum Deo reconciliatum, & confeſſionem illam non fuiſſe validam, eſt in peccatis reinſiſtentia, ſicut è contra perſeuerantia in conuerſione ſignum veræ reconciliationis, quæ dum per continuationem pœnitentiæ, amplius firmatur, ſequitur quòd nullum veræ reconciliationis ſignum adſit, quàm poſt abſolutionem acceptam à culpis pœnitentiam non deſerere.

Paſch. Rhbt.

26. *Poſt peccatorum abſolutionem amplius pœnitentia inſiſtendum, & ſtatim.*

27. *Signum veræ reconciliationis pœnitentiam nō deſerere.*

Baſil. Seleuc.

28. *Pœnitentia ſalutis ſocia.*

Ephrem.

29. *Pœnitentiam deſerere ſtatim poſt confeſſionem ſignum nō perfecti doloris.*

Adde ad hæc difficultatem in ſtatu gratiæ permanendi abſque continuata pœnitentia. nam, vt bene S. Leo ſerm. 12. in Quadrageſima, *circunſtant vndique pericula innumerabilium delictorum, & per licitos vſus, ad immoderatos tranſitus exceſſus, dum per curam ſalutis irrepit delectatio voluptatis, & non ſufficit concupiſcentia, quod poteſt ſatis eſſe naturæ.* nil melius ſi poſt acceptam abſolutionem à peccatis, ſi poſt peractam confeſſionem, nec amplius comedere, veſtire, conuerſari, tractare, negotiare deberemus, ſanè pœnitentiam dimittere poſſemus;

30. *Sine pœnitentia difficilè tenetur gratiæ ſtatus.*

S. Leo.

poſſemus; at quia & omnia illa remanent, & neceſſarius illorum vſus, ſi pœnitentia non adeſt, non ne ſtatim per licitos vſus ad immoderatos tranſibis exceſſus, & per ſalutis curam ad voluptatis delectationem? Sanè. quid ergo faciendum? equidem iuxta Saluatoris noſtri præceptum, noſtrum tollere grabatum, hoc eſt, curam carnis amplius non agere, & vt D. aiebat Gregorius quod priùs nobis erat in delitiis, poſtea ſit in ſufferentia, & per ipſam carnem, qua peccauimus, per ipſam pœnitentiam agamus; quomodo mortificando ſcilicet eadem membra, quæ cauſa fuerunt noſtræ ruinæ, Matth. 5. num. 29. *Si oculus tuus ſcandalizat te, erue eum, & proyce abs te.* quid? nunquid verè oculus eruendus? ſic profectò aliqui malè ſenſerunt. ergo quomodo oculus eruendus? Sanè vt ſeruiat pœnitentiæ, ſicut priùs ſeruiuit voluptati, vt rectè S. Lauren-

Laur. Nou. tius Nouatienſ. ſerm. de pœnitent. BB.PP. tom. 2.

31. *Si cecidiſti*, inquit, *per oculum, & contaminauit te*

Caro quomodo ſpiritui ſeruire debet & quo ſenſu oculus eruendus. *aſpectu ſuo, abluat te aqua ſua; induxit te in laqueum, eruat te de laqueo, & hoc modo eruendus eſt oculus, ſic abſcindenda eſt manus, vel noxia membra, iuxta Domini præceptum, ſi oculus tuus.* En quomodo poſt peccatorum ablutionem, caro tractanda. quomodo grabatus portandus, vt perfectiſſimè ſemper, ac validiſſimè in ſalute accepta perſiſtamus; ſed de hac re ſæpe alibi dictum, & dicendum.

Ianſen. *Et ſurrexit, & abyt.* Ad rem Ianſen. *non enim,*

32. ait, *paralyticus paulatim, ac tardè, ægréque ſe cœpit*

Moralia de cunctia et celeritate obedientia paralytici. *mouere, ſed ad Ieſu vocem ſtatim erexit ſe*, quod etſi dictum ad demonſtrandum celeritatem ſanitatis, ac proinde miraculi maieſtatem ac certitudinem, tamen ſi ſenſum moralem proſequi velimus, ex illo elicitor illud ſecundum, quod ſuprà dicebamus, celeritas ſcilicet, qua quis vti debet ad reſurgendum, & afflatibus diuinis correſpondendum, ab occaſionibus peccatorum ſe eripiendum, dum factus ſanus à turba ſe ſegregare iubetur, occaſiones præſcindere peccatorum, baiulos, qui eum ferebant infirmum, deſerere, quod eſt amicitias illas dirumpere, quæ illi occaſiones erant peccandi, prompta, & hilaris executio pœnitentiæ impoſitæ, omnia moralia, & præclara documenta.

In quo facto duas tantùm obſeruationes tibi apponere placet, apponere dico, vt tu, mi lector, ſi ad Dei gloriam illas extendere libet, & populis præponere facias. nam nos impoſſibile vt omnia proſequamur.

Prima ſit Ianſen. obſeruantis hunc paralyticum, vt veniret ad Chriſtum, neceſſarium vt per tegulas ſubmitteretur, tanta ei à turba, & ab omnibus repugnantia facta, vt omnino ei aditus occluſus; attamen dum à Chriſto diſcedere vult, nulla à turbis, nulla à Scribis, ac Phariſæis facta

33. ei reſiſtentia, *cumque negatus fuiſſet locus aduenienti,*

Mundiales in ſolo Chriſto ſequendo conſultiſſimi, mundo verò promtiſſimi ait Ianſen. *datus eſt exeunti.* quid hoc? niſi quod ſæpe vides, quod ſæpe manibus attrectas ad relaxatam vitam, ad mundum, ad carnem, ad diabolum, ſi quis ſe addicere vult, & Chriſtum deſerere, totus mundus erit cum ipſo, amici, conſanguinei, turbæ, peuè non dicam, & ipſi ſpirituales homines, ac ſpirituales magiſtri: at verò ad Chriſtum accedendum, ad religionem intrandam, ad perfectionis iter aſſumendum, Deus bone! quanta obſtacula, quanta impedimenta, ſanè per tectum, non per portam intrandum, hæc res non verbis, ſed lachrymis potius eſſet proponenda.

An iniuria ſit facienda, ad Gentiles ſcite ait Cle-

mens Alexandr. in adhort. *non valde eſtis ſolliciti,* Clem. Alex.

ſed quamprimum iniuriam facitis, ſolùm autem an Deus ſit colendus, & an Deus, & Chriſtus ſit ſequendus, hoc conſultandum, & conſiderandum eſſe cenſetis. quid amplius ad rem.

Secunda autem aduertentia eſt Salmeronis hîc, Salmeron.

adnotans nullum infirmum ſanatum à Chriſto fuiſſe in diſcipulum electum, hinc ſtatim iſti dixit, *ſurge, tolle grabatum, & vade in domum tuam;* *Chriſtus*, ait, *nullum, quem ſanauit, vel à dæmone, vel à morbo, vel morte eripuit, in diſcipulum aſſumpſit*, cuius rationes ſubiungens ſequitur. *tum vt* 34.

adimat à ſigno omnem ſuſpicionem, tum ne propter ſe *Chriſtus nullum à ſe ſanatum in diſcipulum elegit, & cur.*

& miniſterium ſuum ſuſcitaſſe exiſtimari poſſet. Sanè egregia adnotatio, vt videas quàm liberè ab omni propria cupiditate munera ſint exercenda ſpiritualia, immo ab omni proſus ſuſpicione, vt ob hoc Chriſtus noluit aliquem ex ſanatis in diſcipulum eligere, ne putaretur ob ſuum illud effeciſſe emolumentum.

Videntes autem turbæ timuerunt, &c. Ponderat

Hilarius, quòd turbæ timuerant, & Deum glori- Hilar.

ficauerunt, quæ duo applicans aptè, timorem dat morienti in peccato, gloriam ab illo liberato, vnde ſic ait, *magni enim timoris res eſt, non dimiſſis à Chriſto peccatis in mortem reſolui, quia nullus eſt in domum æternam reditus, ſi cui non fuerit indulta venia delictorum: ceſſante autem timore, honor Dei redditur, quod poteſtas hominibus in hac vita data ſit per verbum eius, & peccatorum remiſſionis, & corporum reſurrectionis, & reuerſionis in cœlum.* Si, quæ Hila- 35.

rius dicit, attentiùs conſideres, quantum Chriſto *Chriſto quantum debemus ob pœnitentiæ ſacramentum.*

debeamus, ex inſtitutione pœnitentiæ ſacramenti attendes, nullus maior timor, quàm in peccatis mors. nulla talis exultatio, quàm in eius hora audire, *Ego te abſoluo.*

Adnotat Ianſen. turbam timuiſſe, & Deum glorificaſſe, non Scribas, non Phariſæos. *nam fortè,* ait, *tale ſignum Scribas, & Phariſæos inuidentia quidem zelus occultè torqueret*, ex quo vides quomodo ex vno eodemque flore, apes mel, ſerpens virus decerpit, & quod qui ſemel ſunt animo obdurati, non ſolùm mala, ſed etiam bona eis officiunt, & ex Dei auxilio amplius indureſcunt, væ miſeris.

Et cùm tranſiret inde Ieſus, vidit ho- Num. 9.

minem ſedentem in telonio, Matthæum nomine, & ait illi: Sequere me, & ſurgens ſequutus eſt eum.

Senſus litteralis, & moralis.

ET cùm tranſiret. Pulchrè obſeruat Chryſoſt. Chryſoſt.

poſt peractum miraculum non permanſiſſe Chriſtum in loco, ne amplius Phariſæos, ac Scribas vreret, miſeriæ eorum compatiens. quo exemplo inſtruimur, quomodo locum iræ dare debemus aliquando, vt omnibus modis, quantum ex parte noſtra, animas lucremur fratrum. *Cùm Chri-* 1.

ſtus, ait, feciſſet miraculum, non permanſit in eodem loco, ne Iudæorum zelum accenderet ampliorem, hoc & nos faciamus, non obſtinatè obſiſtentes ei, qui inſidiantur. *Locus dandus iræ fratrum exemplo Chriſti, vt eos lucremur.*

Sed adnoto cur ſtatim Matthæus poſt ſanatum paralyticum ſuam ſcribit vocationem, cum Auguſtin. *de conſenſu Euangeliſtarum lib. 2. cap. 26.*

credibilius

2. credibilius affirmet eſſe, quòd hæc prætermiſſa fuerint à Matthæo, & quòd nunc recordando illa poſuit, *probabilius videtur, quòd hæc prætermiſſa recordando Matthæus commemorat, quia ante ſermonem in monte credendum eſt vocatum eſſe Matthæum.* cur ergo hoc Matth. fecit? vt oſtenderet, quod ſicut ſanauit corporalem paralyticum, poſſe etiã Chriſtum & ſpiritualem ſanare, *hoc eſt, talem,* ait Salmer. *qui omnia ſua membra habebat ad pietatem mortua, qui non habebat manus ad ſubuentionem pauperum, ſed ad rapinas, & fraudes.* Ferus duas affert rationes, *prima,* vt exemplo ſui nemo propter peccatorum ſuorum multitudinem deſperet; *ſecunda,* vt demonſtraret maius miraculum effeciſſe Chriſtum eripere ipſum à telonio, quàm paralyticum ſanare, ſanè perquam veriſſimè, de qua re infrà.

Matthæus poſt ſanatum paralyticum ſuam deſcribit conuerſionem

Salmeron.

Ferus.

Adnotandum ex Marc. c. 2. n. 13. Dominum poſt ſanatum paralyticum ſtatim è loco egreſſum ad mare extra Capharnaum iuiſſe, vt ibi doceret turbas, vnde Marc. *& egreſſus eſt rurſus ad mare, omniſque turba veniebat ad eum, & docebat eos, & cùm præteriret,* &c. ex quibus habes hoc miraculũ, ſeu hanc

3. Matthæi vocationem, in ſuburbio Capharnaum iuxta mare, factam quòd illud ſtagnabat, & ibi fuiſſe telonium Matthæi, vt aſſolet ad hoc vt vectigalia per mare venientia exigeret. Ea quo infertur telonium non fuiſſe domum ipſam Matthæi, vt bene Mald. ſed locum publicum, in quo vectigalia reponebantur, qui locus, *telonium* dicebatur, ſuomen Græcum. nam τέλος Græcè *vectigal* ſignificat, telonium autem, vt ait Euthym. *huius commerciary prætorium, aut domus.* in qua ***** ad menſam ſedebat Matthæus. nam cùm vectigalia pro maiori parte nummis ſoluebantur, & ſuper menſam effundebantur, ideo aliquando talis domus etiam, & *menſa* appellabatur, vt hunc, ſicut obſeruat Maldon. *menſa magiſtralis* dicitur *ſancti Iacobi*, hoc eſt, locus in quo eius vectigalia ſoluuntur; in hoc ergo loco & ad menſam telonij ſedebat tunc Matthæus, quando vocatus, quæ omnia obſeruanda, ob infra dicenda.

Matthæi vocatio in quo loco facta.

4.

Teloniũ quid.

Maldon.

Euthym.

5. *Vidit hominem Matthæum nomine.* Omnes in hoc loco humilitatem ſancti Euangeliſtæ adnotant proprio nomine ſe voluiſſe nominare, dum cæteri Euangeliſtæ ob reuerentiam eius non proprio, ſed cognomine dixerũt, nempe *Leui.* nam, vt obſeruat

Matthæi humilitas grandis.

6. Sanct. Iſidorus *in eius vita,* erat de tribu *Leui* Matthæus, ait, *qui interpretatur Donatus, Apoſtolus, & Euãgeliſta, qui etiam ex tribu Leui ſumpſit cognomen,*

Erat de tribu Leui.

7. *ex publicano a Chriſto electus eſt, & in Apoſtolum tranſlatus.* quàm magna diſtantia inter hæc duo, telonium, & Apoſtolatus, & tamen in inſtanti effecta; ſed de hoc infrà in annotatione, ſcio Hie-

Eius propriũ nomen Matthæus, cognomen Leui.

8. ron. cum aliis (eſtque probabilis ſententia) duplici vocabulo fuiſſe Matth. affirmare; attamen poſſumus eum interpretari, per aliud vocabulum cognomen intellexiſſe, vti nunc in ſacris aliquibus religionibus eſt in vſu eos per cognomina vocare, à qua ſententia nec ipſe longius abeſt, cùm in proœmio etiam affirmet cognomen Matthæi, fuiſſe *Leui,* vnde ait *Matthæus cognomento Leui.* & Abulenſ. *in comment. ar. eiuſdem prologi*, idem affirmat, *Leui,* inquit, *nõ erat nomen principale, ſed Matthæus,* quod affirmans etiam Drugmar Matth. 9. *ſexto,* ait, Matthæus dictus *Leui*, eo quòd ex tribu eſſet Leui, cumque deberet ſeruire templo, ſeruiuit lucro, *vnde*, ait, *qui ſolebat rapere aliena, reliquit propria, agnoſcens reatum ſuum, quia ipſe de tribu Leui, vnde & Leui dictus eſt, ad templum Domino ſeruire debuerat, & pro philargyria vili miniſterio adhæſerat.* ex

Probabilis eſt ſententia fuiſſe binominem.

Hieron.

Abulenſ.

Drugm.

quo creſcit vocationis maieſtas, vt infrà dicemus.

9. Sed ne aliquid circa hanc rem intactum relinquamus, ſciendum, Abulenſ. æſtimare proprium nomen Apoſtoli fuiſſe *Leui.* poſt vocationem a Chriſto Matthæi nomen accepiſſe, ſic q. 33. *in fine,* licet antea binomium fuiſſe æſtimet, quam ſententiam ſequitur etiam Ianſ. & Simon Metaphr. *in eius vita*; at licet à prioribus opinionibus nõ diſcedẽdum, tamen quia, vt diximus, Matt. *Donatus,* ſiue *donum Dei,* interpretatur, ad eius vocationem exaggerandam, bene vti poſſumus tali opinione,

Nomen Matthæus ſecundùm aliquos accepit à Chriſto Apoſtolus poſt conuerſionem.

Abulenſis.

Ianſen.

Metaphraſt.

10. cùm verè poſt vocationem Matthæus, hoc eſt, *Donatus, & Dei donum,* dici poſſit, quatenus in ſpeciali ipſi innumera in inſtanti collata fuerunt Dei dona, diſcipulatus, Apoſtolatus, & ad Euangelij hiſtoriam electus, primus inter reliquos extitit Euangeliſtas.

Cur dictus Sanctus Apoſtolus Matthæus, & huius nominis etymon.

11. At quomodocumque ſit, in hoc omnes conueniunt, honoris ergò & eius famæ conſultationi cæteros Euãgeliſtas noluiſſe eum nominare proprio nomine, aut nomine communi, ſed cognomine, ſeu nomine minus noto; ſed aduertendum aliquando, vt *Luc. c. 6. n. 15.* proprio nomine eum vocaſſe, quando ſcilicet electionem deſcribit Apoſtolorum, quod ſanè factum, vt bene obſeruat Salmer. quia tunc *rem dicebat illi honorificam.* at cum à Matthæus, & ſe proprio vocat nomine, & publicanum aperto ore affirmat, vt ſe deprimeret, atque humiliaret. *nam iuſtus in principio ſermonis accuſator eſt ſui.* Prou. 18. n. 17. ex quo facto *inſtruimur,* ait Salmer. & rectè, *vt cùm de nobis lo-*

Lucas aliquando proprio nomine Matthæũ vocat, & in qua occaſione, qualeque ex illo documentum.

Salmeron.

12. *quimur, nos ipſos deyciamus, neque erubeſcamus vitia noſtra, atque peccata confiteri; vbi verò de alys ſermo eſt habendus, honeſte de alys loquamur.* At quid? rectè ipſe ſequens ait; *nunc verò contrarium fit, nam nos ipſos ac noſtra extollimus, alioſque deycimus, atque aliorum probra noſtram commendationem exiſtimamus*; veriſſime, & quod paſſim fit.

Quomodo de nobis, quomodo de fratribus loqui debemus.

Tertullian. *lib. de pudicitia,* affirmat Matthæum fuiſſe Gentilem. quam opinionem iure admiratus eſt Hieron. *Epiſt. 146. ad Damaſum, non procul à principio, tom. 3.* motus ea lege *in Deuter. cap. 23.* Terrull.

Hieron.

13. vt eſt in codice Aldina, & Baſilienſi, vbi dicitur, *non erit pendens vectigal ex Iſrael.* Sed fallitur, nam, vt bene obſeruat Salmer. *ibi*, intelligitur de vectigali iniuſto, non exacutiendo ab Iſraëlita, non verò de iuſto.

Matthæus nõ fuit Gentilis, vt putat Tertull.

14. *Sedentem*, hoc eſt, *cum maxima animi ſollicitudine, & cura cruciante,* vt obſeruat Salmer. & rectè, nam ſic ſolent tales menſis nummulariis aſſidere, vt exindè amplius miraculum vocationis Chriſti appareret, vt infrà.

Magna cura aſſidebat telonio.

Ianſen.

15. *Ait illi, ſequere me.* Placet Ianſen. qui in hunc locum ſic ait, *in hac vocatione primùm quidem relucet Domini clementia, & bonitas, qui ſicut prius non dedignatus eſt, viles, & rudes piſcatores in diſcipulorum numerũ aduocare, ita nec iam dedignatus eſt veluti publicum peccatorem à Iudæis contemptum vocare, ex quo oſtendit ſe nullum aſpernere hominum genus, quantumuis mundo contemptum.* Ob quam rationem obſeruat Chryſoſtom. ob hoc non adnotatam vocationis aliorum Apoſtolorum, præter hanc Matthæi, & Petri, & Ioannis, Andreæ, & Iacobi qualitatem, & tempus, *quia,* ait, *hi maximè erant inconuenientibus, & humilibus ſtudys, neque enim telonij officio eſt aliquid deterius, neque piſcatione vilius.* ex quo & pietatem, ac bonitatem Domini noſtri optimè haurire potes.

*Chriſti clementia, & bonitas in Matthæi vocatione, & quomodo nullum aſpernatur, ac * rem.*

Chryſoſt.

16.

Vocatio Matthæi & Petri ac Ioannis, Andreæ, & Iacobi, cur adnotata non verò reliquorum Apoſtolorum.

Et ſurgens, &c. Ad rem Ianſen. *obedientia magna*

vocati Matthæi hic commendatur, quem ad vnum vocem Domini, omnibus ſtatim relictis, non dubitauerit Dominum ſequi. quod non leuitati poteſt aſcribi, vt impius calumniabatur Iulianus, & Porphyrius, tum ob maieſtatem Domini, eiuſque potentiam, vt infrà, tum ex illis infinitis miraculis, quæ audierat, vt rectè omnes aſſirmant expoſitores.

ANNOT. MORAL. XCV.

Nullum Dei præſtantius opus peccatoris conuerſione.

1. *Chriſtus probatur Deus ex hac Matthæi conuerſione.*

SEquere me, &c. *& ſtatim ſecutus eſt eum.* & ex publicano, & ex telonario, tandem ex magno peccatore factus eſt Chriſti diſcipulus, Apoſtolus, Sanctus, electus. qualis hæc potentia, qualis in hoc Chriſti maieſtas, ac celſitudo, quid hoc clamat? niſi quòd ſi non fuiſſet Deus, minimè illud efficere poterat. quod equidem hoc conſtanti argumento apertè concluditur,

Enim verò ex nihilo aliquid fieri infinitam ex ſe requirit potentiam, ſic vt ſolius Dei ſit creationis actio, ita ſolius, vt nec per eius potentiam poſſit actio creandi alicui creaturæ communicari, ſic vt principale ſit agens creationis, vt vult D. Th. 1. *p. q. 45. art. 1.* & cum illo Caiet. cæterique Thomiſtæ, vnde egregiè Athanaſ. ſerm. 3. contra Arrianos, *adminiſtrare*, ait, *creaturarum, & ſeruorum eſt, condere autem & creare ſolius Dei, eiuſque verbi, & ſapientia eſt.* & Cyrill. *lib. 2. in Iulianum*, elegantiſſimè ſic ait. *inacceſſa natura ſunt ea, quæ propriè ſunt ſolius, & omnium ſumma ſubſtantia, quarum vnum eſſe dicimus efficaciter operari poſſe, vt creatorem, & producere res, quæ aliquando non erant.* Secundum, ſcilicet nullam ſui partem, de qua te videndus eſt ex noſtris Raphaël Auerſa *in 1. p. q. 45. de creatione*, qui excellenter de hac re; firmum ergo remaneat, actionem creandi, & creationem ipſam ſolius eſſe Dei potentiæ illi ſoli reſeruatam, nulli communicatam, nec communicabilem; hoc ergo ſuppoſito, ſequitur euidenter ex impij iuſtificatione Chriſtum eſſe Deum, quia maius quid eſt opus iuſtificationis, quàm mundi creatio, vt eleganter affirmat D. Th. 1. 2. *q. 113. art. 9.* nam licèt ex parte modi videtur opus creationis eſſe maius, quatenus ex nihilo fit, aliquid tamen, vt rectiſſimè S. Doctor, ſi magnitudinem, & molem operis conſideres, maius quid eſt iuſtificatio, cùm hæc ordinatur ad bonum æternum; creatio autem ad bonum temporale naturæ. vnde Sanctus, *maius eſt opus iuſtificatio impij, quæ terminatur ad bonum æternum diuinæ participationis, quàm creatio cæli, & terræ, quæ terminatur ad bonum naturæ mutabilis.* ergo cùm maius opus ſit impij iuſtificatio, quàm opus creationis, & illud ſolius eſt Dei, nonne euidenter ſequitur Chriſtum eſſe Deum, quia peccatorem iuſtificauit, & ex impio fecit iuſtum, & hoc in momento temporis, eadem maieſtate, ac efficacitate verborum, quibus mundum creauit, quid ibi? *fiat lux, & facta eſt lux*, Gen. 1. n. 3 & hic, *ſequere me, & ſecutus eſt eum*, qualis hæc potentia? equidem infinita; quale hoc opus? equidem omnium Dei operum præſtantius; ob hoc rectè Auguſt. *tract. 72. in Ioann. poſt medium illius tom. 9.* clamat, & dicit, *maiora horum faciet*, nempe Deus. *nam maius opus eſt, vt quis ex impio iuſtus fiat, quàm creare cælum, & terram.*

D. Thom.
Caiet.
Athanaſ.

2. *Creationis actio ſolius eſt Dei.*

Cyrill.

Raph. Auerſ.

S. Thom.

3. *Maius opus eſt impij iuſtificatio, quàm mundi creatio.*

Auguſt.

Quid enim? & hoc ex alio etiam capite amplius conſtabit, ex eo ſcilicet, cùm ſi attendas, quanta facilitate Deus mundum creauit, quantum poſuit, vt impium iuſtificaret, admiraberis, quid laborauit in mundi creatione, nihil, *ipſe dixit, & facta ſunt, ipſe mandauit, & creata ſunt*, ſanctus ait Propheta, *Pſal. 148. n. 5.* at quantum in eo formando tempus conſumpſit, ſi Auguſt. ſequi velimus *lib. 4. de Geneſ. ad liter. c. 11.* in momento, quanta cura veluti ludens. Vnde Prou. 8. n. 30. *ludens in orbe terrarum*, quanto conatu, digitis tantùm vix appoſitis, ſic clamat Dauid Pſal. 8. n. 4. *quoniam videbo cælos tuos opera digitorum tuorum lunam, & ſtellas, quæ tu fundaſti.* at nunc videmus, ſi ſic libet, ſi ſic promptus, ſi ſic facilis in impij iuſtificatione, ac in ſua Eccleſia fundanda, ad impiorum iuſtificationem.

4. *Deus ſumma facilitate mundũ creauit.*

Auguſt.

5. Enim verò Deus ad Noë, *fac tibi arcam.* At quantum tempus conſumpſit Noë in huius fabricatione, annos centum & viginti, iuxta Hieron. intelligentiam in illa verba, *erunt dies illius centum, & viginti annorum.* Sic in quæſtionibus Hebraicis, mirum! mundus totus in inſtanti, arca per centum & viginti annos; vnde tanta difficultas: ſecundùm Auguſt. per hanc arcam Dei ſignificatur Eccleſia, vnde 15. *de ciuit. c. 26.* ſic ait, *puto enim quod ſicut Deus imperat Noë, vt arcam faciat de lignis non putreſcentibus, ita etiam ad noſtrum Noë, qui verè ſolus iuſtus, & ſolus perfectus eſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus, dictum eſt a Patre, vt faceret ſibi arcam, id eſt, Eccleſiam ex omnibus gentibus in æternum victurus.* Iuxtaram operoſiſſimè Deum elaboraturum in ſua conſtituenda Eccleſia, in qua impij iuſtificatio, dum mundum in inſtanti effeciſſet, quia in immenſum opus difficilius, & maior impij iuſtificatio, quàm mũdi creatio; at ſecundùm Hieron. ideo tantum temporis in fabricanda arca conſumpſit, quia de iuſtificatione, & pœnitentia tractabatur peccatoris; *ſed erunt*, ait, *dies illorum centum & viginti annorum, hoc eſt, habebunt centum & viginti annos ad agendam pœnitentiam*, tractabatur de iuſtificatione, & de pœnitentia peccatorum, non de mundi creatione, ideo rei difficultatem perpendens Deus, ad fabricandum arcam ſpatium conceſſit centum, & viginti annorum, dum ad creandum mundum via momento vſus eſt temporis.

Summa difficultate impium iuſtificauit.

Hieron.

Auguſt.

Hieron.

6. *Arca cum tædio fabricata, conſequenter longo tempore.*

At ſi modum exquiris, & potentiam in creatione mundi, ludens, vt diximus, operatus eſt Deus, digitis tantùm; at in iuſtificatione peccatoris totum poſuit brachium, totam vim ſuæ dexteræ, *Pſal. 76.* ſuam pœnitentiam narrabat Dauid, & quomodo ad Deum ſe conuerteret, *meditatus ſum nocte cum corde meo, & exercitabar, & ſcopebam ſpiritum meum.* Vnde ibi, & in ſecreto cordis ſui ſilentio ſcrutabatur ſuam conſcientiam, *ſe ipſum interrogans*, vt ait Chryſol. *ſeipſum examinans in ſe iudex, & perſcrutator.* quid inde, vt ex calore, & feruore orationis ſtimulatus firmiter propoſuiſſet viam deſerere veterem, peccata deteſtari, ad Deum ſe conuertere; at & viam aggredi iuſtificationis; vnde ait, *& dixi, nunc cæpi.* at quid? & quale hoc Dei opus, nunquid digitis illud Deus efficit, vti mundus? nil minus, ſed tota potentia totis viribus ſuæ dexteræ, vnde ſequitur, *hæc mutatio dexteræ Excelſi.* non digitorum, vti mundus, ſed dexteræ, ſed potentiæ, quia non opus erat creationis, ſed iuſtificationis, hinc & eius maioris gloriæ; ad quod ſanctus reſpiciens Iſaias audet, & dicit, cap. 30. num. 18. *expectat Dominus, vt miſereatur veſtri, & exaltabitur parcens vobis.* non enim dixit, vos creando, vos beatificando, ſed parcens vobis, tanquam maius opus, præclarius, & auguſtius, quàm beatificando. nam, vt Sanctus ait Thomas *vbi ſuprà*, plus eſt

Chryſol.

D. Thom.

opus

opus iuſtificationis, quàm beatificationis, conſiderata magnitudine, non abſoluta, ſed proportionata. nam, ait Sanctus, *plus excedit donum gratiæ dignitatem impij, qui erat dignus pœna, quàm donum gloriæ dignitatem iuſti; quia ex hoc ipſo quod eſt iuſtificatus, eſt dignus gloria.* nil melius. non ſolum opus

7. *Impij iuſtificatio ſuperat beatificationem.*

creationis excedit impij iuſtificatio, ſed beatitudinis, ſed gloriæ, quia donum gratiæ iuſtificationis, ſic dignitatem excedit peccatoris, vt ſine Dei liberalitate, aliquem iuſtificari per quęcunque actum contritionis, ſic vt nil Dei gratiæ ac remiſſionis, ſiue liberalitatis intercedat. Suar. *tom. 1. in 3. p. q. 1. art. 2. diſput. 4. ſect. 8. §. ad explicandum*, cenſet eſſe opinionem temerariam; at quidquid ſit de cenſura, contraria antiquiſſima ſententia eſt, omnium Conciliorum, & Theologorum, de qua re videndus eſt Lorc *de gratia diſp. 36. membro 2. § hanc ſententiam*, quod dixerim, vt videas, quàm magnum, quàm altum, quàm arduum ſit opus iuſtificationis impij, vt non ſolùm ipſam ſuperet creationem, ſed etiam ipſam gloriæ conſecutionem.

Suarez. Lorc.

Ex dictis ergo duo elicere potes, *primum* iuſtificationis impij magnitudinem, & quòd nullum Dei præſtantius ſit opus; & *ſecundum* ex nullo ſic Chriſtum Deum eluceſcere, ac ex hac Matthæi conuerſione: vnde talis conuerſio, ſupra omnia Chriſti miracula ſe erigens Deum verum cum prædicat, quod amplius conſtabit ex his, quæ in ſequenti dicemus annotatione.

ANNOT. MORAL. XCVI.

De circunſtantijs conuerſionis D. Matthæi.

1. *Matthæus ſtatus quàm miſer.*

SEquere me. Hactenus magnitudinem iuſtificationis eruimus, & ipſamet natura iuſtificationis, nullis alijs conſideratis circunſtantijs: at, ſi, quæ in hac Matthæi interuenerunt, conſideres, Chriſti omnipotentiam omnino admiraberis, *vidit*, inquit, *hominem ſedentem in telonio.* quid ly *ſedere*? Salmer. *corpore, vt ſolent menſarij cum maxima animorum ſollicitudine, & cura cruciante.* & Cyrill. vt *in Catena S. Thomæ*, Luc. c. 6. *Publicanus*, ait, *fuerat Leui, vir auarus, effrenus erga ſuperflua, alieni amator, in officina ſtans malitiæ.* & Chryſ. *hom. 31. in Matth.* officium publicanorum deſcribens ſic ait, *publicanorum autem ſtudia, & exercitatio impudentia, & crudelitatis plena ſunt, quæſtus illiberalis, turpis quædam mercatura, immo rapina lege ſæculari conceſſa.* qualis

Salmeron. Cyrill. Chryſoſt.

2. *Auaritia ſola ſecurum diabolū reddit de perditione animæ, etſi alia adſint virtutes.*

ſtatus amplius miſer, abiectus, deperditus, ac propè deſperatus? Equidem nullus, ſic vt ſi diabolus ſemel viderit cor ab auaritia poſſeſſum, ita de illo, deque eius condemnatione ſecurus exiſtit, vt nil amplius curans omnes illi permittit exercere virtutes, omnia bona, omnia demum ſeruare præcepta, dummodo auaritia extet in corde, ſecurus, quia tandem à regno talis excludetur cœleſti, palam tibi faciam hoc, & demonſtratiuè illud tibi probabo.

Enim verò *Marc. 10. n. 17.* accurrens vnus adoleſcens ad genua Ieſu ſe proſternens, ſic illi ait, *Magiſter bone, quid faciam vt vitam æternam percipiam?* in quibus verbis optimè adnotat Victor Antioch. *in hunc locum*, non ſimulato animo, ſed veriſſimè hunc adoleſcentem ad Chriſtum acceſſiſſe, non tantum vitam æternam petens, quantum modum, quo ad eam poſſet intrare, *oſtendens ſe planè accinctum, ad id totum implendum, & ſeruandum, quod eius cauſa præciperetur.* quod vtique benè

Vict. Antioc.

calluit Dominus, hincque bonam eius accipiens voluntatem, ſic ad illum, *præcepta noſti? ne adulteres, ne occidas, ne fureris, ne falſum teſtimonium dixeris; ne fraudem feceris; honora patrem tuum, ac matrem.* At quid iſte? reſpondens ait, *Magiſter hæc omnia obſeruaui à iuuentute mea.* quod equidem veraciter dixit, non mentitus in tantum, vt ſequens Euangeliſta ait. *Ieſus autem intuitus eum, dilexit eum.* vnde Origen. tract. 8. in Matth. *in hoc enim*, ait, *quòd dilexit eum, vel oſculatus eſt eum, videtur affirmaſſe profeſſionem eius, qui dixit ſe omnia illa impleſſe.* ergo ſtat firmiter adoleſcentem iſtum omnia impleſſe præcepta à iuuentute, dignus ob hoc Chriſti dilectione, & licèt omnia illa impleret à iuuentute, equidem nil contra illum egit diabolus, nullam paſſus eſt vim, nullam moleſtiam, nullam tentationem, cùm, vt ex ipſamet reſponſione patet, ſuauiter, ac dulciter, ab ipſa iuuentute ea eſt obſeruatus; vnde ergo diabolo tanta ſecuritas, vt nunquam eum de obſeruantia tentauit præceptorum? Audi nunc quod ſequitur, & rationem intelliges; talem. ergo bonam perſpiciens Dominus diſpoſitionem, ad altiora eum euehere intendens, vt ſecurum eum de cœlorum regno redderet, ſic ei, *vnum tibi deeſt, Vade, quæcunque habes, vende, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo, & ſequere me.* in quibus verbis pendo, non dixiſſe Dominum, vade, vende, quæ habes, & cœlum, ac vitam æternam poſſidebis, ſed habebis theſaurum in cœlis; cur hoc? ſiſte pauliſper, & rationem audies. hoc autem ab adoleſcente audito ſequitur Euangeliſta, *qui contriſtatus in verbo abijt mœrens* & rationem aſſignans ſequitur, *erat enim habens multas poſſeſſiones.* O mirum! O magnum! à iuuentute omnia præcepta obſeruauerat, ob quod dignus Chriſti dilectione, cum magno feruore acceſſerat ad quæcunque facienda, vt ſuprà ex Victore dicebamus, & tamen audiens tantum facultatum renuntiationē abiit triſtis, mœrens, Chriſti ſequelam relinquens, nil amplius curans de poſſeſſione cœlorum regni; vnde hoc? ſanè reſpondet Vict. Antioch. quia cor eius auaritia poſſidebatur, *Vnde vna illa voce à Deo conſternatus fuit, vt de vita æterna ne cogitare quidem potuerit, ſed triſtis mœrenſque ſtatim abierit.* quod equidem callens Dominus noſter, ac ſuis diuinis hoc perſpiciens oculis, quia in corde eius theſauros inſpexerat, & eorum auaritiam, ideo ei non dixit, & habebis vitam æternam, *ſed theſaurum in cœlis.* quod aduertens Chryſoſt. *hom 64.* hoc adnotans ſic ait, *Bene autem non fecit æternæ vitæ mentionem, ſed theſauri, quia enim de pecunijs erat ſermo, & de abrenuntiatione omnium, oſtendit, quòd reddet plura his quæ præcepit relinquere*, vt ſic aliquo modo clauum clauo trudens, amorem terreni theſauri excludere poſſet amore, & cupiditate cœleſtis, quod nec valuit, quia, vt benè idem Victor. *cupiebat vitam æternam, at morbo tenebatur longè difficillimo.* hinc etſi omnia præcepta à iuuentute ſeruauerat, tamen quia auaritia vna ſola in corde tenebat, omnia perdens in regnum non intrauit, ex quibus rationem habes, cur ſcilicet omnia bona Diabolus illi permittebat, vt faceret, præcepta ſeruaret, caſtus eſſet, ac morigeratus, quia auarus, ſciuit enim perfidus ſecurum ſe de perditione ſtare hominis, quia tandem omnino in regno non intraturus homo ille cœlorum, vnde egregiè Theodoret. *in hunc locum Marci* admiratur, quomodo hic iuuenis auaritia poſſeſſus, auſus fuerit ad Chriſtum accedere, & de vita æterna acquirenda

Origen.

3. *Adoleſcens ad Chriſtum accedens, vt modū ſcire ad viam perueniendi æternā omnia implebat præcepta, & cur diabolus eum non tentauit.*

4. *Cur à Chriſto diſceſſit mœrens.*

Chryſoſt.

5. *Cur Chriſtus ei dixit, & habebis theſaurū in cœlis, & non cœlum.*

renda eum percontatur, *miror*, ait, *de hoc iuuene, qui omnibus alijs pro infirmitatibus ad Chriſtum accedentibus, hic vitæ æternæ poſſeſſionem poſtulabat, cùm maligna ſit paſſio auaritiæ, propter quam poſtmodum contriſtatus eſt.* At acceſſit deceptus ea obſeruatione mandatorum, reputans nil noui amplius illi Chriſtum dicturum, quia nil tale illi vnquam in mentem venire poterat. nam ſecuriſſimè ſi tale quid penſiraret, non acceſſiſſet, vt videas, quàm difficile ſit hominem auaritia poſſeſſum Chriſtum ſequi, & in regnum intrare cœlorum, mercaturam exercens. quem ſenſum, ni fallor, expreſſit regius Pſaltes *in Pſalm. 70. num. 17.* Si ex antiqua lectione Romana legatur, *quoniam*, ait, *non cognoui litteraturam, introibo in potentias Domini.* Quid per *litteraturam?* Felix Pra-

Pratenſ. Agell.

tenſ. & Sanctus Pagnin. legit *numeros*; quid hoc? Agellius adnotans ea verbo Græco proprius fuiſſe, ſi dixiſſet *Scripturam*, intelligit per litteraturam officium Scribæ, cuius munus erat numerum rerum, quæ inferebantur, vel in publicum ærarium, vel in horreum deſcribere; ſi huic

Titelm.

interpretationi, & aliam Titelmani adiunges, verum ſenſum apprehendes, nam alia verſio, quæ

6. *Mercatores quàm difficilè in regnum intrabūt cælorum.*

erat antiqua Romana, *pro litteratura* legabat, *negotiationem*, ſiue *mercaturam*. Vnde ſecundum hanc intelligentiam, & acceptionem, eſt ſenſus, vt ait Titelman. *quoniam non habui prudentiam huius ſæculi, quoniam non me ipſum inuolui in negotiationibus, atque huiuſmodi exterioribus distractionibus, quæ & mentem à diuinarum conſideratione abſtrahunt, & affectum ad auaritiam, ſiue iniuſtitiam frequenter pertrahunt, ob hoc ingrediar in potentias Domini.* alias equidem non ingreſſurus, vt ea hoc videas quàm difficilis ſit conuerſio, & iuſtificatio peccatoris auari, peccatoris lucro intendentis, ac mercaturæ, qualis tunc erat Matthæus, vt ea hoc amplius poteſtas eluceat Chriſti, qui vno verbo ad eum reduxit, vt infrà dicemus.

Adde ad hæc, & aliam rationem difficultatis auari ac cupidi conuerſionis, & negotiis dediti ad lucrandum. nam cætera vitia ſic cor abſorbent, vt non omnino à ſe Deum eliminent, & illud negent, neque ſic conſtanter, & perenniter, vt non aliquando ad illum homines non conuertantur; guloſus enim poſt ſaturitatem, aliquando Deo gratias agit, & Dei inter prandendum reminiſcitur, fornicator tranſacta tentatione, & expleto appetitu ad ſtomachum venit, &

7. *Auaritia totaliter Deum à corde eliminat, non ſic cætera vitia.*

peccatum abhorret; at auaritia & nummorum deſiderium, ſic cor occupat, ſic perſtringit, ſic perpetuò, & obſtinatè à ſe Deum expellit, vt nullum aditum ei relinquens, eius conuerſionem quaſi reddat impoſſibilem. hoc, ni fallor, probatur manifeſtè ex illo loco Pauli *ad Epheſ. 5. num. 5.* qui aſſeuerantiſſimè loquens ſic ait, *hoc autem ſcitote, quòd omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod eſt Idolorum ſeruitus, non habet hæreditatem in regno Chriſti, & Dei.* in quo loco pendo non ſimpliciter, vt cætera vitia Paulum nominaſſe auaritiam, ſicut nominauit fornicationem, & immunditiam, ſed ſic eam nominaſſe, vt ſimul rationem redderet, quare auaritia à regno Dei expellebat, affirmans non eſſe ſimilem illi, qua fornicario & immunditia, quatenus ſcilicet contra Deum peccabant, quia non eum negabant omnino; non ſic ait Paulus, nam auaritia ſic Deum à corde eliminat, & contra eum peccat, vt eum neget, vt pro Deo non habeat, vt tandem non ſit amplius Chriſtianus, ſed Idololatra, eadem reuerentia adorans 8.

Auarus cur Idololatra. Chryſoſt.

nũmos, ac Dei ſeruus ipſum Deum, vt excellenter Chryſoſt. *hic in morali*, vbi fusè docet non eſſe hyperbolem, ſed verè eſſe, & dici auaros Idololatras; *ſicut enim*, ait, *venerantur idola, neque ea pro reuerentia tangere audent, ita auarus pecunias quaſi idola veneratur, nec eas contingere, ſed inani tantùm affectu eas veneratur.* Vnde excellenter Sanctus Doctor hic ponens quæſtionem, quare ſpecialiter auarus dicatur Idololatra (intellige per accidens, & non per ſe, vt ait Sanctus) quia in pecuniis finem ponit, & ſpem ſuam, non verò cætera vitia, cùm etiam iſta ponant finem ſuum in creatura, & excellentiſſimè, vt ſemper aſſolet, ſic reſpondet, S.Thom.

Idololatrare eſt aliquid exterius indebitè colere, in alijs autem peccatis ponitur finis in interioribus, quaſi in propria exaltatione; ſed qui ponit finem in diuitijs, ponit in eis finem, vt in re exteriori ſicut Idololatra. nil melius. Ex qua doctrina inſurgit ratio difficultatis conuerſionis peccatoris auari, nam cæteri peccatores interiùs occupantur, & interiùs finem ponunt in creatura: at auarus interius, exteriuſque intellectu, voluntate, memoria, diſcurſu, imaginatione, apprehenſione aurum penſitans, & concupiſcens, & exteriùs oculis, auribus, manibus, pedibus, totus in auro. Vide Matthæum ſedentem in telonio, & hoc intelliges, totus ad aurum, ad nummos, ad negotiationem; vnde ergo ei lux diuina, aut quomodo in cor auari intrare poteſt? certè non niſi per miraculum.

Adde & aliam rationem. nam ſi bene conſideres, cætera peccata fidem non auferunt, vnde hoc lumen in eis remanens ſpes adeſt eorum conuer- 9.

Auaritia fidem aufert, & quare.

ſionis; at auarus, cuius cor ſemel auaritia poſſidet, ſic in profundum labitur, vt fidem perdat, qua deperdita difficillimè ad cor redit, niſi Dei extraordinaria adſit potentia. *Radix omnium malorum eſt cupiditas*, ait Apoſtol. 1. ad Timoth. 6. num. 10. *quam quidam appetentes, errauerunt à fide.* in quo loco per cupiditatem auaritiam intelligunt expoſitores. nam ſuprà dixerat Apoſtol. *qui volunt diuites fieri.* At quomodo per auaritiam à fide erratur, ſiue quomodo auari fidem perdunt? excellenter Sanctus Doctor hic, *quia per ſanam doctrinam fidei*, ait, *prohibentur multa illicita lucra, à quibus deſiſtere nolunt, & inueniunt ſibi aliam doctrinam, vbi eis ſit ſpes ſalutis.* quid pulchrius? ſic enim deſiderium diuitiarum cor auari occupat, vt pertinaciter diuitiis inhærens, & deſiderio diteſcendi, ſic durè fidei doctrinam accipit illicita lucra prohibentem, vt aliam infidelem quærat, ſe decipiēs, cùm auaritia ſimul ſpem ſalutis habere procurans, ex quo fit, vt ductus ea illa, & extra ſe per illicitas negotiationes factus, tandem Deum neget, & omnino deſperata ſit eius ſalus; audi Oſeam cap. 11. num. 12. *Circundedit me in negotiatione Ephraim, & in dolo domus Iſrael, Iudas autem teſtis deſcendit cum Deo, & cum Sanctis fidelis.* breuiter in iſtis verbis vult Deus dare rationem, quare omnino, & in æternum deſeruerat Ephraim, hoc eſt, decem illas Tribus, quæ ab illo idololatrarum opera Ieroboami, & non deſeruit Iudam, quia inquit Ephraim me circundedit in negotiatione, hoc eſt, circumuenit, fefellit, à principio fingens meum cultum, tandem vltimò me omnino negans, hinc ei non ſum auxiliatus, ſicut Iudæ, qui me non negauit, alia littera legit, *circundedit me in negatione.* quaſi idem ſit Deum negare, & negotiationibus ſe addicere, vt videas, quàm verum ſit mercaturam

exercens

exercens auaritia occupatus de facili quòd Deum neget, infidelis fiat, ac Idololatra, ex quo difficilis eius conuerſio, vnde quaſi priuilegium nouæ ſuæ Eccleſiæ per Spiritum ſanctum Dominus prænuntiauit in illa non futurum mercatorem. Vnde Zachar. 14. num. 11. *& non erit vltrà mercator in domo Domini exercituum in die illa.* ex quibus omnibus apparet, quàm difficilis ſit conuerſio peccatoris auari, & negotiatoris, & quàm difficillima Matthæi ſanctiſſimi in telonio ſedentis, vt mox dicemus.

Annot. Moral. XCVII.

De conuerſione Sancti Matthæi, eiuſque magnitudine.

Et ſtatim ſecutus eſt eum. Si, quæ in præcedentibus diximus, conſideres, iuſtificationis ſcilicet opus eſſe plus, quàm opus creationis, pluſquam beatificationis, & poſtea ſi in particulari iuſtificationis auari difficultatem, & hominis lucro dediti, omnino altiſſimam, & miraculoſam ſanctiſſimi Apoſtoli conuerſionem, ac iuſtificationem dices, inter genera miraculorum illud eſt vnum, vt ait Sanctus Doctor 1.2. *quæſt.* 113. *art.* 10. *in corpore*, quando præter ſolitum, & conſuetudinem cauſatur effectus, vt v.g. quando in inſtanti aliquis fit ſanus præter ſolitum curationis curſum, hoc etiam deuenit in iuſtificatione peccatoris, ait Sanctus. nam tunc eius iuſtificatio erit miraculoſa, quando præter ordinem & curſum iuſtificationis quis conuertitur, *eſt enim*, ait Sanctus, *communis, & conſuetus curſus iuſtificationis, vt Deo mouente interius animam, homo conuertatur ad Deum. Primò quidem conuerſione imperfecta, vt poſtmodum ad perfectam deueniat.* quo modo quando ſic procedit iuſtificatio, non erit miraculoſa, *at quandoque*, ait Sanctus, *tam vehementer Deus animam mouet, vt ſtatim quandam perfectionem iuſtitiæ aſſequatur: ſicut fuit in conuerſione Pauli.* quod ſi hoc & ex vehementi motione, & inſtantanea iuſtificatio peccatoris miraculoſa dici debet, audeo dicere amplius miraculoſam fuiſſe Sancti noſtri Matthæi conuerſionem, quàm Sancti Pauli, & ampliorem motionem fuiſſe, ac diuinum impulſum in Matthæum, quàm in Paulum, quia ſi officium Pauli tunc conſideres, & negotium, quod tractabat, certè non multum, vt ex illo reduceretur. nam non equidem multum ex vno zelo indiſcreto, & contra rectam rationem, quem tunc Paulus exercebat, contra Dei Eccleſiam illum reducere ad diſcretiſſimum zelum, in fauorem Dei Eccleſiæ, at abſtrahere cor diuitiis deditum, & auaritia ineſcatum, & totum ad aurum conuerſum, immo tunc de illo tractantem, cogitantem, diſcurrentem, quod totum ſonant verba illa, *ſedentem in telonio*, non ſolum plus quàm Pauli conuerſio fuit miraculoſa ſanctiſſimi noſtri Matthæi, immo amplius Chriſti glorioſa, ampliuſque eius infinitam demonſtrans poteſtatem, efficaciam, ac deitatem. nam ſi Paulum in inſtanti conuertit, è cœlo deſcendit, altiſſimè intonuit, querelas addidit, circumfulſit luce, tandem potentiſſimè deiecit; at in conuerſione Sancti Matthæi, *vidit*, tantum dulciter vocauit, *ſequere me, & ſtatim ſecutus eſt eum*, in momento, in inſtanti, tanta reſolutione, ac veraciſſima conuerſione,

1\. *Miraculoſa iuſtificatio quæ dicatur.*

D.Thom.

Matthæi conuerſio amplius miraculoſa quàm Pauli, ampliuſque Chriſti potentiæ demonſtratiua.

vt ſic diuitias, ac nummorum amorem deſeruit, vitamque Chriſti pauperem eſt amplexatus, vt nec diuitiarum memoria amplius apud eum ſteterit; quis Deus ſicut Deus noſter, & qualis amplior vis, quàm oculorum diuinorum, *vidit*, ſufficit, vicit, attraxit, iuſtificauit, vnde Gloſſa rectè hoc aduertens ait, *Matthæus vocationem ſuam refert inter miracula, magnum enim miraculum fuit, quòd publicanus factus fuit Apoſtolus.* quid enim, nonne ob hoc tales oculos prorſus diuinos dices, ex illis diuinitatem Chriſti intelligens, talia operans, homines in inſtanti ſanctos conſtituens, qui prius duriſſimi erant lapides, & qui in peccatis mortui faciat illico viuos. Gloſſ.

Enim verò fugiebat Agar dominam ſuam Saram *Geneſ.* 16. *num.* 6. ratio, quia Sara eam affligebat. Vnde Scriptura, *affligente eam Sarai, fugam iniit.* in quo loco prudenter dubitat Lyran. quomodo poſſibile, vt Sara mulier ſancta ſic ſeruam affligeret, vt ad fugiendum compelleret? & aptè reſpondit quòd verè non erat afflictio, ſed neceſſaria diſciplina ſuperbiæ ancillæ competens, ac neceſſaria, quàm illa per ſuperbiam afflictionem incompatibilem iudicans fugam iniit, *non affligebat eam*, ait Lyran. *iniuſtè, ſed caſtigabat, & humiliabat rationabiliter, quæ humiliatio erat ipſi Agar afflictio, eo quòd ex electione volebat Sarai ſe præferre.* Si ad praxim hæc deducas, & præcipuè ad religioſorum ſtatum, inde educes, vnde multi ex illis afflicti viuunt, ex ſuperiorum mortificationibus, duras has afflictiones vocantes, cùm non ſint niſi rationabiles humiliationes, ſuperbire volunt, non humiliter viuere, mortificationes flagella dicunt, quid mirum ſi in dies amplius ex illis ſuperbientes apoſtatantur. Sed pergo; fugiebat ergo & Deus eius miſertus mittens Angelum, inuenit eam in deſerto iuxta fontem aquæ, qui ſic ad eam. *Agar ancilla vnde venis, aut quò vadis.* in quo loco pondero cur eam vocauit ancillam, nonne ſufficiebat proprium nomen Agar, vt ſe vocatam intelligeret, ſanè ſufficiebat, niſi aliquid amplius ab ea Angelus exigeret, nempe humiliationem, & ſuæ ſuperbiæ curam, vt Dei gratia poſtea digna efficeretur. hinc ad memoriam ei reuocare voluit ſtatum ſuum, qui erat ſeruæ, & ancillæ, & quòd ob hoc totum illud patiebatur, quia in dominam ſe erigere volebat, quod pulchrè obſeruans idem Lyranus ſic ait, *ac ſi dicat, Aduertere debes, quòd tu es ſeruilis conditionis reſpectu Saræ, & ideo non debes ei præferri.* ex quo loco norma ſuperioribus præſcribitur, quomodo curare aliquorum ſuperbiam debeant, vt ſcilicet *impleant eorum faciem ignominia.* & recolantur, quid ante religionis ingreſſum fuerint, vt ſic è lethali ſuperbiæ ſomno expergefacti ad ſe redeant, recognoſcantque ſe viles fuiſſe ſeruos, non dominos, ob hoc enim Angelus Agar de ſuo ſtatu admonuit, quæ admonitio ſic profuit, vt ſtatim illa ad Angelum ſeruam ſe recognoſcens dixerit, *à facie Sarai dominæ meæ ego fugio.* ad quam ſtatim Angelus, *Reuertere ad dominam tuam, & humiliare ſub manu illius.* Sana effecta ex ſui recognitione, humiliatione, ac obediendi propoſito, hinc meruit, vt vltra ſe extendens Angelus, infinitatem eius prolis ipſi prænuntians, ſic illi, *multiplicans multiplicabo ſemen tuum, & non numerabitur præ multitudine.* En humilitatis fructus, en humilis ſubiectionis, & obedientiæ præmium, & ſequens adiecit,

3\. *Agar cur fugam iniit.* Lyran.

4\. *Superbia quantum religioſos affligit imperfectos, & vnde illis Apoſtaſia.*

5\. *Angelus cur vocauit Agar ancillam.*

6\. *Superiores quomodo ſuperbos ſubditos humiliare debent.*

ecce concepiſti, & paries filium, vocabiſque nomen eius Iſmael (quod *exauditio Dei* interpretatur,) *eo quòd audierit Dominus afflictionem tuam.* in quo lo-

7. *Hebræorum traditio Angelum viuificaſſe fœtum extinctum in ventre Saræ.*

co ex traditione Hebræorum, quam non improbat Lyra, aduotatur, quòd ly *concepiſti* in præterito, in fonte Hebræo ſtat, *concipies*, in futuro, vnde dicunt quòd etſi fœtum Agar ex Abrahamo concepiſſe, tamen ex afflictione, ex fame, & labore itineris, ſic fatigatam ſteriſſe, vt filius in ventre mortuus ſtabat, vnde poſt eius pœnitentiam ex viſione Angeli, ſiue Dei per Angelum, & ex oculis illis diuinis corpuſculum illud emortuum, ſtatim reuiuiſcens de nouo miraculosè fuit velori conceptum, *ac ſi diceretur*, ait Lyra, *prius concepiſti per concubitum Abrahæ, nunc autem concepiſti diuina virtute fœtum extinctum viuificante.* Ex quo miraculo ipſa edocta oculorum diuinorum virtutem perſentiens, & recognoſcens, locum illum vocauit, *tu es Deus, qui vidiſti me conſolando*, ait Lyra, *& viuificando fœtum*, ſic viuifici, ſic potentea ſunt Dei oculi, vt etſi in ventre mortui, ipſus reſuſcitent, viuificent ac patres conſtituant ſufficitarum gentium, quæ præ multitudine numerari non poſſunt, ſi ad ſanctiſſimam hanc noſtri Euangeliſtæ iuſtificationem hæc applicaueris, & excellentiam eius proſpicies, & ſimul conuerſionis ſanctiſſimi Apoſtoli magnitudinem; quid tunc Matthæus in telonio, niſi fœtus ex auaritia mortuus? Agar inuenit Angelus iuxta fontem aquæ eum fœtu mortuo in ventre, Chriſtus Matthæum iuxta fontem diuitiarum, *ſedentem in telonio*, animam habentem emortuam ex auaritia, ex ſuperbia, ex faſtu, vidit Angelus Agar, ſiue Deus, & ex tali viſione ſic præpotentes fuerunt oculi illi diuini, vt mortuum reſuſcitarent, vt vitam darent, vt patrem efficerent ipſum innumerarum infinitarum gentium, quid minus oculi Chriſti diuini in hunc ſanctum effecerunt Apoſtolū? certè nihil, immo aliquid amplius, nam non ſolùm eum viuificarunt ex mortuo in peccato in gratiam eum

8. *Matthæi conuerſionis magnitudo quanta.*

reſtituentes, & vitam, ſed & Apoſtolum fecerunt, & patrem non carnalem, ſed ſpiritualem (quod in infinitum maius) infinitæ propemodum multitudinis, quod eſt in hac conuerſione admirandum, ſic citò, ſic in inſtanti de re tam fragili rem efficere, ſic fortem, ſic valentem, vt Apoſtolum, vt Dei præconem.

Enim verò Iob 28. num. 2. *ferrum*, ait, *de terra tollitur*; quid enim fragilius terra? quid fortius ferro, & tamen de illo fragili hoc fortius; quid peccator? terra, cinis, puluis; qualis ergo eſt illa potentia, vt de hac cinere, de hoc puluere, de hac viliſſima, ſeu fragili terra ſola viſione eruat ferrum, & ex peccatore conſtituat ſanctum, ex publicano Apoſtolum, ex homine terreno hominem cœleſtem, quod D. aduotans Gregor.

Gregor.

lib. 18. mor. cap. 16. ſic ait, *de terra ferrum tollitur, cùm fortis propugnator Eccleſiæ, à terrena, quam*

9. *Prædicatores ex vita anteacta nunquā ſpernendi.*

priùs tenuit, actione ſeparatur. Nec multum faciendum, quia antea peccator. nam hoc amplius Dei infinitam potentiam indicat, vt excellenter ait Sanctus contra hæreticos prædicatores Chriſtianos, ex eo quòd fuerunt deſpicientes, *non ergo debet deſpici quidquid fuit*, cuius ratio, *quia iam cœpit eſſe, quod non fuit*, quod in noſtro Euangeliſta explicans ſic ſequitur, *An non Matthæus in terra inuentus eſt, ſed de terra ſublatus in fortitudinem ferri conualuit.* quid mirabilius, & quid præſtantius de Dei oculis dici poteſt, ac de ſanctiſſimi Apoſtoli conuerſione.

At, quod amplius mirum, de efficacitate talis viſionis, vt non ſolùm reſuſcitauerit, ac conuer- 10.

Matthæus quanta perfectione Chriſtum eſt ſecutus.

terit, ſed in inſtanti, in momento, vnde ſtatim ſecutus eſt eum, *non pecuniæ multitudinem, non turbam eorum, qui circunſtabant*, ait Metaphraſt. *non hanc gloriam quicquam apud ſe reputans, ſtatim ſurgens, neque verbis prolixis opus habuit, neque longo tempore, neque miraculorum inſpectione, neque perfectiore ſermone, ſed cùm primùm illam vocem audiuit, ſequere me, ſecutus eſt eum.* Sic ſecutus, quòd, vt bene obſeruat Chryſoſtom. *vt nec domum quidem ad communicandam rem cum ſuis, profectus ſit.* pungens ex hoc facto tarditatem illorum, ſeu moroſitatem, vt dicam, acediam, Chriſtum vocantem obſequentium, mille, & mille prius requirentes conſultationes parentum, fratrum, propinquorum, amicorum, quos efficaciter reprehendens Clemens Alexandr. *in adhortatione*, ſic fatur. *An iniuria ſit facienda non valde eſtis ſolliciti, ſed quàm primum iniuriam facitis, ſolùm autem an Deus ſit colendus, quæritis, & an Deus, & Chriſtus ſit ſequendus, hoc conſultandum, & conſiderandum eſſe cenſetis.* Non ſic noſter Apoſt. Sanctus, cuius rei ratio ſi vis ſcire, efficacitas extitit viſionis illius diuinæ, vnde conſultum talibus à Deo vocatis dum ſpiritus inter ſe collidentes viderint, ſi victores euadere velint, ſi pacem inuenire, ſi vt ſpiritus ſuperior euadat ſupra carnem, non ad propinquos, ad carnales, non ad conſultationes ſæculares accurrant, ſed ad orationem, ſed ad viros ſpirituales, tandem ad Dei oculos, vt eos aſpiciant, quod ſi aſpexerint, da negotium abſolutum, da carnem ſpiritui ſubiectam.

Metaphraſt.

Chryſoſt.

Clem.

11. *Chriſtiani aliqui quàm pigri ſunt ad Chriſtum ſequendum, quàm veloces ad diabolum.*

12. *A Deo vocati, difficultates ſentientes quid facere debent.*

Enim verò *Geneſ. 25. num. 21.* cùm Rebecca eſſet ſterilis, Iſaac pro eâ Dominum deprecans, ſtatim mater effecta concepit; at quid? *collidebantur paruuli in vtero*, & ne putes quodlibet fuiſſe bellum, & non magnum, LXX. legunt, *calcitrabant*, Aquila, *confringebantur*, vt videas, quale bellum erat inter iſtos, quàm crudum, & terribile, cuius ratio, quia figura erat belli ſpiritualis, vt omnis fert communis ſenſus Sanctorum, ob quod ad talem anguſtiam ipſa eſt redacta Rebecca, vt veluti conceptus pœnitens diceret, *ſi ſic mihi futurum erat, quid neceſſe fuit concipere?* cur hoc? quia *timebat abortum*, ait Abulenſ. in hunc locum, quod ſi ad praxim reducere vis, ad oculum tibi proponitur pugna duorum ſpirituum inter ſe collidentium hominis à Deo vocati nutantis adhuc in reſponſione, de qua re vide Auguſtin. *in ſuis confeſſionibus.* Moriebatur ergo Rebecca, ex paruulorum colliſione, ad vltimum redigebatur ſpiritum; quid fecit? *perrexit, vt conſuleret Dominum*, ait Scriptura, in quo loco pulchrè Chryſoſtom. *Vide obſecro*, ait, *mulieris pietatem, & religionem, non enim fecit ſicut mulieres multæ, non ad humanum confugit ſubſidium, neque ſe expoſuit deceptioni curioſarum, aut ariolorum vanitati, & eorum, qui polliceri audent, quæ ſupra humanam ſunt naturam, ſed abijt vt conſuleret Dominum, hoc eſt, cucurrit ad veram ſcientiam.* mentiar ſi quæ hodie vſu euenit non indigitet Chryſoſtomus, ſi de negotiis ſæcularibus eſt ſermo, & quæ ad vitam corporalem attinent, quaſi non eſſet Deus in Iſraël. Ad Aſtrologos accurrunt mulierculæ, & quod pudet dicere, viri barbati, & qui ſæcularem profitentur ſcientiam, ac reipublicæ adminiſtrationem, & quod vſque ad ruborem eſt dicere, ſic mente exturbati,

Aquila.

13. *Bellum ſpirituale quàm durum.*

Abulenſ.

14. *Rebecca prudentia in tribulatione ad Dominū accurrere.*

Chryſoſt.

vt

vt audeant negotia dirigere grauiſſima ex prædictione, ſi non mauis dicere, ex infamia Aſtrologorum; at ſi negotia ſunt ſpiritualia, ſi de ſtatus mutatione, ſi de obſequio Dei non ad Dominum, ſed, vt ſuprà dicebamus, ad ſæculares, ad domeſticos, ad parentes; ſed pergo, perrexit ergo Rebecca,

16. *Quo perrexit Rebecca ad conſulendum Dominum.* Abulenſ.

vt Dominum conſuleret: at ſtatim inſurgit difficultas, quò perrexit, cùm locus non eſſet determinatus tunc, in quo Dominus conſuleretur. hinc varij varia, aliqui, vt refert Abulenſ. affirmant, quòd iuit ad Melchiſedech ſummum Sacerdotem; alij quòd ad Heber, qui ſpiritu pollebat prophetiæ, & alij, vt Ioſephus & hiſtoria Scholaſtica ad montem Moria, & ſi de hoc rationem petis, quia vti vxor Iſaac ab eo ſciuit nomen, quod Abraham illi monti impoſuerat, nempe *Dominus videbit. ſeu vidit*, & in illo, vt etiam affirmat Aug. Abraham altare conſtituerat, quod conſilium ſic feliciter ei ſucceſſit, vt oraculum perciperet, ſcilicet quòd maior ſeruiturus erat minori, *maior ſeruiet minori*, & ſimul non amplius bellum ſuſtinuit, quia caro ſubiecta erat ſpiritui. Iurarem ego talem effectum futurum mulieri, quæ oculos exquiſierat Domini, quæ ad montem Moria proceſſerat, quam oculi illi reſpexerunt diuini, fac tu ſimiliter, & effectum in te videbis, quam ſanctiſſimus hic Euangeliſta eſt expertus, non dubites, & ſi mille, & mille vides inſurgere difficultates, agones, bella, iurgia, diſſenſiones, afflictiones, ad oculos accurrere diuinos, confuge ad montem Moria, vt te Deus aſpiciat, vt ſicut Matthæum videat, & videbis quod ad inſtar huius ſanctiſſimi Apoſtoli, ſtatim exurges, & Chriſtum ſequeris, & ex peccatore Chriſti fies diſcipulus, vt iſte ſanctus Apoſtolus.

Ioſeph.

Auguſt.

17. *Chriſtus quare Matthæum in telonio præ alijs vocauerit, & quare non cum cæteris Apoſtolis.* Ambroſ.

At etſi Dei inſcrutabilia ſint iudicia, & nefas ſit conſilio Altiſſimi rationes aſcribere, aut humanas inquirere; tamen vt ad noſtram doctrinam aliqua humilis fiat diſcuſſio, ſit mihi licitum inquirere, quare Chriſtus Matthæum ex telonio vocauerit, & non alios, qui ibidem, & quare nunc vocauerit, & non antea cum reliquis Apoſtolis. de hac ſecunda ſic ait Ambroſ. *lib 9. in Lucam*, dans rationem, quare antea Petrum, & Andream vocauit, non autem Matthæum. *quia tunc acceſſit ad illos, vocauitque quando obtemperaturos ſciebat; ſic nunc quoque Matthæum vocauit, quando minimè reluctaturum ſciebat*. Equidem, etſi Dei efficax gratia neque à loco pendeat, neque à tempore, neque ab exterioribus, quibuſque motiuis, aut circumſtantiis, ſiue etiam intentionibus, ſed ſic in ſe potens inueniatur, vt quando vult, & quomodo vult, ad ſe attrahat dulciter ac ſuauiter voluntatem impulſu ſuauiſſimo, halitu diuiniſſimo, infallibiliter ſine vlla coactione inſpirans, mouens, ſuauiter impellens, tamen ſic omnia ſuauiter diſponit ſuauis, ac benignus ille Dominus, vt etſi in ſe ſit omnipotens, tamen ex parte hominis, & extrinſecè, vt ſic dicam, vult & tempora, & loca, & occaſiones, & media obſeruare, non vt efficacitati gratiæ neceſſaria, ſed ſuauitati ſuæ diuinæ prouidentiæ conducentia; hinc, vt optimè Ambroſius, tunc Matthæum vocauit, *quando minimè reluctaturum ſciebat*, cui accinēs Chryſoſt. hom. 31. *Cur*, ait, *non cum Petro & Ioanne, & alijs eum vocauit, quoniam durius adhuc erat diſpoſitus, ſed poſt multa miracula, & multam Chriſti famam, quando aptiorem eum ad obediendum ſciuit*. Ex quibus & ſuauitatem diuinæ prouidentiæ habes, & ſimul modum, quo cum peccatoribus in reprehenſio-

Chryſoſt.

nibus, aut in eorum conuerſione te habere debeas, vt ſcilicet obſerues tempora, loca, & occaſiones, quibus admonitiones iuuare, non potius indurare poſſint.

Quoad primam autem rationem, quare potius Matthæum, quàm alios, Metaphraſtes hoc refert 18.

Matthæus ſanctiſſimus optimam poſſidebat naturam, & naturalem bonitatem Metaphraſt.

ad inſitam quandam, & naturalem Matthæi bonitatem, licèt ad malum officium adaptatam, *tranſiens enim Dominus*, ait, *inſpexit profundum eius cordis ſedentis ad telonium, & cum inſideret ei zelum virtutis, vt qui eſſet oculorum cognitor, & cordium examinator, pulchrè cognouiſſet, & qualis ex quali futurus eſſet prouidiſſet, eum vocauit*. Cuius ſententia eſt etiam Rupert. *erat*, ait, *Matthæus, tanquam ſpecular prælucidum, eatenus aſpectu Solis nequaquam oppoſitum ſed in tenebris reconditum, & in lecto latens curarum nimis ſæcularium*; ſpecular erat prælucidum, bonitatis ſcilicet naturalis, ac ob bonam indolem, quam poſſidebat, non eſt infima hæc ratio. nam verè magna eſt diſpoſitio ad bonum operandum bona ipſa, atque ad bonum propenſa natura, magnumque Dei beneficium æſtimari debet bonæ eſſe indolis, rectæque propenſionis. hinc Salomon *Sapient. 8. num. 19.* tanquam magnum hoc Dei beneficium æſtimans, magnamque ad ſapientiæ perceptionem diſpoſitionem ait, *puer autem eram ingenioſus*, hoc eſt, bonæ indolis, *& ſortitus ſum animam bonam*, hoc eſt, corpus bene organizatum, aptum ad ſapientiam percipiendam, quod equidem, cùm à nullo alio dari poſſit, niſi à Deo; quis enim hominis corpus organizare poteſt, niſi Deus? & apta ei præbere organa ad virtutem recipiendam, niſi Deus? hinc magnum eius eſt beneficium optimæ eſſe indolis, quia eſt veluti optima diſpoſitio ad diuinam vocationem, vnde bene dixit Metaphraſtus, vocatum Matthæum, quia optimam in ſe poſſidebat naturam, optimamque indolem dignam vt Deo, non mundo, non dæmoni ſeruiret, ex quo deducitur illorum peccatorum magnam concipere nos poſſe ſpem conuerſionis, qui etſi actu ſint tales, tamen bonam obtinent indolem, ad bonum naturalem inclinationem.

19. *Magnum Dei beneficium bonæ eſſe indolis.*

At licèt hoc verum ſit, tamen, mea ſententia, vnica ratio, quare præ cæteris in telonio degentibus illum vocauit, quia plus omnibus indigens, plus omnibus miſer, hinc quia Chriſtus Deus infinitè miſericors, & miſericordiæ obiectum alteua ſit miſeria, fit, vt quo amplius quis miſer, eo amplius dignus Dei miſericordia, cæteri equidem aſſiſtebant telonio: at Matth. *ſedebat*, tanquam principalis, tanquam caput, totus immerſus in fœnore, actu in illo, quod pulchrè adnotans Chryſoſt. *hom. 31.* exinde excipit Chriſti virtutem, dicens, *per hoc enim monſtrat vocantis virtutem, quoniam non deſiſtentem à perículoſo officio ex medijs ipſis euulſit malis, ſicut & Paulum adhuc inſanientem*. qui etiam ponderat, quare Matthæi ſolum vocationis tempus adnotatur, *quia*, ait, *neque telonij officio eſt aliquid deterius*. Cuius mores deſcribens Cyrillus ſic ait, *Publicanus fuerat Leui vir auarus, effrenis erga ſuperflua, alieni amator*. & Theophyl. in cap. 2. Marc. *ſedebat*, ait *in telonio vt conſuetudinis eſt, aut aliquos impetens, aut verba tendens, aut aliquid huiuſmodi faciens*. Vnde Salmeron ponderans verbum *ſedere*, ait, *ſignificat hac ſeſſio hominis in lucris temporalibus, & peccatis quietem*, hine cæteris aſtantibus ipſe tanquam primus, & caput, & plus omnibus lucro deditus, ac proinde vti amplius miſer oculos illos attraxit diuinos, qui

20. *Matthæus ſtatus miſerrimus*

21. *Chriſti virtus quanta in Matthæi conuerſione, & ſanctiſſimi Apoſtoli Pauli.* Chryſoſt.

Cyrill.

Theophyl.

Salmeron.

tunc amplius amantes, quando amplius homo miſer.

Enimverò *Ezechiel* 16. *num.* 6. ſic Deus ad mulierem, quam ducturus erat in ſponſam, *tranſiens per te, vidi te conculcari in ſanguine tuo, & dixi tibi cum eſſes in ſanguine tuo, viue.* moribunda enim ſtabat, ac propè animæ exhalationem, hinc ne omnino moreretur, vitam ei tribuit: at quid poſtea num. 8. *tranſiens per te*, ait, *vidi te conculcari in ſanguine tuo, vbera tua intumuerunt, & pilus tuus germinauit, & eras nuda, & confuſione plena, & tranſiui per te, & vidi te, & ecce tempus tuum tempus amantium.* pende figuram ſponſæ, ſeu, vt meliùs dicam, eius mulieris, quam ducturus erat in ſponſam. & fœdius, quid nunquam reperies? quid fœdius, quàm mulier menſtruis, & impuriſſimo ſanguine fœdata? quid fœdius, quàm mulier piloſa, ſeu, vt ſic dicam, barboſa, quæ ad vomitum prouocat? quid fœdius, quàm mulier ad inſtar vaccarum vbera poſſidens, pectus habens tumoſum, irriſione dignum? quibus ſi addas nuditatem, & confuſionem, & priorem ſtatum mortalem etiam fœdiſſimum, nil fœdius, nil turpius dices, & tamen cùm hoc eſſet, & ſic eam Deus videret, per illam tranſiens affirmat, & dicit, *& ecce tempus tuum tempus amantium*; quid per tempus amantium? Symmach. vertit, *tempus dilectionis*, Aquila

Symmach.
Aquila.

in ſecunda editione, *tempus commercij, ſeu commutationis*, quia nimirum coniuges mutuo ſe emunt, & libertatem libertate commutant, vnde ſenſus, ecce tale tempus, tempus eſt dilectionis, tempus ſponſionis, tempus commercij, & commutationis, vt tu mea efficiaris, & ego tuus, hinc ſequens ait, *& expandi amictum meum ſuper te, & operui ignominiam tuam, & iuraui tibi, & ingreſſus pactum tecum,*

22. *ait Dominus Deus, & facta eſt mihi*, quid hoc? verè

Dei ingens amor in peccatorem expenditur.

obſtupeſcit conſideratio, manus trepidat, lingua obmuteſcit talia eloqui audens; ergo Deus ille ſummus, decorus in maieſtate, infinita ſapientia præditus, qui ſcit eligere bonum, & repudiare malum, tempus amoris, dilectionis, ac commutationis, ſeu ſponſionis, dicit tunc, quando actu videt, talem conculcari in ſanguine, ad extremum halitum ductam, & penè emortuam, pallentibus oris, ac deturbata facie, mammis turgentibus piloſam, turpem, nudam, dehoneſtatam, quis enim hoc vnquam diceret, aut penſitaret, ſanè nullus, qui diuinam, ac inexplicabilem ignorat Dei miſericordiam, amorem, dilectionem, quæ tunc maior, quando amplius homo miſer, quando amplius in ſanguine conculcatur, quando amplius omnium meritorum nudus, tunc quando omni abiectione, repulſa vomitu, vt ſic dicam, dignus, tunc accipit, recipit, vocat, veſtit, ducit, ac ſe cum illo commutat, opus factus miſericordiæ qui erat iuſtitiæ.

23. Hoc equidem conſidero in iudicio Adami noſtri primi parentis, vocat enim Deus poſt peccatum, Gen. 3. num. 9. *Adam vbi es?* cui ipſe, *vocem tuam audiui in paradiſo, & timui* cur timebat? *eo quod nudus eſſem.* reſpondit, *ideo timui, & abſcondi me.*

Adam oculos diuinos cur timebat.

Verè ſecundùm humanam rationem, humanumque diſcurſum, rectè Adam timuit, erubuit, trepidauit ante diuinos illos oculos apparere, dum nudus omni virtute, ac decore ſpoliatus, fœdè iam in ſanguine ſui peccati conculcatur; hinc rectè timebat iudicium, ſupplicium, repulſam, condemnationem, *poſt inobedientiam*, ait Anaſtaſ. Synaita lib. 10. Anagogicar. contemplat. *Adam factus eſt tenebroſus, & inornatus, atrum peccatum omnino*

Anaſt. Syn.

indutus, at quid? quando hoc expecto, inferni interitu poſt iudicium exactum, poſt pœnæ inflictionem, poſt puluerem, & cinerem ac labores plurimos, quibus ob peccatum miſer erat homo addictus, quando omnino expectabam, eius Deus oblitus, reperio tunc immediatè dictum, *fecit quoque Deus Adæ, & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos.* O bene, ad iudicium acceſſerunt nudi, peccatores, omnino ſupplicio digni, & è iudicio exeunt veſtiti, & veſtiti a Deo, ſutor eorum factus ex iudice prius ſeueriſſimo. quæ hæc metamorphoſis? ne miteris amice, Deus eſt, & non homo, qui tunc amplius miſericors quando amplius miſericordia homo indignus, quod adnotans D. Anaſtaſius Synaita *vbi ſupra lib.* 11. *Anagogicarum contemplationum BB. PP. tom.* 1. hunc eundem locum perſtringens, pulchrè hoc factum Dei miſericordiæ aſſignans, ideo affirmat, eos veſtiuit, quia ex amore, & dilectione ipſe pro illis ſe denudare volebat ſuper illos ſuum expandens amictum, vt per Ezechielem Dominus dicebat. Audi Anaſtaſium. *Quomodo quæſo nudi à ſubligaculo in examinatione ingreſſi, protoplaſti in iudicio a Deo induti ſunt, & tecti pelliceis tunicis? cùm deberent potius exui, in examinatione congruenter ordini iudiciorum mundi.* Cui dubitationi ex myſterio ibi condito reſpondet, ponderans ly, *ſub viri poteſtate eris*, quem locum LXX. extulerunt, *& ad virum erit conuerſio tua* quod myſticè intelligens de gentilitate ad Chriſtum conuerſa, ſic ait, *quia vxore ſua ad ipſum reuerſa, ipſe non deceptus in ſe ſuſcepit pœnam.* nil meliùs, ideo veſtiuit, quia nuda, & ideo veſtiuit, quia in ſponſam eam aſſumere debebat, ſuo eam veſtimento induens, ipſe ob illam ſuum deſerturus; ergo tunc amplius cum ea miſericors, quando amplius ipſa miſericordia indigna. applica hoc totum ad Matthæum ſanctiſſimum, & conuenientiam eius conuerſionis præ aliis accipies, immo, vt ſic dicam, & prophetatam per Ezechielem illam aſpicies quid tunc Matthæus? Sanè homo conculcatus, totus in ſanguine peccatorum auaritiæ, ambitionis, fraudis ac lucrorum indecentium, hunc prætereiens Ieſus vidit, ac illam alteram, de qua per Ezechielem dicebatur, *tranſiens per te, vidi te conculcari in ſanguine tuo.* quid ad hanc Deus: *viue* ei dixit, tunc quando propè emortua, quid Chriſtus ad Matthæum, *ſequere me*, tunc quando *ſedebat in telonio* propè ad mortem ex ſtatu peccati, non tantùm ex peccato, quid Deus ad illam, ſeu quid cum illa operatus? Sanè ſponſiones, matrimonium, *commutationem*, vt Aquila

Idem.

transfert. At quid cum Matthæo? prorſus idem, 24.

Matthæus ex teloniis humanis, telonio diuinus mutatur in diuinum.

ex publicano Chriſti diſcipulus, ex peccatore ſanctus, ex principe publicanorum Eccleſiæ princeps, tandem ex ſcriba telonij, & ratiocinationis ſcriba cœleſtis, & Euangeliſta, totum eius officium humanum in diuinum commutans, vt rectè in hunc locum expendit Salmer. in illis verbis, *ſequere me, quod*, ait, *idem valet ac ſi diceret, hactenus Matthæe numiſmata imagine Cæſaris inſignita, in fiſcum Cæſaris congregabas, nunc veni, vt homines ad imagines, ac ſimilitudinem Dei factos in fiſcum Patris mei æterni, tanquam pretioſum theſaurum recondas, vt enim in quatuor illis Apoſtolis, & piſcatoribus à Chriſto vocatis ars piſcandi non eſt abolita, ſed mutata in meliorem piſcandi homines, ita officium publicani ex humano in diuinum eſt commutatum.* Quid excellentius? ſeu quid amplius Dei infinitam poteſt commendare miſericordiam, vt tunc omne illud Matthæo conferret, quando amplius indigus,

Salmeron.

&

25\. *Deus qualem ſponſam, & cur turpem quærit.* Bernard.

& tunc ex oculis diuinis veſtitus exiret, quando expoliatus deberet, ne miteris amice, quia Deus eſt qui reſpicit, qui vocat, qui non pulchram quærit ſponſam. nam, vt bene Bernard. ſerm. de S. Ioan. Baptiſt. *licèt Deus velit glorioſam ſponſam, non habentem maculam, neque rugam, aut aliquid huiuſmodi, non quærit talem.* Cur non quærit talem? *nam ſi ſpecioſam quæreret*, reſpondet Sanctus, *vbi eam inueniret.* Sanè nullibi. ergo quærit turpem; at cur? *vt ſpecioſam faciat.* Egregiè reſpondet Sanctus, en ratio quare, Matthæum peccatorem quæſiuit, turpem, fœdatum, equidem vt pulchrum faceret, vt formoſiſſimum, & tandem, vt ex Oleaſtro infructuoſiſſimo in bonam oliuam inſertus oleum ſcaturiret pinguiſſimum, vt D. aiebat Paulus *ad Roman.* 11. *num.* 14. quod equidem, vt

26\. *Matthæus ſanctiſſimus oliua ſpecioſa ex eius corpore oleum emanans.*

tandem concludam, ad amuſſim noſtro ſanctiſſimo competit Euangeliſtæ, è cuius corpore, quod Salernum ſepultum in Neapolitano regno miraculoſiſſimè ſcaturit vſque hodie oleum infinita operans miracula, & Dei ſpecialiſſimam erga hunc Apoſtolum aſpicias miſericordiam, quantumque eum dilexerit, & diligit, vt non ſolùm fructus ex illo æternos voluerit, ac ſenſus ſpirituales ex Euangelica, ac diuina ſua hiſtoria, in hanc nummulariarum menſam commutans, ſed etiam ex ſuo ſanctiſſimo corpore voluit vt tanquam ſpecioſiſſima oliua in templo Dei plantata oleum ſcaturiret ſuauiſſimum, vt ad inſtar magiſtri ſui virtutem, & illi quàm ſimillimus totum hominem ſanum faceret, & quoad animam, & quoad corpus, hoc per oleum, illam per Euangelium, dignus omni diuina gratia ob celerem eius obedientiam. nam ſtatim vt Chriſtus eum vocauit, eſt eum ſecutus, *& ſecutus eſt eum.*

NVM. 10. Et factum eſt diſcumbente eo in domo, ecce multi publicani & peccatores venientes diſcumbebant cum Ieſu, & diſcipulis eius.

Senſus litteralis, & moralis.

D*Iſcumbente eo*, &c. Marc. *cap.* 2. ſic habet, *& factum eſt cùm accumberet in domo illius, multi publicani, & peccatores, ſimul diſcumbebant cum Ieſu, & diſcipulis eius. erant enim multi qui ſequebantur eum.* Ex his apparet conuiuium Matthæum exhibuiſſe Chriſto in domo ſua, quod equidem ex modeſtiæ cauſa & humilitatis ſanctiſſimus tacuit Euangeliſta; at dubium eſt quomodo hoc ſtare poteſt, cùm Luc. *cap.* 5. affirmet ſtatim omnia ſua Matthæum reliquiſſe, *& relictis hominibus ſurgens ſecutus eſt eum.* Si omnia reliquit, quomodo in domum Chriſtum inuitauit, conuiuiumque ei fecit, & ſanè magnum, vt Lucas affirmat. Ad rem ſatis

Abulenſ.

Abulenſ. *q.* 46. ſtatim enim ait ſecutus eſt Ieſum, ſed in domum rediit ex Chriſti licentia, *vt rationes*

Ex Chriſti licentia domum rediit ad res ſuas componendas.

ſuæ artis componeret, debita reddens, omnibus ſatisfaciens, & cætera pauperibus diſtribuens, illam Domini ſententiam facto obſeruans, *reddite, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ Dei, Deo*, vt ſic nemini ſcandalum eſſet, & offendiculum, cuius

Caiet.

opinionis eſt etiam Caiet. *in Lucam*, qui acutè interpretans illud, *relictis omnibus*, ait, *quòd ſermo*

Salmeron.

eſt non de rebus, ſed de negotijs, quem ſequitur Salmer. aliique. Ex quibus habes ratiocinijs, & debitis obnoxios, & aliis præciſis obligationibus, vt filiorum filiarumque ad hunc infantulorum religionem minimè ingredi debere, etſi religionis inſpirationem habeant. nam, vt bene ſanctus Doctor 2. 2. *quæſt.* 189 *art.* 10. *in corpore*, licèt inſpiratio religionis ſit a Deo ſemper vt ad primum, tamen ſpecialia poſſunt eſſe aliqua impedimenta, *puta infirmitas corporalis, vel onera debitorum.* Ex quibus retardari poteſt ipſe ingreſſus, de qua re vide ipſum hîc *art.* 6. hoc dixerim, non equidem, vt inſpirationibus obicem ponam, ſed vt Prælatos religionum admoneam, quàm cautè in hac re procedere debeant, in recipiendo, cùm ex nimia receptionis feſtinatione infinita oriantur mala, infinitaque ſcandala, & ſæpe, immo frequenter profeſſos religioſos occaſione parentum paupertatis, aut propinquorum neceſſitatis, non pro religione, ſed pro illis laborare, nil minus, ac ſi in ſæculo degerent, magno & religionis, & animarum ſuarum detrimento, hinc magno diſcrimine, ac temporis ſpatio, examinandi ſunt tales, & tum iuxta cuiuſque religionis præſcriptum, tum iuxta Sanctorum regulas & prudentiæ diſcurſus eos admittere, hinc Dominus, vt Matthæus quietè omnino ipſum ſequeretur, domum remiſit, vt ſua diſponeret debita, ac ratiocinationes ſolueret, ac cætera pauperibus diſtribueret.

S. Thom.

2\. *Religionis inſpiratio accuratè examinanda.*

3\. *Nouity cum quanta maturitate recipiendi.*

4\. *Vocationi ſtatim obſequendum, quantum ex parte vocati.*

Ex dictis duo elicere potes, vnum ex parte vocati, alterum ex parte eius, qui eum recipere debet; ex parte quippe vocati, at quantum ex ſe ſtatim illico nulla interpoſita mora perlibentiſſimè Dominum ſequatur, de illo confidens, ſperans, ac dignè æſtimans, quod ei ſuccurret, quòd neceſſitatibus prouideat; en Matthæus, nil timuit, ſtatim omnia reliquit; vnde hoc expendens Baſilius, ſic luculenter ait, *non ſolùm fœnera telonij poſtpoſuit, ſed etiam contempſit pericula, quæ ſibi, & ſuis accidere poterant, ſi calculos telonij dimitteret, imperfectos protinus parens*, vt ait Chryſoſt. ſic *vt nec ſuis illud intimauerit, quia*, vt ait Paſchaſ. Rhatbert. *non poterat durare frigus dubietatis à facie caloris, quo intus vrebatur, currebat poſt fontem, cuius erat dulcedine reſperſus.* hinc quia totum ſe in Domini obſequium ſtatim conſecrauit, illi omnia remittens, Dominum conſtrinxit, vt de illo curans ſua prouideret, ex quo rationem intelliges, quare Dominus iuueni illi, vt ſuprà *cap.* 8. *num.* 21. noluit permittere, vt iret ad patrem ſepeliendum, & Matthæo permiſit, vt domum reuerteretur, ad ſua componenda, ſanè quia iuuenis ille Dominum rogauit, vt ſineret illum prius ire ad patrem ſepeliendum, ex quo dabat intelligi non vndequaque affectum exuiſſe carnalem. hinc ne illum, vt ibi diximus, in diſcrimen poneret ſalutis, licentiam ei denegauit; at quia Matthæus ſtatim Chriſtum ſequens, omnia relinquens, nil penitus timens, cor omnino ab iſtis abſtrahens exterioribus, ideo vti perfectus, & ſecurus illi Dominus permiſit in domum redire, & omnia componere, *totus ſurrexit*, ait idem Paſchaſ. *quia totus ceciderat, & ſecutus eſt eum moribus, doctrina, fidei exemplo diſcipulatus*, & quòd omnino ab iſtis exterioribus ſe abſtraxiſſet Matthæus, non paruum eſt ſignum noluiſſe domi abſque Chriſto manere, ſed ad illam eum aduocaſſe, quaſi nil ei ſaperent omnia, niſi cum illo Chriſtus adeſſet, ex quibus & diuina Chriſti prouidentia elucet, ac ſumma in gubernando ſuauitas, & diſcretio ab omnibus ſuperioribus religionis obſeruanda, quod erat ſecundum, quod diximus ex hac Chriſti actione eliciendum. nam etſi ex parte vocati talis feruor requiritur, & , v ſic dicam,

Baſil.

Chryſoſt.
Paſch. Rhat.

5\. *Chriſtus quare iuueni denegauit ire ad patrem ſepeliendum, Matthæo verò conceſſit, vt ſua prouideret in domum rediens.*

Idem.

dicam, talis indiſcretio, tamen ex parte ſuperioris ſemper ſumma adhibenda eſt in recipiendo, & admittendo diſcretio.

Conuiuium ergo Chriſto Matthæus parauit, ſanè in ſignum beneuolentiæ, ac gratitudinis, & vt Rupert. ait, in oſtenſionem lætitiæ ex vocatione, *quam hilariter vocanti ſe præſentauerit*, ait, *ſiue*

Rupert.

6. *Matthæus cur Chriſtum inuitauit.*

amabiliter pulſanti ianuas corporis ſui aperuit hilaree, de foris ſatis indicat, quia fecit ei conuiuium magnum in domo ſua. equidem mos erat, tum apud Gentiles, tum apud ipſos Hebræos poſt partam victoriam conuiuiate hilariter, ſic affirmat Ioſephus, Melchiſedec, Abrahamo poſt partam victoriam inſtruxiſſe, conuiuium, *miniſtrauit Melchiſedec Abrahamo & exercitui eius xenium, & magnam rerum opportunitatem.* vide *Iudic.* 16. 1. *Reg.* 18. 2. *Par.* 20. non aliter Matthæus Chriſto: at hoc, vt bene

Rhatbert. Rhatbert. poſtquam ſe primum Chriſto dediſſet, *tunc parauit conuiuium, cum per fidem eum in animo ad dilectionem ſuſcepit*, ex quo. rectè infert quòd *ſic conuiuium rectè quiſque Domino parat, qui ſe prius, tum ſua Domino impendit.* cùm certum ſit non noſtra, ſed nos Chriſtum quærere: at in tali conuiuio non ſolus Chriſtus aderat, *ſed turba multa publicanorum, & aliorum qui cum illo erant diſcumbentes*, vt ait Luc. attracti ad Chriſti ſequelam exemplo Matthæi, vt vult Ianſen. ad quod

Ianſen.

conuiuium, ſicut & ad ſimilia libenter accedebat Dominus, & vbi ſimiles aderant conuiuæ, vt ſpirituales illis epulas propinaret, vnde Hieron. *Ibat*, inquit, *Dominus ad conuiuium peccatorum, vt occaſionem haberet docendi, & ſpirituales inuitatoribus ſuis præberet cibos.* & Theoph. *non ſolùm Matthæum lucratus eſt Dominus, ſed etiam alios publicanos, cum quibus conuiuatur, lucrari volebat, nam propterea*

Hieron.

Chryſol. *conuiua illorum fuit, vt ipſos attraheret.* & Chryſolog. ſerm. 30. *venit ad conuiuium vita, vt faceret ſecum conuiuere morituros, decubuit indulgentia, vt peccatores leuaret ad veniam.* ſed omnium meliùs Chry-

Chryſoſt. ſoſt. homil. 31. *concurrerunt ad Matthæum*, ait, *quaſi ad conſortem artificis multi publicani, quos ille lætitia*

7. *Chriſtus cur ad conuiuia accedebat.*

non parua propter acceſſum Chriſti inuitauit, Domino ita diſponente, qui omne genus curationis exhibuit, nec diſputando ſolum, aut ægrotos curando, aut inimicos arguendo, verùm etiam comedendo, atque bibendo, multos à vitijs ad virtutem reduxit. cuius rationem ſubdens ſequitur, *vt nos doctiores his omnibus efficeret, non enim tempus eſt, neque opus, ex quo non poſſimus vtilitatem ſubducere.* nil meliùs, totus Chriſtus ad ſalutem omnea eius actiones ad proximi vtilitatem, non ad conuiuia accedebat, vt epularetur,

8. *Chriſtus omnia omnibus ſe faciebat, vt omnes lucrifaceret.*

ſed vt proximum lucraretur, omnia omnibus factus, vt omnes lucrifaceret; vnde quia manſuetudine vtens, & frugalitate aſpiciebat ex illa homines lucraturus, frugalitate vtens comedendo, & bibendo cum illis ad virtutem reducebat, non aſperis ſolùm, ſed ſæpe mediis vtens lenibus, formam omnibus Dei ſeruis lucro animarum deditis præbens, qualiter ſe infirmitati humanæ adaptare debeant, qualiter & peccatorum conditioni, ad eorum ſaluandas animas, omnia omnibus ſe facientes, & ſimul qua intentione cum illis aliquando rigorem relaxare debeant diſciplinæ, non equidem propter ſe, ſed propter illos, vt eos lucrentur, non vt delitiis ſe dent; attamen edico opus ſanè difficile in praxi, & valde periculoſum magis in Chriſto admirandum quam imitandum, cùm niſi homo heroicæ ſit virtutis de facili ex moderata indulgentia ad immoderatam deuenire poteſt relaxationem.

Quæritur, an talibus in conuiuiom aduocatis, Chriſtus ſanitatem animæ indulſerit? affirmat Chryſoſt. *vbi ſuprà.* Hieron. Matthæus, Beda apertiſſimè. *Non dubitandum*, ait, *quin publicani, & peccatores eſſe deſiderant, qui cum Ieſu, & diſcipulis eius diſcumbebant.* Cuius rationem ſubiungens ait, *nam ſi in peccatis perſeuerare decernerent, ei qui ſine peccato eſt, conueſci non auderent.* Vnde ob hoc à Matthæo aduocatos eſſe affirmat, *nam qui Apoſtolus, & Doctor gentium erat futurus in prima ſui conuerſione peccantium, poſt ſe gregem traxit ad ſalutem.*

9. *Qui cum Chriſto conueſcebātur in Matthæi conuiuio ob illo conuerſi.* Chryſoſt. Hieron. Maldon. Beda.

magna certè, & maxima hæc Apoſtoli ſanctiſſimi laus, dum ſic in inſtanti ad tantam perfectionem ſubiecit, vt & alios multos ad Chriſtum aduocare dignus ſit factus, quod equidem nulli Apoſtolorum conceſſum, ſaltem in tanta ſimul multitudine, vnde egregiè Paſchaſ. Rhatbert. ſic ait, *Felix tantus Euangeliſta, qui ſua duntaxat conuerſione gregem meruit publicanorum ad Chriſtum trahere, hinc in omni hoc opere ſuo curam gerit omnino de peccatoribus, ſuis exemplis, ſua doctrina, ſuo prædicationis officio, curam eorum gerens qui nefandis criminibus tenebantur.* Felix equidem ob hoc, & feliciſſimus ob tale conuiuium, cùm ob illud præcipuè meruit, vt aliud ſibi ſpirituale Chriſtus appararet, quod ipſe omnibus gentibus inſtrueret, Euangelium nempe. quod expendens Rupertus ait, *introiuit Ieſus in domum eius, & cœnauit ipſe primus cum illo corporale conuiuium, & deinde Matthæus cum eo cœnauit cœnam ſpiritualem, hoc denique præſens Scriptura probat, ſcriptura Euangelica, quia re vera cùm Domino cœnauit, qui hanc primam noui Teſtamenti ſcripturam, tanquam verè ſaturatus eructauit*, vt videas ex gratitudine quantum homo lucretur cum Deo, & ſimul ipſam Chriſti gratiæ profuſionem, dum ſic affluenter ſua ſpiritualia huic ſanctiſſimo profudit, quia ipſe parua ſua illi addit corporalia.

10. *Quanta meruit Matthæus ex hoc conuiuio.*

Rupert.

Sed faceſſit, cur Chriſtus tale conuiuium accepit, cùm præſumi poſſit ex malè partis? multis reſpondet Salmer. tum quia non omnia erant malè parta, tum quia Chriſtus tanquam ſupremus Dominus ea accipere poterat, tum quia animarum lucro ſtudenti ob bonum conuerſionis eius, quæ ad victum faciunt ab illa accipere poteſt, tum denique & vera eſt ratio, quia erant debita incerta, quæ Chriſto, & eius pauperibus debentur, quod ſi conſideres, & ſimul fructum à Matthæo exceptum ex tali conuiuio licèt ex male partis, nullum efficacius reperies argumentum, peccatoribus eleemoſynam perſuadendi, nam ſi de malè talis colligitur fructus, quid de bene partis, vnde

11. *Chri[illegible] cur Matthæi conuiuium admiſit.* [illegible] Salmeron.

Chryſoſt. *hom.* 31. aſſignans rationem, quare Chriſtus tale conuiuium excepit, ait, *& quamuis quæ tunc appoſita erant iniuſtè, atque rapaciter fuerunt acquiſita, non repulit tamen ea Dominus, ſed aſſumpſit ex illis, magnum enim lucrum oriebatur*; quid maius? quàm ex publicano Apoſtolum facere Euangeliſtam, Eccleſiæ quæ ſuæ principem, licèt, vti diximus, illicò ex malè partis apparatum; quid ergo faciet, quando ex licitis, quando ex proprijs ſuis.

Chryſoſt.

Et venientes Phariſæi dicebant diſcipulis eius: Quare cum publicanis & peccatoribus manducat Magiſter veſter. NV. 11.

Senſus litteralis, & moralis.

1. *Quid publicani, quid peccatores.* Salmer.

QVare cum publicanis, &c. Publicani erant, qui publica exigebant vectigalia, *vt inde lucrarentur*, ait Salmer. *& publica damna priuatam facerent*

rent vtilitatem; peccatores autem erant amici, & publicanorum ſerui, eiſdem tamen obnoxij affe- ctibus; quare autem publicani apud Iudæos malè ſentirent, diſputant Doctores, apud Iudæos dixi.

2. *Cur apud Iudæos malè ſentirent.*

nam apud Gentiles, & præcipuè apud Romanos in pretio erant, teſte Cicer. in oratione pro Plancio, *flos*, inquit, *equitum Romanorum ornamentum ciuitatis, firmamentum Reipublicæ, publicanorum ordine continetur.* cur ergo apud Iudæos non ſic, immo totum oppoſitum, non ſatis apud authores conſtat.

Euthym.

Euthym. ſentit publicanos non fuiſſe re vera iniuſtos, ſed calumniam à Iudæis paſſos, non placet, quia ſuprà *cap. 5.* dixit Chriſtus, *nonne hoc & publicani faciunt*, & infra *cap. 18. ſit tibi ſicut Ethnicus, & publicanus.* Baron. *in ann pag.* 120. exiſtimat ob id quia tributa exigebant Romanorum, à quibus ipſi tanquam Abrahæ genus liberos eſſe præſumebant, maléque ſentiebant, vt homines eiuſdem nationis, ac profeſſionis contra ipſos ſtantes Romanis auxiliarentur. non eſt improbanda ratio, ex qua fit quòd iuſtè etiam malè illi audiunt, qui vt ſuam lucrentur vtilitatem, quodlibet conducunt tributum, & ſi durum, & ſi importabile, cum damno fratrum, cum damno proximorum; væ eis, & quale apud Deum iudicium ſubibunt, dum non ſolum apud homines, ſed apud Deum, malè audiunt, vt diximus, quod de iſtis, & conſimilibus etiam malè Chriſtus audiebat.

At licèt hæc ratio non ſit improbabilis, quam

Ianſen. Hieron.

etiam affirmat Ianſen. *cap. 13. concord.* tamen vera eſt Hieronym. eos malè audiſſe apud Iudæos, quatenus talia officia vix ſine peccato adminiſtrari

3. *Publicani cur peccatores dicebantur.*

poſſint. *Publicani*, ait, *habebantur ab omnibus tanquam peccatores, quia talia officia vix ſine peccato fieri poſſunt.* Vbi notandum ly *vix poſſunt* Saræ fieri ſine peccato, vnde Lucas *num.* 13 ad Ioannem iſti accedentes, ac dicentes, *Magiſter quid faciemus?* non illis iuſſit munus deſerere, ſed *nil amplius quàm conſtitutum eſt vobis faciatis.* ex quo oritur difficultas ſine peccato talia officia miniſtrandi. nam cùm qui ea conducunt, non alium habent finem, niſi vt ex illis diuites fiant, & magna percipiant fœnera, difficile erit, ne dicam impoſſibile, vt in ordine ſe continentes, non plus exigant, quàm quod ſibi conſtitutum, quod magis experientia patet, quàm probatione indiget, hinc quia ferè ſemper tale exercitium cum peccato, ideo & peccatores exiſtimabantur, & vt tales à Iudæis habebantur, immo quod maius, & ab ipſo Domino, cum quibus tamen Dominus conueſcebatur, de qua re malè audiebant Phariſæi, & non ſolùm iſti, ſed, vt affirmat Marc. & Luc. etiam & Scribæ. *murmurabant*, ait Luc. *Phariſæi & Scribæ eorum, dicentes ad diſcipulos eius: Quare cum publicanis, & peccatoribus manducatis, & bibitis.*

Placet Ianſen. adnotatio, ſine ponderatio ſem-

4. *Phariſæi & Scribæ cur ſemper contra Chriſtum.* Ianſen.

per contra Chriſtum ſteriſſe non aliam gentem, quàm Phariſæorum, & Scribarum, dum primi de religione gloriabantur, & ſecundi de ſcientia Scripturarum. nam ſi res, vt erat digna, æſtimanda foret, potius iſti pro Chriſto ſtare debebant, cùm

5. *Doctrina, & ſcientia ſine charitate magnum malum.*

nulla vita ſanctior, nulla doctrina maior, cui dubio luculenter reſpondens ſic ait, *ſed hæc eſt natura humana ſiue iuſtitia, ſiue ſcientia, quæ charitate, & humilitate deſtituta eſt, vt cùm ſit imperfecta, & tamen perfectam ſe iudicet, omnia, quæ à ſuo inſtituto ſunt aliena, quantumuis perfecta, & bona, præ ſe contemnet, & condemnet, omnia in peiorem partem rapiens, & leuia quæque grauiter exaggerans.* nil melius, Phariſæi iuſtos, & ſanctos ſe reputantes ex faſtu, ex ſuperbia, ex rumore a talibus ſe abſtinebant, Scribæ quia in Scripturis inueniebant Pſalm. 100. *Superbo oculo, & inſatiabili corde cum hoc non edebam*, & Prou. 23. *ne comedas cum homine inuido, & ne deſideres cibos eius*, & Eccl. 9. *viri iuſti ſint tibi conuiuæ.* Superbè 6.

ſentientes, omnes indifferenter accipientes, ſine exceptione de omnibus iudicabant, hinc & in cœlum poſuerunt etiam os ſuum, cùm etſi, ordinariè loquendo, peccatorum, ac malorum conuerſatio ſit euitanda, tamen hoc non militat cum valentibus, & in virtute firmatis, qui eos conuertere poſſunt, vt rectiſſimè affirmat Abulenſ. *q.* 50. tradens rationes, quare Chriſtus ad conuiuium Matthæi acceſſerit, & quando non licet cum peccatoribus conuerſari. nam, vt ipſe bene ait, tunc non licet, *quando ex conuerſatione gignitur opinio mala de viro iuſto, ſcilicet quòd particeps in operibus malis eorum.* at quando vita iuſti talis eſt, ſic ſancta, ſic pura, ſic indemnis, vt potiùs credatur, quòd ipſe ad ſe reducat peccatores, quàm iſti ipſum ad ſua mala, tunc non ſolùm licet, ſed ex charitate aliquando tenemur, ne deſperati peccatores videntes ſe à iuſtis omnino deſeri in præcipitium ſe dent, ac profundum malorum, refugiantque pœnitentiam, vnde, vt bene ipſemet authur, ob hanc præcipuè cauſam Chriſtus conuiuium excepit, & peccatores admiſit, *vt daret de ſe ipſo fiduciam peccatoribus, qui vellent conuerti nam ſi Chriſtus iuxta excellentiam ſuam contemneret peccatores, ſequeſtrando ſe ab eis, diffiderent ad eum accedere propter magnam differentiam vitæ, putantes ſe deſpiciendos.* quod totum non conſiderantes iſti, ex 7.

Cum peccatoribus, qui ſecurè degere poſſunt, qui verò minimè.

Abulenſ.

faſtu, ex inuidia, ex liuore, ex ſuperbia ſtatim Chriſtum eiuſque diſcipulos condemnarunt, in qua re, vt bene adnotat Raban. dupliciter peccabant, primò, *quia & ſe iuſtos arbitrabantur, cum à iuſtitia longè abeſſent*, & ſecundò, *quia eos criminabantur iniuſtos, qui reſipiſcendo à peccatis iuſtitiæ appropinquabant.* digna aduertentia, ſiue admonitio, ne alios iudicemus, etiamſi peccatores appareant; quid enim impoſſibile, vt iuſtum iudices, peccatorem æſtimans.

Phariſæi iſti murmurantes dupliciter peccabant. Raban.

Enimverò *Luc. 7. num. 39.* Phariſæus ille ſuperbus, qui Dominum inuitauerat, iſtis adſimilis, quia Magdalenam ad pedes Domini vidit, protinus diiudicans ait, *hic ſi eſſet Propheta, ſciret vtique quæ, & qualis eſt mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix eſt.* O bene! vnde peccatrix eſt? inepte fuit, ſed iam non eſt, quia oculorum lacrymis animæ iam experta eſt crimina, vnde ſi prius peccatrix, nunc ſancta; & tu falsò iudicans ex ſuperbia, vt iſti, peccatricem dicis iam ſanctam, & iuſtificatam. nam, vt bene Gregor. *hom. 31. in Euangelia*, hunc perſtringens locum, *cùm per pœnitentiam ſe percutit peccator, iam peccator non eſt.* Vnde qui talea iudicant, pharisaicum potius, quàm Chriſtianum induunt iudicium, quod totum ex ſuperbia prouenit, & ex faſtu, quo nos ſanctos iudicamus, vix virtute intinctis, vt ait idem Sanctus, Sacerdotes adſimiles iſti Phariſæo faciens, peccatores diiudicantes, vnde ait, *ſic equidem ſacerdotali officio præditi, ſi quid fortaſſe iuſtè exterius, vel tenuiter egerint, protinus ſubiectos deſpiciunt, & peccatores quoſque in plebe poſitos dedignantur.* qui pulchrè ſequens moralem de hac re doctrinam, tradens omnibus equidem votis excipiendam, & præcipuè Prædicatoribus, ac ſuperioribus ſic ait, *neceſſe eſt autem, vt cùm peccatores quoſque conſpicimus, noſmetipſos prius in eorum calamitate*

8. *Peccatores nō temere iudicandi.*

Gregor.

9. *Magdalena non temerè à Phariſæo iudicata*

10. *Vnde prouenit præpoſterum de fratre iudicium.*

11. *Quomodo peccatores corrigẽdi ex-cellens ſancti Gregorij ſententia.* *calamitate deſleamus, quia fortaſſe ſimilibus aut lapſi ſumus, aut labi poſſumus, oportet autẽ, vt ſollicitè diſcernamus, quia diſtrictionem debemus vitijs, compaſſionem naturæ, ſic enim feriendus eſt peccator, nutriẽdus eſt proximus* Quid pulchrius dici potuit? & magis ad vtilitatem noſtrá? ex quibus rationem habes, cur tam celeriter, tam ſine metu in aliorum præiudicium, ſententiam ferimus ad inſtar horum; ſanè quia nos non aſpicientes, nec præteritorum, in quibus fuimus aliquando, recordamur, & quod peius eſt, quaſi ac ſi in gratia confirmati, in illis labi non poſſe præſumimus. hinc tota noſtra ruina, hinc infelicìſſimi caſus, hinc omnis perfectionis demolitio; ſed ad rem.

12. *Phariſæi ex inuidia hoc dicebant. & ex quo conuincitur.* Non ergo zelo iuſtitiæ, ac charitatis, ſed liuoris & inuidiæ hoc dicebant. patet, quia ſi ex zelo charitatis, & Chriſti bonitatis, ad ipſum accedere potius debebant, non ad diſcipulos, ſecretò admonere, rationes excipere, & poſteà de re iudicare: at quia ex liuore, & inuidia, quia laudes Chriſti exceperant ex paralytico ſanato, ex deſiderio diſcipulos ab illo auertendi, ad illos, non ad illum accurrunt, dicentes: *Quare cum peccatoribus? Vide autem*, ait Euthym. *quòd quando diſcipuli peccare videntur, præceptori aduerſus illos dicunt, Ecce diſcipuli tui faciunt, quod non licet facere Sabbatis; quando verò præceptor, vt nunc, apud diſcipulos illum calumniantur, doloſè agentes, vt eorum diſcipulorum à præceptore ſeparent.* Proprium inuidorum officium, ac liuidorum, qui non ex charitate, ſed ex maleuolentia de aliorum actionibus diiudicant, non ad illos accurrere, ſed ad alios, non vt illos corrigant, ſed vt diffament zelum, prætexentes iuſtitiæ, ac ſanctitatis, vti iſti, qui ex inuidia nominis, ac Chriſti famæ diſrupti, ſub prætextu legis, ac ſanctitatis Chriſto ſuggillantes, vt apud diſcipulos malè ſentiret, dicunt, *quare cum publicanis*, &c. at quid Magiſter diuinus, ac Sanctus.

Euthym.

NVM. 12. At Ieſus audiens ait: Non eſt opus valentibus medicus, ſed malè habentibus.

NVM. 13. Euntes diſcite: Quid eſt, miſericordiam volo, & non ſacrificium, non enim veni vocare iuſtos, ſed peccatores.

Senſus litteralis, & moralis.

AT *Ieſus audiens eos.* Siue per ſe, ſiue per diſcipulos, pro ſe ſtans, ac pro veritate; quærit Abulenſ. *quæſt.* 68. quare Chriſtus reſpondit, & non permiſit diſcipulis reſpondere, cùm Phariſæi cum iſtis, & non cum illo loquebantur, & multas afferens rationes ſecta eſt, quæ mihi magis arridet, quia ſi diſcipuli reſponderent, *fortè blandè illud facerent*, ob reuerentiam Phariſæorum, ſiue metum: at Chriſtus ait, *volebat, quòd ſicut mordaciter arguerant, iuſtè tamen reſponderetur eis, vnde ſicut paruulo remiſit eos ad Scripturas.* Egregium documentum, quomodo ſcilicet aliquando veritas propugnanda. tribus ergo firmiſſimis rationibus reſpondet Dominus, vt rectè obſeruat Caietan. *Prima* ſumpta ex officio Medici, ſe ipſum implicitè Medicum faciens, *non eſt opus valentibus. Secunda*, ex diuina voluntate præferente opus miſericordiæ ſacrificio, ſumpta authoritate ex Oſeæ 6. *miſericordiam volo, & non ſacrificium. Tertia* ex ipſius officio, quod erat vocare peccatores, non iuſtos. Sed ad ſingula.

Abulenſ.

1. *Tribus rationibus Phariſæos confutat.*

Non eſt opus valentibus medicus. Quid? nunquid Phariſæi valentes, & ſani? non equidem in re, ſed ex ſua æſtimatione, hinc ſe valentes exiſtimabant, cæteros verò infirmos, *duplici errore tenebantur*, ait Raban. *quia & ſe iuſtos arbitrabantur qui ſuperbia faſtu longè à iuſtitia diſceſſerant, & eos criminabantur iniuſtos, qui reſipiſcendo à peccatis iuſtitiam appropinquabant.* loquitur ergo Chriſtus ſecundùm eorum ſenſum, & ſecundùm quod ipſi ſe ipſos æſtimabant; valentibus ergo non eſt opus Medicus, ſicut & nec illis, qui ſe valere æſtimant, quod notandum. nam ſic infructuoſus eſt Medicus iſtis, quomodo illis; vnde Salmer. *Valentes vocat eos, qui in oculis ſuis ſani ſunt, & valere ſe æſtimant.* Ex quo illud adducitur documentum, ſiue, vt meliùs dicam, axioma, Chriſtum non eſſe eorum Medicum, nec ad curandos eos accedere, qui etſi infirmi, tamen ex ſuperbia ſanos ſe eſſe iudicant; ex quo quantum ſit malum ſuperba ſui æſtimatio, apertè educitur, quámve ferè deſperata ſit cura eorum, qui ſanos ſe reputant, nullaque indigere medici opera, iſti enim ſic Deo exoſi ſunt, vt à ſe eos eliminans euomit Apocal. 3. num. 16. *quia tepidus es, incipiam te euomere ab ore meo.* Vnde iſti talis tepiditas, ſic Deo ingrata, vt illum dicat, quod euomet? Sanè, mea ſententia, quia ſe ſanum putabat, ſe diuitem, cùm eſſet pauperrimus, vnde ſequens ait, *quia dicis quòd diues ſum, & locupletatus, & nullius egeo, & neſcis quia tu es miſer, & miſerabilis, & pauper, & cæcus.* quem locum perſtringens Gregor. 34. *mor. cap.* 23. affirmat, quòd tales pauperes ſunt, quia diuitias virtutum non habent, cæci, quia nec paupertatem, quam patiuntur, vident, nudi, quia primam ſtolam perdiderunt, *ſed quod peius, quia nec ſe eam perdidiſſe cognoſcunt.* hinc, quia ſe diuites putant, remiſsè operantur, tepidè incedentes, prius in peccatis labuntur, quàm peccatores ſe cognoſcant, quo ſenſu ibidem explicat Sanctus illa verba Iob de diabolo, ſcilicet *quod faciem eius præcedet egeſtas, ac ſi apertè diceretur*, ait Sanctus, *quia cùm inſidians tentat, prius quam videatur, expoliat.* Egregiè, de ſe præſumentes, ac de ſanitate glorìantes, cùm ſint infirmi, immo infirmiſſimi, à ſuperbia obcæcati, prius gratia omnino priuati, & expoliati inueniuntur à diabolo, quàm ipſum diabolum videant, ex qua doctrina vnde cæcitas aliquorum ſpiritualium eueniat intelliges, ſic obcæcati, vt malorum præcipitium non videant, vt occaſiones ruinæ non percipiant, vt tandem malum bonum dicant, & bonum malum, ſanè, quia ex ſuperbia, & propria æſtimatione dum ſanos ſe reputant obcæcati, diabolum eos expoliantes, non vident; vti iſti Phariſæi, qui ſanos ſe reputabant, dum infirmiſſimi exiſtebant, à diabolo omni virtute expoliati, nec tamen ipſum videntes; talibus ergo non eſſe opus Medicus affirmat, quia oleum, & opus cum eis perdet, ſe ipſum medicum ex hoc implicitè vocans.

Raban.

2. *Phariſæi ægroti, quia ſe valere æſtimant.*

Salmeron.

3. *Superba de ſe æſtimatio quantum Deo exoſa.*

4. *Euomuntur à Deo ſuperbi.*

5. *Tepiditas ſpiritus vnde.*

6. *Cæcitas aliquando vnde ſpiritualibus euenit.*

Hæc ergo eſt prima Chriſti ratio, vt diximus, qua eos confutat ex officio, nempe quod exercebat, medici; at qualis Medicus? quis explicat? Sanè nouo medicandi genere, infirmitates ſcilicet ſuſtinendo, & in ſe recipiendo; *ſe ipſum medicum dicit*, ait Anſelm. *qui miro medicandi genere, propter iniquitates noſtras vulneratus eſt, vt vulnus peccatorum noſtrorum ſanaret*; hinc grauiſſimè perſenſit quando ægrotamur quacumque infirmitate, ſiue corporali, ſiue ſpirituali, & ad alios neſcio quos accurrimus, & non ad ipſum, hinc contra Ochoziam indignatus eſt, 4. *Reg.* 1. *num.* 4. qui infirmatus miſit ad Deum Accaron de ſua infirmitate eum poſtulans.

7. *Chriſtus diuinus Medicus nouo curat modo.*

Anſelm.

lans, cui Elias, *Nunquid non eſt Deus in Iſrael vt eatis ad conſulendum Beelzebuth Deum Accaron? quam ob rem hæc dicit Dominus de lectulo, ſuper quem aſcendiſti, non deſcendes, ſed morte morieris.* Similiter, & contra Aſa 2. Par. 16. num. 12. *qui infirmatus dolore pedum vehementiſſimo non quæſiuit Dominum, ſed magis in medicorum arte confiſus eſt*, hinc miſerabiliter obiit, quòd ſi rationem huius tanti ſenſus quæras, tibi reſpondeam, quia medicus, vt affirmat
Plin. Plinius *de naturali hiſtoria, lib.* 29. princeps eſt vitæ, ac mortis, *vt quiſque*, ait, *inter medicos loquendo pollet, illico imperator vitæ, ac necis eſt.* ac per conſe-
9. *Medici imperatores vitæ, & mortis ab antiquitate adorati.* quens timore omni, ac amore dignus, immo & adoratione, vt ſic dicam, ob quod, vt refert Tiraquell. *cap.* 31. *n.* 33. antiquitus pro Dijs habebantur medicinæ authores, ac proinde ipſi quoque medici; quid ergo mirum ſi tantùm Deus hoc perſen-
10. *Medicinæ authores vt Dij habiti.* tiat, vt exiſtente ipſo vero medico, ad alios accurramus, ipſos pro Deo facientes, & ab illo honorem, ac timorem debitum auferentes; quòd autem honorem, ſiue debitum cultum illi auferamus ad alios ob noſtrarum infirmitatum ſubleuamen accurrentes, hoc manifeſto probo argumento. nam ſicut qui infirmitate corporali laborat, & non ad Deum accurrit, ſed totus ſe medicis dat, Deum deſerit; ſic etiam ſimiliter qui & alijs tribulationibus ad Deum non accurrit, ſed ad humana confugit auxilia: quod autem infirmitate laborans medicis obtemperans Deum deſerat, apertè conijcitur, quia, vt rectiſſimè Ambroſius, vt habetur *in c. contraria, de conſecrat. diſt.* 5. præcepta medicinæ con-
11. *Medicinæ præcepta contraria ſunt conditioni diuinæ.* traria ſunt diuinæ conditioni. Audi eius notabilem ſententiam. *Contraria*, ait, *diuinæ conditioni præcepta medicinæ ſunt, quæ a ieiunio reuocant, lucubrare non ſinunt, ab omni intentione meditationis abducunt, ita qui ſe medicis dederit, ſe ipſum ſibi abnegat.* hoc vltimum
12. *Non homines, qui ſe totaliter medicis dant.* pondero, ſe ipſum, ait Sanctus, ſibi abnegat, qui ſe medicis dat, quid hoc, ſanè, ni fallor, hominem eſſe deſit, belluæ potius vitam agens, non Chriſtianus, ſed Gentilis, non ieiunans, non vigilans, non orans, applica hoc ad alios tribulationibus laborantes, & non ad Deum accurrentes, & rationem aſpicies, euidentem, rerum mundi prætenſores. Dic mihi, quid Chriſtiani habentes litigiis laborantes, & ad humanos fauores accurrentes, nunquid eis tempus ad orandum, & bonis vacandam operibus? nil minus, ſed pro Deo ipſum iudicem, ipſum habentes aduocatum, pro iſtis, ſi opus, Deum deſerunt; quid ergo mirum ſi talibus laborantibus infirmitatibus miſerrimè viuant, dum ad Deum veriſſimum medicum non accurrunt, & quod Deus ſic duriter illud perſentiat.

13. *Ad Chriſtum medicum quare accurrendum duæ præcipuè rationes.* Ad Chriſtum ergo accurrendum verum medicum, cuius rei præcipuas rationes ſi expoſcas, duæ, meo ſenſu, inter cæteras ſe erigunt.

Prima facilitas ipſa curandi, ac eius ſuauitas, quid faciliùs, quàm viſu curare, ſine medicinis, ſine exuſtionibus, ſine inſuauibus medicamentis; quomodo Matthæum curauit fortiter, ac mirabiliter languentem? Sanè viſu ſolùm, *vidit* ſanè
14. *Chriſti cura quàm ſuauis.* verbo ſolo, *vocauit, ſequere me*, quomodo Petrum curauit in profundum labens negationis, Luc. 22. n. 61. ſanè viſu, *& conuerſus Dominus reſpexit Petrum*; quæ ergo ſtultitia ad hunc medicum non accurrere. *Num.* 21. *num.* 6. ob peccatum acediæ miſit Dominus in populum ignitos ſerpentes, quorum morſibus infirmantes, occidebantur; quid ergo ad Moyſem accurrunt pro medicina rogantes, vt eam à Deo expoſtularet, *ora, vt tollat à nobis ſerpentes*, At Deus qualem illis prorſus indiguis præſtitit? nunquid amaram? nunquid felle miſtam, nunquid inciſionem, aut aduſtionem præferentem; nil minus, ſed vt leuantes oculos medicum aſpicerent, ex ſolò viſu ſalutem auſpicantes, *fac ſerpentem æneum, & pone eum pro ſigno, qui percuſſus aſpexerit eum viuet.* Quid facilius, ſiue quid ſuauius? at quid aliud quærimus, quomodo nunc hos ſanauit peccatores? Sanè non increpando, non diſceptando, ſed cum eis conuiuando, vt ſuprà ex Chryſoſt. dicebamus *verſ.* 10. *num.* 6. qualis ergo veſania non ad illum accurrere.

Secunda ratio, & meo ſenſu efficaciſſima eſt, 15. *Quàm patiës, & longanimus.*
benigna ſufferentia, ac patientia, qua ægrotus ſuſtinet, tempus operiens opportunum medicationis, conniuens, vt ſic dicam, & indulgens eorum infirmitatibus; quid amabilius? *ad Roman.* 2. *num.* 4. peccatores reprehendens Paulus nullo alio fortiori argumento illos perſtringit, quàm ex repulſione dulciſſimæ medicinæ, qua eos Deus ad ſe traducere, & medicare intendebat, vnde ait, *An diuitias bonitatis eius & patientiæ, & longanimitatis contemnis, ignoras quod benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit*, vocat Deus peccatores ad pœnitentiam, vt infrà dicemus. nam Marc. non ſimpliciter, vt hîc Matthæus ait, *veni vocare peccatores*, ſed addit, *ad pœnitentiam*, vt ex illa ſani fiant, & quo medio hoc facit, & quo medio vtitur ad eos ſanandos vt pœnitentiam arripiant? Sanè, ait Pau- 16.
lus, bonitate, patientia & longanimitate, non ipſos impellens, ſed manſuetè, & ſenſim illis, vt ſic dicam, conniuens, illos promouens, ducens, attrahens, ſic curat, ſic medetur, & quod amplius; non quoſlibet ægrótos, ſed deſperatos; non quoſlibet ſcilicet peccatores, ſed magnos, ſed deploratos, quod excellenter dixit Chryſoſt. epiſt. *Chriſtus curat peccatores magnos, eis conniuens.*
5. ad Theodorum lapſum, *Quemadmodum*, ait, Chryſoſt.
optimi medici, difficili diuturnoque morbo decumbentes varijs medicinis ad ſanitatem reſtituunt, non ſemper vtentes arte, interim enim non nihil cupientibus diuerſa obſecundant. Egregiè quidem, non ſemper ſitientibus aquam auferunt arte medicinæ vſores, ſed aliquando indulgentes eam concedunt, non ſemper damnoſa quæque ne comedat infirmus, eripiunt, ſed aliquando ei nonnihil concedunt; *ſic Deus*, ſequitur Sanctus, *vehementer corruptos non impellit magna vi ad virtutem, ſed manſuetè, & ſenſim promouet, plerumque portat, ne immanior ſciſſura fiat, aut error productior.* Egregiè quidem, & experientia 17.
teſte, magis quàm ratione probatur, quod equidem patet, ſi quæ Apoſtolis ſanctiſſimis ſuſtinuit, *Vt ſanctiſſimum Apoſtolum Thomam curauit.*
expendes, nunc ſuauiter eos admonendo, quando de primatu certabant, nunc ad alia inuitans, quando de primis ſedibus curabant, nunc eorum fidem ſuauiter augens, quando increduli, quod totum conſidera in vno Thoma poſt eius reſurrectionem, *Ioan.* 20. *num.* 25. qualis amplior diminuta inueniri potuit fides, quam ſanctiſſimi huius Apoſtoli decem viris tam perfectis & teſtibus ocularis, non credens *aliye groſſior exiſtens*, vt ait Chryſoſtom. homil. 86. in Ioann. Idem.
eam, quæ eſt per ſenſum groſſiſſimum quærebat fidem, & neque oculis credebat, vnde non ſufficit dicere, niſi videro, ſed addit, & miſero. At quomodo hunc curauit? Sanè patientia, ſanè conniuentia, ipſe groſſiſſimus in fide non ſolum viſum poſtulauit ad credendum, ſed tactum; quid groſſius, & qualis amplius infirmus, ſtomachoſus, vt ſic dicam; quid ergo ſuauiſſimus medicus infirmo conniuens, & viſum præbuit, & tactum, deinde dicit Thomæ, *Infer digitum tuum huc,*

& vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum. Quam ſuauis, quam dulcis cura ægroto præſtanda, quod inſipide appetit. Audi ſaluiem, reſpondit Thomas, *Dominus meus, & Deus meus*; quid dicis Thoma, hominem tangis, & Deum confiteris, hominem vides, & Deum proclamas, prius nec quòd reſurrexit credebas, ac per hoc eum hominem negabas, & nunc non ſolùm hominem, ſed Deum facis, vnde ſic citò conualuiſti? Sanè amice ex clementia Saluatoris, ex conniuentia medici, *tanta enim Domini clementia*

Tolet.

confuſum fuiſſe, ait Tolet. *magnamque ac profundam humilitatem concepiſſe certum eſt* cùm non ſolùm viderit poſtulatis, etſi indignis Dominum conniuiſſe, ſed & quod propter ſe iterum

Chryſoſt.

apparuiſſe, quod egregie conſiderauit Chryſoſt. *vbi ſuprà*, ſic dicens, *Conſidera dominatoris clementiam, qualiter pro vna anima oſtendit ſe ipſum vulnera habentem, & accidit, vt ſaluet vnum.* En qualis medicus Chriſtus noſter, infelices ſunt, qui ad eum non accurrunt, aut qui ſe ſanos eſſe æſtimant, vt iſti Phariſæi.

19\.

Peccatores aliquando benignißimè tractandi.

At quale ex hoc documentum? Sanè vt Chriſtum imitantes ſic peccatorum animas tractemus, vt non ſemper rigoroſè cum illis, ſed benignè, ac placidè nos habeamus, prudenter eorum infirmitatibus conniuentes, omnia omnibus facti, vt omnes lucremur. De ſanctiſſimo illo ſene Iſaac *Geneſ. 25. num. 28.* dicitur, quòd *amabat Eſau*, at Rebecca, *diligebat Iacob.* Si expendis qualis Eſau, qualis Iacob, inuenies Eſau virum gnarum venandi, & hominem agricolam, vnde Scriptura, *factus eſt Eſau vir gnarus venandi, & homo agricola*, per quæ exercitia Cain illi comparant ſicut Iacob, qui ſimplex dicitur, hoc eſt perfectus Abel.

Rupert.

Sic Rupert. *Ecce, ait, ſtudijs horum tanta diuerſitas, quanta Abel, & Cain ſtudijs fuere. nam Iacob æquè vt Abel ſimplex, & paſtor ouium: Eſau autem ſicut Cain homo agricola, & quod ſequentia declarabunt, licèt non actu voluntate, tamen fuit fratricida, dixit enim: Venient dies luctus patris mei, vt occidam Iacob fratrem meum.* cùm ergo hoc ſit quod Eſau ma-

20\.

Iſaa diligebat ira Iacob Eſau, vt bonum eum conſtitueret.

lus, Iacob perfectus, & bonus, cur præ Iacob Eſau Iſaac ſanctiſſimus diligebat? Chryſoſt. ex Scriptura, *quia de venatione eius veſcebatur.* ex quo optimè Cyrillus. *vt hinc diſcamus viros illos, quamuis pios, homines fuiſſe, & Iacob non ex parentum charitate, ſed propoſito ſuo bonum fuiſſe.* Neſcio quid ex his vltimis verbis Cyrill. in fauorem dilectionis Iſaac

Cyrill.

ſubodoror. nam ſi non ex parentum charitate Iacob bonus, ſed ex ſuo propoſito, ſubintelligitur ad bonum filium efficiendum, multum charitatem condocere paternam, quòd [illegible] ſit, non inſolens erit dicere inter cæteras cauſas plures dilectionis, quod ſanctus Iſaac erga eum oſtendebat, non ſolum fuiſſe, quia primogenitus, neque quia de eius venatione veſcebatur, ſed quia ferus homo, & peccator, vt amore, charitate eum deſpiciens, bonum efficeret. nam, vt benè R[upert.] *licèt libenter*, ait, *de venationibus eius veſceretur, non ob id ſequitur quod moribus eius delectaretur.* hinc quia hoc cernebat infirmitati eius conniuens, libenter de venatione comedebat, ac libentiſſimè de ea cum illo loquebatur, immo & ob hoc potius ipſum, quàm fratrem benedicere intendebat, vt Philo Epiſc. affirmat in catena Græca, *in deteriorem*, ait, *filium deflectit pater benedictionem, non quia meliori proferret, ſed prouidens alterum ſemper ſua virtute felicem fore, alterum ſuis moribus prolabentem in peius benedictionis pedamento indigere.* Fac tu ſimiliter cum peccatoribus, quantumuis perditiſſimis, & eos lucraberis; ſed progredior.

Euntes diſcite quid eſt: Sicut paruulos remiſit eos ad Scripturas. ait Abulenſ. *quæſt. 68.* ſicut ſæpe aliàs fecit, vt obſeruat Maldonat. hæc eſt ſecunda ratio, qua eos confutat; Scribæ ſuperbi de ſcientia Scripturarum gloriabantur, ſicut & Phariſæi de ſanctitate, vtroſque cófundit, Phariſæos ex dictis ſuprà, ironicè eos appellans valentes, ſicut ironià, vt videbimus, iuſtos, nunc Scribas ad Scripturas eos remittens tanquam ignorantes eam, *de Propheta ſumens teſtimonium*, ait Hieron. *ſuggillat Scribas, & Phariſæos, qui ſe iuſtos æſtimantes, peccatorum, & publicanorum conſortia declinabant.* placet Salmer. qui ponderans illud, *diſcite*, ait eos remiſiſſe non ad verba Scripturæ, ſed ad ſenſum. nam aliàs ſæpe illam legerunt, ſed ſuperficie tenus, & ad faſtum; ite ergo, ait, diſcite, hoc eſt, *intelligite eam.*

Maldon.

Abulenſ.

21\.

Chriſtus cur Scribas ad Scripturam remittit.

Hieron.

Salmer.

Miſericordiam volo, & non ſacrificium. Sumpſit Dominus hoc teſtimonium ex *c. 6. num. 6.* in qua ſe aduertendum Dominum non reprobare ſacrificium, ſed miſericordiæ illud poſtponere, quod vt pateat, ſciendum, quòd cùm Hebræi comparatiuo careant per negationem quando rem aliquam exprimere volunt plus altera expetendam affirmare, vt rectè aduertit Maldonat. quod proprium eſt idioma Hebrææ linguæ; probat autem illud Mald. ex multis Scripturæ locis, vt Ioan. 7. n. 16. *Doctrina mea non eſt mea*, id eſt, non tam mea, quam Patris, ab eo enim ego illam accepi, cap. 10. num. 20. *non enim vos eſtis, qui loquimini, ſed ſpiritus Patris veſtri*, hoc eſt, non tam vos, quàm ille, & ad Roman. 9. num. 16. *non volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei.* hoc eſt, non tam currentis hominis, ex qua doctrina ſequitur illud, quod dicebamus, non omnino Deum nolle ſacrificia ſed miſericordiam ſacrificio præferre, vnde ſenſus, miſericordiam volo amplius, quàm ſacrificium, quomodo legit hunc locum Auguſt. *lib. 20. contra Fauſtum, cap. 16. & lib. 2. de conſenſu Euang. c. 27.* & Ambroſ. *lib. de pœnitent. cap. 2.*

22\.

Scripturæ idioma notabile.

Auguſt.

Ambroſ.

At dices, quomodo miſericordia re vera præſtat ſacrificio. nam actus ſacrificij, vt à religione, & interna deuotione imperatus melior eſt, & nobilior actu miſericordiæ, quia illa Deum reſpicit, miſericordia autem hominem, & ſacrificare eſt actus religionis, & latriæ; miſereri autem eſt virtutis tantùm moralis, religio autem præſtat omnibus virtutibus moralibus, vt ait ſanctus Doctor 2. 2. *quæſt.* 1. *art.* 6. ergo.

S. Thom.

Ad huius rei veram intelligentiam,

Primò ſupponendum, vt rectè adnotat Salmer. non eſſe hic ſermonem de Euchariſtia, nec comparationem talis ſacrificij cum miſericordia ad illum pertinere. nam Euchariſtia per ſe Deo placet, & ratione mediatè offerentis, hoc eſt, Eccleſiæ, licèt immediatè offerens, hoc eſt, Sacerdos ſit malus, vnde ſermo eſt de ſacrificiis antiquis, quæ, niſi opus operantis accederet, nil valebant, obtulit Abel, & tale ſacrificium Deo gratum extitit, obtulit Cain, & Deo ingratum.

Salmeron.

23\.

Miſericordia quomodo & quando ſacrificio dicitur præſtare.

Secundò ſupponendum duobus modis miſericordiam & ſacrificium poſſe comparari, *primò* abſolutè, & vt ſic, & hoc modo certú eſt, ſacrificium plus eſſe, quàm miſericordiam, vt argumenta facta probant; *ſecundò* autem non abſolutè, & vt ſic, ſed cum aliquibus circumſtantiis, ſeu acceptionibus, & tunc multis modis miſericordia poteſt ſacrificio præferri, *primò* ſi miſericordia referatur ad cultum Dei, & imperetur à religione, tunc

ſacrificio

ſacrificio præfertur, quatenus tunc ſunt duo actus, vnus elicitus à miſericordia, alius à virtute religionis. *Secundò* quando miſericordia imperatur à charitate, tunc potius eſt, quàm ſacrificium, quia charitas potior eſt virtus, quàm religio. *Tertiò*, ratione alicuius circunſtantiæ, vt, v.g. neceſſitatis, melior poteſt eſſe opus miſericordiæ, quàm ſacrificij, vt infrà *cap.* 16. *n.* 6. Chriſtus reprehendit Phariſæos, ſuadentes melius eſſe Deo ſacrificium offerre, quàm neceſſitatibus parentum
Auguſt. ſubuenire, & Auguſt. ad Poſſidonium damnat parentes bona ſua monaſterio relinquentes, filios habentes egentes. *Quartò* tandem miſericordia præſtat ſacrificio externo, quando offertur ſine interno, hoc eſt, ſine deuotione, ac ſine debitis circunſtantiis. nam tale ſacrificium non ſolum non præſtat operi miſericordiæ, ſed potius Deo eſt abominabile, vt patet ex *Oſeæ cap.* 1. *n.* 11 *Hierem.* 7. *num.* 22. *Pſalm.* 90. *num.* 18. *&* 19. 1. *Reg.* 15. *n.* 22. hoc ergo ſic ſtatuto,

Duobus modis poteſt hæc Saluatoris ſententia accipi.

Primò pro ſacrificio tantùm externo, non interno, & hoc modo aperte conuincuntur iſti peſſimi murmuratores, totam ſuam iuſtitiam ponentes in iſtis exterioribus, nullam curam de interioribus agentes. hinc notabant conuerſationem Chriſti cum peccatoribus, à quibus ipſi ſe abſtinebant, pro nihilo autem facientes poſtea eadem peccata perpetrare, & cum peccatoribus in eorum peccatis communicare, vnde ſenſus, quid murmuratis contra me cum peccatoribus communicantem, quaſi vos faciens iuſtiores, cùm re vera non ſitis niſi hypocritæ externam tantùm ſanctitatem præferentes, non internam; non enim legiſtis, miſericordiam volo, hoc eſt, ſacrificium internum deuotionis, & non ſacrificium, hoc eſt, externum tantùm ſine deuotione interna, quo modo, vt rectè ait ſanctus Doctor, non ſolùm præfert, ſed refutat ſacrificium tale, quale illi offe-
Gloſſ. rebant. Vide Gloſſ. *Non deſpicit*, ait, *Deus ſacrificium, ſed ſacrificium ſine miſericordia, faciebant autem Iudæi ſæpe ſacrificia in templo, vt iuſti apparerent coram populo, ſed non exercebant miſericordiæ opera, in quibus probatur vera iuſtitia.*

Secundo modo poteſt accipi miſericordia cum circunſtantiis, vt ſuprà dicebamus, & proprior eſt acceptio. nam licet opus bonum eſt Deo ſacrificium offerre, tamen ob conuerſionem peccatorum, & ad illorum animas lucrandas, & vt neceſſitati proximorum ſubueniatur, melius eſt opus miſericordiæ, ex qua intelligentia fit, vt directè illis Chriſtus reprehendens, illos confutet, dum ſe opus melius ſacrificio exercere demonſtrat cum peccatoribus, ob infinitam ſuam miſericordiam conuerſando ad eorum animas lucrandas,
Raban. vnde Raban. *Admonet eos*, ait *vt per opera miſericordiæ ſibimetipſis ſupernæ miſericordiæ præmia requirant, & non contemptis pauperum neceſſitatibus per oblationem ſacrificiorum ſe Deo placere confidant.*
S. Thom. & hoc modo, vt ait ſanctus Doctor, non om-
24. nino reprobat ſacrificium, ſed miſericordiæ ſa-
Miſericordia eſt ſacrificiũ Deo acceptiſſimum.
crificium præfert ſacrificio hoſtiarum. nam vt rectè Sanctus, *ſacrificium eſt agnus item miſericordia, talibus enim hoſtijs promeretur Deus.* Ex quibus ſequitur, vt rectè Maldonat. per ſacrificium, quia externus erat cultus, omnis cultus externus, per miſericordiam autem omnia charitatis opera intelligi.

Ex dictis duo, & excellentiſſima quoad mores

elicere poteſt documenta, ex prima namque acce- 25.
ptione, quomodo Deo non quælibet grata ſunt
Deo non quælibet opera placent niſi ſint perfecta, immo de imperfectis conqueritur.
opera, niſi perfecta, & debitis circunſtantiis vallata. nam alias potius ad querimoniam noſtri opera illum ducunt imperfecta, quàm ad guſtum, quàm ad beneplacitum, ſicut de vinea illa conqueritur, apud Iſai. cap. 5. n. 2. *de qua*, inquit, *expectauit, vt faceret vuas, fecit autem labruſcas*. Quid labruſca? quidam affirmant eſſe vitem ſiluestrem,
quam Plin. *lib.* 16. *cap.* 27. vocat *vitem inſanam*, qua- Plin.
tenus tribus vicibus per annum in flores prorum- 26.
pit, ſed nunquam in fructus matureſcunt, ſic pro
Labruſca q id apud Iſaiam.
fectò aliquorum ſunt opera, pulchra externè, at nullam obtinent ſubſtantiam. Alij autem per labruſcas non vitem, ſed ipſos intelligunt fructus, vnde L X X. vertunt *ſpinas*, Aquila, *vuas peſſimas,*
& putres. nam, vt affirmat Varro, aliquæ erant vi- Varro.
tes, quæ putridos ſemper dabant fructus, *ſunt*, ait, *quædam vites, quæ fructum recèns productum putrefaciunt priùs quàm racemi connutriantur, & matureſcant.* Quo modo labruſca intellecta mirificè facit ad opera denotanda tepidorum Chriſtianorum, ſanè producunt fructus, recitant, orant, ſacrum audiunt, pœnitentiam agunt, ieiunant, ſacramenta accipiunt; at quid? vix incipiunt, ac antequam hi fructus, ſiue hæc opera in racemos connutriantur, & conualeſcant prius quàm opus finiatur, immo in principio, diſtractionibus, tepiditatibus, ac frigiditate ea computreſcunt vnde Symmach. vertit, *imperfectas vuas.* Quid, nunquid tale ſacrificium Deo acceptabile? quid, nunquid hi fructus eius menſa digni? an
potiùs igne exuſtionis. O res formidabilis, ſed 27.
vera, quia opera noſtra bona, quæ per annorum
Relligioſi, ac homines tepidi quàm parum in die iudicij ex operibus ſuis imperfectis lucrabuntur.
curricula fecimus, non ſic procedunt, vt par eſt, non illis circunſtantiis vallata, quibus indiget, eueniet vt in die illo tremendo, putantes nos vuas obtuliſſe maturas, inueniemus fuiſſe labruſcas, hoc eſt, vuas peſſimas, imperfectas, agreſtes, ac proinde nos inueniemus, non præmio, ſed pœna dignos.

Immo & alterum ex hoe malum conſequemur, & ſane peſſimum, operibus bonis denudari, & noſtrum præmium, alteri Deum dare, multis equidem Deus Epiſcopum Epheſinum laudauit *Apocal.* 2. *à num.* 1. ſcilicet ex operibus, ex labore, ex patientia, tandem ex diligenti ſcrutinio malorum quos ſummopere perquirens, & ſummo ſuo periculo, & labore probans, tandem mendaces eos declarauit, ab Eccleſia eiciens, triticum à palea ſeparans, omnia mira, & grandia, tamen eum hoc ait num. 4. *Sed habeo aduerſum te, quòd charitatem tuam primam reliquiſti.* Quid
hoc? Richard. de ſancto Victor. non ablatio- Richard.
nem charitatis, ſiue Dei, ſiue proximi intelligit, ſed diminutionem. *Non dixit*, ait *abſolutè quòd charitatem reliquiſti, ſed diſtraxit, dicens quòd charitatem primam, ex quo poſſimus intelligere, quod in bono quidem fuerit minoratus, ſed non omnino bono euacuatus*, ac proinde ſequitur idem, *in gratia accepta minus ſecurè vixerat, & quædam negligenter egerat.* opera equidem bona in ſubſtantia ſicut priùs, ſed non perfecta, quaſi dicas, non vuas, ſed labruſcas. At quid ex hoc ei comminans ait, *Memor eſto vnde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac, ſin autem, veniam tibi citò, & mouebo candelabrum tuum de loco ſuo.* pendo ly citò, non abſolutè dixit *veniam*, ſed citò; cur hoc? *vt ex feſtinatione aduentus*, ait Richard. *maiorem timorem incuteret negligenti.*

Aa 2 quæ

28\. *Religioſorum vita cur aliquando deuoretur.*

quæ ſi ad praxim reducere velis, attende dum vides ſic maturè, ſiue immaturè aliquos in religione occumbere, vix enim pubeſcunt, vix matureſcunt, & quando fructus ſperamus, euaneſcunt, vide, dico, ne hæc in cauſa ſit negligens vita, oſcitantia in operibus, & Deo non vuas, ſed labruſcas offerre; ſed pergo, *& mouebo*, ait, *candelabrum tuum*; quid hoc? Richard. virtutes, & præmium promiſſum, *auferam*, ait, *tibi dona, & virtutes, quas adhuc habes, & præmium tibi promiſſum alteri dabo.* quid terribilius? qualis pœna maior excogitari poteſt

Richard.

29\. *Operum tepidorum terribilis pœna.*

operum imperfectorum, expoliari bonorum omnium, & non ſolùm expoliari, ſed videri alterum veſtiri, & præmium promiſſum ſibi, ex illis boni alteri tribui; qualis erit tunc hic dolor, & qualis nunc miſeria talium, vt quia ſua culpa ex talento, quod receperunt, non lucrantur, ſed otiosè, & oſcitanter in ſudario habeant, videant quod illo ipſos priuant, & alteri dant, quod ſæpe & videmus, & experientia probatum ſit, viros ſpirituales, qui prius vt aquilæ volabant; poſtea, vt talpas terram ſcalpere, & qui delectabantur in croceis, amplexari ſtercora, vnde tantum malum, quia charitatem priſtinam dereliquerunt, & opera, ſiue ſacrificia, non perfecta, ſed imperfectiſſima obtulerunt, quæ non vult, immo Deus deſpicit.

Secundum documentum eſt, quantum valeat

30\. *Miſericordia quantum valeat apud Deum.*

apud Deum miſericordia in pauperes, & egenos, vt eam ſuis præferat ſacrificiis, neque equidem mirum, nam ipſa virtus eſt diuina, ac Dei propria, vnde qui pauperis miſeretur, fit ei in Deum, ſic Nazianz *orat. de cura pauperum*, *Eſto*, inquit,

31\. *Eſt virtus diuina.*

calamitoſi Deus, & per illam, Deum ipſum fœneramur, vt Cyprian. ait de oratione Domini. *quando*, ait, *quis miſeretur pauperi, Deum fœnerat, & qui dat*

Cyprian.

32\. *Per illam Deum fœneramur.*

minimis, Deo donat, ſpiritualiter Deo ſuauitatis odorem ſacrificat. Ex quo fit miſericordiam ipſa noſtra fame eſſe proponendam, vt ſi eſurimus, & pauper

33\. *Miſericordia heroica quæ, & qualis eius fructus.*

accedit, non prius comedamus, quàm pauperi ſubueniamus, & prior ſit pauperis refectio, quàm noſtra; hoc enim excellens eſt miſericordia, ex qua meremur vt non ſolùm in cœlis, ſed etiam hic in terris bonis repleamur, omnibus noſtris neceſſitatibus ſuccurrente Deo.

Enimverò 3. *Reg.* 17. *num.* 11. panem petenti Elias à Sareptitana, mulier reſpondit, non ſupereſſe illi niſi pugillum farinæ, cui Elias, *noli timere, vade, & fac ſicut dixiſti; veruntamen mihi primum fac de ipſa farinula ſubcinericium panem paruulum, & affer ad me, tibi autem & filio tuo facies poſtea.* pendo ly *primum*, quid? Sane peribat mulier cum filio, ſic enim illa ad virum Dei, *Viuit Dominus Deus tuus, quia non habeo panem, niſi quantum pugillus capere poteſt farinæ in hydria, & paulum olei in lecytho; en colligo duo ligna vt ingrediar, & faciam illum mihi, & filio meo vt comedamus & moriamur.* ergo fame peribat ipſa & filius, &

34\. *Elias cur petyt à vidua primum vt faceret ſibi panem.*

non amplius in bonis habebat, quàm farinæ pugillum, tantum ſibi, & filio ſufficientem, & tamen Elias panem petit illa conditione, vt primum ſibi, poſtea ei, & filio; vnde hoc? nunquid crudelis Elias, vt quidam rectè petit? nil minos; cur ergo illud poſtulauit? Sane, mea ſententia, quia ſciebat miſericordiam cum paupere præferendam eſſe propriæ neceſſitati, vt potius quis eligat ſe fame perimi, quàm pauperem, & quod prius ſibi deficiat, quàm illi, optimè callens huius heroicæ miſericordiæ fructum, abundantiam ſcilicet donorum, hinc ſequens ſanctus Propheta ait, *hæc autem dicit Dominus Deus Iſrael, Hydria farinæ non deficiet, neque lecythus olei, vſque ad diem, qua Dominus daturus eſt pluuiam ſuper terram.* quod cum feciſſet mulier, ait Scriptura, *quod comedit ipſe, & illa, & domus eius. & ex illo die hydria farinæ non defecit, & lecythus olei non eſt imminutus.* 35.

Vidua Eliæ cur ſic abundanter Dominus prouidit.

Pendo non ſolùm hydriam farinæ non defeciſſe, ſed nec lecythum olei; quid, nunquid oleum neceſſarium ad vitam ſuſtentandam, ſic vt ſine illo non poſſit quis viuere? nil minus, ſed potius ad luxum, & lautitiam vt altera illa vidua Eliſeo dixit 4. Reg. 4. num. 20. *non habeo niſi parum olei, quo vngar.* Si ergo oleum ad lautitiam, & ad vitam ſuſtentandam, quid ſuperfluum, non multiplicetur, ſed tantum farinæ quæ neceſſaria, nil minus amice, fructus miſericordiæ non eſt iuxta penſum, & præcipue talis miſericordiæ, in infinitum vltra ſe extendit, vnde ſi neceſſaria das, dabit tibi Deus non ſolùm neceſſaria, ſed ſuperflua, ſed abundantia, vti mulieri iſti, quia etſi fame peribat, tamen Dei ſeruo obediens, in fide ſtabilis potius elegit ſuam prodere, & filij vitam, quam Prophetæ deficere, quod expendens Cyprianus *vbi ſupra*, eleganter ait, *eſurientibus liberis, alter prius paſcitur, neque in penuria, & fame cibus vnquam miſericordiam cogitatur.* Sanè perquam egregiè, ſtabat mulier in penuria, & fame, & tamen prius de miſericordia cogitauit, quam de cibo, hinc vt iſtam exerceret prodiga, tam ſuæ, quam filij vitæ, ſumme oblita, prius de miſericordia cogitauit, quam de cibo ſibi præparando; quid ergo mirum, ſi non ſolùm neceſſaria, ſed ſuperflua ei Deus abundantiſſime effudit; ſed de hac re vide Chryſoſt. *hom. 1. de Elia*, & Ambroſ. *lib. 1. de Abraham & vidua.*

Cyprian.

Chryſoſt. *Ambroſ.*

Non enim veni vocare iuſtos, ſed peccatores Luc. addit, *ad pœnitentiam.* quod etiam, vt affirmat Caietan. in antiquis Græcis codicibus inueniebatur apud Matthæum; hæc eſt *tertia* ratio, qua Phariſæos Chriſtus conuincit ex proprio officio, prædicationis ſcilicet, vt affirmat Caiet. qui bene aduertit, non ſolùm Chriſti officium eſſe medici, ſed etiam annuntiantis Dei verbum, & peccatores ad pœnitentiam aduocantis.

At difficultas eſt de ſenſu horum verborum. nam cùm nullus iuſtus fuerit ex ſe, niſi per Chriſti gratiam, aut venturi, aut poſtquam venit, etiamſi ipſam ſanctiſſimam intelligas virginem, ſine peccato conceptam. nam ſi præſeruata, tamen ex Chriſti meritis, quod cùm ſit, quid eſt, aut quomodo intelligi debet hæc Chriſti ſententia, in qua explicanda diuerſimode loquuntur Doctores, ac eam interpretantur. breuiter referam ſingula, vltimò addam, quæ mihi magis arridet. 36.

Quomodo hæc Chriſti ſententia intelligatur.

Greg. Niſſ. vt apud Abulenſ. *q. 63.* per *iuſtos* intelligit Angelos, intelligentia re vera loco huic impropria, licèt reuerenter ſuſpicienda, propter authoritatem Niſſeni, multis eam improbat Abulenſ. vide apud ipſum.

Niſſen.

Chryſoſt. Ambr. *cap. 5. in Luc.* Rupert. Chryſol. Hieron. Theophylact. aliique ironicè iuſtos dictos intelligunt, vnde ſenſus, non veni vocare iuſtos, id eſt, eos qui ſe putant iuſtos, falſa quadam iuſtitia, & medico ſibi opus eſſe non arbitrantur, ſed peccatores, qui ſuam agnoſcunt ægritudinem, & ſanari volunt; ſed contra hoc eſt, quia re vera etiam, & hos Dominus veniebat vocare.

Chryſoſt. *Ambroſ.* *Rupert.* *Chryſolog.* *Hieron.* *Theophyl.*

Caiet. & Theoph. æſtimant implicitè in his verbis Dominum inſinuaſſe, pro omnibus veniſſe nam cùm nullus eſſet iuſtus ex ſe, ſed omnes peccatores;

Caiet. *Theophyl.*

ergo

ergo pro omnibus venit. *Inſinuat*, inquit Caiet. *Chriſtus, nullos iuſtos, ſed omnes peccatores eſſe, ex eo enim quòd ipſe venit vocare omnes, & non venit vocare iuſtos, conſequens eſt quod nullus ſit iuſtus.* Bonus ſenſus. ex quo manifeſtè conuincuntur, nam ſi Chriſtus venit non vocare iuſtos, quia nullus eſt iuſtus, propria ſcilicet iuſtitia, conſequens eſt, vt veniret ad vocandum peccatores, ac per hoc cum eis conuerſandum.

Maldon.

Maldon. affirmat eſſe ſenſum hyperbolicum, vt quaſi Chriſtus dicat: Ego veni propter peccatores, ſic vt ſi omnes inueniſſem iuſtus præter vnum tantùm, ob hũc tantùm venitem, quo modo affirmat intelligendam eſſe parabolam illam de nonaginta nouem ouibus deſertis, quas reliquit paſtor, vt vnam quæreret perditam, aſſirmans non per nonaginta nouem Angelos eſſe intelligendos, ſed homines, eſſeque ſenſum, quòd ſi non eſſent amplius, quàm centum homines, & ex iſtis vnus ſolus peccator, reliqui iuſti, ob illum ſolum peccatorem ipſum venturum fuiſſe, & quia opinio illorum, qui reputant Chriſtum venturum, etiamſi Adam non peccaſſet, ſuam deſtruit cogitationem, affirmat illam eſſe contrariam huic loco, & Scripturæ; ſed quidquid ſit de hoc, vt bene aduertit Barradas, Chriſtus loquitur de eo quod fecit, non de eo quod facturus erat, ideo ait, veni, non veniſſem, vocare peccatores.

D Thom.
Lyra.
Abulenſ.
Ianſen.
Carthuſ.

Mea ſententia, litteralis, & vera eſt D. Thom. Lyran. Abulenſ. & Ianſen. Carthuſ. & aliorum, qui dicunt non veniſſe Chriſtum vocare iuſtos ad pœnitentiam, vnde licèt i... i ex ſua gratia, ac per iſtam iuſtificati, &, vt Ianſen. ait, etiam per ipſus venit, vt vocaret ad ſuam ſequelam, & altiorem perfectionem, & eos ſaluandos, & in iu... a confirmandos; tamen quia ex ſua grati... iam iuſti, quid enim antequam ipſe veniret, Ioſeph non erat iuſtus? Nathanaël non erat iuſtus? & ipſa virgo non erat iuſtiſſima; tamen veriſſimum eſt non veniſſe, vt vocaret hos ad pœnitentiam, hoc eſt, ad conuerſionem, & ad primam iuſtitiam, ſed veniſſe vocare ad pœnitentiam illos peccatores, qui gratia priuati illa indigerent. Ex quo fit, vt ly *peccatores*, non latè accipiendum, ſed ſub reſtrictione ad pœnitentiam. nam, vt ſic omnes actu peccatores, & gratia Dei indigent, & vocatione, ſed pœnitentiam, vnde ſanctus Doctor ſic explicat, *non veni vocare iuſtos ad pœnitentiam, ſed ad maiorem iuſtitiam.* nam, vt bene Ianſen. *non loquitur hic*, ait, *Dominus, de vocatione ad ſequelam, ſed de vocatione ad Deum, & ad pœnitentiam.* Verus, mea ſententia, & litteralis ſenſus.

D Thom.

37. At dices, quomodo Chriſtus tantum peccatores diligit, vt propter illos veniſſe ſe dicat, non propter iuſtos, cùm ſint mali, ac proinde obiectum odij, non amoris, breuiter cum Auguſt. *ſerm.* 168. *de tempore.* Chryſolog. *ſerm.* 38. Baſil. *homil.* 10. *de ira*, quia etſi peccatorem odit, naturam tamen diligit, & ſic diligit, vt ad eam ſanandam, & peccatum ab ea tollendum, & deſtruendum, potius eligit vitam ſuam prodere, quàm cum peccato naturam dilectam aſpicere, ad inſtar amantiſſimi patris, qui in filio febricitante, etſi febrem odit, filium tamen diligit, & eo impenſiùs febrem abhorret, quo filium amat, vnde ſi vis Dei infinitum amorem erga hominem aliqualiter intelligere, expende ipſius odium in peccatum, & quæ ad illud deſtruendum ipſius filius effecit, quantum Chriſtus abhorret peccatum? quis hoc dicet? plus illud abhorret, quàm ipſam ſuam diligit vitam, *Domine Deus memento mei*; orans Samſon Deo dixit *Iudic.* 16. *num.* 22. & hoc non quomodolibet, ſed cum lacrymis, vnde LXX. *& plorauit Samſon ad Dominum*, immo cum clamore, vnde Hebræi, *& clamauit Samſon.* Quis hoc audiens non putaret, reſtitutionem oculorum à Deo Samſon petiturus, vt à tantis liberaretur malis, & afflictionibus: at nil minus, ſed tantùm antiquæ reſtitutionem fortitudinis, *redde mihi nunc fortitudinem priſtinam Deus meus.*

Chriſtus cur peccatores diligit cùm ſint mali.
Auguſt.
Chryſol.
Baſil.

38. Cur cum illa non ſimul oculos? ſanè, mea ſententia, quia ſic eos abhorrebat, vt mallet eos omnes occidere, & ſe ſimul cum illis, quàm eos videre, nolens viuere ſi ſimul cum Philiſthinorum vita ſuam eſſet ducturus. hinc quia ambiens eos deſtruere, non poterat niſi ſeipſum occidendo, maluit mori vt eos deſtrueret, quàm viuere ipſis viuentibus. Ad rem Caiet. *& quia*, ait, *non poterat blaſphematores nominis diuini occidere, niſi ſeipſum cum eis occidendo, ideò ſe interemit cum illis.* Applica hoc ad Dominum noſtrum, & quantum peccatum abhorreat inſpicies, dum quia aliter illud interimere non poterat, niſi ſe occidendo, & vitam exponendo, vt in decretis ſtabat diuinis, maluit mori, quam peccatum in peccatore non deſtruere, hunc diligens, peccatum abhorrens, & quantum illum diligat, ex hoc ſecundo elicere potes.

Samſon cur reſtitutionem oculorum non petijt, ſed fortitudinis.

39. Enimuero 1. *Machab.* 6. *n.* 45. quantum erga populum quantum in inimicos fuerit Eleazarus ille, apertè conuincitur, *& vidit Eleazar*, ait Scriptura, *vnam de beſtijs loricatam loricis Regis, & viſum eſt ei, quòd in ea eſſet Rex, & dedit ſe vt liberaret populum ſuum.* At quomodo? *iuit ſub pedes Elephantis, & ſuppoſuit ſe ei, & occidit eum, & cecidit in terram ſuper ipſum, & mortuus eſt illic.* Mirum, cecidit in terram ſuper ipſum, ait; quid hoc? nunquid non poſſet Eleazarus occidere beſtiam, abſque eo quòd ſupra illum occideret; quid, nunquid hoc impoſſibile? ſane non ſolùm impoſſibile, ſed dicam facile, nam poterat ſubterfugere ruinam, aſpiciens beſtiam; cur non fecit? Dicam, quia ſic ſuos diligebat, ſic inimicos odio habebat, vt pro ſuis mori appeteret, & ne amplius inimicos videret, mori potius appetiit cum illis, pro certo reputans illa vice occidendo Regem omnes ſimul occidiſſe, ſuóſque liberaſſe, ſic propenſus ſtabat in ſuos, ſic in inimicos offenſus. Applica ad Chriſtum, & eius odium in peccatum aſpicies, dum vt cruentam hanc belluam occideret, maluit ſub illam mori, quàm cum illa viuere, cùm ad hoc venit in mundum, *vt deſtruatur corpus peccati.* Sicut ait Paulus *ad Rom.* 6. *n.* 6. & quia aliter illud deſtruere non poterat, niſi ſeipſum interimendo, vt illud deſtrueret, maluit mori, quam viuere, ſe prodens vt populum ſuum, ac alter Eleazarus liberaret, ſic eum etſi peccatorem diligit, naturam amans, eius peccatum abhorrens, hinc cum illis conueſcebatur, & cum illis manducabat.

Eleazarus cur ſe periculo mortis exponit, & à beſtia ſepulcari.

40. At quale ex hoc documentum, ne tempus teramus, ſanè vt tu ſi vis perfectus eſſe, imiteris Chriſtum in proximis, non cum peccato etiam, & naturam abhorrens, vt iſti peſſimi Phariſæi, ſed in illis peccatum abhorrens, naturam diligens, diſtinguens inter naturã, & peccatum opus difficile; attamen ſummæ perfectionis, tantæ, vt dicere audeam, in nullo ſic hominẽ ſe perfectioni Dei aſſimilari, quàm ſi perfectè in peccatore hac vtatur diſtinctione. Attende ad quæ ſum dicturus. S. Th. 1. *p. q.* 66. ex ſanctis Patribus, mundi opificiũ in duo diſtinguit, in opus *creationis*, & in opus *diſtinctionis.*

Proximus ſemper eſt diligendus etſi peccator, ſolum peccatum abhorrendum. quod perfectorum eſt.
S. Thom.

creationis, quando ex nihilo creauit cœlum, & terram; diſtinctionis, quando ex iſtis cætera formans, vnicuique ſua attribuit loca, diſtinxit opera, ſolem poſuit in cœlis, animalia in terris, aquas ab aquis diuidens, lucem à tenebris, illam diem, hanc noctem appellans: at quid ex hoc? Sanè vt ex opere creationis dicatur omnipotens, per diſtinctionem autem perfectus. hinc *Gen.2.n.1.* poſt diſtinctionem, nō autem antea, quando creauit, dicitur, *quòd perfecti ſunt cœli & omnis ornatus eorum.* ergo omnipotens Deus creando, perfectiſſimus diſtinguendo, in diſtinctione enim ſtat perfectio; vis ergo Deum imitari, fac tu ſimiliter, & perfectus eris, diſtingue in homine peccatore naturam, & peccatum, illam dilige, hoc abhorre, & ex hac diſtinctione Deum imitando eris perfectus, ex hoc etiam Chriſtus perfectiſſimus, & ad inſtar Patris in hominis reparatione omnipotens, & perfectus. nam in reparatione eſt opus, in quo ſe omnipotentem oſtendit quando abſolutè omnes diligens omnium miſeretur, hinc Sap.11.n.4. *miſereris omnium, quia omnia potes*, & Eccl. *Deus, qui parcendo maximè & miſerendo, oſtendis potentiam tuam.* At eſt perfectiſſimus quando inter naturam, & peccatum diſtinguens, hoc abhorret, illam diligit. fac tu ſimiliter, & perfectus eris.

41. *Deus quando in mundi creatione eſt dictus perfectus.*

42. *Chriſtus in reparatione hominis omnipotens & perfectus.*

Enimverò *Gen.15.n.10.* in ſacrificio Abraham animalia diuiſit per medium, *& vtraſque partes*, ait Scriptura, *altrinſecus contra ſe poſuit.* poſt quæ, *apparuit*, ſequitur Scriptura, *clibanus fumans, & lampas ignis tranſiens inter diuiſiones illas.* Quid hoc, aut quale myſterium, vt non ſolùm appareat clibanus, ſed appareat lampas, pertranſiens diuiſiones illas, Quid hoc neceſſe vt ſimul cum clibano lampas? aut quale myſterium? Enodabitur, ſi ſemel aperiamus, quid clibanus, quid lampas; quid per clibanum? Sanè ignis conſumans, Malach.4.n.1. *Ecce*, inquit, *veniet dies Domini ſuccenſa quaſi caminus*, Pſalm.20.n.11. *Pone eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui.* Quid lampas? ignis diuini amoris, Cant. 8.n.6. *Lampades eius lampades ignis, atque flammarum aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem.* ergo clibanus ignis conſumens, vorans, deſtruens, ardens, lampas amor fouens, illuſtrans, nunc myſterium intelligo, quare non ſolùm clibanus apparuit, nec ſola lampas, & quare non diuiſim pertranſeunt, ſed iunctim, quia ſi clibanus eſurit vnam partem, lampas alteram illuſtrat, diſtinguens, & diuidens, non omnia eſuriens, nec omnia illuſtrans, in vno eodemque animali naturam diligens, peccatum abhorrens, vnam partum ſeruans; alteram eſuriens. Aſpice Chriſtum in cruce inter duos latrones, & figuram impletam aſpicies. clibanus malum vrens, lampas bonum illuminans, vnum abhorrens, alterum diligens, cùm omnes pariter eſſent homines, quia naturam diligebat, peccatum abhorrebat, hinc perfectiſſimus redemptor: fac tu ſimiliter, & eris perfectus, in peccatore dilige naturam, vt te ipſum, odium habe peccatum, & ſi in peccatis eos videas, æſtima tamen tuos, æſtima dilectos. Iſai.58.n.1. *Annuncia populo meo ſcelera eorum* quid dicis, Domine? ſceleratus eſt populus, & tamen tuum dicis? Sanè, quia etſi ſcelera abhorreo, naturam tamen diligo, quia etſi ſum clibanus, ſum etiam lampas, vnde Bern. lib. de conſideratione, *prudenter aduerte*, ait, *ſceleratos perhiberi, & populum Domini*, naturam amans, peccatum abhorrens. fac tu ſimiliter, & eris Dei imitator, eris Chriſti ſectator. nam aliàs non Chriſtianus, ſed Phariſæus, qui non tantum peccatum, quantum vt

43. *In Abrahæ ſacrificio cur clibanus, & lampas ſimul apparuerunt.*

44. *Chriſtus in cruce clibanus & lampas.*

Bernard.

perfidi ipſam abhorrebant cum peccato naturam, dum impiè ac ſceleſtiſſimè nolebant, vt cum peccatoribus Chriſtus conueſceretur, manducaret, neſcientes, vt ipſemet ait Bern. *vbi ſupr.* perſuadens ne ſceleratos, ac inimicos abhorreamus, affirmant multoties nos odio habere proximos, Deique amicos peccatores reputantes, vnde ait, *& ſi ſcelerati, & ſi iniqui, vide ne audias, quod vni ex his meis non feciſtis, nec mihi feciſtis.* hoc eſt, miſericordiam & benignitatem, dum ſimul cum peccato naturam abhorres, non ſic Chriſtus, ideo ad Scripturam Phariſæos remittens, ait, *ite, diſcite*, &c.

Idem.

Tunc acceſſerunt ad eum diſcipuli Ioannis, dicentes: Quare nos, & Phariſæi ieiunamus frequenter; diſcipuli autem tui non ieiunant. Nvm. 14.

Senſus litteralis, & moralis.

T*Vnc acceſſerunt.* Reiectis Phariſæis & conuictis, Chriſtum adeunt Ioannis diſcipuli in vinculis tunc exiſtentis, ſimul cum Phariſæis, vt amplius vera fert opinio Abulenſ. Salmer. Barradæ & aliorum, & ratio huius eſſe potuit. nam poſſibile, vt ait Barradas, & videtur colligi ex Marc. tunc in illo die quando Chriſtus cum publicanis veſcebatur Phariſæis, & Ioannis diſcipulis fuiſſe diem ieiunij, hinc ſumpta occaſione ſimul Phariſæi cum Ioannis diſcipulis, vt apertè colligitur ex Marc. 2. *& erant*, ait, *diſcipuli Ioannis, & Phariſæi ieiunantes*, ſcilicet illa die, *& veniunt, & dicunt: Quare*, &c. ergo omnes ſimul conuenerunt ad diſcipulos apud magiſtrum incuſandos, ſicut priùs Phariſæi magiſtrum apud diſcipulos incuſauerant.

Abulenſ.
Salmeron.
Barrad.

1. *Diſcipuli Ioannis cum Phariſæis Chriſtum conuenerunt.*

At vt accuſatio rectè intelligatur, quámve ſimul friuola, aduertendum cum Abulenſ. *quæſt.22.* duplicia apud illum populum fuiſſe ieiunia, neceſſitatis, & deuotionis: neceſſitatis autem duplicia erant, ſiue ex præcepto legis, ſiue ex conſuetudine introducta. De *primo* erat vnicum ieiunium, *Leuit.16.& 23.* decima die menſis ſeptimi; de *ſecundo* autem erant quatuor, ieiunium ſcilicet quarti menſis, quinti, ſeptimi, & decimi, vt patet ex *Zachar.* 8. de quorum cauſis, & quare fuerunt inſtituta, vide Abulenſ. hîc *cap.6. q.133.* deuotionis autem illa erant, quæ quiſque ſibi conſtituerat, ſicut modò, & in particulari, & in aliquibus religionibus; hoc ergo ſuppoſito, quæſtio non erat de ieiunio neceſſitatis, ſed deuotionis. & ex illa Chriſti ſcholam improperare audent, quaſi imperfectiorem ſchola Phariſæorum, & diſcipulorum Ioannis, quæ multa inſtituebant ieiunia deuotionis: ſchola autem Chriſti nulla, ex qua doctrina non ſolùm leuitas appoſitionis prodiit, ſed ignorantia. nam, vt bene ſanctus Doctor 2.2. *quæſt.*188 *art.1. & 6* perfectio religionis non ſumitur principaliter ex mediis, ſed fine; ſecundariò ex mediis, vnde quo finis altior, eo religio perfectior, & cum finis ſit Dei charitas, & proximi, media autem exercitia varia, tantùm vnaquæque religio alia erit perfectior, quantum & altiorem obtinebit finem, & aptiora media ad eum conſequendum, *ſummum autem gradum in religionibus tenent*, ait ſanctus Doctor, *quæ ordinantur ad docendum, & prædicandum.* ergo cùm ſchola Chriſti altiſſimum obtineat finem, & altiſſima media, nempe docere, & prædicare omnibus, altior erat,

2. *Ieiunia apud Hebræos duplicia, & quæ.*

Abulenſ.

3. *De quibus ieiunijs loquebantur & erat quæſtio.*

S.Thom.

4 *Religionum perfectio vnde ſumitur.*

quæ totum conatum ponebant in ieiunij pœnitentia; dixi *totum*, ne pœnitentiam ſanctiſſimam excludere videar, quæ quando non ſolùm ordinatur ad caſtigationem corporis, ſed ad Dei amorem, & proximi, vt ſcilicet ſanctè cum eis conuerſetur, vt exemplo ad pœnitentiam adducantur, vt prædicatio efficacior ſit, & amplius conuincat peccatores, vti illa ſanctiſſimi Baptiſtæ efficiebat, & ad ipſam contemplationem, & contemplata tradere aliis, verè ex illa altiſſimus inſurgit gradus perfectionis religionis, de qua nunc non loquimur, ſed de illa Phariſaica quando bene virtutis circunſtantiis inueniretur vallata: at quia tota erat hypocriſis pura, & tantùm exterior ad popularem auram aucupandam, ideo falſa, vana, & iniqua, ex quo falſiſſimè & iniquè diſcipulos apud ſapientiſſimum Magiſtrum criminabantur, vnde bene Hugo deteſtabile appellat horum ieiunium, & ſuperſtitioſum tanquam hominum hypocritarum, & cupidorum, & Hieronymus rectè ſuperbam appellat hanc interrogationem, *ſuperba*, ait, *interrogatio, & ieiunij reprehendenda inſtantia.*

5. *Pœnitentia altiſſimũ conſtituens religionis gradum qua.*

Hugo.

Hieronym.

6. *Phariſæi cur ſibi Ioannis diſcipulos adiunxerũt, & cur illi illis adhæſerunt.*

At vt Phariſæorum malitia innoteſcat, quamve diligentiſſimi contra Chriſtum ſtabant, ex quo colligere potes prudentiores eſſe filios tenebrarum filiis lucis, duo ponderanda, *primum* cur Phariſæi ſibi Ioannis diſcipulos adiunxerunt, & *ſecundum* quare diſcipuli Ioannis contra Chriſtum conuenerunt, dum quantum Ioannes eorum præceptor Chriſtum faciebat, ſcirent, quantumque Phariſæos reprehendebat, optimè callerent.

Et quoad primam quæſtionem, ad rem ſatis Ianſen. ob duo illos hæc effeciſſe, *primum* vt demonſtrarent inſtitutionem ſcholæ Chriſti cum Ioanne non conuenire, qui vel Deus apud illum populum habebatur, & *ſecundò*, quia ſi inſtitutionem Ioannis reprehendiſſet, apud populum malè Chriſtus audiſſet, *ſperabant*, ait Ianſen. *Dominum vel condemnaturum Ioannis inſtitutionem quod populo ſciebant fore ingratum, vel ſi illam approbaret, ſe ipſum manifeſtè condemnaturum.* En verſipellis humana aſtutia, putans diuinam illudere poſſe ſapientiam. Similis eſt hæc quæſtio illi, *ſi licet cenſum dare Cæſari, an non?* putabant argumentum indiſſolubile. nam ſi Ioannis inſtitutionem reiicit, odioſus ſit, ſi approbat, cur diſcipuli eius non ieiunant, nec ipſe? ergo *potator & vorator*, vt aliàs dixerunt *Luc.* 7. O patientia diuina, tantum humanam ſuſtinens aſtutiam, vt quia non vult occidere, ſed conuincere, non ſimulatos, & aſtutos peccatores perdit, vti par erat, ſed ſuauiſſimè conuincit, vt mox videbimus.

Ianſen.

7. *Ioannis diſcipuli ob inuidiam ſe cum Phariſæis coniunxerunt.*

Ad ſecundam autem quæſtionem reſpondetur communiter ab omnibus Ioannis diſcipulos ob inuidiam famæ, & nominis Chriſti ſupra famam, & Ioannis nomen ſe cum Phariſæis coniunxiſſe; quod autem diſcipuli Ioannis famam Chriſti inuiderent, patet ex Ioann. 3. num. 76. *Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu teſtimonium perhibuiſti, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum.* neque hoc humiliſſimum magiſtrum latuit, hinc vt occaſionem ſcandali ab illis eriperet, Iudæam reliquit, *ibidem cap. 4. num. 1. vt ergo cognouit Ieſus, quia audierunt Phariſæi quod Ieſus plures diſcipulos facit, & baptizat, quàm Ioannes reliquit Iudæam.* ergo ex inuidia ſe cum Phariſæis iunxerunt, grauiſſimè & multis delinquentes, quia ſe coniunxerunt, ad calumniandum Chriſti inſtitutionem, cùm tam grauiter Phariſæos ob eorum falſam ſanctitatem Ioannes eorum magiſter inculpaſſet. *Secundò*, quia zelo malo contra Chriſtum mouebantur, quem audierunt à magiſtro ſuo tantopere ſibi prælatum. *Tertiò* ob inſtantiam ſuorum ieiuniorum, vnde Hieronym. *non poterant diſcipuli Ioannis non eſſe ſub vitio, qui iungebantur Phariſæis, quos à Ioanne nouerant condemnatos, & calumniabantur eum quem ſciebant magiſtri vocibus prædicatum.* Vnde bene Salmer. *iunxit hos inuidia, quos disiunxerat diſciplina, ſicut modò inuidia in Eccleſiam iunxit Lutheranos ſacramentarijs, & Anabaptiſtis.* hæc ad hæreticos. At ad Catholicos quid? Sanè illud zelum magiſtri, quem ſequimur, ſæpe pallium eſſe inuidiæ, & contra alterum inſurgimus, quem laudatum à noſtro ſcimus magiſtro non gloriam eius quærentes, ſed noſtram, decepti, quia non ſic glorioſiorem magiſtrum nacti ſumus, nolentes ſuperioritatem alterius ſupra noſtrum recognoſcere.

8. *Quantũ peccauerunt & quàm grauiter.*

Hieron.

Salmeron.

Peſſimè ergo murmurabant iſti, de ſuis ieiuniis præſumentes. nam, vt bene Rabanus defendens Dominum ſic luculenter ait, *Ioannes vinum, & ſiceram non bibit, quia abſtinentia meritum auget, cui nulla eſt potentia naturæ, Dominus autem, qui peccata poteſt condonare, cur à peccatoribus declinaret, quos abſtinentibus poterat facere iuſtiores;* pulchrè ieiunet Ioannes, qui nihil poteſt in naturam, hoc eſt, qui non habet poteſtatem naturalem contra peccatum, ſicut Chriſtus, vti exponit Abulenſ. hîc *quæſt.* 75. ieiunent eius diſcipuli. nam illis non poteſt ſuccurrere Ioannes in ſuis tentationibus, nec illos iuſtificare, niſi ipſi ieiunent: at Dominus, qui ſupra naturam, qui naturaliter poteſt deſtruere peccatum, nec ipſe, neque eius diſcipuli neceſſariò indigent ieiunio, quia abſtinentibus iuſtiores poteſt ipſe facere ſuos manducantes, ex qua doctrina ad mores habes, non plus ex ſola pœnitẽtia aliquos ſe facere debere, neque ſpernere, qui ſic crudam illam agere nequeunt, ſe eis præferendo, nam qui author eſt naturæ, comedentes abſtinentibus poteſt facere iuſtiores.

Raban.

9. *Chriſtus cur non indigebat ieiunio, neque eius diſcipuli, cur eo indigebat Ioannes ac eius diſcipuli.*

Abulenſ.

Sed quæro, quare Chriſtus non ſic acriter nunc reprehendit Phariſæos, ac antea? Multas Abulenſ. dat rationes *quæſt.* 73. ſed inter illas duæ ſunt quæ mihi placent, *prima* quam affert ex Chryſoſtom. quia Phariſæi publicanos momorderant, qui imperfecti: at nunc diſcipulos, qui perfecti. hinc ne illi excitarentur, & conturbarentur, acrius pro illis inſurgit, quàm pro diſcipulis, vnde Chryſoſtom. *quando pro extraneis, ſicut pro publicanis ſermo erat, vt eorum turbatam mitiget animam, vehementius exprobrantes incuſauit; vbi autem diſcipulos conuitiabantur, cum manſuetudine reſpondit.* Formam præbens ſuperioribus, quomodo pro infirmis fratribus ſtare debeant, contra conuitiantes, quomodo pro perfectis, acrius pro illis cauſam ſumentes, quàm pro iſtis. *Secunda* ratio eſt ipſiuſmet Abulenſ. nam ait acrius pro publicanis Chriſtum ſtetiſſe, quia iſti propter Chriſtum paſſi fuerant, *nam ex eo, quòd inuitauerant eum, aut aſſiſtebant ei, & honorabant ipſum in conuiuio, habuerunt Phariſæi occaſionem loquendi contra eos. ergo acriùs debuit eos Chriſtus defendere, quod ſuis durè increpare Phariſæos.* Optima adnotatio, ex qua deducitur, quàm ſecura eſt cauſa illorum, qui pro Chriſto patiuntur, quamque ſine cura de ipſis viuere poſſunt, nil pro ſe reſpondentes, ſed in ſilentio, & ſpe Domini auxilium præſtolantes, certiſſimè, eo quo ipſi tacebunt, Dominus

10. *Cur non ſic acriter nunc reprehendit Phariſæos, ac antea fecit.*

Chryſoſt.

11. *Quàm acriter pro his qui pro ipſo patiuntur, reſpondet.*

prò ipſis reſpondet, acriter ac durè contra perſecutores ſtans, eos obiurgans, ac puniens: at nunc, quia non erat conuitium, ſed tantùm expoſtulatio contra diſcipulos, non de malo, ſed de perfectione vitæ, ideo non ſic duriter, ſed leniter reſpondens ait,

---

Nvm. 15. Nunquid poſſunt filij ſponſi lugere, quamdiu cum illis eſt ſponſus? Venient autem dies cùm auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt

Nvm. 16. Nemo autem immittit commiſſuram panni rudis in veſtimentum vetus; tollit enim plenitudinem eius à veſtimento, & peior ſciſſura fit.

Nvm. 17. Neque mittunt vinum nouum in vtres veteres, alioquin rumpuntur vtres, & vinum effunditur, & vtres pereunt. Sed vinum nouum in vtres nouos mittunt, & ambo conſeruantur.

Senſus litteralis, & moralis.

1. *Quàm admirabilis ſit hæc Chriſti reſponſio.*

NVnquid poſſunt filij ſponſi.* Enim verò, ſi omnibus Chriſti verbis, ſententiis ac reſponſionibus Phariſaicis quæſtionibus exhibitis debetur admiratio, huic dicam, quòd ſumma, ſic talibus hæc diuina reſponſio eſt omnibus prudentiæ vallata circunſtantiis, vt prorſus indicibiles dictu illæ inueniantur, vnde rectè Ianſen. mirè, ait, *in hoc parabolico ſermone relucet Chriſti in dicendo ſuauitas, & ferendis calumniis manſuetudo, dum tam hilariter, & vrbanè calumniatoribus reſpondet.*

Notanda ergo in primis eſt affabilitas, ac ſumma prudentia dum ſic reſpondet, ac quæſtionem ſoluit, vt Ioannis authoritati nil deroget, ſic ſuam indulgentiam defendit cum diſcipulis, vt ieiunia Ioannis non improbet. O diuinus modus omnibus præponendus magiſtris, & præcipuè in his ſic calamitoſis temporibus, quando noſtra ſtatuere non putamus, niſi aliena ſuffodiamus. Ad imitationem ergo Domini noſtri ſtatuamus noſtra, non improperemus aliena, defendamus placita ſine alterius authoritatis præiudicio. nam

Cyrill.

etiam, vt alibi diximus ex S. Cyrill. *in Ioann. lib. 5.*

2. *Chriſtus ſe defendendo nunquam alterius derogauit authoritati.*

cap. 37. licèt Dominus noſter firmiter authoritatem ſuam ſupra Moyſis authoritatem ſtatueret, tamen nunquam Moyſis authoritati derogauit, *quia*, vt ait Sanctus, *ſolebat Chriſtus ſanctorum virorum gloriam non deprimere, ſed etiam confirmare.*

3. *Quàm modeſtè & occultè Ioannis diſcipulos reprehenderit.*

Secundo notanda eſt ſumma prudentia ſe ſponſum vocando, benignè, affabiliter, ac ſimul acutiſſimè, implicitè diſcipulos Ioannis admonens, quàm indebitè pro Phariſæis ſtarent, & ex illorum parte ſe conſtituentes, contra ipſum loquebantur, in memoriam eis reducens Ioannis verba ſponſum eum vocantis, dum de ipſo loquens eis dixit, *Qui habet ſponſam ſponſus eſt*, dum ſe amicum talis ſponſi vocauerat; *amicus autem ſponſi, qui ſtat, & audit eum, gaudio gaudet propter vocem ſponſi*, Ioann. 3. num. 29. qualis adminiſtratio ſuauior inueniri potuit? non exprobrans illis, non in faciem apertè, ſic vt omnes intelligere poſſent doctrinam ſui magiſtri opponens; ſed ne eos rubore ſuffundat, placidè, ac modeſtè ſe ſponſum nominans, implicitè in memoriam eis reuocat doctrinam ſui magiſtri, ſic tu reprehendas viros graues, & in religione antiquos, ſi ſuperiores ſic aliquando te defendas, & fructum tuæ conſequaris reprehenſionis.

4. *Eius modeſtia in reddendo rationem, quare eius diſcipuli non ieiunabant.*

Tertio obſeruandum, quanta modeſtia dat rationem, quare ipſi vt diſcipuli Ioannis ieiunare deberent, non autem Apoſtoli. nam ipſi non filij ſponſi, & thalami nuptialis, ſed filij ſeruorum, nempe Ioannis auſteram, & triſtem vitam degentis, & Moyſis oneroſam legem ſuis imponentis, quod equidem totum clariſſimè ipſe poterat dicere, eos redarguendo, & pudore afficiendo, noluit tamen, ſed nil illis derogando tantum ſuos filios nominauit, nil illis improperans, vnde ait:

Nunquid poſſunt filij ſponſi. Duplici ratione ſatisfacit propoſitæ quæſtioni, quarum *prior* deſumpta eſt à ſua perſona, & à circunſtantia temporis; *ſecunda* ab imperfectione diſcipulorum, vt mox videbimus; *prima* enim eſt, *nunquid filij*

5. *Diſcipuli cur filij ſponſi dicantur.*

ſponſi, &c. Marc. cap. 2. *filij nuptiarum*, qui autem iſti ſint, manifeſtum ipſos eſſe diſcipulos. At cur filij nuptiarum dicantur, Ambroſ. *lib. 5. in Luc.* Hieron. Beda, ideo filios vocari reputant, quia ab eo ſpiritualiter vocati ſunt, *ſponſus Chriſtus eſt*, ait Hieron. *ſponſa autem Eccleſia, de hoc ſpirituali connubio Apoſtoli ſunt creati, qui lugere non poſſunt, quandiu ſponſum in thalamo vident, & ſciunt eſſe cum ſponſo.* Bonus ſenſus, at amplius litteralis eſt ille Ianſen. à quo Maldonat. per filios ſponſi intelligi illos, qui familiares ſponſi, qui eius interſunt nuptiis, qui variis lætitiæ argumentis eum lætantur, & eius celebrant nuptias. nam, vt

Ambroſ. Hieron. Beda. Ianſen. Maldon.

6. *Phraſi Hebræa filij dicuntur, qui quoquo modo ad aliquam rem pertinent.*

obſeruat Ianſen. Hebraica phraſi filius cuiuſque rei dicitur, quod aliqua ratione ad illam attinet, vt filij iræ, & maledictionis, qui iræ Dei, & maledictioni ſunt obnoxij, & locus pinguis dicitur *filius olei*, Iſa. 5. ſic pari modo filij lucis, ac tenebrarum, vnde ſimiliter hoc loco, filij ſponſi illi dicuntur, qui ad nuptias ſponſi pertinent, & quorum officium eſt ſponſam lætificare, & nuptias magna feſtiuitate celebrare, quo modo intellecta phraſi, conuincitur non debere ieiunare Apoſtolos, dum ad nuptias vocati non mœſtitiæ, ſed lætitiæ ſigna oſtendere deberent, & bene poſtea ſubdit, *venient autem dies cùm auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt.* nam tranſactis nuptiis, & feſtorum tempus, bene tunc ieiunare poſſunt, quia tunc non erit extra tempus.

Maldon.

Lugere. Cur non dixit ieiunare? Salmer. quia ieiunium eſt ſpecies quædam luctus. Maldonat.

7. *Chriſtus quid intellexit per lugere.*

meliùs, quia omnem triſtitiam voluit comprehendere, vnde à negatione generis ad negationem ſpeciei deſcendens optimè argumentatur, quòd vllam triſtitiam admittere debent, quandiu tempus nuptiarum, & cum eis ſponſus. ergo nec etiam ieiunare. Si ad mores hoc argumentum adaptare velis, mirificè facit ad conuincendos homines ſpirituales in tribulatione poſitos mœſtos

8. *Vbi ſpirituales qua ratione ſemper lætari debent inter triſtia.*

eſſe non debere, quando cum illis Deus, pereant cætera, ſuſque deque reuoluatur mundus, ab æthere deſcendant, ſagittæ omnia crementur, ſi Deus eſt intus, quomodo lugendum. *Tob. 5. n. 24.* amans illa mater filij abſentiam lugens, pecunias ipſas deteſtans dolenter aiebat, *nunquam fuiſſet ipſa pecunia pro qua miſiſti eum*; cur hoc? nonne ſumma premebantur paupertate, & miſeria? Sanè, cur ergo nunquam fuiſſet ipſa pecunia? reſpondet, *ſufficiebat enim nobis paupertas noſtra, vt diuitias*

computa

computaremus hoc, quòd videbamus filium noſtrum. Pendo ly, ſufficiebat enim nobis noſtra paupertas. quid hoc? Sanè quantum capio, quantum ſapio, nil aliud niſi eſti pauperes, tamen ſufficientia babebamus, nam licet ſame premebamur, tamen ad ſufficientiam ſuſtentabamur, immo & ad delitias; at vnde, & ex quo? ex viſione filij, ex præſentia nati, ac dilecti, cuius ratio infra cap. 10. num. 25. *quia omnia ſimul in te vno habentes, te non debuimus demittere à nobis.* Siequidem animæ ſanctæ dum in hoc mundo tribulantur, ſi præſentem habent Chriſtum, quare lugebunt? ſi Chriſtus in ſacramento, quare dolebimus? *Præſentia ſua gaudium*, ait hic Hilar. *& Sacramentum ſancti cibi edocet, quo nemo præſente, id eſt, in conſpectu mentis Chriſtum continens indigebit.* Sanè perquam ſpiritualiter, Chriſtus in anima verus ſponſus, Chriſtus in ſacramento verus Deus, quomodo triſtandum, *non poſſumus ieiunare*, ait Ambroſ. in Luc. *qui Chriſtum habemus, & Chriſti carnem epulamur, & ſanguinem*; hinc ſapientiſſimè Dominus noſter, *nunquid poſſunt filij ſponſi quandiu cum illis eſt*, &c. *igitur*, ait Rupert. *quia cauſa ieiunij deberrat omnibus eſſe deſiderium, & expectatio Saluatoris, ipſe autem nunc præſens aderat, dulce facit, & iucundum ſancta charitatis officium, ad breue tempus propter præſentiam eius intermittere ieiunium, quia tempus illud præſentia eius tempus erat nuptiarum.*

Hilar.

9. *Viri ſancti qua ratione ſemper lætari debent.*

Ambroſ.

At quare non erat diſcipulis ieiunandum, quare nec Chriſto? ſecundùm litteralem ſenſum multi multa, & varia, ad cuius veram intelligentiam,

10. *Quare diſcipuli ieiunare non debebant.*

Adnoto ex Salmer. ieiunium per ſe (excipe medicinale) non eſſe bonum niſi aliqua cohoneſtetur legitima, & honeſta cauſa, quæ non eſt aut auaritia, (de qua te vide Rupert. *hic*) aut gula, vt ſuauiores ſapiant cibi, aut vana oſtentatio, vt Pharifaica erant ieiunia, ſed honeſta cauſa erit aut debitum, quid cum Deo contraximus ſoluere, cum de bonis, quæ nobis præſtitit, corporalibus cenſum illi dare, & illum recognoſcere, à quo omnem cibum accepimus, debemus, quo modo, vt rectè Salmer. abſtinentia Adamo eſt præcepta. *Secunda* cauſa erit ſecundùm Ariſtot. contrapaſſio, quia enim caro peccauit, & deliquit in delitiis, & per gulam, ratio poſtolat, vt per ieiunium pœnas ſoluat. *Tertia* ratio eſt debitum contractum ex commiſeratione Chriſti, vt quia ipſe pernicioſum illum eſum tantis afflictionibus reparauit, & propter nos tantos labores ſuſtinuit, iuſtum eſt vt etiam & nos propter illum animas noſtras affligamus, his enim de cauſis ieiunium honeſtari poteſt, & eſt ieiunandum; *ſecundò* rememorando ſermonem non eſſe de ieiuniis in lege poſitis, nam hæc obſeruabant Apoſtoli, ſed de impoſitis ex deuotione, aut ex præſcripto alicuius regulæ, & hoc modo quæſtione intellecta.

11. *Ieiunium ex ſe non bonum niſi aliqua cauſa cohoneſtetur, & quæ illa.*

Salmeron.

Ariſt.

Multis de cauſis dicunt Doctores, tunc non conueniſſe Chriſtum ieiunia inbibere, ſicut Ioannes ſuis, nam licèt propter rationes dictas, diſcipulis Ioannis conueniebat ieiunare, ſicut & ipſi Ioanni, tamen quia diſcipuli erant cum Chriſto, ob quod deficiebat vltima ratio ieiunij, ſcilicet commiſerationis, & ſimul, quia Chriſtus poterat omnia illa alia abunde ſupplere, vt author gratiæ, & naturæ, vt ſuprà dicebamus, quod non poterat Ioannes, & aliàs efficaciores adeſſent cauſæ ieiunia eis non inhibenda, ideo prudentiſſimè à Chriſto factum, non inhibere ſuis diſcipulis ieiunia, ſicut Ioannes ſuis; cauſas nunc accipe ex Abulenſ. *quæſt.* 74.

Prima, quæ eſt quarta apud ipſum, eſt, quia ſtatus nouæ legis non erat, vt iuſtificatio eſſet ex operibus, ſed ex fide. *Secunda*, quia Chriſtus voluit congregare ad ſe diſcipulos multos, auſtera autem obſeruare, non eſt multorum. *Tertia*, quia tempus non erat flendi, ſed gaudendi. bonæ omnes; at vera, litteralis, & legitima, quam omnes Sancti tradunt, eſt imperfectio diſcipulorum, & eorum fragilitas. nam ſi primò onera imponerentur eis grauia, *fortè ſuſtinere non poſſent*, ait Abulenſ. *& retrocederent*, quod eleganter dixit Chryſoſtom. explicans enim Chriſti dictum, ſic luculenter ait, *quod autem dicit tale eſt, gaudij eſt præſens tempus, & lætitia; non ergo introducenda ſunt triſtia, etenim ieiunium triſte eſt, non naturaliter, ſed illis, qui imbecillius adhuc diſpoſiti ſunt, his enim qui ſapientiam contemplari deſiderant, delectabile eſt, per hoc autem demonſtrat, quod non gula erat, quod fiebat, ſed diſpenſationis cuiuſdam.* Veriſſima ratio, & quam infrà amplius elucidabimus, ſimilitudines Saluatoris explanando, quæ omnes hanc confirmant rationem; vnde Hugo Cardin. ſuper illud, *neque mittunt vinum nouum*, ſic ait, *hinc probat, quòd ieiunium gaudij*, (hoc eſt, vt ipſe ait, nouæ vitæ, quando pro deſiderio cœleſtis vitæ abſtinetur à cibis) *non ſit diſcipulis indicendum, adhuc erant carnales, & ideo quaſi vtres veteres, quod patet ex Petri negatione, & filiorum Zebedæi petitione, ſi. ergo indicto hoc ieiunio infirmi deficerent, & iniunctum ieiunium cederet irritum, cum nondum perfectè cœleſtibus inhiarent, vnde Petrus de qualitate præmij dubitans, dixit infra, quid erit nobis? & alij ſperabant in regno mundi dominaturum, prius ergo mens ad æterna eſt dirigenda, & poſt grauia iniungenda.* hæc poſtremò adnota, & documentum morale aptiſſimum elicies, quomodo cum incipientibus, & adhuc in virtute nouitiis te habere debeas non nimis eos perſtringas, nec grauia in principio imponas. Geneſ. 33. num. 12. *Gradiamur ſimul*, ait Eſau Iacob, *eroque ſocius itineris tui.* cui Iacob, *Noſti Domine mi quòd paruulos habeam teneros, & oues, ac boues fœtas mecum, quas ſi plus in ambulando fecero laborare, morientur vna die cuncti greges.* Hebraica ſic habent, ly *oues, & boues fœtas mecum; oues, & boues aſcendentes ſuper me.* hoc eſt, vt ait Auguſtin. *ſuper ſollicitudinem, & curam meam*, & ly, *quas ſi plus in ambulando fecero laborare*, Hebraicè, *& pulſabunt eas*, paſtores ſcilicet, & ductores eorum, *die vna morientur oues.* Si ad præſens inſtitutum hæc adaptaueris, figuram in Chriſto, eiuſque ſuauiſſimam prouidentiam impletam aſpicies, paruulos adhuc diſcipulos habebat, greges adhuc fœtantes, teneros, & molles, quorum cura illi incumbebat, quos omnes ille portabat; quid ergo ſi ad aſpera eos in principio impellebat, ſi pulſaſſet dirè, nonne vna die omnes perirent. ergo vti infirmitatis eorum conſcios, qui adhuc rudes, & infirmi, vtres non noui, ſed veteres, noluit ſapientiſſimè ad aſpera eos ducere, qua doctrina, quo exemplo vti ex illo Iacob, diſcimus, ait Lippom. *imbecilles laboribus non onerandos, ne irrationabile obſequium teneremus, ne vno die exhauſti laborando poſterius ceſſare cogantur.* ex qua doctrina non ſolùm habes quid cæteris debilibus imponere debeas, aut quomodo te cum illis habeas, ſed etiam quomodo tecum in pœnitentiis agendis, ne in feruore peregrinans, vno die exhauſtis viribus cæteris ceſſare cogaris.

Abulenſ.

Chryſoſt.

Hug. Card.

12. *Grauia præcepta tyronibus non ſunt imponenda.*

Auguſt.

Lippoman.

13. *Pœnitentia qua diſcretione agenda.*

Nulla

August.

Nolo Auguſtin. obſeruationem de conſenſu Euangelij lib. 2. deſerere, qui aduertens apud Lucam eandem ſententiam diuerſis verbis explicatam, ſcilicet, *nunquid poteſtis filios ſponſi dum cum illis eſt ſponſus, facere ieiunare, in quibus intelligitur,* ait Auguſtin. *eoſdem ipſos, qui loquebantur, fuiſſe facturos, vt lugentes ieiunarent filij ſponſi, quem ipſi eſſent ſponſum occiſuri.* Mira Chriſti modeſtia, in hoc obſeruanda, dum ne pudore etiam hos malos ſuffunderet, ſic cautè fœdiſſimam factu rem, eis prænunciat, vt nemo eam intelligere poſſet.

14. *Chriſti modeſtia in reprehendendo Phariſæos.*

Ex dictis ergo manifeſtum eſt, quomodo non conueniebat Chriſti diſcipulis ieiunare, eo vel maximè, ſi Auguſtini acceptionem de ieiunio recipiamus, qui de quæſtionibus Euangelicis duplex facit ieiunium, *primum* quod ordinatur ad carnis refrenationem, & contemplationis diſpoſitionem; *ſecundum* quod procedit ex plenitudine contemplationis, quale fuit Moyſis ieiunium, quod ieiunium etiam cognouit Ariſtot. *Ethic. cor.* 10. quando dixit, *quod felix contemplatiuus paucis indiget.* neutrum autem horum Chriſti diſcipulis competebat, non primum, quia ad Chriſtum contemplandum cùm præſens eſſet, non indigebant ieiunio, vnde nec diſpoſitione eius, nam diſpoſitio ordinatur ad rem quæ non poſſidetur. hinc cùm Chriſtus eſſet præſens, non indigebant diſpoſitione ad illum conſequendum. Neque eis competebat ſecundum, nam cùm eſſent rudes, & imperfecti, & nondum valentes, nec contemplatiui diuinis ſe vti Moyſes ſuſtentantes illuſtrationibus, non erat conueniens eis ieiunium contemplationis. ex quibus apertè patet non ſolùm quando Chriſtus cum eis, non eis decere ieiunium, ſed quomodo poſt Chriſti aſcenſionem, & eius mortem eis competebat, ſicut ſequens Dominus dixit,

15. *Ieiunium duplex & quale ſecundū Auguſtinum.*

16. *Contemplatiuu, vt competit ieiunium.*

Venient autem dies cùm auferetur ab eis ſponſus. Quo modo aufertur Chriſtus, ſeu quo ſenſu hæc verba Chriſtus dixerit, eſt Ambroſ. ſententia ſuper Lucam, & Bedæ, qui hue intelligunt de ablatione per peccatum, vnde Ambroſius, *qui ſunt,* ait, *illa dies, quibus vobis Chriſtus aufertur, cùm ipſe dixerit, vobiſcum ero, vſque ad conſummationem ſæculi?* & reſpondet, *nemo Chriſtum tibi poteſt auferre, niſi te illi priùs auferas, ſi tamen interdum contingat quòd a nobis recedat ſponſus per peccatum, tunc per ieiunium, & fletum peccatum delendum eſt, vt ille redire velit.* & Beda, *quandiu enim ſponſus nobiſcum eſt, & in lætitia ſumus, nec ieiunare poſſumus, nec lugere; cùm autem per peccata ille recedit, tunc indicandum eſt ieiunium, & requirendus luctus.* Senſus potius myſticus, quàm litteralis, licèt veriſſimus, ieiunandum ſcilicet, & corpus affligendum propter peccata commiſſa, vt ſponſus redeat, & amplius non diſcedat.

Ambroſ.
Beda.

17. *Chriſtus quomodo ab anima auferatur, & per quid redit.*

At verus & litteralis eſt, de ablatione ſponſi per mortem violentam, ſicut & per abſentiam eius in cœlum aſcendentis, vnde ad rem ſatis Auguſtin. *ſermon. de Quadrageſima, quia ſponſus ablatus eſt nobis, vtique lugendum eſt, & rectè lugemus, ſi flagramus deſiderio eius, beati quibus licuit eum ante paſſionem tunc habere præſentem, interrogare ſicut vellent, audire ſicut deberent; in nobis autem illud impletum eſt, quod ipſe dicit, venient autem dies, quando deſiderabitis videre vnum de iſtis, & non poteritis; quis ergo breuem lugebit, quis non dicat, factæ ſunt lacrymæ meæ panes die, ac nocte, meritò ergo cupiebat Apoſtolus diſſolui, & eſſe cum Chriſto.* quàm vetus ſit hic ſenſus, animæ intelligunt ſanctiſſimæ, quæ amplius quàm ipſam perſentiunt mortem ſponſi abſentiam, & vita hæc eſt eis in tormentum.

August.

18. *Chriſti abſentia lugenda ab animabus.*

Et tunc ieiunabunt. Placet Salmer. qui ex Auguſtin. *Epiſt.* 86. *ad Caſulam. tom.* 2. & ex Epiphanio *in compendiaria doctrina de fide Catholica, in fine operis,* obſeruat, ly *ieiunabunt,* non tantum eſſe prophetiam, quantum præceptum, hoc eſt, tenebantur lege ieiunij. nam, vt bene probat, apud Hebræos futurum vim habet imperatiui. Exod. 20. *non habebis Deos alienos,* hoc eſt, noli habere, Leuit. 19. *Diliges Dominum Deum tuum,* hoc eſt, lege dilectionis teneris, Geneſ. 2. *erunt duo in carne vna,* lege matrimonij cogentur ſimul morari, & alibi ſæpe. hinc quia bene hoc ſanctiſſimi Apoſtoli calluerunt, & perfectiſſimè ſenſum horum verborum intellexerunt, ſanctiſſimum ieiunium quadrageſimale inſtituerunt, quod nos ex illorum traditione accepimus, & obſeruamus, vt habet Bellarm. *lib.* 4. *de verbo Dei non ſcripto, cap.* 9. *tom.* 1. hoc dixerim vt impiiſſimum Eraſmum Roterodamum cum cachinno irrideam, qui in hoc cap. ſuper illa verba, *panni rudis,* audet inſolentiſſimè doctiſſimum Cardinalem Hugon. adnotare de ſenſu morali quem litterali addit. hæc ſpurciſſimus hæreticus furens, *opera pretium eſt videre, ac ridere, quantum hic tumultuet Hugo Cardinalis diſputans, cum hic colligi poſſit neophytis non eſſe indicendum ieiunium,* &c. homo putidus, inſolens ac deuorator, qui talia dicere audet contra ſanctiſſimum, ac doctiſſimum Cardinalem, vt rideat ſimul traditionem quadrageſimalis ieiunij, nam ſus volutans ſe in volutabro per pannum rudem ſi Deus vult intelligit hæreticos, & illos animos, *nondum,* vt ipſe latrat, *humanis traditiunculis infectos.* Sed damnato hoc homine relicto, Apoſtoli ſanctiſſimi Chriſti præceptum intelligentes frequentiſſimè, vt omnes obſeruant authores, poſt Chriſti aſcenſionem ieiunarunt propter triſtitiam de Chriſti abſentia, propter exemplum, tandem propter augmentum meriti, de qua re vide Abulenſ. *quæſt.* 77. ſacratiſſimam inſtituentes Quadrageſimam ante reſurrectionis feſtum, & non poſt, vt præpoſterè Montanus, Priſca & Maximilla hæretici, & hoc propter duo. *Primò* propter ſignificationem ex parte Chriſti, qui mortuus propter infirmitatem carnis, & ad reſurrectionem venit propter humiliationem, & obedientiam, ieiunium autem pertinet tam ad humiliationem, quàm ad infirmitatem. *Secundò* hoc agit Eccleſia propter nos, *nam in feſto reſurrectionis,* ait Abulenſ. *accipere debemus Euchariſtiam, ad hoc tamen quòd quis dignè eam recipiat, oportet diſponi per ieiunia & orationes.* quod totum deſumpſit ex Hieronymo in hunc locum, qui ſic, *Eccleſiæ autem conſuetudo ad paſſionem Domini, & reſurrectionem venit vt ſpirituali ſanguine, & Euchariſtia ieiunio corporis præparemus, ideo tota Eccleſia Quadrageſimam ante reſurrectionem obſeruat.* Si hæc poſtrema obſerues, quanta ſcilicet præparatione vult Eccleſia, vt ad ſacramentum accedas Euchariſtiæ, intelliges quantum errant hi, qui tantum carentiam exigunt peccati mortalis ad condignam præparationem.

Salmeron.

19. *Ieiunium à Chriſto præceptum.*

20. *Idioma Hebræum futurum pro imperatiuo.*

21. *Ieiunium quadrageſimale ab Apoſtolis inſtitutum.* Bellar.

22. *Vindicatur Hug. Cardin. ab impio Eraſmo.*

23. *Apo*[illegible] *C*[illegible] [illegible] *quar*[illegible] [illegible]*narunt, & pr*[illegible] Abulenſ.

24. *Quare Quadrageſimam inſtituerunt ante reſurrectionem.*

Idem.

Hieron.

25. *Eccleſia ſanctiſſima qualem præparationem* [illegible] *ad* [illegible] *pro* [illegible] *ſumendum.*

Digna eſt obſeruatio Epiphanij, vt quia hora nona Chriſtus ablatus eſt, ſanctiſſimi Apoſtoli tradiderunt ante horam nonam ſoluendum non eſſe ieiunium, & quia feria quarta Iudas Chriſtum vendidit, per totum Orientem ieiunabatur, ſicut

Epiphan.

26. *Cur Apoſtoli mandarunt, non ſolui ieiunium ante horam nonā, & cur ieiunaturin feria ſexta & Sabbato, & antiquitus etiā feria quarta.* Salmeron.

ſicut feria ſexta, & pro Sabbato, cuius veſtigium inuenitur in Eccleſia Latina, vt obſeruat Salmer. dum non ſoluitur ieiunium ante horam nonam, immo vel in Quadrageſima, neque ante veſperam, ſed poſt veſperam, & pro ieiunio quartæ feriæ, & pro Sabbato relicta fuit abſtinentia à carnibus die Veneris, & Sabbati.

27. *Veſpera in Quadrageſima cur dicatur ante prandium.* Auguſt.

Nemo autem mittit commiſſuram panni rudis in veſtimentum vetus. Quoad verba, tam clara eſt hæc ſententia, vt miror, quantum laboris aliqui impendunt, vt eam declarent, obſcuriorem eam reddentes; quid ergo neceſſe, aut hæreticos in hac re audire omnia inuertentes? aut ex Græca difficultates confarcinare? cùm experientia conſtet Saluatoris dictum, & vulgatæ veriſſimus ſenſus: pueri enim ſciunt, quòd ſi *commiſſura*, ſiue dicas, *additamentum*, ſiue *plagula*, vt vocat Auguſt. & Tertull. noui panni aſſuatur panno veteri, ſiuo veſti veteri, quod eam ſcindit, & partem, quæ aliàs ſtabat ſana, quod ſignificat ly *plenitudo*, diſrumpat, ſicut & vinum nouum, ſi imponatur in vtres veteres, quid cùm experientia conſtet, & ab illa Chriſtus vt ſuam probet ſententiam argumentum ſumat, ad quid ſubtilitates inuenire, & difficultates augere, ſi ſcilicet pro veſte intelligatur confecta, an conficienda, ſi additamentum eſt non veſti confectæ, ſed panno ex illa conficiendo, ſi ſciſſuram facit is, qui pannum eundem aſſuit; an verò ipſe pannus, etſi ſciſſura ſit in panno nouo, non veteri, vt aliqui intelligunt ex Luca, omnia ſuperflua, & ad tempus terendum inuenta, ex cuius ſenſu, mi lector, hæc dixi, ob quod ne mireris ſi exeandui, cùm vſque ad deliquium eſt talia percurrere, & neceſſe eſt, vt percurramus, ne de inſcitia notemur, & cùm illa percurrimus, tempus ad vtilia deficit, quis hoc non ſentiat? vera ergo intelligentia verborum eſt, quam diximus, quamque affert Euthym. Theophylact. & Maldonat. at non inficias eo propter verba Luc. 5. qui ſic habet. *Nemo commiſſuram à nouo veſtimento immittit in veſtimentum vetus, alioquin & nouum rumpit, & veteri non conuenit commiſſura à nouo* poſſe ſic ſententiam intelligi, nemo ſcilicet ſanæ mentis, vt vetus veſtimentum reficiat, aut ex veteri panno conficiat, à nouo veſtimento, ſiue panno accipit commiſſuram, ſiue plagulam, & eam veteri aſſuit. nam ſic & nouum rumpit veſtimentum, abſcindendo ab eo commiſſuram, & veteri veſtimento non decet talis commiſſura, tum quia deformitatem cauſat, & indecentiam, tum quia ex ruditate noui, ac fortitudine vetus etiam ſcindetur veſtimentum, quo modo hanc ſententiam intelliguot Abulenſ. Barrad. Carthuſian. & alij: at prima, meo ſenſu, & planior, & verior.

Euthym. Theophyl. Maldon.

Abulenſ. Barrad. Carthuſian.

Sed nunc quid per veſtimentum vetus, & vtres veteres, & per pannum nouum, & vtres nouos? Tertullian. per vetus veſtimentum, legem veterem, per nouum Euangelium, ſic *lib. 3. & 4. contra Marcionem*, Ambroſ. *lib. 8. in Lucam*, ieiunium per veſtimentum vetus, Hieron. Hilar. Chryſoſtom. Beda per vetus Phariſæos, per nouum præcepta Euangelica. Auguſtin. *ſerm. de temp.* 186. omnes homines carnales, *ſpiritualia*, ait, *non capit carnalis, carnalia vetuſtas eſt, gratia nouitas eſt*. Gregor. Niſſen. per vtres veteres intelligit illos, qui adhuc in malitia vitiorum perſeuerant, quibus non eſt dandum vinum nouum, id eſt, ſacramenta. Remig. per vinum nouum ſecreta cœleſtia, & plenitudo Spiritus ſancti, vnde ait, *vtres veteres appellat diſcipulos, qui nondum erant perfectè innouati; vinum nouum appellat plenitudinem Spiritus ſancti, & profunda cœleſtium myſteriorum, quæ tunc diſcipuli ferre non poterant, ſed poſt reſurrectionem vtres noui facti ſunt, & vinum nouum receperunt, quando Spiritus ſanctus repleuit corda eorum, vnde quidam dixerunt, iſti muſto pleni ſunt.* ex qua intelligentia ne occaſio excidat, vide quàm præpoſterè doceant magiſtri illi ſpirituales, qui in principio conuerſionis nondum animo purgato, quando adhuc conuerſi vtres veteres dici poſſunt veteribus vnuſti malis habitibus vinum nouum contemplationis imponunt, & ad contemplationem eos adigunt, faxit Deus, vt non diſrumpantur, ſicut multos diſruptos vidi, inſpexi, attrectaui, *perfectio enim*, ait Salmer. *non purgato animo conuenire nequit, quæ ſi videnti tentetur, non habet bonum exitum*; ſed ad rem omnes boni ſenſus, attamen

Tertull. Ambroſ. Hieron. Hilar. Chryſoſt. Beda. Auguſt.

Remig.

28. *Contemplatio quàm indecēs tyronibus.*

Salmeron.

29. *Verus ſenſus verborum Domini.* Maldon.

Verus & litteralis eſt per vtres veteres, & veſtimentum vetus intelligi imbecilles in virtute Apoſtolos, ac proinde imbecillitatem eorum ad portanda onera perfectiſſimi Euangelij, ea quæ poſtea laturi erant, vnde, vt rectè Maldonat. pannus rudis eſt genus viuendi auſterum, & aſperum, quod non debet accommodari veſtimento veteri, ſciſſo, delicato, & molli, qualis erant tunc Apoſtoli in virtute nouitij, per quas ſimilitudines, excellentiſſimè ac perfectiſſimè non ſolùm confirmatur, ſed demonſtratur ratio & ordo doctrinæ Domini noſtri, ac ſimul eius diuina prouidentia, dum iuxta vires imponit onera, non vltrà, à facilioribus incipiens, vt ad difficiliora poſtea perueniat, vnde Chryſoſtom. qui hanc habet ſententiam, ſic ait, *quaſi diceret, nondum effecti ſunt fortes mei diſcipuli, ſed adhuc multa indigent condeſcenſione, nondum ſunt per ſpiritum renouati, ſic autem diſpoſitis, non oportet grauedinem imponere præceptorum.* ex qua doctrina morale educens documentum ſequitur. *hoc autem dicit, regulam dans ſuis diſcipulis, vt diſcipulos ex vniuerſo orbe terrarum cum manſuetudine ſuſcipiant.* Similia habet Remig. Gloſſ. & alij.

Chryſoſt.

Remig. Gloſſ.

30. *Chriſtus quibus verbis prædicabat, & cur humilibus.*

Quærit Abulenſ. *quæſt.* 83. quare Chriſtus loquebatur in materia tam humili? ſcilicet de vino, & vtre, & reſpondet ex Chryſoſtom. quia non erant viri exercitati ad ſapientiam, vnde Chryſoſtomos, *hinc, & nos cauſam docuit humilium verborum, quæ ad eos dicebat, propter imbecillitatem ipſorum.* Sanè Chriſto non deerāt & altiora exempla, & verba ſublimia, attamen quia non gloriam propriam, ſed lucrum quærebat animarum, & verbis & exemplis ſe ad captum accommodauit audientium, iam me habes, prædicatur ad pompam, & ſtudium ponitur inuolucris verborum, vt admirationem capiant ex obſcuritate, non fructum ex intelligentia, dum ſic hodie ſermocinatur, vt etſi materna, & vernacula ſit lingua, non plus intelligunt auditores, quàm ſi Græcè, aut Hebraicè cum eis loquatur, contra Chriſti morem, contra Chriſti exemplum, vide Salmeron. *tom. 6. tractat. 15. in principio.*

Chryſoſt.

31. *Prædicatores taxātur vanè, & expoliriſſimè loquentes.*

Salmeron.

At quæ moralia ex hac doctrina eruunt Doctores præcepta? Sanè multa. Salmer. *Primò* quomodo cum imperfectis nobis eſt gerendum. *Secundò* quomodo parentes filias ſuas imperfectas ad monaſticam vitam cogere non debeant, *vnde in hoc*, ait, *maximè peccant parentes filias ſuas imperfectas, & tanquam vtres veteres ad multum perfectionis*

Idem.

32. *perfectionis Euangelicæ, & ad monaſticam vitam cogentes, quam volentes pati rumpuntur, & foras produnt, & vinum effunditur, & ſcandala grauia accidunt, & remanent fœces, id eſt, vitia, quæ addiſcuntur.* Siſtam hîc paulisper, res eſt notatu digna, nam paſſim hoc fieri & videmus, & palpamus, ex qua protſus deſolationes monaſteriorum ſanctarum Monialium cernimus; ſed antequam ad rem perueniam,

Parētes filias paruulas ve gero non debent ad monaſticam vitam accipiēdam. & quid de verū educatione in monaſterijs.

Adnoto me non loqui de illis puellis, quæ ob educationis gratiam, & vt ſanctè, ac perfectè educentur in monaſterium à parentibus adducuntur. nam, vt rectiſſimè Sanctus Pater Baſil.

Baſil.

33. in regulis fusè diſputatis interrog. 15. *animus dum adhuc tener eſt, & ritu ceræ, quæ ipſius impreſſas in ſe formas quaſcunque faciliſmè recipit, molliſſimè cadit, confeſtim ab ipſo initio omni rerum bonarum exercitatione imbui debet. quo videlicet vbi poſtea rationis vſus acceſſerit, & habitum illum rerum iudicandarum ætas maior attulerit, pietati iam ab ineunte ætate aſſuetus, nullo impedimento curſu vtatur faciliori, cùm & ratio quid expediat, admoneat, & ad id aſſequendum facilitatem præbeat conſuetudo.* Ob hunc ergo finem quando puellæ in monaſterio occluduntur, non ſolùm res non eſt improbanda, ſed ſummis laudibus extollenda, de hoc enim non loquimur, ſed ſermo noſter ad illos parentes dirigitur, qui ſiue ob multitudinem filiorum, ſiue ob paupertatem, ſiue ob generis nobilitatem, ob defectum dotis cum pauperibus ſuas collocare nequeunt, filias à pueritia eo fine in monaſterium intrudunt, vt monialem habitum velint nolint aſſumant, & Moniales fiant; velint, nolint dixi, nam licèt eis extrinſecè, & apertè vim non inferant, tamen ſuaſionibus, blanditiis, ac ſæpe etiam parum gratum vultum exhibentes, ſic eas cogunt, vt & ingratiſſimo, ac repugnantiſſimo animo non audentes parentibus contradicere ſtatum aſſumunt Monialem, profeſſionem emittunt ſine ſpiritu, ſine feruore, ſine voluntate, ex quo poſtea fit, vt quoquo modo poſſunt ſi non corpore, animo, ſeu voluntate, ac deſiderio ad ſæculum redeant conuerſationibus, amicitiis cum ſæcularibus, dicteriis, ac verboſitatibus, non in clauſtro, ſed in cancellis, ac locutoriis viuentes, ſic vt *ſacra monaſteria puellarum*, vt ſancta Synodus ait Aquiſgranenſis,

Puert in monaſterio educendi, & quo ratione.

Conc. Aquiſgran.

cap. 15. *Lupanaria potius videntur eſſe, quàm monaſteria*, de iſtis enim loquimur, de quibus intellectus ſermo noſter cum Salmer. dicimus, in hoc grauiter peccare parentes, diſtriſſimam ac ſtrictiſſimam reddituros rationem in die iudicij perditionis animarum ſuarum filiarum, quæ, vt in plurimum ſua culpa dum non rectè viuunt, damnantur, & multorum ſimul ſunt damnationis cauſa; his rationibus,

34. *Prima*, quia vt in plurimum non vocantur ad talem ſtatum, nec ſpiritu Dei ducuntur, ſed proprio, aut parentum, vnde errata, ſiue diſtorta vocatione & aberrato vero itinere, quo ad ſaluationem peruenire debebant; vnde eis ſalus? cùm certiſſimè errata vocatione iter deperditur ſalutis, nam non omnibus conuenit religioſus ſtatus, non omnes ad religionem vocantur, in vita enim Venerabilis P. Balthaſaris Aluares è Societate Ieſu *c.* 32. cùm Monialis quædam Carmelita diſcalceata per infirmitates è monaſterio eſſet egreſſa, multumque ob hoc affligeretur, ad Patrem Balthaſarem confugiens poſt prolixam orationem ad eam rediens, talia eſt fatus, *ne reputes*

Vocatio ſi erratur, ſimul & iter erratur ſalutis.

parum laboris me inſumpſiſſe, vt tuum cognoſcerem ſpiritum, firmiter crede te Deum diligere, ac velle tuam ſalutem per ſtatum hunc monachalem, hoc tam firmiter crede, ac ſi tibi Angelus Dei dixiſſet. Euentus probauit dictum, nam cùm anni pertranſiſſent, & mulier talis eſſet oblita oraculi, iterum ex deſiderio religionis ingreſſa eſt in monaſterium alterum eiuſdem religionis, ſed etiam eam expulerunt, & quod mirum, neſcientibus ipſis Monialibus, ob quæ, tuncque ipſa oraculi recordata non amplius de ingreſſu religionis eſt oblocuta, vt intelligas, quòd licèt ſemper affectiuè,

vt loquitur Sanctus Doctor, inſpiratio religionis S. Thom.

eſt à Deo, non ſemper tamen effectiuè, nec eius eſt voluntas, quod cùm ſit ſi ſine vocatione, ſi ſine Dei voluntate quæpiam in monaſterio profitetur, ordinariè loquendo, vnde ei ſalus? & de eius perditione quis rationem Deo reddet? Sanè, ni fallor, eius parens.

Secunda ratio, nam talibus vt in plurimum idem euenit, quod pueris ante matrimonium ſimul conuiuentibus, qui dum matrimonio poſtea iunguntur, ex conſuetudine & antiquitate conuictus veluti ſenex amor non vireſcit, ſed languet, ſed emoritur; ſic iſtæ per conſuetudinem poſtea potius, quàm per electionem, exercitia exhibent Monialia, frigidè, remiſsè oſcitantes, ex quo ſancta dimittitur obſeruantia, ferunt tepeſcit orationis, frigidè officium inſumitur diuinum, & ad chorum potius, vt animalia aſſueta ad trituram, quàm vt animæ rationales Chriſtique ſponſæ accedunt, & quo totalis earum, & monaſterij ruina, quis de hoc in die iudicij Deo

rationem reddet? Sanè ſtulta parentum determi- Sexta Synodus.

natio. hinc ex Spiritu ſancto mota, ſexta Synodus Conſtantinopolitana *Can.* 40. mandat ne in

35. ſtatum monachalem vllus aſſumatur, niſi poſt decimum annum. *quoniam*, ait, *Deo inhærere per ſeceſſum ex vita ſtrepitu ac perturbatione valde eſt ſalutare, oportet nos non ſine examinatione eos, qui vitam monaſticam diligunt, non intempeſtinè admittere, ſed nobis à Patribus traditum decretum in eis quoque ſeruare, vt vita ſecundùm Deum profeſſionem, vt iam firmam, & à ſcientia, ac iudicio factam, tunc admittamus poſt rationis complementum; qui ergo monachicum iugum eſt ſubiturus, ne ſit minor quàm decem annos natus.* in quo canone eſt adnotandum, non tantum Concilium de profeſſione loqui, quantum te ſimplici ingreſſu, & admiſſione ad nouitiatum, cum ibi regulam Sancti Baſilij, quæ decimumoctauum annum requirebat ad recipiendam, quæ Deo virginitatem vouerat, declarat intelligendum eſſe de profeſſio-

Antiquitus quà ætas requirebatur ad nouitiatum.

ne, non de ingreſſu; immo Concilium Oxonienſe, *cap. de ordinatione religioſorum*, dum & octo annos requirit, vt videas ex inſtitutione Eccleſiæ ſanctiſſimæ quanta maturitate in hac re ſit procedendum. Conc. Oxonienſ.

36. *Tertia* ratio, quia vt in plurimum tales perpetuò viuunt plangentes, triſtes, & ſortem ſuam plorantes, tanquam miſeram, abiectam, ac prorſus deploratam, etſi ex reuerentia ac parentum amore liberè conſenſerint, enim verò *Iudic.* 11. *num.* 36. cùm Iephthe impium illud votum emiſiſſet, ſacrificare ſcilicet primum, quod ex domo ſua illi victori reuertenti occurriſſet, & hæc fuiſſet filia, quod cùm illi dolenter pandiſſet, talia ipſa ad Patrem, *Pater mi, ſi aperuiſti os tuum ad Dominum, fac mihi quodcunque pollicitus es, conceſſa tibi vltione atque victoria de hoſtibus tuis.* in quibus verbis

Monial. vt afflictè uiuūt quando non ex animo, ſed ex timore parentum profeſſionē emiſerunt.

verbis ſi attentè conſideres, ex illis elicies ad conſentiendum perſuaſionem præceſſiſſe patris, proponendo ei magnum Dei beneficium acceptum ſibi, & domus ſuæ: ſimul magnam voti emiſſi neceſſitatem, ac demum religionis obligationem, à

37. *Iephthe filia an peccauit conſentiendo vt pater eam ſacrificaret.* Abulenſ.

quibus mota puella liberè conſenſit. At etſi hoc petunt, tamen Doctores ſi peccauit ſic liberè conſentiendo, & vitam ſuam profundendo, aliqui, qui dicunt non peccaſſe, vt habetur apud Abulenſ. *quæſt.* 48. ideo illud affirmant fuiſſe, quia non poterat euitare, quod pater volebat, qui in omni caſu determinauerat eam occidere, ideo voluit etſi inuita, non eſt improbanda ſententia, & mirificè facit ad id quod nunc tractamus, nam verè conſentiunt tales puellæ, & liberè conſentiunt, profeſſionemque emittũt: at ſi radicem talis conſenſus penitus examines, reperies, quia vident aliter fieri non poſſe, & ſine dubio peiorem vitam ſe laturas in domo parentum, quàm in monaſterio; conſentiunt ergo non ſecus, ac filia Iephthe. At quid hæc ad patrem poſt conſenſum? Sanè hæc, *hoc ſolum mihi præſta, quod deprecor, dimitte me, vt duobus menſibus circumeam montes, & plangam virginitatem meam cum ſodalibus meis.* En li-

38. *An verò Iephthe filiam ſacrificauerit.*

berè conſenſit, ſed ad ploratum ſe accinxit, miſerè vitam ducendo fuit, plorauit, reuertit, *& fecit ei pater ſicut vouerat*, ait Scriptura; quid enim? verè ne ſacrificauit, ac eam occidit? ſic volunt antiqui Patres. at moderni aliqui ex noſtris, vt Lyran, Pagnin. Marian. aliique verè non ſacrificatam, ſed ciuiliter mactatam, & à patre fuiſſe reclu-

Lyran. Pagnin.

ſam, omni conſortio remoto, vnde perpetuò virginitatem ſeruans ieiuniis, precibus, vigiliiſque vitam conſumpſit, ſolùm quater in anno [illegible] permiſſum cum aliis colloqui; quid hoc, nónne in monaſterio eam recludere? Sanè, attamen, etſi non occiſa, tamen hanc vitam ductura, etſi libenter conſenſit, voluit tamen ſe vti mortuam plangere priùs ac deplorare, ſi vnum addas, admiraberis, videbis figuram hanc eſſe triſtium harum puellarum vitam in monaſterio degentium, nam quòd filia Iephthe per duos egit menſes, illæ per totam vitam ſe plangentes, ac ſuam virginitatem, & faxit Deus, quòd non hoc faciant eo motiuo, quo aliqui impiè affirmant filiam Iephthe ploraſſe virginitatem, quia decedebat ſine experimento delectationis carnalis; faxit, inquam, quòd hoc non ſit, nam cùm talis dolor vt in pluribus eis aduenit ex vi immanium tentationum, quas patiuntur, & nunc non adeſt honeſta illa cauſa infœcunditatis, quam tunc, poſſibile, vt plangant fœdiſſimè, non ob virtutis, ſed ob laſciuiæ motiuum, deſperatéque ob id viuant; at nunc quis de hoc in die iudicii rationem red-

Salmeron.

det, ſanè parentes, vt ait Salm. qui in vtres veteres, contra Domini præceptum, vinum imponere nouum audent; ſed progrediar.

Hug. Card.

Hugo Cardin. ſuper illud, *nemo autem immittit commiſſuram*, ad mores hoc applicans, ſic ait, *hoc contra quoſdam clauſtrales, qui ſtatim recipiunt quoſcumque.* ridet hanc adnotationem impius Eraſ-

Eraſm.

mus, & miraret, ſi non rideret hæreticus. nam cùm in votis habeat omnium ſacrarum religionum ruinam, & ex hac cauſa, quam ſapientiſſimus affert Cardinalis, in plurimum earum labefactatur obſeruantia, vellet eam hæreticus non notari, ne ſuperiores cautiores facti remedium adhibeant, ſed plangat nunc in inferno pro eo, quod tunc riſit in hoc mundo, prudentiſſima eſt Hugonis animaduerſio, nam ſi ſpiritus non probantur,

vtrùm ex Deo ſint ante ingreſſum, poſt ingreſſum difficilis redditur exitus, &, vt ſentit Sanct. 39.

Ex actu diaboli multi in religione profeſſionem emittunt.

Bernard. ſerm. 3. in cœna Domini, *Diabolus in monaſterio multos ſtare permittit vſque ad mortem, vt ex illorum peruerſitate alios corrumpere, & euertere poſſit.* & quantum damnum ſacris religionibus inferat inordinatus eorum numerus; vide D. Bo- D Bonau.

nauent. *in opere de ſex alis Seraphinarum c. 5. tom. 2.* non enim omnia poſſumus dicere, vt ex hinc videas, quo ſpiritu ductus contra Sanctum Cardin. ille fuit peſſimus hæreſiarcha; ſed ad textum.

Hæc illo loquente ad eos, ecce prin- NVM. 18

ceps vnus acceſſit, & adorabat eum, dicens: Domine, filia mea modò defuncta eſt, ſed veni, impone manum tuam ſuper eam, & viuet.

Et ſurgens ſequebatur eum, & diſci- NVM. 19.

puli eius.

Senſus litteralis, & moralis.

H*Æc eo loquente ad eos, ecce princeps vnus.* Poſt doctrinam dictam ſtatim hæc, quæ apponit Matthæus, miracula ſunt ſecuta, vt rectè Ianſen. Ianſen.

ſed in hoc relatando aliqua apparet diſſonantia inter Matthæum, Marcum, & Lucam; Marcus autem cap. 5. ſic habet. *& venit quidam de Archiſynagogis nomine Iairus, & videns eum procidit ad pedes eius, & deprecabatur eum multum, dicens, quoniam filia mea in extremis eſt, veni, impone manum tuam ſuper eam, vt ſalua ſit, & viuat, & abiit cum illo.* Lucas autem, *& ecce vir cui nomen Iairus,* 1.

& ipſe Princeps Synagogæ erat, & cecidit ad pedes Ieſu, rogans eum vt intraret in domum eius quia vnica filia erat ei ferè annorum duodecim, & hæc moriebatur in quibus, vt vides, non mortua, vt [illegible] Matthæus, ſed moribunda filia huius Principis extabat. Ad hos conciliandos Euangeliſtas mul-

Conciliatur Matthæus cũ cæteris Euangeliſtis, in quibus videntur diſcrepare.

ta multa, Chryſoſt. Beda, Euthym. & Theophylact. aliique moderni æſtimant non dixiſſe hunc Principem, aut affirmaſſe verè mortuam eſſe, ſed quòd ita grauiter ægrotaret, quando ipſe è domo eſſet egreſſus, vt mortuam æſtimaret, dolore augens caſum, vt amplius ad commiſerationem moueret, Auguſt. *lib. 2. de conſenſu Euangeliſtarum, cap. 28.* reputat Matthæum non tam narraſſe, quæ Princeps dixit, quam quid in eius eſſet mente, ex qua re pulchrum educit documentum, ſcilicet non mentiri eum, qui licèt mentem alicuius fideliter narrat, tamen non eiſdem verbis, vnde ait, *hic rem valde neceſſariam diſcimus, in cuiuſque verbis non debere inſpicere, niſi voluntatem, cui debent verba ſeruire, nec mentiri quicquam, ſi aliis verbis dixerit quod ille voluerit, cuius verba non dicit.* quod cùm audis, vide quàm inſipienter aliqui mendacii arguunt aliquos authores, qui licet mentem, tamen non verba referunt Patrum; ſed ad rem, omnes hæ intelligentiæ, & expoſitiones optimæ, & ob tantorum PP. authoritatem excipiendæ.

Chryſoſt. Beda. Euthym. Theophyl.

Auguſt.

2. *Non mentitur qui aliis verbis mentem alicuius refert.*

At mihi altera placet, quæ eſt Caiet. Ianſ. Abul. Salmer. Carth & aliorum, Matth. ſcilicet [illegible], vt adnotat Ianſ. & optimè, multus eſt ad explicandum Domini ſermones & verba, parcus ad [illegible] miracula, è contrario verò Luc. & Marc. dixiſſe [illegible] tati ſtudétem, quæ hic Princeps dixit [illegible] te filiæ a nunciis, quando Chriſtus ibat, & hoc non

Caietan. Ianſen. Abulenſ. Salmeron. Carthuſian.

tantum verbis, quantum mente, cui, vt infrà videbimus, Chriſtus dixit, *noli timere, tantummodo crede.* nam, vt bene obſeruant Doctores, vt firmiorem eum redderet in fide, voluit prius ſanare Hæmorrhoiſſam, vt videbimus, quam rem totam ſic luculenter, & breuiter explicat Caiet. vt piaculum me facturum crederem, ſi eius verba non apponerem,

Caiet.

Matthæus, ait, *breuitati ſtudens, ex duabus orationibus confecit vnam. nam ſecundùm rei geſtæ ordinem, vt apud Marcum, & Lucam, Archiſynagogus primò rogans dixit quòd filia ſua in extremis laborat, deinde eundo cum Ieſu accêpit nuntios, quòd mortua eſſet filia, & tunc dixit Ieſu, quod ſolus Matthæus explicat, filia mea modò mortua eſt, & confortatus a Ieſu, noli timere, tantùm crede, perſeuerauit in fide eum qua venerat, & petierat, veni, impone manum tuam ſuper eam, & viuet.* eo vel maxime hæc ſententia verior, & magis litteralis apparet, ſi damus nuntios de morte puellæ ad Archiſynagogum directos, ſecretò ei dixiſſe mortuam eſſe puellam, ob quod non amplius Magiſtrum vexaret, quod equidem probabile apparet; tum quia ſic ſolet fieri, & ad genus quoddam pertinet reuerentiæ cum perſonis magnis, qualis hic Archiſynagogus, tum quia nôn obſcurè colligi poteſt ex Luca, qui ſic, *adhuc illo loquente*, nempe Ieſu, *venit quidam ad Principem.* ergo non multi, hic autem ſecretò hoc dicens, Archiſynagogus autem Ieſu rogans eum, & poſtea venientibus multis, à quibus ſuadebatur, ne magiſtrum vexaret, eius fidem Chriſtus confortans dixit, *noli timere*, &c. ex quo omnia plana & nullum inter Euangeliſtas diſſidium, quoad ſubſtantiam veritatis. Nunc ad ſententias.

3. *Principes ac nobiles mirâ quòd Chriſtũ ſequantur.* Hilar.

Princeps vnus. Mirum vt Princeps, vt nobilis Chriſtum ſequatur, tam mirum, vt quaſi velit Hilar. hoc fuiſſe vt typum legis hic Princeps ſignificaret, *Princeps hic lex eſſe intelligitur, nam nullum Principem crediđiſſe legimus, ex quo perſona Principis huius orantis meritò in typum legis apitatur*, ſic Hilario difficile videtur Principẽ, ac nobilem Chriſtum ſequi, cùm in plurimum iſti potius Chriſtum inhonorant, ac blaſphemant, ob quod pauperes ſunt magis honorandi, quam ipſi, in qua ſententia fundatur S. Iacob. *c. 2 n. 5.* quando Iudæos reprehendebat, quòd pauperes dehonorabant, *non ne Deus elegit pauperes, in hoc mundo diuites in fide, & hæredes regni, quod repromiſit Deus diligentibus ſe, vos autem exhonoraſtis pauperem.* & pro paupere diuites honorabant, contra ipſorummet bonum, & contra Dei honorem, vnde ſequens ait, *nónne diuites per potentiam opprimunt vos, & ipſi trahunt vos ad iudicia? nónne ipſi blaſphemant bonum nomen, quod inuocatum eſt ſuper vos?* duæ potiſſimum rationes, ob quas plus pauperem, quàm diuites honorare debebant. *Prima*, ob diuitum tyrãnidem in pauperes, vnde Vatabl ly *per potentiã opprimunt vos*, legit, *tyrannidem exercent in vos.* & Interl. exponit *auferẽdo bona, & verberando, & trahentes ad iudicia ſine culpis faciunt vos condemnari in iudicijs. Secunda* autem ratio, quia per tales diuites, nomen Dei quod inuocatum eſt ſuper nos, blaſphematur; ſed antequam vltrà procedam, reſoluenda eſt quædam obiectio, nam Apoſtolus ſanctiſſimus non loquitur, dicet forſitan aliquis nobilis, de nobilibus, ſed de diuitibus: ergo non hæc doctrina contra illos. Ad hæc ſic luculenter reſpondet Saluian. ſoluendo obiectionem, *nam*, ait, *aut idem ſunt nobiles, qui & diuites, aut ſi ſunt diuites præter nobiles, & ipſi tamen quaſi iam nobiles.* Pendo hoc vltimum, cur ipſi diuites quaſi iam nobiles? ideo quia iam ſola nobilitas extat in diuitiis, & tantum quis nobilis, quantum diues, licet viliſſimus ſit homuncio, ac viliſſimæ ſtirpis. Sanè reſpondet idem Saluian. dicens, *quia tanta eſt miſeria huius temporis, vt nullus habeatur magis nobilis, quàm qui eſt plurimũ diues.* Ne incuſes amice noſtra tempora, cùm eadem, quæ nunc vides, & in antiquis fuerunt, ferè mille, & ducenti ſunt anni, quibus Saluianus ſanctiſſimus præteriit, & tunc ille magis nobilis, qui amplius diues; quid ergo miraris nunc, ſi etſi filius ſutoris, fabricatoris, cauponis, tonſoris, calciolarij, dummodo diuitiarum paternarum hæres reperiatur, dimiſſo officio nobiliſſimus habeatur, ac cum ipſo Rege connubia iungere, & fœdera inire? ſed progredior. Idem ergo diues, ac nobilis, à talibus ergo nomen Dei blaſphematur: at quomodo? attende ad mores, & peruerſus eos dices. Audi Saluian. *Quis eſt eorum horrens crimina? quamuis in hoc fefellerim, multi enim horrent, ſed pauciſſimi euitant, in alijs quippe horrent, quod in ſe ſemper admittunt, & accuſatores eorundem criminum, & excuſatores; quis eſt diues aut innocentiam ſeruans, aut a cunctis ſceleribus manus abſtinens.* En diuitum vita, quod cùm ſit, quid mirum, ſi a talibus nomen Dei blaſphemetur, ac proinde nullo digni ſint honore.

5. *Diuites tyrãni in pauperes* — Vatab. — Interl. — Saluian.

6. *Temporum miſeria vt ſolum quia diues quis habeatur pro nobili.* — Idem. — Idem.

At dices, quomodo hoc poſſibile, cum & in hoc loco dicatur, *quòd Princeps vnus*; ergo ex nobilibus vnus ſaltem erit. Ad rem idem, *nam quid hoc prodeſt vnum a ſcelere deſiſtere, & multos in ſceleribus permanere, non ſanat vnius conuerſio crimina plurimorum, nec ſufficit ad placandum Deum, quòd vnus peccata deſerit, quem vniuerſitas totius humani generis offendit.* Non ad omnes ſcribo hæc amice, neque vt contra diuites inuehar, aut contra nobiles, ſed vt rationem tremendi Dei iudicij horum temporum attendas, & contremiſcas, cum omnia videas in peſſum ire, mala in infinitũ excreſcere, mortes, paupertatem, deſolationes, peſtes, bella, ob quæ pauperum depilationes, regnorum depopulationes, grauamina infinita, exactiones horrẽdæ. O quæ audiui, quæ vidi, quæve amplius expecto, & tamen ſub Rege viuimus pientiſſimo, ac catholiciſſimo, quod equidem & ad ſtuporem me adduxit, tanta mala aſpicere, maiora timere, cùm Dei gratia videam multos adeſſe Sanctos, non ſolum bonos, multos Dei amicos, & tamen per annorum curricula, vt obſeruaui, ſemper in dies Dei iuſtitiam vindictamque creſcere aſpexi, & aſpicio; vnde hoc? Sanè nunc ex Saluiano cauſam intelligo, quia etſi tanti nobiles boni, tamen pro vno reputari poſſunt reſpectu malorum; *& ſic non ſufficit ad placandum Deum, quòd vnus peccata deſerit.* quid? vt ad noſtra redeamus, ſanè regnum illud Deus peſſundabit. Vis rationem? quia vnus inter tantos Principes erat bonus, & vnus nó ſufficit ad Deum placandum, dum vniuerſitas eum totius regni offendit. nam iuxta Ezechielis dictum non ſolum vnus non ſufficit, ſed nec tres, etſi ſanctiſſimi, vnde cap. 14. num. 14. *Si fuerint tres viri in medio eius, Noe, & Daniel, & Iob, non liberabunt filios, & filias, ipſi ſoli ſalui erunt.* & rectè Saluianus, *neminem tamen reor tam impudentem fore, qui ſe talibus viris audeat comparare.* ex quo & cauſam tantorum malorum habes, & ſimul miraculum, quod cùm Nobiles talis ſint vitæ, vt nomen Dei per illos blaſphemetur, tamen vnus illorum accedat, & Chriſtum adoret, niſi dicas, quia vnus nullus dici poteſt, ſic enim illi dixerunt apud Ioan. 7. *Nunquid ex Principibus aliquis credidit in eum, aut ex Phariſæis?* quomodo non aliquis ſi [illegible] acceſſit?

7. *Vnum bonum nõ ſufficit ad ſaluãdam totam rẽpublicam, ... Dei ... ſine regnorum.* — Saluian.

acceſſit? Sanè, quia idem eſt, aut pro eodem habe-
tur vnus, ac nullus, infeliciſſima Nobilium, ac di-
uitum ſors, feliciſſima pauperũ, quos Deus elegit;
dicerem cauſam, & cauſas, ſed conſule expoſitores
ſuper iſtum locum Iacobi, non enim omnia poſ-
ſumus, dum ad finem pertingere deſideramus.

Acceſſit ergo vnus Princeps, alij Euangeliſtæ
eius declarant principatum, nempe Synagogæ, im-
8. mo & nomen; vnde Marc. *& venit quidam de Ar-*
Synagoga quid. *chiſynagogis nomine Sairus.* res ſcita; quid Synago-
ga? domus nempe orationis, & prædicationis, nam
Dominus vt ille populus ad verum cultum ſpiri-
tualẽ tenderet, voluit eſſe plura loca orationis, &
doctrinæ, attamen vnum ſacrificiorum; ergo &
Princeps erat Synagogæ, qui acceſſit, *vt magis ob-*
Titus. *turarentur Iudæorum corda*, ait Titus apud caten. D.
9. Thomæ in Luc. quod ſi ad moralem ſenſum ad-
Deus cur nobiles ad religionẽ vocat. aptare vis, attende, quòd ideo nobiles, vſque
alioquin delicatiſſimos Dominus vocat, & vt eum
ſequantur imperat, qui duriſſimos in religione la-
bores ſubeũt, vitamque ducũt aſperrimam, vt non
ſolùm ora obturet cæterorum nobilium ſe excu-
ſantium, ſed etiam ignobiliorum dum ad labores
nati, & ad onera in religione poſtea vti delicati
ac molles vitam ducere in delitiis procurant; ſed
10. ad noſtra. erat ergo Princeps, & nominabatur *Sai-*
Nomen huius Principis cur Euangeliſta ponunt. *rus, poſitum nomen Iudæorum cauſa*, vt bene ait Titus,
qui tunc nouerunt quod accidit, vt nomen demonſtratio
miraculi fiat. nam Sairus idem eſt, ac *illuminans*, vel
illuminatus. hic autem acceſſit,
11. *Et adorabant eum.* non cultu latriæ, non vt Deum
Infirmus erat hic Princeps in fide & vnde colligitur. eum credidit, cùm non putaſſet abſentem poſſe ſa-
nare, & inſuper quòd niſi manum imponeret, vn-
de Chryſoſt. *conſidera, ait, eius inertiam; quærit enim*
Chryſoſt. *à Chriſto vt in domum veniat, ignorans quòd abſens*
poterat curare eam. at etſi in fide infirmus, tamen
acceſſit adorans, ac ſe proſternens ante eius pedes,
vnde Marcus, *& procidit ad pedes eius.* Vnde iſti
Principi tanta humilitas, tanta ſubmiſſio? ne mi-
reris amice, indigebat, vnde Theoph. *neceſſitate in-*
12. *ſtante cecidit ad pedes eius.* Iuratam ego iamiam hu-
Principes quanta indigna patiuntur ob ambitionem. militatem demonſtraturus, etſi fuiſſet Princeps
neceſſitate, & prætentione exiſtente, nam mirum,
quæ vilia, quæ abiecta, quæ indigna hi patiuntur,
agunt, & efficiunt, vt ſemel quod deſiderant acci-
piant, quantam adorationem etiam viliſſimis
præferant, quando talibus indigent; quid? prope
ad adorandum eos ſe proſternunt.

Enim verò *Gen. 23. n. 7.* legitur, quòd ſurgens
Lippom. Abraham *adorauit populum.* vbi, vt adnotat Lip-
pom. *in caten.* verbum Hebræum *Saba*, hîc poſi-
tum, ſignificat, *curuare, incuruare, inclinare, humilia-*
13. *re, adorare*, quod ſic improprium authoribus appa-
Abrahamus eſſet Princeps, cur populum adorauit. ret talis Abrahami ſanctiſſimi viri, ac inſuper
Principis, vt populum alioquin Gentilem adoraſ-
ſet, quod neceſſe, vt locum explanent, & de qua
adoratione debeat intelligi declarent, non ſcilicet
de latria, quæ ſoli Deo debetur, ſed de illa, quæ
homini etiam, quæque tantum ſonat, quantum
Auguſt. ſummum præbere honorem; ſic Auguſtin. *in qq.*
ſuper Gen. ergo licèt non adoraſſet Abrahamus po-
pulum, ea adoratione, qua Deum adorabat, tamen
multum, & maximum fuit, non Regem aliquem,
aut ſummum Monarcham, ſed populum terræ ſic
honorare, talique reuerentia, ac reſpectu, inclina-
tione, ac ſubmiſſione, vt adoratio dici poſſit, im-
mo & quòd dicatur, cùm ipſe eſſet Princeps, nam
ſic eum appellarunt & ipſi populi, *audi nos Domi-*
Gloſſ. *ne, Princeps Dei es apud nos*, vel vt Gloſſa. Græcè,
Rex a Deo es tu nobis, in qua re meritò admiratur

Chryſoſt. vt pro Principe, pro Rege populi eum Chryſoſt.
habeant, *qui*, vt ipſe ait, *nec gradum pedis inter eos* 14.
poſſidebat. cui dubitationi reſpondens inquit. *quia* *Quia nil inter gẽtes poſſidebat ſic à Deo eorum Princeps.*
ſpe futurorum deſpiciebat præſentia, & expectatione
maiorum bonorum minus curabat ea, quæ in præſenti
vita ſunt. hinc Princeps Abrahã, non quilibet, ſed
Dei, quia pro Deo omnia deſpiciebat, ſic vt nec
palmum ſepulturæ in terra peregrinationis poſſi-
dere volebat; quid ergo mirum ſi ſic pauper affe-
ctu, & inter illum populũm peregrinum & adue-
nam ſe æſtimans nil inter illos poſſidere volens,
Principem illorum Deus eum effecerat? hoc equi-
dem laus mira eſt ſanctæ paupertatis, meritòque 15.
ſanctus contra diuitum, ac Principum auaritiam, *Paupertatis mira laus & vis.*
inuehens, põderans hoc feciſſe Abrahamum ante
legem, & ante gratiam, ſic grauiter ait, *qualem igi-* Idem.
tur habebimus nos excuſationem, qui poſt tot annuncia-
tiones, ac promiſſiones ineffabilium bonorum inhiamus
præſentibus, & emimus agros, & vbique clari eſſe ſtu-
demus, colligimuſque omnia per auaritiam, & rapi-
nam. Sed redeo ad noſtra. Abraham ergo Princeps
erat, & inter eos veluti Rex, quod cùm ſit, cur po-
pulum adorauit, cur tantum ſe deiecit, cur ſe pro-
ſtrauit? ne mireris amice. eis indigebat, ab eis po-
ſtulabat, mortua enim erat Sara, ſepultura indige-
bat, *aduena ſum, & peregrinus*, populo dixit, *apud*
vos, date mihi ius ſepulchri vobiſcum, vt ſepeliam mor-
tuum meum. iuratam quæque vilia, vt ſic dicam, 16.
etſi Princeps, quenquam acturum, dum aliquid *Eccleſiaſticorum Principum indignitas.*
vult, aliquid ambit, quòd ſi ad hæc addas Abra-
hamum non quemlibet Principem eſſe, ſed Dei,
plus admiraberis, ſicut & nunc quando talia age-
re non tantùm aſpicis ſeculares Principes perpe-
trare, ſed Eccleſiaſticos.

At dices Abrahamum non adoraſſe populum,
niſi poſtquam ei conceſſerunt, quod petierat, nam
ad ſuam petitionem, ſic illi, *Princeps Dei es apud*
nos in electis ſepulchris noſtris, ſepeli mortuum tuum,
nulluſque te prohibere poterit, quin in monumento eius
ſepelias mortuum tuum. poſt quæ dicitur, *ſurrexit*
Abraham, & adorauit populum terræ. Sanè hoc ſcio,
nec me præterit, ſed ex hoc amplius miſeria di-
uitum elucet, *primò*, quia ſi poſt conceſſionem
hæc fecit Abraham, ob gratitudinem, cuius cauſa
Abrahami factum non improbo, quid feciſſet ſi
negaſſent, ſi tantum æſtimauit donum, vt veluti
Deum populum habuit, quid feciſſet ex deſiderio
doni, ſi repulſam audiſſet, nolo Abrahamum ſan-
ctum notare, quia Dei amicus, quia iuſtus, quia ſo-
lum Deũ recognoſcebat; ſed bene ſcio quid Prin-
cipes hodierni faciunt, quando difficultatem aſpi-
ciunt ſuam obtinendi prætenſionem, quæ vilia,
quæ indigna, vt vſque ad admirationem ſit quan-
tum inter ſe contendant, ambitio, & elatio cor-
dis, quantumque cor diſtrahant ſuperbi Princi-
pis, dum elatio volare ſuper capita eum iubet; am- 17.
bitio verò omnibus ſe proſternere; ſic vt ex ho- *Ambitio belluam hominẽ conſtituit.*
mine, non hominem eum conſtituant, ſed bel-
luam, quod equidem excellenter dixit Bern. in de-
clamationibus in principio, *contendunt*, ait, *ambi-*
tio, & elatio cordis, volare altera iubet, repere altera
monet, cùm neutrum proprium ſit hominis. Egregiè
quidem, nec volare conuenit homini, ſicut nec
repere, animalium enim illud eſt proprium, non
hominis, aues volant, ſerpentes repunt; quid er-
go? dum elatio ad volatum adigit hominem,
ambitio ad terram ſerpere, nonne ex homine
iſta non hominem conſtituunt, & ex rationa-
li irrationalem; at quomodo hoc faciunt? ſe-
quitur Bernardus. *Quis enim es tu, ait, ambitio; quis*

enim ille, vel ille, qua domus patris eorum, vt eis in aliquo cedas, vt reuerearis eos, vt aliquatenus eis blandiaris; at bonus ſermo, ait, *è contra ambitio bonum inuenit locum, & interdum quoque qui prodeſſe non poteſt, poteſt obeſſe, vnde diſſimula, primum vnum bonum pone, donec veniat hora tua.* Si conſideres Bernardum ferè ſemper in curiis verſatum Principum, tum ſæcularium, tum Eccleſiaſticorum, accipies non ſpeculatiuè illum ſcribere, ſed practicè, quod viderat, quod inſpexerat, quod manibus attrectauerat; ſic ego amice, etſi non Bernard. quæ vidi, quæ aſpexi, quæ manibus attrectaui ſcribo, vt in ore duorum, (etſi tantum Bernardi teſtimonium ſufficiebat) teſtata tibi remaneat hæc veritas, nullum hominum

19. *Ambitioſus nõ ſolùm adorat, à quo accipere debet, ſed ſeruos, ſed etiam viliſſimos famulos.*

viliorem quam Principem ambitioſum, qui non ſolùm ob ambitionem, ſe diuino proſternit, ſed amicis, ſed ſeruis, ſed famulis, etſi viliſſimis, ſic vt pro Deo hos faciant, pro Deo eos habeant, intercceſſionem ab hero prætendentes, quod equidem confirmo ex hoc ipſo Abrahami facto, ex quo & directè ſolutionem dubij habebis.

Enim verò quod Abraham deſiderabat, non erat illud, quod illi ei conceſſerant, nempe eius ſepulturam in eorum ſepulchris. nam, vt bene Lippom. homo fidelis nolebat, neque oſſa coniungere cum infidelibus, vt videas quantum à feruore religionis illi diſtēt fideles, qui non oſſa mortua, ſed viua, ſed corpora, ſed animas per matrimonium cum hæreticis infidelibus peioribus coniungunt. Sed ad rem, illud equidē non poſtulabat Abraham, ſed quod petebat erat, vt partem aliquam terræ illi darent, in qua ipſe erigere poſſet peculiare ſepulchrum, & ſuum ſepelire mortuum, quod cùm ei non conceſſerant, e medio eorum ſurgens populum adorauit, vt apud Ephron virum nobiliſſimum intercederent, vt ei venderet ſpeluncam, quam poſſidebat, ad hoc vt in illa ſuum ſepeliret mortuum vnde ait poſt adorationem, *ſi placet animæ veſtræ, intercedite pro me apud Ephron filium Seor, vt det mihi ſpeluncam duplicem, quam habet in extrema parte agri ſui.* En factum, non ſolùm adorauit Ephron, vt Scriptura ait, ſed etiam amicos famulos, tandem populum terræ, vt pro eo intercederent, & ab Ephron, quod ambiebat, acciperet; hoc ergo quod iure Abraham, iniurè, vt ſic dicam, faciunt Principes, & non equidem ob rem tam ſanctam & piam, vt Abraham, ſed pro viliſſimis quibuſque ac pro merè temporalibus, vt ex hoc non mireris nunc quando audis Principem vnum ad Chriſtum acceſſiſſe, coram eo ſe proſtrauiſſe, eum adoraſſe, quia indigebat, & ſanitatem expoſcebat filiæ, ſiue reſurrectionem, *Domine filia mea modò defuncta eſt.* Salmer. *Dominum vocat ex afflictione, reddens eum humilem, & nos etiam in tribulatione melius agnoſcimus Dominum, quia in proſperitate quaſi nobis parem, & ſine reuerentia tractamus, & quaſi nobis obligatum iudicamus.* quod vſu

Lippoman

20. *Matrimonia iungere cum hæreticis Catholico, viro res indigna.*

Salmeron.

21. *Homo in proſperis Deum non agnoſcit.*

euenit, bene adnotat Salmer. in proſperis penè non alium Dominum agnoſcimus, niſi noſmet ipſos, vnde Pharao. Exod. 5. u. 2. *Quis eſt Dominus, neſcio Dominum, & Iſraël non dimittam.* agebat in proſperis, ſed ſine, vt eum tãgat tribulatio, & ranæ domũ eius vaſtaſſent, & videbis, quòd ſtatim Deũ, vt Dominum agnoſcet. c. 8. n. 8. *Orate Dominum, vt auferat ranas à me.* cur modò Dominum agnoſcit? ſanè ex tribulatione, ad cuius encomium mirificè hæc faciunt, cùm inter cæteros tribulationis fructus non ſolùm cognitio eſt Dei, ſed etiam impetrationis fructus, immo & multorum ſalutis, dicam, & regnorum. nam vnius iuſti tribulati oratio

22. *Tribulatio efficit vt homo Deum, vt Dominum agnoſcat, & efficaciter oret.*

ſalutem impetrat regnorum, quod maximè notãdum, *Dominus mortificat & viuificat*, ait ſancta illa Anna 1 Reg. 2. n. 6. *deducit ad inferos, & reducit*; at cuius medio hoc facit, & per quem? Sanè per hominem vexatum, diuque tribulatum, nõ auderem hoc dicere niſi authoritas Nazian. *Oratione ad 150. Epiſcop.* ob pacem à Deo Eccleſiæ redditam non me confirmaret, cuius verba, *Deus ex hyeme facit ver, ex tempeſtate tranquillitatem, idque plerumque ob vnius iuſti orationem, diuturna perſecutione vexati.* quod exemplis cõfirmans, affirmat per Ioſephum tribulatũ, perditum, & deploratum, voluiſſe Deum aperire iter filiis Iſraël in Ægyptum, & ex Ægypto terræ promiſſionis, vnde concludens ſic ait, *Attende quomodo is, qui venditus fuerat gentibus, gentes ſedibus pellit, ipſeque in gentem magnam conſtituitur*, vt fructus tribulationum hinc aſpicias, & quomodo orationem efficacem conſtituant, ad impetrandum, mentemque illumineat ad Deum cognoſcendum, vti huius Principis, qui ex filiæ tribulatione motus Chriſtum Dominum agnoſcit, & efficaciter orans impetrat, quod petit.

23. *Tribulati oratio regnorum aliquã. de ſalut.*

Nazian.

Veni, impone manum tuam ſuper eam, & viuet. Diminuta ſtabat fidei; hinc nõ putabat abſenté poſſe ſanare, vt ex Chryſ. ſuprà dicebamus, & Theophyl. *fuit autem*, ait, *hic vir ex parte fidelis, in quantum cecidit ad pedes Ieſu, in quantum verò deprecabatur, vt veniat, non quantam oportebat habere fidem oſtendit*, quod cùm eſſet, & ob hoc indignum ſe conſtituiſſet filiæ ſalutis, tamen benignus Dominus nil moratus ad miraculum patrandum ſe accinxit, vnde ſequitur,

24. *Archiſynagogus in fide infirmus.*

Chryſoſt. Theophil.

Et ſurgens ſequebatur eum. Surrexit Dominus ſtatim è domo Matthæi, vt rectè adnotat Carthuſ. *& ſequebatur eum*, mirũ cùm ſic diminutæ eſſet fidei. Ad rem Chryſ. *aduenerat*, ait, *Dominus non vt iudicaret mundum, ſed vt ſaluaret; quapropter non examinat dignitatem petentis, ſed æquanimiter arripit opus*, cuius rationem perbellam ſubiungẽs ſequitur, *ſciens quòd maius erat futurum, eo quòd quærebatur, vocabatur autem ad remedium ægrotantis, nouit autem ſe ſuſcitaturum iam mortuam, & inſerturũ terrenis firmam ſpem reſurrectionis.* Pulchrè, non attendit Dominus ad dignitatem orantis, ſed ad officium ſaluantis, quod tunc exercebat, & quia per ipſum futura erat mortis reſurrectio, vt hanc intimaret, & ſpem nobis reſurrectionis daret, noluit à diminuta petentis fide impediri, vt reliquis omnibus benefaceret, ex quo docemur, vt rectè ait Ianſ. *nil fruſtra à Domino nos orare, quod orantibus bonum ſit, & imperfectiones noſtras illum benignè tolerare, ac decere item nos, qui Chriſti eſſe volumus, vt pari facilitate omnibus ſimus exorabiles.*

Carthuſian.

Chryſoſt.

25. *Chriſtus cum ſtatim ſecutus eſt Archiſynagogum, etſi in fide infirmus.*

Remig. autem *in Cat. D. Th.* ſic habet. *Miranda eſt autem pariter, atque imitanda Domini humilitas, & manſuetudo, nam mox vt rogatus eſt, rogantem cœpit ſequi, vnde ſubditos & Prælatos pariter inſtruxit. Subditis exemplum obedientiæ reliquit, Prælatis verò inſtantiam & ſollicitudinem docendi demonſtrauit, vt quotieſcumque aliquem audierint mortuum in anima, ſtatim adeſſe ſtudeant.* Optimum documentum ſatis ab omnibus Prælatis obſeruandum, ne aliù diſtenti ſalutem negligant animarum, ſed ſtatim accurrant omnia relinquentes; quare Dominus etſi hic in fide infirmus, tamen illico nil moratus, conuiuas deſerens, è domo exiens Matthæi, in qua ſtabat non verbis, non promiſſionibus, vt alibi de futuro, vt ſuprà n. 7. Centurioni, *ego veniam, & curabo eum*, ſed factis, *ſequebatur eum*; ſanè, ni fallor, quia dixerat ei Princeps, *filia mea modò defuncta*

ſta eſt. non expectauit dies, non moratus eſt ſic vt filiæ cadauer fœteret, ſed ſtatim illico ac mortua, dum adhuc recens, & caro adhuc calida, acceſſit, remedium, & reſurrectionem expetens mortuę, & vitam; quid ergo mirum ſi ſtatim nulla mora interpoſita Dominus greſſus mouit, omnia relinquens, vt eam ſuſcitaret? iam me habes, ſymbolum hoc eſt, mea ſententia, quo docemur faciliimè Dominum noſtrum eas animas in peccato mortuas è peccato ad vitam reuocaturum, ac omnem ſuam opem allaturum, ſi ſtatim ac ceciderint, ſi illico ac gratiæ animæ vitam perdiderint, ad eum accedãt,
26\. non addendo peccata peccatis, nec in peccatis veteraſcendo, ſed illico ſtatim ac mox vt fuerint per peccatum defuncti ad Ieſum accurrant, ad ſanctiſſimæ pœnitentiæ ſacramentum, verè audeo dicere, quod certiſſimè tales cõualeſcent, & quod Dominus omnem ſuam opem illis præſtabit, diſſimulans alias imperfectiones ſi vt hic Princeps ad cũ accedant, mox vt anima eorum, ac iſtius, eſt mortua, cùm velim ſcias tantam, & talem differentiam
27\. ſtare inter mortem alicuius peccatoris peccato inueterati, ac illius, qui recentis, & qui poſt vnum peccatum ſtatim reſulit, & poſt aliud ſimiliter, ſic vt peccata peccatis non addat, vt mors iſtius reſpectu illius, ſomnus dici poſſit quodammodo, non mors, & ea differentia facilitatis, aut difficultatis ſit in vtriuſque conuerſione, quanta in excitare vnum à mortuis, aut à ſomno.

Peccator qui in peccatis nõ veteraſcit, quanta promptitudine à Domino adiuuatur.

Mors peccatorum recentium reſpectu mortis peccatoris inueterati ſomnus dici poteſt.

Enim verò *Ioan.11.v.11.* diſcipulis dixit Dominus, *Lazarus amicus noſter dormit*, quod cùm de dormitione intellexiſſent Apoſtoli, vnde ei, *Domine ſi dormit, ſanus eſt.* hãc eorum falſam opinionem corrigens Dominus, cùm per ſomnum mortẽ intellexiſſet, apertè tũc dixit eis, *Lazarus mortuus eſt*, nolens vt per mortem ſomnũ intelligerent; at hic, vt infrà videbimus, cùm intraſſet in domum, *& vidiſſet tibicines, & turbam tumultuantem, dicebat, Recedite, nõ eſt mortua puella, ſed dormit*; verè equidem, ſic hæc mortua erat, ac Lazarus, & tamen noluit, vt mors Lazari putaretur ſomnus, & iſta ſomnum ipſe dixit, tanta aſſeueratione, vt quia turba, qui ſciebant veriſſimè eſſe mortuam, *deridebant eum.*
28\. ſic malè accepit, vt non prius miraculum ſit operatus, quàm turba eiecta, vt ibi dicemus; quale ergo in hoc myſterium, vt voluerit per mortem Lazari verè mortem, & non ſomnum intelligi; per mortem autem huius puellæ non mortẽ, ſed ſomnum: Sanè, mea ſententia, quia, vt inquit Greg. *lib. 4 moralium c.25.* per hãc puellam ſignificatur peccator recens, qui adhuc in domo iacet, per Lazarũ verò ad ſepulturam ductus, peccator inueteratus *in malis, nam ſepulturæ agere premitur*, ait Greg. *qui in perpetratione malitiæ etiam vſu conſuetudinis preſſus grauatur.* hinc dicatur mors Lazari, & ſic velit Dominus vt appelletur, attamen huius puellæ ſomnus, quatenus recentem peccatorem ſignificat. En amice quid dicebamus, etſi peccator dum peccat moritur, & verè moritur, tamen ſi conſuetudine peccandi, non tumulatur, & ſtatim ad medicũ accurrit, cuius reſpectu, vt bene Aug. *tr. 49. in Ioan.*
29\. ipſa mors ſomnus dici poteſt. *quod autem dixit de Lazaro dormit, verum dixit*, ait Sanct. *nam Dominus tanta facilitate excitabat de ſepulcbro, quanta tu excitas dormientem de lecto.* tamen vnius mors, peccatoris ſcilicet recentis, reſpectu mortis peccatoris inueterati, ſomnus dici poteſt. ex quo ſequitur ea differentia, quis conuertatur quoad facilitatẽ aut difficultatem, quanta intercedit inter excitandum vnũ à morte, aut à ſomno, quod etiã in hoc exem-

Cur Dominus mortem huius puellæ ſomnum dixit, & quid illa, & quid Lazarus ſignificet.

Gregor.

Auguſt.

Mors reſpectu Chriſti cur ſomnus dicatur.

plo patet, nam ſi conſideres, quod Dominus egit, 30.
vt Lazarum reſuſcitaret, admiraberis, lachrymatus eſt, infremuit, feruentiſſimè orauit, inſuper & clamauit, & tandem exiit Lazarus, reuixit, bene quidem, *ſed prodijt ligatus manus, & pedes inſtitis, & facies illius ſudario ligata*, ſic vt neceſſe quòd Dominus Apoſtolis iuberet, vt eum ſoluerent, & abire ſinerent, verè aliquando tales reſurgunt, & eos Dominus excitat. nam, vt bene Gregor. *vbi ſuprà, hos plerumque*, ſigna verbum, *diuina gratia reſpectu ſui luminis illuſtrat*, non quotidie, non ſemper, ſed plerumque, hos etiam diuina gratia illuſtrat, & reſuſcitantur, & ad vitam redeunt; at quomodo? malis habitibus, & prauis conſuetudinibus, & tam denſamẽtis excitatæ, vt planè ad miraculum ſit, vt non reincidant, & cadãt, & iterũ moriantur, vnde neceſſe vt ipſamet omnipotentia diuina, vt ſic dicam, & noſtro modo intelligendi adiutores conuocẽt, Sanctos excitet ad orandum, pro eis ne iterum in peccatis relabantur, *quaſi tempeſtas tranſiens non erit impius*, ait Salom *Prou. 10.n.25.* Quid per tempeſtatem tranſeuntem? Sanc. Pagnin. tempeſtatem, ait, ſignificare violentam citò abeuntem, ac deficientem, ad modum illarum, quæ tempore æſtiuo ocyùs cogiutur, & ocyùs ſoluuntur, non ſic, ait Salom. impius erit, hoc eſt, peccator in malis inueteratus. nam ex conſuetudine peccandi ſic ſtabilis in peccati tempeſtate exiſtet, vt in ipſa, niſi miraculum adſit, ſuffocabitur, *quia graſſante frigido vento*, ait Chryſ. hom 6. in Epiſt. 2. ad Cor, *membra omnia concreſcunt, & velut mortua ſunt, ſic etiam animæ in peccatorum frigore, & tempeſtate contremiſcens, nullum munus ſuum exequitur, conſcientia tanquam gelu concreta.* nil aptius dici poteſt, vnde, ordinariè loquendo, talium conuerſio, quæ verè miraculoſa dici poteſt, ſit in vltimo articulo vitæ, poſtquam ſtatim ſequitur mors corporalis, veluti ex hoc nobis Dominus demõſtrans moralem impoſſibilitatem in gratia tales perſeuerandi cum talibus inueteratis habitibus malis, vnde vt eus luctetur, & ne iterum in peccata decidant, vitam 31.
eis eripit corporalẽ, ex quo ſaluantur tantùm cum finali pœnitentia, duriſſimè poſtea, per annos ducentos, trecentôs ac quingẽtos, in igne purgatorij cruciandi, vt S. Ioannæ à Cruce reuelatum fuit; ſicut in eius ſcribitur hiſtoria *lib. 3. c.8. in fine*; at verò nil horũ inuenies, in excitatione peccatoris recentis. nam ſi attendas, quid Chriſtus egit, vt huius puellam reſuſcitaret, nil aliud inuenies niſi *quòd tenuit manum eius, & ſurrexit puella*, nec verbum ſonuit, tantum abeſt vt clamor, ſed ac ſi verè dormiret, ad modum, quo quempiam ſolemus excitare, brachium, aut manum eius extrahendo, ſic Chriſtus, immo tam leuis erat ſomnus, vt nec extractio neceſſaria, ſed tantùm contactus, vnde dicitur. *tenuit manum*, vix tetigit, & reuixit, non ſic cũ Lazaro, vt vidiſti, qui peccatorem deſignat ob- 32.
ſtinatũ, & in peccato iacentem, & diu in illo manentem, ac ſæpe cadentem, cuius conuerſio ſi non impoſſibilem, ſanè perdifficilem dicit Apoſtol. *ad Hebr. 6.n 5.* quando, inquit, *impoſſibile enim eſt, illos, qui ſemel illuminati*, hoc eſt, baptizati, Baptiſmus enim, vt ait hîc S. Doctor, illuminatio dicitur, quia 33.
per illũ intellectus illuminatur per fidẽ *guſtauerũt donum cæleſte*, gratiã, *& participes facti ſunt Spiritus ſancti*, donorũ ſcilicet eius, *guſtauerunt nihilominus bonum Dei verbum*, quatenus Dei doctrina non ſolùm illuminat intellectũ, ſed etiã reficit affectum, *virtuteſque ſæculi venturi.* hoc eſt, dotes animæ. quæ ſunt, viſio, tentio, & fruitio, quæ, vt ait S. Doctor,

Peccator inueteratus quanta difficultate à peccato eripitur, quanta facilitate recens.

Gregor.

Salom.

Chryſoſt.

Peccatores inueterati, quòd in ſua vita conuerſi tàm ſunt, ſtatim puniuntur quantumque in purgatorio crucientur.

Peccatoris conuerſio inueterati, quàm difficilis ſecundùm Apoſtolum.

Baptiſmus cur illuminatio dicatur.

S. Thom.

 ſine beatitudine

inchoatiuè guſtantur hîc, per fidem, ſpem & charitatem, *& prolapſi ſunt, rurſus renouari ad pœnitentiam.* in quo loco rectiſſimè aduertit S. Doctor Apoſtolum non dixiſſe ſimpliciter lapſi ſunt, ſed *prolapſi*, hoc eſt, vt inquit Sanct. *totaliter lapſi, quia ſi lapſi tantum eſſent, non ita difficile foret reſurgere ſed quia dicit prolapſi, & impoſſibile, vt reſurgant, notat maximam difficultatem reſurgendi propter peccata*, non ſic autem quando ſemel lapſi ſtatim accurrunt. nam etſi ambo per mortem peccati amiſerunt principem vitæ, hoc eſt, ipſam gratiam, animæ vitam, tamen qui recens peccauit, ſic prope illud habet, vt faciliimè ad illud redit; en tibi in exemplum hæc puella, *modò defuncta eſt*, dixit pater ad Ieſum, & quia ſtatim accurrit, illico Ieſum vitæ principium inuenit, qui ſtatim cum illo greſſus mouens, in domum intrans, reuiuiſcam eam reddidit, ſic vt potius quòd dormiſſet, quàm quòd eſſet mortua dici poſſet, ex quo non ſolùm facilitatem habes, quare ſtatim Chriſtus hunc Principem ſit ſecutus, ſed etiam reuiuiſcentiam peccatoris recentis de qua re vide Chryſol. *ſerm.* 34. cuius ſymbolum hæc erat puella.

34. *Chriſtus cur ſtatim Archiſynagogū ſit ſecutus, non verò Regulum.* At ſucceſſit quæſtio ab expoſitoribus agitata, nam *Ioan* 4. *n.* 48. cùm quidam Regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum, ad Ieſum acceſſiſſet, pro filio rogans non ſolùm ſtatim eum non eſt ſecutus, ſed eum de incredulitate reprehendit, vnde illi, *niſi ſigna, & prodigia videritis, non creditis*; attamen è contra, vix hic rogauit, ac ſtatim eum eſt ſequutus, huius rei cauſam, ſiue differentiam, hunc quærunt expoſitores. nam vterque Princeps, vterque in fide infirmi, vterque in eadem neceſſitate, vterque orant. cur ergò ſtatim vnum eſt ſecutus, non alterum? de hac re multi multa.

Rupert. Beda. Abulenſ. Aliqui, vt Rupert. & Beda, vt miraculum faceret de Hæmorrhoiſſa, vt videbimus, quæ, vt ait Abulenſ *quæſt.* 90. in via ſtabat, & niſi accederet, occaſio præteriiſſet: at ſi petis ab iſtis, cur, ſeu quid neceſſe, vt prius miraculum operetur Hæmorrhoiſſæ, quàm filiæ Archiſynagogi, reſpondent, quia per Hæmorrhoiſſam gentilitas, per filiam

35. *Cur prius voluit ſanare Hæmorrhoiſſam.* Archiſynagogi populus Hebræorum ſignificabatur, vnde perbellè aduertant, quòd quando puella incipiebat mori, quæ erat annorum duodecim, illa altera cœpit infirmari. nam ab annis duodecim fluxum patiebatur ſanguinis; cùm ergo gentilitas prius à Chriſto eſſet ſananda, prius quàm tota illa gens Iudæorum incredula, & ad ſe priùs illam eſſet reducturus, ideo affirmant voluiſſe prius hanc ſanare, quàm puellam reſuſcitare, & ideo ſtatim hunc Principem eſſe ſequutum, non illum, allegorica interpretatio.

Abulenſ. Ianſen. Salmeron. Alij, vt Abulenſ *quæſt.* 90. Ianſ. Salmer hoc referunt ad Chriſti prouidentiam, qui, vt benè Ianſ.

36. *Non ſemper in edēdis miraculis vnam ſequebatur rationem.* *in edendis miraculis, & precibus aliquorum exaudiendis, non ſemper eandem ſequebatur rationem, ſed nunc hanc, nunc illam, prout vel temporis, vel loci, vel perſonarum conditionem illius prudentia inexplicabilis expetere indicauit.* Vnde Abulenſ. ideo dicit noluiſſe cum Regulo ire, quia ibi volebat expetere fidem; è contra verò cum Archiſynagogo ſtatim iuiſſe, quia ſuam volebat demonſtrare manſuetudinem. hæc ratio ſummopere mihi placet, tum quia verè ſi ſemper in omnibus Chriſti actionibus rationem indagare attentabimus, ſæpe potius addiuinabimus, quàm veram aſſequemur, cùm ipſius prudentia ſit inexplicabilis, ac prouidentia occultiſſima in eius rationibus, tum etiā ampliùs mihi hæc ſententia placet, quia ad mores, & ſpiritualem animarum magiſterium valde [illegible] centes [illegible] lla Chriſtu Dominum no[illegible] ducendis animabus, & ad perfectionem [illegible] dis, non ſemper vno eodemque modo v[illegible] ut de miraculis ait Ianſ. *aliquando abſens ſanabat,*

37. *Animas varie duci: & non ſemper vna via, ad perfectionem.* *aliquando præſens, nunc verbo ſolo, nunc tactu ſolo, nunc verbo, & tactu ſimul, nunc fidem reſpicit, nunc citra cuiuſquam fidem ſolus miſericordia motus curat*, ſic pari modo proportionaliter de prouidentia circa animarum ſalutem dici poteſt. nam nunc peccato[rem] poſt longum tempus conuertit; nunc vix al[i]qui nati, ac ſtatim ad ſe illos aduocat, nunc per l[ong]as vias, aſperaſque eos ducit, vt ad ſummum perueniant, nunc per ſaltum in vertice ponit montium, nunc per longas diuturnas meditationes laborioſuſque diſcurſus ad cōtemplationem eueh[i]t, nunc in principio ſtatim (quod vſque ad ſtupore[m] eſt videre) nunc mira, & pœnalia ab aliquibus exigi[t] opera, animumque vndequaque purgatum, v[i] [illegible]pores, & ſuperiores, ac infuſos leues an[illegible] & oſcula tribuit, nunc ſecretiſſimè, & occu[lte] [illegible] a ſua prouidētia in principio ſtatim vix pannis a[do]leſcentiæ ſpiritualis veſtiti eos ad cellam [illegible] vinariam, diuiniſſimo liquore eos inebri[a]ns, [illegible] potans, & inter vbera fouens, vide hoc. Sanè [illegible] ce, quia Chriſti inexplicabilis eſt prouidentia & non ſemper eodem modo eadēque ratione omnes dirigit, ac ducit, ſed prout vult, prout animæ [illegible] plus congruū, prout ſuæ gloriæ magis expedi[re] c[en]s. tandem, quia ſic eius eſt beneplacitum, quæ ſumma eſt ratio; quis enim conſiliarius eius eſſe potest? ex qua doctrina ſequitur non benè, imò [illegible] talis dicere, quod inſipienter agunt magiſtri il[li] ſpi[ri]tuales, qui per vnicam viam omnes ducere volu[nt],

38. *Magiſtri ſpirituales quam [in]ſipienter [illegible] ita ve[illegible] præſumentes.* vnaque ratione, putantes non aliam ſubeſſe præter illam, quàm ipſi tenuerunt, vnde ſi ipſe p[er] pœnitentiam, per illam animas ducunt vſque a[d] mortem, ſi per orationem, etſi nulla aptitudo p[œ]nitentiæ, tamen contemplandum eis eſt velint nolint, ſi ipſi per extremam paupertatem, ſi non omnino eos expolient vſque ad nuditatem, i[n] præſcitos eos dicunt, tandem ſi ipſi per meditationem nullam admittere volunt contemplat[io]nem, quid, nunquid hæc non maxima inſipie[ntia]? Sanè; ad modū ergo Chriſti Domini noſt[ri] [illegible] æ ſunt gubernandæ obſeruantes naturam, impul[ſu]s, inſpirationes, inclinationem, ſubiectum tempus, ſtatum, locum, & alia infinita, vt ſic omnia omnibus facti omnes lucremur.

Alij ad mores amplius accedentes affirmant, ideo ſtatim Dominum hunc Principem ſequutum, non illum Regulum, quia hic merè Princeps ſæcularis, Archiſynagogus autem Eccleſiaſticus cùm Princeps eſſet Synagogæ, vt diximus, ad demonſtrandum quanta maiori obſeruatione, Principes ſunt ſuſcipiendi Eccleſiaſtici, quàm ſæculares. nam, vt bene Petrus Bleſenſis Ep. 146. Bl. PP. tom. 12. p. 2. *Chriſti crux antecellit Cæſaris aquilas,*

39. *[illegible] gladi[us] [illegible] præiudicat P. Bleſen.* *gladius Petri gladium Conſtantini, & Apoſtolica ſedes præiudicat imperatoria poteſtati.* non infirma, ſed optima ratio. Alij quia Regulus totus fuit in verbis, *rogabat vt deſcenderet, Domine deſcende priuſquàm moriatur filius meus.* Si facta exquiris [illegible] opera, nulla inuenies, at hic Archiſynagogus præter verba, & opera adiunxit genuflexio[ne]m, ſubmiſſionem, proſtrationem, adorationē q[u]id [mir]o mirum, ſi tantam huius oratio efficaciam h[abuit] vt ſtatim Ieſum mouit, vt illi quod petebat, [concede]ret, cùm ob id ſæpe non exaudia[mur], quia [ver]bis tantùm, non opere oramus, pro q[uo] [illegible]

Annot. Moral. XCVIII.

Orationi opera ſunt adiungenda.

1. *Cum peccatis ad orandum accedere non gratia, ſed pœna expectanda.*

ET *ſurgens ſequebatur eum.* Nulla interpoſita mora, vt diximus, non ſic autem eum Regulo illo apud Ioannem; quia, vt dicebamus, hic nulla adiecit ad verba opera, non ſic autem noſter Archiſynogogus ad verba, ad preces opera. nam velim ſcias quòd quando ad orationem accedis, & ad Eccleſiam, vt Chriſtum ores non ſolùm ſine operibus bonis, ſed & malis, non gratiam auſpicari debes, ſed potiùs ſupplicium, non te felicem, ſed infelicem dicere, pro certo tenens quòd ad Deum oraturus accedere, malis operibus pollutus cæcorum eſt ac inſipientium, nam ſi aliquid ſaperent, nullo modo polluti ante Dei conſpectum venire præſumerent, immo tremerent, formidarent, non gratiam, ſed ſupplicium præſumentes.

Enimverò Iſai. *cap. 6. num.* 6. eius Dominus in ſublimitate magnaque gloria apparens inter Angelorum choros Seraphinoſque, ſtatim cœpit Iſaias clamare, *Væ mihi, quia tacui, quia vir pollutus labys ego ſum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito, & Regem Dominum exercituum vidi oculis meis.* Vnde tantus dolor Iſaiæ, vnde tantus timor, dum ſic illi Deus blandiebatur, talemque exhibebat fauorem? Sanè, ni fallor, quia non exemplo, & ſupplicio Oziæ edoctus, qui pollutus auſus fuerat adire templum, & ſacrificium offerre, ipſe pollutus ſimiliter ante Dei conſpectum apparere, & templum adire præſumpſit, 2. Paral. 16. num. 16. *ſed cùm roboratus eſſet*, dicitur de Rege Ozia, *eleuatum eſt cor eius in interitum ſuum, ingreſſuſque templum adolere voluit incenſum ſuper altare thymiamatis.* quid ex hoc? vt lepra infectus à templo ſit expulſus, ſanè perquam iuſtiſſimè, dum homo Dominum negligens ſuperbia, ac faſtu plenus audet templum Domini rogatus adire, ac inſuper ſacrificium offerre, quod ei non attinebat, iuſtè equidem hoc videns, ac perſpiciens Iſaias debebat timere, pollutus exiſtens, ne templum ingrederetur; at cur non timuit? equidem, quia ſe maculatum neſciebat, ante Dei viſionem, vnde ignoranter eſt ingreſſus, ſed poſt reuelationem Deique conſpectum, coram illa ſuprema ac infinita puritate maculatum ſe aſpiciens timuit, pauit ipſam orationem, ſiue ipſum templi ingreſſum, væ ſuum, dicens, *antequam videas viſionem, non confiteris te eſſe miſerum.* O Iſaia, ait Orig. hom. 4. in cap. 6. Iſaiæ, *non ait, quando vixit Ozias, neque in ſenſum meum venit, quia miſer eſſem, incipio autem noſſe, quia miſer ſum, quando video viſionem moriente Ozia rege leproſo.* En ratio, quare audent Chriſtiani polluti ad templum accedere, & orare, beneficiaque petere ſine timore, ſumma audacia, cæci ſunt, ſuam non aſpicientes miſeriam, ſuam non attendentes pollutionem; quid inde? vt ad modum Oziæ non mundati, ſed leproſi, ſed caſtigati, ſed reiecti à Dei præſentia abſcedant amplius maleti, non gratiam, ſed potius ſupplicium reportantes, quod equidem dum Iſaias ex Dei viſione callet, meritò ante Dei conſpectum orantem ſe aſpiciens, ac ſimul pollutum, totus tremefactus exclamat, dicens, *Væ mihi, quia tacui, quia vir pollutus labys ego ſum.*

2. *... Dominum ... it.*

3. *Ante orationem pollutum ſe non cognouit.*

Origen.

4. *Chriſtiani qui cæci polluti in templo intrare & orare.*

Sed peccata Iſaiæ pende, *quia tacui*, ait, *quia vir pollutus labys ego ſum. Primò* enim aliqui putant, hanc taciturnitatem Iſaiæ proueniſſe ex ipſa viſione, à qua conſternatus præ timore, & pauore obmutuit, ſic Forerius, & Prad. vnde licet Iſaias eſſet facundus ante viſionem, poſt illam ad inſtar Moyſis factus eſt mutus, immo non ſolùm tunc mutum ſe dixit, ſed quòd antea etiam mutus extitit, nam poſt auditam Seraphinorum hymnodiam, cantum, & Dei laudem, ſic ſublimem, & excelſam, ad ſuam, quam antè exhibuerat, attendens, non laudem eam dixit, ſed ſilentium, ob quod æſtimauit nunquam Deum laudaſſe, quia nunquam laudauit, vt par erat, & ſic miſerum ſe dixit, quando forſitan ante viſionem beatum ſe æſtimabat. Excellens doctrina, qua intelligimus verè omnes noſtras iuſtitias ante Deum ſicut pannum eſſe menſtruatæ, & in illo tremendo iudicio niſi Dei miſericordia nos defendat, vti maculatos, ac peccantes, apparituros, & diram ſubituros ſententiam, ex quo ſic Sanctus, ac peccator dum in hac vita de ſe nil præſumere debet, ſed humiliter, & cum timore, ac tremore ſuam operari ſalutem, etiam ſi in culmine virtutis ſe videat.

5. *Iſaias vnde mutus, & ante Dei conſpectum tacens.*

6. *Hominũ iuſtitia ante Dei conſpectũ iniuſtitia apparet.*

Secundò etiam ex hac doctrina elicitur veræ reuelationis ſignum eſſe humilitatem, pauorem, tremorem, ſui cognitionem, & inſuper ſilentium eius, ſic Abraham *Geneſ.* 18. *num.* 27. Deum videns ſe cinerem dixit, Moyſes *Exod.* 3. *num.* 6. abſcondit faciem ſuam, *Tob.* 12. *num.* 22. illico ac audiuit Angelum eſſe ſe proſtrauit, Hierem. *cap.* 1. *num.* 6. elinguem, & puerum ſe dixit. Daniel. *cap.* 7. *num.* 15. totus horruit; Ezechielis *cap.* 1. *num* 1. cecidit in faciem ſuam, *Apocal.* 4. *num.* 11. ſeniores ceciderunt in faciem ſuam. tandem Iſaias, ob ſtuporem, & tremorem tacuit.

7. *Humilitas veræ reuelationis ſignum.*

Tertiò Hieronym. reputat taciturnitatem Iſaiæ proueniſſe, quia ex Seraphinorum cantu cùm moueretur ad Deum laudandum, & cum illis ſe coniungendum, attamen *ob peccati conſcientiam id facere non eſt auſus*, quod peccatum ſi quæris, exponit Cornel. quia viuendo inter populum peccatorem, non illo erat ſanctior, ſed ad inſtar illorum, & hæc ſana doctrina ad religioſorum confuſionem, ſi non ſæcularibus ſint potiores in ſanctitate; qua enim fronte ad chorum accedimus ad Deum præ cæteris ſæcularibus laudandum, ſi non illos in ſanctitate excedimus? merito ergo Iſaias hoc attendens miſerum ſe dixit loqui non audens.

Hieron.

8. *Religioſorum confuſio ſi nõ meliores inueniantur, quàm ſæculares.*

Cornel.

Quartò idem Hieron. Cyrill. Haymo, aliique cenſent, hoc peccatum Iſaiæ fuiſſe linguæ, non loquacitatis, ſed taciturnitatis, quatenus non ſicut debebat Oziam Regem reprehenderat, quando incenſum adolere præſumpſerat, non in faciem ei reſiſtens, ſed metu correptus tacuit; apta doctrina ad Prædicatores, qui omnes muti, & præcipuè, qui in Curia ob timorẽ, puſillanimitatem, & quæſtum oblatrare non audent, Nazianz. *orat. ad patrem*, affirmat hanc taciturnitatem Iſaiæ fuiſſe, quia *cùm alias redargueret, ſe ipſum non reprehenderit*, ad rem etiam illorum Prædicatorum, qui alios emendare, & curare ſatagentes, ſe ipſos non curant, & dum feſtucam in oculo fratris vident, trabem in ſuo non aſpiciunt.

Hieron. Cyrillus. Haymo.

9. *Prædicatores muti, taxantur.*

Nazianz.

Quintò demum Origen. *hom* 5. *in Iſaiam*, & idem Hieronym. putant peccatum Iſaiæ fuiſſe verba aliqua aut ſuperflua, aut otioſa, quibus non caret quis inter populum degens, vnde Hieronym. *fœlix conſcientia, quæ tantum in ſermone peccauit, non ſuo vitio, ſed ſocietate populi habentis polluta labia, cum quo loqui ſapientiſſimè cogebatur*; ergo ſecondùm

Hieron.

omnium Doctorum ſententiam, nil aliud in ſe poſt exactam ſuæ conſcientiæ examinationem Iſaias inuenit, quàm peccata quædam venialia locutionis. &, vt ex Hieron. poteſt intelligi, peccata

10. *Iſaia peccata non erãt amplius quàm venialia.*

venialia non ex malitia, ſed ex ſubreptione, vt dicunt, ſine quibus nemo viuit, nec ſecundùm Dei legem ordinariam viuere poteſt, & à quibus nemo niſi ſanctiſſima Virgo, exceptus, & tamen miſerum ſe dicit, ſupplicium timet, orare non audet, ſed tacet ante Dei conſpectum, & præ timore obmoteſcit, quo ſtante dic mihi nunc peccator, quomodo tu peccatis non venialibus, ſed mortalibus onuſtus ante Dei conſpectum præſentare te audes, & omnibus bonis operibus expoliatus orationem fundere, exauditionem ſperans, gratiam autumans, & vis, vt ſtatim te Ieſus audiat, tibíque obtemperetur, nil boni agens, ſed tantùm procaci voce orans.

Sed antequam hinc expediar, pendo ſtatim, ac Iſaias hæc dixit ad ipſum vnum de Seraphin aduolaſſe, & calculo ignito labia eius mundaſſe, *& volauit ad me vnus de Seraphin, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum, & dixit, Ecce tetigi hoc labia tua, & peccatum*

11. *Angelus cur forcipe tulit carbonem de altari in viſione Iſaiæ.*

tuum mundabitur. Si peccata venialia, & illis non obſtantibus, Deus illi appatuerat, cur nunc tanta diligentia mittitur Seraphin, cur cum igne, vt ſic leuia peccata emondet? at antequam difficultatem enodem, placet ad animum laboribus oppreſſum ſubleuandum adnotare, Angelum non manibus, ſed forcipe calculum ſumpſiſſe; quid, nunquid timebat exuri? eo vel maximè quòd multi per calculum non carbonem ignitum, ſed lapidem pretioſiſſimum intelligunt, ſic Aquila, Symmac. & Theodot. quale ergo in hoc myſterium?

Theodot. Rupert.

Rupert. *in Iſaiam cap. 18.* per hos Seraphinos Apoſtolos intelligi; *qui ergo ſunt Seraphini, niſi Apoſtoli quos vbique ardentes, atque incendentes decimo die poſt Aſcenſionem Chriſti fecit Spiritus ſanctus* per carbonem autem S. Hieron. Haim. & Philaſtrius *lib. de hæreſibus, in fine,* intelligunt Dei verbum, ac prædicationem ex Scriptura; ſi ergo Seraphin,

Hieron. Haymo Philaſtr.

12. *Apoſtoli ante aduentũ Spiritus ſancti timidi ad labores, feruentiſſimi poſt illum.*

Apoſtoli, ſi calculus Dei verbum, cur illud non manibus, ſed forcipe tollunt de altari? ſanè reſpondet recentior quidam, quia Apoſtoli in principio Euangelium prædicaturi ob eius difficultatem, ac labores ignem cum putantes, cum maxima formidine, quaſi cum forcipe eum prædicabant; at cùm eum manibus attrectauerunt, non carbonem ignitum, ſed gemmam pretioſiſſimam fecerunt, crede mihi, mi Lector, hanc ſententiam ipſam veritatem continére, expaueſcimus, ad labores, ad cruces, ad tribulationes, quia carbones putamus eas, ignitos, vrentes, ac ſummum cauſantes dolorem, anguſtiam, ac miſeriam; at ſi ſemel igne Spiritus ſancti accenſi eos degustauerimus, non carbones ignitos reperiemus, ſed carbunculos, ſed gemmas, ſed lapides pretioſiſſimos, quibus prius vita quàm ipſis carere optabimus, ſancta illa admirabilis Gertrudes, vt in eius vita affirmat Leander de virtute patientiæ, ſolita erat dicere, ſpiritualem virum gaudentem de pace, ac quiete, quam ei Deus impendit, parumper in Dei via ambulaſſe; at qui eam pacem exquirebat, nihil ſic ipſa tribulationum bella optabat; ſcio quemdam doloribus, infirmitatibus, perſecutionibus, ac anguſtiis plenam ſic ad deliquium veniſſe, vt Chriſtus Dominus noſter ei apparens dixerit, *filia veni, vt ſanam te efficiam*, cui, illa feruentiſſime plus quàm dici poteſt, ad eius

13. *Tribulationes ex Spiritus ſancti gratia gemmæ, & quantum eas experiunt ſancti poſt experientiam.*

Leander.

pedes ſuccumbens lamentabatur, conquerebatur, triſtabatur, & lamentabiliter dicebat, *iam refugis Domine ſponſam tuam, iam tibi non ſum amplius grata.* cui dulciter blandiens Dominus dixit, *filia rectum, ac ſecurum iter eligis, attamen imbecillis natura non amplius poteſt.* cui illa eadem vehementia, *verùm Domine, ſed tua fortitudine poterit.* quid plura? non prius ſurrexit, quàm promiſſionem acceperit, nunquam per totam vitam, ſine tribulatione victura, quid ad hæc carnales homines? nunquid ſic illi ſolatia exquirunt, ac iſta, tribulationes, & nunquid veriſſimè calculos ignitos, tribulationes ex longinquo, & ſpeculatiuè apprehenſos? at practicè poſtea carbunculos, & gemmas pretioſiſſimas, experiri, & ſimul veritatem intelliges; ſed ad noſtra.

Miſit ergo Deus Angelum ad purificandum Iſaiam, & ſi peccata leuia non minus, quàm cum 14.

Peccata leuia grandia apud Deum apparent digna igne purgari.

igne; cur? ſanè, quia apud Deum, etſi minima ſint peccata, ſic tamen grandia, ſic vt igne purgari debeant, & coram illa altiſſima maieſtate, nullum peccatum leue Sanctis apparet, hinc cum igne Seraphin miſit, & ſi cum Hieronymo ſentiamus, Cherubim non miſſus, ſed propria voluntate iuiſſe, *quia tali officio mancipatus*, ait Sanctus. ex hoc colligere potes quanto zelo, quanta efficacitate, etiam minima quæque peccata ſancti Dei miniſtri vrere debent, quantáque diſtrictione illa iudicare. O tempora! ô mores! quando crudeles nos dicunt, ſi deploratis peccatoribus, & confeſſiones annuales, immo biennales, quid & decennales agentibus pſalmos iniungimus pœnitentiales? purgatur Iſaias, etſi à leuibus, non enim illa Deus excuſauit, non parum ea fecit, non dixit ei, noli timere, aut non tantum hæc facias, vt vſu ſæpe euenit, dum aliqui carnales nimietatem putant aliquorum Sanctorum perſpicacitatem, in ſuis agnoſcendis delictis, ſed miſit Seraphin, vt illum purget, vt ſic poſtea purgatum orare poſſit, & ante Deum aſſiſtere; at quid ex hoc? ſanè illud ad noſtrum ſcopum, vt ſi quando ad orationem accedis non purgatus, peccatis implicitus ſine vllo bono opere, non facta, ſed voces afferens, non gratiam, non donum, ſed ignem reportabis reprehenſionis, vti ille Regulus quem orantem reprehendit Dominus, dicens, *niſi ſigna, & prodigia,* &c. non ſic autem cum noſtro Archiſynagogo, qui ad preces & facta, & opera adiec[illegible]

15. *Dei miniſtri, quanto etiã [illegible] debent, & punire.*

At quid de hoc moraris, quaſi magnum qui[illegible] à te Deus expoſcat, cùm & ipſi diaboli ſerui hoc ſciunt, & autumant, & tamen nec multum, nec magnum dicunt, immo ex ſe offerunt. 3. *Reg.* 18. *n.* 26. à manè vſque ad meridiem, ait Scriptura. quod clamabant Baal falſi Prophetæ, *Baal exaudi nos.* Attende perſeuerantiam, & erubeſce, dum ſi ad primam vocem non audiris, retrocedis orationem deſerens; attamen cùm ſic clamaſſent *non erat vox, nec qui reſponderet*; quid ergo iſti? ingeminantes clamorem ad illum, & opera, & facta, & ſeruitia adiunxerunt pœnalia. *Clamabant ergo voce magna, & incidebant ſe iuxta ritum ſuum cultris, & lanceolis donec perfunderentur ſanguine*, pendo verba vltima, *donec perfunderentur ſanguine*; quid hoc? Abulenſ. *vſquequo eſſet coopertum corpus ſanguine.* at ad quid hoc? *ad placandum dæmones*, ait Abulenſ. & vt ſic placati orationem exaudirent, quod iuſtum æquumque iudicantes ſacerdotes illi, nec dæmones inculpabant, nec magnum iudicabant, ſi vt exaudirentur, totum corpus ſanguine perfunderetur, dignum reputantes,

16. *Diaboli ſerui quanta pro illo ſuſtinent, vt ab illo exaudiantur.*

Abulenſ.

vt

vt non tantùm verba,ſed facta, & talia facta verbis adiungerentur,& tamen hanc rationem,quam diaboli miniſtri illi bonam faciunt, & obſeruant perlibentiſſimè, Chriſtiani verò Deo concedere nolunt, durum eum reputantes,ſi orationem tantùm verboſam non audit, aut ſi opera, & non equidem ſic ſanguinolenta exquirat; quid ad hæc in tremendo iudicio, ſummo Deo reſpondebimus, quando hos nobis obiiciat Sacerdotes? Amice cogita, quæ agis,quæ pateris, vt à mundo aliquid accipias, cogita, quoties vſque ad ſanguinem deſudaſti in curia,vt aliquid obtineres,& poſt effuſum ſanguinem, *non eſt vox, nec qui audiat*. & quod ſic impensè labores, nun conquereris, & ſi ſine labore audis aliquem, quid prætendere,aut ſine operibus Principi exhibitis inſanum eum reputas,& tamen te non inſanum putas orationem, ſeu vocem tantùm Deo exhibentem, opera verò nulla, exaudiri debere, planè inſanis, cùm velim ſcias nec ipſi Angeli pro te orare præſumunt,ſi te operibus non incumbere vident.

17. *Angeli orare non audent pro hominibus bonum non operantibus.*

Enimverò *Daniel.* 10. *num.* 12. ſic Angelus ad eum,*Daniel ex die primo,quo poſuiſti cor tuum ad intelligendum vt te affligeres in conſpectu Dei tui, exaudita ſunt verba tua, & ego veni propter ſermones tuos.* duo pendo,*primum*, ſi à principio exauditus, cur à principio Angelus Danieli non miſſus? reſpondet Hieronym *quia per moram data eſt ei occaſio amplius Deum deprecandi, vt per laborem plus audire mereatur, ex eo quòd plus deſiderat.* Egregiè quando Deus nunc ità audit, non eſt, quia negare vult, ſed vt creſcente deſiderio, & oratione ampliora donet; *ſecundò* pendo ly, *& ego veni propter ſermones tuos*, quid hoc? myſterium pandit Hieronymi lectio, quæ ſic, *& ego ingreſſus ſum ad verba tua*, quid hoc? Sanè quando tu incepiſti orare,ego illico ante Dei conſpectum ingreſſus ſum, vt ſimul orarem; at quid, nunquid Angelus ingreſſus quando ſimpliciter ad orationem ſe Daniel profudit? nil minus, ſed quando cum oratione, & opera adiecit pœnalia, vnde Hieronym. *quod autem ais, & ego ingreſſus ſum ad verba tua, hunc habet ſenſum, poſtquam tu cœpiſti bonis operibus, & lachrymis, atque ieiunio Dei inuocare miſericordiam, & ego cœpi occaſionem vt ingrederer in conſpectu Dei, & orarem pro te.* pende ly *cœpi occaſionem*, quaſi ex occaſione operum auſus. nam ſine illis non auſus fuiſſet ante Dei conſpectum ingredi, & ſimul pro Daniele orationem fundere, vt videatur quomodo qui ſine operibus orat, angelico deſtituatur auxilio, non audente Angelò ſine operum munere ante Dei conſpectum apparere,repulſam formidans.

Hieron.

18. *In ſenſu Dei idem eſt loqui ac operari.*

At quid? immo velim ſcias,quòd in ſenſu Dei ipſum loqui eſt ipſum operari: vnde quando tibi Deus ſuadet vt ores, non tantum verba à te expoſcit,quantum opera,attende Num.20.num.7. *tolle virgam Moyſi,præcepit Deus,& congrega populum tu, & Aaron frater tuus, & loquimini ad petram coram eis, & illa dabit aquas.* Si totam Scripturam euoluas, quid Moyſes dixerit Petræ non inuenies, aut quod petræ locutus fuerit. cur ergo petræ non locutus? Aliqui dicunt,quòd ex infidelitate,vnde ſupponunt Deum Moyſi præcepiſſe, vt ad petram loqueretur, ſic aliqui Hebræi, à quibùs non diſſentit Lyra,vnde dicunt,peccatum Moyſi ſtetiſſe, quòd petram percuſſerit,vt daret aquam,cùm tantùm verbo illud deberet efficere, imperando petræ,vt daret aquam,non placet. nam ſi ſic,ad quid Moyſi Deum præcipere, vt tolleret virgam? ob quod recta intelligentia eſt illa Theodoret. & Gregorij Niſſeni,Auguſt.& aliorum Patrum, non eſſe locutum, quia non ei præceptum,vnde affirmant peccatum Moyſi non ſtetiſſe, quia petræ non eſt locutus, ſed quia infirmatus in fide,prima vice non ſic percuſſit vt aquæ ſcaturirent, ideo neceſſe fuit, vt iterum in fide confortatus percuteret, & locutio, quam Moyſes debebat exercere, non erat ad petram, ſed ad populum, *Dominus iraſcitur Moyſi*,ait Niſſen.*quòd cùm iuberetur accepta virga, populum in concionem vocare, coramque petra alloqui, ille perculſus animo, nil de Deo vti ſolitus erat magnificè præfatus, paucis,& quidem ſubobſcuris vſus eſt.* ergo quod Dominus præcepit extitit, vt populo coram petra alloqueretur, & poſtea virga petram percuteret,vt aquas daret, quod ſi ſic, cur dicit, *loquimini ad petram?* Amice, quia in Dei ſenſu idem valet loqui, ac agere loqui, ac percutere, vnde quando tibi orationem præcipit, non tantum verba requirit,quantum opera,vult vt loquaris,ſed ſimul,vt virga te percutias, mortificationem exerceas,opera agas virtutis ſtrenua, pœnitentiam, ac diſciplinam apprehendas. nam ſic petra dabit aquas, quæ petra Chriſtus, vt Paul. *ad Cor. cap.* 10. *num.* 14. nam aliàs ſi ſine operibus ad Chriſtum accedis orando, non ipſum alloqueris, non ipſum tangis, ſed potiùs opprimis, & ad anguſtias redigis.

Lyra.

Theodor.

Niſſen.

Auguſt.

19. *In quo ſtetit peccatum Moyſi.*

20. *Oratio qualis,qua Chriſtum opprimit, & qui ſunt qui illū non tangunt, ſed premunt.*

Infrà, vt mox videbimus, quando de Hæmorrhoiſſa tractabimus, inueniemus, quòd mulier accedens retro ſimbriam tantùm veſtimenti eius tetigit,at ſtatim Dominus clamans dixit. *Quis me tetigit?* cui Petrus, *Magiſter turba te comprimunt, & tu dicis, quis me tetigit?* Sanè perquam apprimè dictum, tactum ſentiebat, compreſſionem non percipiebat,quale in hoc myſterium? ad rem Gregorius *in Euangelia*, quia multi Chriſtum premunt, attamen non tangunt, mali ſcilicet Chriſtiani,qui ore illum confitentes factis negant,*premunt & longè ſunt*.ait Gregor.*quia diuinam notitiam profeſſione ſequuntur, moribus fugiunt, premunt, quia eidem fidei,quam loquendo aſtruunt,agendo malè, contradicunt.* Quid verius? immo quid grauius? non eſt oratio,quę ſine operibus bonis? immo & malis, ſed Chriſti preſſio, quæ potius anguſtiam ei, quàm beneplacitum cauſat. Audi Paulum vbi ſuprà, *nolo vos ignorare fratres, quoniam patres omnes ſub nube fuerunt, & omnes mare tranſierunt, & omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube, & in mari, & omnes eandem eſcam ſpiritualem manducauerunt, & omnes eundem potum ſpiritualem biberunt, ſed non in pluribus eorum beneplacitum eſt Deo.* Mirum,& magnum,vt omnes ſub Dei miſericordiam cùm eſſent, omnes pedibus ſiccis mare tranſiſſent, omnes per Moyſi doctrinam, exemplum, & opera ſanctificati eſſent, omnes tandem eandem eſcam ſpiritualem,& eundem potum ſpiritualem quatenus noſtri ſacramenti figura, & comediſſent,& bibiſſent, tamen non in pluribus eorum Deo fuit beneplacitum; vnde hoc? Sanè reſpondet Chryſoſt. *vt oſtendat non prodeſſe fidem, & ne baptiſmum quidem, niſi vita, & mores conſentanei ſint.* Equidem rectè, quid de nomine gloriaris Chriſtiano, opera faciens pagani, verbis fidem tenens, operibus negans, & ſi verbis non negas,non hoc ex amore, ſed timore; audi Dauid Pſalm.65.num.3.*In multitudine virtutis tua mentientur tibi inimici tui, omnis terra adorat te*; non ſat intelligo, quomodo dicat, omnem terram Deum adoraturam, ſi dixit, quòd inimici ei mentientur, quod ſonat tantum, ac quòd non eſſent adoraturi, immo in hoc ſtat myſterium; omnis terra

Gregor.

21. *Fides quibus non prodeſt, ſicut nec baptiſmus.*

Chryſoſt.

22. *Cur aliqui mali Chriſtiani ore fidē non negant.*

terra,ait,te eſt adoratura, ex multitudine virtutis tuæ, quia tanta erit tua virtus, tanta miraculorum oſtenſio, vt fides per totum mundum propagata ac firmata, nullus audebit contra te obmutire, & obloqui,ſic amici,ac inimici; at quomodo? amici ex voluntate,inimici velint,nolint, ore tantùm te confitentes, corde blaſphemantes, ac proinde mentientes,non ſecus, ac ſeruus rebellis, & infidelis,qui timore virgæ,ante Dominum genua flectit,ſed corde eum occidere vult, ac blaſphemat; quid ergo,nunquid tales Chriſtum tangunt?immo & premunt, ex quo euenit,vt non bene,ſed malè de illis ſentiat. Pulchrè Ambroſ. illud Paul. *ſed non in pluribus beneplacitum eſt ei*, legit, *non bene de tis ſenſit Deus.* quòd ſi de te malè ſentit Chriſtus, vnde illum orans, reportare gratiam putas? accede,quæſo, ad aliquem ex Principibus pro aliquo oratutus,ſi tibi reſpondet,mala de hoc audio, non bene de illo ſentio; quid dices? Sanè obmuteſces,ſic crede quando ad Chriſtum accedis,dum malè de te ſentit, & cum oratione potius comprimis, quàm tangis, quia, vt eadem verba legit OEcumenius, *oblectationem non habuit.* Pulchrè, non in pluribus eorum beneplacitum fuit Deo, ſi rationem expoſcis,quia oblectationem non habuit, quia premebatur ab illis, non tangebatur, cùm oratio ſine operibus preſſio eſt, non oratio, hinc indigna vt exaudiatur,ob quod Regulus non exauditus, quia ſine operibus orauit, Archiſynogogus, quia cum illis, vnde ſtatim Dominus, *ſequutus eſt eum.*

Ambroſ.

OEcum.

NVM. 20. Et ecce mulier, quæ ſanguinis fluxum patiebatur duodecim annis,acceſſit retro, & tetigit fimbriam veſtimenti eius

NVM. 21. Dicebat enim intra ſe: Si tetigero tantùm veſtimentum eius, ſalua ero.

NVM. 22. At Ieſus conuerſus videns eam dixit: Confide filia, fides tua te ſaluam fecit, & ſalua facta eſt mulier ex illa hora.

Senſus litteralis, & moralis.

ET *ecce mulier.* Hanc hiſtoriam ſic ſcribit Marc. *& ſequebatur eum turba multa, & comprimebant eum, & mulier, quæ erat in profluuio ſanguinis annis duodecim, & fuerat multa perpeſſa a compluribus medicis, & erogauerat omnia ſua, nec quicquam profecerat, ſed magis deterius habebat, cùm audiſſet de Ieſu, venit in turba retro, & tetigit veſtimentum eius, dicebat enim, quia ſi veſtimentum eius tantùm tetigero, ſalua ero, & confeſtim exſiccatus eſt fons ſanguinis eius,& ſenſit corpore,quia ſanata eſſet plaga, & ſtatim Ieſus in ſemetipſo cognoſcens virtutem, quæ exierat de illo, conuerſus ad turbam aiebat: Quis tetigit veſtimenta mea? & dicebant ei diſcipuli ſui: Vides turbam comprimentem te,& dicis; Quis me tetigit? & circumſpiciebat videre eam,quæ hoc fecerat,mulier verò timens,ac tremens,ſciens quod factum eſſet in ſe, venit, & procidit ante Deum, & dixit ei omnem veritatem; ille autem dixit ei, Filia fides tua te ſaluam fecit, vade in pace, & eſto ſana à plaga tua.* Eadem ferè habet Lucas; at antequam ad alia accedam, placet inquirere, quænam fuerit hæc fœmina, in qua re

D. Ambroſ. Diuus Ambroſius *de Salom. cap.* 5. ſuper illa verba Prouerb. 3. *Tria ſunt mihi impoſſibilia ſcire,* quorum vltimum erat *vias viri in iuuentute*, per hunc virum Chriſtum intelligens, affirmat impoſſibile æſtimatu eſſe, quæ, & quanta hic vir in iuuentute fecerit, atque inter cætera ponens hoc miraculum,putat hanc fœminam fuiſſe Martham Mariæ ſororem, vnde ſicut iſtam in anima, ſic illam in corpore ſanàuit, adnotans tria miracula in illa domo Chriſtum operatum, *dum largum*, ait, *in ſanguine fluxum ſiccat in Martha,dum dæmones pellit in Maria,dum corpus redimiui ſpiritus calore conſtringit, & quod mors ſibi vendicauerat ad pœnam, lux denuo recepit ad vitam*, vnde meritò exclamat, *Quis enim æſtimare animo poſſit, aut capere quanta ille opera exercuerit, cùm ſecundùm hominem moraretur in terris, quæ itinera virtutis duxerit, in quas vias beneficiorum circa hominum genus fuerit ingreſſus,dum claudis pedum reſtituit firmitatem, dum cæcis lumina amiſſa reddidit, dum eloquia præſtat mutis, & ſurdis inſinuat auditum, dum largum in ſanguine*, &c. Duo ex hac Ambroſij ſententia velim notes, *primum* verè impoſſibile Chriſti Domini noſtri beneficentias in humanum genus dum vixit peruerrari poſſe, & veriſſimè Salomon dixiſſe, impoſſibile huius viri vias ſcire in iuuentute; quis enim non admiratur, & obſtupeſcit, iuuenem non amplius quam 33. annorum talia, & tanta operaſſe, vt ſi omnia deſcribi deberent,vt ait Ioannes,ipſe mundus totus non ſufficeret ad libros excipiendos, verè & in hoc demonſtratur Deus, dum tanta in tempore ſic breuia operatus ſit, quod neque ipſa mens humana capere poteſt,nec ſi mille,& mille, immo & millia homo vixerat annos, efficere poterat. hinc, vt bene obſeruat Ianſen. ſic beneficus ſtabat,vt nec per momentum non benefacere volebat, hinc & in domo, & in via, & per plana, & per montes & per aridam, & per maria ſtando, eundo,ieiunando,edendo;quid,etiam dormiendo benefaciebat, dum etſi in mari dormiebat, non tantum ſomnum capiebat ob ſe,quantum vt fides experiretur diſcipulorum,& miraculum operaretur ad vtilitatem ipſorum. *Secundum* autem quod velim capias eſt,re vera Ambroſium ſanctiſſimum ab aliqua hiſtoria, aut rumore famæ eſſe deceptum.nam Euſeb. Cæſarienſ. *lib.7.Eccleſiaſt hiſtoriæ*, affirmat, hanc mulierem fuiſſe ex Cæſarea Philippi, quæ eſt propè fontes Iurdanis, & tanquam teſtis oculatus inibi vidiſſe eius domum, & ſtatuam æneam Chriſti, ad cuius pedes altera ſtabat huius mulieris, & ad pedes Chriſti inuſitatam naſci herbam, quæ creſcens dum fimbriam tangebat,& non antè,virtutem obtinebat morbos quoſcunque ſanandi. quid clarius? ex quo habes, quàm infirmum ſit hiſtoriæ, aut famæ argumentum, vt verè dixerit Auguſt. in Ioan. tom.9. *quòd plerique noſtra credulitas fallit, quia nonnunquam hiſtoria,& multo magis fama mentitur.*

1. *Chriſtus quanta admirabilia fecerit in tempore paruo impoſſibilia ſcitu.*

Ianſen.

Euſeb Cæſ.

2. *Hæmorrhiſſa fuit Cæſarea Philippi. ... mira ... ſuccedebat circa Chriſti ſtatuam, quã ipſa erexerat.*

Mulier ergo hæc ex Cæſarea fuit Philippi,quæ grata ob beneficium ſtatuam Chriſto erexit, apud quam creſcente herba,vt diximus,ex illa virtutem accipiebat ægrotos ſanandi; qualis hæc Chriſti beneficentia,vt etiam æneus, vt ſic dicam, beneficia nolit non conferre? qualis eius in homines amor,& charitas? at audi nunc hominum diabolicam ingratitudinem, & malitiam,ſcribit Sozom. *in tripartita hiſtor. lib. 6. cap.* 41. hanc ſtatuam Iulianum apoſtatam depoſuiſſe, & ſuam ibi collocaſſe; at quid? *violento igne*, ait Soxomenus, *de cœlo cadente circa eius pectus diuiſa eſt, & caput cum cervice vna parte deiectum, atque in terram fixum, reliqua verò pars hactenus ſuperſtuit, & fulminis indi-*

Sozomen.

3. *Iulianus impius ſtatuam Chriſti miraculoſam confregit, & ſuã auſus eſt ponere.*

cium reſeruauit. quod Iulianus impiè tunc, Impiiſ-
ſimè nunc Caluinus, ac ſtolidiſſimè hoc factum
Chriſti, ſeu huius mulieris infringere vult, ne cul-
tui reliquiarum faueat, fœminam, ſuperſtitione
notans, tandem factum ſingulare, non ad exem-
Maldon. plum adducendum, rectè exclamat Maldonat.
*O aſinus diabolico indutus ſpiritu, qui eam fidem repre-
hendit, quam tantum Chriſtus laudauit*, & o ſtoli-
diſſimus Addo, quem meritò non ignis cœleſtis
vltor Iuliani perfidi, ſed infernalis excepit, & vtit
nunc, quid de ſingularitate blatteras, cœcus à na-
tiuitate, non ne ſanatus ex ſputo Chriſti, *Ioan.9.
num.*6. non ne duos illos alteros, *Marc.8.num.*23.
4. *& 7. num.*33. ſimiliter ex pretioſiſſima ſaliua illa?
Caluinus impie conatur deſtollitare, ſicut & omnes ſimul hæretici. quæ certè ſic reliquia Chriſti, ac eius fimbria. O
verè inſenſati homines ſtolidi, ac inſani, dum ge-
neris humani inimici honorem à ſanctis auferre
volunt reliquiis, quibus Deus, vt hominum infir-
mitates curarent, ſuam diuinam communicauit
virtutem; at canes iſti rabidi, hauſtu diabolico
imbuti eius Inuidiam, ſaniem, crudelitatem obſe-
qui volentes, remedium diuinum, ſuperſtitionem,
immo idololatriam dicunt, & vt rideas, mi lector,
malim dicere, vt videas, & apprehendas quo mi-
ſeros homines peruerſus, & hæreticus ſenſus du-
cat, quando ab Eccleſia ſanctiſſima Catholica
diſcedunt, ex hoc miraculo anſam ſumpſerunt
5. Anabaptiſtæ, vſum medicinæ damnandi, quos
Anabaptiſtarum error ſtolidi ... vſum medicinæ negantium. refert, & doctiſſimè confutat Ianſen. vt ſimul
dæmonis rabiem aſpicias, quem iſti exequi vo-
lunt, dum non ſolùm diuinos, ſed etiam humanos
à miſero vult eripere homine Medicos, vt ſic in
Ianſen. infirmitatibus omni auxilio naturali, & ſuperna-
turali deſtitutus, miſerrimè in doloribus vitam
ducat, gratias do tibi Chriſte Redemptor, & non
quaſlibet, ſed infinitas, ſed immenſas, quia filium
me ſanctiſſimæ Romanæ conſtituiſti Eccleſiæ,
ſub qua ſecurè viuo, ſecurè dego, ſecurè ſentio,
ſecurè ſcribo, nil aliud ſapiens, quam ipſa, nil aliud
intelligens, quàm ipſa, retractans, abhorrens quid-
quid extra ipſam, quod faciens ſcio me per tcalem,
ac mediam incedere viam, extrema diruta, ac hor-
renda deuians præcipitia, quæ dum impiè, ac ob-
ſtinatè peruerſi ſequuntur hæretici, æternali-
ter in profundum præcipitantur abyſſum; ſed ad
noſtra.

Acceſſit ergo ad Chriſtum hæc mulier per
viam euntem ad domum Archiſynogogi, quæ in
eadem erat vrbe Capharnaum, vt aliqui volunt,
Adricom. vel prope illam, vt vult Adricomius *in theatro terræ
Hieron. ſancta*, quæ ſententia fulcitur authoritate Hieron.
6. qui vult talea mulieres immundas extra vrbem
In itinere ſanatur hæc mulier, non in ciuitate. degi debere, ex mandato legis, vnde ait, *hæc autem
mulier ſanguine fluens, non in domo, non in vrbe accedit
ad Dominum, quia iuxta legem vrbibus excludebatur,
ſed in itinere ambulante Domino.* Acceſſit ergo ſi
7. cauſam petis huius acceſſus, eius extitit infirmi-
Quantis infortunijs ſe urgebatur. tas, eius non infortunium, ſed infortunia, numera,
primum quòd morbum à Deo abominabilem pa-
teretur, *ſecundum* quòd tandiu illum eſſet paſſa,
tertium quòd à multis medicis multa perpeſſa
eſſet, *quartum* quòd omnia ſua erogaſſet, ſic vt in
nouum malum inciderat, paupertatem nempe,
quintum tandem quòd etſi multa à medicis eſſet
8. perpeſſa, ſi omnia ſua erogaſſet, non ſolùm nil
Chriſtus eſt qui in extremis adiuuare vult, & adiuuat. profecerat, ſed in peius ſe conſtitueret, *ſed magis
deterius ſe habebat*, ait Marc. ex quibus cum Ianſen.
collige duo, *primum* Chriſtum ſolùm eſſe, qui in-
Idem. tare poſſit, & velit in extremis, & vbi creatura-
rum vis defecerit, ex quo nunquam deſperare de-
bes in extremis malis; *ſecundum* autem, & quod 9.
valde notãdum, quatſium ſcilicet frequenter pro- *Humanorum auxiliorum deſperatio eſt medium ad auxilium diuinum aduocandum.*
ſit deſperatio ſalutis ab hominibus conſequendæ,
poſtquam enim, ait Ianſen. *hæc mulier cœpit deſperare
medicos, cœpit ſaluti vicinior eſſe, & facta eſt illa ſalua,
eo quòd non ſperauerit ſalutem*, cuius rationem ſub
iungens, excellentiſſime ſic proſequitur. *Deus enim
nulli libentius opitulatur, quam qui ſe agnoſcit huma-
nis deſtitutum auxilys.* Ex qua doctrina ad ſalutem 10.
ſpiritualem dirigens ſermonem ſequitur, *ſic & in* *Propria diffidentia eſt cauſa ſpiritualis ſalutis*
*ſalute animæ, quo quis minus de ſe fidit, hoc eſt, ſaluti
vicinior.* nil verius, immo addo, quòd eo quis ſalu-
ti, & exauditioni vicinior, quo quis ex humilitate
amplius à Deo diſtare præſumit, Pſalm.30. n.23. 11.
Ego autem dixi, in exceſſu mentis meæ proiectus ſum *Mentis exceſſus aliquãdo in Scriptura pro terrore.*
a facie oculorum tuorum. Quis hic mentis exceſſus?
Sanè pauor, ſtupor animi, percuſſio, putans om-
nino a Deo ſe derelictum, & in manibus inimico-
rum traditum, longiſſiméque à Deo proiectum,
& ab illo diſtare. Vnde Aquila legit, *in terrore meo;* Aquila.
Symmach. *in perculſione mea*, quando 1.*Reg cap.*23. Symmach.
Saul cingebat eum in monte per modum coronæ,
ſic vt dicat Scriptura quòd *Dauid deſperabat ſe
poſſe euadere.* tunc ex terrore, ex ſtupore, ex animi
anxietate ſic extra ſe iuit, vt proiectum ſe diceret
à Dei conſpectu, à facie oculorum ſuorum; at
nunquam ſic adiutus, nunquam ſic protectus, nun-
quam Deo ſic vicinus. ex quo ipſa deſperatiò fuit
ipſum medium ſalutis, ob quod ſequitur, *ideo exau-
diſti orationem ſerui tui.* pende cauſalem *ideo*, ob
hoc, quia de medijs humanis deſperaui, quia me
ipſum tanquam proiectum a te iudicaui, & indi-
gnum tua præſentia, ob hoc exaudiſti orationem
ſerui tui, quod probauit euentus. nam tunc quan-
do Saul Dauid cingebat in modum coronæ ſicut
deſperaret euadere. num.27. *nuncius venit ad Saul,
dicens: Feſtina, & veni, quoniam infuderunt ſe Phi-
liſthini ſuper terram, & reuerſus eſt Saul deſiſtens per-
ſequi Dauid.* vt videas quam verum ſit ſic in tem-
poralibus, ac in ſpiritualibus deſperationem hu-
milem ſalutis ſæpe multum proficere, & tunc
Deus amplius vicinus, quando amplius ab illo
nos diſtare præſumimus.

Acceſſit retro. Ob verecundiam morbi. nam 12.
immundiſſimus iudicabatur, *ideò autem non libera* *Mulier cur retro acceſſit.*
propalatione ad Chriſtum venit, ait Chryſoſt. hom. Chryſoſt.
32. *quia verecundabatur ob paſſionem immundam ſe
æſtimans, etenim apud legem, multa immunditia æſti-* 13.
mabatur eſſe hæc paſſio, propter hoc latet & occultatur. *Qualis fuit in illa hic fluxus ſanguinis*
Maldonat. obſeruat aliquorum fuiſſe opinionem,
fluxum ſanguinis fuiſſe ſeminis fluxum, ſed ob
honeſtatem dictum ſanguinis, quod ſi ita eſt, 14.
non eſt Improprius locus ad probandum, opti- *Abſtinentia à perceptione ſacra communionis ob ſeminis fluxus etiam licitum probatur ex hoc loco.*
mum eſſe conſilium illorum Sanctorum, qui à
communione conſulunt abſtineri, quando aut per
matrimonium, aut per inſomnium quis fluxus
eſt paſſus ſeminis, dum hæc mulier non auſa eſt
ob id, & ante oculos Chriſti apparere, eiuſque di-
uinam tangere carnem. At licèt retro acceſſit: ac-
ceſſit tamen, ab occulto ſtimulata morbo, ab oc- 15.
culta infirmitate, quomodo ſæpe Deus ad ſe ali- *Deus ſæpè peccatores aduocat ex erubeſcentia occultorũ criminum.*
quos aduocat mirabiliter occultorum criminum,
erubeſcentiam illis infundens, & in ſecreto ani
mum illorum percutiens, 1.Reg.5.num.6. *Aggra-
uata eſt*, dicitur, *manus Dei ſuper Azotios, & demoli-
tus eſt eos, & percuſſit in ſecretiore parte narium Azo-
tios.* hoc vltimum pondero, percuſſit non in facie,
non in fronte, ſed in ſecretiore parte narium;
quale in hoc myſterium? *vt cognoſcentes*, ait Abu-
lenſ. *opprobrium ſuum, cogerentur remittere arcam,*
vti

16. *Chriſtiani à Deo percuſſi & non emundati peiores quàm Gentiles.*

vit & remiſerunt, peiores quàm Gentiles iſti illi ſunt, qui ob luxuriam, & effœminatam libidinem, ſic Deus percutit, illis malis eos replet, vt in omnibus eorum nota ſit ignominia, & tamen nun conuertuntur, immo neque erubeſcunt, *Exod.* 14. *n.* 22. Moyſes percuſſit mare virga, & ſtatim mare aufugit, veluti ex percuſſione rubore confuſus, vnde ad ipſum Dauid Pſalm. 113. n. 5. *Quid eſt tibi mare quòd fugiſti?* ob verecundiam, ait Cyrillus Ieruſal. cat. 3. *Mare tempore Moyſis videns virgam erubuit eam, qua percuſſa eſt.* quid per mare? nihil Gentiles deſignantur? ſecundùm Auguſt. *in Pſalm.* 130. peiores ergo iſtis eſt homo Chriſtianus. nam illi non ſolum, quando publicè, ſed etiam quando ſecretè à Deo puniuntur, ad illum reuertuntur, homo autem fidelis, & Chriſtianus minimè, ſed in peccatis perſeuerat, non ſic ſancta hæc mulier, ſed ſecretò ſe percuſſam videns, ſtatim ad Ieſum acceſſit.

17. *Humilitas mulieris commendatur & quantum hæc cùm Deo potens.*

Retro, non ſolùm ob verecundiam, vt diximus, ſed per humilitatem, vnde Remigius, *in hoc laudanda eſt eius humilitas, quia non ad faciem acceſſit, ſed retro, & indignam ſe indicauit pedes Domini tangere, & non plenitudinem veſtimenti tetigit, ſed tantummodo fimbriam.* mira humilitas, in qua plus vltra ſe extendit, quam peccatricis illius ſceleſtiſſimæ. nam hæc etſi retro, tamen pedes tangere auſa eſt, lauare, rigare, vngere; at hæc plus vltrà tranſiens, nec pedes tangere auſa, immo nec veſtimenti plenitudinem; quid ex hoc? illud, vt aduotes, quantum prudentiores ſunt filij huius ſæculi, quàm filij lucis, Magdalena ſancta ſalutem ſpiritualem quærens, ac peccatorum medicinam, retro acceſſit, retro humilis; at pedes tangens: at hæc quia

18. *Carnales ad ſua adipiſcenda ſtudioſiores quàm homines ſpirituales.*

ſalutem quærebat corporalem plus humilis ex infirmitate corporali, non ſolùm acceſſit retro, ſed. nec pedes auſa eſt tangere; quid vis, vt dicam? ſanè quod ſæpiùs dixi, vſque ad pudorem eſt, & confuſionem noſtram aſpicere, quæ ſæculares homines vilia operantur, vt hæc terrena conſequantur, quàm parum homines alioqui ſpirituales humiliantur, vt cœleſtia adipiſcantur.

Acceſſit ergo retro, quo diſcurſu, dicebat enim, ait Marc. *quia ſi vel veſtimentum eius tetigero, ſalua ero.* & accedens non veſtimentum, *ſed fimbriam veſtimenti*, tetigit, vt ait Lucas, in quo loco rectè

Chryſoſt. obſeruat Chryſoſt. eius fidem, & cogitationem

19. *Opera bona ſine corde facta Deo non acceptantur.*

meruiſſe ſalutem, *non autem fimbria, ſed eius cogitatio eam ſaluam fecit.* nam ſi ſine fide, ſi ſine deuotione, ſi ſine affectu fimbriam tetigiſſet, nunquid ſana eſſet? ſic equidem, qui opera externa virtutis agunt; at ſine deuotione, ſine attentione, quid dicam, ſine corde excordati, Luc. *cap.* 18. *num.* 12. ſic Phariſæus ille, *ieiuno bis in Sabbato, decimas do*, &c. Sanè iſte bona opera faciebat, Deoque ea repræſentabat, ſimiliter ac iſte dicebat Ezechias 4. Reg. cap. 20. num. 3. *Obſecro Domine, memento, quæſo, quomodo ambulauerim coram te, in veritate, & corde perfecto, & quod placitum eſt coram te feci ſemper.*

20. *Phariſæi opera cur reiecta.*

Attamen accepta, quæ fecerat Ezechias, reiecta, quæ Phariſæus, cur nunquid ieiunia Deo diſplicent, aut decimarum ſolutio? cur ergo Phariſæus reiectus, ſicut & eius opera? Ezechias autem acceptus & eius opera? Sanè, quia Phariſæus illa ſine corde, excordatus dabat opera externa, non cor, non intenſionem; Ezechias autem cum illis in-

Euches. tenſionem, & cor, *vnde ille offendit*, ait Eucherius *lib.* 4. *in lib. Reg. quia ille ſe iuſtificauit in opere ſolum, Ezechias autem iuſtum ſe aſſeruit, etiam in cogitatione.* Amice, omnes tangimus Chriſti fimbriam, omnes ad Eccleſiam contendimus, omnes ſacramenta ſuſcipimus, omnes orationes fundimus, & ſi religioſi omnes ad chorum imus, & tamen fons, ſiue fomes peccati non ſolùm non exiccatur in nobis, immo amplius in dies reuireſcit; vnde hoc? Vide an quia fimbriam Chriſti manu tangis, non corde,

vnde pulchrè Theophylact. *in hoc loco*, de hac fœ- Theophyl.
mina, *primò*, ait, *tetigit Chriſtum intellectualiter, deinde corporaliter*; hinc ſanata non ſolùm ex contactu
veſtium. nam, vt bene Chryſoſtomus. *etiam milites* Chryſoſt.
non ſolum ea contrectauerunt, ſed & diuiſi ſunt ea inter ſe; ſed quia non ſolùm tantùm tactu exteriori, ſed interiori ea tetigit, hinc etſi tacens audita, vnde Græcus auctor apud caten. ſanct. Thom. in Luca, *audiuit*, ait, *Dominus tacitas mulieris conſiderationes, & tacens liberauit tacentem, paſſus ſua ſponte ſanitatis*
rapinam. Pulchrè hoc vltimum, ſic potens eſt cum 21. *Oratio tacita* [illegible] *quanta.*
Deo tacita vis orationis, & clamor in ſilentio cordis, vt libenter patiatur rapinam ſuorum bonorum, & latrone delectetur, quia ſapienter furatur, ſic potens intima fides, intimus cordis clamor, quo ſi caret, exterior ad nihil valet, vnde Ioel. 2. num. 13. *ſcindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra*; quid, nunquid Deo ingrata veſtimentorum
ſciſſio ob ſignum doloris vehementis, & contri- 22. *Cor ſcindendum, & veſtimenta.*
tionis? Sanè Iob ſcidit veſtimenta, & Deo placuit. Sanè non diſplicet, quando cum veſtimentis, & cor ſcinditur: at quando veſtimentum tantùm, potius ex tali ſigno offenditur; ſic Caïphas *ſcidit veſtimenta ſua*, Chriſtum offendens, blaſphemum eum prædicans, ipſe blaſphemus, vt videas opera externa parum coram Deo, immo & nihil valere, quando ſine internis, hinc mulier ſanata, quia *cogitabat intra ſe*, prius fide Chriſtum tangens, quàm corpore.

At aduoto, Chriſtum fimbrias in veſtimento
habuiſſe; quid fimbriæ? fila quædam non texta, 23. *Fimbria quid.*
vt ait Maldonat. *hic cap* 23. quæ ex infima ora ve- Maldon.
ſtis dependebant, ſanè & Phariſæi ſimiliter illa
habebant, at, vt ait Hieron. cum ſpinis, quibus cum Hieron.
ambularent, & cùm ſederent compungerentur, ſi
finem quæris? *vt eo dolore*, ait Hieronym. *diuinam* 24. *Phariſæi in fimbriis ſpinas ſuebant*, [illegible]
legem in mentem reuocarent. Sanè perquam deuotum exercitium, quod tractu temporis frigeſcente religionis ſpiritu ad vanam gloriam captandam deuenit, vnde infrà cap. 23. num. 5. *dilatant enim phylacteria ſua, & magnificant fimbrias, vt videantur ab hominibus.* ergo medium illud quod priùs ad ſanctitatem ſeruiebat, poſtea deuenit ad vitium frigeſcente charitate, & ſpiritu; pudet dicere, quæ vidimus, & aſpicimus in pœnitentibus, niſi mauis dicere, in laſciuientibus in ſacra hebdumada ſancta, dum frontoſi ſic obſcœnè ſe ſanguine perfundunt flagellantes, vt potius Baal illos ſacrificare putes, quàm vero Deo, percutiunt ſe flagellis, ſed inter aurum, & gemmas, & dilatantes phylacteria, vt à mulierculis videantur, ſpinas in illis aſſuunt, martyres diaboli. nam dum caro maceratur, ſpiritus ob ſuperbiam intumeſcens ipſorum fimbriæ non ſalutem, ſed ſanguinem, non vitam, ſed mortem pariunt, non ſic Chriſti humilis fimbriæ. nam hæc ſanitatem conferunt, *Phariſæi fimbrias*
etiam habent, ait Remig. *ſicut Dominus, quas ma-* Remig.
gnificabant, in quibus etiam ſpinas appendebant, ſed 25. *Chriſtus quantum amet in ſuis* [illegible] *ſecretum, ſi* [illegible] *ob hoc præcipuè* [illegible]
fimbria Domini non habebant vulnerare, ſed potiùs ſanare.

At ex hac ſecreta huius mulieris deuotione, ſeu in Chriſtum fide, licet etiam duo colligere, *primum* quantum Deus amat ſecretum in ſuis donis, vt ob id ſæpe ea concedat, quia ſecutus eſt de

de ſecreto, non conceſſurus aliàs ſi propalationem timeret, vnde audeo dicere, inter cæteras cauſas, quibus mortuus, & crucifixus, hæc vna, vt fidelibus ſuis hanc ſilentij donorum ſuorum gratiam obtineret, forſitan alicui paradoxum hoc videbitur, & pia exaggeratio; at firmiter ex Patribus eam tibi probabo, & ex Scriptura Cant. 8. num. 6. *pone me vt ſignaculum*, ait ſponſus ſuæ ſponſæ, *ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum, quia fortis eſt vt mors dilectio.* breuiter eum Agellius dicit hæc vltima verba eſſe rationem mortis Chriſti, quare ſcilicet ſit mortuus, vt ſcilicet ſponſa ipſū poneret vt ſignaculum ſuper cor, & ſuper brachia, quod eſt dicere, in omnibus operibus ſuis, in omnibus cogitationibus ſuis, quod vt conſequeretur, ſic ardens eius extitit amor, vt ad mortem vſque eum adigeret, ſic

Ambroſ. Caſſiod. Gregor. Iuſt. Org. Bed.

Ambroſ *lib. de Iſaac, c.* 8. Caſſiod. Greg. Papa, Iuſtus Orgel & Beda, de quo ſēſu nulla poteſt eſſe addubitatio. At nunc quærendum, quid per ſignaculum? multi multa, aliqui ſummam, ac præcipuam charitatem, aliqui ſummam fidem, & vnicam, alij ſummam firmitatem, aliqui eius effigiem, & ſignum, in omnibus actionibus ſuis, multaque alia, quæ in Patribus eſt videre, & nos prætermittimus, ne vltra quàm par eſt, longi ſimus; at quia ad meum nunc amplius fuit inſtitutum, ſummopere mihi placet Anſelmi expoſitio, qui pro ſignaculo vult, vt intelligatur, ſecretum, quo ſponſus vult ſua à ſponſa cōtegi ſecreta, ac dona, *pone me*, ait Anſelm. *regē*·*em cor tuum, & cogitationes tuas, vt pateat amicis te continere mea ſecreta, & inimicis etiam pateat ab eis ſecreta quæ habes eſſe clauſa habeaſque me vt ſectorē in omnibus operibus tuis.* quid clarius? vt videas quātum

26. *Sponſ... qua ſignaculum ſpon... in ... [illegible]*

27. *Dona Dei abſcondenda, vbi non adeſt ſecretum.*

Deus ab animabus ſecretum expetat ſuorum donorum, vt pro hoc præcipuè ſit mortuus, vtpote ſciens omnem ſpiritus virtutem eneruari, & perſuum ſua dona ire, ſi ſemel cui non debentur, reuelentur. Iudic. 16. num. 6. miſer Sanſon donum amiſit fortitudinis, *quia importunis precibus defatigatus, mulier*, ait Chryſoſt. *hom* 15. ex variis in hunc Euangeliſtam, *arcano illū virtutis ſuæ martyrio ſpoliauit.* Vſque ad deliquium Sanſon ſecretum obſeruauit, at deliquio victus, *defecit anima eius, & vſque ad mortem laſſata eſt.* At deliquio victus illud propalauit, & tamen ſic duriter punitus, vt & vitam amitteret, & donum perderet; quid ergo ſuſtinebunt animæ illæ garrulæ, quæ omnia Dei ſecreta in propatulo exponunt? Vnde bene exclamat Baſilius Seleucienſ. *orat.* 3. *contra Euam*, quando Dei præceptum diabolo pandit, *exarmaſti te mulier, diabolo Dei voce credita.*

Chryſoſt.

28. *Et anima exarmatur.*

Baſil. Selen.

29. *Minima opera bona ducunt ad maxima.*

Secundum autem quod ex hac mulieris actione velim notes eſt, quòd per minimam hanc rem ad maximam deuenit, fimbriam tetigit, & à magno morbo ſanata eſt, à Chriſto viſa, filia appellata, prædicata, tandem in ſalute confirmata. En quanta ex illo minimo ſuprà n. 5. locutus de ſuis mandatis, ſic Dominus, *qui ergo ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in regno cælorum; qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum.* Non intelligo contrapoſitionem. nam qui ſoluit minima, minimus ſit in regno cœlorum, bene intelligo, cùm ſecundùm aliquorum intelligentiam pro minimo in regno cœlorum intelligatur excluſus à regno cœlorum, ſic Chryſoſt hom. 16. *cùm audieris minimum in regno cælorū*, ait, *nil aliud ſuſpicare, quàm ſupplicium, & gehennam.* nam qui minora negligit, paulatim in maiora ruit. At ſequentia non intelligo, cùm inueniam tantùm dixiſſe Dominum, *qui autem fecerit,*

Laur. Apeme in Euang. Matth. Tom. II.

& docuerit, non addens, nec minimum, nec magnum; quid? nunquid qui facit minima, erit magnus in regno cœlorum? Sane reſpondet idem Chryſoſt. *hom.* 5. *ad Theodor. lapſum*, *quia*, ait, *qui minima non deſpicit, accurato ſtudio maxima perficiet*, ex quo intelliges admirabilem Dei æquitatem ſic in caſtigando, ac in remunerando, negligentia in peccatis minimis, & venialibus permiſſione caſtigatur peccati mortalis, & peccatorum venialium admiſſio, diſpoſitio eſt ad peccata grauia committenda, denegans illis Deus efficacem gratiam in occaſionibus, cum qua peccatum non admitteretur; en iuſtitia, attende nunc bonitatem ſic etiam pari modo, qui minima agit, qui parua, qui quæ pro nihilo reputantur, ad maiora peruenier, & magnus erit in regno cœlorum. nam qui bene Dei gratia vtitur, in minimis dignus efficitur, vt det ei gratiam Deus efficacē etiam in maximis, qui eſt veriſſimus ſenſus illorum verborum communia illius axiomatis, *facienti quod in ſe eſt Deus non denegat gratiam.* facienti nempe quod in ſe eſt ſimul cum gratia, etſi minimum, Deus nō denegat gratiā, hoc eſt, maiorē gratiā ad maximū, & ex iſto minimo deuenitur ad illud maximū, & ſæpe, quia minima facimus, Deus nobis ex ſe maxima facit.

Chryſoſt.

30. *Deus iuſtus caſtigans minima delicta, bonus præmiās minima bona*

31. *Ratio eſt ex quare ex minimis bonis ad magna peruenitur.*

Enimverò tres illæ ſanctiſſimæ mulieres valde manè vna Sabbatorum *emerunt aromata*, ait Marc. c. 16. n. 1. *vt venientes vngerent Ieſum*, at dum ad monumentum accedebant, *dicebant ad inuicem quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumenti, erat quippe magnus valde.* O bene, exiſtis è domo ſic diluculo, emiſtis aromata, vt vngeretis ſub magno illo lapide, ſeſſeramè reliquiſtis Dominum, cur nunc de difficultate remotionis cogitatis, equidem debueratis ante hoc penſitare, è domo nō exire, aromata non emere, ne incaſſum omnia faciatis, minimè equidem. nam, vt Chryſoſt. ait vbi ſuprà, *reijcere parua, vbi magna conſequi non vales, extrema eſt demētia*; cur extrema eſt dementia? quia parua deſpiciendo maiora non conſequeris, ſicut è contra. En tibi exemplū. ſanctæ iſtæ mulieres dum quod in ſe eſt parua faciunt, & quod poſſunt, ſcilicet è domo exire, aromata emere, illud magnum, de quo diffidebant, & vltra vires erat earum paratum, factum, completum inuenerunt. nam *reſpicientes viderunt reuolutum lapidem*, ipſæ illud paruum quod potuerunt, Deus illud magnum, quod non poterant miſſo Angelo de cœlo, qui lapidem reuolueret, qui terram tremefaceret, qui milites emortuos redderet, vtpote qui illis amplius, quàm lapis obſtare poterant. En quanta grandia, ſeu ad quanta maxima peruenerunt ex illis minimis.

32. *Deus impoſſibilia viribus humanis facit, quando homines ſibi poſſibilia operantur.*

Idem.

Enimverò ſic Dauid ad ſuperbum Goliath 1. Reg. 17. n. 46. *Dabit te Dominus in manu mea, & percutiam te, & auferam caput tuum à te.* Vnde auferam caput tuum à te? quòd percuteret, quòd occideret, bene, ſed quòd auferat caput non video vnde hoc præſumere poterat? cùm præter fundam, lapides, & baculū nō habebat aliud in manibus, vnde enſis ad auferendū caput? Sanè ambiit impoſſibilia, & grādia de Deo ſperabat, quia minima, quod in ſe erat, faciebat, vt paſtor ad bellū non aſſuefactus, & ad arma, ſed ad fundā, & lapides, & baculū hæc tulit minima, ſperans vt de baculo tranſiret ad gladiū, Deo committens impoſſibilia, dum ſibi poſſibilia faceret, nec eum fefellit ſua ſpes. nam *cùm gladium non haberet in manibus*, ait Scriptura, *cucurrit, & ſtetit ſuper Philiſthæum, & tulit gladium eius, præciditque caput eius* de baculo tranſiēs ad gladium, de minimis ad maiora, Deo pro ipſo bellatore, & gla-

33. *Dauid vnde ſperauit caput amputare Philiſthæi, cùm gladium non haberet.*

Ce dium

dium præbente, quem non habebat, quia minora quæ poterat, effecerat, *perficiens maxima*, vt aiebat Chryſoſt. *quia minima non deſpexit.* Sic pari modo ſancta illa Iudith non fœmina, ſed heros, c.9.n.12. *Fac Domine*, ad Deum orãs contra Holophernem,

34. *Iudith per qua ad caput amputandum Holophernis peruenit.*

dicebat, *Fac Domine, vt gladio proprio eius ſuperbia amputetur.* quæ verba, vt patet, indicant tunc in mente ipſam cogitare, quæ poſtea effecit; bene quidem. At quo medio putat gladium arripere, caput tollere, ſuperbũ hoſtem deprimere, occidere, decollare? Audi c.10. à n.3. *Exuit ſe veſtimentis viduitatis ſuæ, lauit corpus ſuum, diſcriminauit crinem, poſuit mitram capiti ſuo, induit ſe veſtimentis iucunditatis ſuæ, induitque ſãdalia pedibus ſuis, aſſumpſitque dextraliola, & lilia, & inaures, & annulos, & omnibus ornamentis ſuis ornauit ſe.* Pende quæ aſſumpſit, & admiraberis, vt de gladio cogitet quæ tota in teneritudines fœmineas reſolnebatur, vnde ei tanta ſpes, ſiue tanta fiducia, vt de annulis manus illæ tranſirent ad gladium? Sanè amice, quia quod in ſe erat faciebat ipſa mulier debilis, & impotens debilia aſſumebat inſtrumenta, ſpetans de Deo, vt fortia ei concederet, ipſa annulos in manibus, & Deus gladium, ipſa fuſum, Deus capulum, vt S. ait Aug. in appendice, *de diuerſ. ſerm.67. tom.1.* ſic dicens: *Eliſum virum in ſtrato, bellatores crines implicuit pulchritudine digitorum, poſt teneritudinem fuſi ebeni capulum quærit.* Pulchrè, poſt teneritudinem fuſi ebeni capulum quærit; quid infirmius fuſo? quid durius ebeni capulo? & tamen ex illo infirmo peruenit ad illud durius, ex illo minimo ad illud magnum, & quia quod fœmineum erat, effecit Deus, contulit illa, quod heroum, quod fortium, & nunc intelligo illud Salomon *Prouerb.31. n.19.* quando grandia mulieris illius fortis, cuius è finibus terræ dixerat eſſe pretium, relatans inquit, *manum ſuam miſit ad fortia*, Hebræi *ad collum, & digiti eius apprehenderunt fuſum*, Hebræi, *ad verticillum*; quid infirmius fuſo? quid minimum verticillo? & tamen ex fuſo, & verticillo deuenit, vt manum imponeret ad grandia, ad fortia, & ex muliebria facta ad heroina, & quia fecerat minima Deus illam extendit ad maxima, tenebat fuſum, extendit manum ad gladium, tenebat fila, apprehendit crines armati, colũ prius in manibus, deinde caput Holophernis, vnde illi ſic fortia Deus contulit? amice, quia minima fecit, non dereliquit minima, & ſic ad grandia peruenit, fac tu ſimiliter, & ad magna deuenies ex minimis, & crede Chryſoſtomo, viri experto, magnam eſſe dementiam deſerere minima, quando magna aſſequi non vales; en fœmina hæc fimbriam tetigit, & ad ſalutem peruenit, fila apprehendit, & fortia eſt conſequuta. Sed ad alia.

35. *Cur Chriſtus voluerit hoc factum propalare.*

Quis tetigit veſtimenta mea. Statim, ait Marc. cognouit Dominus virtutem à ſe exiſſe, vnde conuerſus ad turbam dicebat, *Quis tetigit veſtimenta mea?* mirum vt ſic citò Dominum & tactum furtiuum ſenſerit, & virtutem à ſe exiſſe. Sed antequam ad rem veniam, cur Dominus tantum ſilẽtij amator, vt ſuprà diximus, voluit hoc factum propalare, & fidem mulieris, ac deuotionem in medium afferre, multæ à Doctoribus cauſæ afferuntur.

Theophyl.

Volebat, ait Theophylact. *mulierem manifeſtare, primò quidem, vt fidem approbaret mulieris, deinde vt Archiſynagogum ad confidentiam prouocaret, quia ſic eius filia curaretur. ſimulque vt mulierem ſolueret à timore, etenim timebat mulier, quia furata fuerat ſanitatem.*

Beda.

Beda, *Ecce, quò tendebat interrogatio? vt ſcilicet mulier confiteatur veritatẽ diuturnæ infirmitatis, ſubitæ credulitatis & ſanationis, & ipſa confirmaretur in fide, & alijs præberet exemplum.* En quanta, vt ex hoc intelligas non mirandum ſi aliquando velint, nolint, & contra totum eorum conatum Dominus vult alicuius animæ propalare ſanctitatem, infinitæ ei ſunt cauſæ, vt vides, vnde ſicut animarum officium eſt ſilere, Dei eſt propalare, quando vult, & quando ſic eius expedit gloriæ. 36.

Deus aliquando vult vt ſanctitas alicuius ſciatur, & cur.

At cur tam citò ſenſit virtutem ab illo exiſſe: 37.
ſeu, cur ſic ſtatim virtus ab illo exiit? Sanè amice, quia diſpoſita acceſſit, quia apta, ob quod non mirum ſi ſtatim Dei virtus adfuerit, quæ in talibus ſuperabundat, ac ſuperfluit, *Luc.19. à n. 2.* Zachæus

A Chriſto cur ſic ſtatim virtus exiuit ad ſanãdum.

cùm videre non poſſet Ieſum, præcucurrit aſcendẽs in arborem ſycomorũ. *vt videret eum, quia inde* 38.
tranſiturus erat; at cùm veniſſet ad locum ſuſpiciens Ieſus, vidit illum, & dixit ad eum: Zachæe, feſtinans deſcende, quia hodie in domo tua oportet me manere. quia non miratur tam vberem Domini in iſtum publicanum mercedẽ, vt ex nomine appellet, non inuitatus ſe inuitet, illum aſpiciat, inſuper affirmet neceſſitatem in domum ſuam ingrediendi; vnde iſti tanta? *nec dum ingemuit*, ait D. Laurent. Nouarienſ. hom. de pœnis. *Nunquid confeſſus eſt maculam ſuam, aut flagitia replicauit? nunquid fleuit, & ante dicis illi hodie, vix adhuc videre te merui, & iam angulos eius viſitas?* ne mireris, ſe præparauerat, deſiderauit aſpicere, impedimẽta vicit, præcucurrit, arborem aſcẽdit, vt videret tantum; hinc non ſolùm hoc illi Dei gratia, ſed fluxit redundans, nõ tantùm abundans, *pullulauerat autẽ in eo*, ait Titus, vt in cat. S. Thom. *ſemen ſalutis, quia cupiebat Ieſum videre*, non deſes, non ignauus, non piger fuit, vt ſemen creſceret in arborem, vnde præcurrens aſcendit in arborem ſycomorum; *ſed illum bonum adiuuerat ingenium*, ait idem author, *nam præcurrens arborem ſycomorum aſcendit, & tranſeuntem Ieſum deſideratum videbat.* At quid, nunquid Ieſus hoc tantùm contentus? nil minus. *nam hic quidem*, ſequitur idem author, *ſolam viſionẽ deſiderauit, ſed qui nouit plus facere quàm quærimus, addit ei ſupra id, quod poſtulabat.* Sane excellenter, tantum valet noſtra diſpoſitio, quando ad Ieſum accedimus, quando ad ſacramenta, vt ea illa ipſa in nobis fluenta reiiciant gratiarum, immo & flumina, vnde ſi poſt infinitam ſacramentorum receptionem, ſi poſt infinitas confeſſiones, ac communiones non plus gratiæ in te aſpicis hodie, quàm heri, non plus virtutis, & fortitudinis, ſcito hoc non prouenire ex defectu fimbriæ Chriſti, hoc eſt, eius ſacramenti, ſed ex tua mala diſpoſitione; nam ſic accedis, ac ſi ad panem communem accederes; quid ergo mirum ſi præter gratiam minimam ea opere operato nil aliud egregium recipis? nam bene præparatis gratia effluit, excedit, ſuperabundat.

Cur tanta Zachæo contulit.

D. Laur. Nouarienſ.

Titus.

39. *Diſpoſitio ad ſacramenta accipienda ſumma Dei gratia eſt cauſa.*

Enim verò 1. *Reg. c.16. à n.1.* ſic Deus ad Samuel. *imple cornu tuũ oleo, & veni, & mittã te ad Iſai Bethleemitẽ.* ſi cauſã quæris, *prouidi enim mihi in filijs eius Regem.* in quibus verbis aduerto, iuſſiſſe Dominum non tantùm oleum in cornu ponere Samuelem, ſed illud implere, ſic vt vltrà capere non poſſet, ad abundantiam ſcilicet gratiæ declarandam, vt ait Lyra, & ad id quod mox dicemus, impleuit, iuit, fuit, vidit Eliab reputans electum à Domino, petiit, dicens, *Nunquid coram Domino eſt Chriſtus eius?* minimè equidem, ſed audiuit eſſe reiectum, cuius ratio, quia etſi altus, etſi pulchra facie, tamẽ non cor poſſidebat dignum, hinc Dominus, *homo videt ea, quæ patent, Dominus autem intuetur cor*, ſic pari modo, & cæteri reiecti fratres, quod videns Samuel interrogat, *nunquid iam completi ſunt filij?*

40. *Eliab frater Dauid cur reiectus.*

ſtiſ?cus reſpondens Iſai. *Adhuc reliquus eſt paruulus, & paſcit oues.* pro eo ſtatim miſerunt, vix venit, & ſtatim ad Samuelem Deus, *ſurge, vnge eum, ipſe eſt enim* In quo loco adnotat Baſilius Seleucienſ.

Baſil. Seleuc. orat. 14.

42. *In vnctione Dauid miraculum interuenit, & quale*

orat. 14. miraculũ interueniſſe. nam affirmat, quòd Samuel videns Eliab, putauit ipſum eſſe Chriſtum electum, & ſumens cornu vt effunderet ſuper eius caput oleum, ſtetit, & ſe continuit, *& cornu inuergens reiectum, eum vt vngeret, cogebat, ſed oleum fluere recuſabat, ne cum errante Propheta faceret, & fluxa natura ſurſum retinebatur gratiæ legibus obſecuta, caputque a quo reſiliebat gratia, relinquebat aridũ.* At quid? illico ac Dauid affluit, *ſtatim,* ait Seleucienſ. *gratia ad vnctionem mouit manum, nondum cornu inuergebatur, & oleum properanter defluebat, vnctioque ſententiam confirmat.* mirum magnumque miraculum hoc extitit, (ſic ſic ſe res habuit, vt vult Seleucienſis, de quo modò non diſputo, ſed libenter Sancto do.) vnde iuſtè exquiro, vnde gratia ſic ſicca, cùm Eliab ſic ſuperabundans, vt effluat cum Dauid? Amice reſpice vbi Dauid, vbi Eliab, eiuſque fratres, & rationem intelliges, erant paſtores omnes;

42. *Dauid cur præ cæteris fratribus electus.*

at iſti delitabantur in domo Dauid, ſolus ſuum officium exercens paſcebat greges; quid ergo mirum ſi præparatus cum gratia inueniens de grege ad regnum, de paſtore Regem efficiens, ad eum vngendum oleum ſaliet, effluat, redundet, vnde ſic ad Prophetam facit loquentem Deum, Seleucienſis, *ne mireris de hoc,* quia ait, *video Propheta animam gratiæ receptricem, video animam ad ſpiritus receptionem bene compoſitam, ornauit figmentum meum rebus benefactis, adiunxit ad artem creandi meam animam decus.* Egregiè, non ſicut cæteri fratres ſtertebat Dauid, ſed ad Dei figmentum addidit ornamentum operum, ad ſimplicem animæ creationem, decorem ex virtutibus, hinc dum ſe ſic præparauit, non mirum quòd gratia intra cornu neſcia ſe continere ſaliet, foras exire deſiderans, ipſas Prophetæ manus præcurrens, non ſic cum Eliab, etſi Propheta cornu verſabat, ſi manus applicabat, gratia reſiſiebat, oleum non effluebat, ſiccum remanebat caput. O quoties hoc aliquibus euenit, ad ſacramentum accedunt pœnitentiæ, verùm quòd Sacerdos manum extendit ad oleũ effundendum, ad eos vngendum: at quia impræparati accedunt, ſine deuotione, ſine dolore, ſine debitis circonſtantiis, fit miraculum vt verſo cornu oleum non

43. *Homines vnde à ſacramento pœnitenti ſæpe recedunt ſine gratia.*

currat, non fluat gratia, & reiiciuntur à Deo, licèt non a confeſſore, quia hîc exteriora tantùm contemplans putat coram Deo ſtare Chriſtum eius; at Deus, qui cor Intuetur, dum illud aſpicit, non rectum impræparatum, ſine debitis accedere circunſtantiis, eiecit illud, & vertente cornu cõfeſſore, oleũ non defluit, gratia non currit, non emanat, non ſic quando adeſt præparatio digna, vnde non mireris ſi tam citò ab homine hoc diuino gratia in hanc mulierem effluxit, acceſſit enim præparata magna fide. *Sicut autem,* ait Theophylact. in Luc. c. 8 *cum aliquis oculum lucernæ lucenti adhibet, aut igni ſpinas ſtatim operantur, ſic qui fidem affert potenti curare ſtatim curationem ſequitur.*

Theophyl.

44. *Qui ſunt orantes? qui tangũt Chriſtum, qui eum comprimunt.*

Dicunt ei diſcipuli ſui: Vides turbam comprimentem te, &c. Turbæ comprimunt, & non ſentit Chriſtus, mulier tangit, & ſtatim ſimplicem percipit tactum. Quid hoc? Sanè, quia etſi multi orantes accedunt ad Chriſtum, pauci tangunt, multi compriment, non orantes, vt par eſt, non accedentes amici, ſed inimici, ad rem excellenter Græcus author apud D. Thom. in Lucam, *neſcientibus diſcipulis, quod quærebatur. ſed putantibus de ſimplici quodam tactu dicere, Domino reſpondent, vides turbam; at Dominus diſtinguens tactum, ſicut dicebat, qui habet aures audiendi audiat, quamuis omnes habent huiuſmodi corporalem auditum, ſed non eſt verè audire, ſi audiatur incautè; ſic nec eſt verè tangere, ſi infideliter tangatur.* nil melius, in ſenſu Chriſti omnes habent aures, ſed non omnes audiunt, quia non omnes percipiunt ad operandum, ſic omnes Chriſtum tangunt; at non eſt tangere, ſed opprimere, ſed percutere, quando non fide tangitur, ex quo non gratiam, ſed potius indignationem reportabunt.

Eum verò bis reperio Moyſem ex Dei mãdato de petra aquas eduxiſſe illam percutiens, *primò* Exod. 17. à n. 5. *Tolle virgam, & vade. En ego ſtabo ibi coram te, ſupra petram Horeb, percutieſque petram, & exibit ex ea aqua;* ſic fecit vt ei præceptum, percuſſit, exierunt aquæ; at ſecundò & iterum hoc *Num.* 20. *n.* 11. ſed cum hac differentia, vt cùm ſemel percuſſiſſet petram, non exiuit aqua, vnde & neceſſe, vt iterum percuteret, & ſic aquæ fluxerunt; quare ergo prima vice non ſic ſtatim tetigit petram, ac aquæ fluxerunt; in ſecunda autem percuſſit, & ſicca remanſit? Sanè, mea ſententia, quia prima vice aſtante coram eo Domino eius præſentia adiutus percutiens petram fide ipſum Dominum tetigit; ſecunda autem ſine fide petram percutiens non Dominum tetigit, ſed percuſſit, hinc indignationem meruit, non gratiam. nam, vt bene ſuprà dicebat Græcus author, *non eſt verè tangere ſi infideliter tangatur.* ad noſtram doctrinam hæc ſcripta ſunt, non tangimus, ſed percutimus Chriſtum, quando indignè ad ſacramenta accedimus, hinc ſine gratia excedimus amplius ſicci, quàm priùs. 45.

Moyſes bis eduxit aquas de petra, & quæ differentia in illarum eductione.

At antequam hinc egrediar, placet inquirere, cur, cùm prius Moyſes miraculum aquarum ediſſet, poſtea addubitauerit de eodem miraculo, ſic vt in fide hæſitans prima percuſſione illud non effecerit; verè hoc magnum apparet, & admirabile, ſi prima vice illud efficeret miraculum, non equidem tantùm, vt obſtupeſceret, ſed poſt experientiam factam dubitare, ſanè magnum, & admirabile: at ſi differentiam in his duobus miraculis peragendis attendis, myſterium inuenies, cùm in primo Deus coram illo aſtitit, *& ego ſtabo ibi coram te ſupra petram Horeb, percutieſque petram.* In ſecundo autem non ſic aſtitit Deus, ſed tantùm iuſſit, vt tolleret virgam, & ad petram loqueretur; nõ ergo mirum ſi actualiter, ac præſentialiter, ſeu, vt melius dicam, viſibiliter Deus aſtans in primo gratiam fundens, non ſit Moyſes infirmatus in fide, infirmatus autem in ſecunda, quia aliqualiter, ſeu parumper ſe Deus à Moyſe ſeiũxit. Pulchrè Lippom. in hũc locum, dans rationes, quare Deus in primo miraculo voluit coram Moyſe aſtare. prima, *ne gratia tanti beneficij homini, & non Deo tranſcriberetur.* ſecunda ne *Moyſes ſui ipſius obliuiſceretur edendo miraculum, ſed ob oculum Deum cerneret præſentem ne ſuperbiret de proprijs viribus.* Sanè omnia, & practicè veriſſima, ſæpè Deus mira operatur, at talem ſe exhibet homini, vt nullo modo ſibi ea, ſed Domino aſcribere poſſit. nam amat Deus glorioſum apparere coram populo ſuo, ſuamque manifeſtare gloriam, vti nunc in hac muliere, & ſecundò ſe exhibet præſentem, vt ſciamus ex illo noſtra virtus, ſicut è contrario ſe exhibet abſentem, vt cadentes miſeri noſtram recognoſcamus infirmitatem. En ille Moyſes talis ac tantus, qui talia, ac tanta operatus fuerat, qui aliàs idem miraculum operatus, tamen quia parumper Deus diſceſſit,

46. *Moyſes cur dubitauit in aquis contradictionis.*

47. *Cur ei Deus in primo miraculo aquarum coram eo aſtare voluit.*

48. *Cur Deus aliquando ſe ab animis abſentem facit.*

ſit, mirabiliter timebat, & in fide hæſitans non educit aquas.

At bene omnia hæc, attamen aliquid aliud ſubodoror, quod nullo modo relinquere placet; aſtitit ſanè Deus coram Moyſe, at quomodo, quâve figura? Sanè reſpondet Lippomanus, *in columna nubis.* nam nubes quæ erat ante caſtra, cum Moyſe

49. aſcendens in montem ſupra petram ſe ponens, vix Moyſes petram tetigit, & aquæ ſcaturierunt, iuratem ego miraculum infallibiliter futurum aſtante nube, per quam D. Hieron. *in Pſalm. 77. n. 14.* ſuper illa verba, *& eduxit eos in nube diei*, beatam, ac ſanctiſſimam intelligit Virginem ſine omni peccato, ob quod nubes dicitur diei, *pulchrè*, inquit, *dixit in nube diei, nubes enim illa non fuit in tenebris, ſed ſemper in luce*; quid ergo mirum ſi in ſecunda vice Moy-

Maria eſt nubes quæ populum anteceſſit in itinere ad terram promiſſionis.

50. ſes, etſi percuſſerit petram, non tamen aquæ fluxerunt, dum nubes non aſtabat, etſi prima vice vix eam tetigit, & aquæ in immenſum fluxerunt aſtante nube; quid enim homo nô exorabit orans, ſi ergo cum illo, ſi hæc diuina nubes coram eo, ſi cum illo, & coram Deo orat, impoſſibilia equidem impetrabit, quia, vt inquit Bernard. ſerm. de natiu. *quæramus gratiam, & per Mariã quæramus, quia quod quærit inuenit, & fruſtrari non poteſt.* Sed ad noſtra.

Virgo ſanctiſſima dum nobiſcum orat & noſtris aſtat orationibus, infallibiliter exorabimus.

51. Multi ergo tangebant Chriſtum, ſed eorum tactus erat oppreſſio, ſic multi ad orationem, ad Chriſtum confugiunt, vt eum tangant, ſed eorum tactus eſt eius oppreſſio, quia accedunt non amici, ſed inimici peccatores declarati, ſine vllo contritionis actu, cum voluntate in peccato perſeuerãdi, hinc declarati inimici; quid ergo mirum ſi talis eorum cõtactus, ſiue oratio ſit oppreſſio. Eſther 7. n. 6. indignatus Rex contra Amanum, ſurgens è loco conuiuij ingreſſus hortum nemorum ſurrexit etiam Aman, *vt rogaret Eſther Reginam pro anima ſua.* at quid? reuertente Rege ab horto, cùm repeiiſſet Aman corruiſſe ſuper lectum in quo iacebat Eſther, magna indignatione percitus exclamauit, *etiam Reginam vult opprimere me præſente in domo mea.* Quid dicis ô Rex? vt oraret Reginã pro anima ſua, ſurrexit miſer Aman, & tu orationem oppreſſionem dicis? Sanè reſpondet Gloſſ. *deprecatio Aman oppreſſio dicitur, quia iniquorum oratio irritatio eſt.* perquam excellenter, iniquorum oratio non eſt deprecatio, ſed irritatio, ſed oppreſſio apud Deum, hinc nec gratiam præbet, ſed potiùs indignationem patibulũ. nam illa potius dicitur oratio, quæ ad Deum accedit cum conditionibus requiſitis, com fide, cum charitate, cum humilitate, vti hæc mulier acceſſit, ideo hæc ſola tetigit, turbę autem non tangebant, ſed opprimebant: ad rem Chryſoſt. *quæſierat autem Dominus, quis me tetigit, id eſt, à cogitatione & fide; non enim comprimentes turba me tangunt, quia non cogitant, & fide accedunt.*

Multorũ orationes Dei ſũt oppreſſiones.

Videns autem mulier, quia non latuit, ait Lucas, *tremens venit, & procidit ante pedes eius, & ob quam cauſam tetigerit eum indicauit coram omni populo, & quemadmodum confeſtim ſanata ſit.* Duo breuiter hîc pendere liber, *primum*, quomodo hæc mulier dum putabat ſe aliquid mali peregiſſe, furtiuè oram Chriſti veſtimenti tangens, auſa tamen ſit ante oculos Chriſti apparere, & non potius fugere; at ſi

52. conſideres quòd non tãtùm venit, ſed procidit ad pedes, & venit tremens, hoc eſt, cum magna humilitate, rationem intelliges. nam peccator humilis quãtumuis peccator, oculos non refugit diuinos, immo eos expetit. Pſal. 50. n. 5. *Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci*, aiebat Dauid remiſſionem ſui expetens peccati, mirum vt illam quærens in me-

Peccator humilis oculos non refugit diuinos, ſed expetit, & cur.

moriam reuocet Dei, peccaſſe coram illo, non ne melius illud tacere? Sanè amice, niſi tunc Dauid non ſimul coram Deo aſtaret humilis, quando aſfuit aliàs ſuperbus, hinc ex eo conuincit Deum vt condonet, quia etſi coram peccauit, coram etiam, & ante faciem apparens, non eam refugiebat vt ſuperbus, ſed expetebat vt humilis. *cũ enim ex peccato præſens pœna metuitur*, D. ait Greg. *& amiſſa Dei facies non amatur, timor ex timore eſt, non ex humilitate.* Magiſtraliter, peccamus coram Domino diuinam illam præſentiam non extimeſcẽtes; cur ergo poſt peccatum humiles non eum quærimus? Sanè, quia, ex tumore erubeſcimus, quod non fecimus antea ex paſſione, & ſimul pœnam refugimus, ex faſtu, at ſi humilitas adſit, tantum abeſt vt Dei faciem refugiamus, quinimmo ante illum currimus ex deſiderio ſatisfactionis, vt ſicut coram eo peccauimus, ſic etiam & coram illo trementes doleamus. nam contrarium, vt D. aiebat Gregor. *timor ex tumore eſt, non ex humilitate.*

D. Gregor.

53. *Timor malus & ſuperbus qui dicatur.*

Idem.

Enim verò *Gen. 3. n. 8.* audiens Adamus Deum deambulantem, abſcondit ſe Dei faciem timens, & vocatus à Deo ſic reſpondit, *vocem tuam audiui in paradiſo, & timui eo quod nudus eſſem, & abſcondi me.* cauſalem expendo, *eo quod nudus eſſem.* mirum cùm hæc nuditas prius ad gloriam æſtimaſſet. nam ſup. c. 2. n. 25. *erant autem vterque nudus*, ait Scriptura, *& non erubeſcebant.* cur non erubeſcebant? *quia conſcij quãta generationis fuiſſent patres, & principes*, ait Rupert lib. 3. in Gen. c. 1. *iam ſicut Dij, id eſt, reuera Dij haberi volebant*, nullius indigentes ergo nuditas illis ad ſuperbiam fuit: quid ergo mirum ſi Dei conſpectum fugit, pro cauſa nuditatem aſſignans, hoc eſt, ſuperbiam, antequam vocatus nuditatem pro gloria habebat, poſt vocationem peccatum dans, intellectum pro ignominia. hinc ex ſuperbia noluit inglorius coram Deo apparere. hinc faciem illam diuinam refugit, non ſic autẽ quando homo humilis, non ſolùm faciem nõ refugit Dei, immo appetit vti mulier iſta, *quæ timens, & tremens venit*,

54. *Adamus cur nuditatẽ erubuit, & Dei conſpectum renuſauit.*

Rupert.

Secundum autẽ quod ponderare volo, quomodo hæc mulier ante emundationem, dum morbo infecta, & tota ſanguine ſcatens, non timuit Chriſtũ tangere, ſed ſumma ſeueritate ad illũ acceſſit, poſt emendationem autem tota tremefacta non audebat, & tandem ſi acceſſit hoc tota timens, & tremens, ſanè ſi bene res conſideretur, totum oppoſitum deberet eſſe, ante emundationem timere, non poſt emundationem; cur ergo timet? Sanè amice ob eãdem cauſam, quia mundata, quia Deum tetigit, hinc timuit. nam antea non timebat, quia immũda, quia quo Sancti Deo propinquiores, eo corã ipſo timidiores, Ioh 42. n. 3. *Inſipiẽter locutus ſum, & quæ vltra excederent ſcientiam meam.* Vnde nunc Iob cognitio ſuæ ignorantiæ, dũ multa ſapienter prius putauit dixiſſe? & vnde nũc tantus ei timor? Sanè, quia ſequens dicit, *Auditu auris audiui te, nũc autem oculus meus videt te*, prius ex auditu Deũ cognoſcebat, poſtea ex additione ſcientię, quaſi ex viſu. hinc ſicut priùs nõ timebat, poſtea totus expaueſcebat, vnde tremens dicebat idcirco, *ipſe me reprehendo, & ago pœnitentiam, in fauilla, & cinere.* & *Iſai. 6. num. 6.* vidit Dominum, & ex viſione nil hilaratus, immo ſummo dolore correptus totus timens, & tremens clamat, *Væ mihi, quia tacui, quia vir pollutus labijs ego ſum.* Vnde Iſaiæ tantus timor? ſuprà aliquas diximus rationes, at nunc accipe alteram, aſpexit enim aſtantes Seraphinos, & Angelicos illos ſpiritus totos trementes ante Dei conſpectum, & ob timorem, reuerentiam,

55. *Mulier poſt emundationem timuit Chriſti conſpectum, & tactum, non antea.*

56. *Sancti Deo propinquiores, eo timidiores.*

57. *Iſaias viſo Deum cur timuit.*

ac tremorem, ſuas velare facies, non audentes Deum inſpicere: hinc ex hoc totus tremens exclamauit: *Væ mihi. Timoris, & tremoris erant pleni*, ait Chryſoſt. Chryſoſt. *in hunc locum*, de Seraphinis loquens, *ipſa etiam ſpecie metum ineffabilem declarãtia, duabus enim alis velabunt faciem.* Sic ergo rectè arguit Propheta, ſi ſummi iſti ſpiritus omni ſanctitate pleni, omni peccato vacui, omni amore incenſi ſic ante Dei conſpectum formidant, tremunt ac verecundantur, quid faciam ego miſer labiis pollutus, audens ante talem aſtare conſpectum. hinc totus tremefactus exclamauit: *Væ mihi* Lnnn ſic ante viſionem. Amice vſque ad ſtuporem hoc eſt videre in animabus ſanctis, ex qua conſideratione, & vſque ad ſtuporem deueni de ſecuritate peccatorum, & quomodo nullo metu, nullo pauore viuentes audent ante Dei conſpectum apparere, ſecuram pro ſe reputantes diuinam ſententiam.

58. *Exemplum quantũ Dei iudicium extimeſcẽdum.* Principiſſa Portugaliæ Ioanna, vt in eius vita, admirabilis ſanctitatis, & per quam multa Deus operatus, prope mortem ſic timebat, talia pauentia proferebat verba, vt ad illam accedens Monialis quędam amica, ſic ei eſt affata. *Ergo ne nunc dominæ amiſiſti tuam de Deo confidentiam, & quaſi deſperata loqueris.* Cui illa verè ſancta ſic reſpõdit, *Chariſſima ſoror, non de Deo deſpero, deque ſua infinita miſericordia; bene tamen tibi dico, quòd non eſt hoc ad domum Regis patris ire, ſed ante tribunal Dei tremendum.* O verba! omni acceptione digna, ex quibus veriſſima ſanctitas huius ſereniſſimæ elucet perſonæ, timebat, quia Deum cognoſcebat, timebat, quia non ad domum patris, ſed ad iudicium tremendum properabat diuinum, ante cuius conſpectum *omnes iuſtitia noſtra tanquam pannus menſtruata.* vnde digniſſimè timebat; quid ex hoc? Sanè amice, illud, ideo, ſcilicet homines non timere, ac ante mundationem ad Deum audacter accedere, quia eum non cognoſcunt, maieſtatem illam ſublimem non attendunt, macula peccatorum præoccupante eis intellectum, & conſiderationem, ex ſomno peccatorum ſtupefacta, à quo experrecta poſtea timent. Gen. 28. n. 16. *cùm euigilaſſet Iacob è ſomno, ait: Verè Dominus eſt in loco iſto: & ego neſciebam, pauenſque quàm terribilis eſt locus iſte, non eſt hic aliud, niſi domus Dei, & porta cæli.* pendo non pauiſſe Iacob, quando

59. *Iacob cur experrefactus timuit.* Dominum vidit, quando ſcalam, quando Angelos, quando cœlum apertum, ſed poſtea expauiſſe quando iam tranſierant, vnde ſi ratione ageretur, iam amplius timere non debebat, ne mireris amice. nam dormiens illa viderat, at expergefactus, ex ſola recordatione Dei præſentiæ totus contremiſcebat. at cur? cùm Deum tantùm blandientem ſibi viderat, mira & magna ei promittentem, ſanè ex

Caiet. ipſumet, *timuit diuinum iudicium.* ait Caietan. nam quis plus accipit, plus ab eo requiretur: hoc equidem diuinæ, ac humiles ſciunt mentes, hinc quo maiora accipiunt, eo amplius timent, ſic vt aliquando neceſſe vt ab eis Deus timorem eripiat, ſicut & ab hac muliere, vt infrà dicemus.

At Ieſus conuerſus & videns eam dixit: Confide filia, fides tua te ſaluam fecit, & ſalua facta eſt mulier

Chryſoſt. *ex illa hora.* Notat Chryſoſt. filiam hanc Chriſtum

60. vocaſſe, *quia fides in eum eam filiam fecit.* Sanum

Chriſtus cur fidem, & confidentiam ab hac muliere petyt. hoc, ſed nunc peto, ſi filia, & cum fide, cur ei dicit, vt confidat, quid, nunquid ſine confidentia, aut fide acceſſerat? minimè equidem, ſed, vt excellenter Rabanus. *Robur, ait, & perſeuerentiam fidei ab ea expoſtulauit, vt ad certam, & veram perueniret ſalutem.* O magiſter verè diuinus, & amator animarum ſic eas diligens, & amans, vt non mediocribus

contentus bonis, vult vt ſumma capiant, & ad 61.
ſumma ex infimis excreſcant, ſi cauſam expoſcis, *Chriſtus magiſter ſublimis ſemper ad magna ſuos aduocat diſcipulos.* vt maiora det, vt ſublimia, vt grandia, hinc licèt hæc mulier confidentiam, ac fidem haberet, & primum virtutis gradum attigiſſet fidei, ac timoris, animat eam, vt ad excelſiorem accedat. nam idem timor Dei, qui eſt initium ſapientiæ, idem & eius 62.
plenitudo, & corona. Audi Sidrac c. 1. n. 6. *initium ſapientiæ timor Domini*, lege inferiùs n. 20. *plenitudo ſapientia eſt timere Deum*, ſi initium, quomodo plenitudo? Sanè, quia eſt timor imperfectorum, eſt timor perfectorum, eſt timor puerorum, eſt timor grandium, vnde timor filiorum ideo approbatur, quia in ſpe habet timorem grandium, & virtutum profectus, hinc idem Dei timor eſt principium, & plenitudo ſapientiæ. *Timor Dei initium, & plenitudo ſimul ſapientia.*

Ex hoc quippe principio euenit, vt nolit Deus, 63.
cui grandia concedit, vt quaſi ſeruus ſemper timeat, & expaueſcat, & ad magnalia trepidet, ſat erit ſi in principio, ſi in medio: at ſemper, & per totam vitam, nec diſcipulus bene agit, nec magiſter rectè officium ſuum exercet: ad grandia erigendus eſt animus ſine timore, ac puſillanimitate, ſemper tamen cum humilitate. *Magiſtri ſpirituales non ſemper extimeſcere debẽt animas grandia à Deo recipientes.* hinc mea ſententia Chriſtum non imitantur illi magiſtri, qui ſemper pauidi, ſemper timore obruunt animas ſanctas grandia recipientes à Deo, Luc. 12. n. 32. *Nolite timere puſillus grex*, ait Dominus Apoſtolis. ratio, *quia complacuit Patri veſtro dare vobis regnum.* immo totum oppoſitum debebat dicere, timete multum, quia ad regnum vocati, ſic Chryſologus *ſerm* 23. Chryſolog.
hunc exponens locum, *promiſſionem regni, ait, ſine timore ſeruilis ſtatus, audire non ſufficit. quia qui libertate vix dignus eſt, capere non valet inſulas principatus: Regnum velle ſeruum crimen eſt, audire periculum, temeritas nõ timere.* quod cùm ſit, cur ergo ab eis Do- 64.
minus timorem expellit? ſanè, quia eius diſcipuli, quia eius Apoſtoli, quia homines perfecti, ad quos tunc ſermonem habebat, & ipſe erat, qui dabat, Dominus magnificentiſſimus, liberaliſſimus, qui cum amicis, intra limites ſe continere non valens eorum ſortis, & ſeruitutis ad inſulas eos vocat, ex *Serui Dei grandia à Chriſto recipientes cur timere non debent.* 65.
ſeruis Reges conſtituẽs. Ad hanc rem bene idem, vnde ſequens ait, *Dominus ergo ſeruorum mentes tali voce confirmat, ne eos repentinus premiſſi regni proſternat auditus.* Cuius rationem perbellam ſubiungens ſic ſequitur, *nam hoc ad Chriſtum quantum? aut quàm mirum, quòd dat ſeruis regnum, quòd ſibi ſeruos facit in dominatione conſortes.* Nil egregius, quid miramur magna, & excelſa Chriſtum cum animabus agere heri, & hodie, ac in dies maiora? quanta hæc ad Chriſtum, ſi quæ pro illis fecit attẽdimus, ad conſortium eos vocauit dominationis, & non vocabit delitiarum? ad conſortium ſanguinis, & non vocabit ad conſortium familiaritatis, & benignitatis, carnales homines ſcandalizentur, qui diuinum amorem non callentes de ſpiritualibus iudicant, *De Chriſto non mirandũ quando grãdia cum ſuis agit amicis.*
ac de carnalibus, & quia miſeri, & puſilli animi 66.
indignum iudicarent terrenæ alicuius maieſtatis, ſi talia perpetraret, reputant etiam & illa indigna fore tantæ, ac ſublimis maieſtatis, neſcientes Dei fauores in animabus iuſtis non tumorem, ſed tremorem gignere, non ſuperbiam, ſed humilitatem, *Dei fauores timorem ingerunt animæ & humilitatem.* vti in hac muliere, quæ ex gratia ac fauore ſanitatis amplius timida, amplius tremens, vnde neceſſa- 67.
rium, vt eam Chriſtus conſolaretur, & timorem auferret, dicens, *Confide filia.*

Et ſalua facta eſt mulier ex illa hora, Marc. ait, *& eſto ſanata à plaga tua, vade in pace.* Quomodo ſalua ea illa hora quando Chriſtus hæc illi dixit, *Chriſtus cur mulieri dixit, eſto ſana à plaga tua cùm iam eſſet ſanata.*

cùm dicatur antea ſanata? nam ſtatim ait, *ſiccatus eſt fons ſanguinis eius, & ſenſit corpore, quia ſanata eſſet.* Ad rem Ianſen. cum reliquis affirmans non nouam contuliſſe ſalutem, ſed acceptam confirmaſſe, *non ſanitatem confert, quam iam acceperat, ſed acceptam ſe ratam habere declarat, eamque confirmat,* vnde quando Euangeliſta dicit, *& ſalua facta eſt mulier ex illa hora*, per illam horam intelligitur tempus, quo hæc facta ſunt.

Ianſen.

At cur hæc Christus, cur illi hæc dicit? Sanè, quia mulier timebat, ait Ianſen. peccaſſe in furatione ſalutis, aut in tactu veſtium, cùm eſſet immunda. hinc illi Dominus, non ſolum dixit, eſto ſana, *ſed vade in pace*, hoc eſt, vt ait Ianſen. *abi animo tranquillo, qua ob morbi malitiam, aut metu furata ſanitatis in tranquillo fuiſti animo, volo tibi acceptam ſanitatem ratam eſſe, ac perpetuam.* quid ex hoc? Sane illud, vt quo animæ ſelectæ ad Deum accedunt, eo impuriores ſe cognoſcunt, vt ſuprà diximus, immo quòd vſque ad ſtuporem eſt, quo ipſæ puriores dum ſuperno poſtea illuſtrantur lumine, eo impuriores ſe æſtimant, & quod mirandum, cùm penè nil peccauerint, & tantùm venialia per totam vitam admiſerint, ac in iuſtitia permaneant Baptiſmali, parum illis infernum ipſum videtur, quod ſæpe admiratus ſum, & obſtupui. lege ſanctam Gertrudem, quæ nunquam peccauit mortaliter, & tamen propè ſemper exclamat, parum illi inferni eſſe pœnas, lege Brigittam, & ſimiliter aſpicies, lege ſancti Dominici vitam, & illibatum eum aſpicies, & tamen ingrediens aliquam ciuitatem Deum deprecabatur, ne ſuis peccatis eum perfunderet; vnde hoc? Sanè, quia propinquiores Deo vident quod antea non videbant, & in conſpectu illius infinitæ lucis magna apparent, quæ prius minima, & digna flagellatione, quæ antea innoxia æſtimabatur, en hæc mulier priùs impura, & ſordida nil de ſua extimeſcens ſordidate malis ſtimulata audet Chriſto appropinquare, tangere, palpare, tandem ſanitatem furari, at poſtea mundata, & ſana effecta, tota contremiſcens, & pauens, non audet, nec ad præſentiam accedere Chriſti, timens ſupplicium, pœnamque formidans, vnde nunc tantus ei timor, cùm potiùs contrarium deberet eſſe? Sanè amice, quia mundata, & pura, quia Deo propinquior, quia amplius, vt ſic dicam, lucida, næuos etiam attingit paruiſſimos, quos non antea quando non purgata, hinc neceſſe, vt à timore eam Chriſtus eripiens, vt ſimiliter aſſolet, cum talibus eam cõfirmet, filiam vocãs, amotis ac dignitatis nomẽ, quia iam *fides filiam eam ſaluam fecerat*, vt ait Chryſoſt. *hîc*, ex qua miraculoſa hiſtoria equidẽ multa moralia eripere poſſumus præcepta, ſiue conſilia.

Idem.

68. *Anima ſelecta quo Deo propinquiores, eo impuriores ſe æſtimant.*

Sit *primum* modus quo conſequi poſſumus dona Dei. nam ſi non poſſumus vi, & violentia, vt optimè Salmer. ſicut Martyres, virgines ac religioſi; conſequamur ſaltem illa occulto furto, vnde licèt amice viuas in ſæculo ſub habitu ſæculari, religioſam ducas vitam, & ſi non tu die claro ſole cum diſcipulis Chriſtum ſequeris, ſaltem nocte cum Nicodemo ad illum accede. *Ioann.* 3. non audens *quia adhuc*, vt ait Chryſoſt. hom. 23. in Ioan. *a Iudaica detinebatur infirmitate, nocte veniens trepidans in die hoc facere.* nam poſſibile, vt ſi modò occultus Chriſti diſcipulus, excreſcente virtute publicus fiat, ex lepore factus leo, non ſecus, ac Nicodemus, qui eſt in principio occultus, ac formidoloſus, poſtea fortiſſimus, & animatus, non iam ſecretò, nec nocte, ſed publicè, & per diem, quando non in honore, non in vita, ſed deſpectus virorum in cruce pendens mortuus aromata emens venit cum illis vt Ieſum ſepeliret, Ioan. 19. n. 39. *venit autem & Nicodemus, qui venerat ad Ieſum nocte, primùm ferens mixturam myrrhæ, & aloes; quaſi libras centum.* ſic potens eſt Deus mortuus, ſic eius meditatio.

Chryſoſt.

Secundum documentum eſt, quanta veneratione dignæ ſunt Sanctorum reliquiæ, cùm ſæpiſſimè per eas Chriſtus Dominus noſter, quæ per ſuam ſanctiſſimam veſtem agit, de qua re vide quæ affert Hieron. *aduerſus Vigilantium*, Aug. 22. *de ciuit. Dei.* ad confuſionem hæreticorum pium, ac ſanctiſſimum eorum vſum negantium, in quo illud admirabile conſiderandum, quòd illud in nobis reprehendunt reliquias Sanctorum Chriſti venerantes, quod ipſi faciunt dæmonis nebulonem colentes. nam, vt refert Salm. ex capitone Hæretico in vita Zuinglij. iſtius cor inter cineres à deuotis ſuis inuentum magna cum veneratione cultuque aſſeruarunt, magnum equidem miraculum dicentes, vt flamma cor non attingeret carneum, dum vltrix etiam oſſa deuorauerit: ſanè magnum miraculum, admiratione dignum, quo Deus ſanctiſſimus immenſam perfidiam & malitiam obſcœniſſimi huius perfidi cordis oſtendere voluit, dum imparem ad eum dignè comburendum hunc noſtrum æſtimauerit ignem, hinc voluit, vt infernali reſeruatum non auderet elementaris hic eum attingere. Sed ad noſtra.

Hieron.
Auguſt.
Salmeron.

Tertium tandem erit documentum, pro fimbria Chriſti accipiendo Euchariſtiam, quatenus eius vitæ vltimus extitit actus, ſicut eam accipit Salm. quomodo ſcilicet ad ea accedendum, eo protſus modo, quo hæc mulier acceſſit, fide, deuotione, reuerentia, charitate, & amore, ſi virtutem eius experiri velimus nam aliàs potius ex tali contactu iudicium ſumemus, & preſſuram Chriſto inferemus. recole quæ ſuprà dicebamus. *Quis me tetigit*, dixit Dominus. at Petrus, *Magiſter, turba te comprimunt, & tu dicis, Quis me tetigit.* Sanè ait Dominus. nam *ſcio virtutem de me exiſſe* O res admirabilis, infiniti Chriſtum tangebant, & tamen nulla erat virtus exiens, vna ſecretò tetigit, & ſtatim virtus foras prodiit, vnde hoc? Sanè, quia hæc tangebat, quia accedebat, vt par erat, illi comprimebant, quia vt impar, *a turba tactus & compreſſus ad ſanitates conferendas non iuuabat*, ait Salmer. *quia ſine fide tangebatur, ita caro Chriſti ore, ac dentibus manducata ſine fide non iuuat, ſed etiam, qui ſic accipit, iudicium ſibi manducat, fide tamen manducata vitam præſtat æternam.* Veriſſimè, & quod magis experientia, quàm ratione comprobatur.

Idem.

Et cùm veniſſet Ieſus in domum principis, & vidiſſet tibicines, & turbam tumultuantem, dicebat: Nvm. 23.

Recedite, non eſt mortua puella, ſed Nvm. 24.
dormit, & deridebant eum.

Et cùm eiecta eſſet turba, intrauit, & te- Nvm. 25.
nuit manum eius, & ſurrexit puella.

Et exiit fama hæc in vniuerſam terram Nvm. 26.
illam.

Senſus litteralis, & moralis.

ALiqua breuitati ſtudens reliquit Matthæus, quæ referunt Marc. & Lucas, vnde Marc. ſic habet. *Adhuc eo loquente, veniunt ab Archiſynagogo, dicentes, quia filia tua mortua eſt, quid vltra vexas Magiſtrũ? Ieſus autem eo audito verbo, quod dicebatur,* ait

ait Archiſynagogo, Noli timere, tantummodo crede, & non admiſit quemquam ſe ſequi, niſi Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem Iacobi. Similia habet Lucas, niſi quod vbi Marcus ait, *veniunt ab Archiſynagogo*, Lucas, *venit quidam ad principem Synagoga.* cùm in Græco non ſit, niſi vt Marcus ait. correptus textus ab aliquo, vt ait Ianſen. neſcius, quod idem eſt dicere, veniunt ab Archiſynagogo, ac à domo Archiſynagogi, vt bene Maldoo. Ianſen.

Ianſen.

Maldon.

1\.

Chriſtus cur expectauit vt filia Archiſynagogi moreretur.

Filia tua mortua eſt. Non caſu, non fortuitò Dominus voluit prius ſalutem conferre mulieri, & cum illa aliquantulum immorari, vt filiæ Archiſynagogi expectaret mortem, ſicut & Lazari, vt illuſtrius fieret miraculum, & ſe Deum oſtenderet, non ſolùm ſalutis, ſed vitæ. *Opportunè Dominus,* ait Chryſoſtom. *expectabat puella mortem, vt propalaretur reſurrectionis miraculum, propter quod & tardius accedit, & loquitur cum muliere diutiùs, vt Archiſynagogi filia expiraret, & huius nuntij adueniret.* ex quo facto pulchrum Dei morem obſeruat Ianſen. ante auxilium alicuius tribulationis, maiorem ſolere immittere, vt quoquo res amplius deſperata, amplior ex euaſione eius reſultet gloria. *afflictus enim qui Domino fidere, ait, & eius conſolationem ſentire cœperunt, nonnunquam Dominus in probationem fidei eorum, priuſquam penitus liberet, ſinit triſtibus quibuſdam pulſari, mox tamen ſua conſolatione adeſt, omnem metum, & diffidentiam pellens.*

Chryſoſt.

Ianſen.

At cur iſti venerunt dicentes, *filia tua mortua eſt, quid vltrà vexas Magiſtrum?* Sanè reſpondet Theophylact. quia putabant Chriſtum etſi infirmum ſanare, tamen reſuſcitare non poſſe. *Chriſtum vnum ex Prophetis eſſe credebant, & propter hoc eum neceſſarium putabant, vt veniens ſuper puellam oraret, quia verò iam expirauerat, putabant non eſſe precandum.* &, vt bene Abulenſ. *quæſt.* 112. licèt ſciebant Eliſæum, & Eliam mortuos ſuſcitaſſe, tamen non putabant Chriſtum tantæ eſſe poteſtatis, ac, vt bene ipſe, *Chriſto placuit iſta dubitatio, immo negatio poteſtatis eius, vt cùm immediatè ſuſcitaret puellam, appareret quòd iſti errauerant, & magis confunderentur, & etiam magis admirarentur Chriſtum.* ex quo habes quomodo omnia mala, in bonum, & Dei gloriam cedunt, ſumma, ac diuina Dei prouidentia ſic ordinante in laudem bonorum, in ampliorem condemnationem malorum ſua culpa ſeſe obcæcantium.

Theophyl.

2\.

Cur venerunt ad Archiſynagogum dicentes ne magiſtrum vexaret.

Abulenſ.

3\.

Omnia mala ex ſumma Dei prouidentia in ſummam cedunt Dei gloriam.

Noli timere, crede tantùm, & ſalua erit. Ad rem Auguſtin. *de conſenſu Euangelij lib.* 2. *cap.* 8. pro Archiſynagogo pugnans, diffidentiam non fuiſſe illius, ſed aliorum affirmat, quod acutè deducit ex verbis huius Euangeliſtæ, nam Matthæus affirmat Archiſynagogum non tantum ſalutem, quantum reſuſcitationem expoſtulaſſe, vnde dixit, *Domine, filia mea modo defuncta eſt.* Sed ideo illi Chriſtus, vt crederet inhibet, vt firmiorem eius redderet fidem, *non diffidentem reprehendit, ſed credentem robuſtius confirmauit,* ait Sanctus; at cur confirmauit, ſeu qualis ad confirmationem neceſſitas? Sanè, quia inter cadentes firmiter ſtare & non cadere, ſeu non timere, ſic vt penè emoriatur animus, non humanæ, ſed diuinæ eſt virtutis. *Videbam Satanam ſicut fulgur de cælo cadentem,* ait Dominus noſter *Luc.* 10. *num.* 18. pendo ly *videbam*, tempus præteritum pluſquam perfectum denotans, ſcilicet illud quando Satanas de cœlo cecidit; at ad quid hoc diſcipulis Dominus, ſanè, quia à prædicatione reuerſi cum gaudio illi dixerunt. *Domine, ecce dæmonia etiam ſubijciuntur vobis in nomine tuo plus gaudentes,* vt ait Cyrillus, *quod facti ſunt miraculorum authores, quàm quòd facti erant prædicationis miniſtri.* At quid Dominus, *vt diſcipulorum cordibus magnus,* ait Gregor. *elationem premeret iudicium ruina retulit, quod ipſe Magiſter elationis accepit, vt in auctore ſuperbia diſcerent, quid de elationis vitio formidarent.* caſum nempe & ruinam, niſi ſola eius virtus eos detineret, nam cæterorum ruinam videre, & non ab illa aſſumi, & eam ſine timore aſpicere, non hominis, neque Angelorum eſt, ſed ſolius Dei, vt rectè Rupert. *de victoria verbi Dei cap.* 25. in hunc locum ponderans ſolum verbum vidiſſe ſine timore Satanam cadentem, non verò Angelos. *Solus iſte videbat ſecurus ſui; Angeli autem viderunt in magno terrore poſiti.* ex quo ad mores duo habes valde vtilia, *primum* vt cum magno timore & tremore viuas, quando alios cadentes aſpicis, ne & tu cadas, & *ſecundum* ſolius eſſe Dei virtutis, inter cadentes, vt tu ſtes, quod & in ipſis Angelis adnotauit D. Fulgent. *lib.* 2. *ad Traſim. Regem cap.* 2. Dei ſolius ſcilicet fuiſſe virtutis non omnes ſimul cum malis cecidiſſe, *vniformi cunctos opprimi potuiſſet ruina conſortium, niſi quos vellet à caſu virtus illa defendere, quæ ſola naturaliter mutari non poteſt.* pende hæc vltima, nam ex illis elicies, inter cadentes non cadere, inter malos non malum eſſe propè ad miraculum, humana tantùm inſpecta natura. nam talis virtus eſt ſolius Dei. quia immutabilis, hinc niſi homini ſuam communicet immutabilitatem, ſine dubio ab eodem malorum profluuio abſorbebitur, cum quibus conuerſatur; hinc ne eadem inconfidentia, quæ cæteros tenebat, poſt ſe, & Archiſynagogum attraheret, *robuſtius eum confirmat*, vt ait Auguſtin. etſi præ cæteris fidem habebat, ac religioſior eſſet. O quàm difficile religioſum, ac virum ſpiritualem in virtute recentem cum malis conuerſantem ab eorum vita non attrahi, & euelli, ſuprema, ac particularis eſt neceſſaria Dei virtus, non omnibus conceſſa, hinc ruinas multorum iuniorum, aut prædicatorum, aut confeſſariorum aſpicimus, qui in virtute non fundati, habitibus ſanctis non firmati, diu in virtute non exercitati, aut ad confeſſiones audiendas, aut ad ſuggeſtum aduolant, *inter cacabos conuerſantes, pennaſque adhuc non habentes deargentatas.* Virtus iſta particularis diuina non adeſt, qua firmentur, & roborentur; quid inde? Sanè certiſſimi caſus, pluſquam omnes, vt dicebamos, Archiſynagogus iſte credebat amplius religioſus; at quia in fide nouitius certiſſimè cecidiſſet inter tot cadentes, niſi ſublimis illa Dei virtus eum non ſolidaſſet, hinc ſtatim hoc præcauens Medicus ille diuinus, *noli timere, crede tantùm, & ſalua eris.*

Auguſt.

4\.

Chriſtus cur Archiſynagogo dixit vt crederet, firmans eum in fide.

5\.

Inter cadentes nō cadere, ſolius diuina eſt virtutis.

Cyrill.

6\.

Chriſtus diſcipulis cur caſum diaboli præ oculis poſuit.

Rupert.

7\.

Inter cadentes peccatores nō cadere, ſed ſtare prope ad miraculum.

Fulgent.

8\.

Homines ſpirituales in virtute recētes, quàm periculosè in conuerſione animarum ſe intrudunt.

9\.

Religioſorum recētiorū caſus animas gubernantiū vnde.

At cur, *crede tantùm, & ſalua erit?* Sanè, quia robuſta fides fiducia vallata, vt alibi diximus, certiſſimè ſi perſeuerantia adeſt, non vacillans, accipiet quod petit, vnde egregiè Chryſoſt. in Pſalm. 49. *Nullus ex cultoribus Dei dubitet,* ait, *quamuis beneficia difficilia ſperet, quamuis miracula ſuper ſe venientia, poſtulet, deſeri à ſummo Deo non poteſt,* quia ſic potens eſt cum illa talis fides, fiducia roborata, vt debitor rei conſtituatur, & ex iuſtitia iam debeat, quod antea ex liberalitate. Geneſ. 15. n. 4. *qui egredietur de vtero tuo, ipſum habebis hæredem,* ait Deus Abrahamo, ſanè liberalis hæc fuit promiſſio; quid inde? *credit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam.* Quid hæc vltima? multi

10\.

Fides firma omnipotentiſſima cū Deo.

Chryſoſt.

11\.

Deum debitorem conſtituit.

multa, quæ nunc elucidare non vacat, mea ſententia cum Cornelio ſentiendum *in cap. 4. ad Roman.* non tantùm hîc ſermonem eſſe de prima iuſtitia, hoc eſt, iuſtificatione. nam & tunc ſanctus erat Abraham, ſed etiam de ſecunda, qua quis per actum fidei formatum charitate, iuſtior, ac ſanctior fit, hinc etſi ſanctus priùs Abraham, poſtea per hunc actum fidei in Chriſtum, & non per opera legis, aut humana ſine Chriſti gratia, effectus fuit ſanctiſſimus, cùm non quilibet, ſed

Caiet.

heroicus fuit actus, vnde Caietan. legens hunc

12. *Abraæ fides heroica, & cur.*

locum ex fonte Hebræo, qui ſic, *fecit credere in Iehouah.* ſic ait, *non dicit crediſſe Deo, ſed in Deo quod plus eſt, nam credere Deo eſt fidem habere verbis Dei, vtpote veracibus, credere autem in Deo, adiungit confidentiam in Deo, itaque non ſolùm credidit verum ſibi dici a Deo, ſed etiam innixus eſt Deo, ſed etiam iecit ſe in Deum, impleturum quæ dixit.* Egregiè. hinc non ex operibus legis, ac mortuis, ſed ex fide viua in Deum, & Chriſtum iuſtificatus eſt, & ſanctior eſt effectus; at quid ex hoc? Sanè accipiendo

13. *Quanta certitudine ex fide orandum.*

hoc in morali ſenſu, & pro iuſtitia non iuſtificationem, ſed debitum infertur, quod libera promiſſio Iſaac, & gratuitum donum, ex vi fidei robuſtæ, tranſiuit in debitum, ſiceertum, vt ante ipſam conceptionem, iam in fide conceptus Iſaac, immo & natus; ad rem Baſilius Seluc. Orat. 7. *Accepta promiſſione habuit filium, ante filij partum, & ſpes ipſa prius Iſaac peperit, quàm aluus, ſpei ipſas res comitabatur.* Pulchrè hoc vltimum, nam ea ipſo infertur ad hoc vt oratio noſtra impetret tali fide, tali fiducia orare debemus, vt ſic certè de re ſtemus, vt potius ipſa oratio, ſit gratiarum actio, quàm petitio.

Enim verò ſic Chriſtus Dominus in reſuſcitatione Lazari Ioann. cap. 11. num. 41. *Pater gratias*

14. *Chriſtus Patrem orans in reſurrectione Lazari cur dixit, Gratias tibi ago, quia audiſti me.*

tibi ago, quoniam audiſti me. Vbi audiſti me? quando rogauit? quando petiit? quando cum Patre locutus? nec verbum in Euangelio. Vnde ergo gratias, quia audiuit? Sanè, quia fiducia illa, quam in Patrem habebat, vti naturalis & verus eius filius, ſic ſtabat fortis, & robuſta, ac valens, & inconcuſſa, ac certa, vt de petitionibus, quas apud Patrem fundebat, potius cogitabat tanquam de præteritis, quam de futuris glorians, *non quaſi de re futura, ſed iam confecta,* vt volebat Chryſoſtom. noſtram eſſe fidem in oratione, exponens etiam illa verba Pauli ad Hebræos 3. *Gloriam ſpei vſque ad finem firmam teneamus,* ſic ait, *oportet autem illam certam tenere, vt non ſecus gloriemur, ac quaſi iam confecta eſſent, quæ ſperamus.* ad inſtar Chriſti, qui ante datum dat gratias, quia ante ea vi fiduciæ acceperat quod poſtulabat, non ſubſequens donum fiduciam, ſed præueniens, habens Lazarum reſuſcitatum, iam ante reſuſcitationem, vt de Abrahamo dicebat Seleucienſ. Ora tu ſimiliter, & accipies, crede non ſolùm Deo, ſed in Deum, & impetrabis, hinc vt tali fide firmaretur, hic Archiſynagogus dignuſque efficeretur, ait illi Dominus: *tantùm crede, & ſalua erit.*

Et cùm veniſſet. ſcilicet ad domum Principis, ad quam addunt Lucas, & Marc. *non permiſit intrare ſecum quemquam, niſi Petrum, & Iacobum, & Ioannem, & patrem & matrem puellæ.* Conſultò dial quòd hæc Dominus fecit, quando iam ad domum perueniſſet, vt aduertit Salmer. nam opinionem Abul. non approbo, hoc ſcilicet feciſſe in via, improprium hoc eſſet, neque rationes eius vrgent; peruenit ergo ad domum, & tunc dimiſſis nouem Apoſtolis ſolos tres accepit.

At cur hos nouem dimiſit, *vt non videretur turbas contemnere,* ait Abulenſ. & veriſſimè, nam 15.
cùm in domo inueniſſet tibicines, & turbam tumultuantem, cùm hanc eiicere ſtatuiſſet, ne rubore eam ſuffunderet, voluit, & Apoſtolos illos cum illa eiicere, nam ſic & faciliùs egrederentur nulla nota, & ſine murmuratione, ex quo dulcedo, ſuauitas, ac Chriſti diſcretio in ſuis actionibus cernere licet, quantaque ſimul circunſpectione actiones noſtræ temperandæ, quando in officio ſumus, ne fama cæterorum lædatur, ne ſcandalum, & amaritudinem patiantur, & murmurationis occaſio detur; ad quod faciendum præſtat aliquando cum malis & bonos punire, vt ad virtutem etiam mali alliciantur, vt ad praxim hæc redigamus, pono immortificatum religioſum, ſi abſolutè & ſolùm mortificè, repugnabit, recalcitrabit; quid faciendum? adeſt alter mortificatiſſimus occaſione accepta, immo ſine occaſione vtrumque mortifico, ex tali ſocietate profecto, per huius mortificationem lucrabor alterius fratris immortificationem, ob exemplum, ob conſocietatem, eiuſque compeſcat murmurationem, nec perſonarum acceptorem me iudicabit, ſi cum illo, & alterum omni dignum acceptione. etiam mortifico ad Chriſti Domini exemplum, conueniebat turbam eiicere. ſi ſolam eiicit murmuraſſet, ſcandalum, indignationem paſſa fuiſſet, amarè illud accepiſſet, quid ergo eiiciantur, & ſui ſimul cum illa? & ſic benè factum accipiant, non paſſionem actum iudicantes, ſed rationem, *vt ſic turba æquanimiter ferret,* ait Abulenſis, *credens non fuiſſe factum, ex deſpectu, ſed ex aliqua iuſta cauſa.*

Cur nouem dimiſit Apoſtolos.

16. *Superiorem aliquãdo bonos cum malis mortificãdi, & cur.*

Secundò hos dimiſit, & turbam eiecit, quia etſi teſtes volebat ſufficientes adeſſe, vt mox dicemus miraculis, tamen non multos; cur hoc? Theophyl. Theophyl.
vt vanam gloriam fugiendam demonſtraret, *mortuam, ait, ſuſcitaturus omnes eiecit, quaſi nos docens abſque inani gloria eſſe, & nihil ad demonſtrationem facere, & quod cùm quis debet miracula perpetrare, non decet ipſum eſſe in medio plurimorum, ſed ſolitarium, & ab alijs ſeparatum.* Ex quibus optimum Abulenſ. *quæſt.* 121. elicit documentum ſæpe, vt inuidiam euitemus, & inimicitias, ab aliquibus nos abſtinere operibus; alioquin bonis oportere, vnde ait, *fecit hoc Dominus, vt innuat quòd per opera noſtra bona non debemus occaſionem maioris odij tribuere.* quod intelligendum de operibus non neceſſariò in publico faciendis, vt ire ad Eccleſiam, & ſimilia, neque de illis, quæ etſi non neceſſaria vti prædicare, tamen ſcandalum paterentur boni, ſi non fierent, vt bene idem author. *Secundò* idem & Salmeron affirmant hoc feciſſe ne inuidiam ſibi ampliorem excitaret Phariſæorum.

17. *Ab operibus bonis publicè aliquãdo abſtinendum, & cur.*

Abulenſ.

Salmeron.

At cur iſtos tantùm tres aſſumpſit? Theophyl. *quia erant vertices Apoſtolorum.* Chryſoſtom. vt cæteros Apoſtolos, qui nondum ſic perfectè erant diſpoſiti, *prouocaret ad appetitum maiorem,* Abulenſ. *quæſt.* 120. quia ad tempus volebat Chriſtus aliqua occultare, & iſti præ cæteris homines ſecretiores erant. *nouerat autem,* ait, *iſtos tres conſtantiores ad ſecretum firmiter obſeruandum, ideo præ cæteris eos elegit.* ex qua doctrina habes, quanto ſecreto Dei myſteria ſeruanda, & ob id ſæpe Deum à fauoribus ſe abſtinere, ac ſupernis illuſtrationibus cum aliquibus animabus, ſciens ſecretum ipſas non ſeruaturas, hinc, vt ſæpe obſeruaui, quando aliquam elegit ad talia communicanda ex

Teophyl. Chryſoſt. Abulenſ.

18. *Chriſtus cur Petrum, Ioannem, & Iacobum præ cæteris aſſumpſit.*

natura

19. *Secretum appetere, & naturaliter hominem eſſe ſecreti ſignum præclariſſimū veri Dei fauoris.*

natura conſtituit ſecretiſſimam; loqui abhorrentem, immo infinitum ſenſum percipientem doloris, ſi ex vi directionis ſpiritualis magiſtro ea ad manifeſtandum cogatur. Ex quo deducitur præclariſſimum eſſe ſignum veræ reuelationis, ac Dei fauoris, appetitum occultationis, & ſecreti: ſecus verò ſi loquacitatis adſit, falſa ſunt, & penè imaginaria omnia, & vana; ſed ad rem.

Præ cæteris ergo elegit hos tres, quia ampliùs ſecreti, quos ſemper, & præ cæteris facit, in omnibus eos ſuis ſecretioribus myſteriis aſſumens, vt transfigurationis, & orationis in horto, & aliorum, *vt ſic*, ait Salmer. *in fide erga Chriſtum firmati, & videntes eum habere vitæ, & mortis imperium, tanto minus à Chriſto deficerent.* quod cùm dixiſſet, obſeruat etiam talibus aſtantibus, fauoribus tamen defeciſſe, vnde ait, *& tamen illius morte ſcandalizati ſunt; quid igitur feciſſet, ſi huiuſmodi miraculorum prorſus fuiſſent ignari?* Ex qua obſeruatione ad praxim omnia hæc educere potes. *Primum* quanto timore, & tremore, noſtra operanda eſt ſalus, pauidi ſemper viuentes; en ſanctiſſimi Apoſtoli tot prærogatiuis decorati, vt diceres iam eos adamantinos factos, tamen miſerè defecerunt occaſione accepta. O infelix vita! ô deploranda hominum ſors, dum veriſſimè poſſum dicere, quòd ſi hodie ſto, cras miſerè cadam; ſi hodie vt annulus in Dei manu, cras vt cadauer in inferno, quis ſe non timebit, quis totus non trepidabit hæc audiens? *Secundum* documentum, & quod apprimè magiſtris ſpiritualibus adnotandum, ſæpe Deum in principio conuerſionis illa præſtare animabus quæ ſolet in fine, reuelationes, apparitiones, contemplationem eſtaſis, raptus, quia ſi hæc non præſtaret, aut ad ſe eas non reduceret, aut firmas eas non teneret in virtute. nam, vt bene Salmer. ſi poſt tot, & tanta iſti tres firmi non ſteterunt, quid feciſſent ſi illis ea Chriſtus non contuliſſet?

Salmer.

20. *Noſtra ſalus cum tremore operanda, &c.*

21. *Deus ſæpe in … excel… ſtat … ſue … conuerſationis gradus.*

Aſſumpſit ergo hos tres ſecum, vt teſtes eſſent miraculi, & illud poſtea prædicare poſſent. At nunc quæritur, cur ſecum etiam aſſumpſit parentes puellæ? Chryſoſtom. quia erant teſtes omni exceptione maiores, vtpote ſine vlla paſſione, *aſſumpſit parentes in teſtes, ne quis dicere poſſet fallax eſſe reſurrectionis indicium*, Abulenſ. quæſt. 123. *quia non erat honeſtum*, ait, *quòd in penetralia domus iſtius Principis intraret quiſquam eo non manente ibi, & etiam vt non putarent parentes puella circa ipſam mortuam aliqua indebita committi.* Excellens doctrina ad mores, ſi enim Chriſtus Dei filius, in cubiculum intraturus puellæ, non viuæ, ſed mortuæ noluit ſolus intrare, immo nec cum diſcipulis ſuis tantùm, ſed voluit vt parentes ambo adeſſent, quid, nunquid homo peccator audebit habitu religioſi fiſus ſolus intrare, & cum ſola non mortua, ſed viua. At dicunt hoc facere ad confeſſiones audiendas? Sanè, & etiam reſpondeo Chriſtum intraſſe ad mortuam reſuſcitandam, & tamen noluit eſſe ſolus cum ſola, quod equidem documentum non ſolùm ad religioſos pertinet, ſed etiam ad fœminas ne etiam ipſæ ſolæ cum ſolis eſſe præſumant, ſi vtrque indemnem famam deſiderant, cùm velim ſcias quòd fama religioſi, aut pudicæ fœminæ à foris emendicata eſſe non debet, ſed ab intus, ſcilicet vt ipſemet homo ſit ſuæ famæ teſtis per ſuas actiones taliter, vt nemo, qui ex aduerſo eſt, obmutire poſſit, *vos eſtis lux mundi.* ſuprà *cap. 5. num.* 14. Apoſtolis

22. *… cur … aſſumpſit parentes puellæ.*

Chryſoſt.

Abulenſ.

23. *Religioſi nūquā ſoli ſint cum ſola, etiam quando in ſacramentum adminiſtrant pœnitentia.*

24. *Fama propria quilibet ex ſe debet eſſe teſtis, & quomodo hoc intelligi debet.*

Dominus dixit Soles mundi eos oſtendens; quid Sol in cœlis? Sanè teſtis omnium hominum actionum, vnde Dauid Pſalm. 88. num. 38. *thronus eius ſicut Sol in conſpectu meo, & ſicut Luna perfecta in æternum, & teſtis in cœlo fidelis.* ergo nominando Apoſtolos ſolem, tantum fuit, quantum eos teſtes efficere omnium operum bonorum Chriſti primùm, deinde ſuorum, talem ſcilicet vitam exhibentes, vt ſuæ ſanctitatis ipſimet teſtimonium exhiberent ſole clarius, ſic vt fama non ab externis haberent mendicata, ſed à propriis actionibus. Ad rem Tertullian. lib. de pudicitia, *Hæc ſunt*, ait, *quæ nos luminaria mundi faciunt, bona ſcilicet noſtra* at cur nos bona noſtra luminaria mundi non conſtituunt? Sanè ſequitur, *quia pudicitia Chriſtiana ſatis non eſt eſſe, verùm videri.* nil pulchrius. Sufficiat Ethnicis tātùm intrinſecè pudicos eſſe, conuerſentur cum mulieribus, debacchentur, colludantur; ſat illis ſi pudici intrinſecè; at Chriſtianis, & religioſis minimè hoc ſufficit, quia mundi ſunt lux, vnde neceſſe, vt ſimul etiam appareant, & ſic viuant, vt in geſtu, in conuerſatione, in locutione, in tactu omnia pudicitiam redoleant, ſic vt hæc talis ſit teſtis, quòd omnium ora obturet, ne malum loquantur.

25. *Apoſtoli cur lux mundi.*

26. *Pudicitia Chriſtiana quæ, & qualis eſſe debet.*

Enim verò *Iudith* 8. *num.* 8. poſt mira, & præclara, quæ de illa dixerat Scriptura, tandem addit, tanquam præclariſſimum, & quaſi extra, ſeu præter regulam, *nec erat qui loqueretur de illa verbum malum.* mirum hoc, ſi hominum procliuitatem ad murmurandum etiam de bonis operibus attendas; cur ergo ſic felix hæc mulier, iuuenis, pulchra, vidua, diues ſola, vt nemo de illa loqui verbum malum auſus fuerit; attende opera, attende vitam, & rationem hauries, *in ſuperioribus domus ſuæ fecit ſibi ſecretum cubiculum*, ait Scriptura, *in quo cum puellis ſuis morabatur, & habens ſuper lumbos ſuos cilicium, ieiunabat omnibus diebus vitæ ſuæ.* En quales intrinſecus habet teſtes, ſecretum cubiculum in ipſa domo, nec ibi ſola, ſed cum puellis, & quia iuuenis ne caro laſciuiens recalcitraret, ad cilicium ieiunium addebat, & hoc continuum; vnde ergo de ea murmuratio, aut quid ei neceſſe? vt eam alter è foris teſtis ſuæ eſſet pudicitiæ, cùm tales ipſa intrinſecus haberet. Pulchrè Ambroſ. lib. 5. epiſt. 64. *Virgo*, ait, *domini ſuis eſt innixa fulcris ad ſui probationem, nec alienis dotibus eget vt ſe virginem probet, ſed obuia omnibus modeſtia aſtipulatur integritati.* in qua ſententia prima adnotanda verba, non alienis virgo neceſſe eſt, vt innitatur fulcris, ſed ſuis ad ſuam probandam virginitatem, ſic enim ſuas attemperare debet actiones, vt omnes modeſtiam, temperantiam, vigilantiam, ſummam redoleant pudicitiam, vt ſic talibus firmata fulcris propriis, extrinſecis non indigeat, & ex ſe ora obturet murmurantium, ſic vt nemo contra illam, nec verè, nec falsò obloquatur.

27. *Iudith cur in ſuperioribus domus ſuæ ſibi fecerit cubiculum.*

Ambroſ.

28. *Virgo quibus fulcris ſuam aſtipulari debet virginitatem.*

Nec verè, nec falsò obloquatur, dixi. nam velim ſcias quòd ſi ſic non viuas, ſicque tuas non componas actiones, vt omnes ſummam modeſtiam redoleant, ſummaque vtaris ob hoc cautela, bene poteſt eſſe, vt vera de te non murmurent, & mentiantur; at quòd non murmurent, nunquam illud efficias. & ſanè religioſi partes eſſe debent ſic viuere, ſic ſuas actiones componere, vt non ſolùm vera, ſed nec falſa adſit de eo murmuratio, quod equidem efficiet, ſi omnia illa euiter, quæ aliquam ſuſpicionem inferre poſſunt, ſic cautè & vigilanter, vt etiam impoſſibilia attendat.

29. *Murmuratio falſa quomodo compeſci poſſit.*

30. *Quomodo religioſus eam à ſe cōpeſcat.* attendat. nam ſi in his deſidioſus, profectò, etſi non in veram, ſaltem in falſam incurret murmurationem. Dan. 53. num. 36. *Cum deambularemus in pomario ſoli*, dixerunt ſenes contra Suſannam, *ingreſſa eſt hæc cum duabus puellis, & clauſit oſtia pomarij, & dimiſit à ſe puellas, venitque ad eam adoleſcens, qui abſconditus, & concubuit cum ea.* O mendacium horrendum! ô teſtimonium falſiſſimum, contra mulierem ſic pudicam, caſtam, vt nunquam tale de illa, nec ſuſurro extitit, nec inter domeſticos ſeruos, quod notandum. nam iſti cùm teſtes intrinſeci omnia ſciunt, omnia callent quæ fiunt, hinc quia in Suſanna nullam notam immodeſtiæ vnquam perceperunt, ideo quando ſenes loquentes audierunt, num. 27. *erubuerunt vehementer, quia nunquam dictum fuit ſermo huiuſcemodi de Suſanna.* cur ergo ſcelesti tale mendacium auſi
31. *Suſanna cur falſo patuit teſtimonio.* ſunt dicere? Attende ad quæ fecit Suſanna, & non miraberis, eiecit à ſe puellas, ſola remanſit in horto, ſub diu elato ſole ſe denudauit, non præuenit poſſibile aliquem intra hortum eſſe, incauta ad ſui cuſtodiam falſo aperuit oſtium teſtimonio, licèt ipſa caſta, & niſi ex miraculo Deus illam defendiſſet, licèt innocens, & caſta periiſſet, vt videas quàm verum ſit, vt ſi non omnino cautè viuas, etſi veram infamiam effugies, non tamen falſam tua culpa. quia non cautus, ob quod ſuadet Apoſtol. *ad Philipp.* 4. *num.* 5. vt non nobis ſolùm noſtra ſit nota modeſtia, ſed omni-
32. *Modeſtia noſtra cur vult Apoſtolus vt nota ſit omnibus.* bus, *modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus.* mirum hoc cum virtutis opera potius celanda ob vanam gloriam, vt concors eſt omnium Sanctorum ſententia; vnde ergo Apoſtolus vult, vt ſola virtus modeſtiæ noſtræ non vni, vel duobus, ſed omnibus nota ſit hominibus? *Ad quid?* reſpondet (Tertull.) Tertullian. vbi ſuprà, *vt malitia ad vos omnino acceſſum non habeat, vt malis exemplo, & teſtimonio ſitis.* acutiſſimè. Ob duo nempe reſpondet Tertullian. illud conſulit Apoſtolus, *primum* vt malitia hominum prompta ad falſa etiam murmurandum, veſtram modeſtiam videns, nec falsò acceſſum ad vos habeat, vt aliqualiter vos mordere poſſit, obſcurare, etſi falſum, næuum iniicere; & *ſecundò* vt malis, & talibus obtrectatoribus, non ſolùm exemplo ſitis, ſed teſtimonio; quid hoc? Sanè vt talem habeatis vitam, tales actiones ſic modeſtas, vt contra illorum malitiam teſtificantes, ſic eos conuincant, vt nec falsò aliquid de vobis dicere poſſint, ad quod reſpiciens Dominus, etſi Deus non ſolùm cum diſcipulis, ſed etiam cum matre, & patre ad puellam, ad defunctam intrare voluit.

(Ambroſ. Ianſen. Maldon.) *Et cùm vidiſſet tibicines.* Ambr. *lib.* 8. *in Luc.* Ianſ. & Mald. ex Lucano affirmant, morem fuiſſe Gentilium ad omne funus lamentatrices, & tibicines
33. *Tibicines ad quid adducebantur.* adhibere, quæ lachrymas ab audientibus cantatis næniis elicerent, à quibus hanc conſuetudinem Iudæos mutuaſſe affirmat Ianſen. quæ omnia, vt bene adnotat Maldon. ab Euangeliſta adducuntur, vt veriſſimè eſſe mortuam puellam crederetur, dum ad illam flandam tibicines, & lamentatrices aduocaræ, obſeruat (Salmer.) Salmer. ex Ethnicis varias fuiſſe tibicines graciliores in morte puerorum, groſſiores hominum, particulares in morte virginum, vide apud ipſum.

(Idem.) *Recedite, non eſt mortua puella*, &c. Salmer. ly *recedite*, intelligit à flatu, quia ait, *vbi ipſe erat, cauſa flatus non erat*; at potius hic moralis, quàm litteralis ſenſus. nam verus eſt, recedite à domo ad quam acceſſiſtis ad plorandum, quia puella non eſt mortua, ſed dormit, vnde ly *recedite* 34.
Turba cur eiecta. propriè diſceſſum ſignificat, licèt conſequenter ſequebatur ne flerent; at cur turbam eiici voluit? (Chryſoſt. Hilar. Theophyl.) Chryſoſtom. Hilar. & Theophylact. quia turba indigna, vt miraculum videret, quia tumultuabatur, quia fidem non habebat, quia Chriſtum dicentem non eſſe mortuam, ſed ſomno oppreſſam, deridebat: at (D. Gregor.) D. Gregor. myſticè hoc interpretans *lib.* 18. *moral.* ſupra illa verba, *& mare loquitur*, ſic magiſtraliter ait, *foras autem turba eyeitur, vt puella ſuſcitetur, quia niſi prius è ſecretioribus cordis expellatur, ſecularium multitudo curarum, anima, quæ intrinſecus iacet mortua, non reſurget.* Sanctiſſimo Gregorio adderem ego, etſi reſurget per confeſſionis ſacramentum, iterum à curis ſuffocata, in mortem reincidet.

Enim verò *Luc.* 8. *num.* 7. de ſemine, *aliud cecidit inter ſpinas*, ait Dominus noſter, *& ſimul exorta ſpina, ſuffocauerunt illud.* vbi pondero ly *ſimul exorta ſpina*, nam ex hoc datur intelligi ſpinas nondum ortas ſubtus terram adhuc remanere, quid per hoc vt ſimul cum grano exortæ poſtea multitudine ſui illud ſuffocarent; ergo granum viuum extabat in terra, & creſcendo è terra exiit, poſtea à ſpinis ſuffocatum, iam me habes; verùm quod per confeſſionem anima reuiuiſcit, & Dei gratia ſeminatur in anima, ſic vt reuiuiſcat; at quid dum creſcit, quia in illa ſimul ſpinæ ſæcularium rerum verè iterum mortificatur, & moritur, *ſicut enim ſpina*, ait (Chryſoſt.) Chryſoſtom. hom. 45. in hunc Euangel. *non permittunt oriri ſemen*; dic tu creſcere, *ſed ex condenſatione ſuffocant immiſſum, ſic ſollicitudines vitæ præſentis ſemen ſpirituale fructificare non ſinunt.* Meritò ergo eiicitur turba, quæ tales ſignificat ſpinas, vt puellla ſuſcitetur. (Hilar.) Hilar. *Can.* 9. allegoricè hoc intelligens affirmat, ideo turbam eieciſſe, vt ex tali eiectione paruus numerus ſaluandorum intelligeretur; *vt autem rarus ex lege credentium*, ait, *electionis numerus poſſet intelligi, turba omnis expulſa eſt, quam vtique ſaluari Dominus optaſſet, ſed irridendo dicta, geſtaque eius reſurrectionis non fuit digna conſortio.*

35. *Chriſtus quo ſenſu dixit puellam non eſſe mortuam.* *Non eſt mortua, ſed dormit.* quo ſenſu hoc dixerit, & mortem appellauerit ſomnum, multi multa. (Hieron. Chryſoſt. Theophy.) Hieron. Chryſoſtom. Theophylact. quia more Scripturæ loquebatur, quam mortem ſomnum ſolet appellare, ob certam reſurrectionis ſpem. Alij, non eſt mortua, quia diu in morte manere non debet; alij non eſt mortua mihi, quia eadem facilitate eam ſuſcitare poſſum, qua quis dormientem. (Maldon.) Maldonat. affirmat, Chriſtum dixiſſe, non eſt mortua puella, quia cùm miraculum vellet eſſe occultum, conſequenter voluit, vt crederet turba, puellam non eſſe mortuam, & ideo dixiſſe, non eſſe mortuam, ſed dormire, vnde ſecundò ipſum ly *dormire* non ſumitur per mortem, ſed per verum ſomnum; attamen alio ſenſu hæc verba intellexiſſe Chriſtum ac turbam. nam ea Chriſtus protulit, non eſſe ſcilicet mortuam eo modo, quo ipſi credebant, ſcilicet quatenus reuocari non poſſet ad vitam, nam aliàs verè erat mortua, ſed dormire, quia ſtatim ad vitam reuocanda. Senſus probabilis ad occultandum ſcilicet miraculum, his verbis æquiuocis, vt ſic dicam, Dominum fuiſſe vſum, vt ſimul veritatem dicens myſterium occluderet: at etſi hoc, tamen à communi ſententia non eſt recedendum. nam licèt vellet Chriſtus miraculum eſſe occultum, tamen cum hoc, vt rectè (Chryſoſt.) Chryſoſt. *hom.* 31. voluit ſic eſſe certum, quando propalaretur, vt

null o

nollo modo tergiuerſari poſſit, cùm ex eorum qui aderant teſtimonio conuinci poſſit: ergo veriſſimè voluit intelligi, non eſſe mortuam, & talem mortem vocauit ſomnum, vno ex illis modis, quo Patres dicunt, neque vrgere voluiſſe miraculum eſſe occultum, nam hoc intelligitur, quantum ex ſe,& ex parte ſua inhibens ſecretum, propter rationes aliàs dictas,licèt ſciret quòd aliàs propalaretur, vt ſæpe contingit, mandans ſecretum, licèt ſciret quod non eſſent obſeruaturi vti cæci illi,de quo infrà.

Et deridebant eum. Cur deridentes non reprehendit? Salmet. *ob manſuetudinis exemplum, & quia non erat tempus contentionis, & quia ex hoc poſtea apparebat illuſtrior ſuſcitatio.* Vera ratio eſt, quam affert Chryſoſtom. *vbi ſuprà*, quia talis irriſio amplius ad ſuum illuſtrandum miraculum faciebat, nam ex illa conuincebantur certiſſimè ſcire, & credere puellam eſſe mortuam, vnde ex aduerſo, quando ſuſcitatam videbant, nil oppo-

Salmeron. Chryſoſt.

36. nere poterant, *non autem*, ait, *increpauit deriſionem, vt & ipſa deriſio, & tibia, & alia vniuerſa demonſtratio fiant mortis.* Cuius rationem ſubiungens ſequitur, *quia enim multoties poſtquam facta ſunt miracula, non credunt homines, antea eos conuincit propriis reſponſionibus, vt non ampliùs poſſint non credere, quoniam mortuam ſuſcitauit.* Veriſſimus ſenſus, ex quo moraliter docemur non reſiſtere malo, & malis, quando aliàs ad noſtræ ſaluationis negotium conferunt, illuſtrioremque eam faciunt, ad ſimilitudinem Chriſti alto, & magnanimo in hoc induci debemus animo diſſimulare auditum calumniis, & deriſionibus non præbere, dicta parui facere, ſilentio vili pendere, vt ſic dicam,deriſiones, toti ad opus Dei peragendum, conſummandum,perficiendum, vti Chriſtus, qui cùm parui feciſſet deriſionem,nil ab illo remoratus eiecta turba, ad opus intendens ingreſſus eſt, vt puellam ſuſcitaret.

Chriſtus cur turbas non reprehendit.

37. *Intrauit, & tenuit manum eius.* Lucas *cap.* 8. adiunxit, non ſolùm manu eam tetigiſſe, ſed clamaſſe. *ipſe autem tenens manum eius clamauit, dicens: Puella ſurge.* Cur manum tenuit? Salmer. ex quo Maldon. hoc feciſſe ait, iuxta patris fidem, qui dixerat, *veni, impone manum tuam ſuper eam, & viuet.* Immo obſeruat plus dediſſe quàm pater petierat: iſte, impone manum; at Chriſtus eam tenuit, *quia ſemper donat plus quàm petimus.* Veriſſimè Cyrill. *in Ioann. lib.* 4. *cap.* 14. vt ſuam carnem ex coniunctione verbi viuificatricem oſtenderet, vnde infert, quàm ampliore ratione viuere nos debemus, dum carnem illam manducamus, *quòd ſi ſolo tactu*, ait, *corrupta reintegrantur, quomodo non viuemus, qui carnem illam guſtamus, & manducamus.* At cur clamauit? *vt ipſo ſignum oſtenderet edere*, ait Salmer. *vt eius poteſtas magna promulgaretur, vt ſignum exauditionis deſignaret, & virtutis magnitudinem, vt in Lazaro, tandem, vt deſignaret verè animam eſſe abſentem, quam vocabat, & ſe ſu-*

Cur manum tenuit puellæ. Salmeron. Maldon. Cyrill. Salmeron.

38. *periorem mortis eſſe potentia.* Omnia optima, & ad mores illud adnotandum ſignum exauditionis in oratione clamorem eſſe validum; amice cur non exaudiris per annos orans? quia non clamans validè, ſed remiſſè, nam velim ſcias clamantem validè non exaudire non eſſe Dei, ſed dæmonis opus, nam impoſſibile eſt ad clamorem validum Deum aures non præbere, 3. *Reg.* 18. *num.* 26. Prophetæ Baal, *eum inuocabant*, ait Scriptura, *de manè vſque ad meridiem, & non erat vox.* At quid Elias ad illos? *clamate voce maiori, Deus enim eſt,*

Oratio ſit clamoroſa & validus clamor in oratione ſignum eſt exauditionis.

quaſi diceret, impoſſibile vt non audiat, ſi Deus, 39.
voce magna vos clamantes. nam ſi vſque huc non vos audiuit, ea eſt ratio, quia non voce magna clamaſtis, quod bene ipſi perceperunt, vnde ſequitur, *clamabant ergo voce magna*; at quid? *neque audiebatur vox, nec aliquis reſpondebat, nec attendebat orantes.* Signa poſtrema verba, ſufficiebat enim dicere, quod neque quis audiebatur, nec aliquis reſpondebat; ad quid adiungere, nec attendebat orantes? Sanè, quia impoſſibile ſit verus eſſet Deus, & non falſus, & non dæmon, vt tali clamore, tali voce, tali gemitu & efficacia orantes non attenderet; at quia dæmon, & falſus Deus, ideo non attendebat ad talem validum clamorem; non ſic autem Deus noſter, ſi te non audit, eſt, quia non clamas voce grandi, etſi differt, eſt, quia vult, vt tali voce clames, nec mirum, cùm vt & ipſe exaudiretur dilectiſſimus filius, voluit vt non ſolùm oraret, ſed cum clamore valido inſuper, & lacrymis, audi Paulum ad Hebræos cap. 5. num. 7. *qui in diebus carnis ſuæ preces, ſupplicationeſque ad eum, qui poſſit illum ſaluum facere, à mortuis cum clamore valido, & lachrymis offerens exauditus eſt pro ſua reuerentia.* Sed quòd oratio debeat eſſe clamoroſa, ſæpe aliàs diximus.

Deus non poteſt non audire orationem clamoroſam, cum eius ſit proprium.

Ait illi, *Talitha cumi, quod eſt interpretatum, puella tibi dico, ſurge.* ita habet Marc. 5. Salmer. obſeruat talitha vocem eſſe Syram, ſiue Chaldæam, & Marcum gaudere exprimere Syras voces, quibus Chriſtus vtebatur, *nam*, ait, *Syra lingua eius ſæculi vernacula vtebatur Dominus.* quod intelli- 40.
gendum quando communiter, & cum turbis loquebatur, cùm poſt reditum è captiuitate Babyloniæ Hebræa pura lingua tantum apud doctos, & principales, vt ſic dicam, remanſit, vulgus enim promiſcuus ex conuictu Chaldæorum corruptè ex miſtione Chaldaicarum, & Hebræarum loquebatur, vnde potius communis tunc lingua. Tertium, quid erat inter Syriacam, & Hebraicam, quàm pura, aut Syra, aut Hebræa, Dominus autem noſter captui turbarum ſe accommodans, vt exemplum in hoc etiam Prædicatoribus daret, Deique miniſtris Syriacè loquebatur ad populum vernacula illa lingua, licèt quando cum aliis, qui Hebraicè loquebantur natiua, ac propria vteretur, de qua re infrà cap. 27. ſuper illa verba, *Eli Eli lamaſabacthani*, Deo duce, commodiùs diſputabimus. Secunda autem *Cumi* etiam Syriaca eſt, ſimul Hebræa. vt obſeruat idem, verba autem illa, *tibi dico ſurge*, ab interprete, claritatis gratia, ſunt adiuncta, vt docet Hieron. *lib. de optimo genere interpretandi.*

Salmeron. *Chriſtus Dominus qua lingua vtebatur.* Hieron.

Et ſurrexit puella. Luc. ſic ait, *& reuerſus eſt ſpiritus eius, & ſurrexit continuò.* Marc. addit, *& ambulabat*; omnia, vt obſeruat Gloſſa ſuper Marc. *ad oſtendendam puellam huius eſſe ætatis, quod poterat ambulare, in ambulatione enim non ſolùm ſuſcitata, ſed etiam perfectè ſanata oſtenditur.* Luc. adiunxit, *& iuſſit illi dare manducare, & obſtupuerunt parentes eius, quibus præcepit ne alicui dicerent, quod factum eſt*; cur autem iuſſerit dare cibum, explicat Chryſoſt. *vt non videatur phantaſma eſſe quod factum eſt.* priùs ambulauit ad ſignum robuſtiſſimæ 41.
ſalutis, & perfectiſſimæ reſurrectionis, poſtea iuſſit dare cibum, vt vera reſurrectio probaretur, quod myſticè totum interpretans Beda *in Marc. cap.* 5. ſic ait, *Bene autem ſurrexit, & ambulat, quia anima à peccatis reſuſcitata non ſolùm à ſordibus ſcelerum exurgere, ſed & bonis proficere debet operibus, &*

Gloſſ. *Chriſtus cur iuſſerit dare manducare puellæ.* Beda.

mox

mox neceſſe eſt, vt cœleſti pane ſatietur, diuini ſcilicet
verbi, & altaris particeps effecta.

42. Sed pendo Dominum noſtrum voluiſſe tene-
Cur per ſe ipſum non dedit ei panem.
re manum puellæ, non tamen per ſe, ſed per alios,
& forſitan per patrem, & matrem, cibum præ-
ſtare; quale in hoc myſterium, cùm ſi ad exem-
plum caſtitatis amplius contra illam eſt manum
mulieris tangere, quàm cibum ei miniſtrare; cur
ergo voluit manum tangere, non verò cibum
præbere? Sanè, mea ſententia, quia quando mu-
lierem tetigit, erat mortua, corpuſque ſine vita
Chryſolog. mortuum, & ſic, vt ait Chryſolog. ſermon. 18. *te-*
nuit manus eius ad vitam, quia Adam de manu mu-
lieris acceperat mortem. At quando iuſſit ei da-
re cibum, iam viuebat ſana, vegeta, & fortis,
hinc omnem eum ea familiaritatem excluſit, etſi
minimam, nobis præbens exemplum, quomodo
cum mulieribus conuerſandum, omnem penitus
abſcindendo familiaritatem, omne contuber-
43. nium, niſi perire velimus, cùm ex tali familiari-
Ex mulierum familiaritate hominum ſpiritualium animi quantum emolliuntur etiamſi ſancta ſint.
tate, licèt aliàs licita, ſeu ex tali fœminarum con-
tubernio, ſic hominum animi emolliuntur, vt
penè ad infernum deducti via vnò gradu ab ipſo
inferno diſtent. Pſalm. 140. num. 8. *Diſſipata ſunt*
oſſa noſtra ſecus infernum. alij pro *diſſipata* legunt,
emollita ſunt oſſa noſtra ſecus infernum. Adnota non
dixiſſe conturbata, vel emollita oſſa in inferno,
44. ſed ſecus infernum, hoc eſt, iuxta; quid hoc? an
Mulier & infernum quàm ſimul reperiantur.
quia infernus, & mulier ſic propè, & iuxtà ſtant,
vt qui cum muliere conuerſatur, ſic emolleſcit,
& diſſipatur vt miraculum ſit non in infernum
dare. Prouerb. 30. num. 16. *Infernus, & os vuluæ, &*
terra, quæ non ſatiatur aqua, ignis verò nunquam di-
cit, ſufficit. Attende, quàm iunctim poſuit cum in-
ferno os vuluæ, quæ mulierem deſignat, nil ſanè
Ambroſ. medium. hinc optimè Ambroſ. *in illum locum Pſalm.*
ſic ait, *iuxta infernum ſunt, quando ſocietatem no-*
ſtram diuerſitas ſexus inquietat. quod ſi petis ratio-
nem, quia conuerſatio mulierum etiam ſancta-
rum, quid immo etiam pœnitentum filiarum
ſpiritualium, niſi moderatio adſit, & integerrima
tractatio, ſine næniis, ſine ſuperfluitatibus, ſine
variis correſpondentiis, ſine ſuperflua frequen-
tatione, ſenſim ſic religioſum robuſtum, ac aliàs
valentem, emolliuntur animum, vt ad minus,
quando malum non interueniat, illum reperi-
mus emollitum, taliter vt amiſſa religioſa autho-
ritate delicati facti, cellam noſtram reperiamus
iam non cellam, ſed promptuarium remediorum,
& officina dulcium; quid hoc? nonne iuxta infer-
num eſſe?

Exijt fama hæc in vniuerſam terram. Marc. ha-
bet, *& obſtupuerunt ſtupore magno.* ſcilicet paren-
tes eius, *& præcepit illis vehementer, vt nemo id ſci-*
ret. Cur obſtupuerunt? Sanè ob nouitatem mira-
culi, quia nunquam tale viderint, neque tale pa-
rentes eius expectabant. ad quod intelligendum,
45. tres ſciendum mortuos Chriſtum ſuſcitaſſe, hanc
Christus tres mortuos ſuſcitauit, quales, & quo tempore.
puellam, filium viduæ, & Lazarum, hanc in pri-
mo anno, filium viduæ in ſecundo, Lazarum in
tertiò, vt bene obſeruat Salmer. ex his etiam in-
telliges rationem, quare tantopere Chriſtus ſe-
Salmer. cretum parentibus iniunxit, nam ex inuidia ob re-
46. ſurrectionem Lazari ſtatim contra Dominum
Cur tantum inculcauit ſecretum reſuſcitationis huius puellæ.
conſilium fecerunt Phariſæi, immo & Lazarum
interficere cogitarunt, ſimiliter & nunc feciſſent
contra Dominum, & contra Saluum, & domum
eius totam; omnium ergo ſaluti proſpiciens Do-
minus validè inculcauit ſecretum parentibus, &
ſimul etiam Apoſtolis.

Adnotandum, quòd non ſemper ſecretum in-
iunxerit, nam vt ſic inutile eſſet ſignum, & teſtes
fruſtrà adfuiſſent, ſed quandiu aliud ſimile non
feciſſet publicè, vt quando reſuſcitauit filium vi-
duæ, nam tunc non tenebantur amplius, vt bene
obſeruat Salmer. vnde exijt fama hæc poſt reſu- Salmer.
ſcitatum filium viduæ, exiit, inquam, cum certi- 47.
tudine, nam antea ſine dubio fuit rumor; quid, *Quando illa propalata.*
nónne ſciebant puellam mortuam, & poſtea eam
reuiuere, ambulare, comedere? Sed quia nullus ad-
fuit niſi pater, & mater puellæ, & Apoſtoli, & hi
tacebant, & parentes diſſimulabant, ideo cùm
non illud teſtificarentur ex euidentia facti, qui
illud ſciebant, rumor erat, in dubium forſitan
aliqui reuocantes mortem; at poſt ſuſcitationem
filij viduæ, tunc apertiſſimè conteſtati ſunt Apo-
ſtoli, & cum iſtis parentes, & ſic certiſſimè tunc
ſcitam talem reſurrectionem, hinc etſi ipſe quan-
tum ex ſe ſecretum præceperat, *vt tu diſceres,* ait
Salmer. *bene operari ſine teſtibus, & laude homi-* Salmer.
num. tamen voluit Deus, vt huius miraculi fama 48.
exiret per totam terram illam. *quia etſi maximè af-* *Deus tunc amplius bona noſtra facta manifeſtat quando nos amplius ea occultamus.*
fectes latere, ait idem, *Deus tamen te non permit-*
tet diu delitēſcere, ſed publicabit bene facta tua coram
toto mundo.

Sed quæ moralia ex his miraculis educi poſ-
ſunt? multi multa, & nos aliqua ſuprà diximus,
conſule expoſitores, nam nos vnum tantùm ex
profluuio ſanguinis Hæmorrhoiſſæ hic appo-
nere volumus, ex D. Bernard. *ſerm. de quatuor mo-* Bernard.
dis orandi, remedium ſcilicet mihi valde difficili, 49.
& quæ ſæpe mihi animum tollit, quomodo ſcili- *Pollutioni voluntariæ quomodo, quoue remedio occurrendum.*
cet occurrendum grauiſſimo illo peccato pollu-
tionis voluntariæ, quo aliqui laborant, curatu dif-
ficile, cùm occaſio ſemper propinqua omnino in-
euitabilis, & diſciplina, ieiunia, voluntariæ caſti-
gationes ſæpe Dei iudicio potius noceant, quàm
iuuent, vt expertus loquor, cui peccato velim ſcias
nullum aliud eſſe remedium, niſi celerem confeſ-
ſionem, ſic vt ſtatim per actum ad confeſſorem
accedas, cuius partes erunt benigniſſimè ſemper
talem ſuſcipere, etſi millies cadat, non multam,
nec magnam pœnitentiam illi iniungere, eum
ſemper animare, vt ſtatim & confidentiſſimè ac-
cedat, experto crede, animam eius lucraberis, &
fructum tui percipies laboris, quod etſi aliàs ex-
pertus ſim, valde gauiſus ſum ſententiam reperiſſe
eſſe ſancti Bernardi, qui per fluxum ſeminis mu-
lieris, hanc paſſionem intelligens hoc idem ad-
hibet remedium, per fimbriam Chriſti confeſſo-
rem accipiens, vnde ait, *non credo quòd ſit inter* Bernard.
nos quiſpiam, ſed fortè nonnulli in ſæculari habitu, vel
conuerſatione, potuerunt experiri, quod loquor, vt in-
uiti fluxum ſanguinis paterentur, eius, inquam, ſan-
guinis, qui regnum Dei non poſſidebit, etenim qui fa-
cit peccatum, ſeruus eſt peccati, nec ſua ſe poterit con-
tinere virtute, etiam cùm volet. O quàm veriſſimè
loquitur Bernard. pereunt ex dolore peccati, tri-
ſtantur, anguntur vſque ad mortem, deliquium
patiuntur, millies proponunt: at iuſto Dei iudi-
cio, accedente tentatione miserè cadunt. quid er-
go eis faciendum, audi Bernard. *huic enim mini-*
mè expedit per ſe ipſum ad Chriſtum accedere, ſed
tangere, ſi quam inuenerit eius fimbriam, hanc ſi be-
neficijs aliquibus, ſeu prece humili, aut confeſſione pura
tetigerit; vt affectum eius erga ſe mouerit ad compa-
tiendum ſibi, habeat fidem, & ſine dubitatione ſana-
bitur. nil Bernardo addendum, ſolùm aduerten-
dum, quod Bernard. de pollutione voluntaria,
idem intelligendum de inuoluntaria, quàm

ſelectiſſimi

ſelectiſſimi Dei ſerui tum homines, tum mulieres, ac virgines in vigilia patiuntur ad eorum purgationem, humiliationem, tormentum, crucem, &, vt ſic dicam, mortem vitalem, nullum enim aptius remedium inuenies, quàm ad aliquem Dei ſeruum accurrere, talem fimbriam tangere, orationes eius poſtulare humiliter, affectuosè, quòd ſi humilis accedis cum affectu, & fide, ex Bernardo tibi dico, ſine dubitatione ſanaberis.

NVM. 27. Et tranſeunte inde Ieſu, ſecuti ſunt eum duo cæci, clamantes, & dicentes: Miſerere noſtri fili Dauid?

NVM. 28. Cùm autem veniſſet domum, acceſſerunt ad eum cæci, & dicit illis Ieſus: Creditis, quia hoc poſſum facere vobis? dicunt ei, vtique Domine.

NVM. 29. Tunc tetigit oculos eorum, dicens: Secundùm fidem veſtram fiat vobis.

NVM. 30. Et aperti ſunt oculi eorum, & comminatus eſt illis Ieſus, dicens: Videte ne quis ſciat.

NVM. 31. Illi autem euntes diffamauerunt eum in tota terra illa.

Senſus litteralis, & moralis.

S*Ecuti ſunt eum duo cæci.* Certiſſimum eſt, hanc hiſtoriam, quam ſolus Matthæus narrat, conſecutam poſt præcedens miraculum, quando Dominus è domo Saiti egrediens proficiſcebatur in patriam ſuam, vt ait Marc. cap. 6. *Egreſſus inde abiit in patriam ſuam, & ſequebantur eum diſcipuli ſui.* Ex fama ergo ſuſcitationis puellæ, & aliorum ſignorum agnoſcentes eius benignitatem omnibus expoſitam ſecuti ſunt eum, qui cæci non ſunt, iidem illi, quos infrà *cap.* 20. affert Matthæus, & Marc. *cap.* 10. & Luc. *cap.* 18. ſed alij, vt omnes adnotant expoſitores.

Clamantes, & dicentes. Summum eorum affectum denotat, non ſolùm ſequuntur, ſed clamant, *non autem parua hic Iudæorum accuſatio eſt*, ait Chryſoſtom. *cùm hi quidem oculis carentes ex auditu ſolum fidem recipiunt, non autem illi habentes viſum, atteſtantur miraculis, quæ fiebant.* Excellens ponderatio ad magnitudinem diuinæ gratiæ extollendam, ad miſeriam hominum amplificandam, & ad docendum, quòd qui fideles eſſe volunt, cæcos eſſe oportet antequam credant, cùm credendo videbunt, *nam ſcrutator maieſtatis opprimitur à gloria.* & qui ſuis oculis, ſuaque ratione myſteria intentat apprehendere Chriſti, ex vidente cæcus, vt hæreticis aduenit, fiet. en cæci qui miracula non vident, miracula atteſtantur, Chriſtumque Meſſiam credunt. nam, vt Ianſen. & Caietan. bene aduertunt, quando eum nominatunt filium Dauid, non communem appellationem intendebant, qualem multi eo tempore ſortiebantur, ſed illam, quæ ſignificabatur ipſum eſſe illum filium Dauid Meſſiam futurum, & tamen cùm hoc cæci teſtificentur, non atteſtantur, vt ait Chryſoſtom. qui habent viſum, & atteſtantur clamore valido deſiderium ſalutis ſimul cum fide atteſtando, vnde Chryſoſt. *Vide eorum deſiderium, neque enim ſimpliciter acceſſerunt, ſed cum clamore, & nihil aliud, quàm miſericordiam poſtulantes.* nam de potentia non dubitabant.

1
Ad Chriſti miſeria intelligenda cæcitare nos intellectus.

Ianſen.
Caiet.

Miſerere noſtri fili Dauid. Salmer. *principio*, ait, *miſeriam ſuam confitentur, qua confeſſione nil gratius Deo offerre poterant*, cui confeſſioni ſi clamorem adiungas orationis, cum fide poſtulans, ſine dubio quidquid oraueris impetrabis.

2.
Cognitio propria miſeria neceſſaria in oratione ad interpretationem.

Cùm autem veniſſet domum. Alicuius ſcilicet fidelis, ait Euthym. quia properabat, vt diximus, in patriam ſuam, & non eos audiuit antea, ſinens eos clamare, vt ex Chryſoſt. Euthym. Theophyl. affirmat Salmer. *vt probaretur eorum fides, & conſtantia, & obtentum ſanitatis, donum maiori pretio æſtimaretur, & doceret fugiendam inanem gloriam, & ne miracula nimis viloſcerent, & vt doceat inſtanter orandum, nec ab oratione ſi ſtatim non audimur, ceſſandum eſſe.* quot verba, tot documenta.

Chryſoſt.
Euthym.
Theophyl.
Salmer.

3.
Deus cur tardat orationē aliquādo audire, & cur Chriſtus hos non ſtatim ſanauit.

Creditis quia hoc poſſum facere vobis. Pulchrè Rupert. quærit, cur ſemper tantopere Chriſtus fidem expoſtulat ab eis, quos ſanare intendebat, & reſpondet, vt per talem fidem ſanctam malam illam credulitatem curaret, quam Adam diabolo credidit, dicenti, *eritis ſicut dij*, vnde ait, *cauſa, ſiue intentio dignationis eius non parui pendenda, hæc eſt curare antidoto competenti ſtultitiam antiquam nimiæ credulitatis, qua creditum fuit diabolo loquenti per ſerpentem, ac aienti, ſcit enim Deus*, &c. at ſi ſciebat Dominus robuſtam horum fidem, cur eam ab illis expoſcit? Remig. *vt fides eorum, quæ geſtabatur in corde dum confiteretur ore, digna fieret ampliori mercede.* Sic enim & ob hoc ſæpe non votis noſtris contentus interioribus, ac efficacibus deſideriis vult, vt in opus exeant, vt ampliori dignetur mercede, noſtram, non ſuam vtilitatem procurans. Chryſoſtom. *vt oſtenderet quòd digni erant curatione, & vt non aliquis dicat, quoniam ſi miſericordia ſolum ſoluebat, omnes ſaluari oportebat, ideo & fidem ab eis expetebat.* & hoc ad neceſſitatem operum bonorum valde conducit, miſericordia ſua ſaluat, attamen non vult vt interim otio vacans, totum miſericordiæ eius onus relinquas, hinc etſi iſti de ſua miſericordia confidebant, ac ſperabant, tamen fidem externam ab eis expoſcit, & confeſſionem ſuæ deitatis; quod opus tunc ſi perfidiam attendas, Phariſæorum opus erat arduum, actio difficilis, ob timorem talium, indignationis, hinc ab eis non fiduciam, ſed fidem, hoc eſt, intellectus aſſenſum, quo Deum eum eſſe confiterentur potentem, non rogare Deum, ſed vt Deum illud facere petiit, vnde illis, *creditis quia hoc poſſum facere vobis.*

Rupert.

4.
Chriſtus cur fidem à ſanādis expoſcebat.

5.
Cur ſciens eorum fidem eam petijt declarare.

Remig.

Chryſoſt.

6.
Opera noſtra neceſſaria ad noſtram ſalutem.

Tunc tetigit oculos eorum. Tetigit, licèt verbo poſſet tantùm, nam, vt bene Salmer. *tactu oſtendebat ſe eſſe eorum illuminatorem, & carnem ſuam tanta virtute præditam eſſe ob aſſiſtentem deitatem, etiam ſi ſine vllo contactu, ſed ſolo verbo poſſet, volebat tamen per eam curare*; quod ponderans Cyrill. *lib.* 4. *in Ioan. cap.* 14. ideo affirmat tactu mortuos Dominum voluiſſe reſuſcitare, licèt tantùm verbo poſſet, *vt re ipſa oſtenderet*, ait, *carnem quoque ſuam, quoniam ſibi coniuncta eſt, viuificam eſſe* ex quo quanta eam veneratione, adoratione, dilectione, amore, memoria dignam oſtendit, probans ex hoc ſic viuificam illā eſſe, quia eius caro vt in oratione conſiderata, apprehenſa, dilecta, ſic ſpiritum ad ſummam quamlibet viuificet contemplationem puriſſimam, altiſſimam, vt nullum prorſus impedimentum ſit, nec officiat, immo proficiat, vt ampliori luce intra cryſtallum, hoc diuinum diuinitas conſiderata animam perfundat, ac illuminet, quidquid dicant ſcioli aliqui hodierni. Ioann. 14. num. 4. *Domine, oſtende nobis Patrem, & ſufficit nobis*, aiebat Philippus adhuc rudis filio non contentus,

Salmer.

Cyrill.

7.
Caro Chriſti quanto veneratione digna, ipſa non impedit ſummam deitatis contemplationem.

Laur. Aponte in Euang. Matth. Tom. II. Dd meritò

meritò à Chriſto reprehenſus, quia neſciebat, quia qui videbat filium, videbat & patrem, & qui filium faſtidiret, habere non poterat Patrem, vt rectè Cellen. Abbas *lib. 3. epiſt.* 12. ſic dicens, *qui cùm Ieſum haberent patrem, nihilominus videre cupiebant, nondum nouerant, quia cui filius non ſufficit, nec patrem habere poterit.*

Cellen.

Chryſoſt. *Secundùm fidem veſtram fiat vobis.* Chryſoſt. *affirmans & conteſtans, quoniam non adulationis erant verba quæ dixerunt*, nempe, *etiam Domine*. vbi non ſolùm ipſum Meſſiam, vt antea, ſed in fide proficientes dominatorem, ac Dominum vniuerſi eum appellant. quod notauit idem Chryſoſt. dicens, *non vltrà filium Dauid eum appellans, ſed altius eleuantur, & dominationem confitentur.* in quibus verbis, & eius miſericordiam, ac infinitam bonitatem licet animaduertere, cùm omnia dona ſint ſua; quid enim, vnde iſti talem habuerunt fidem, nónne à Deo? tamen opus noſtris aſcribit meritis, *pro ſua immenſa bonitate, hoc pro more habens*, vt bene Salmer. *vt etſi fides illa viua fuerit, donum Dei meritum vocat noſtrum, cui mercedem vult reddere, cùm tamen quidquid illud eſt, re vera ſit ſuum.* Secundò obſeruat Salmer. & rectè, tantum vos a Deo conſecuturus,

9. *Fides tantum impetrabit, quãtum fuerit magna, efficaci argumento id probatur.* quantum fidei orationi attulerimus, vnde ait, *hæc etiam nos docent, tantum aquæ diuinæ miſericordiæ haurire nos è fonte ſalutis, id eſt, à Ieſu, quantam habebimus ſitulam, hoc eſt, fiduciam, & fidem in Chriſtum.* quod equidem vnico tibi argumento probabo, ex quo vim fidei in oratione ad quæcunque difficilia obtinenda intelliges, conſidera enim quòd noſtra fides pro fructu habet viſionem beatificam, donum ſuper omne donum, & vltra omnem naturæ captum, & cùm hoc perfectè intellexeris, & quòd talis viſio omne ſit Dei bonum, quàm omnipotens ſit cum Deo fides intelliges, & non miraberis ſi ad talem fidem conſecuta ſit viſio horum cæcorum, vnde excellenter August. 2. *de ſymbolo*, monet

Auguſt.

ſic, *gaudeamus & nos credendo in eum, quem non videmus, vt ſecuri illum videamus, cùm ad ipſum peruenerimus.* & nunc equidem non tantùm exultabimus ex reliquis donis, quæ obtinebimus in cœlo, quantum ex fide, quam habuimus, iuxta illud D. Petri in 1. cap. 1. *Credentes autem exultabitis lætitia inenarrabili.* Cur lætitia inenarrabili? quia ex merito noſtræ fidei, ait Irenæus lib. 5. c. 7. *facies noſtra videbit faciem Dei viui, & gaudebit gaudio inenarrabili, cùm ſuum videbit gaudium.* Si ergo ſic potens eſt fides, vt tale donum tale requirat datum, quid non efficiet? quid non impetrabit? cùm infra illud cætera ſunt omnia, quæ per illam tamen expoſtulare potes.

10. *Fides noſtra ſummũ gaudium nobis in cœlo præſtabit.*

Et comminatus eſt illis Ieſus, dicens: Videte ne quis ſciat. Obſeruat Euthym. ex verbo Græco, ly *comminatus*, denotare non ſimplicem iuſſionem, ſed auſteram, contractis ſuperciliis, vt facere ſolent aliqui, qui de continendo ſecreto admonent, vnde Chryſoſt. *poſtquam Chriſtus curauit cæcos, nulli eos dicere iuſſit, non ſimpliciter, ſed magna cum vehementia.* at cur ſic auſterè præcepit, & tali interminatione? Sanè, vt conſtaret, quantum ex ſe veriſſimè illud deſideraret, & non ceremonialiter, vt ſic dicam, illud dicere, docens nos vehementi conatu oſtentationem debere fugere, & non ſuperficialiter ore tenus tantùm, vt hypocritæ, *monet*, ait Chryſoſt. *vt quæ laudi ſunt, non modò ipſi taceamus, verùm etiam alijs prædicare non permittamus.* & hoc efficaciter, & cum interminatione, quod propriũ ſanctorum eſt virorum, ex animo, & non labiis tantùm oſtentationem fugere, vnde idem Chryſoſt. *hom. 38. ad populum*, ſic excellenter ait, *caueamus aliquid de nobis*

Euthym.

11. *Chriſtus cur ſic auſterè comminatus eſt ſecretum miraculi.*

Chryſoſt.

Idem.

dicere, hoc enim hominibus odioſos, & Deo reddit abominabiles, propterea quanto maiora præſtitimus, minora de nobis dicamus, ſic enim gloriam aſſequemur maximam, & apud homines, & apud Deum. in qua ſententia illud ponderandum, verba oſtentationem præferentia, nos hominibus reddere odioſos, & Deo abominabiles, hinc non ſolùm verba oſtentationis proferre non debemus, ſed nec facta noſtra bona, vt aliis nota ſint, aut, vt alij dicunt, non fictè, ſed verè procurare. nam, vt ait Ambroſ. lib. 2. epiſt. 44. *multi habent humilitatis ſpeciem, ſed virtutem non habent, multi eam foris prætendunt, ſed intus pugnant*; quomodo pugnant? nam ex ipſamet humilitate, quam foris oſtentant, ipſam laudem deſiderant, & ex ipſa ſecreti appetentia fictã ipſam manifeſtationem, quia non ex animo, non verè vt Chriſtus, ſed fictè ſecretum interdicunt, quod, teſte Bern. ſerm. 26. in Cant. peruerſiſſimũ eſt appetere, vnde ait, *de humilitate laudem humilitatis appetere non eſt virtus, ſed ſubuerſio, nam quid peruerſius, quidve indignius, vt inde velis videri melior, vnde videris deterior?* at non ſic quæ veri Chriſti imitatores laborãt, deſcendant ad opera bona occultanda, *laboraui in gemitu meo*, Pſal. 6. n. 7. aiebat S. Propheta, qualis hic labor fuit, cur neceſſe illi fuit, vt cum gemitu ſuo laborem ſuſtineret? Sanè, mea ſententia, illud ſequentia declarant verba, ſcilicet, *lauabo per ſingulas noctes lectum meum.* hic erat labor, gemitum per diem continere, illum vſque ad noctem detinere, viso per diem refrenare, ne plorantem aſpicerent, & laudarent, hinc vſque ad ſudorem laborem ſuſtinebat, quia veriſſimè oſtentationem fugiebat, adhuc S. Ephrem de pœnitentia, *laboraui in gemitu meo; cur ita?* ait, *vt nullus planè audiat. nam gemitum prodeuntem retinere negotium faceſſit.* fac tu ſimiliter, & Chriſti verus imitator eris.

12. *Sancti quàm verè efficaciter oſtentationem fugiunt, & qua ratione illa cauenda.*

13. *Humiles falſi, & falſa humilitas quæ.* Bernard.

14. *Dauid verè humilia occultare ſua volebat ſ[...] ſta.*

S. Ephrem.

Illi autem diffamauerunt eum, &c. Dubium eſt, an iſti peccauerint, diffamando miraculum, contra Chriſti comminationem? Hilar. videtur affirmare, & dat rationem, quia munus Apoſtolicũ auſi ſunt ſuſcipere. *ſilentium imperat eis Dominus, quia Apoſtolorum erat proprium prædicare; videntur ergo peccaſſe, vſurpando ſibi quod Apoſtolis proprium eſſe voluit Dominus.* hæc ſententia licèt mihi non placeat, & cõtrariam aliorum ſententiam amplius probem, vt inferiùs dicemus, tamen ex illa optimum poteſt educi documentum quanto periculo ſe exponunt, qui non vocati ad munus ſubeunt prædicationis, nam tale eſt munus prædicationis, vt nota non careat temeritatis, qui ad illud non vocati à Deo, ſe intrudunt, *quomodo prædicabunt niſi mittantur?* ait Paul. *ad Rom.* 10. *num.* 15. pende ly *quomodo*, certè, & prædicare poſſunt, etiamſi non mittantur, quis eos vetat, ſi eloquentia, ſi ſcientia, ſi oratoria abundant arte? Sanè. Sed ſine authoritate, auſu temerario, non poteſtate diuina. hinc eorum tale ſacrificium, ſeu obſequium, non rationabile, ſed irrationabile dicam, ac proinde peccaminoſum. O quàm bene hoc Chryſolog. ſerm. 109. *quis non vocatus, ait, ad aula Regis ſe proripit ſeruitutem, quis ſine titulo militari militem ſe auſus eſt profiteri, quis ſine dignitatis inſulis nomen dignitatis inuadit, & ſi hæc penes homines ſollicita, cautaque ſunt, tantaque ſunt ſi ratione conſtant, ſi conualeſcunt ordine, ſi tremore ſeruantur, quanta penes Deum magis cauſa eſt deuotio, magis tremenda ſeruitus, magis ſollicitus cultus, vt diuinum ratione præſtet obſequium.* Si attentè Chryſol. ſententiam attendas, omnem prorſus fictam eorum rationem ſe intrudentium in prædicationis officium excludes, ſiue confundea,

15. *An cæci peccauerunt diffamando miraculum.* Hilar.

16. *Prædicatores ad munus non vocati quanto periculo ſe exponunt.*

17. *Sunt temerarij.*

Chryſol.

18. *Eorum prædicationes excluduntur rationes.*

des, dicunt ex deuotione hoc facere, at ex deuotione incauta, dicunt ex Dei ſeruitute, at ſitioſa, & ſine timore, dicunt ex Dei cultu, at ſine Dei
19. ſollicitudine, ſed ſua. nam non eos paterfamilias
Miraculum ſunt cadant. ſollicitus, de manè ſurgens eos miſit ad vineam, ſed potiùs ipſi fuerunt, laborarũt, ſed non ex obedientia, ſeruitium impẽderunt, ſed nõ rogati; quid ergo mirum, ſi per annos, & annos laborantes nil capiũt, immo faxit Deus quòd nõ capiantur. quod ſi non euenit, dic propè miraculum eſſe diuinum.

20. Enim verò Eſther Regina ad Regem ingreſſa,
Eſther Regina cur corruit, & cur eam Rex indignatus. vt pro ſalute ſui oraret populi c. 15. tale deliquium paſſa eſt, vt penè exanimaretur, *cumque loqueretur, rurſus corruit, & penè exanimata eſt.* Vnde tale ei deliquium? Sanè, quia ardentibus oculis eam Rex aſpexit, *furorem pectoris indicans.* mirum eam tantum diligens, vt ſupra cæteras Reginam eam conſtituerit, & ſummopere oculis eius placuerit, & nunc talem contra eam furorem, non quidem diſſimulatum, & externum, ſed pectoris. ſed cordis concipiat, vt vſque ad mortem eam reducat, & exanimem conſtituat, vnde tantus Regis furor? Sanè amice, quia non vocata accellerat, & præceptum erat Regale ſub mortis interminatione, vt accedens non vocatus ſtatim interficeretur, ſuprà c. 4. n. 11. hinc furor Regis & ſine dubio fuiſſet interfecta, niſi diuinitus, & ex miraculo Deus cor non conuertiſſet Regis, *conuertitque Deus ſpiritum Regis in manſuetudinem, & feſtinus ac metuens exiuit de ſolio.* ergo miraculum neceſſarium diuinum ne interficeretur Eſther, quia non vocata munus aſſumpſerat mediatoris inter populum, & Regem. hoc prorſus ſubeunt Prædicatores inter Deum, & peccatores, & crede mihi amice, quid ſimile neceſſe eſt, vt Deus faciat cum illis Prædicatoribus qui munus hoc ſubeunt, ſine vocatione, ſed ſe intrudunt, aut ab ambitione ſtimulati, aut à vana gloria, aut ab emolumento, peribunt, niſi miraculum Deus operetur, & non amorem, ſed furorem, Chriſti haurient ex tali temeritate, ſiue peccato, vt vult Hilar.

At, vt diximus, altera Sanctorum ſententia verior eſt, ſcilicet non peccaſſe, cuius vnica, & vera ratio
Ianſen. Caiet. eſt illa Ianſ. quam à Caiet. mutuauit, quia non putarunt præceptum eſſe authoritatiuum, vt ſic di-
21. cam, cum obligatione, ſed tantùm illud emanaſſe
Cæci non peccarunt, & cur. ex humilitate, & deſiderio eius quàm ex ſe, non interdicendo eis, quod ſuum erat, vt facerent, *dicendum*, ait, *Chriſtum cùm ſilentium patrati miraculi quibuſdam præcepit, non præcepiſſe hoc tanquam habentem poteſtatem, & authoritatem obligandi aliquem, ſed ſolùm ex humilitate, ita vt oſtendere tantum voluerit, ſe ſuam non quærere gloriam ex factis miraculis, & inſtruere Sanctos, vt quantum in ſe eſt declinent humanam gloriam.* Præceptum ergo fuit humilitatis tantùm, non verò authoritatis, hinc ex gratitudine, & ex ipſo virtutis opere, iſti ſtimulati bene fecerunt, quod breuibus dixit Caiet dicens, *non præcepti, ſed humilitatis humanæ ſunt hæc verba ad inſtruen-*
Hieron. Beda. Theophyl. Chryſoſt. *dum Sanctos, vt quantum ex ſe ſtudeant declinare humanam gloriam.* quæ ſententia eſt Hieron. Bed. Chryſ. Theoph & recentiorum, eſtque veriſſima.

22. Non peccarunt ergo, immo ex gratitudine bene
Gratiarum actio optimus beneficiorum cuſtos. Chryſoſt. fecerunt, nam ſi non feciſſent, audeo dicere quòd iterum in cæcitatis miſeriã deueniſſent, cùm optimus cuſtos, & vnicus beneficiorum acceptorũ eſt ipſa gratiarum actio, vt optimè Chryſoſt hìc hom. 26. *Optimus quippe, ait, beneficiorum cuſtos eſt ipſa memoria beneficiorum, & perpetua gratiarum confeſſio.* Immo velim ſcias totam ſcilicet generis humani maſſæ perditionem in hoc ſtetiſſe, quia poſt tanta accepta beneficia ad gratiarum laudem Adam ob- 23.
dormiuit, cuius Deus par pari reddens noſtro modo intelligendi ad auxilium præſtandum etiam obdormiuit. *Adami perditio totiuſque generis humani, ex ingratitudine prouenit.*

Enim verò *Gen. 3. n. 8.* non priùs Adam, & Eua vocem Domini audierunt in paradiſo, *niſi ad auram poſt meridiem*; cur poſt meridiem, & non antea? 24.
meo ſenſu, quia non antea excitatus, & quia vſque tunc obdormierat, ad quod probandum attende quod in ſenſu Scripturæ, quando non ſic citò Dominus ſuccurrit, obdormire velut dicitur, & ad eum excitandum adhibendas eſſe voces, vnde Pſal. 43. n. 23. *Exurge, quare dormis Domine?* & Pſal. 77. n. 65. *& excitatus eſt Dominus tanquam potens crapulatus a vino.* dormierat ergo vſque tunc Domi- 25.
nus, & dormierat peccante Adamo, quia nullum ei efficax obtulerat auxilium; at vnde tantum malum Adamo? quia reſpondet acutiſſimè Rupert. *in hunc locum*, ipſe in gratiarum actione obdormierat, nam Dominus, ait, excitatur per laudis & gratiarum actionem, adducens illud Iſaiæ 62. n. 6. *qui reminiſcimini Domini, ne taceatis, & ne detis ſilentium ei.* vbi Rupert. *quomodo non dandum ei ſilentium? videlicet tota die, ac nocte non tacendo laudare nomen Domini.* quod cùm non feciſſet Adam, Dominus non excitatus, vnde ait, *at Adam & vxor eius vterque pari pertinacia ſilentium tenuit, dum neque quia formauit, neque quia in paradiſo poſuit, vllam gratiarum actionem reddidit.* quid inde ex hoc? *vt neque eius culpa eſt, qui dormiuit* reſpondet idem, *ſed eius, qui tam ingratum ſilentium, vt meritò ei dormire poſſet, ei præbuit.* vt videas, quantum ſit malum gratias non conferre poſt acceptum beneficium, & quod meritò laudandi ſunt cæci iſti, qui grati animi ergò tale miraculum in gratiam tanti benefactoris diffamarunt.

Cur Deus ad Adam acceſſit poſt meridiem.

Deus excitatur per laudem ſuam, & gratiarum actionem. Rupert.

Egreſſis autem illis, ecce obtulerunt ei hominem mutum dæmonium habentem. NVM. 32.

Et eiecto dæmonio locutus eſt mutus, & miratæ ſunt turbæ, dicentes: Nunquam apparuit ſic in Iſrael NVM. 33.

Phariſæi autem dicebant, in Principe dæmoniorum eiicit dæmones. NVM. 34.

Senſus litteralis, & moralis.

EGreſſis autem illis, ecce Duo vt certa ſtatuenda 1.
cum Auguſt. *lib 2. de conſenſu Euangeliſt. c. 13.* Euthym. *Luc 11.* Ianſ *in c. 12. Matth.* Barad. Abul. Caiet. & fere omnibus modernis, ſi vnum Mald. excipias, hanc hiſtoriam Matth. non eſſe illam, quam Luc. *c. 11.* & Marc. *c. 3.* narrant, ſed diuerſam, & *c. 12.* Matthæũ ſcribere illam, quam & Lucas & Marc. narrant. nam ibi ferè iiſdem non ſolùm ſententiis, ſed verbis omnes tres Euangeliſtæ conueniunt, & nos ibi: ex quo infertur ſecundum, non minus certum duos fuiſſe ad minus dæmoniacos mutos a Domino ſanatos, primum hunc, ſecun- 2.
dum verò infrà *cap. 12.* vnde hoc miraculum vt aſſirmat Abulenſ. Salmer. aliique ſtatim poſt curationem cæterorum factum fuit, immo occaſione accepta, ex facto cum cæcis miraculo.

Hoc miraculum an diuerſum ab illo quod Lucas, & Marcus narrant. Auguſt. Euthym. Ianſen. Barrad. Abulenſ. Caietan.

Chriſtus ad minus duos ſanauit dæmoniacos mutos. Abulenſ. Salmer.

Dubitatur, an à natura iſte erat mutus, an arte dæmonum? vtraque opinio ſuſtineri poteſt, licèt probabilior ſit ſententia illorum Patrum arte dæmonis fuiſſe mutum, ſic Hilar. & Chryſoſtum. colligunt, nam eiecto dæmone ſtatim locutus eſt mutus, *non enim naturali curſu ægrota-*

Chryſoſt. Hilar. *tio, ſed dæmonis inſidijs illi accidit*, ait Chryſoſt. & Hilar. *in eo rerum ordo ſeruatus eſt, nam damon prius eyſcitur,& tunc reliqua corporis officia ſuccedunt.*

4. *Cur Chriſtus ab iſto dæmoniaco fidem non expetyt.* *Et eiecto damonio locutus eſt mutus.* Meritò penitus eut ab iſto fidem non petiit Dominus, ſicut à cæteria petebat infirmis. Optimè reſpondet Chryſoſtom. *quia neque per ſe ipſum rogare poterat, ſine voce exiſtens, neque alys ſupplicare, damone animam cum lingua colligente.* at bene poterat Dominus præcipere, vt lingua ſolueretur exiſtente dæmonio, ſed noluit, nam tale bellum Ieſus cum dæmonio habet, vt non ſuſtinet, tuſt illo priùs eiecto beneficia conferre, neque acceptam habet laudem confeſſionemque eum dæmonio coniunctam; peius quàm dæmonium eſt ipſum peccatum, hinc peccatoris laus non delectat, ſed potiùs aures Chriſti offendit, & opera alioquin bona ſi in peccato nullius pretij, nullius fuut æſtimationis apud Deum, immo aliquando, ſi pœnitentia non adeſt culpa peccatoris, non operis boni occaſio ſupplicij, ne peccator dum videt ſe Deum impuniſſimum laudantem, & non punitum, æſtimet Deum eſſe ſui ſimilem, nam ſi illis delectaretur, equidem daret intelligi, aut poſſet peccator intelligere Deum eſſe ſibi ſimilem, Pſal. 49. n. 16. *Peccatori dixit Deus: Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum;* quid? nunquid malum Deo pſallere, in choro aſſiſtere, laudes Deo offerre, penſum ſoluere? equidem non malum; vnde ergo tunc peccatorem Deus reprehendit, quia ſuas enarrabat iuſtitias? Sanè ex eo quod ſequitur, *tu verò odiſti diſciplinam, & proieciſti ſermones meos retrorſum.* Lingua confitebatur Deum, operibus vexabat. hæc eſt ratio At cur hæc ſic perſentit Deus? Sanè, quia ſi talem laudem acceptaret ex ore impuro, impurus iudicaretur, & peccatori ſimilis, & pariter ſi illum non caſtigaret, hinc poſt enarrata mala facta, & quomodo per illá, ipſum non caſtigauit. *hæc feciſti, & tacui,* ſtatim ſequitur, *exiſtimaſti iniquè quòd ero tui ſimilis.* Laudabat Deum impurus hic peccator, Deus patiens tacebat, diſſimulabat, non eum puniebat tempus expectans in ſerationis; at quid, hic ſe Deum laudantem videns, & ſimul peccantem, & quòd non caſtigabatur, ſtatim in illam venit præſumptionem Deum tali laude delectari, ac proinde ſua illa opera illi non diſplicere, vnde Auguſt. *in hunc ipſum locum,* ſic Deum facit loquentem, *Parum eſt, quia mala facta tua placent tibi, placere putas & mihi, Deum quia non pateris vltorem, vis habere participem, & tanquam corruptum iudicem prædæ ſocium vis habere.* Pulchrè hoc vltimum, *tanquam corruptum iudicem prædæ ſocium vis habere.* quomodo ſic, aut in quo erit Deus iudex corruptus? Sanè ſi illam laudem acceptando non caſtigaret, ſicut index non facit iuſtitiam, nec caſtigas ex emolumēto; ſi ergo talis laus à Deo acceptaretur, & ob illam peccata impunita relinqueret, ſanè corruptus eſſet iudex, immo, & prædæ ſocius, *ſi videbas furem, currebas cum eo*, dixerat ſuprà Propheta, inter cætera huius laudātis Deum peccatoris furti enumerans peccata; quid ergo ob talem laudem ſi furta Deus non caſtigaret, nonne ſocius prædæ efficeretur? ex quo fit, ô res admirabilis, vt illa laus, quæ aliàs ſi fuſa fuiſſet ſine peccato, occaſio fuiſſet meriti & benignitatis, quia cū peccato & oſcitantet euenit, vt incurſuum ſit pœnæ & tormentorum, non quia ex ſe mala, nam aliàs nunquam opera bona deſerenda, ſed quia ex oſcitantia qua fiunt, & ex vana complacentia, nam Deus iuſtus

Auguſt.

5. *Chriſtus non vult peccatoris laudem, & cur.*

6. *Laus peccatoris tollius irri auditum eſt iuſtitia, quàm miſericordia.*

iudex, ne ſimilis videatur eſſe peccatori, illico ad illum puniendum ſe accingit, vnde immediatè ſequitur, *arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam*, ſic Deo infenſus eſt talis laus, ſic abhorret dæmonium, vt nolit laudem, nolit confeſſionem fidei, dum ille adeſt, hinc & hac de cauſa ab hoc dæmoniaco fidem non expoſcit.

7. *An ſint dæmonia muta.* An autem dæmon ex natura mutum, diſputant Doctores; ego autem non video quo ſenſu diſputari poſſit, naturam ſpiritualem eſſe mutam, niſi dicas priuari facultate, aut repræſentandi ſpeciem ſuam, aut alterius mouendi, quomodo Angeli loquuntur; at hoc maximam eſſet vim inferre naturæ, immo, vt ſic dicam, quaſi eam deſtruere; melius ergo ſentiunt illi, qui aſſerunt hoc dæmonium dici mutum, quia ſicut ſunt dæmones, qui crapula, alij, qui luxuria, alij, qui verboſitate delectantur, ſic iſte delectabatur ſilentio; quid autem myſticè ſignificent hi dæmoniaci muti, vberiùs *in c.* 12. dicemus.

Chryſoſt. 8. *Turba cur admirata.* Salmer. *Et admirata ſunt turba.* Cur admirabantur? Ad rem Chryſ. *non quia curabat ſolùm, ſed quoniam facilè, & velociter, & infinitas agritudines, & inſanabiles curabat.* hinc omnibus antiquis eum præponebant, dicentes, *Nunquam apparuit ſic in Iſraël.* cur nunquam ſic? Ad rem Salm. *quia in veteri Teſtamento de nullo legitur quòd fuerit a dæmonio liberatus, quamquam maiora fecit legamus.* & ſanè peroptima obſeruatio, hene Elias, & Heliſæus mortuos ſuſcitarunt, at nunquam aliquem ſanarūt dæmoniacum, & quando Saul à dæmone torquebatur 1. Reg. 16. alleuiabatur tantùm à cithara Dauid, at hæc inſufficiens erat ad expellendum dæmonem, hinc

9. *Ante Chriſtum nullus dæmoniacus in illo populo.* neſcio an ob hoc factum, vt ſcilicet hæc gloria tantùm Chriſto ſeruaretur, quaſi proprium eius ſtemma, vt in illo populo ante Chriſti aduentum, ſi malè non recordor, nullus eſſet obſeſſus à dæmone, nec obſtat Saulis exemplum, cùm in controuerſia ſit, an eſſet obſeſſus, interiùs dæmone exiſtente, an verò tanquam exteriùs obſidente; veriſſimæ ergo turbæ dicebant, quòd *nunquam talis in Iſraël apparuit.*

In principe dæmoniorum eycit dæmonia. Turbæ laudant, Phariſæi vituperant, vnde Chriſtus odor bonus bonis, malus reprobis, illis ad vitam, iſtis ad mortem; at cur tantùm eos hæc vrit laus? Sanè reſpondet Chryſ. *quoniam omnibus eum proponebant, non ſolùm his, qui tunc erant, ſed etiam his, qui nūquam genti fuerant in Iſraël.* At vnde hoc? Sanè ex inuidia, quæ facit, vt bona facta proximi negentur, aut vt maligneutur; ſic iſti faciebant, vt ait Remig. *Scribæ namque & Phariſæi*, ait, *facta Domini negabant quæ poterant, & quæ non poterant, in ſiniſtram partem interpretabantur, iuxta illud Pſalmi, in multitudine virtutis tua mentientur tibi inimici tui.* At excellenter Chryſoſt. hos notans ſic ait, *talium enim dicto quid dementius? non enim confingi poteſt dæmonem propycere alterum dæmonem, ſuis enim applaudere conſueuit, non diſſoluere;* quòd ſi ad mores hanc velis adaptare ſententiam, optimè deduces vecordiam eorum, qui putant vitio vitiū curare poſſe, ſilentium tibi durum ſit, ad eum obſeruandum eligis aliquando linguam ſoluere, vt ſtrictiùs poſtea illud teneas, decipetis, quia dæmon dæmone non expellitur, caſtitas tibi impoſſibilis ſit; eligis non peccare mortaliter, ſed ſaltem placidè cum mulieribus conuerſari, demens dæmon non dæmone eiicitur, nec vitium vitio, ſed virtute, & ſicut dæmon à Chriſto, *qui*, ſequens ait Chryſoſtom. *non ſolùm dæmones eyciebat, ſed & lepraſos mundabat, & mortuos ſuſcitabat, & peccata ſoluebat,* &

Chryſoſt. 10. *Phariſæi cur tantum laudem Chriſti perſentiunt.* Remig.

11. *Inuidia natura, & mos qualis.* Chryſoſt.

12. *Vitium non vitio expellitur, ſed virtute.*

Chryſoſt.

& regnum Dei prædicabat, & ad patrem hominem adducebat, quæ dæmon neque poſſet facere, neque vellet.
13. hoc vltimum pondera, ſcilicet quòd etſi illud dæmon poſſet facere, non vellet, vt ex hoc colligas ad regimen animarum ſignum veræ reuelationis eſſe quando ex illa effectus ſequuntur boni, & impellit ad bonum, & obiectum eſt bonum & in re, ac ſubſtantia bona. nam etſi dæmon poſſit hæc omnia fingere, tamen non vult. Dices velle, vt in vltimo decipiat, ſanè hoc poſſibile, ac proinde ſemper cum timore, ac tremore procedendum, nunquam cum omnimoda ſecuritate, tamen de

Reuelationis veræ ſignum.

14. extrema dæmonū malitia, ac odio, & peruerſitate taliter ſentio, vt in ea ſim ſententia, quòd vix, aut rarò hoc faciant, ne ad tempus ſaltem homo bonum operetur, Deus laudetur, anima incrementum faciat, hinc cùm ex euentu futuro reſpondeat, neſciatque an Deus ſua gratia præſtò ſit, ex tali deceptione prouentum faciens, & ipſe decipiatur, ideo ex peruerſo odio, ac rabie licèt probabiliter lucrum ſperet, non vult periculum ſubire, ideoque rarò illud faciunt. nam, ordinariè loquendo, cum Chryſoſt. dico, *quòd etſi poſſet hoc facere, illud non vellet.*

Dæmonum malitia, & peruerſitas quāta, & cur rarò bonū perſuadeat, etiam vt decipiat.

15. At quid Chriſtus tantæ calumniæ, *nec verbum,* ait Salm. *vt doceat magno animo iniurias ſuſtinere, cum benefacimus.* magnum virtutis hoc ſpecimen eſt, Deoque res gratiſſima, de qua ſæpe diſſeruimus, ideo ab ea nunc ſuperſedimus, ne in immenſum noſter hic excreſcat labor, ſolùm relinquere non poſſum præclarum exemplum huius rei admirabilis illius, ac propè diuinæ virginis Anna,

Chriſtus cur nil huic reſpondit calumniæ.

16. ſancti Bartholomæi ordinis diſcalceatarum indiuidua ſanctæ Thereſiæ comes, & ex Dei iuſſu illi aſſociata, talis enim Thereſiæ decebat ſocia, vt nō ſolùm in laboribus illam alleuiaret, ac cum illa ſimul compateret, ſed vt etiā in virtutibus talibus ac tantis, vt prope ſi hiſtoriam conſideres in ſocia videas Thereſiam, in filia matrem, in ſancta ſanctam, in virtutis fœmina omnium virtutum documentum, quale erat Thereſia ſancta; Anna ergo venerabilis, ante rationis vſum rationabilis, & ſancta, quæ prius charitate arſit, quàm quid eſſet charitas nouiſſet, *lib. 3. ſuæ vitæ c.* 14. à Hieronymo Henriquez Ordinis ſanctiſſimi Bernardi ſcriptæ de hac re tale nobis præclarum reliquit exēplum, quantumque Chriſto ſit gratum inter conuitia ſilentium tenere, cùm enim quadam die infirmæ cuidam (erat enim Infirmaria) ſumma diligentia data opera paraſſet, putans gratiſſimum illi futurum, dum cibos appoſuit, aut à paſſione, qua contra illam laborabat, aut ab humoribus, quod potius credendum, exagitata, noluit nō ſolùm cibos guſtare, ſed conuitiis eam appetiit, ſic tacuit, ſic leniter ea excepit, vt tantùm ſororis inquietem, & ſenſum percipiens muta, & ſilenter cellam ſuam adiit, totam ſe in oratione proſternens. quid plura, ſtatim illi Chriſtus affuit, in ea forma, qua Magdalenæ apparuit, eamque complexus, & ſuper ſuam dexteram dulciter, ac ſuauiter eam reclinans, ſic ei affatur, *aqui veras loque es viuir ſin quexa, y loque es charidad.* hoc eſt, *hic experieris quid ſit ſine querimonijs viuere, & quid ſit charitas,* quod & facto præſtitit, intimam ei inhibens intelligentiam eorum verborum, *qui manet in charitate, in Deo manet.* taliaque myſteria ei reuelauit, vt affatu impoſſibilia ipſa teſtetur, vt videas amice, quantum Deo gratum ſit ſilentium in contumeliis, quantumque lucrum ex illo patiens reputet, non tardum, ſed præſentaneum; ſic Dauid ſperauit

Anna Sancti Bartholomæi Carmelita diſcalceata ſocia Sanctæ Thereſiæ laudatur.

Præclariſſimum exēplum patientiæ.

quando contra Semeium, nil dixit, ſed obmutuit 2. Reg. 16. *Reſpiciat Dominus afflictionem meam, & reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac hodierna.* non remiſit lucrum in altera vita, ſed in iſta, illud ex contumeliis ſperans, quæ, vt ait Eucherius *lib. 2. cap. 9.* in hunc locum, *quia non tam conuitia, quàm adiutoria credidit.* Eucher.

17. At cur non ſimiliter ſic, quando iterum de illo hoc dixerunt, *Matth.* 12. ſed pro ſe reſpondit? Ad rem Salm. *quia nondum cognitus erat, vbi verò multitudine ſignorum inclaruit, & virtutem, & potentiam ſuam addidit, tunc huic calumniæ reſpondit,* vt

Chriſtus cur ſimili calumniæ poſtea reſpondit.
Salmeron.

18. ſcias ſuperioribus ac hominibus publicis, aliquando conuenire, vt pro ſe reſpondeant. nam, vt D. aiebat Chryſoſt. *vita noſtra nobis, at fama noſtra proximis noſtris neceſſaria eſt.*

Superiores pro ſe aliquando ſtare debent.
Chryſoſt.

Et circuibat Ieſus omnes ciuitates, & caſtella, docens in Synagogis eorum, & prædicans Euangelium regni, & curans omnem languorem, & omnem infirmitatem. Nvm. 35.

Videns autem turbas, miſertus eſt eis, quia erant vexati, & iacentes, ſicut oues non habentes paſtorem. Nvm. 36.

Tunc dixit diſcipulis ſuis: Meſſis quidem multa, operarij autem pauci. Nvm. 37.

Rogate Dominum meſſis, vt mittat operarios in meſſem ſuam. Nvm. 38.

Senſus litteralis, & moralis.

ET circuibat Ieſus Excellenter Chryſoſt. talem circuitionem ponderans ſic ait, *voluit Dominus ipſo facto redarguere Phariſæorum accuſationem dicentium, in principe dæmoniorum eycit dæmonia, dæmon conuitium paſſus non benefacit, ſed nocet eis, qui eum inhonorant, Dominus autem contrarium facit, qui poſt conuitia & contumelias non ſolùm non punit, ſed nec etiam increpauit.* nil aptius; in qua ſententia hęc omnia aduertere debes. *Primum,* bis Dominum hanc calumniam audiſſe, primò *hic,* ſecundò *cap.* 12. & dupliciter illi reſpondiſſe *primò* hîc exemplo, *ſecundò* ibi verbis, & rationibus, vt intelligas, quando tibi fore licitum, ſecundùm perfectionem pro te reſpondere, tunc ſcilicet quando exemplo, & exemplis prius reſpondiſti ſufferendo, ac patiendo; vnde victa iam ea actibus patientiæ, ac humilitati ſuperbia, & impatientia, ſi honor Dei, ſi officium, ſi ratio illud poſtulat, tunc bene poteris benignè, ac placidè, tuam defendere rationem, tuum honorem. *Secundò* aduertere debes non ſolùm patientia, ac ſilentio Dominum calumniæ reſpondiſſe, ſed etiam benefaciendo, quod proprium Chriſti, & perfectorum ſeruorum eius eſt teſſera, quando ſcilicet non ſolùm ſuſtinent malè facta, ſed vltrà benefaciunt, pone tres circulos hominum Chriſtianorum, vt in ſpiritu cuidam demonſtrati fuerunt, qui inimicis, & detractoribus benefecit; in primo enim vidit illos, qui inimicis parcebant, & condonabant; attamen eorum amicitiam, & cōuictum refugiebant; in ſecundo qui non ſolùm parcebant, ſed vt amicos tractabant; in tertio verò qui non ſolùm hoc, ſed etiam illis benefaciebant, & in iſto Chriſtum cum Apoſtolis inſpexit, dicentem, *iam in noſtrum egreditur talis circulū;* benefacere ergo debemus ad

Chryſoſt.

1. *Quando & quo tempore permiſſum pro nobis ſtare.*

2. *Propria Chriſti & ſeruorum eius perfectorum teſſera qualis.*

Chriſti exemplum, cuius ratiooem perbellam aſſignans Chryſoſtom. ſic ſequens ait, *qui enim poſt accuſationem deſiſtit à beneficio, monſtrat quoniam propter hominum laudem benefacit, ſi enim propter Deum benefucus conſeruus·, quidquid illi fecerint, non deſiſtu benefuciens.* nil verius. *Tertiò* aduertere debes, dæmoois eſſe pro conuitio malum reddere, non hominis Chriſtiani. *Quartè* tandem nullum medium efficacius, neque nulla amplior eaperientia, ad diſceroendum, an aliquis ſpiritus, qui interiùs loquitur, ſeu per reuelationem, ſeu per locutionem ſit dæmonis, an Dei, quàm conuitium, & conuitia præcipere. experto crede, penè impoſſibile, vt talia dæmon ſufferat, quin ſtatim exiliens ſe prodat. Dum hæc ſcribo, caſus accidit, vt cuidam excellentiſſimæ, ac perfectiſſimæ interiùs propinabantur doctrinæ, veritates, illuſtrationes omnes ſubſtantialiter bonæ, ac rectiſſimæ ad bonum tendentes, & quod amplius intenſum amorem Dei excitantes humilitatem, obedientiam, rerum abſtractionem ſuadentia tantam, vt ſemel audierit, *Dic magiſtro, vt te denudationem ſpiritus doceat*; quid purius? ſolum vnum mihi obſtabat talium locutionum frequentia, & multitudo, cùm aliunde nil protſus apparebat mali, nil inconuenientis, nil abſurdi, nil contra Scripturam, aut Sanctos, ſic vt quaſi conuictus penè bonum iudicarem eſſe ſpiritum, illud ſolum obſtabat. ea quo ſolo motus conuitia imperaui, infelix; & miſer ac penitus ignorans primum ſolum noo ſuſtinuit, nec patientur ſe continere valuit, quin ſtatim ſe prodidit, vt videas amice, quàm efficax eaperientia ſit ad cognoſcendum dæmonum conuitium, cùm, vt bene Chryſoſt. *conuitianti dæmon non benefacere, ſed potius malè ſolet.*

3\. *Ad cognoſcendũ an aliquis ſpiritus interius loquens ſit Dei, an diaboli, nullũ aptum amplius experimentum, quàm conuitium.*

Hieron. 4. *Chriſti charitas, & amor quantus.*

Optimè obſeruat Hieron. Chriſtum Dominum noſtrũ nõ ſolùm circuiſſe ciuitates, ſed caſtella ex ſiti ſalutis animarũ. *Vides autem*, ait, *quòd æqualiter, & vicis, & vrbibus, & caſtellis, id eſt, magnis & paruis Euangelium prædicauit, vt non conſideret Nobilium potentiam, ſed ſalutem credentium; hoc ſcilicet habens operis quod mandauerat pater, & hanc eſuriem, vt per doctrinam ſaluos faceret infideles.* Quid ea hac doctrina? Sanè reſpondet Carthuſian. *ex illa docentur Prælati, & Prædicatores non poſtponere curam paucorum, & eorum, qui in paruis locis morantur, ſed & omnibus, & ſingulis prouidere.* immo, vt bene obſeruauit Theophyl. *quoniam, ait, eſt miſericors, non expectauit illos ad ſe venientes, ſed ipſe proſpiciens ne habeant excuſationem, quod nullus eos docuerit, opere, & ſermone trahit, eos docens, & miracula faciens.*

Carthuſian.

Theophyl.

5\. *Signum euidens quando prædicator ex Dei amore, nõ ſui, mouetur ad prædicandum, & econtra.*

ea quibus omnibus ſimul collectis vnum tanquam certiſſimum elici poteſt, ſignum euidens eſſe, non ex Dei amore, non ea zelo animarum, non ex ſermone Euaogelium prædicandi teneri illum Prædicatorem, qui refugit in caſtellis, & vicis prædicare, ſed tantùm præclaras anhelat ciuitates, conuiocitur enim ex hoc ſe ipſum, non lucrum quætere animarum, ſe ipſum apperere, prædicare, non Euangelium, & talem non eſſe Chriſti Prædicatorem, ſed ſui ipſius, & ex proprio ſtimulatus amore officium ſubire non Dei.

Salmeron. 6. *Prædicatio ſit publica, nam ſecreta potius eſt hæreticorum.*

Prædicans Euangelium regni. Duo obſeruat, & rectè Salmer. *Primum* Chriſtum perlibentiſſimè prædicaſſe in Synagogis, vbi erat coosuetudo prædicandi, & eaplanandi Scripturas, *ne videretur eius doctrina ſuſpecta.* nam in prædicatione cryptas, clanculas domos procurare, potius hæreticorum eſt proprium, quàm hominum catholicorum. *Secundum* autem eſt, bene Chriſtum legem obſeruaſſe, quia aliàs non haberetur vt Meſſias; attamen, quia ea abroganda poſt eius mortem, ideo illam non prædicaſſe, attamen nec eam increpaſſe, nec contra eam aliquid dixiſſe, ſed tantùm Euangelium regni prædicaſſe optima, & veriſſima obſeruatio.

7\. *Chriſtus legem obſeruauit, at nõ eam prædicauit.*

Ar quid Euangelium regni? Remig. & Caiet. ad differentiam legis, quæ licèt bona temporalia promittebat, non tamen Euangelium, hoc eſt, fauſtum nuntium dicebatur, *intelligendum eſt Dei*, ait. *nam quamuis annuntientur bona temporalia, tamen non dicitur Euangelium, hinc eſt quod lex non nominatur Euangelium, quia ſuis obſeruatoribus non promittebat bona cœleſtia, ſed terrena*, quod cùm audis, vide, an Euangelicus ille dici poſſit prædicator, qui ea prædicatione lucrum reportat, ſiue eapetit temporale, non ſpirituale. litteralis ſenſus eſt, quem affert Salmer. Euangelium regni dici, aut quia pertinebat ad Eccleſiam militantem noſtram, ex qua homines credentes ad regnum vitæ æternæ tranſeunt, aut quia in illo annuntiabatur æterna beatitudo in altera vita, de qua beatitudine nil affirmat eſſe diffinitum apud Iudæos, cùm apud illos nondum eſſet damnata hæreſis Sadducæorum negantium reſurrectionem, vt videas qualem ſtatum tunc Iudæorum Eccleſia poſſidebat, & Deo ingentes referas gratias, quod te ad Euangelium regni duxit intra Eccleſiam, naſcendo Catholicam, & cum Catholicis conuiuendo.

Remig. Caiet. 8. *Euangelium regni quid.*

9\. *Prædicator Euangelicus qui.* Salmer.

Curans omnem languorem. Ad rem Hieron. *poſt prædicationem*, ait, *& doctrinam curabat omnem languorem, & omnem infirmitatem, vt quibus ſermo non ſuaſerat, opera perſuaderent, quod de ipſo propriè dicitur, cui nihil impoſſibile.* nam, vt ait Gloſſa, *languor eſt infirmitas diuturna, infirmitas leuis.* ſiue ergo diuturna eſſet infirmitas, ſiue leuis, omnem curabat, quia omnipotens, ex quibus & peccator inueteratus, & recens, animum attollere poſſunt. nam potens eſt Chriſtus Dominus noſter omnem curare languorem.

Hieron. 10. *Chriſtus eos poſt prædicationem curabat omnes.* Gloſſ.

Placet Remig. qui affirmat hoc dictum, quatenus non ſolùm Chriſtus corpora extrinſecus curabat, ſed etiam animas intrinſecus, totum hominem ſanum faciens, corpus, & animam, talis eius erat beneficentia, vnde ait, *ſciendum eſt autem, quia illos, quos corpore ſanabat extrinſecus, mente ſanabat intrinſecus; alij verò facere non poſſunt ſua poteſtate, ſed Dei gratia.* quid ea hoc? Sanè illud, quod tunc verus Chriſti imitator ille erit, qui non ſolùm proximum iuuat ſpiritualibus miſericordiæ operibus, ſed temporalibus, quando non ſolùm lingua, ſed manu, quod etſi omnibus viris dictum ſpiritualibus, præcipuè tamen hoc Prælatis, & Eccleſiæ Dei ſacris præſulibus maximè conuenit.

Remig. 11. *Corpus, & animam ſanabat.*

12\. *Prælati Dei imitatores illi qui verbo, & opere proximos, ſiue ſubditos iuuant.*

Videns autem turbas, miſertus eſt eis. Ratio, *quia erant ſicut oues ſine paſtore.* Vbi rectè Chryſoſt. *Hæc*, ait, *principium Iudæorum erat accuſatio, quoniam paſtores exiſtentes, ea, quæ luporum erant, oſtendebant, non ſolùm enim non emendabãt multitudinem, ſed nocebant eorum profectui.* Quæ & quanta hîc dici poſſent! ſed propero ad finẽ, obſeruando quod obſeruat idem, non ſolùm Chriſti bonitatem ſiſtere exteriùs curando omnes, ſed vltrà ſe extendere eius ſanctiſſima viſcera torquendo, *non autem in hoc ſtat*, ait, *Chriſti bonitas, ſed & aliam prouidentiam circa eos oſtendit, viſcera miſericordia circa eos expandens.* ergo quando Prælatus foras non erumpit per opera miſericordiæ externa, auarus eleemoſynas

Chryſoſt.

13\. *Chriſti bonitas quanta.*

14\. *Quis Prælatorum verus Chriſti imitator.*

non

non elargiens, & impendens, ſignom dat viſcera non poſſidere miſericordiæ, *& Epiſcopi nomen non mereri*, vt ſanctus ait Gregor. PP. 5. epiſt. epiſt. 29. quem tu vide, ſæpe enim nos de hac re diſſeruimus, uec ſemper omnla proſeqoi poſſumus.

Gregor.

Maldon. Strabo. Hugo. Lyra.

Meſſis multa, operarij pauci. Obſeruat Maldon. ex Strabon. Hug. & Lyran. ex his verbis initium ſumere caput decimum, cùm ex occaſione buius dicti, Chriſtus Apoſtolos ſuos miſit, vt ibi. nam miſſionis cauſa redditur, parum refert, & cùm nunc Eccleſia ſte capita diſtinguit, non eſt quòd plus ſapere debeamos, qoin quod oportet, ſed eum Remigio obſeruandum, quod *poſtquam Dei filius de cælo proſpexit in terram, vt audiret gemitus compeditorum, mox multa meſſis cæpit augeri, turba namque humani generis non appropinquaſſent, niſi quia author humanæ ſalutis de cælo proſpexit in terram.* At quid per meſſem? Gloſſa, *Dicuntur*, ait, *homines, qui poſſunt meti à Prædicatoribus, & de collectione perditorum ſeparari, vt grana excuſſa à paleis, poſtea in horrea reponantur.* faxit Deus, vt vera ſit hæc Gloſſæ ſententia, ſic vt verum ſit meſſem prædeſtinatorum eſſe multam, eùm certum ſit multos eſſe vocatos, paucos electos, ideo litteralis ſententia eſt Hieronymi, per meſſem Intelligi popolorũ multitudinẽ, per operarios *penuriam magiſtrorum.* quud ſi preſsè Magiſtros ſpiritoales vis intelligere, quatenus à Prædlcatoribus, & Confeſſoribus diſtingnontur, eùm non omnis Prædicator, non omnis Confeſſarius donum poſſidet animarum regiminis, eos ad perfectionis apicem ducens, ſic paruos eſt numerus, vt cùm iam ſenex ſim, & infinitos mooerim, ae tractauerim homlnes litteratiſſimos, eloquentiſſimus, eruditiſſimos, Magiſtrum verò ſpiritualem, vix duos, vix tres, ad ſummum vix qninque çognonerim, multi ſpeculatiua pollent, pauciſſimi practica, molti ſcleutia, pauci ſapientia, multi ſtudioſiſſimi, ſed pauciſſimi orationis viri, ſine qua neſcio, quomodo regl, quomodo duci poſſit anima: cùm verum ſit hoc magiſterium magis experientia, quàm ſclentia pollere. Siſto hîc paulisper. nam Deus bone, quæ vidi, quæ audiui difformia, & enormla circa hanc rem, ſpirituum qualificatores, ae pōderatores vidi, qul ſine ſpiritu, viſiones Dei, reuelationes, fauores, locutiones pōderantes, irridentes, qui niſi ex auditu vix aliter Deum perceperunt, tandem de ſumma iudicantes oratione, ſeu contemplatione, qui vix vocalem tenebant. O quale Dei iudiciom eis imminet, animas ſelectiſſimas impedientes, ſuffocantes, terrefacientes, vt prope miracolum ſit, ſi orationem noo deſerant, ac virtutis iter, ideo operæ pretium duxi, ex aliquorum ſanctiſſimorum PP. doctrlna probare hoc magiſterium amplius experienria, quàm ſcientia conſtare.

Remig.

15. *Multitudo ſaluandorum poſt Chriſti, non ante eius aduentum.*

16. *Quid per meſſem.*

Gloſſ.

Hieron.

17. *Magiſtri ſpirituales pauciſſimi ſunt, & huius ratio.*

18. *Magiſterium ſpirituale amplius experientia, quã ſcientia pollet.*

Bernard.

Accipe Bernardum, qui hoc multis lu locis vti expertos, ſed præcipuè *ſerm. 79. in Cant.* vbi ſic. *In epithalamio hoc non verba penſanda ſunt, ſed affectus; cur ita? niſi quòd amor ſanctus, quem totius huius voluminis vnam conſtat eſſe materiam, non verbo ſit æſtimandus, aut lingua, ſed opere, & veritate, amor vbique loquitur, & ſi quis horum quæ leguntur, cupit adipiſci notitiam, amet, alioquin fruſtra ad audiendum legendumque amoris carmen, qui non amat accedit, quoniam omnino non poteſt capere ignitum eloquium, frigidum pectus; quomodo enim Græcè loquentem non intelligit, qui Græcum non nouit, nec Latinè loquentem, qui Latinus non eſt, ſic lingua amoris, ei, qui non amat, barbara erit, ſicut æs ſonans, aut cymbalum tinniens.* In qua Bernardi ſententia duo velim obſerues, *primum,* amorem ſanctum non eſſe æſtimandum, hoc eſt, ponderandom, iudicandum, qualificandum lingua, eloquentia, verboſitate, ex metaphyſico ſtudio, & theorica prodeunte, ſed ex opere & veritate, hoc eſt, ex experienria, hinc, & ex hac ratione Gerſon *de myſtica Theologia ſpeculatiua, conſideratione 3. Alphabet. 64. litt. N*, aſſirmat Idiotas, & ſimplices aptios hæc intelligere, quàm litteratos, *quia*, ait, *ex his, quæ interius experiuntur, Idiotæ contemplatiui perfectius diuina percipiunt, quàm multi litterati.* Vnde doctiſſimus Suarez lib. 2. de oratione c. 16. num. 8. *Sæpe*, ait, *perſonæ ſimplices diuina gratia adiutæ profundius, quàm docti veritatem penetrant, & ponderant.*

Gerſon.

19. *Idiotæ amplius viris intelligunt ſpiritualia, quã litterati.*

Suarez.

S. Bonau.

Sed audi Bonauenturam, qui (in his rebus, audeo dicere, poſt Areopagitam magiſtrorum eſt magiſter,) ipſe enim vti expertus, non ſolùm de his, quæ ſcribebat, ſed de damno litteratorum non myſticorum, & ſine experienria legentiom, non ſoiùm confirmat, quod dicimus, ſed impensè rogat librum legentem, vt nulli niſi experto illum doceat. audi ipſum in prologo myſticæ Theologiæ, *hæc ſapientia in hoc differt ab omnibus alijs ſcientijs, quia in hac primò oportet habere vſum in ſe ipſo, quam verba intelligere, & practica hîc præcedit theoricam.* & in eodem lib. cap. 3. p. 4. circa finem, ait, *ſola ſapientia Anagogica eſt, quædam theorica per ſe diſtincta, & diuerſa ab omni ſpeculatiua ſapientia, quæ omnem rationis apprehenſionem tranſcendit, & quia multi ſapientes, & Doctores hoc videre non præualent, hanc ſummam ſapientiam irrident, & in hoc per conſequens Deum altiſſimum collatorem huius ſapientiæ impugnant* quàm verum hoc, quamve practicum? quia experieotia carent, quæ non noſcunt irrideut ſimiles illis, de quibus beatus Iudas n. 10. *blaſphemant quæcunque ignorant.* diſcretionem ipſam eorum ſummam ignorantiam appellantes, meritoque ſanctiſſimus proſequens Bonauentura, ſic ait. *Ideo cum B. Dionyſio, ſeu cum Domino noſtro Ieſu Chriſto, rogo illum quicunque hoc ſcriptum inſpexerit, non in doctis huiuſmodi Doctoribus Philoſophis carnalem vitam ducentibus vllatenus manifeſtet.* Sanè perquam optimè. nam ex tali manifeſtatione nil aliud ordinatiè ſequitur, niſi irriſio, & quod caput operom magnificorum, Dei impugnatio. O bone, penè 40. anni ſunt, in quibos circa has res verſor, nullum penè relinquens Doctorem myſticum, quin non legerim, ſummo ſtudio hanc materiam, ſummoque ſudore proſequutus ſum, totidem animarum magiſterium exercui, infinita expertus, & Deum ſanctiſſimum cum omni veneratione obteſtor, ſæpe caſus obtigiſſe, ſic obſcuros, obſtruſos, imperuios, obtenebratos, vt per annos, & annos ab illis me extricare non valui, & nunc quando hæc ſcribo actu, quatuor ſunt anni, quibus vnum proſequor, poſt quos non ſunt quindecim dies, quod Deo inſpirante, & illucente, ex tempore oe præſumerem prupria induſtria, aut ſtudio, dubium, quod me toto illo tempore torſit, aſſecutus ſum, & cùm hoc ſit; & experientia, tum mea, tum aliorum ſimilium cooſter; volunt magiſtros eſſe animarum, caſus decidere, ſpiritus examinare, orationem iudicare, ſpiritum diſtinguere, aſtutias diaboli cognoſcere, ſaporem diuinom diiudicare edẽtes, & bibentes, carnaliterque viuentes, toti in prætenſionibus huios ſæcoli immerſi, qui nullum alium Deum cognoſcunt, niſi Venerem; ſed ne longiùs ſim in hac re, placet meum remittere lectorem ad authores, qui de hac re loquuntur; videndos eſt ergo præter dictos Dionyſius Carthuſ.

Carthuſ.

Gerſon. S.Thom. Hugo. Suarez. Bartholom à Martyribus Archiepiſc. Brachar. Areopag.

*de fonte lucis, art.*13. Gerſon. *cap.*8. *de monte contemplationis, & tractatu de myſtica Theologia, conſideratione* 3. *tit.*3. *alphab.*64. *litt. N.* Angelicus Doctor *in Pſal.*33. ſuper illa verba, *guſtate, & videte.* Vbi inter cætera *in corporibus,* ait, *prius videtur, & poſtea guſtatur, ſed in rebus ſpiritualibus prius guſtatur, poſtea autem videtur.* Hug. Vict. *ſuper* 7. *Angelicam Hierarchiam.* Suarez *lib.*2. *de oratione cap.*10. *num.* S. Bartholomæus à Martyribus Archiepiſc. Brachar. *in* 2. *p. compendij ſpiritualis cap.*12. *& vlt.* tanquam horum coronides. S. Dionyſ. *cap.*1. *de myſtica Theologia,* & alibi, qui hanc veritatem ſæpe Timotheo inculcat, inexpertum ſcilicet myſticam Theologiam non capere.

Bernard. Bonau. Carthuſ. Richard. Eſchius.

Ex dictis infertur euidentiſſimè noſtri Saluatoris dictum de Magiſtris ſpiritualibus intellectum, paucos eſſe operarios, quia cùm tales experti debeant eſſe, pauci ſunt, qui experientiam attingunt neceſſariam ad tale magiſterium, vnde Bernard. *ſerm.*3. *de circunciſione, ad hanc perfectionem,* ait, hoc eſt, experimentalem ſcientiam, *pauci, ni fallor, perueniunt in hac vita.* quod idem affirmat *cap. vlt. de interior. dom.* idem ſentit Bonauent. *de myſtica Theologia cap.*3. Carthuſ. *in præfatione ad tractatum de fonte ſalutis.* Riccard. *de præparatione ad contemplationem cap.*76. Eſchius *in exercitationibus diuinis, exercit.*5. & alij; quid ergo agendum dum hoc videmus? ſanè conſilium ſequi Saluatoris, ad orationem ſcilicet confugere, vt Dominus mittat operarios in meſſem ſuam, vnde ſequens ait,

20. *Quid Dominus meſſis.* Maldon. Chryſoſt. Euthym.

Rogate Dominum meſſis. Quid per Dominum meſſis? Maldonat. patrem æternum intelligit, Chryſoſtom. Euthym. ipſum Chriſtum. Vtrumque probabile; at concludam hoc caput pulchra Chryſoſtom. doctrina, qua lector meus ſummam illam difficultatem intelliget, quomodo ſcilicet factum, vt duodecim tantùm Prædicatores Euangelici totum mundum conuerterent, & nunc mille vix vnam animam, & ſi de illis ſermonem intelligas, qui in cortis prædicant, (ſit pace eorum dictum, & omnia munda mundis,) nec vnam, niſi ad miraculum; intelliges enim hoc myſterium, ſi reſolutionem attendas dubij, quod ſibi fecit Chryſoſt. ſanctiſſimus, magnus, & excelſus, ac Apoſtolicus Prædicator, in omnibus veriſſimus Pauli diſcipulus, & imitator tum prædicatione, tum, quod amplius, imitatione, cui vni in omnibus meis lucubrationibus plus debeo, quàm cæteris omnibus Sanctis, & à quo plura mutuaui, quàm ab omnibus reliquis, cùm inter cæteros hunc vnum reperi, qui amplius ſemper ad mores ſuam direxerit doctrinam, quem omnes proſequi debent Dei Prædicatores lucrum quærentes animarum, cùm in eo panopliam inuenient omnis armaturæ, præter ſubtiliſſimos, ac reconditos Scripturæ ſenſus; hic autem talis, ac tantus Doctor obſeruat, quòd poſt dicta, & poſt orationem inhibitam, vt Deus mitteret operarios, Chriſtum non nouos multiplicaſſe Apoſtolos, licèt, vt Remig. ait, & alios diſcipulos adiecerit, ſed Apoſtolos non multiplicauit, cur potens multiplicare, & neceſſitatem aſpiciens orationem inhibet multiplicationis, & potens poſtea multiplicare non multiplicat? hanc difficultatem ſic ſoluit Sanctus, multiplicaſſe ſcilicet Apoſtolos non numero, ſed virtute, *duodecim exiſtentes multiplicauit, non numero adijciens, ſed virtutem largiens.* nil egregius, pauci erant numero, ſed virtute infiniti, ideo totum mundum ad Chriſtum adducere potuerunt, nunc infiniti ſunt numero, pauci virtute, ideo nihil, aut parum proficiunt, ex quo habes, vt quando orationem fundere debes, vt mittat Dominus meſſis operarios in vineam ſuam, ſicut Chriſtus Dominus noſter præcepit, non tantum multiplicationem numeri intelligas, quantum virtutis, nam hi ſunt, qui verè operarij, qui ad Chriſtum animas adducunt, qui ſemper cum Patre, & Spiritu ſancto ſit benedictus in ſæcula.

21. *Cur duodecim Apoſtoli totum mundum conuerterunt, nunc vix vnam animã mille Prædicatores.*

22. *S. Chryſoſtom. laudatur ab omnibus Prædicatoribus excipiendus.*

SANCTI

SANCTI IESV CHRISTI
Euangelij ſecundùm Matthæum
Vulgat. Editio.

CAPVT DECIMVM.

Marc. 3. b.13. ET conuocatis duodecim diſcipulis 1
Luc. 6 b.13. & 9.a.1. & 10.a.1. ſuis, dedit illis poteſtatem ſpiri-
tuum immundorum, vt eiicerent eos, &
curarent omnem languorem, & omnem
infirmitatem.
Duodecim autem Apoſtolorum nomi- 2
na ſunt hæc. Primus, Simon, qui dicitur
Petrus, & Andreas frater eius.
Iacobus Zebedæi, & Ioannes frater 3
eius, Philippus, & Bartholomæus, Tho-
mas, & Matthæus publicanus, Iacobus Al-
phæi, & Thaddæus.
Simon Chananæus, & Iudas Iſcariotes, 4
qui & tradit eum.
Hos duodecim miſit Ieſus: præcipiens 5
eis, dicens: In viam gentium ne abieritis,
& in ciuitates Samaritanorum ne intra-
ueritis.
a Marc. 6. a.8. Sed potiùs ite [a] ad oues, quæ perierunt 6
domus Iſraël.
Luc 9. a.3. & 10. a.4. Euntes autem prædicate, dicentes: 7
Act. 13. g.46. Quia appropinquauit regnum cœlorum.
Infirmos curate, mortuos ſuſcitate, le- 8
proſos mundate, dæmones eiicite: gratis
accepiſtis, gratis date.
Nolite poſſidere aurum, neque argen- 9
tum, neque pecuniam in zonis veſtris.
Non peram in via, neque duas tunicas, 10
neque calceamenta, neque virgam: dignus
enim eſt operarius cibo ſuo.
In quamcumque autem ciuitatem, aut 11
caſtellum intraueritis, interrogate, quis in
ea dignus ſit: & ibi manete donec exeatis.
Intrantes autem in domum, ſalutate 12
eam, dicentes: Pax huic domui.
Et ſi quidem fuerit domus illa digna, 13
veniet pax veſtra ſuper eam: ſi autem non
fuerit digna, pax veſtra reuertetur ad vos.
Et quicumque non receperit vos, ne- 14
que audierit ſermones veſtros: exeuntes
foras de domo, vel ciuitate, excutite pul-
uerem de pedibus veſtris.
Amen dico vobis: Tolerabilius erit ter- 15
ræ Sodomorum, & Gomorrhæorum in
die iudicij, quàm illi ciuitati.
b Luc. 10. a.3. [b] Ecce ego mitto vos ſicut oues in me- 16
dio luporum. Eſtote ergo prudentes ſicut
ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ.

Cauete

SANCTI IESV CHRISTI
Euangelij ſecundùm Matthæum
Tranſl. ex Syriac.

CAPVT DECIMVM.

ET vocauit duodecim diſcipulos ſuos, ac dedit eis poteſtatem contra ſpiritus inquinatos, vt eycerent eos, ſanarén tque quemlibet dolorem & infirmitatem.

Ipſorum autem duodecim Apoſtolorum nomina ſunt hæc: Primus eorum Schemeoun qui vocatur Kipho, & Andreas frater eius: & Iaakoub filius Zabdai, & Iouchanou frater eius.

Nec non Philippus, & Bar-Thoulmai, & Thoumo, & Mathai publicanus: & Iaakoub filius Chalphai, & Labbi cognominatus Thaddi.

Et Schemeoun Zelotes, & Ihudo Scarioto is qui prodidit eum.

Hos duodecim miſit Ieſchua, ac præcepit eis, dicens: In viam prophanorum (Gentium) *ne proficiſcamini, nec in vrbes Samaritanorum ingrediamini.*

Ite potius ad oues quæ perierunt ex domo Iſroiel.

Quumque proficiſcimini, prædicate ac dicite: Appropinquauit regnum cœlorum.

Infirmos ſanate, & leproſos mundate, mortuos ſuſcitate, dæmoniáque eycite: gratis accepiſtis, gratis date.

Ne comparaueritis aurum, nec argentum, neque æs in marſupijs veſtris.

Neque peram ad iter, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam: dignus enim eſt operarius cibo ſuo.

In quamcumque verò vrbem, aut ciuitatem introieritis, petite quiſnam in ea dignus ſit, & illic eſtote vſque dum exeatis.

Et quum ingrediemini domum, poſtulate pacem domui.

Quòd ſi domus illa digna fuerit, pax veſtra ad eam perueniet: ſin autem indigna fuerit, pax veſtra ſuper vos reuertetur.

Quiſquis autem non receperit vos, neque audierit ſermones veſtros, quum exieritis ex domo, aut ex ciuitate illa, excutite puluerem ex pedibus veſtris.

Equidem ego dico vobis, terram Sedoum & Omouro futuram tranquilliorem in die iudicij, vrbe illa.

En ego mitto vos tanquam oues inter lupos: eſtote igitur prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ.

Cauete

e Luc. 12, b. 11,

17 Cauete autem ab hominibus. [e] Tradent enim vos in conciliis, & in ſynagogis ſuis flagellabunt vos.

Cauete autem ab hominibus. tradent enim vos in domum iudiciorum(prætoria,) *& in ſynagogis ſuis flagellabunt vos.*

18 Et ad præſides & ad reges ducemini propter me, in teſtimonium illis, & gentibus.

Et coram præſidibus ac regibus, ſiſtent vos propter me, in teſtimonium tum ipſorum, tum gentium.

19 Cùm autem tradent vos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini.

Quum autem tradiderint vos, ne ſolliciti fueritis quomodo, quídve loquamini: dabitur enim vobis in illa ipſa hora quid loquamini.

20 Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis

Non eſtis enim qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri loquitur in vobis.

21 Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium: & inſurgent filij in parentes, & morte eos afficient.

Tradet autem frater fratrem proprium ad mortem; & pater filium ſuum: & inſurgent liberi in parentes ſuos, eóſque ad mortem adigent.

22 Et eritis odio omnibus propter nomen meum: qui autem perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.

Et eritis exoſi cuilibet homini propter nomen meum: ille verò qui perſeuerauerit vſque ad finem, ipſe ſeruabitur.

23 Cùm autem perſequentur vos in ciuitate iſta, fugite in aliam. Amen dico vobis, non conſummabitis ciuitates Iſraël, donec veniat Filius hominis.

Quum autem perſequentur vos in hac vrbe, fugite vos in aliam. Amin enim dico vobis: Nequaquam abſolueritis ipſas vniuerſas ciuitates domus Iſrael, vſque dum venerit filius hominis.

d Luc. 6. f. 40. Ioan. 13. b. 16. & 15. c. 20.

24 [d] Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, nec ſeruus ſuper dominum ſuum.

Non eſt diſcipulus præſtantior magiſtro ſuo, neque ſeruus domino ſuo.

25 Sufficit diſcipulo, vt ſit ſicut magiſter eius; & ſeruo, ſicut dominus eius. Si patrem familias Beelzebub vocauerunt: quanto magis domeſticos eius.

Sufficit diſcipulo vt ſit ſicut magiſter ipſius, & ſeruo ſicut dominus ſuus. Si ſemel dominum domus vocauerunt Beelzeboub, quanto magis filios domus ipſius.

e Marc. 4. c. 22. Luc. 8. c. 17. & 12. a. 2.

26 Ne ergo timueritis eos. [e] Nihil enim eſt opertum, quod non reuelabitur, & occultum, quod non ſcietur.

Ne igitur expaueſcatis ab eis, nihil eſt enim opertum quod non reueletur, nihilque abſconditum quod non cognoſcatur.

27 Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta.

Id quod dico vobis in tenebris, dicite in luce: & quod in aures veſtras auditis, prædicate ſuper tecta.

28 Et nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere: ſed potiùs timete eum, qui poteſt & animam & corpus perdere in gehennam.

Nec expaueſcatis ab iis qui corpus interimunt, animam autem non poſſunt interimere: ſed timete potius ab eo, qui poteſt animam & corpus perdere in gehennam.

f Act. 27. f. 35. 2. Reg. 14. c. 11.

29 [f] Nónne duo paſſeres aſſe væneunt, & vnus ex illis non cadet ſuper terram ſine patre veſtro.

Nónne duo paſſerculi aſſario veneunt, & vnus ex eis ſine patre veſtro non cadit ſuper terram.

30 Veſtri autem capilli capitis omnes numerati ſunt.

Quinetiam pili capitis veſtri omnes numerati ſunt.

31 Nolite ergo timere: multis paſſeribus meliores eſtis vos.

Ne igitur timueritis: multis paſſerculis præſtantiores eſtis.

g Marc. 8. d. 38 Luc. 9. c. 26. & 12. b. 8. 2. Tim. 2. b. 12.

32 [g] Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cœlis eſt

Quiſquis ergo confitebitur me coram hominibus, ego quoque confitebor eum coram Patre meo qui in cœlis eſt.

33 Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui in cœlis eſt.

Qui verò abnegauerit me coram hominibus, ego quoque abnegabo eum coram Patre meo qui eſt in cœlis.

34 Nolite arbitrari quia pacem venerim mittere in terram: non veni pacem mittere, ſed gladium.

Ne exiſtimetis me veniſſe vt mittam pacem in terram; non veni vt mittam pacem, ſed gladium.

h Luc. 12. f. 51. i Mich. 7. b. 6.

35 [h] Veni enim ſeparare [i] hominem aduersùs patrem ſuum, & filiam aduersùs matrem

Veni enim vt faciam diſſidere virum aduersùs patrem ſuum, filiamque aduersùs matrem

matrem ſuam,& nurum aduersùs ſocrum ſuam.

Et inimici hominis,domeſtiei eius.

k Luc. 14. f.26. [k] Qui amat patrem, aut mattem plus quàm me,non eſt me dignus : & qui amat filium, aut filiam ſuper me, non eſt me dignus.

l Marc. 8. d.34. [l] Et qui non accipit erucem ſuam,& ſequitut me,non eſt me dignus.

Inf. 16. d. 24. Luc. 9. c. 24. & 14. f.16.& 16. g.33. Qui inuenit animam ſuam, perdet illam : & qui [m] perdidetit animam ſuam propter me,inueniet eam.

Qui reeipit vos,me tecipit : & qui me tecipit,teeipit eum,qui me miſit.

m Ioan. 12. d.15. Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet : & qui teeipit iuſtum in nomine iuſti, meteedem iuſti aeeipiet.

n Luc. 10. c.16. Ioan. 13. c.20. Marc. 9. f.41. [n] Et quicumque potum dederit vni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ tantùm in nomine diſcipuli : Amen dico vobis,non perdet mercedem ſuam.

matrem ſuam, & nurum aduersùs ſocrum ſuam.

36 Et inimicos habebit vir filios domus ipſius (domeſticos ſuos.)

37 Qui amat patrem, aut matrem plúſquam me,non eſt me dignus:quique amat filium,aut filiam plus quàm me,non eſt me dignus.

38 Et quicumque non baiulat crucem ſuam,& venit poſt me,non eſt me dignus.

39 Qui inuenerit animam ſuam,perdet eam, & qui perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam.

40 Qui recipit vos,me recipit : & qui recipit me,eum qui me miſit,recipit.

41 Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipit : quique recipit iuſtum in nomine iuſti,mercedem iuſti accipiet.

42 Et quicumque propinauerit vni ex his paruulis calicem frigidæ tantùm in nomine diſcipuli : Amen ego dico vobis non perdiderit mercedem ſuam.

SANCTI IESV CHRISTI Euangelij ſecundùm Matthæum

Tranſl. B. Ariæ Mont.

CAPVT DECIMVM.

Et aduocans duodecim diſcipulos ſuos, dedit illis poteſtatem ſpirituum immundotum, vt eiicere eos,& cutate omnem languorem, & omnem infirmitatem.

Duodecim autem Apoſtolotum nomina ſunt hæc : Ptimus, Simon dictus Petrus,& Andteas frater eius.

Iacobus Zebedæi, & Ioannes fratet eius, Philippus, & Bartholomæus, Thomas & Matthæus publicanus, Iacobus Alphæi,& Lebbæus ſupet vocatus Thaddæus.

Simon Cananites, & Iudas Iſcariotes, qui & tradens eum.

Hos duodecim legauit Ieſus, denuncians eis, dicens : In viam gentium ne abietitis, & in ciuitatem Samaritanorum ne intrauctitis.

Ite autem magis ad oues perditas domus Iſtaël.

Euntes autem prædicate, dicentes: Quia appropinquauit regnum cœlorum.

Infirmos cutate, leproſos mundate, mottuos ſuſcitate, dæmones eiicite,gratis accepiſtis,gratis date.

Ne poſſideatis autum,nequeatgentum, neque æs in zonis veſtris.

Non

SANCTI IESV CHRISTI Euangelij ſecundùm Matthæum

Tranſl. Eraſm. Roterod.

CAPVT DECIMVM.

1 *Et accerſitis duodecim diſcipulis ſuis, dedit eis poteſtatem aduersùs ſpiritus immundos vt eijcerent eos,& ſanarent quemuis morbum,& quemuis languorem.*

2 *Porrò duodecim nomina ſunt hæc : Primus, Simon qui vocatur Petrus,& Andreas frater eius.*

3 *Iacobus filius Zebedæi, & Ioannes frater eius;Philippus & Bartholomæus, Thomas & Matthæus qui fuerat publicanus ; Iacobus filius Alphæi, & Lebbæus cognomento Thaddæus.*

4 *Simon Cananæus,& Iudas Iſcariotes qui & prodidit illum.*

5 *Hos numero duodecim emiſit Ieſus, quibus præceperat,dicens : In viam gentium ne abieritis, & in ciuitatem Samaritanorum ne ingrediamini.*

6 *Sed ite potius ad oues perditas domus Iſraël.*

7 *Profecti autem prædicate, dicentes ; Appropinquauit regnum cælorum.*

8 *Infirmos ſanate,leproſos mundate,mortuos ſuſcitate,dæmonia eijcite,gratuitò accepiſtis, gratuitò date.*

9 *Ne poſſideatis aurum,neque argentum,neque æs in crumenis veſtris.*

Neque

Non peram in viam, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam: dignus enim operarius alimento ſuo eſt.

10 *Neque peram ad iter, neque binas tunicas, neque calciamenta, neque virgam, nam dignus eſt operarius cibo ſuo.*

In quamcumque autem ciuitatem aut caſtellum intrauetitis, interrogate quis in ea dignus ſit: & ibi manete donec exeatis.

11 *Sed in quamcumque ciuitatem, aut vicum fueritis ingreſſi, exquirite quis in ea ſit dignus, atque illic manete donec exeatis.*

Intrantes autem in domum, ſalutate eam, dicentes: Pax domui huic.

12 *Cùm autem intrabitis domum, ſalutate illam.*

Et ſi quidem fuerit domus digna, ingrediatur pax veſtra ſuper eam: ſi autem non fuerit digna, pax veſtra ad vos conuertatur.

13 *Et ſi quidem fuerit domus digna, veniat pax veſtra ſuper illam: ſin minus fuerit digna, pax veſtra ad vos reuertatur.*

Et qui non receperit vos, neque audierit ſermones veſtros, exeuntes domo, vel ciuitate illa, excutite puluerem pedum veſtrorum.

14 *Et quicumque non exceperit vos, neque audierit ſermones veſtros, exeuntes ex ædibus, aut ciuitate illa, excutite puluerem pedum veſtrorum.*

Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæorum in die iudicij, quàm ciuitati illi.

15 *Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum, & Gomorrhæorum in die iudicij, quàm ciuitati illi.*

Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum. Eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ.

16 *Ecce emitto vos velut oues in medio luporum; eſtote igitur prudentes veluti ſerpentes, & ſimplices velut columbæ.*

Cauete autem ab hominibus. Tradent enim vos in confeſſus, & in ſynagogis ſuis flagellabunt vos.

17 *Cauete autem ab illis hominibus, tradent enim vos in concilia, & in conciliabulis ſuis flagris cædent vos.*

Et ad præſides autem & reges agemini propter me, in teſtimonium illis & gentibus.

18 *Quin & ad principes & reges ducemini propter me in teſtimonium ipſis ac gentibus.*

Cùm autem tradent vos, ne anxiemini quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquemini.

19 *At cùm tradiderint vos, ne ſitis ſolliciti quomodo, aut quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini.*

Non enim vos eſtis loquentes, ſed ſpiritus Patris veſtri loquens in vobis.

20 *Non enim vos eſtis illi loquentes, ſed ſpiritus Patris veſtri qui loquitur in vobis.*

Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium: & inſurgent nati in parentes, & morte afficient eos.

21 *Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium, & inſurgent filij aduersùs parentes.*

Et eritis inuiſi ab omnibus propter nomen meum. Verùm permanens in finem, hic ſeruabitur.

22 *Et eritis odio habiti ab omnibus, propter nomen meum. Verùm qui ſuſtinuerit vſque ad finem, hic ſaluus erit.*

Cùm autem inſequentur vos in ciuitate iſta, fugite in aliam. Amen enim dico vobis, non finietis ciuitates Iſraël, donec veniat Filius hominis.

23 *Cùm autem perſecuti vos fuerint in ciuitate hac, fugite in aliam. Amen dico vobis, non perambulaueritis omnes ciuitates Iſraelitas, quin tum venerit filius hominis.*

Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, nec ſeruus ſuper dominum ſuum.

24 *Non eſt diſcipulus ſupra præceptorem, neque ſeruus ſupra dominum ſuum.*

Sufficit diſcipulo vt ſit ſicut magiſter eius, & ſeruus ſicut dominus eius. Si patremfamilias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domeſticos eius.

25 *Sufficit diſcipulo, vt ſit ſicut præceptor ipſius, & vt ſeruus ſit ſicut dominus ipſius, ſi ipſum patremfamilias vocauerunt Beelzebut, quanto magis domeſticos illius.*

Ne ergo timueritis eos. Nihil enim eſt opertum, quod non reuelabitur: & abditum, quod non ſcietur.

26 *Ne igitur metuatis eos; nihil enim eſt tectum quod non ſit tegendum, & nihil occultum quin futurum ſit vt ſciatur.*

Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aurem auditis, prædicate ſuper domos.

27 *Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, & quod in aurem audiſtis, prædicate in tectis.*

Et ne timeatis ab occidentibus corpus: at animam non valentium occidere: timete

28 *Et ne metuatis vobis ab his qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere, ſed*

mete autem magis potentem & animam
& corpus perdere in gehenna.

ſed metuite magis illum, qui poteſt & ani-
mam, & corpus perdere in gehennam.

Nonne duo paſſeres aſſe væneunt? &
vnus ex illis non cadet ſuper terram ſine
Patre veſtro.

29 *Nonne duo paſſerculi minuto aſſe vaneunt,*
& vnus ex illis non cadet in terram ſine Pa-
tre veſtro.

Veſtri autem & capilli capitis omnes
numerati ſunt.

30 *Veſtri vero etiam pili capitis omnes nu-*
merati ſunt.

Ne ergo timeatis: multis paſſeribus
præſtatis vos.

31 *Ne igitur metuatis, vos plures eſtis quàm*
multi paſſerculi.

Omnis ergo qui confitebitur in me co-
ram hominibus, confitebor & ego in eo
coram Patre meo qui in cœlis.

32 *Omnis igitur qui confitebitur me coram ho-*
minibus, confitebor & ego illum coram Patre
meo qui eſt in cælis.

Qui autem negauerit me coram ho-
minibus, negabo eum & ego coram Patre
meo qui in cœlis.

33 *Porrò quiſquis negauerit me coram homi-*
nibus, negabo eum & ego coram Patre meo
qui eſt in cælis.

Ne arbitremini quòd veni iacere pa-
cem in terram: non veni iacere pacem, ſed
gladium.

34 *Ne arbitremini quòd venerim ad mitten-*
dum pacem in terram: non veni vt mitterem
pacem, ſed gladium.

Veni enim diuidere hominem aduer-
sùs patrem ſuum, & filiam aduersùs
matrem ſuam, & nurum aduersùs ſocrum
ſuam.

35 *Nam veni vt diſſidere faciam hominem*
aduerſus patrem ſuum, & filiam aduersùs
matrem ſuam, & ſponſam aduersùs ſocrum
ſuam.

Et inimici hominis, domeſtici eius.

36 *Et inimici hominis erunt ij qui ſunt dome-*
ſtici ipſius.

Diligens patrem, aut matrem ſuper
me, non eſt me dignus. & amans filium,
aut filiam ſuper me, non eſt me dignus.

37 *Qui amauerit patrem, aut matrem ſupra*
me, non eſt me dignus, & qui amauerit filium,
aut filiam ſupra me, non eſt me dignus.

Et qui non capit crucem ſuam, & ſequi-
tur poſt me, non eſt me dignus.

38 *Et qui non accipit crucem ſuam, ac ſequitur*
me, non eſt me dignus.

Inueniens animam ſuam, perdet illam:
& perdens animam ſuam propter me, in-
ueniet eam.

39 *Qui inuenerit animam ſuam, perditurus*
eſt eam, & qui perdiderit animam ſuam mea
cauſa, inueniet eam.

Suſcipiens vos, me ſuſcipit: & qui me
ſuſcipiens, ſuſcipit mittentem me.

40 *Qui recipit vos, me recipit: & qui me re-*
cipit, recipit eum qui miſit me.

Recipiens Prophetam in nomen Pro-
phetæ, mercedem Prophetæ capiet: &
recipiens iuſtum in nomen iuſti, merce-
dem iuſti capiet.

41 *Qui recipit Prophetam in nomine Pro-*
pheta, mercedem Propheta accipiet: & qui
recipit iuſtum in nomine iuſti, mercedem iuſti
accipiet.

Et quicumque potauerit vnum mini-
morum iſtorum poculum frigidæ tantùm,
in nomen diſcipuli: Amen dico vobis, non
perdet mercedem ſuam.

42 *Et quicumque ad bibendum dederit vni*
ex puſillis his poculum aquæ frigidæ tantùm
nomine diſcipuli: Amen dico vobis non perdi-
turus eſt, mercedem ſuam.

CAPITIS DECIMI
ARGVMENTVM.

De miſſione Apoſtolorum ad prædicandum, eorumque nominatione, agit hoc caput; vnde diuiditur in ſex partes, in prima, de poteſtate data duodecim Apoſtolis, & nominatione eorum; in ſecunda de miſſione illorum, ad prædicationem, iuxta illud, hos duodecim. *In tertia, docet eos, quales eſſe debeant, ibi,* nolite poſſidere aurum. *In quarta, prædicit eis inſtantiam tribulationum, quas paſſuri erant, ibi,* Ecce ego mitto vos. *In quinta, conſolatur eos, docens tyrannos non eſſe timendos, ibi,* Ne ergo timeatis eos. *In ſexta remouet carnalem affectum ab Apoſtolis, & quoad ſe, & quoad amicos ſuos tanquam qui multum impediunt eius imitationem, ibi,* Nolite arbitrari.

NVM. 1. Et conuocatis duodecim diſcipulis dedit illis poteſtatem ſpirituum immundorum, vt eiicerent eos, & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem.

NVM. 2. Duodecim autem Apoſtolorum nomina, ſunt hæc; primus, Simon qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius.

NVM. 3. Iacobus Zebedæi, & Ioannes frater eius, Philippus, & Bartholomæus, Thomas & Matthæus publicanus; Iacobus Alphæi, & Thaddæus.

NVM. 4. Simon Chananæus, & Iudas Iſcariotes, qui & tradidit eum.

Senſus litteralis, & moralis.

SVPRA præcedenti capite, diximus multorum fuiſſe ſententiam, hoc caput incipere ab illis verbis, *Videns autem turbas, miſertus eſt eis, quia erant vexati, & iacentes ſicut oues, non habentes paſtorem, tunc dicit diſcipulis ſuis: Meſſis quidem multa, operarij autem pauci, Rogate Dominū meſſis, vt mittat operarios in meſſem ſuā* quorum verborum occaſione neceſſitatem culturæ, & paſtorum, ſiue operariorum præuidens, nunc mittit operarios. Ibi diximus, parum referre, ſiue à prædictis verbis, ſiue ab iſtis, à quibus hoc caput incipit, illud diſtinguere; ideoque ibi breuiter illa expoſuimus, quælibet ad ampliorem notitiam dicendorum, etiam hîc eas breuiter recurrere; ait ergo,

1. *Viſione diuina fructus.* *Videns autem turbas, miſertus eſt eis.* non equidem miſertus eſſet, niſi vidiſſet; ergo fructus inſpectionis miſericordia. Beati quem Dei oculi aſpiciunt, Abac. 3. n. . *Aſpexit, & diſſoluit gentes.* Quid ſequi poterat poſt inſpectionem, niſi ſolutio, à fæce, & vinculis peccatorum? *Aſpexit laborantes gentes,* ait *Ribera.* Ribera, *& diſſoluit eas per Apoſtolos ſuos, quos miſit in mundum vniuerſum.* inf. à cap. 16. *reſpexit Petrum, & exiuit foras, & fleuit amare* hinc *Auguſt.* Auguſt lib. 6. de eſſentia diuinitatis poſt medium. *Diſſoluit credentes in, in ſe peccatorum vinculis.* LXX. habent, *diſtribuerunt gentes,* quod ſonat liquefactæ ſunt, hoc eſt. vt idem ait Auguſt. 18. de ciuit. c. 32. *miſertus eſt, & fecit populos pœnitentes.* Sic hîc vidit turbas, eum ſequentes, gauiſus, ob eorum promptitudinem. *Totum,* ait Ianſen. *Ianſen.* *pro optimo paſtorum officio, factus eſt affectus miſericordiæ, nec otioſus, ac inefficax fuit in Domino hic miſericordiæ affectus, ſed cum corporali ſua præſentia non poſſet omnibus ſe exhibere paſtorem, mittit Apoſtolos. Quia erant vexati,* Græca *diſſoluti,* aut *diſcerpti,* ſic Theophyl. Alij *conuulſi, ac vexati,* ſic Chryſoſt. Hieron. & Hilarius, erant ergo turbæ variis malis vexati, primum à Scribis & Phariſæis, qui *pro paſtoribus lupos potius agebant,* ait Ianſ. Chryſoſt. *non ſolum non emendantes, ſed nocentes profectui eorum,* quatenus à Chriſto remouebant, deinde erant vexati à dæmone, *per ignorantiam veritatis & per peccata ſuo imperio eos ſubiugando, & corporalibus malis cauſando,* ait Rabanus. *Rabanus.* At vnde eis tantum malum? ſiue tanta mala: *quia erant,* ſequitur, *ſicut oues non habentes paſtorem;* & potiſſima, & vnica ratio, *Aſſimilantur turbæ ouibus,* ait Caiet. *Caiet.* *quia pronæ erant ad fidem, ſed defectus adiungitur paſtorum, quia Doctores eorū non fungebantur Doctoris officio,* ab ouilē ſecedunt, nil minus, quam de ouibus curant, toti ad prætenſiones, & ad officia ambienda, quid mirum, ſi oues pereunt & conuelluntur, diſcerpuntur & dæmon illas ſub iugum duè premat ſuum. *Bene autem,* ait Ianſen *Ianſen.* *ouibus carentibus paſtore eas comparat, eo quòd non ſit aliud animal deſtitutius & magis pendens à præſidio paſtoris, quàm ouis.* Si attente hæc conſideres, reſidentiæ Prælatorum neceſſitatem intelliges, arma cætera omnia habent animalia; vndè abſque paſtore ſe defendere poſſunt, at ouis penè eſt imbellis; vnde deſerta à paſtore, contra lupum nil habet; væ ergo eis ſi deprædentur.

2. *Damna turbarum ex paſtoribus malis.*

3. *Epiſcoporum reſidentiæ neceſſitas, vnde.*

Meſſis quidem multa, operarij pauci. Per meſſem iam diximus gentes conuertendas, & ſpeciatim tunc multos ex Iudæis promptos ad Dei verbum recipiendum; per operarios prædicatores ſymbolicè loquens Dominus, cuius parabolæ aptitudinem conſiderans Ianſen ſic ait; *ſic enim ſignificat Prædicatorum & Paſtorum officium eſſe operari non otiari, & operari non in propriam gloriam, aut commodum, ſed in gloriam & lucrum Domini meſſis, ne autem moleſtus ſit labor ſecundus, mentio meſſis adiuncta eſt; nullus enim labor iucundior, atque facilior, quàm qui pro colligenda meſſe ſubitur, qua* di

4. *Chriſtus conuertendos populos meſſem dixit.*

5. *Prædicatorum officium quale.*

diceret, non mittat vos ad arandi ſeminandique graues, & iniucundos labores, ſed ad ſegetis iam præparatam ab alijs meſſem, hinc Ioan 4. *Alij laborauerunt, & vos in labores eorum introiſtis.* Ex quibus habes quantum

6. *Ex quo reſumere ad laborandum animum debet.*

animum ſi el Dei prædicatores ad laborandum aſſumere debent, cùm ex Dei gratia, & Chriſti meritis, non ſunt iam gentes, & peccatores, grana virida, aut ſubtus terram, aut in herbam ſolùm exereta, ſed maturs ad meſſem; ſic ex Dei & Chriſti gratia præpata a, vt parum laborando ingetutes ſi velint referre poſſi fructus.

At quomodo operarij pauci, dum infiniti tunc

7. *Operarij cur pauci ex ... ſententia.* Caiet.

extabant, Sacerdotes infiniti, Scribæ ac legis Doctores? ad rem Caiet. *Non dixit, ait, Sacerdotes, aut Scribæ pauci, ſed operarij pauci, quia, etſi magna eſt, multitudo Sacerdotum, Doctorum, prædicatorum, pauci tamen ſunt operarij, quia pauci ſunt qui vita, & doctrina ſtudent ſaluti animarum, non dixit operarij nulli, ſed pauci, ſciebat enim paucos eſſe tales.*

Rogate Dominum meſſis, vt mittat operarios. Græc.

8. *Chriſtus quanta efficacia vult vt rogemus mittat operarios, & quales.*

ἐκβάλλῃ, vt vult Ianſen. & Lippomanus potiùs legendum, vt *eijciat*, vel *extrudat*, quam mittat, *ad maiorem vehementiam demonſtrandum*, ait Lippoman. Vnde Ianſen. *ſignificatur*, ait, *orandum, vt cito mittat, ac vel inuitos, & coactos extrudat in opus Dei*, at cur orandum vt cogat inuitos? Reſpondet idem. *nam*

Lippom. Ianſen.

non ſunt vtiles alij ad colligendum hanc meſſem, quàm qui ad hoc à Deo protruduntur, qui enim non miſſi, nec vocati ad prædicandi munus ſe ingerunt, non aliter peccant, quàm qui in alienam meſſem irruunt, Domino meſſis ne præcipiente. Sæpe de hac re di ſerui ... à laborare, qui munus prædicandi fugiunt, vt ſic dicam, dum ſe ingerunt, non à Deo ... inuiti, ex quibus habes duo: *primum* q... operarios petere debeas; & *ſecundum* quidem orat... fundere, ſcilicet vt Deus vim faciat bonis, & renitentibus, vt operarij velint; nam hi perfecti operarij qui non ſe ingerunt, ſed coguntur.

Et conuocatis. Caietan. *non expectat rogari, ſed*

9. *Deus vult rogari, ſed aliquando ante orationem dat, quod vult peti, & qua de cauſa.* Caiet. Ianſen.

paucos operarios ex ſe mittit. præcipit orationem, & nunc, non illam expectat, ſed præuenit. Vnde hoc? Sanè reſpondet Ianſenius. *Primum vt ſe oſtendat eſſe Dominum meſſis, deinde Deum non ſe velle idcirca rogari, quòd minorem is, quàm nos ipſi curam noſtri gerat; ſed vt aptiores ſimus ad agnoſcendam & recipiendam diuinam beneficentiam.* Nil melius: iubet orare, vt aptiores ſimus ad recipiendum; & præuenit ſæpe orationem, vt intelligamus,

10. *Duodecim Apoſtoli.* Maldon. Salmer.

ampliorem ipſi eſſe curam noſtri, quàm nobis ipſis; obſeruat; & rectè Maldonat. & Salmeron ante hoc tempus, diſcipulos tantùm diſcipulos, non Apoſtolos vocatos: nunc autem primùm Apoſtolos nominatos, hoc eſt, *miſſos, & mittendo*, rectè ait Maldonat. *facit ex diſcipulis magiſtros.* Vnde licèt *Luc.* 10. miſit & alios ſeptuaginta duos, tamen hi ſoli Apoſtoli dicti ſunt, licèt & vim vocabuli attendentes, alij & hos etiam Apoſtolos nominant; at etſi hoc licèt ſeptuaginta duo Apoſtoli nominari poſſint, ad vim vocaboli attendentes, tamen non eandem conſecuti ſunt dignitatem; ſiue, vt ſic dicam, maieſtatem, vt duodecim; nam iſti, veluti legati à latere Chriſti fuerunt, quemadmodum eos Tertullian. vocat lib. 1. de præſcriptionibus aduerſus hæreticos cap. 10.

Tertull.

quamdiu in terris agebat, ait Tertullian. de Chriſto

11. *Sunt legati à latere Chriſti.*

loquens, *ipſe pronuntiabat, ſiue populo palàm, ſiue diſcentibus ſeorſum, ex quibus duodecim præcipuè lateri ſuo allegerat deſtinatos nationibus magiſtros* Vnde *non minus honorandi, quam ſit is, cuius legationem*

Pamel.

funguntur, rectè ait Pamelius in Tertullian. hîc, vnde in canonibus habetur Eccleſiæ à latere Papæ legatum, pro Papa venerandum eſſe, pars enim corporis eius eſt; tales enim fuerunt & ſunt nunc in cœlis hi ſanctiſſimi Apoſtoli.

Duodecim. Quòd autem non caſu, nec fortuito, ſed magno conſilio & myſterio, nec plures, nec pauciores, quam duodecim nominauerit, certiſſimè tenendum eſt: vnde deciſo Iuda, vt idem duodenarius numerus ſeruaretur, tanquam quid myſticum, & ſacratum, neceſſarium fuit, vt in eius locum Matthias ſufficeretur, *Actor.* 1. 16. Quale autem in hoc ... multi multa; de qua re videndus eſt Iuſtinus *lib. 6. de verbo Chriſti.* Hieronymus *hic*, multiſque aliis locis. Theodoretus *in quæſtion. in cap. 1. Ioſua*, Theophylact. *hic*, alii que. nam mihi vnicam tantùm Tertulliani rationem placet adferre, duodecim tantùm, & non plures, nec pauciores Chriſtum elegiſſe, vt non tantùm ex vocibus Prophetarum dignoſceretur, ſed etiam ex argumentis rerum, quas operabatur. nam, cùm talis numerus in veteri Teſtamento infinitis deſignatus eſſet figuris, vt apud Anſelmum cæteroſque Sanctos eſt videre, figurarunt enim per duodecim Patriarchas, *Gen.* 37. 49. Per duodecim Principes filiorum Iſraël, *Num.* 1. & 2. per duodecim fontes, qui erant in Helim, *Exod.* 17. per duodecim lapides in rationabile Pontificis, *Exod.* 28. per duodecim panes propoſitionis, *Leuitic.* 24. per duodecim exploratores miſſos à Moyſe, *Num.* 13. per duodecim lapides quibus ſtructum erat altare Dei, *Exod.* 24. per duodecim lapides ſublatos ex Iordane, *Ioſue* 14. per duodecim boues, qui ſuſtinebant mare æneum, 3. *Regum* 11. per duodecim Prophetas, vno in volumine coarctatos. per duodecim ſtellas in corona mulieris, *Apocalypſ.* 12. per duodecim fundamenta ciuitatis, *Apocalypſ.* 21. quarum figurarum explanationem, ſi libet ſcire, vide Salmeron *tract.* 28. licèt quilibet ex ſe illas adaptare poſſit; cùm ergo ex talibus & tantis figuris, talis numerus ſit præſignatus, rectè ait Tertullian. vt Chriſtus innoteſceret illum ipſum eſſe Dei filium in veteri Teſtamento præfiguratum, noluit, imò nec debuit, aut pauciores, aut plures in Apoſtolos aſſumere, quàm duodecim. Audi nunc Tertullianum *lib. 6. contra Marcion.* elegantiſſimè ſic dicentem. *Cur duodecim Apoſtolos elegit, & non alium quemlibet numerum? Vt ex hoc meum Chriſtum interpretari poſſim, non tantùm vocibus Prophetarum, ſed argumentis rerum prædicatum huius numeri figuras apud creatorem deprehendo; duodecim fontes in Helim, & duodecim lapides in Iordane ab Ieſu electos, & in arca Teſtamenti conditos; totidem etiam Apoſtoli protendebantur, proinde vt fontes, & omnes rigaturi, aridum retro, & deſertum à notitia orbem nationum.* Sanè perquam egregiè, & ſecundùm verum & litteralem ſenſum. duodecim tantùm elegit, quia per duodecim fontes in Helim præfigurabantur, qui eſſent rigaturi, & *aridum retro*, hoc eſt, antiquam Iudæorum Eccleſiam, & *deſertum à notitia*, ſcilicet Dei, *orbem nationum*, hoc eſt, gentilitatem, imò vt ipſe *ibidem* ait *cap* 24. ob id etiam & ſeptuaginta elegit, & non ampliores, aut pauciores, qua ſeptuageſimos numerus præfigurabatur in ſeptuaginta palmarum arboribus, *num.* 33. Vnde ait, *Adlegit & alios ſeptuaginta Apoſtolos ſuper duodecim, quo enim duodecim ſecundum totidem fontes in Helim, ſi non & ſeptuaginta, ſecundùm totidem arbuſta palmarum.*

Iuſtin. Theodor. Theophyl. Tertull.

12. *Cur duodecim tantùm elegit, nec plures, aut pauciores.*

13. *Figura duodenarij numeri Apoſtolorum.*

Salmer.

Tertull.

neque faceſſit tantùm ſeptuaginta dixiſſe Tertull. & non ſeptuaginta duo, vt communis fert opinio; nam ſeptuaginta tantùm legunt Ambroſ. *in comment. in Lucam.* Hieron. *ad Fabiolam, manſion* 6. aliique quamplurimi, vt apud Barradam *tom.* 3. *lib.* 2. *c.* 9 Ergo ideo Dominus noſter duodecim tantum elegit, & nõ plures, aut pauciores, quia non ſolum ex vocibus Prophetarum dignoſcendus erat, ſed ex adimpletione figurarum, & prædictione rerũ: hinc factum, vt decedente Iuda, neceſſarium fuit vt & alter ſufficeretur, vt ſic myſticus ſemper plenus remaneret numerus duodecim Apoſtolorum.

15. *Paulus Apoſtolus nõ fuit ex collegio duodecim, & quibus ra ionibus.*

At faceſſit negotium poſt Chriſti aſcenſionem, & Paulum fuiſſe Apoſtolum, & Barnabam; ergo non duodecim, ſed quatuor denarius numerus eſt Apoſtolorum: ad hanc obiectionem dilucidè reſpondit Abul. *q.* 25. affirmando, (& rectiſſimè) Paulum, & Barnabam non pertinere ad collegium duodecim, ſed eſſe Apoſtolos extra illud, quod ex tribus probat diſcriminibus. *Primò*, ex electione; nam cæteri Apoſtoli electi à Chriſto in carne exiſtente, aut a collegio Apoſtolorum, vt Matthias: at Paulus, & Barnabas à Deo & Chriſto in cœlo exiſtente; quando *Act.* 13. dixit Spiritus ſanctus, *Segregate mihi Paulum, & Barnabam, ad opus, ad quod aſſumpſi eos*, & Paulo ipſe ad Gal 1 *Paulus Apoſtolus, non ab hominibus, neque per hominẽ ſed per Ieſum Chriſtum, & Deum Patrem, qui ſuſcitauit eum a mortuis.* *Secundò* Paulus & Barnabas, non communicabant in aliquo miniſterio cum collegio Apoſtolorum; nam duodecim omnes tantùm prædicabant in Iudæa, cùm per duodecim annos, quibus in Hieruſalem permanſerunt Apoſtoli, ferè tantum in Iudæa prædicarunt; at Paulus & Barnabas inter Gentiles, de conſenſu tamen Apoſtolorum Vnde Paulus ad Gal. 2. *Et cùm cognouiſſent gratiam, quæ data eſt mihi, Iacobus, & Cephas, & Ioannes qui videbantur columnæ eſſe, dextras dederunt mihi & Barnabæ ſocietatis, vt nos in gentes, ipſi autem in circumciſionem.* Ex quo factum, vt Paulus Doctor propriè ſit appellatus gentium; vnde et ſi cæteri Apoſtoli ad prædicandum gentibus etiam eſſent deſtinati, tamen præcipuè ad Iudæos; at Paulus præcipuè ad gentes, etſi etiam ad Iudæos. *Tertiò* tandem, nam duodecim inter ſe diuiſerunt orbem, ad prædicandum; at Paulo nulla contingit diuiſio, ſed totum orbem ei donatum; vnde in qualibet parte, & ſorte aliorum, prædicabat, vti in Italia, dum cum Petro fidem Dei diſſeminabat. Ex quibus non ſolùm reſolutionem dubij habes; ſed etiam quantum præ cæteris Apoſtolis, Paulo debeas, cùm ipſe specialiter, ac, vt ſic dicam, per ſe, nõ ex occaſione noſter Doctor, ac Magiſter; cæteri namque Apoſtoli ex occaſione, ex repudiatione ſcilicet, & obſtinatione Iudæorum; at Paulus, ſine occaſione illico ad gentes edocendas de-

16. *Paulo Apoſtoli quãtum debetur.*

ſtinatus. Vnde Dominus Ananiæ Act. 9. *Vade, quia vas electionis eſt iſte mihi, vt portet nomen meum coram gentibus, & Regibus, & filijs Iſrael.* Vbi notandum, primùm poſuiſſe gentes, poſtea filios Iſraël; quia proprius & præcipuus noſter Doctor ſanctiſſimus Paulus, qui nobis non ſolùm refecit viuens, ſed etiam mortuus, dum per ſanctiſſimas eius Epiſtolas, quæ veluti eius ſunt reliquiæ, omnem noſtram reficit ſitim & æſtum. *En morior ſiti*, ait Sanſon ad Dominum *Iudic.* 15. at quid Dominus, *aperuit molarem dentẽ in maxilla aſini, & egreſſæ ſunt ex eo aquæ.* Quid per aſini maxillam? S. Gregor. *lib.* 13. *mor c.* 6. ſanctos Prædicatores intelligit, dicens: *Maxilla aſini Sanctos Prædicatores ſignificat. Redemptor enim noſter ſimplicitatem & patientiam prædicantium ſua*

S. Gregor.

manu virtutis tenens a vitijs carnales interficit, & maxilla in terram proiecta poſt mortem, aquas fudit, quia tradita morti Prædicatorum corpora, magna populis monſtrauere miracula. Ergo per maxillam, Prædicatores ergo cùm Paulus ex Prædicatoribus primus ipſe præcipuè per illum deſignatur, per quem maximè pluſquam per cæteros alios Sanſon ille noſter diuinus gentes deiecit, peccatores conuertit; at quidquid hæc maxilla ad tantùm occidendos conuertendoſque peccatores vt cæteri non ſat equidem hoc Paulo, ſed etiam eſt in maxilla non quilibet dens, ſed molaris, aquas diuinas per epiſtolas ſuas ſcaturiens, quibus animus refocillatur æſtuantis, & ſitis extinguitur verbi Dei animarum; cuius verba etſi ſimplicia, tonitrua tamen, & fulgura, vt D. aiebat Hieron. ad Pammach. epiſt. 50. *Videntur quidem*, ait, *verba ſimplicia, & quaſi innocentis hominis, & ruſticani, & qui nec facere nec declinare nouerit inſidias, ſed quocumque reſpexeris fulmina ſunt.* Sed ad rem. 17.

Eius epiſtolæ ſitim extinguunt animarum ſpiritualium.

Hieron.

Duodecim ergo, & non plures, nec pauciores, Dominus elegit, vt ex tali numero, quia antiquitus figuratus etiam dignoſceretur Meſſias, vt rectè Tertull. vbi tandem adnotandum, hic non agi de electione Apoſtolorum ad diſcipulatum, nam antea electi, ſed ad Apoſtolatum, hoc eſt, ad prædicationem, vt bene aduertit Caietan. quos mittens ad prædicandum, ſublimi, ac excelſa eos muniuit poteſtate. Vnde ſequitur,

Caietan.

Dedit illis poteſtatem ſpirituum immundorum. Ad rem Chryſoſt. *non ſolùm autem, ait, eos confidere fecit eorum miniſterium vocans in miſſionem in meſſem. ſed & facientes eos potentes ad miniſterium*, dicendo, meſſem animauit quaſi iam gentes manere, & ab illo præparatæ, dando poteſtatem ſecuros eos reddidit de fructu. En quàm ſuauiter onus impoſuit, quam dulciter; quis non iret ad colligendum, ſed ſi diſpoſitæ gentes, cur ipſe per ſe non iuit, vt ipſe fructum colligeret, & non iuberet alios colligi præter ipſum? Dicam, quia princeps ſine inuidia, ſine proprietate ſuum honorem non tantùm ſibi, ſed & ſuis, ſuam gloriam non ſolùm ſibi, ſed & ſuis communicare intendit, 2 *Reg.* 12. *n.* 27. miſit Ioab ad Dauid, cùm in procinctu eſſet vt caperet Rabbath, dicens. *Nunc congrega reliquam partem populi, & obſide ciuitatem, & cape eam, ne cum a me vaſtata fuerit vrbs, nomini meo adſcribatur victoria.* Quæ non dicunt Sancti qualia encomia non proferunt in laudem Ioab. hæc faciens, vt non ſibi, ſed Dauidi vellet gloriam prædæ ciuitatis adſcribere iam iam capiendam, licet ipſe vt in illo ſtatu deueniret deſudaſſet; at licèt hoc magnum, ſed quod maximum foret illud eſſet, ſi non Ioab ad Dauid, ſed Dauid ad Ioab illud mitteret dicendum, *veni, obſide ciuitatem, & cape eam*, hoc equidem eſſet mirandum, & non ingenuis, ſed infiniti amoris Regis erga Ioab. Amice, hoc propemodum eſt quod tunc Chriſtus cum Apoſtolis efficit, ipſe ſegetes præparauerat, ipſe ad maturitatem adduxerat oratione, fatigatione ac auxilio, prædicatione; & miraculis, attamen quando fructus colligendi diſcipulos aſciſcit, vocat, mittit vt congregent maturos fructus, vt ſic ad gloriam compares faciat, & ſocios ad emolumentum, qualis hic Chriſti amor in ſuos? *Benignus enim, & clemens Dominus*, ait Hieronym. in hunc locum, *ac magiſter non inuidet ſeruis atque diſcipulis virtutes ſuas, & ſicut ipſe curauerat omnem languorem, & infirmitatem Apoſtolis, quoque ſuam tribuit poteſtatem curent omnem languorem.* Nil aptius. At cur dæmones vocantur

18. *Chriſtus qui nanni imponendo.*

19. *Cur tantum dedit Apoſtolis poteſtatem Chryſoſt.*

Hieron.

ſpiritus

Abulenſ. ſpiritus immundi? Ob multa, ait Abulenſ. *quæſt.* 22. *Primò*, quia mali, & omnis malitia immunditia dicitur. *Secundò* ex differentia bonorum Angelorum. *Tertiò*, quia immunditiam, & turpitudinem carnalem deſiderant, & aliquando ex ſe eam exercent fientes incubi, & ſuccubi, non quia capaces ipſi ſint talis delectationis, ſed vt per illam immundiſſimas efficiant animas, quas poſſident, quàm plurimúmque à diuina diſtantes munditia. rectè ergo ſpiritus dicuntur immundi.

20. *Apoſtolis cur neceſſaria poteſtas miraculorum.* *Maldon.* *Rupert.*

Placet Maldonat. qui affirmat ob rerum difficilium prædicationem Apoſtolis miraculorum poteſtatem, & præcipuè expellendi dæmones; nam, vt bene Rupert. in hoc præcipue ſupra Moyſem ſe demonſtrabat. *Nunquid talis Moyſes*, ait Rupert. *nunquid ſua poteſtate ranas produxit & muſcas, aut alicui poteſtatem hanc dedit vt produceret eas? igitur hic Deus noſter, qui non qualeſcumque ranas, aut muſcas, ſed principes muſcarum, id eſt, ſordium dæmones, & ipſe ſua poteſtate eiecit, & quibus voluit eyciendi poteſtatem fecit*; & aptè Titelmanus hîc affirmat *Titelm.* ideo talem poteſtatẽ dediſſe illis Chriſtus, vt ipſo viuente, veluti in præludio currerent; quid poſt ipſum eſſent facturi? *voluit adhuc viuente ipſo ad prædicandum, & ſimilia miracula facienda emittere, vt ſic tanquam in præludio quodam bonus præceptor veluti tentaret, probaretque ſuos diſcipulos, & ipſi poſt præceptoris mortem experirentur quomodo ſe per orbem terrarum gererent.* Satis ad rem, ſi conſideras, quæ illis Chriſtus dixit dum redirent gloriantes de ſubiectione dæmonum, admonens non ſe debere de illa gloriari, ſed de electione ad vitam æternam. Ergo vt vanam ab eis omnino eximeret gloriam, voluit vt prius ipſo viuente in prædicatione, & miraculis præluderent.

Et curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem. Per languorem infirmitatem diurnã, & incurabilem intellige; vnde non ſolùm dedit poteſtatem, miraculosè quamlibet infirmitatem curare, ſed inueteratam, ſed incurabilẽ, vt præclarior eſſet poteſtas, & ampliùs doctrina firmaretur. *Ex quo apertè demonſtratur*, ait Remig. *quia vexatio turbarũ* *Remig.* *non fuit tantùm vna, aut ſimplex, ſed varia, & hoc eſt miſereri turbis.* Ex qua doctrina habes iuxta exigẽtiam dediſſe poteſtatem, & ſimul omnes ipſe proſpectas, habuiſſe infirmitates, omnem languorem vt Dominus, vt Deus, vt Pater, prouidumque adhibuiſſe remedium, quando minus turbæ hoc expectabant; vt tu ſimiliter animum reſumas, derelictumque te non dicas in infirmitate ac languoribus iacentem.

Duodecim autem Apoſtolorũ nomina ſunt hæc. Cur Catalogus hîc ponitur Apoſtolorum; litteralis ſenſus eſt Hieron. Auguſt. Euthym. *vt extra hos qui pſeudo-Apoſtoli ſunt, excludantur*, & etiam, vt Chriſtiani Principum ſuorum ſcirent nomina, addo, vt rectè Abulenſ. *quæſt.* 27. ad honorem ipſorum Apoſtolorum; nam, vt rectè ipſe ait, *Viri illuſtres, & famoſi ab omnibus cognoſcuntur ex nomine, cæteri autem & turba, quorum origo & geſta obſcura ſunt, licèt cognoſcantur vt homines, eorum tamen nomina ignorantur.* Vnde tantum cæteris Sanctis Apoſtoli præcellunt, quantum Principes à reliqua turba: hinc, vt bene idem author, *Moyſi Deus, Noui te ex nomine.* Singularem, & præcipuam eius præ toto populo ſanctitatem ac maieſtatem innuens, *ad oſtendendum*, ait Abulenſ. *quòd Moyſes ſibi erat valde acceptus, dixit ei: Inueniſti gratiam coram me.* Sed de hac re alibi diſſeruimus.

Hieron. *Auguſt.* *Euthym.* *Abulenſ.*

21. *Catalogus Apoſtolorum cur ab Euangeliſta ponitur.*

Primus Simon, qui dicitur Petrus. Optimus locus

Laur. Aponte in Euang. Matth. Tom. II.

ad primatum Petri ſtatuendum contra hæreticos; affirmando duo certiſſima. Primum contra Bezam ly *Primus*, non eſſe quid additum, vt inſanè ipſe mentitur, cùm, vt bene Maldon. ſi ab aliquo, ſanè ab homine Græco; at qui fieri potuit, vt Græcus dignitatem afferret Papatui, dum ipſi contra illum ſemper infenſi. *Secundò* ea facilitate, qua illud aſſerit, negatur, oportebat hominem belluam antiqua manu ſcripta in medium afferre; antiquas Patrum lectiones producere, at tantum poſt eorum vinum illud ex ſuo cerebro aſſerere. planè ſtultum: ſtatuatur ergo ly *primum* Euangeliſtam appoſuiſſe. 22. *Petri primatus ſtatuitur.*

Secundum autem, apud me ſic certum eſt, vt præcedens omnes Euangeliſtas non ſolùm Matthæũ, quoad perſonam Petri, ordinem dignitatis inſpexiſſe, ſicut indignitatis in Iuda proditore; nam cùm tunc ſcriberent quando Petrus vti eorum caput ipſos & totam ſimul regeret Eccleſiam, vt patet ex Apoſtolorum actis, ideo ex veneratione, & recognitione ſuperioritatis Petri primum ei ſemper dederunt locum, ſicut Iudæ poſtremum; poſt quem parum poſtea de cæteris curarunt, cũ inter ſe pares eſſent in dignitate. Ex quo factum vt nota prioritatis Petrus inſignitus, non curarunt amplius poſtea addere numerum ſecundum, nempe & tertium. *Secundò* ad hoc amplius confirmandum, aduertendum, omnes Euangeliſtas non ſimpliciter nominaſſe Simonem, quod erat à natiuitate proprium eius nomen, ſed ſimul addidiſſe *Petrum*, quod nomen illi à Chriſto impoſitum, ob dignitatem eius futuram, vt infrà dicemus; non ſic omnes Euangeliſtæ de cæteris, etiamſi & cognomen à Chriſto eſſent ſortiti, vt de Ioanne, & Iacobo patet, quod à Chriſto *Boanerges* ſunt dicti, nam ſolùm Marcus illud affirmat, non verò Lucas, & illud præcipuè; vt tantorum Apoſtolorum etiam dignitatem indicaſſet; ergo cùm omnes in vnum conſpirent, in nominando non ſimpliciter Simonem, ſed Petrum, nomen illi glorificum, fit, vt omnes ad dignitatem eius aſpicerent: Quod excellẽter dixit Caiet. *Solus* *Caiet.* *Petrus, ait, ordine inſignitur, & deſcribitur primus, ad inſinuandum valde ſpectare ad Chriſtianam notitiam ſcire primatum Petri, nulliuſque momenti eſſe noſſe ordinem Apoſtolorum inter ſe, ac ſi apertè dixiſſet: Scitote primum, Petrum quidquid ſit de alijs, propter quod nullum deſcripſi ſecundum, & tertium, ex hoc ipſo ſignificans, quod primatum Petri ſuper alios intendebat Euangeliſta ſignificare.* hoc, inquam, apud me ſic eſt certũ, vt primum, ſcriberemque ſi inter hæreticos, vti Mald. qui optimè hoc confirmat, & ante illum Ianſen. quos adhibe ſi negotium tibi faceſſit; ſicut & quare diſcordant inter ſe Euangeliſtæ in ordine numerationis. Vide Abulenſ. *hîc quæſt.* 29. nam nos aliò properamus.

Primus ergo Apoſtolorum *Simon, qui dicitur Petrus*, multis equidẽ nominibus nominatur Petrus, 23. vt bene obſeruat Abul. *q.* 30. in Euangelia, aliquando *Simon* ſolùm, vt Marc. 1. & Luc. 4. aliquando *Petrus*, vt infrà 16. aliquando *Cephas*, & ſic vocatur à Chriſto *Ioan.* 1. aliquando *Simõ Ioannis*, vt *Ioan.* 21. aliquando *Simon Bar-Iona*, vt *infrà* 16. Tandem aliquando *Simon Petrus*, vt *Ioan.* 6. Ex his autẽ nominibus, vt bene obſeruat idem Abul. ſolum nomen *Petrus* myſterium in ſe continet, ſeu nomen *Cephas*, cùm idem ſit *Cephas* Syriacè, quod *Petrus* latinè; myſterium autem ſtat in eo, quod illi dixit Chriſtus, nempe; *tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* in quibus ſumma eius conſiſtit dignitas, vt ibi dicemus.

Petrus quibus nominibus nominabatur.

Abulenſ. Quare autem Chriſtus Simoni nomen mutauit, appellans eum Cephas, duas rationes affert Abulenſ. *Prima* ad ſignificandum eius futuram excellentiam, quia Princeps Apoſtolorum factus, ſummum accepit Pontificatum, ideo Cephas, ſeu Petrus, dictus à ſumma eius firmitate. *Secunda* autem ratio, vt ab alio Apoſtolo, qui Simon etiam vocabatur, diſtingueretur. Rupert. ſatis etiam ad rem, ideo hoc feciſſe, vt ſe Deum demonſtraret, eundem qui in veteri Teſtamento, Iacob nomen mutauit in Iſraëlem. *huic vni*, ait, *ex omnibus in nouo Teſtamento nomen commutauit, ipſe eſt qui ſimiliter vni in veteri Teſtamento nomen commutauit, vt qui vocabatur Iacob, vocaretur Iſrael.* Poſt quæ affirmans

Rupert.

24. *Chriſtus cur nomen Petro mutauit.*

Chriſtum Dominum noſtrum ſecundùm ſpiritum eſſe Patrem noſtrum, ſicut Iſraël ſecundùm carnem antiquorum Patriarcharum pulchre figuram ſequens ait, *Pulcherrimum in hoc myſterio eſt ſpectaculum, quia Pater ille ſecundum carnem principium multitudinis duodecim filios, hic autem ſecundum ſpiritum, principium Chriſtianitatis duodecim genuit Apoſtolos, & ſicut illi patri ſecundum carnem, ſic iſte non ſibi, ſed vicario ſuo priſtinum commutauit nomen, ipſo ſoliditatem Eccleſiæ, vel fidei Catholicæ præfigurans.* Ex

25. *Nulla, triſti actio Deum eum non prædicat quantumvis minima.*

quibus habes, non ſolùm ſe Deum Chriſtum prodere ex numero Apoſtolorum, vt dicebat Tertull. ſed etiam ex impoſitione nominum; dum ſicut primo illo parenti populi Iſraëlitici nomen Deus aliud impoſuit, ſic & hic tanquam Deus parens iſte noſter diuinus primo ſuo vicario, ac populi Chriſtiani totius, poſt Chriſtum primo parenti nomen impoſuit, vt ſic teſtatum relinqueret, nullam ſuam extitiſſe actionem, quantumuis minimam, quæ non eum Deum diceret, ac Meſſiam promiſſum.

26 *Andreas cur poſt Petrum nominatus.*

Et Andreas frater eius. Poſt Petrum Matthæus ſtatim Andream nominat, ad eius maximum honorem, vt ait Chryſoſt. dicens *Non parua hæc laus eſt, Petrum enim denominauit à virtute, Andream verò à nobilitate.* Nam, vt bene Abulenſ. *q.* 31. per inhærentiam cum viro famoſo fit aliquis famoſus, qualis amplior honor, quàm fratrem eſſe illius Petræ, quam Deus ad fundamentum ſuæ elegit Eccleſiæ.

Chryſoſt.

27. *Nominis differentia Petri, ac Boanerges, qualis.*

Iacobus Zebedæi, & Ioannes frater eius. Marc. *cap.* 3. *n.* 17. addit, *& impoſuit eis nomina Boanerges, quod eſt filij tonitrui.* ergo non ſolùm Petro Dominus nomen impoſuit, ſed etiam iſtis ſanctiſſimis Apoſtolis; ſed duo obſeruanda in hac re, quod etiam obſeruat Barrad *tom* 2. *lib.* 6. *c.* 14. vnum nomen duobus Apoſtolis poſuiſſe, at Petro ſoli vnum. *Secundò* obſeruandum, niſi hîc nullibi hos ſanctiſſimos Apoſtolos ſic nominatos; at Petrus firmiter ſic ſemper dictus. Cur hoc? Sanè, mea ſententia, cùm nomen *Petrus* impoſitum ſit ex effectu futuro, ſcilicet ex perpetuitate in primatu, ac primò fundamento firmitatis; ideo ſemper illi relictum, tanquam proprium ſtigma, & peculiaris eius prærogatiua; at verò quia *Boanerges* non impoſitum iſtis ſanctiſſimis Apoſtolis, ex effectu primitatis, ſed prædicationis, vt mox dicemus, quæ etiam communis cum cæteris Apoſtolis, quia aut ex modo, aut ex myſteriis ſe eleuabat, non tamen ſic vt ex illa abſolutè cognoſci poſſent; ideo proprio nomine eos ſemper appellarunt. Ex quo amplius confirmari primatus Petri poteſt, vt ſuprà diximus, & quanta ratione ſanctus Euangeliſta, non ſolum *Petram* appellauit, ſed notam eius dignitatis illam appoſuit, nempe *primus.* Cur autem dicti hi fratres Boanerges, mox dicam, ſi prius cur Iacobus eius frater maior dicatur.

Barrad.

28. *Iacobus Zebedæi, cur maior dicatur.*

Breuiter cum Abulenſ. *q.* 33. ob tres rationes. *Prima*, quia prius vocatus ad Apoſtolatum, quàm alter Iacobus Alphei. *Secunda*, quia familiarius à Chriſto tractatus, quam alter, vnde electus ad transfigurationem, ad orationem horti, & ſemper cum Petro in omnibus iungebatur, tanta familiaritate, vt auderet, ait Abulenſ. & primatum ſeſſionis à Chriſto petere. *Tertia* tandem, ob martyrium; nam primus omnium Apoſtolorum pro Chriſto ſanguinem fudit.

Abulenſ.

29. *Iacobus & Ioannes cur Boanerges dicti.*

Hic autem talia, ac tantus vir fratrem poſſedit Ioannem natu ipſo minorem, quem ſic diligit ſanctiſſimos Chryſoſt. vt impatienter ferat, poſt Iacobum nominatum; vnde ait, *vide autem, quia non ſecundum dignitatem ordinat, mihi enim videtur Ioannes, non alijs ſolum, ſed etiam fratre maior eſſe.* Ex quo deduci poteſt non omnis contra illos excandeſcendum, qui ex deuotione, affectu, ac propenſione in aliquem Sanctum, maiorem cæteris eum prædicant. Sed ad rem, *Boanerges* hi duo fratres à Chriſto Domino ſunt dicti, hoc eſt, *filij tonitrui*, ſeu, vt vult Ianſen. in concordia c. 39. *filij tumultus & ſtrepitus*, non enim cuiuſcumque, ſed tonitrui, quare autem ſic dicantur, multi multa. Euthym. quia ambo diuina tonarunt dogmata; Iacobus tali feruore, ſtrepitu, energia, ac efficacia, vt ob id præcipuè, vt vult Ianſen. ab Herode occiſus in gratiam Iudæorum præ alijs omnibus illis infenſus. Ioannes autem, quia, vt vult Caiet. *per ipſum intonuit mundo, in principio erat Verbum; & Verbum caro factum eſt.* Theophylact. vult appellari filios tonitrui, *vt præcipuos prædicatores, & maximè Theologos*, idem & Carthuſ. quia Chriſti transfigurationem videre meruerunt, vocemque Patris tanquam tonitruum audire; nam *hæc vox appellatur tonitruum*, ait, idem ait Beda. Nazianz. orat. 44. *quia ſpiritualia intonauerunt.* Hugo Card. in Marc. filium tonitrua appellatum, ait Iacobum, prius per prædicationem, nunc per fratres S. Iacobi. *Tonat, ait, Iacobus modò per fratres S. Iacobi, iuxta illud Iſaiæ 27. qui egrediuntur impetu à Iacob, implebunt faciem orbis ſemine.*

Chryſoſt.

Ianſen.

Euthym.

Ianſen.

Caiet.

Theophyl.

Carthuſ.

Beda.

Nazianz.

Hug. Card.

Tenuitatem meam fateor, ſeu malum ſaporem, etſi tantorum Patrum intelligentias venerer; nulla mihi arridet cum *Boanerges*. reperio, non tantum dicere *tonitruum*, quantum *filij tonitrui.* ergo non ipſi tonarunt, ſed filij fuere alitonantis. Ergo alia via ingrediendum; mea ſententia ampliuſque literali per tonitruum, ipſum intelligendo Chriſtum præ cæteris diſcipulis hos veluti filios habentem; itaque ſic eos, quaſi ex præcipua, ac ampliori dilectionis teneritudine vocans, quaſi, etſi cæteri diſcipuli hi, eius filij; de Iacobo patet ex his quæ ſuprà ex Abulenſi adduximus; de Ioanne autem ſuperfluum eſt illud probare, cùm dilectionis nota inſignitus præ cæteris diligebatur vt filios, non robuſtiori dilectione, nam vt ſic Petrus amplius dilectus, ſed teneriori: hinc præcipuè eius filius dictus, immo ſi aliquid præſagire licet, æſtimo ex prærogatiua Ioannis talis dilectionis frater eius Iacobus inſignitus, cùm par equidem fuit vt cùm eſſent fratres, nulla inter eos inuidiæ amaritudinem vnius nomen ſuſcitaret; vnde ille, qui princeps erat pacis, & ad illam ſtatuendam venerat, cùm præ cæteris vt filius habiturus erat, Ioannes noluit ſolum tali nomine inſignire, ſed cum ſocietate germani, vt ſicut natura, ſic eſſent ex cõcordia fratres. Quod autem Chriſtus Dei tonitruum dicatur, nemo eſt qui neſciat, *Ecce hæc ex parte dicta ſunt viarum eius.* Beatus dixit Iob c. 26. n. 14. *& cùm vix paruam ſtillam ſermonis eius audierimus,*

30. *Chriſtus tonitruum.*

mut, quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri, in quo loco ſanctiſſimus Gregorius per tonitruum magnitudinis Chriſtum intelligit in humana carne, vna tantùm voce in horto deiicientem inimicos *vocem ſolummodo mitiſſimam reſponſionis edidit, & armatos perſecutores ſuos protinus in terram ſtrauit.* Quid ergo faciet ſanctiſſimus quando in maieſtate veniet? at ſunt alia centum loca idem affirmantia; cùm ergo Chriſtus tonitruum, iſti autem ſanctiſſimi Apoſtoli præ dilectione vt filij habiti; quid aliud quærimus, niſi ideo filios dictos tonitrui affirmare, quia præ cæteris à Chriſto dilecti. ſic cogitabam. — *Gregor.*

31. *Philippus quis, & Bartholomæus.* *Philippus & Bartholomæus.* Philippus fuit Galilæus è Bethſaida ciuitate Andreæ, & Petri illuſtria ex interrogatione Chriſti *Ioan.6.* quando eum interrogauit; *vnde ememus panes?* & *Ioan.14.* Chriſto dixit, *Domine oſtende nobis patrem.* Ex quibus omnibus patet Chriſto familiarem fuiſſe.

Bartholomæus autem fuit etiam Galilæus, non Syrus, Regiſque Syrorum nepos, vt inaniter conijcit Petrus de natalibus, quem rectè confutat Barradas *tom.2.lib.6.cap.14.* & Abulenſis, illuſtris ſatis ex martyrio. — *Barrad. Abulenſ.*

32. *Thomas & Matthæus, qui.* *Thomas & Matthæus publicanus.* Thomas autem Apoſtolus *Ioan.20.* appellatur etiam *didymus.* Abulenſis teſtatur non fuiſſe vocatum, ſed Chriſto ob eius prædicationem inhæſiſſe, & poſtea ab ipſo electus illuſtris, tum ex illis verbis Ioann.11. *eamus & nos, & moriamur cum illo*, tum ex contactu iſto diuino *Ioan.20.* Vnde Remigius, *quo diutius dubitauit & profundius effectum Dominicæ paſſionis credidit, & myſterium diuinitatis agnouit.*

Idem. 33. *Matthæi humilitas quanta.* Hieronym. Matthæus autem quis & qualis, ſatis ſuprà conſtat, vir illuſtris, vt ait Abulenſ. à Hieronymo, in catalogo virorum illuſtrium poſitus, in quo præter Petrum paucos alios Apoſtolos inter illuſtres viros poſuit; hic autem ſufficit ſolum authoritatem Hieronymi addere ſummam huius ſanctiſſimi adnotantis humilitatem, dum ſe, & poſt Thomam nominat, & publicanum prædicat. *Cæteri Euangeliſtæ*, ait Hieronymus, *in coniunctione nominum primum ponunt Matthæum, poſtea Thomam, nec publicani nomen aſcribunt, ne antiquæ conuerſationis recordantes ſuggillare Euangeliſtam viderentur; iſte verò & poſt Thomam ſe ponit, & publicanum appellat, vt vbi abundauit peccatum, ſuperabundet & gratia.*

34. *Iacobus Alphæi & Thaddæus qui.* *Iacobus Alphæi & Thaddæus.* De ſancto Iacobo qui *minor* dicitur, ad differentiam maioris, ob rationes ſuperiùs adductas ex Abulenſi; & *Alphæi*, hoc eſt, filius Alphæi; ad diſtinctionem etiam alterius, qui Zebedæi erat, ſtatuendum *primò*, illum ipſum eſſe qui à Paulo ad *Galat.1.* appellatur *frater Domini.* ſic Hieronymus aduerſùs Heluidium, Beda *Luc 6.* D. Iſidorus *lib.6 de Patribus noui Teſtamenti.* D. Thomas *ad Galat.1.* & Barrad. *vbi ſuprà*, quam ſententiam ex ſenſu Eccleſiæ in Breuiario confirmat, & rectè Barrad. qui non alium Iacobum fratrem Domini cognoſcit, vt volebant Græci *in ſuo monologio*, qui duos cognoſcebant, hunc & alterum, quem fratrem Domini dicebant; at firmiter cum Eccleſia tenendum, hunc Iacobum illum ipſum eſſe, qui frater Domini dicebatur; ideo ſecundùm Hieronymum, & quamplurimos, quia natus ex altera Maria, quæ vocabatur *Maria Cleophæ*, aut quia Alphæus & Cleophas idem erat, ait, quia mortuo Alphæo Cleopham duxit, vt ait Rabanus, & ex illo Abulenſ. *hic quæſt.38.* quæ Maria ſoror erat matris Domini, ſicut altera Maria mater alterius Iacobi & Ioannis; itaque in eodem gradu affinitatis erat cum Chriſto, quo Iacobus, & Ioannes; ob quod frater Domini dictus; de cuius ſanctitate, & inter cæteros Apoſtolos magnitudine, mira Sancti dicunt. *Primus* Hieroſolymorum Epiſcopus, qui ob eius miram ſanctitatem vocabatur iuſtus, vt affirmat Hegeſippus *lib.1. hiſtoriæ Eccleſiaſt. apud Euſeb cap.13.* dicens. *Iacobus frater Domini iuſtus ab omnibus à temporibus Domini ad nos vſque dictus;* hic *ex vtero matris Sanctus erat, vinum, & ſiceram non bibebat, neque animato aliquo veſcebatur*; in qua authoritate adnotanda ſunt verba illa, *hic ex vtero matris ſanctus erat*; non ſonari ſanctificationem in vtero vt aliqui præſumunt, ſed ex vtero; innocentiam ſemper à circumciſione, ſeruans, ac ſanctitatem, ſicut nunc aliqui ſancti, qui nunquam baptiſmalem ſanctitatem amiſerunt. De hoc etiam Chryſoſtomus *homil 5* ſic ait. *Tam fuit Iacobus admirabilis, vt Epiſcopatum primus acciperet; aiunt genua eius obduraſſe callo, tantamque in eo fuiſſe carnis incuriam, vt adhuc viuentis omnia ferè membra morerentur, atque aſſiduitate orationis, iugique ad pauimentum proſtratione corporis; frontem quoque eius callo ſimiliter adductam, vt nihil ferè, à cameli genibus ſi duritiem ſpectes diſcreparet.*

Idem. Beda S. Thom. Barrad. — 35. *Iacobus cur frater Domini dictus.* *Raban. Abulenſ.* — 36. *Eius mira ſanctitas.* — *Chryſoſt.*

Adde ad hoc, vt ſicut ait Hegeſippus *vbi ſuprà*, ob eius admirabilem ſanctitatem concedebatur, vt in ſancta ſanctorum ingrederetur. *Soluſque ingrediebatur in templum, & flexis genibus pro populo deprecabatur.* Quam laudem ſupra omnem iudico; conſiderato, quòd nemini vnquam tale quid conceſſum legimus, vt ſcilicet in ſancta ſanctorum ingredi poſſit; quem locũ ſolus ſummus Sacerdos, & hic ſemel in anno ingrediebatur; at licèt hoc de ſolemni intelligatur ingreſſu, tamen nulli aditus patebat priuato, niſi Sacerdotibus, ad locum detergendum, quapropter iſti ſanctiſſimo, ſicut & Virgini Mariæ aliqui piè volunt vt talis pateretur aditus, verè ſummum, & indicibilem eius indicans ſanctitatem, qui ſimul nunquam lineis, ſed ſemper laneis vtebatur veſtibus, vt ſit idem author.

Abulenſ. *quæſt.38.* præclara affirmat de hoc ſanctiſſimo Apoſtolo, illum poſt Petrum appellans primum inter Apoſtolos, ob eiuſque inter cæteros præeminentiam, à cæteris in Epiſcopum Hieroſolymitanum electus. *Iſte Iacobus habebatur*, ait, *tanquam præcipuus inter Apoſtolos eo tempore, quo omnes erant congregati in Iudæa poſt mortem Domini; & quia erat tam excellens meritis, omnes Apoſtoli elegerunt concorditer in Epiſcopum Hiereſolymitanum;* addit, quòd erat, quaſi inter Apoſtolos caput (excipe Petrum.) Probat, quia primus in Concilio Apoſtolorum *Actorum 15.* protulit definitiuam ſententiam, tandem ex Paulo *ad Galat.2. & 1. ad Corinth 15.* in quibus locis cum Petro & Ioanne, & magnum illum appellat, & Eccleſiæ columnam; qui ait, *ſcripſit primam de ſeptem Epiſtolis Canonicis. nam Iacobus Zebedæi nullam ſcripſit.* Licèt aliqui ex neotericis hanc Epiſtolam Iacobo maiori adſcribere conentur, quod ſanè poſt Tridentinum Concilium affirmare neſcio an tutum ſit. Sanctiſſimum enim Concilium, matura, diligenti, ac ſubtiliſſima indagine omnes ſacras, & Catholicas Scripturas *ſeſſione quarta* definiuit, inter quas, hanc Epiſtolam reponens ſimpliciter dixit, *Iacobi Apoſtoli vna.* at *ſeſſ.14. de extrema vnctione cap.1.* veluti ſe declarans, addit, *Domini fratrem.* Vnde de inſtitutione ſacramenti loquens, *apud*

Abulenſis. — 37. *Hic Iacobus Epiſtolam ſcripſit Canonicam, non alter.*

Marcum quidem, ait, *inſinuatum, per Iacobum autem Domini fratrem fidelibus commendatum.* Dicere autem in hoc loco Concilium aut per tranſennam loquutum, aut per Domini fratrem Iacobum maiorem intellexiſſe, dicitur, ſed non ad mentem Concilij; cùm ex traditione à temporibus Concilij vſque huc nullus extitit, qui in controuerſiam hoc poſuerit, Concilium ſcilicet per fratrem Domini Iacobum minorem non intellexiſſe, ſed maiorem, eo vel maximè, cùm hic Iacobus frater Domini appelletur, non ex humano inuentione, ſed ex Pauli Apoſtoli & Marci 6. authoritate, qui ad Galatas 2. *fratrem Domini* eum appellat; at quidquid de hoc, communis Patrum ſententia

Abulenſ. Hugo.

eſt hunc Iacobum, vt ait Abulenſ. Epiſtolam ſcripſiſſe, qui, vt ait Hugo Cardinal. *doctus fuit, & filius docti.*

38. *Thaddæus quibus nominibus vocatus.*

De Thaddæo autem dicendum eſt eum Abulenſi *quæſt.* 39. variis nominibus fuiſſe appellatum; aliquando Thaddæus, vt *hic*, & *Marc.* 3. aliquando Iudas Iacobi *Luc.* 6. & *Actorum* 1. qui ſic vocabatur, quia frater erat Iacobi minoris: in eodem gradu affinitatis cum Christo ac Iacobus Vnde infrà *cap.* 13. Iudas & Iacobus ponuntur fratres; & Marc. 6. *Nónne mater eius dicitur Maria, & frater eius Iacobus & Ioſeph Simon & Iudas*; non tamen, ait Abulenſ. *ſolet vocari frater Domini, quia Iacobum vocamus fratrem Domini, eo quòd ad Galat.* 1. *ſic eum vocat Apoſtolus.* Tandem aliquando eſt vo-

39. *A Christo ad Abagarum miſſus.*

catus *Lebbæus*, quod interpretatum ſonat *circulum*, vt vult Rabanus, hinc vult Hieronymus à Christo fuiſſe miſſum ad Abagarum Regem, vide apud illum, & Abulenſ. *hic.*

40. *Simon qui, & cur Thaddæus dictus.* Abulenſ.

Simon Chananæus. Cur hic ſanctiſſimus Apoſtolus dicatur Chananæus, in controuerſiam ponunt aliqui, affirmantes ſic dici, quia natione eſſet Chananæorum: multis hoc improbat Abulenſ. *quæſt.* 40. & veriſſimè exiſtimo tanquam certiſſimum affirmandum omnes Apoſtolos fuiſſe Iudæos. Cum Hieronymo ergo ſentiendum reliquiſque dici Chananæum, quia oriundus ex Chana Galilææ; ob quod etiam vocatur *Zelotes, Luc.* 6. *& Actor* 1. quia Chana in Hebræo, zelus eſt in Latino; hic poſt mortem Iacobi electus fuit in Epiſcopum Hieroſolymitanum poſt Euangelium Christi prædicatum Ægypto, & vſque ad centum & viginti annos vitam ſuam protrahens tempore Traiani Imperatoris, crucifixus eodem die, quo Iudas frater Iacobi; licèt non eodem loco, neque anno, & dicitur Chananæus, ſiue Zelotes ſemper, ad differentiam Simonis Petri.

41. *An frater Iacobi Alphæi.* Abulenſis.

Tandem hunc faciunt fratrem Iacobi Alphæi, & eadem conſanguinitate cum Christo iunctus, qua Iacobus filius eiuſdem Mariæ. nam ſic videtur eum dicere Marc. *vbi ſuprà*; impugnat Abulenſ. quia fratres Domini ait fuiſſe ex Nazareth, nõ ex Chana; quaſi nõ potuiſſet Simon naſci in Chana Galilææ, vbi Maria, & Christus vocati ad nuptias vt affines; non ergo multum officit Abulenſis impugnatio. Itaque, vt vides, ex dictis quinque Christi cognatos in Apoſtolatum ab eo aſcitos eſſe; tamen nullum eorum ad primatum elegiſſe; cur hoc? Reſpondet Ianſen. *Decens Epiſcopum ſine*

Ianſen.

42. *Chriſtus quot parentes in collegio poſuit.*

perſonarum acceptione ad ſacra myſteria rectè aſſumere carne ſibi propinquos; modò illi atque alij ad ea idonei ſint, non tamen inter primos Apoſtolos cognatos ſuos conſtituiſſe, ne videretur carnalis conſanguinitatis habuiſſe rationem, & reſpectum.

Et Iudas Iſchariotes, qui tradidit illum. Iam ad ſanctiſſimi collegij fæcem, & ſentinam deuenimus Iudam Iſchariotem, de quo primò quæritur,

43. *Iudas cur dictus Iſchariotes.*

cur ſic dictus? Hieronymus *hic* affirmat, *vel a vico, vel ab vrbe, in qua, vel à tribu Iſachar, ex qua ortus.* Barrad. ex authoritate Hieronymi affirmat dici Iſcharioth ab oppido *Iſcarioth* in tribu Ephraim.

Hieron. Barrad.

Aliqui alij putant, ſic nominatum à ciuitate Charioth Tribus Iudæ, cuius mentio fit *Ioſue* 15. qui licèt tunc dicebatur Charioth, poſtea tempore Christi nominabatur *Iſcharioth*, ſic Barradas: hæc opinio mihi magis placet; non alia ratione, niſi quia malitiam huius perfidi auget, ac ſummam Christi patientiam; dum traditus non ſolùm ab Iſraëlita, & homine eiuſdem nationis, ſed etiam Tribus, ex quo propriiſſimè verificatur illud Pſal. 54. num. 14. *Tu vero homo vnanimis dux meus, & notus meus.* Qualis amplior amicitia, quàm eiuſdem eſſe non ſolùm populi, ſed Tribus. Vnde licèt quando populus Iſraël ob Abſalonem à Dauid defecit, iuſtè notatur, tamen ampliori nota, vt etiam Tribus Iuda à qua oriundus; hinc ne hæc circunſtantia maioris doloris Christo deeſſet, voluit tradi, non ſolùm ab homine eiuſdem nationis, ſed Tribus; vt nos libenter ſufferremus etiam quando traditi ab vonis moris in domo.

44. *An ſemper malus.* Abulenſ.

In quæſtionem vertitur, an ſemper improbus, & vt ſic etiam in Apoſtolum electus; an verò bonus quando electus, poſtea malus ſua culpa effectus? Abulenſ. *quæſt.* 45. multis probat etiam fuiſſe malum quando in Apoſtolum electus, citantur pro hac ſententia Auguſtin. *in Pſalm.* 34. *concion. prima tom* 8. *& in Ioann. tom.* 9. & Beda; ſed clarè non loquuntur; apertè pro illa eſt Rupert. *Ioan.* 6. vbi ſic, *filius perditionis nunquam bonus fuit, nec de bono electo malus factus eſt, ſed quia malus erat, idcirco ad opus neceſſarium ab eo, qui malis bene vti nouit, electus eſt, & apud illum pro malo ſemper habitus eſt, malo, inquam, non nequitia naturali, ſed vitio accidentali.*

Rupert.

Hæc ſententia nullo modo mihi placet, & neſcio quid inconueniens in ſe habet, vt dum de electione agitur ad munus Apoſtolatus, ſcienter vellet Christum eligere malum, & peſſimum, cùm infiniti alij adeſſent boni diſcipuli, & quamuis Christo infinitas poterant alias ſubeſſe iuſtiſſimas cauſas ad illum eligendum, ſine vllo inconuenienti, vt eas affert Abulenſis; tamen neſcio quid durum reſonat, malumque affert odorem ad electiones malas confirmandas, ſeu, vt meliùs dicam, non omnino efficaciter abhorrendas, dum & in actu malum videmus Christum elegiſſe, poſtpoſitis infinitis bonis diſcipulis, qui tunc Christo adhærebant; adde, nam vt bene Salmeron, ſi Christus ſua electione indignos, dignos faciebat, quomodo credendum, vt indignum eligeret ſemper in eadem indignitate permanentem? neque rationes Abulenſis aliquid faciunt, cùm omnes congruant etiam Christi præſcientiæ, qui malum futurum præſciens, tamen elegit, ob rationes, quas infrà adducemus. Qu propter

Melior, & amplius vera eſt ſententia illorum, qui dicunt, Iudam bonum fuiſſe, quando ad Apoſtolatum electus, ſua culpa poſtea malum extitiſſe, ex auaritia, ac aliis peſſimis paſſionibus, vſque dum in barathrum proditionis incidit, nullumque lapidem Christum non mouiſſe, vt ad cor eum redigeret; huius ſententiæ eſt Theophylact. Ioann. 6. *Nam ſemper*, ait, *erat Iudas malus, ſed fuit aliquando ſancta voluntatis*, idem ſentit Cyrill.

Theophyl. Cyrill.

lib. 4.

Hieron. *lib. 4. in Ioann. cap. 30.* Idem ſentit Hieronymos *lib. 3. contra Pelagian.cap. 2.* qui dans rationem, cur elegerit Iudam, ſciens futurum malum, *quia*, ait, *Deus præſentia indicat, non futura, neque condemnat ex præſcientia, quem nouerit talem fore, qui ſibi poſtea diſpliceat; ſed tanta bonitatis eſt, & ineffabilis clementia, vt eligat eum, quem interim bonum cernit, & ſcit malum futurum, dans ei poteſtatem conuerſionis, & pœnitentia*, & ſimilia habet in Ezechielem *cap. 10.* probans exemplo Saulis. Idem tenet Euthymius Ioannis Chryſoſtom. homilia de pœnitentia, *Iudas*, ait, *Apoſtolus erat, ſed pigretans factus eſt proditor.* Idem aſſirmat Lyran. Salmeron, Barrad. & Maldonat. infra *cap. 16.* de proditione Iudæ.

Euthym. Chryſoſt. Lyran. Salmer. Barrad. Maldon.

Hanc ſententiam, vt dixi, veram exiſtimo, rationibus ſuprà factis, & duo aduertenda, *primum* de electione agi in Apoſtolatum, non ad diſcipulatum; cùm ad diſcipulatum etſi malus potuit admitti vt bonus fieret, ſicut & effectus eſt. *Secundum* autem eſt, quòd ſi bonus electus diu ante proditionem malus effectus, vt patet ex *Ioann. 6. num. 71.* vbi Chriſtus diſcipulis, *Nónne ego vos duodecim elegi, & tamen ex vobis vnus diabolus eſt?* quod de Iuda intellexit; vnde ſequens Euangeliſta ait, *Dicebat autem Iudam Simonis Iſchariotem, hic enim erat traditurus eum, cùm eſſet vnus ex duodecim.* & ſupra num. 65. *Sunt quidam ex vobis qui non credunt; ſciebat enim ab initio Ieſus qui eſſent non credentes, & qui traditurus eſſet eum.* Quod cùm eſſet in primo anno prædicationis Chriſti, nam in iſto ſermonem habuit de ſanctiſſimo, cùm ferè omnia quæ Ioannes ſcribit, primi fuerint anni, teſtat vt multo tempore in Apoſtolatu hominem ſic iniquum Chriſtus Dominus noſter ferret. *Ad oſtendendum*, vt ait Abulenſ. *immenſam manſuetudinem, & viſcera miſericordiæ Chriſti, fuit quippe ineffabilis, ſi quis dignè aſuerat quotidie cum illo comedere, & bibere, & beneficia magna præſtare ei, nec turbabatur vultus eius, aduerſus illum, ſed cum omni manſuetudine illum tolerabat, & dulciter loquebatur illi, nec ſe in aliquo ſubtrahebat ab eo, quem tamen ſciebat eſſe virum nequiſſimum.* Ex quo optimum educit documentum; vnde ſequens ait, *quæ ſi quis diligenter conſiderauerit, non poterit de Chriſti miſericordia, etiam commiſſis grauibus rebus diffidere.*

45. *Chriſtus multo tempore ſuſtinuit Iudam malum in Apoſtolatum.*

46. *Cur præſciens malum illum elegit.* At cur Chriſtus præſciés Iudæ malitiam, in Apoſtolum illum elegit. *Prima ratio*, quia, vt ſuprà ex Hieronymo dicebamus, *Deus præſcientia non indicat futura, nec ex præſcientia condemnat.* Sanctus Auguſtinus, vt malorum improbitatem nos ferre doceret, *Quia*, inquit, *neceſſe erat, vt malos, ſiue ſcientes, ſiue neſcientes toleremus, exemplum patientiæ præbuit Dominus, ne deficias cùm cœperis inter malos viuere.* & *lib. 18. cap. 49.* aliam affert rationem; *vt ſcilicet, male vtens, bene ſua paſſionis diſpenſationem impleret.* S. Thomas hîc, *vt daret documentum, quod dignitas ſtatus non ſanctificat hominem*; non omnes Religioſi Sancti, quia ſanctus religioſus ſtatus. Item idem Sanctus, *Adnotandum quod vix contingit quin in magna congregatione non ſit aliquis malus.* Rabanus, vt ingratos toleranter pateremur. *Non elegit proditorem per imprudentiam*, ait, *ſed per prouidentiam, vnde voluit ab Apoſtolo ſuo tradi, vt tu à ſocio tuo proditus moderatè feras tuum erraſſe iudicium, & periiſſe beneficium.*

Hieron. Auguſt. S.Thom. Remig.

Qui & tradidit eum. Hæc poſita, ad diſtinguendum hunc Iudam à Iuda Thaddæo, & inſuper vt cæteri denotarentur Apoſtoli boni; tandem vt ante oculos noſtros poneret Sanctus Euangeliſta quo in ſancta congregatione peruenit ille miſer ſua culpa; quia, vt ſuprà ex Chryſoſtomo dicebamus, *Oſcitanter viuebat in Apoſtolatu* vt *caueas*, ait Salmeron, *qui in religione agit ne mores Iudæ imitetur, aut auaritiam in eo de ſuo regnare permittat, ne ſimilis vita exitus, & horrendus illi contingat.* Vbi adnotandum, Iudam ad talem miſeriam veniſſe ob auaritiam, & ob hanc tandem à collegio electum Apoſtolorum; ex quo prudenter admonet Salmeron, quòd ſi Religioſus in ſimile barathrum cadere nolit, in corde ſuo regnare nolit auaritiam, ob quam in ea ſunt opinione multos fieri Apoſtolos; multos tandem in barathrum incidere infernale ob auaritiam; votum emittunt paupertatis, & ex auaritia, ac nummorum deſiderio, ad ſuperflua erogando, & vt plenas arces numorum poſſideant, non ad præcisè neceſſaria, iuxta regulas, & conſtitutiones, inſumendo numos ambiunt, & ſæpe fures ex hoc fiunt, ac latrones. quid ergo mirum, ſi vt mortua poſtea cadauera à religione expellantur.

Chryſoſt. Salmeron.

47. *Ob auaritiam multi periere Religioſi ſicut Apoſtolus.*

Hos duodecim miſit Ieſus, præcipiens eis, dicens: In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis. NVM. 5.

Sed potiùs ite ad oues, quæ perierunt domus Iſrael. NVM. 6.

Senſus litteralis, & moralis.

IN *viam gentium ne abieritis.* Facta legatorum electione, ne omnino inter ſe & à ſuo capite diuiderentur, in vnum præceptis eos aſtrinxit, quæ ad tria capita reduci poſſunt, *primò* vt indignis, & contemptoribus non prædicent. *Secundò* vt Euangelium inſtare, ſeu regnum Dei affirment, quod erit ipſe Chriſtus. *Tertiò*, vt miraculis omnia confirmarent.

Communis quæſtio cur prohibuit nunc gentibus prædicare, cùm poſtea illud inhibuerit, multi multa. Hieronym. *hîc*, Auguſt. *quæſt. 77. vet. Teſtam.* Beda, Strabus & Theophylact. ne vllam Iudæi traherent excuſationem Chriſtum non recipiendi, dicentes Apoſtolos ad hoſtes ſuos miſiſſe. Sanctus Chryſoſtom. *hom. 33.* & Euthym. vt oſtenderet ſe iniuriarum, quas à Iudæis accipiebat, non meminiſſe, *ne exiſtimarent, quia Chriſto conuitiabantur*, ait, *& dæmoniacum eum vocabant, quod propter hoc eos odio haberet, primùm eos emendare ſtuduit.* ex qua doctrina habes, tendentem ad perfectionem, non ſolùm inimicis benefacere debere, ſed etiam cum attentione ſtare, præueniendo ne putent ipſi quòd benefacere eis nolis. Idem Chryſoſtom. *Vt veluti in quadam palæſtra in Iudæa Apoſtoli exercitati ad agonem orbis terrarum intrarent, & veluti pullos debiles ad volandum eos inducens.* Immò non ſolùm hoc aduertit ſanctus, ſed nec ante eos miſiſſe, niſi poſt iuſtam diſpoſitionem, vnde ait: *Attendite opportunitatem miſſionis; poſtquam enim viderunt mortuum ſuſcitantem, mare increpantem, & cætera huiuſmodi, & ſufficientem virtutis eius demonſtrationem ſuſceperant per verba & per opera, tunc eos miſit.* Quæ omnia ſi attentè conſideres, equidem expaueſces quanta facilitate nunc religionum ſuperiores ad prædicandum ſuos mittunt iuuenes inexpertos in virtute

1. *Chriſtus cur prohibuit Apoſtolis ne in viam gentium irent.* Hieron. Auguſt. Beda. Strab. Theophyl. Chryſoſt. Euthym.

2. *Summa perfectionis inimicorum gua.*

3. *Chriſtus quanta circumſpectione Apoſtolos ad prædicandum miſit.*

S. Thom. vl... te notitios. Sanctus Thom. *hic* eam dat rationem in ordine ſecundam, vt à diſpoſitis inciperet; *Dominus*, ait, *infundit omnibus id, ad quod ſunt diſpoſiti, ſed multorum Iudæorum erant tunc diſpoſiti per fidem, & ſicut ignis prius agit in ea quæ ſunt propè, ſic Dominus ex charitate primo voluit in his, quæ propè erant*; omnes iſtæ expoſitiones potius myſticæ

Ianſen. ſunt, quàm litterales, vt bene aduertit Ianſen. litteralis autem, & vera eſt, hoc Chri... in ſe ipſe quatenus ſcripturæ implerentur; quæ ſecundùm Dei ordinationem affirmabant Iudæis primum Chriſtum, & Euangelia deberi prædicare, tanquam filiis regni, ad quos peculiariter facta eſt Chriſti, & Euangelij promiſſio; deinde gentibus, quibus ex miſericordia tantum prædicarent Euangelium, vult Paul. ad Roman. 15. num. 8. *Dico Chriſtum Ieſum miniſtrum fuiſſe circumciſionis propter veritatem Dei ad confirmandas promiſſiones Patrum, gentes autem ſuper miſericordia honorare Deum.* ergo duplici titulo Euangelium Iudæis prædicandum, ex miſericordia, & ex promiſſione, gentibus autem tantùm ex miſericordia. Hinc Chriſtus infrà 21. *non ſum miſſus niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſraël.* Hinc Iudæi dicebantur *filij*

S. Thom. Caiet. Ianſen. Barrad. Salmer. *regni.* Hanc ſententiam tenet Sanctus Doctor in prima ratione, Caietanus *hic*, Ianſen. Barradas *tom. 2. lib. 9. cap. 11.* Salmer. *tom. 4. part. 2. tract. 14.* & alij, veraque eſt ſententia & litteralis.

4. *Præceptum gentibus non prædicandum quantum durauit.* At aduertendum hoc præceptum tantùm durasse dum Chriſtus viueret, & omnis eſſet conſummata perfecta redemptio, & Iudæos indignos eſſe prædicationis, eam reſpuentes. Vnde Paul. Actor. 13. *Vobis primùm oportebat loqui verbum Dei, ſed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ. Ecce enim conuertimur ad gentes, ſic enim præcepit Dominus*, quando ſcilicet *Actor.* 1. eis dixit. *Eritis mihi teſtes in Hieruſalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vſque ad vltimum terræ*; & infrà 28. *euntes docete omnes gentes.* quod præceptum ſic tenaciter ab Apoſtolis ſer-

Salmer. uatum, vt ſicut adnotat Salmeron, per duodecim annos Iudæi inhæſerunt prædicando, antequam ad gentes diſpergerentur; ex quibus primum Eccleſia coaluit Hieroſolymitana, ad cuius exemplar poſtea cæteræ ſunt fundatæ.

Ex his Salmeron vnum elicit documentum, ſecreto Dei iudicio aliquando prædicationem aliquibus differri, quibus tamen in vniuerſum non eſt derogata, ſed ab æterno præordinata eſt diui-

5. *Deus ſæpe conuerſionem differt, non aufert.* nitus. *Nam ſimiliter*, ait, *B. Paulus prohibitus eſt ab ſpiritu prædicare in Aſia & Bithynia, miſſus in Macedoniam*, Actor. 16. *qui tamen poſtea mirabilem fructum in Aſia fecit diſputans per biennium*, Actor. 17. Hæc doctrina ſummopere mihi placet, quia ad mores applicata, mirificè facit ad animum reſumendum ſpiritualium hominum, ſiue etiam peccatorum, qui etſi impensè deſiderent primi, aut ab aliquo eripi miſero ſtatu imperfectionis, ſecundi verò à fæce peccatorum, licèt illud ſummopere procurent, neſcio quo modo illud non aſſequuntur; ne deſperent ergo, quia differtur, non aufertur auxilium; ſicut gentibus, quando Chriſtus Apoſtolis præcepit ne eis prædicarent, non abſtulit, ſed diſtulit prædicationem.

6. *Chriſtus quanta obſeruantia mandata patris eſt obſequutus.* At & ego etiam ad mores alia via incedendo adnoto, ſummam Chriſti obedientiam in explendis mandatis, & ſummam eius perfectionem, ſeu punctualitatem in officio perficiendo dum non p...s accipiebat, quam quod eis demandatum, ad paucułas oues Iſraëlis tunc erat miſſus, & vt tantùm in orbis angulo prædica... de ill... tam gereret patrio, vt hic dicat ... Quid ergo, etſi hoc, etſi ob infinitam ei... par- uus totus erat mundus, etſi infinit... eius amor ob gentes perditas deperibat, tamen in ordine ſe continens, nec ipſe, nec ſui voluerunt, vt ad gétes ſe extenderent, & de illis, non ſibi pro tunc redditis curarent. Mirum & maximum, quod nunc

7. *Epiſcopi ſuas oues deſerentes ob gubernationem ſæcularem in quantum Dei iudicium incidunt.* videmus, & aſpicimus; oues Chriſti Prælatis demandantur, cuilibet ſuæ; illis præceptum, vt de illis curent, eis aſſiſtant, & in viam gentium non ſubeant, negotiiſque ſæcularibus ne ſe immiſceant, & tamen videmus, quòd relictis ouibus quæ pereunt, ad gubernationem ſe ingerunt ſæcularem; quale eis iudicium ex hoc? Quibus ſanè congruit illa Dei ad populum querela Hierem. 2. num. 18. *& nunc quid tibi vis in via Ægypti vt bibas aquam turbidam, & quid tibi vis in via Aſſyriorum, vt bibas aquam fluminis, arguet te malitia tua, & auerſio tua increpabit te.* Sanctam deſerunt Hieruſalem, Eccleſiam ſcilicet propriam ſibi ele... tam, & in viam ſe dant Ægypti, vt ex eius gub... natione fætulentam bibant aquam, bonorum, & emolumentorum arguet eos certè in iudi... u, *Malitia eorum, & auerſio*, quam in ſuis ouibus tenuerunt, *increpabit eos.* Sed ad rem.

8. *Samaritani qui.* *Et in ciuitatem Samaritanorum.* Samaritani fuerunt Gentiles dimiſſi in terram Iſraël à Rege Aſſyriorum poſt captiuitatem ab eo factam 4. *Reg.* 17. quos cùm leones deuorarent, iuſſit mitti ad eum Hebræum Sacerdotem, qui eos H... o ritu Deum colere doceret, quod cum eſſet factum, Deos more patrio colebant, & Deum Iſraël metu leonum. Itaque ſi verè conſideres, iſti nec erant Gentiles, nec Iſraëlitæ propriiſſimè hæreticos ſi dicas, qui nec Turcæ, nec veri Chriſtiani, quatenus non Catholici; Samaritani ergo cùm nec eſſent Iudæi, nec Gentiles, tantum à Iudæis odio proſequebantur, ob templum quod ſibi conſtituerant in monte Garizim, ob quod ſolum dicebant Iudæi poſſe ad vnum interfici, quia contra præceptum Domini qui vnicum tantùm templum mandauerat, conſtitui, *Deuter.* 12. nec extra illud ſacrificare, *Leuit.* 17. ipſi & aliud conſtruxerunt, in quo ſacrificabant; ob hanc ergo cauſam Chriſtus ſicut nec gentibus, diſcipuli prædicarunt, ita nec Samaritanis.

Abulenſ. Tandem aduerte cum Abulenſ. *quæſt.* 47. prohibitum Apoſtolis ingreſſum in ciuitatem Samaritanorum quoad prædicationem tantùm, non verò quoad emptionem ciborum, ſeu tranſitum, & licet legamus *Ioann.* 4. Chriſtum Samaritanis prædicaſſe, obſeruandum tamen ex eodem hoc fuiſſe ante hanc legem, & veluti ab illis coactus, & vt Dominus, vnde propriè, & per ſe nunquam Chriſtus prædicauit, niſi Iudæis.

9. *Iſraëlitæ oues dicuntur.* *Ad oues quæ perierunt.* Vocat *oues* electos ex Iudæis Dei cognitione adhuc deſtitutos, ait Salmer.

Salmeron. Abulenſ. Non placet. Meliùs Abulenſ. *quæſt.* 50. per oues indiſcriminatim intelligens Iudæos, ſiue prædeſtinatos, ſiue non, vt inexcuſabiles omnes eſſent, ſi non crederent, & dicuntur Iſraëlitæ oues, ad differentiam Gentilium, qui canes, in quo lo-

Hug. Card. co Hugo Cardinal. quia nunc debiles Apoſtoli mittuntur ad oues, ſed poſt reſurrectionem ad lupos, ipſi oues, quia virtute Spiritus ſancti roborati.

10. *Chriſtus cur binos miſit Apoſtolos.* Vltimò aduertendum Marcum *cap.* 6. adnotaſſe binos ſuos Apoſtolos miſiſſe *propter mutuam*

conſola

Euthym. Theophyl. Origen.

conſolationem, ait Euthym. *vt fierent promptiores*, ait Theophylactus. nam, vt ait Eccleſ. *melius eſt duos eſſe, quam vnum.* Origen. vt apud Caten. D.Thomæ *Luc.* 1… vt Dei antiquum morem obſeruaret, quod enim ait, *bini famularentur Dei verba, antiquum eſſe videtur, eduxit enim Deus Iſrael de Ægypto per manus Moyſi, & Aaron, Ioſue quoque, & Caleb concordantes pacauerunt prouocatum à duodecim exploratoribus populum.*

Baſil.

Sanctus Baſilius apud eandem Catenam, ne paſſio propriæ opinionis eos deciperet, ſi ſinguli per ſe incederent … *mul etiam per hoc indicauit, quòd ſi aliqui pares ſunt in ſpiritualibus donis, hoc non ſinet in eis præualere propria opinionis paſſionem.* Quid

11. *Viri ſpirituales quantum cauere ſe debēt à propria opinionis paſſione.*

hoc? Quantum ſapio, quantum capio, ſanè ſpiritualibus admonere viris, ne ſic ſupra cæteros ſe eleuent, vt omnino veluti omnes eorum cedere opinioni, & verba eorum ac ſi Dei eſſent præcepta æſtimari, durè contrarium ſentientes, quod & ſæpe vidimus, manibuſque attrectauimus; quid ergo, vt tanto malo occurreretur, ſapientiſſimus Dominus adiungit ſocium parem in ſpiritualibus bonis, parem in ſcientia, ac poteſtate, vt ſic propriæ opinionis paſſio non in eis præualere poſſit. Barrad.

Barrad.

tom. 3. *lib.* 2. *c.* 9. affirmat binos miſiſſe propter honeſtatem; veriſſimum. nam, vt D.Thomas aiebat, Monachum ſolum eſſe dæmonem ſolitarium. Quare illud adnotandum Chriſtum miſiſſe binos diſcipulos, omni virtute inſtructos, ſanctos, & cum poteſtate miracula patrandi, non fiſus ſolos eos mittere, etſi in religione tales ac tantos, & tamen hodie, qui non ſunt Chriſti, ob quod nec eis auxilia dare poſſunt efficacia, iuuenes ſolos, nec perfectos, nec ſanctos, ſic à domibus religioſis emandant, ac ſi non eſſent religioſi.

12. *Religioſi ſoli incedentes quantis periculis ſe exponunt & caſibus infallibilibus.*

Væ ſoli, ait Eccleſ. cap. 4. num. 11. *quia cùm ceciderit, non habet ſubleuantem ſe.* Adnoto ly *væ*, quæ particula, vt ait hîc Pineda, non eſt imprecantis malum, non gementis, nec dolentis, *ſed denuntiantis*, ait, *ineuitabile Infortunium, non ſolùm quia cùm ceciderit, nullus aderit ſubleuator, ſed, quia futurum eſt, vt aliquando cadat*; qui ſenſus

Pined.

… nus & litteralis, vnde ipſe gloſſans verba ſequentia, *qui cùm ceciderit*, addit, *cadet enim*; quod equidem conſiderata humana inconſtantia rerumque caſibus pro certo ſuppoſuit Salmeron. Quis ergo non timebit hoc audiens? Solum aut incedere, aut ſolum ſine comite religioſum è domo emandare religioſa? cùm ex ſententia Spiritus ſancti infallibiliter, (niſi ſpeciali prouidentia aliter eueniat) cadet. Vnde non ſpe-…latiuè, ſed practicè hunc adducens

Th. Cantip.

locum … hom. Cantipratenſis *lib.* 2. *cap.* 11. quem, ni fallor, etiam alibi adduximus, ſic ait: *Quàm vera ſit hæc ſententia, non ſolùm ego noui, qui triginta annis vicem Epiſcopi in diuerſis prouincijs habui, qui in hoc articulo, quo Religioſi ſoli vadunt in via, vel ſoli manent in curijs, horrenda mala, horrenda ſcandala, horrendaque pericula frequenter audiui, quæ nunquam ſuſtinuiſſent adiuncto ſocio, vel feciſſent*; inter mirabilia quæ de B.Caietano Tienenſi Clericorum regularium ſanctiſſimo fundatore, in eius vita *cap.* 6. leguntur, illud præclariſſimum, infirmum ob neceſſitatem ex mandato medicorum extra domum clauſtralem neceſſariò mittendum, vt ex motatione aëris conualeſcere poſſit, ſic durè illud ſanctiſſimum accepiſſe Patrem, vt audacter cum Deo agens miraculoſa … à Deo impetrauit ſalutem potius, quam extra clauſtrum ſuum mittere Religioſum, miraculo rem Deo confirmante; qui habet aures audiendi audiat.

Euntes autem prædicate, dicentes, quia NVM. 7.
appropinquauit regnum cœlorum.

Infirmos curate, mortuos ſuſcitate, le- NVM. 8.
proſos mundate, dæmones eiicite, gratis accepiſtis, gratis date.

Senſus litteralis, & moralis.

1. *Quid hic per cœlorum regnum.*

QVia appropinquauit regnum cœlorum.* Per cœlorum regnum non accipitur hic Meſſias, vt rectè Salmer. nec nouum Teſtamentum, nec Eccleſia militans, ſed cœleſtis beatitudo proximè reſeranda à Chriſto, quæ tunc clauſa. Vnde Chryſ. *Cœlorum*, inquit, *regnum, & communem illam Beatitudinem prædicare iubentur Apoſtoli.* & Theophyl. *Præmiorum intellige fruitionem.* hoc enim eſt ſecundum Chriſti præceptum materia ſcilicet prædicationis, non alia, quàm regni cœlorum. Sub qua, vt bene aduertit Caiet. *clauditur contemptus regni terrarum, prædicatio vitiorum, & quorumcumque impedientium hominem ad regnum cœlorum.* In quo conſiſtit, vt ipſe ait, *omnis prædicationis fructus.* Vnde rectè de hac prædicatione exclamans Chryſoſt. *hom.* 33. ait: *Vide myſterij magnitudinem, vide Apoſtolorum dignitatem, nihil ſenſibile præcipitur, vt Moyſi & Prophetæ, ſed noua quædam, & inopinata, illi enim terrena bona prædicarunt, hi autem regnum cœlorum, & omnia, quæ illic ſunt bona.*

Salmer. Chryſoſt. Theophyl.

Caiet.

2. *Prædicatio regni cœlorū quæ continet.* Chryſoſt.

Obſeruandum Chriſtum, Ioannem, & diſcipulos omnes in vnam coaluiſſe materiam prædicationis, nec vnum prædicaſſe Chriſtum, aliud Ioannem. Quid hoc? Sanè, vt probat Auguſt. *lib.* 18. *de ciuitate cap.* 41. *tom.* 5. falſam fuiſſe ſapientiam Philoſophorum antiquorum, & nunc modernorum hæreticorum, qui dum, quot capita tot ſententiæ, diuerſa, & diſcrepantia inter ſe prædicantes euidenter conuincuntur falſam & diabolicam eſſe eorum doctrinam.

Auguſt.

3. *Hæreticorum doctrina vnde falſitatis conuincitur.*

Infirmos curate, mortuos ſuſcitate Hoc eſt tertium præceptum, & ſanè perquam expediens. nam, vt bene Gregor. hom. 4. *Adiumenta*, inquit, *ſunt prædicatoribus miracula, vt fidem verbis daret, miracula oſtenſa, & noua facerent, qui noua prædicarent.* Quod ſi miſeri ab hæreticis decepti attenderent, non ſic ab illis deluderentur, equidem dum noua ipſi prædicant ab antiquis Patribus non audita, noua etiam deberent facere; at non faciunt, quia falſa eorum doctrina. Hinc quia Apoſtoli noua & inaudita prædicabant, nemo eis crederet; præcipuè, quia indocti, niſi miraculis illud comprobarent, &, vt ait Hieronymus, *vt magnitudinem promiſſorum probet magnitudo ſignorum.*

4. *Chriſtus quàm conuenienter poteſtatem miraculorum Apoſtolis dedit.* Gregor.

Hieron.

Sed circa hanc poteſtatem aliqua breuiter ſunt notanda. *Primò* hanc poteſtatem non fuiſſe aliquam qualitatem realem Apoſtolis inhærentem; vnde propria potentia poſtea miracula efficerent, ſed tantùm dediſſe eis Chriſtum virtutem, & fidem, ſic firmam, & robuſtam, vt inuocato eius nomine ſtatim Deus potentia ſua miracula efficeret. *Secundò* adnotandum, hanc poteſtatem reſtrictiuè nunc accepiſſe ad ea, quæ Chriſtus eis dixit, vt bene adnotat Salmeron, quam poſtea auxit poſt mortem, vnde viuente Chriſto ad quæ hîc dicuntur tantùm illa ſe extendebat, quæ multis rationibus fuiſſe conueniens probat Salmeron. *Primò*, vt Chriſtus ſe maiorem Apoſtolis oſtenderet,

5. *Quæ notanda circa eam.*

Miraculorum poteſtas à Chriſto Apoſtolis data in eius vita cur reſtricta, & non ad miracula omnia.

6. deret, ideo dum viueret, ſibi ſoli plenitudinem ſignorum reſeruauit; non ſic poſt eius aſcenſionem, nam tum pleniſſimam eis poteſtatem dedit faciendi omnia miracula, quia non iam amplius ad eum erat perfugium. *Secundò* niſi ſopta quam nunc neceſſarium omnimodam eis poteſtatem conceſſiſſet faciendi miracula, quia imperfecti ad inanem gloriam mouerentur, vt contigit *Lucæ* 10. Et *tertiò* ne virtute ſignorum abuterentur, vt *Lucæ* 9. quando Iacobus & Ioannes dixerunt, *Vis dicamus vt ignis deſcendat de cœlo?* ergo conueniens fuit vt ad numeratam tantùm poteſtas miraculorum ſe extenderet, immo, vt bene aduertit Salmer. nec legitur tunc mortuos ſuſcitaſſe.

Poſt mortem aucta & cur.

7. Dedit ergo eis nunc omnem poteſtatem neceſſariam, quam poſtea auxit ad omnia, & ad maiora, quàm ipſe perpetrauerat, iuxta illud Ioann. 14. num. 12. *Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipſe faciet, & maiora horum faciet, quia ego ad Patrem vado*, quod pulchre explanans Hilarius *Car.* 10. ſic ait, *tota autem virtutis Dominicæ poteſtas in Apoſtolos transfertur, vt qui in Adam imagine & ſimilitudine Dei erant figurati, nunc perfectam Chriſti imaginem ſortiantur, & quidquid malorum Adæ corpori Satanæ inſtinctus intulerat, hoc rurſum ipſi de communione Dominicæ poteſtatis emendent.* Pulchre quidem, in Adam imagine omnes figurati, & antequam peccaret ſic figurati, vt imaginem, & ſimilitudinem Dei repræſentarent, at quia aſtu, & inſtinctu diaboli cadente Adamo in infinitas inciderunt miſerias, tum ſpirituales, tum corporales. Quid ergo? ſummus ille hominum reparator, illam Apoſtolis ſuis poteſtatem dedit, vt reparando, vt reficiendo, tam quoad animam, quàm quoad corpus per Satanicam eſſet deperditum malitiam, in veram, & perfectam Chriſti Dei filij hominis imaginem deuenirent, ſancti quoad animam, ſani quoad corpus, vt ſic ſanctiſſimus ille noſter reparator totum hominem ſaluum faceret, dum totus deperierat.

Hilar.

Chriſtus prohibuit ſuis nō ſolùm ſimoniam, ſed ne dono data ſuperflua acciperent.
Ianſen.

8. *Gratis accepiſtis, gratis date.* Hoc eſt quartum præceptum appìmè neceſſarium; & *primò* obſeruo ex Ianſen. Chriſtum hoc præcepto non ſolùm inhibuiſſe Apoſtolis ne ſpiritualia venderent, vt mox dicemus, ſed ne gratuita, ac donò data acciperent, quod intelligendum de non neceſſariis, & per viam eleemoſynæ præſtita; nam, vt infrà Luc. 7. n. 10. *Dignus eſt operarius mercede ſua.* Vnde eleemoſynæ quæ gratis, neceſſariæ quo ad victum & veſtitum, optimè recipere poterant; ſuperflue etiam dono data, & ob gratitudinē omnino reiicere inhibuit, etſi non tam ſtrictè, vt ſpiritualium venditionem, vt proſus, omnino, totaliter auaritiæ vitium præcluderet. Hinc Heliſæus 4. *Reg* 4. noluit omnino Nahamani Syro acquieſcere, vt ea quæ gratis offerebat acciperet, & lepra infectus eſt Giezi, quia ea extorſit, cuius rei conuenientiam multis probat Ianſ. *Primò quia*, ait, *non conueniebat etiam gratuita munera accipere, ne pietas verteretur in quæſtum, & quod inſtitutum erat ad gloriam Dei, & ſalutem fidelium, fieret occaſio faciendæ auaritiæ. Secundò* ne gratia Dei vileſceret, dum ex recompenſatione munerum aliqualiter homines ſe ſatisfeciſſe crederent. *Tertiò*, vt ex contemptu munerum homines magis prouocarentur ad admirationem ſeruorum Dei, & ad Deum glorificandum, atque ad acceptandum doctrinam. nam, vt ipſe ait, *nihil efficacius pertrahit homines, quàm ſi viderint Doctores nil propter auditorum quærere ſalutem.*

Hæc Ianſ. doctrina quanta quanta ſit ſpiritualis eſt, & magiſtris ſpiritualibus, cæteriſque Dei Prædicatoribus neceſſe, vt ex defectu [illegible] & ipſi ſe perdant, & animas non lucrentur. [illegible] peccare qui munera oblata gratuita accipiunt [illegible] modo non adſit intentio occulta miniſtra [illegible] illa, attamen firmiter pronuntio, quòd [illegible] poris ex facilitate accipiendi, ex guſtu munerum, ex propenſione naturæ infectæ latenter [illegible] tio corrumpitur, vt ſacrorum munerum adminiſtratio potius ſit inſtrumentū auaritiæ, quàm animarum medicina; hinc veri Dei ſerui [illegible] hoc habent, vt omnino ab iſtis ſe præcaueant, [illegible] lentes mori, quàm ea admittere. Sanè Pr[illegible] miſit Deus ad Ieroboam 3. *Reg.* 13. qui in nomine Domini illi prophetaret Dei iudicia, at [illegible] quod in mandatis habuit, *vt non comederet panem, nec biberet aquam, & ne reuerteretur per viam, per quam venerat*; ſi quantum diſtat Bethel ab Hieruſalem, ſiue à terra Iuda, conſideres, admiraberis m[illegible] tum; nam, vt ait Abulenſ. *in hunc locum q.* 1 [illegible] erat in extrema parte terræ Beniamin in lat[ere] Aquilonari, vnde qui è terra egrediebantur [illegible] totam terram Beniamin excurrere debebat, vt perueniret in Bethel. Et tamen cùm hoc [illegible], præcipitur Prophetæ, vt nec comedat, nec [bib]at in Bethel. Cur hoc? Sanè inter cæteras cauſas, q[uia] miracula ibi erat operandus, non ſolùm quæ [ti]morem incuterent, vt fuit ſciſſio altaris, ſed quod beneficium afferrent, vt fuit reſtitutio manus aridæ Regis, iubente enim Rege vt Prophetam ſanctum apprehenderent, *ſtatim exaruit manus eius.* Vnde ſtatim Rex ad eum, *deprecare faciem Domini Dei tui, vt reſtituatur manus mea mihi.* quo orante ſtatim reuerſa eſt. In qua [illegible] admiratur Theodoret. Ieroboamum non a[dmi]raſſe altaris ſciſſionem, nec ex illa commotum; ſed ex manu aridam, *& quidem quod accidit altari, eum non obſtupefecit, ſed id quod manui accidit anxit, & cùm eſſet valde ſtultus, ſupplex rogauit Prophetam vt à Deo peteret non ſceleris remiſſionem, ſed manus curationem.* In quibus peccatorum deploratorum conditionem optimè adumbrat m[irè], vides, malum corporis, non animi timentium. ergo cùm tale miraculum ſuus eſſet op[eratur]us Propheta, optimè ſciret Deus etiam neceſſaria prohibuit, vt efficaciter ac ſtrenuè ſuum ex[er]ceret officium, omne præcludens etiam [illegible] iorum deſiderium. Hinc quando ad illum Ieroboam, *Veni mecum domum vt prandeas, & dabo tibi munera*, ſic reſpondit, *ſi dederis mihi mediam partem domus tuæ, non veniam tecum, nec comedam panem, nec bibam aquam in loco iſto, ſic enim mandatum eſt mihi in ſermone Domini præcipientis, non comedas panem, neque bibas aquam, nec reuertaris per viam qua veniſti.* In quo loco adnoto præceptum diuinum tantùm fuiſſe, ne comederet, & biberet non autem ne munera acciperet. Hinc Abul. q. 7 reputat potuiſſe ea accipere; cur ergo non accepit? *ne approbaret ipſum dantem*, ait Abulenſ. [illegible] hoc, ſed amplius, mea ſententia, quia erat vir Dei, ac Propheta ſanctus, quod multi faciunt. Addo, qui videns neceſſaria, ideo ſibi prohibita noluit etiam ſuperflua accipere, etſi po[illegible] nè ſimoniacè aliquid accipere à Deo prohibitum, ſacras functiones diuendere per[illegible] venalia facere, vt dignitates, Abbatias, beneficia Eccleſiaſtica, maximum peccatum, [illegible] tum; at ob gratitudinem aliqui[d] accip[ere] [illegible] factum dicunt multi [illegible] Sanè, ſed non [illegible] non Prophetis ſanctis, niſi mot[illegible] ve[illegible] tur,

9. *Prædicatoribus quā neceſſaria [illegible] ab omni auaritia & nil accipere ab hominibus.*

10. *Pro [illegible] ſeruorum ſi[illegible]ma.*

Abulenſ.

11. *Propheta cur prohibitus in Bethel comederet.*

Theodor.

12. *Peccatores malum corporis timēt, animæ non timent.*

Abulenſ.

13. *Propheta ſanctus cur munera à Ieroboam accipere noluit.*

lint, vt Sanctus iſte. Audi me, cur putas ſanctum iſtum Prophetam occiſum? Sanè, quia nimis humanæ voci credulus dum obtinuiſſet

Theodor. diuinam; *non enim oportebat eum* (ait Theodoret.) *qui vocem audiret diuinam, obedire homini dicenti contrarium, ſed expectare, vt qui iuſſerat, ſolueret quod iuſſerat fieri*; iam me habes. *Gratis acce-*

14. *piſtis, gratis date*, ait Dominus: omnimodam

Cur à leone occiſus. venditionem & gratitudinem ſuperfluam excludens. Hæc eſt vox Domini; at quid humana? Sanè, non eſſe vetitum, dummodo non ſit venditio quælibet libenter accipere, etſi non neceſſaria, videlicet munera, nummos, talenta, vt Giezi ad emendum vineas, ac olineta. Bene ſtat. Confiteor non eſſe peccatum ſaltem mortale, vt nec fuit illud Prophetæ ſancti ob ignorantiam, & credulitatem; attamen, ob veniale illud occiſus, quia potius hominis vocem fecit, quàm Dei. faxit Deus, vt non in anima quotidie moriantur, qui aſſimilia operantur; ſed ad rem.

Chryſoſt. Sanctus Chryſoſtomus ex his verbis docet, duo Chriſtum Apoſtolis inhibuiſſe, ſuperbiam ſcilicet, & auaritiam: ſuperbiam in illis, *gratis accepiſtis*, non ſcilicet debito, non ſcilicet ex vobis, auaritiam ex illis, *gratis date*. Vnde ait, *vide qualiter morum diligentiam non minus habet, quàm ſignorum, monſtrans ſigna ſine his quod nihil ſunt, etenim ſuperbiam comprimit, dicens: Gratis accepiſtis, & ab amore pecuniarum mundos eſſe præcipit, dicens: Gratis date.* Duo equidem, & valde neceſſaria cuilibet Dei miniſtro ſic ſufficientia, vt audeam dicere, ſi adſint, nil illi deficere ad miracula patranda, & mundum totum conuertendum. tolle à Dei ſeruo ſuperbiam, tolle auaritiam, da humilitatem, da liberalitatem, ex prima Deum lucrabitur, vt quidquid petierit, faciat, & ex ſecunda homines.

Abulenſ. At quærit Abulenſ. *quæſt.* 62. Cur Chriſtus hoc

15. inhibuit Apoſtolis, cùm videtur ſuperuacaneum.

Chriſtus quare admonuit Apoſtolos gratis omnia efficere. nam cùm ipſe ſua potentia operari debebat miracula per ipſos, & certiſſimè illa non eſſet operaturus, ſi pretium acciperent; ad quid ergo eos admonere ne aliquid recipiant? multas affert rationes. *Primò*, quia licèt principaliter illud intelligebatur de miraculis, tamen etiam de doctrina. *Secunda*, quia etiam operari poterant miracula cum peccato. *Tertiò*, quia fortaſſe Apoſtoli illud putare poterant eſſe licitum. *Quartò*, quòd etiamſi miracula facere non poſſent, recipiendo pecuniam, & hoc ipſi ſcirent, tamen ob meritum voluit vt libenter & ex ſe illud facerent. *Quinta* tandem præueniens dedecus ſuum & Apoſtolorum, ne ſi ad miracula auderent patranda, & ob auaritiam non fierent, hoc in magnum dedecus succederet Chriſti & Apoſtolorum. Ex omnibus iſtis *ſecunda* mihi placet, cùm enim gratia miraculorum non ſupponat gratiam iuſtificantem, ſed tantùm fidem, ideo ſanctus & bonus Dominus propriam prædicatorum ſuorum, quos mittebat, ſanctitatem curans, ne dum aliis prædicaſſent, illi reprobi efficerentur, admonuit, vt ſancta ſanctè adminiſtrarent, & miracula operando vitæ ipſi vt miraculum mundo apparerent, reſpuendo omnia, nil de mundo accipiendo, exemplum præbens qualiter prædicator ſe gerere debet, qualiter ani-

Gloſſ. marum paſtor, non diſplicet Gloſſa quæ affirmat, hoc etiam dixiſſe Dominum, *ne Iudas qui loculos habebat, de prædicta poteſtate pecuniam congregare vellet, damnans etiam perfidiam ſimoniacæ hæreſeos.*

Prohibuit ergo Simoniam Dominus, quod equidem multis rationibus probatur eſſe conuenientiſſimum, quos affert Abulenſ. *q.* 63. *Prima*, quia non poteſt res ſpiritualis iuſto pretio vendi ob rem temporalem. *Secunda*, quia Dei donum contemnitur, dum minus æſtimatur quàm quod valet. *Tertia*, quia fit iniuria Spiritui ſancto dum vendimus quæ ipſius ſunt, & quorum ipſe eſt Dominus, non nos. *Quarta*, quia ſi venderentur, oſtenderetur non eſſe dona Dei, Deus enim bonis noſtris non eget. 16. *Simonia cur prohibita.* Abulenſ.

Nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris. NVM. 9.

Non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam: dignus enim eſt operarius cibo ſuo. NVM. 10.

Senſus litteralis, & moralis.

NOlite poſſidere aurum. Antequam ad morales ſenſus deueniamus, vnico tracto priùs omnia diſſoluenda ſunt dubia occurrentia, & in primis notandum pecuniam omnem aut confici ex ære, aut ex argento, aut ex auro. Ex ære primò conficiebatur, teſte Plin. *lib.* 33. *c.* 3. deinde ex argento, demum ex auro, ex quibus patet prorſus Chriſtum Apoſtolis inhibuiſſe omne genus nummorum. 1. *Chriſtus Apoſtolis omne genus vetuit nummorum.* Plin.

In Zonis. Quid per zonas? Aliqui marſupium pendens in zona, alij ipſas zonas, in quibus antiquitus pecunia deportabatur, quod meo ſenſu, proprius, & multis probat ex Salmer. Barrad. 2. *Zona quid.* Salmer. Barrad.

Non peram in via. Per hanc ea intelligitur, in qua viaticum in via deportatur. Vnde ex vna parte tollit nummos ad emendum, ex alia prouiſionem neceſſariarum per viam, vt ſic omnino expediti in ſola vnica ac ſingulari Dei prouidentia ſpem reponant, ſecuri quòd nil eis defuturum, vt eiſdem dixit Dominus Luc. 22. n. 36. *Quando miſi vos ſine ſacculo, & pera, nunquid aliquid defuit vobis?* In quibus attendendum ſe in his Deum demonſtraſſe omnia prouidentem, nam aliàs ſi purus homo, quomodo ſimilia mandare poterat ſine temeritate; at quia Deus potens prouidere ſecutè iubet, quia infallibiliter erat prouiſurus, eo attentius, quo Apoſtoli incurioſiùs, ex quo deducitur eundem modum viuendi ſupra humanum eſſe, & Dei prouidentiæ extraordinariæ, & niſi ex peculiari Spiritus ſancti inſtinctu à priuato homine nullatenus excipiendum. 3. *Pera quid.* 4. *Chriſtus in hac miſſione ex modo quo miſit ſe Deum pandit.*

Neque duas tunicas. Sanct. Hieron. Auguſt. & D. Thom. putant per duas tunicas intelligi tunicas mutatorias, vnam actu induram, alteram repoſitam, ob neceſſitatem; vnde Sanctus: *Non præcepit Dominus quòd non haberent niſi vnicam tunicam, ſed quòd non haberent duo paria veſtimenta, ita quòd vnum reconderent, & aliud induerent.* & quando Marc. 6. explicitè dicit, *præcepit eis, ne induerent duabus tunicis.* reſpondet Ianſ. & Maldon. prohibuiſſe ne duabus tunicis mutatoriis veſtirentur. Hieron. Auguſt. S. Thom. 5. *Quomodo intelligendum Chriſti præceptum de duabus tunicis.* Ianſen. Maldon.

Hæc opinio probabilis eſt; at quia, vt infrà dicam, non generaliter, & ſecundùm omnia loca hæc præcepta ſunt, & ſemper, ideo magis mihi placet, & magis litteralis mihi videtur ſenſus, ſimpliciter conſiderata temperie illius aëris, in qua ſufficit vnam tantùm tunicam habere, vt obſeruat Lyra, Dominum inhibuiſſe vnica tantùm tunica vt eſſent contenti, nam alteram induere erat ſuperfluum. ex quo non de tunica interiori, Lyra.

ſeu mutatoria intelligi debet, ſed de exteriori; vnde ob hoc Baptiſta *Luc.* 3. præcepit, vt qui duas tunicas haberet, *det non habenti.* nam altera abundabit: hinc Chriſtus, vt rectè affirmat Euthym.
Euthym. *Matth.* 27. tres habebat veſtimenta, pallium, tunicam & ſubuculam, vt ibi, Deo duce, dicemus, & duo prima inter ſe diuidiſſe milites, de illis quatuor partes facientes; at tunica interior quæ inconſutilis, ſcindere noluerunt, ſed ſortiti; at de hac re ibi. ergo conſiderata temperie aëris illius regionis, in qua ſufficiens erat vna tunica, ideo ſenſus plenior eſt inhibuiſſe eis, vnicam
Lyran. Chryſoſt. Barrad. tantùm induerent tunicam; ſic Lyra Chryſoſtom. Barrad. aliique.

6. Quomodo de calceamentis. S.Thom. Caiet. Auguſt. Carthuſian. Barrad.

Neque calceamenta. Contrarium videtur apud Marcum 9. vbi expreſsè dicitur, *ſed calceatos ſandalys.* S.Thom. Caietan. & fauet Auguſt. *de conſenſ. Euang. c.* 30. cohærenter iis quæ de tunicis dixerunt, affirmant ſimiliter de calceamentis intelligendum, nempe de mutatoriis.

At Carthuſianus, Barradas & alij cohærenter etiam dicunt, ſandalia quid diuerſum eſſe a calceamentis. nam illa tantùm plantam pedis muniunt; calceamenta verò totum pedem. Illa permiſit, vt ait Marcus, iſta vetuit, vt ait Matthæus; ſenſus verus eſt, & litteralis. eo vel maximè, quia, vt aliqui volunt, actu tunc ſandalia Apoſtoli ferebant, & ideo calceamenta eis prohibuit, ne occaſione itineris putarent aſſumere debere calceamenta.

Neque virgam. Difficilior nodus. nam cum Matthæo conſentit Lucas: at expreſſe Marcus affirmat conceſſiſſe virgam: *Præcepit eis ne quid tollerent in via niſi virgam tantùm.* Ob hanc diffi-
Auguſt. cultatem Auguſtinus metaphoricè vult, vt virga intelligatur apud Marc. pro poteſtate accipiendi neceſſaria. litteraliter apud Matthæum
7. Quomodo de virga. Caiet. Ianſen.
pro minima quaque re, ſic *lib.* 2. *de conſenſ. Euangelij cap.* 30. Caiet. Ianſen. contrariè, apud Matth. volunt, vt virga intelligatur pro virga defenſoria, aut punitoria: apud Marcum verò virga intelligatur pro baculo ad ſuſtentandum corpus, quod conceſſit; illud autem negauit. Alij pro virga apud Matthæum reputant intelligi inſigne honoris, & poteſtatis publicæ; nam, vt refert
Lyran. Lyranus, Iudæorum Doctores ferebant virgam manu, tanquam inſigne doctoratus; apud Marcum verò pro virga baculum intelligi. Vnde
Salmeron. Maldon. hoc permiſit, illud negauit. Salmeron & Maldonat. affirmant, Euangeliſtas omnes non verba, ſed ſenſum Chriſti exprimere. ille erat, vt nec minimam quidem rem ſecum afferrent, quæ non eſſet neceſſaria. Et hoc exprimunt Matthæus, & Lucas per negationem, dicendo; *neque virgam.* At Marcus per affirmationem, *virgam tantùm.* quaſi qui tantùm baculum habet,
Euthym. nihil ſuperfluum habet, Euthym. affirmat quod negauit apud Matthæum, & Lucam Dominum
S.Thom. poſtea apud Marcum conceſſiſſe. Sanctus Thom. pro virga accipit apud Matthæum & Lucam quamcomque rem minimam, vnde affirmat tantum tenere, quantò in nil vobiſcom portetis, nec quidem ſuperfluum quod ſit; at non negaſſe baculum, quod neceſſarium, de quo putat ſermonem eſſe apud Marcum. Amice, elige ex his quam vis expoſitionem, nam mihi re attentè
Lyran. conſiderata placet opinio Lyran. qui affirmat æquiuocè intelligi virgam apud Matthæum, & apud Marcum; nam apud Matthæum intelligitur pro baculo quod vetuit; apud Marcum pro virga quam conceſſit, quatenus erat inſigne Doctoris & prædicatoris, vt qui eos cum illa proſpicerent, intelligerent eos viros eſſe Apoſtolicos, & Dei regni prædicatores, ac obinde ad neceſſaria præſtanda teneri? Quod equidem patet, quia immediatè ſequitur: *Dignus eſt operarius mercede ſua.* Sanè ſi litteraliter hæc cum proximè dictis intelligere vis, cum permiſſione virgæ optimè cohærent, nam faciunt ſenſum; omnia vobis prohibeo, etiam baculum, ſolùm virgam permitto, ex quo prædicatores vos eſſe intelligant, ac proinde cum obligatione neceſſaria vobis præſtandi, nam *dignus eſt operarius mercede ſua*, quod cùm ſit id, quid baculum, ſiue aliud ferendi.

Sed quæritur, an hoc præceptum fuit Apoſto- 8.
lis tantùm, & ad tempus datum in hac miſſione *An hoc præceptum fuit*
ſolùm, & poſtea derogatum, *Luc.* 22. *num.* 36. quando *commune & perpetuum.*
Dominus eis dixit, *& nunc qui habet ſaccum, tollat ſimiliter & peram, & qui non habet, vendat tunicam ſuam, & emat gladium.* An verò perpetuum & ſimul vniuerſale de omnibus? Maldonatus Maldon.
mordicus defendit fuiſſe vniuerſale, & perpetuum. probat, quia à fortiori hoc præceptum neceſſarium, quando ad gentes Apoſtoli ſunt miſſi, attenta Chriſti intentione, quæ erat vt expeditiùs legatione fungerentur, & ſine anguſtia; citat pro ſe Hilarium Auguſtinus *de con-* Hilar. Auguſt. Hieron. Ambroſ.
ſenſ. Euangel. cap. 36. Ambroſius *lib.* 9. *in Luc.* Hieronymum.

Hæc Maldonati opinio optima eſt, & ad confundendam hæreticorum petulantiam ſatis apta; contra quos dum ſcribebat, rectiſſimè eam eſt ſequutus; ſed reuera qui eam ſequitur, infinitis ſe intricat nodis, mea ſententia inextricabilibus, nam profectò difficillimè, niſi vim velit inferre verbis, ſe extricabit ex loco Lucæ, neque aliquid facit, quod ibi ipſe dicit, conceſſiſſe illa Chriſtum, pro tunc conſiderato tantùm paſſionis tempore. nam non video ad quid peram, ad quid ſaccum neceſſarium paſſionis tempore; quando bene domus neceſſarium gladium eius ſpatio quindecim durauit horis; ad quid ſacculum cum pera? Ac ſi dicat; non ſic ſtrictè ſumendum tempus, ſed etiam poſt reſurrectionem; cùm ſemper per illam creuerit Chriſti perſecutio, & diſcipulis equidem tempus ipſe non poterit aſſignare. gratis ergo illud dicitur. *Secundò.* Quomodo poterit negare poſt Chriſti aſcenſionem Apoſtolos ſanctiſſimos baculum itinerando non habuiſſe. Euſeb. refert S.Maternum ab Euſeb.
Apoſtol. Petro in Galliam miſſum ad prædicandum baculo Sancti Petri mortuum ſuſcitaſſe. *Tertiò*, quam expoſitionem afferet 1. *ad Theſſalon cap.* 2. quando Paulus affirmat non ex eleemoſynis, ſed ex proprio ære laboribus propriis lucrato vitam duxiſſe. & ſe alimentaſſe. *Quartò*, & quid reſpondebit ad locum illum 2. *ad Timoth. c.* 4. *n.* 13. quando ei præcepit, vt ad ſe veniens, *penulam, quam reliqui*, ait, *Troade apud Carpum*, afferret; pro qua re communis fert ſententia, pro pallio ad frigus & pluuiam arcendam, cùm illud reliquerit iter agente æſtiuo tempore, & cum prope eſſet tempus vernum, vt adnotat Cornel. Cornel.
iubet illam ad ſe afferre. *Quintò*, & quid reſpondebit ad mulieres, quæ in obſequium Apoſtolorum ad Chriſti imitationem illos ſequebantur, vt eos alerent, quaſi quid proprium Apoſtolorum. Vnde Paulus 1. *ad Corinth.* 9. pro ſua authoritate ſtans ait, *Numquid non poteſtatem habemus ſororem mulierem circunducendi.*

Et

9. *Quæ vera Hæretici dicunt admittenda, licèt non eo ſine quo eſt.* Chryſoſt.

Et quidem ſi bene omoia attendas, difficillimè Maldonat. ſuam opioionem defendere poterit; neque faceſſit hæreticotum petulantia, & quòd ipſe hanc teoeat opinionem, cùm non proinde qnia verum aliquid hæreticus tener, negare illnd debeo; nam vt vt ſit, vt alibi ex Chryſoſtomo diximus; *ſi omnia hæreticorum impugnabo, potius videar contra perſonam, quàm contra falſam doctrinam ſtare*; admitteoda ſunt verba quæ dicuot, ſed non eo ſenſu, oec ad id quod ipſi dicunt, in quo miſeri falluntur, & ſe decipiunt, ipſi enim hanc aſſerunt opinionem ad ſe. ingurgitandum, ad luxuriandum, & vt ſanctiſſimum impugnent ſtatum Religioſoium; at ſanctiſſimi Cathnlici eam ſequuntur, vt ad ordinem omnia redigant, vt verum aſſequantur ſenſum, vt loca concilient, demum, vt in nullo, nec in minimo videantur Apoſtoli ſanctiſſimi Chriſti mandata reſtagaſſe. Quomndo nec nuoc, quando ſanctiſſimi Dei Prædicatores iuxta exigeotiam temporum, regionum, ætatum, inſtitnti, non ſic nudi omnes, ac diſcalceati incedunt, vt antiquitus, vnde ſi nunc contra hæreticos diſputandum, potius ſementiam communem Sanctorum, vt mox dicemus, ſequendam, qoando impnri iſti, & ſycophantes affirmant iam Eccleſiam ſanctam antiquam abolitam eſſe, qnia oon incedimns nudi, non fame perimus, & tandem quia homines ſumus edentes, & cibo vtentes. Ex quo fit, vt quocumque modo res ſumatur, ſemper veritas contra hæreticos ſtat, & ſic pugnant, qui contrariam ſequuntnr ſenteotiam contra hæreticos, ac ipſe Maldonat. vnde oulla ratione affirmat contrarium hæreticns ſequi. Nunquid Anſclmus Chryſoſtom. Beda, Sanctua Thomas hæreticos ſequuntur? nunquid inſtituto Chriſti, vt ipſe audet affirmare, & omnibus antiquis, ac bonis repugnaot auctoribus, Sancti prædicti, quaſi Anſelm. Chryſoſtom. & Beda noo ſint aut hores antiquiſſimi, pace tanti ſit dictnm Doctoris, exceſſit mnltum in cenſura, veniâ digous tamen, quia ex inſtiſſimo contra hæreticos ſenſu.

10. *Vera ſententia.* Ianſen.

Vera ergo, litteralis, & tenenda ſententia eſt, hæc præcepta Apoſtolis tantùm tunc fuiſſe inhibita; ac pto tunc diſpenſata, poſtea *Luc.* 22. & tunc, vt bene adoertit Ianſenius (quem, miror, non ſeqooms Maldonatus, cùm ferè ſemper eius accipiat & ſequatur ſententiss,) vt bene dico, aduertit poſt eamdem ſolutionem Apoſtolos ſanctiſſimos ſequutos, & obſeruaſſe præcipnum ſeopum Chtiſti in his præceptis, vt ſcilicet, *omnem mundanam ſolicitudinem indignam Euangelico Doctori reijcerent, vt inermes ſe vbique exhibeant, vt ſimplicitatis, ſobrietatis, ac paupertatis exempla præberent, vt ſemper à diuina prouidentia in omnibus pendere ſe declararent.* & ſic iuxta exigentiam temporum, locorum, neceſſitatis, vtilitatis, Eccleſiaſticæ inſtrnctionis, & exempli, modò vnam, modò duas tunicas haberent, modò nummos, modò nullos, modò tandem & penulam, modò dicam, nec veſtem ſemper tamen (audiant putridi hæretici) intra limites prudentis neceſſitatis, ac ordinariam Dei prouidentiam ſe coorinentes. Huins opinionis eſt Anſelmua ſanctiſſimus, qni deuotiſſimè hoc aſſerens ſic ait. *Qui in hac miſſione prohibet deferri neceſſarios nummos, diſcipulis in paſſione præcepit, vt qui habet peram, tollat & deferat eam, quandiu enim fuit in mundo, fuit procurator eorum, & habuit loculos, vt eos paſceret, & ideo noluit vt curam haberent de ſumptibus, quandiu in procuratione eius erant, quia ipſe prouidebat, vnde viuerent, inſpirando mentibus recipientium; poſtquam verò ſubtractus eſt, permiſit eis vicem ſuam, vt loculos habere liceret, vt habuit ipſe, etſi vellent viuere de bonis ſubditorum; quod etiam fecit Paulus, qui multoties labore acquirebat vnde viueret.* & Chryſoſtom. *apud Caten. Sancti Thom. in cap.* 22. *in Lucam*, qui ſubtiliſſimè affirmat derogatiooem præcepti non fuiſſe remiſſionem, ſed gratiæ ſuſpeoſionem, & illud Chriſtum derogaſſe, non vt latiùs Apoſtoli vinerent, vt omnes hæretici affirmant, ſed ſtrictiùs, ſed cum neceſſitate, cum laboribus, & ſudoribus. nam quando eus miſit ſine oummis, ſine ſacculo, ſine pera, nil eis deſuit, ſic illis ei atteſtantibus, quando petiit, *Nunquid aliquid defuit vobis?* Qui reſponderunt, *nihil.* At ounc, inquit Chryſoſtomns, *qui habet ſacculum quo portatur pecunia, tollat ſimul & peram, qua ſcilicet portentur cibaria.* At cur hoc?

Anſelm. (in margin)

Chryſoſt. 11. *Chriſtus non ex indulgentia Apoſtolis relegauit hoc præceptū, ſed vt amplius paterentur.*

12. *Paupertas ſtricta eſt omnia bonorum affluentia.*

Quia, inquit Sanctus ex perſnna Chriſti; *hactenus cuncta vobis vberrima affluebant, nunc autem volo vos & inopiam experiri, ideóque non addico neceſſitatis priſtinæ legis, ſed mando & loculum habere, & peram.* At cur omnia primò eis affluebant? quia, inquit Sanctus, dum ipſi ſine zona, ſine calceameotis, ſine bsculo, ſine ære. *ipſo erat eis præſtò in cunctis, eis aderat, parans vberrimè affluentiam omnium.* At quando poſtea ea illis permiſit, vt proprias vires oſtenderet, *ſubtraxit eis aliquantulum gratiam*, ait Sanctns, & ſic eſuerierunt, ſitierunt, & nudi ineeſſerunt. *vt autem marſupium conceſſit, & peram, eſurire videntur, ſitire, & nuditatem pati. Quorum cauſa?* ſcilicet vt talia experireotur, oe ſibi aliquid tribuerent, & totum diuinitus acceptum, cognoſcerent, nec maiora de ſe opinarentur. *relegauit prioris legis rigorem.* Quid pulchrius diei, aut excogitati potuit, & qnid amplios ad ſummam paupertatis laudem? Sanè abundamus, quando omnia relioquimus, penuriam patimur, quando nobis prouidemus. Nam in primo Deus eſt prouiſor, in ſecundo homo. Quid homo cum Deo? Hinc infrà *cap.* 15. *num.* 32. ſic ex panibns, & piſcibos, turbas ſaturaoit, vt amplius nollent, vnde neceſſarium, vt fragmenta colligerent; ſi vis rationem, *Quia non habebant quod manducarent.* Vnde cùm conuiuium eſſet dioinum, non humanum, neceſſaria affluentia; ſic nunc ait Sanctus. Quando ſine pera, ſine baculo, ſine oummis omnia affluebant, quia Dei ſolius erat de eis cura; at quando eis remiſit prouiſionem releuans præceptum, ſtatim cœperuot indigere. Eſt etiam Auguſtini contra Fanſtom, dnm ait, Lucæ gloſſans locnm; *nulla adeſt inconſtantia præcipientis, ſed ratione diſpenſantis, temporum diuerſitate, præcepta, vel conſilia, vel permiſſa mutantur.* eſt etiam D.Thomæ, Hug. Cardinal. Carthuſian. Ianſen. Salmer. aliorumque modernorum; ſed de hac re ſatis.

Auguſt. S.Thom. Chryſoſt. Hugo. Ianſen. Salmer.

13. *Cur Chriſtus Apoſtolis præcepit vt in tanta paupertate incederent.*

Præcepit ergo Dominus noſter Apoſtolis, vt incederent ſine auro, argeoto, ære, pera, ſacculo, baculo & calceamentis; &, vt ait Caiet. *etiam lenticulam vinariam, cuius non meminit*, quia ſic hæc neceſſaria itineranti, ac reliqua, ſicut è contrario ait; conceſſit pileum, ſiue galerum, quia dedit tunicam; ergo ſine nmni adminiculo ad itinerandum eos miſit. At cur hoc? Chryſoſtom. *Vt radicem omnium malorum auelleret*, aurum ſcilicet, & pecuniam. *nam ſi hæc habuiſſent*, ait

Hieronymus, *videbantur, non cauſa ſalutis hominum, ſed lucri prædicare.* Idem Chryſoſtom. *vt vacationem omnem tribuerent verbo Dei.* Item Hieronymus, *vt Apoſtoli Doctores veræ religionis, qui inſtituebant omnia Dei prouidentia gubernari, ſe ipſos oſtenderent, nihil cogitare de craſtino.* Omnium, mea ſententia, melius Remigius; *Quia*, ait, *ſancti prædicatores reuocati ſunt ad primi hominis dignitatem, qui quandiu cæleſtes poſſedit theſauros, iſta non concupiuit, ſed protinus vt peccauit, iſta deſiderare cœpit.* Nil melius. Quid? Sancti Apoſtoli ſont noui Adami à Chriſto formati, ſic ſancti ac puri, vt ipſe ante peccatum, qui etſi nudus nuditatem non ſentiebat, innocentia veſtitus ſine ſui ſollicitudine; vnde totus ex Dei pendebat prouidentia, hinc non percipiebat nuditatem.

Chryſoſt. Hieron. Remig.

14. *Paupertas Angelos facit.*

Sic ſanctiſſimi Apoſtoli per Chriſti gratiam in antiquam redacti innocentiam, etſi nudi Dei prouidentia veſtiti, nil eis defuit, omnia abundarunt, quia nil cupiebant. Chryſoſtom. vt prædicatores ſuos ex hominibus Angelos efficeret; vnde ponderans quid ab Apoſtolis Chriſtus demit, quid dedit, exclamat. *Felix iſta commutatio, nam pro auro, & argento huiuſmodi acceperunt poteſtatem curandi infirmos, ſuſcitandi mortuos, vnde non a principio dixit eis: non poſſideatis aurum, vel argentum; ſed quando dixerat: leproſos mundate, dæmones eycite. Ex quo patet, quod Angelos eos ex hominibus, vt ita dicam, conſtituit, ab omni ſoluens huius vitæ ſollicitudine, vt vna ſolum detineantur cura, quæ eſt doctrinæ.* Si attentè, quæ ait Chryſoſtomus, attendas, non ſolùm Angelos ex paupertate homines factos aduertes, ſed eius encomia abundantiſſimè hauries, cùm pro auro, & argento quod dimittimus, domini efficimur totius naturæ:

15. *Pauperes quid pro diuitijs derelictis accipiunt.*

argentum & aurum non eſt mihi, ait Petrus claudo ex vtero matris, *Actor. 3. num. 6.* qui hominem eum æſtimans *ſperabat aliquid accepturus ab eo.* At quia Petrus & Ioannes, non homines, ſed ex paupertate Angeli, aurum non poſſidebant, neque argentum, hinc ad illum Petrus: *quod autem habeo, hoc tibi do.* at quale illud? *In nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge, & ambula. Quia ſtatim exiliens ſtetit, & ambulauit.* ergo cura Petri erat, non habere argentum, neque aurum, incedere ſine nummis, ſine pera, ſine baculo, ſine calceamentis. Quid ergo illi ex hac ſumma paupertate? quale pro hac theſaurum? ſanè nomen Chriſti, ingens donum, in cuius virtute Dominus efficiebatur totius naturæ, ad cuius motum ſuſque deque omnia inuertebantur; en quàm potens, en quàm diues paupertas, en qualem à Chriſto remunerationem obtinet.

Hinc nulla vita ſic iocunda, ſic delectabilis ac pauperum, dum pro ſollicitudine hominum ſubintrat diuina, de qua, vt aliquid præcipuum dicam, in fauorem pauperum præter cætera, affirmo, ſic omnem ſollicitudinem de rebus humanis ab eis Deus auertit, vt velit etiam non curent de doctrina, vnde dummodo ipſi eam habeant de

16. *Prædicatores pauperes non ſolum ſolicitudinem non habēt de prouiſione temporalium, ſed nec de ipſa doctrina, eiuſque labore.*

paupertate, Deus non ſolùm de prouiſione rerum, ſed, quod maius, de ipſa doctrina; hoc eruo ex illis verbis, quæ Chriſtus Apoſtolis Matt. 13. num. 11. *& cùm duxerint vos tradentes, nolite præcogitare quid loquamini.* Cur hoc? Nunquid malum præcogitare, quid ſis prædicaturus? Sanè non malum, immo neceſſarium; at his, qui omnino, vti Apoſtoli non pauperes, non nudi, qui non ſine baculo fulcimentorum huius vitæ; at qui omnino pauperes, tales quales hîc Chriſtus facit, nec hanc ſolicitudinem vult vt habeant. Audi Chryſoſtom. vbi ſuprà. *Ab omni ſolicitudine huius vitæ eos ſoluit* (ait) *vt vna ſola detineantur cura, quæ eſt doctrina à qua etiam eos ſoluit, dicens: Ne ſolliciti ſitis quid loquamini, quando videtur eſſe valde oneroſum hoc & graue, hoc maximè leue eis oſtendit, & facile.* Nil pulchrius. Pende laborem, quem ſuſtinent aliqui prædicatores in præmeditando dicenda, in inquirendo, in libros comparandos & euoluendos in memoria, poſtea ſumendo ſermonem, & videas ipſos vſque ad animi deliquium peruenire. Amice his omnibus curis, ac ſudoribus, ait Chryſoſtomus, effectus eſt Chriſti pauper, nam vt quia talis, quia ſine nummis, ſine argento, ſine libris, ſine calceamentis, Deus eis dat in illa hora quid loquantur, & ſic ſublime, vt vſque ad ſtuporem ſit. Quod ſæpe videmus, & aſpicimus, & in religione, præcipuè ſanctiſſimi Franciſci, dum admiramur prædicatorem dicentem, & obſtupeſcimus ad eius cellam accedentes, vixque in ea librum reperientes quando frigidè, ac inſulſiſſimè aliqui prædicant refertiſſimam bibliothecam poſſidentes. Vnde hoc? ex paupertatis priuilegio, vt ait Chryſoſtomus. Hinc concludens Sanctus affirmat vitam iocondiſſimam tales degere. Vnde ait: *Nihil enim eſt ita iucundum, vt a cura & ſolicitudine erutum eſſe, & maximè cùm poſſibile fuerit ab hac erutos, in nullo minorari, Deo præſente, & pro omnibus nobis effecto.*

Chryſoſt.

Dignus eſt operarius cibo ſuo. Cur hæc ſubiunxerit Dominus mox dicemus, ſi prius verum ſenſum horum verborum aperiamus, & quid pro tali dignitate Dominus intelligit. Quapropter iuxta Auguſtini ſententiam, de Baptiſmo paruulorum firmiter tenendum pro tali dignitate non mercedem intellexiſſe Dominum, tanquam pro prædicatione ab hominibus mercedem aliquam, aut velint, aut penſitent ſibi deberi Dei prædicatores; nam vt ſic contrarium eſſet iis, quæ ſuprà dixerat; nempe, *gratis date.* Sed pro dignitate Dominus intelligit ſtipendium dignum, & debitum operario, vt laborare poſſit, ac ſe ſuſtentare. Audi Auguſtinum. *Non ergo eſt venale Euangelium, vt pro temporalibus prædicetur; ſi enim ſic vendunt, magnam rem vili pendunt. Accipiant ergo prædicatores ſuſtentationem neceſſitatis a populo, mercedem diſpenſationis à Deo.* Hæc doctrina, ſiue, vt melius dicam, hæc diſtinctio ſic animis deberet inſidere prædicatorum, vt ex eorum officio intelligant mercedem à ſolo Deo expectari debere, ſtipendium autem non quodlibet, ſed neceſſitatis, vt ait Auguſt. à Populo. *Verum prædicator*, ait Gregor. hom. 17. in Luc. tract. 2. *non ideo prædicare debet, vt in hoc tempore mercedem recipiat, ſed ideo mercedem recipere, vt prædicare ſubſiſtat; nam quiſquis prædicat, vt hic vel laudis, vel muneris mercedem recipiat, æterna proculdubio mercede ſe priuat.* Hoc autem ſic bene perſpecto protſus indigna Apoſtolici prædicatoris illa vox repetitur, quando pro annis in prædicatione laboratis conquirimus nullam mercedem accepiſſe, quod equidem & ſæpe audiui, & miratus ſum in curiis exiſtens, aut ſæcularibus, aut Eccleſiaſticis. ſcient ergo nullam temporalem pro prædicatione expectandam mercedem ab hominibus, ſed diuinam à Deo, ab illis tantum fulcimentum vitæ; & hoc iuxta neceſſitatem, non ſuperfluitatem, & quod comedere debemus, vt prædicemus, non

17. *Chriſtus quid per mercedem prædicatorij intelligit.* Auguſt.

Gregor.

19. *Prædicatori neceſſarijs debet eſſe contentus*

prædicare

prædicare vt comedamus, de qua re ſæpe dictum; hinc ſuperſedeo.

20. Quare autem hæc ſubinterſerit Dominus, litteralis ſenſus eſt eiuſdem Auguſtin. *lib.* 2. *de conſ. Euangeliſt. cap.* 30. ne crederent ſic omni auxilio deſtitutos eos mittere, vt prorſus fame eſſent perituri, ac inopia, & proinde animum deſponderent, ſed ſcirent, quòd ſi ipſi ſpiritualia, populi tamen tenebantur eos ſuſtentare, ac de temporalibus prouidere. Hinc, vt ſuprà dicebamus, virgam inſigne prædicatoris apud Marcum eis permiſit: *Vnde ſatis oſtendit*, ait Auguſtin. *cur eos poſſidere illa, aut ferre noluerit; non quòd neceſſaria non ſint ſuſtentationi huius vitæ, ſed quia ſic eos mittebat, vt eis hoc deberi demonſtraret ab illis, quibus Euangelium annunciarent.*

A populo ſuſtentari debent.

August.

21. Qui ſcitè aduertit ſic hoc Dominum Apoſtolis conceſſiſſe, vt ſcilicet poteſtatem haberent accipiendi neceſſaria, vt non fuerit præceptum, ſed tantùm licentia, quam poterant renunciare ſi vellent, vt fecit Paulus ſe ſuis manibus ſuſtentans, *nam cùm à Domino*, ait, *poteſtas datur, licèt cuique non vti, & tanquam de ſuo iure recedere*; ergo ideo Dominus hoc eis dixit, vt ſecuros eos omnino redderet, nil eis defuturum, etſi eos mitteret omni auxilio humano deſtitutos. Ex qua doctrina optimè educit Salmeron, quòd ſicut operarius eſt dignus ſtipendio, ideo otioſus & non laborans indignus eſt ſtipendiis Eccleſiæ, quæ debentur laboranti; *non pro labore*

Poteſtas prædicatorũ accipiendi à populo non eſt præceptum, ſed permiſſum.

Salmer.

22. *ipſo*, vt bene aduertit Salmeron, quia vt ſic eſſet merces, *ſed vt laborare poſſit*, & vt ſuprà ex Gregor. dicebamus, *vt prædicare ſubſiſtat.* Hinc non ad luxum accipere debemus, ſed ad neceſſitatem. Poſſumus nos ſuſtentare ex eleemoſynis ſufficienter, ſufficit, non vltrò quæramus, vt mox dicemus.

Prædicatori & Eccleſiæ miniſtro ſufficientia debentur quando laborat.

Chryſoſt. Chryſoſtomus, & alias affert rationes, ex quibus probat non ſolùm conueniens fuiſſe Apo-

23. ſtolos cibari à populis, ſed neceſſarium, *vt neque ipſi*, ait, *magna ſaperent aduersùs eos, qui docebantur, ſicut omnia præbentes, & nihil accipientes, nec rurſus illi abſcedant quaſi ab his deſpecti; deinde vt non dicant Apoſtoli: Mendicantes ergo nos iubet viuere, & in hoc verecundarent, monſtrat hoc eis debitum eſſe, operarios eos vocans, & quod detur mercedem appellans, non quidem oſtendens tanto pretio Apoſtolicos dignos eſſe labores, ſed Apoſtolis legem inducens, & tribuentibus ſuadens, quia quod ab ipſis datur debitum eſt.* Elige ex his rationibus quam vis. nam prima mihi arridet; neſcio enim quo ſpiritu ſuperbiæ induimur, propriéque altitudinis quando aut prædicamus, aut docemus, aut aliud quippiam opus exercemus miniſterij, nil prorſus indigentes, & nil accipientes, vt quaſi non ſint homines, ſed pecudes cæteros æſtimamus, ſuperbè adminiſtrantes, non ſic quando illis indigemus. Vt ergo ad ordinem omnia redigantur, ſuprema illa, ac diuina prouidentia ſic omnia attemperauit, vt & populi ſpiritualibus indigerent, & ſancti eius prædicatores temporalibus, ex quibus in vnam charitatem coadonari, & veluti coagulati miniſteria Chriſti perfectiſſimè obirent; vt ſic quaſi *per quandam viciſſitudinem ſe fratres cognoſcerent, & non ſuperiores*, ait Abulenſ. *quæſt.* 64.

Cur conueniens fuit vt à populo ſuſtentarentur.

Abulenſ.

Vltimò tandem illa ſunt adnotanda, nempe *cibo ſuo*, non enim dixit mercede ſua, ſed cibo ſuo. Cur hoc? ipſiſſimis verbis Hieronymi placet reſpondere: *Quia nudos quodammodo, & expeditos ad*

Laur. Aponte in Euang. Matth. Tom. II.

prædicandum Apoſtolos miſerat, & dura videbatur eſſe conditio Magiſtrorum, ſeueritatem præcepti ſequenti ſententia temperauit, dicens: Dignus eſt operarius cibo ſuo, quaſi diceret, tantum accipite, quantum in victu & veſtitu vobis neceſſarium eſt. Nam, ait Hieronymus, *licèt Apoſtolus*, ad Galat. 6. num. 6. *mandat vt communicet his, qui catechizatur, ei qui ſe catechizat in omnibus bonis*; hoc tamen debet intelligi, *non in auaritiam, ſed in neceſſitatem.* Quid Hieronymo addendum? Sanè nihil, niſi iuxta Domini præceptum, neceſſariis Dei ſint contenti miniſtri, & ex diuinis miniſteriis nolint quæ ad luxum, ſed quæ ad honeſtatem accipere.

24.
Prædicatores cibo & veſtitu ſic contenti ſint, & nolint ex prædicatione diteſcere.

Hieron.

In quamcumque autem ciuitatem, vel caſtellum intraueritis, interrogate quis in ea dignus ſit, & ibi manete donec exeatis. NVM. 11.

Intrantes autem in domum, ſalutate eam, dicentes: Pax huic domui. NVM. 12.

Et ſi quidem fuerit domus illa digna, venient pax veſtra ſuper eam; ſi autem non fuerit digna, pax veſtra reuertetur ad vos. NVM. 13.

Senſus litteralis, & moralis.

1. INterrogate quis in ea dignus ſit. Hoc eſt ſextum præceptum, cuius ratio, vt bene obſeruat Ianſen. eſt; quia cùm dixerit Dominus dignum eſſe operarium cibo ſuo, ne forſitan crederent indiſcriminatim ab omnibus ſuſcipiendos eſſe, & omnium ianuas illis futuras apertas, aut apud quemlibet illos manere debere; dat eis hoſpitij præcepta, affirmans nullum eos accepturum, qui non ſit dignus, cuius ſignum, vt ait Salmer. quia facta inquiſitione, & in domum euntes pacem annunciantes eos reciperet, quòd ſi non reciperet, ſignum non fuiſſe dignum, etiam ſi ex fama alioquin appareret dignus. Quòd ſi iuxta Remigium hanc dignitatem interpretari velimus, horrenda eis imminet ſententia non ſanctos prædicatores recipientibus. Nam, ait Remigius, eſſe ſignum negantem hoſpitium non eſſe de prædeſtinatorum numero, gloſſans enim illa verba, *pax huic domui*, quæ dicere debebant ſtatim ac intrarent, ad hoc vt eos reciperent, quòd ſi nollent pacem recipere, & Dei verbum audire, ad eos pax reuerteretur, ſic ait: *Quia ſcilicet, aut erit quiſque prædeſtinatus ad vitam, & cæleſte verbum, ſequitur quod audit*; hoc eſt, recipiet, & admittet prædicatorem pacem annunciantem, *aut ſi nullus audire voluerit, ipſe prædicator ſine fructu non erit, quia ad eum pax reuertitur, quando ei à Domino pro labore ſui operis recompenſatur.* quæ eſt ſententia Abulenſ. *quæſt.* 68 *in* 6. *ratione.* Ex qua doctrina illud in fauorem ſanctæ hoſpitalitatis eripere potes, magnum equidem ſignum prædeſtinationis, hoſpitalem quempiam eſſe, ac dignitatis apud Deum, dum dignus reperitur, vt hoſpites recipiat.

Cur hoc præceptum datum.
Ianſen.

Salmeron.

2.
Hoſpitiũ recipientis dignitas ex quo arguere debebat.

Remig.

3.
Hoſpitalem eſſe ſignum prædeſtinationis, ſicut è contrario inhoſpitalem reprobationis.

Enim verò ſic Abraham *Gen.* 18. *n.* 3. dum ſtaret in oſtio tabernaculi hoſpites præſtolans, & tres illi apparuerunt, *Domine*, ait, *ſi inueni gratiam in oculis tuis, ne tranſeas ſeruum tuum.* Attende tempus, & reperies, hoc eueniſſe in ipſo feruore diei; attende hominum habitum, & inuenies peregrinos. ergo ambulabant in ipſo feruore diei. Quid inde, vt ſcilicet itinere, calore ac

4.
Abrahamus Angelis dixit: ſi inueni gratiam.

5. æſtu vſque ad extremam laſſitudinem eſſent de fatigati, & quidem, ſi eſſent homines, ac proinde in extrema neceſſitate conſtituti, hoſpitio egebant, & tamen cum hoc occurrens eis Abraham non dixit: Domine, inueniſti gratiam apud me, ingredere ad hoſpitium. Sed, *Domine ſi inueni gratiam.* Cur hoc? Sane reſpondet Hilar. in hunc locum Matth. *Quia hoſpes non tribuit beneficium ei qui apud ſe manſurus eſt, ſed accipit.* Sanè perquam veriſſimum. Non reputabat Sanctus Patriarcha, quòd ipſe gratiam daret hoſpitando, ſed quòd accipiebat, hinc de dignitate, & gratia timens, dicebat: Si inueni gratiam; quaſi indignum ſe dicturum, ſi eum tranſirent, non ſe hoſpitando; at quia dignus, at quia electus, non eum prætereuntes; ſic pari modo, cui Deus talem gratiam exhibet, vt libenter hoſpitentur, equidem ſignum gratiam in oculis eius inueniſſe, & ex omnibus eſſe electis, ac prædeſtinatis, ſecus autem de inhoſpitalibus.

Hoſpitales accipiunt, nō dant gratiam.

Hilar.

6. At quid intelligit per dignitatem? Hieronym. ipſum intelligit hoſpitium, quaſi dicat. *Quis dignus hoc a vobis accipere Euangelium, vt apud eum hoſpitium habeatis.* Alij, quis magis idoneus vt ſit Euangelium annunciantis. Alij, quis bonus ſit moribus & hoſpitalis? Caietan. vtinco tracta omnia comprehendit. *Non quis in ea diues ſit, ait, non qui ſit habens bonum hoſpitium, ſed quis ſit dignus regno cælorum.* At cur hoc? reſpondet Caietan. *Quia dignus regno cælorum, rationabile eſt quod recipiat vos hoſpitio*, quaſi qui non dignus, qui non electus ad regnum irrationabile vt hoſpitalitatem exerceat. Ex qua doctrina confirmatur amplius id quod ſupra dicebamus, tenerum prædeſtinationis eſſe hoſpitalitatem.

Qui hoſpes dignus à Chriſto intelligatur.

7. At cur mandat, vt apud dignos hoſpitentur, hoc eſt, iuſtos, non peccatores, cùm ipſe ad as peccatores diuertebat. Multas rationes affertur Sanct. Hieronymus, *ne prædicatoris dignitas ſuſcipientis infamia diſſiparetur.* Chryſoſtom. Quia non ſolùm domus, ſed cibaria præſtare debebat, quandio ibi manerent, & bonitas ad hoc neceſſe hoſpitis ne defatigatus turpiret eos eiiceat. Ambroſius ſuper hæc, ne eſſet occaſio mutandi hoſpitium. *Non otioſè, ait, domus, quam ingrediantur Apoſtoli, eligenda diſcernitur, vt mutandi hoſpitium cauſa non ſuppetet.* Omnes expoſitiones optimæ, ſed literalis, quam ex Hieronymo affert Abulenſ. *quæſt.* 67. Quia cùm diuina beneficia conferre debebant, utpote infirmos curare, mortuos ſuſcitare, &c. equidem rationabilis, vt talia dignis conferrent, *hoſpes eligitur*, ait Hieronymus, *non tribuens beneficium ei, qui apud ſe manſurus eſt, ſed accipiens, hoc enim dicitur quis in ea dignus ſit, vel magis ſe nouerint accipere, quam dare.* Ergo dignus erat eligendus, & ad rationem dubitandi de facto Chriſti optimè reſpondet Chryſoſt. Chriſtum cum publicanis hoſpitaſſe, quia eos ſua præſentia dignos eſſe erat ex conuerſione.

Chriſtus cur mandat vt apud dignum Apoſtoli hoſpitentur.

Hieron.

Chryſoſt.

Ambroſ.

Abulenſ.

8. Ex his habes quantam curam Dominus illorum gerebat, dum nudos eos mittebat, ne quis reputare poſſit ſine prouidentia eos mittere, ſineque ſolicitudine. nam talem habet, vt velit hoſpitentur apud ſanctum, apud iuſtum. ad hoc vt, quia talis ſanctus non reſpuat inſpirationes de hoſpitando, & ſecundò, vt non miſerè, ſed abundanter paſcantur; qualis pater, qualis mater ſic de filiis curat? Hinc rectè Rupertus *hic* affirmat ex hoc, quòd ſi totus mundus fame periret, potius Regibus & Principibus panis deficeret, quàm iuſto Dei prouidentiæ relicto. *Etſi totus ferè mundus, ait, aliquando eſuriret, & penè indigeat, iuſtum, cuius in corde domeſticum, cuius in ore eſt familiare Dei verbum, non videbis derelictum.* Enim verò ſic fames, ſic aquæ penuria excreuerat in diebus Achab. 3. *Reg.* 18. *num.* 6. vt coactus fuerit ipſe Rex è domo egredi, & regali palatio, vt aquam quæreret; vnde diuiſis regionibus cum Abdia domus ſuæ diſpenſatore, *Achab ibat per viam vnam, & Abdias per viam alteram.* En Regis penuria; at tunc, quando Achab in tanta rerum penuria, tunc Elias apud viduam delitiabatur, quæ in præceptis habuerat, vt Eliam paſceret, vbi ſuprà cap. 17. num. 9. *Præcepi enim mulieri viduæ, vt paſcat te.* Ergo Rege ſuo pereunte ac fame, Elias ſplendidè, vt ſic dicam, 9.
ſuſtentabatur, quia pauper nihil habens ſub Dei prouidentia viues, dominus factus omnium rerum, ac diuitum ſubſtantiarum, quod notandum, vt ibi aduotat idem Rupertus, hoc Domini præceptum expendens, vbi ait: *Sublata eſt omnis cupiditatis, vel miſera ſolicitudinis occaſio, vt ſit Euangeliſtarum liber animus, & non ipſis aurum dominetur, ſed ipſi auro, & omnibus, quæ poſſident homines dominentur, & de omnibus nihil, niſi victum & veſtitum accipiant.* Egregiè dictum: ſolicitudo à pauperibus tollitur, non vt fame pereant, ſed domini euadant omnium pecuniarum, ac diuitum facultatum; attamen cùm hoc nil, ipſi amplius debent accipere, niſi victum, & veſtitum, non ditari ex alienis diuitiis. immo pauperiores fieri, cuius rationem perbellam aſſignat Chryſoſtomus, vt ſcilicet animas lucrari poſſint intelligentes humanas, non ſua, ſed illas quærere, iuxta Apoſtoli diſciplinam, *ita enim,* ait Chryſoſtom. *& ipſi a ſollicitudinibus eruebantur, & alijs ſuadebant, quoniam propter eorum aduenerant ſalutem, in hoc quod nihil deferebant, & nil amplius neceſſarijs expetebant.* Qui etiam prudentiſſimè aduertit non ſolùm Chriſtum talem paupertatem Apoſtolis indixiſſe ob rationes dictas, ſed vt claros eos efficeret, viroſque affamatos, non ſolùm ex ſignis, ſed ex paupertate, ſiue temperantia. *Non enim ſignis ſolis volebat claros eos apparere, ſed magis virtute; nil autem ita virtutem deſignat, ſicut non ſuperfluis vti.* Veriſſima ſententia, & quæ amplius experientia conſtat, quam ſpeculatione, in admiratione ſumus quando nihil eorum concupiſcimus, vt e ſecimus quando aliquid amabimus.

Amor & cura Chriſti de Apoſtolis quando nudos eos mittebat.

Rupert.

Pauperes dominus ſubſtantiarum diuitum.

Chryſoſt.

10.

Cur prædicator nihil aliud accipere debet præter victum & veſtitum.

11.

Temperantia prædicatores illuſtres reddit.

At verò Dominus eis præcepit, vt de digno interrogarentur, cùm poſſet eis reuelare dignum. 12.
Chryſoſtom. vt ſe humiliarent, homineſque ſe crederent, dum ipſi miracula patrare infinita poſſent, tamen hominis dignitatem minimè. *Intende autem, ait, quia nondum omnia eis tribuit, neque enim eis largitur, vt ſciant, quis ſit dignus ſed iubet ſcrutari.* Excellens doctrina, quam ſi ad mores applicare vis, intelliges quare Dominus non omnia ſub pedibus ſanctis proſternit vitia, 13.
ſeu omnes imperfectiones, immo etſi grandia, ſuperent leuia, nunquam poſſent, ſanè vt in ordine ſe continentes homines ſe eſſe ſcirent. Quod conſiderans Gregor. PP. *lib.* 3. *Dialog. cap.* 14. *in S. Abbate Iſaac*, ſic magiſtraliter ait, *hic cum virtute itaque abſtinentia contemptu rerum tranſeuntium, prophetia ſpiritu clarioris intenſione eſſet incomparabiliter præditus, vnum erat, quod reprehenſibile*

Cur Chriſtus Apoſtolis præcepit vt de digno interrogarent, & non eis reuelauit quis ſit dignus.

Sancti cur nō omnia ſuperant vitia, & omnes non acquirunt virtutes.

bile in eo eſſe videbatur, quia nonnunquam tanta ei lætitia inerat, vt ille tot virtutibus niſi ſciretur eſſe plenus, nullo modo crederetur. ob hoc etiam ſæpe & grandia quæ apprehendimus, & viuis aſſequi cupimus deſideriis, non attingimus tamen, vt D. ait Bernard. epiſt. 83. ad Abbatem ſancti Nicolai, *ſit*, ait, *quibus nunquam deſit piè viuere, non ſemper tamen adeſt perficere pro bona voluntate.* Quod exemplis probat Aaronis impotentis populum reprimere ad non formandum vitulum, Samuelis ad Regem non eligendum, tandem Dauid templum ædificare impotentis, etſi ſummis illud expetebat votis.

Salmer. Salmeron, *noluit*, ait, *vt per reuelationem diſcerent, quod per diligentiam poterant humanam.* Ad quid reuelatio quando, naturaliter poteſt aliquid ſciri.

Abulenſ. Abulenſ. *quæſt.* 68. inter cæteras, duas affert rationes, ſatis ad rem.

Prima, & meo ſenſu eſt litteralis, hoc nolluiſſe Chriſtum, noluiſſe autem per miraculum cognoſci dignitatem hoſpitij, vt poſſet verbum Chriſti impleri de excuſſione pulueris, vt infra. Sanè ſi ex reuelatione cognoſcerent dignum, aut quòd nullus eſſet dignus, nulla aderat occaſio pulueris excuſſionis. Ex qua ratione illud infertur, intendiſſe etiam ex hoc, Dominum noſtrum admonere indignos, vt ſcirent ſe indignos ex excuſſione pulueris, vt ſic ad pœnitentiam reuocarentur, hinc ad ſalutem creatorarum & conceſſit, &

14\. abſtulit miracula, vt ex hinc videas totum Chriſtum ad noſtram propenſum ſalutem, tum in conceſſione, tum in negatione gratiarum, vt ſic quando in aliquibus te videas non exauditum, non reputes ex parua, ſed ex magna Chriſti voluntate illud prouenire, tuæ conſulens ſaluti, ex quo inferre debes, ſemper illi gratias agendas, ſiue tibi concedat, ſiue gratiam neget.

Chriſtus totus ad ſalutem hominum fuit quando gratiam concedit, ſiue quando negat.

Secunda ratio Abulenſ. ad mores, vt ſcilicet nos

15\. inſtrueret quanta diligentia cum bonis conuerſari debeamus, & ſocietatem talium exquirere. nam ſi Chriſtus tanta cura voluit, vt Apoſtolos, alioquin viros ſanctiſſimos, à malorum conuerſatione ſe abſtinerent, quid illis faciendum, qui

Malorum ſocietas quanta cura vitanda.

Abulenſ. non Apoſtoli. *Quartò fuit propter nos*, ait Abulenſ. *vt cùm Apoſtoli, qui erant principes Eccleſiæ, tantam diligentiam circa hoſpitem inueniendum facerent, vt ſine ſuſpicione viuerent, quanto magis nos, quibus ex malorum conuerſatione non ſolùm ſuſpicio, ſed etiam periculum videndi mores eorum incedit, cauere debemus malorum conſortia.*

Caietan. Caietan. rectè adnotat Chriſtum eis mandaſſe,

16\. vt dignum requirerent, non autem diuitem; *Non quis in ea diues ſit, non quis habeat bonum hoſpitium, ſed quis dignus ſit regno cælorum.* & ratio, *quia dignus cælorum regno rationabile eſt quòd recipiat nos hoſpitio.* Sanè dictum: ſic Deus longè eſt ab iis, quos

Deus quàm longè eſt à præſcitis etiam in hac vita.

17\. ſcit, non eſſe ex prædeſtinatis, vt ſi poſſibile foret, ex nunc nollet vt ſui cum ipſis tractarent; vt aliquid ab eis acciperent, vt emolumenta ab eis recognoſcerent. Vah confuſio aliquorum, qui ad hoc minos cauti indifferenter ſic à latrone accipiunt, ac à vero poſſidente, & rerum domino. Hinc Scriptura de hac re eleemoſynas à talibus renuntiandas, abundant ex hiſtoriis exempla. Vide infrà *num.* 14.

Eleemoſynæ ab indignis non accipiendæ.

Abulenſ. Rectè adnotat Abulenſ. quòd ſi mandatum Apoſtolis dignum eligere, non ſic hoſpiti recipienti, nam hic indifferenter accipere debet. *Non tamen eadem cautio receptori*, idem ait Ambroſ. in Lucam, *ne dum hoſpes eligitur, hoſpitalitas minuatur*, quod multis probat ſententiis Abulenſ. vide apud ipſum.

Ibi manete, donec exeatis. ſcilicet ex illa ciuitate, donec exeatis ad prædicandum in aliam. Triplicem de hac re reddit Chryſoſt. cauſam. *Prima* ne turbaretur relictus. *Secunda* ne Apoſtoli leuitatis notam incurrerent, vnde rectè Theophylact. Chryſoſt.

Iubet, inquit, *Dominus Apoſtolos manere, & non de domo in domum ire, ne tanquam guloſi malè audiant, & videantur pretinus qui ſuſceperant iniuria afficere.* Theophyl. 18.

Ambroſ. lib. 7. in Lucam; *ne aliquam amicitiæ ſollicitudinem facilè ſoluamus.* Egregie, proprium Apoſtolicum inſigne eſt non facilè amicitias ſoluere, diu, ac firmiter in amicitia ſtare, ad Dei imitationem, qui nunquam deſerit, niſi prius deſeratur. Ambroſ.

Chriſtus cur mandauit vt in eadem domo Apoſtoli manerent.

Mouet Abulenſ. quæſtionem, an retento hoſpitio poſſent Apoſtoli, ſi mutarentur, recipere conuiuia? & negatiuam partem tenens affirmat, nullo modo id eis licuiſſe. *Primò*, quia ratio vitandi hoſpitij mutationem fuit ne conuerſationem domeſticam cum multis haberent; nulla autem maior domeſtica conuerſatio, quàm in cibo, & potu conuenire. *Secundò*, quia vt ſic voracitatis poſſent argui. *Tertia* ne gulæ indulgerent, cùm lautius in conuiuiis conuiuerentur, quam in domo vbi continuè manerent. Clarius hoc dictum reperitur apud Lucam *cap.* 10. vt idem adnotat author: *in eadem autem domo manete edentes, & bibentes, quæ apud illos ſunt, & nolite tranſire de domo in domum;* quam ſententiam ſequitur Salmeron. Abulenſ. 19.

An Apoſtoli ſuſcipere poterant conuiuia extra domum in qua manebant.

Hæc ſententia ſummopere mihi placet, tum quia veriſſimam exiſtimo, tum quia ex illa educitur, quàm ſanctè in noſtris regulis firmiter ſit ſtatutum, nullo prorſus modo extra domum dicere nobis in domibus ſæcularium conuiuari, vnde Conſt. *part* . *cap.* 14. *num* 8. ſic ſtatuitur. *In domibus ſæcularium, ſiue intra vrbem, ſiue in eius ſuburbijs, aut ruri degentium nobis comedere non licebit.* Sanè perquam optimè ſancitum, & iuxta Domini 20.

ſententiam, vnde experientia doctus didici, penè nunquam domi me retinere potuiſſem, ſed penè ſemper in conuiuiis, niſi hac ſanctiſſima ſtultus conſtitutione me non defendiſſem. Quam ſic tenaciter obſeruaui, & ſi in aliis imperfectiſſimos, vt etſi propè ad quinquaginta ſim religionis an- 21.

nos, nunquam eam fregi, nec quaſlibet admittere volui aut licentias, aut epiikeias, timens damnum, & ex contrario in aliis ſacris congregationibus infinitas quas vidi diſſolutiones. experto crede; ſi vis te religioſum, intra clauſtra te contine, & præcipuè in conuictu, etſi rogatos, dicam etſi coactus.

Regulares minores extra propriam domum comedere non poſſunt.

Conuiuia excuſanda à religioſis viris.

Enimvero ſi rectè attendas, totius humani generis mala perditio ex hoc originem duxit, ex indiſcreta conuiuij acceptatione, ſanè ſi mulier ſola comediſſet, malum ei tantum fuiſſet, non Adamo, non nobis; at quia virum ad ſuum inuitauit conuiuium, ad ſuas epulas, dum incautè Adam, dum Euæ fit conuiua miſer & ſe, & nos perdidit, non deceptor, ſed ſuaſus à muliere, vt ait Auguſt. de ciuit. 14. cap. 11. *Credendum eſt illum virum ſuæ fœminæ, vni vnum, hominem homini, coniugem coniugi, ad Dei legem euangelizandam, non tanquam verum loquenti credidiſſe ſe ductam, ſed ſociali neceſſitudine paruiſſe.* Hæc poſtrema notanda, patuit non ſeductus, ſed ſociali neceſſitudine, ſed vrbanitate, ne nimis aut auſterus, aut inurbanus videretur, hinc ne amica ſocia, vxor contriſtaretur, mādatum Dei fregit ex conuiuio; quàm ſæpe hoc, ne inurbani videamur, ne ruſtici ſanctam frequentes 22. Auguſt.

Adam ſe perdidit, quia conuiuium acceptauit quod non debebat.

regularem diſciplinam, abſtinentiamque ad conuiuia accedimus; hinc ſæpe vnico conuiuio amittimus, quod per annos lucrati ſumus, nobiſque Deus impendit.

23. *Pacis ſalutatio quid importabat.*

Intrantes autem in domum, ſalutate eam, dicentes: Pax huic domui. Hæc erat vulgaris ſalutatio Hebræorum, ſiue quando domum intrabant, ſiue quando ex ea exibant; vnde Chriſtus diſcedens à ſuis; *pacem*, ait, *relinquo vobis*, per hanc ſalutationem, ſiue per hanc imprecationem duo ſignificabantur, vt rectè admonet Maldon. aut quòd pacificus erat ingreſſus eius, qui ingrediebatur, vt Gen. 43. 23. *at ille reſpondit: Pax vobiſcum, nolite timere*, & Iudic. 6. 23. *pax tecum, ne timeas, non morieris*; aut imprecatio *omnium bonorum*. nam cùm ex Auguſt. 19. de ciuit. *pax ſit tranquillitas ordinis*, rectè infert Abulenſ. *quòd nullum bonum deeſt, vbi tranquillitas ordinis manet*. Nam ſi bene conſideres,

Maldon. *Abulenſ.*

24. *Pax quid, & quid per pacē Apoſtolicam.*

totum bellum inde oritur, quia ordinatio recta deeſt, vnde hominibus bellum inteſtinum: ſanè ex deordinatione partis ſuperioris cum inferiore. Hæc quæ ſeruire debet, dominari vult. En bellum; ergo pax in ordinatione, cùm pars inferior ſubiecta manet ſuperiori, & ſic in ſingulis diſcurrendo. ergo cùm pax conſiſtat in tranquillitate ordinis, quando pax imprecetur, ſanè omne bonum imprecatur.

Genebr. *Hieron.* *Theophyl.* *Chryſoſt.*

At quale præcipuum bonum, ſeu qualem pacem imprecabantur Apoſtoli? Sanè non tantum humanam, quantum diuinam, ſic Genebrard. Pſal. 71. *Cùm ergo*, ait, *Apoſtoli pacem imprecabantur, proſperitatem, & diuinam maximè pacem imprecabantur.* Hieronym. propriè affirmat imprecatos illam pacem, quæ diſcordias ſedat, Theophylact. & Chryſoſtom. Benedictionem intelligunt Apoſtolicam. Idem Chryſoſt. lib. 7. in Luc. tom. 5. *pacem propriam non ſolùm eam qua verſatur inter homines, ſed eam qua pertinet ad nos ipſos. nam ſæpe in pectore bellum gerimus, & nullo malo ſtante turbamur, nec non praua deſideria contra nos crebrò inſurgunt.*

Ex dictis ergo, ſiue ex hoc præcepto, quod ſeptimum in ordine, colligitur duo intendiſſe Chriſtum; *primum*, vt hoſpites intelligerent pacificos eſſe ſuos prædicatores, viroſque pacis; & *ſecundò* quòd aduenicbant amplius vt darent, quàm vt acciperent; ſic attentus ſtat ſemper Dominus noſter, vt omnis excludatur rumor cupiditatis.

25. *Chriſtus cur præcepit Apoſtolis vt ipſi primum ſalutarent.* *Abulenſ.*

At cur præcepit vt ipſi primùm ſalutarentur, Abulenſ. propter vrbanitatem. *nam rudis & indoctus eſt, qui ſalutatione non vtitur.* Non amat Deus ruſticitatem, & ſi rudes eligit, vrbanos facit, vt ex hinc doceantur religionis ſuperiores quantum attendere debent, vt ſui alioquin rudes vrbani fiant, vrbanéque incedant.

Chryſoſt.

Sanctus Chryſoſt. ex virtute humilitatis proximum in honore præueniendo; *inſtruit eos Dominus quòd non propter hoc expectarent præſalutari, quia docebant, ſed antecedere ſalutationem alios præueniendo.* Vnde Apoſt. ad Rom. 12. *honore inuicem præuenientes.* Neceſſaria doctrina Doctoribus, vt humiliter ſe habeant.

Remig.

Remigius duas affert rationes, *prima* fundata in quadam vrbanitate, vt ſcilicet ex ſalutatione prouocaretur homo ad eos excipiendos & inuitandos, vt ſcilicet domi manerent, ne vltrò ipſi ſe ingererent. Vnde Remigius, *quamuis fama dignus electus ſit hoſpes, tamen ſalutandus eſt, vt magis ſua dignitate prædicatores vocentur, quam vltro ſe ingere videantur.* *Secunda* autem eſt & vera ac litteralis, vt ſalutando hoſpitem, & ipſe eos recipiendo proderet, ex hoc eius dignitas. nam ſi dignus, Deus mouebat cor eius ad recipiendum: ſi autem indignus, turbabatur, & recipere nolebat. *Docuit*, ait Remigius, *Dominus diſcipulos ſuos offerre pacem in introitu domus, vt ſalutatione pacis eligeretur domus digna, vel hoſpes, ac ſi diceret: Omnibus offerte pacem, quia aut accipiendo dignos, aut non accipiendo indignos ſe manifeſtabant.* Ex qua doctrina, quod ſuprà dicebamus, confirmatur: hoſpitalitatem teſſeram eſſe dignitatis apud Deum, ſaltem, vt bene aduertit Salmer. ſecundùm præſentem iuſtitiam. 26.

Hoſpitalitas teſſera dignitatis apud Deum. *Salmer.*

Si autem fuerit domus illa digna, veniet pax veſtra ſuper eam: ſi autem non fuerit digna, pax veſtra reuertetur ad vos. Tota difficultas huius verſus conſiſtit in iſtis poſtremis verbis, quid ſcilicet Dominus intelligat in illis, aut quid ſit pacem reuerti ad Apoſtolos, niſi recipiantur, in qua re varij ſunt Doctores.

Abulenſ.

Abulenſ. vt non crederent Apoſtoli quòd etſi non reciperentur oblata pace (quod eſt, vt ſuprà diximus, imprecatio omnium bonorum) non amplius ipſi haberent alteri digno quid offerrent, ideo dicit, *reuertetur ad vos*, vt diſcedentes alteri offeratis pacem, quam ille non meruit, id eſt, ait Abulenſ. *adhuc habebitis locum petendi hoſpitium ab alijs, quia non perijt virtus huius pacis, licet interdum eam inutiliter offeratis propter indignitatem eorum quibus offertur.* Euthym. vult, vt nil aliud ſignificet, quàm quòd talis pax nil operabitur ex indignitate hoſpitis, *ſi fuerit indigna domus, pax veſtra ad vos reuertetur, ſiue nil operetur, ſed hæc vobiſcum ſumpta exite.* Conſentit Maldonat. licet improbet Euthymium, quaſi dicat, vt Apoſtoli imprecarentur domui illi contraria paci. Quod nec per ſomnium Euthym. Nam verba illa, *ſed hæc vobiſcum ſumpta*, alium faciunt ſenſum, vt mox dicemus. Ianſen. ly *reuertetur*, futurum pro imperatiuo accipiens, vult, vt faciat ſenſum, cùm vos non receperint, nolite animo deſpondere; nam impero vt affluentia illa bonorum ex tali repulſa veniat ad vos. S. Gregor. *hom. 17. in Euang.* vult, vt ſit ſenſus, vt ſi eos non receperint oblata pace, ipſi tamen non ob hoc ſine fructu erunt. Dum eis pro *labore ſuo operis merces recompenſabitur*. Vnde Titus apud Lucam in caten. D. Thom. *non eſtis deluſi, nec verborum veſtrorum gratia perijt, immo reciprocatur ad vos.*

27. *Quid ſit pacem reuerti ad Apoſtolos.* *Euthym.* *Maldon.* *Ianſen.* *S. Gregor.* *Titus.*

Omnes ſenſus boni; ſed mea ſententia litteralis & verus eſt Abulenſ. Nam cùm ex oblatione pacis cognoſcendus erat dignus, qui eam accipiens Apoſtolos reciperet, eoſque de neceſſarijs prouideret, ne expulſi animum deſponderent, quaſi deſtituti, tantum fuit illis dicere: *pax veſtra ad vos reuertetur*, quantum ne timeatis ob hoc, ſed inde exite, & alium inuenietis acceptantem pacem, quam ille repudiauit. Vnde metaphoricè loquens, dixit: *reuertetur ad vos*. quaſi dicat, non ibi vos deſerentes velit manere, ſed vobiſcum exire, vt ſimul aliò euntes cum illa vos recipiant; quod excellenter explicuit Ianſen. ſic: *Cùm autem vel præcipit tanquam Deus, vel promittit pacem reuerſuram ad vos, non tantum videtur ſignificare pacis imprecationem inutilem, ac infructuoſam ipſis fore, ſed etiam quòd ab alijs repulſa redibit ad vos, vt deducat ipſos, & alterius hoſpitij faciat repertores.* Litteralis, & verus ſenſus, ex quo deducitur, pauperes, prædicatores, Deique miniſtros quantum animi reſumere debeant vt toti in Deo poſiti ex illo ſolo omne ſperent emolumentum, tum ſpirituale, tum temporale; cùm ex repulſa non ſolùm illis bonum etiam temporale

Ianſen.

minuetur,

28. *Pauperes in ſua paupertate quantum interius reſumunt gaudium.*

minuetur, ſed redoplicabitur. Quòd ſi de gaudio ſpirituali, quod guſtant Dei ſerui, quando repudiati ab hominibus, de ſua fruuntur repulſa, incredibile dictu eſt, quàm verum hoc ſanctiſſimi Domini noſtri dictum ſit; tripudiant, ſaltant, gaudio penè dicam diſrumpuntur, (ego teſtis,) quando poſt peractam diligentiam debitam, omnis fruſtratur eorum labor, nil acquirentes, in ſua remanentes paupertate ac miſeria; vnde hoc? Sanè amice, quia pax reduplicatur eis interior, dum exterius ampliori premuntur paupertate. Scio pauperrimam quandam, ne miracula experiretur, diligentiam adhibuiſſe, vt ſibi eleemoſyna attribueretur vna ex illis quaſi Archiepiſcopus diſpenſat Toletanus, & plus timuiſſe, ne diligentia effectum ſortiretur, quàm ne fruſtraretur. Vnde poſt illam peractam, cum alteri datam videret, mirabile dictu, quanto exultauit gaudio. Vadant nunc auari diuites, vadant nunc ſæculares ambitioſi, perquirant diuitias, perquirant luxus, perquirant commoditates, nunquam equidem ex diuitiis & affluentiis, tantum excipient gaudij & lætitiæ, ac paupertima iſta. Quis hæc operari poteſt niſi magnus ille Deus noſter in ſumma miſeria ſummam conſtituens abundantiam, in ſumma triſtitia ſummum gaudium, in ſummo bello ſummam pacem.

NVM. 14. Et quicumque non receperit vos, nec audierit ſermones veſtros, exeuntes de domo, vel ciuitate, excutite puluerem de pedibus veſtris.

NVM. 15. Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum, & Gomorrhæorum in die iudicij, quàm illi ciuitati.

Senſus litteralis, & moralis.

1. *Præceptum de excuſſione pulueris expenditur.* Abulenſ. Salmer.

EXcutite puluerem, &c. Hoc eſt octauum præceptum, quod, vt bene adnotat Abulenſ. & ex illo Salmer. ad litteram obſeruandum erit, vt fecit Paul. & Barn. *Actor.* 13. & patet amplius ex *Luc.* 10. in quo loco dum ſe Apoſtoli excuterent, dicere debebant: *etiam puluerem, qui adhæſit nobis de ciuitate veſtra, extergimus in vos, tamen hoc ſcitote, quoniam appropinquauit in vos regnum Dei.*

2. *Reprobis in præiudicium Dei regnum prædicatur.* Theophyl.

Cur hæc poſtrema verba? *Quia*, ait Theophylact. *ſicut recipientibus Apoſtolis appropinquare regnum Dei dicitur in beneficium, ſic non recipientibus in præiudicium.*

3. *Apoſtoli quando tenebantur excutere puluerem de pedibus ſuis.* Salmer.

At quando hoc facere tenebantur Apoſtoli? Salmer. ex Abulenſ. *Primò* quando malus eos recipere nolebat, nec eorum ſermonem audire. *Secundò* quando principes ciuitatis, aut tota ciuitas, vel maxima eorum pars eos eiiciebat, licèt aliqui pauci audirent. *Tertiò* quando nullum fructum facerent. Tandem quando in agro vna tantùm erat domus, quæ excuſſio fieri debebat in platea, vbi erat concurſus hominum, & quia ex platea vſque ad portam ciuitatis aliquis illis adhærere poterat puluis, ideo iterum extra portam puluerem excutere tenebantur, vt *Marc.* 6. *& Luc.* 10.

4. *Cur illos hoc præceptum, & quid ſignificet.* Chryſoſt. Theophyl. Euthym.

At cur hoc præcipiebatur, & in quale ſignum? Chryſoſt. & Theophylact. apud Marc. 16. vt teſtificarentur, nihil eos, nec puluerem ab ipſis accepiſſe. *Iubet Chriſtus, vt puluerem excutiant Apoſtoli, monſtrantes quòd nihil ab eis acceperint, & ne puluerem quidem.* Euthym. in proteſtationem impietatis, & quòd nollent ſecum rem tam impiam afferre. Ambroſ. *Luc.* 9. & Hieronym. vt ſignificarent, quòd dum ſpreuerint Euangelium, nec neceſſaria ab eis volebant. *Excutitur puluis*, ait Hieronym. *vt oſtenderent nil ab eis recipere velle, ne victum quidem neceſſarium, dum Euangelium ſpreuerint.* Auguſt. *qq. Euang.* 77. vt oſtenderent ſe nihil ab eis periſſe, Idem Auguſt. *incaſſum pro eis ipſos laboraſſe*, cum quo conſentiunt Hieron. Chryſoſt. & Theophylact. Hilar. in ſignum anathematis, dum nec puluerem velint talis ciuitatis ſibi inhærere; nam, *neſcio*, ait, *qua inſiſtenti loco, cum eo in quo inſtiteris loco videtur communio, & ſit inter eos quadam corporis ſolique coniunctio.* Subtiliter dictum. ſteterant Apoſtoli in loco, ex loco puluerem auferant, ſi ſecum puluerem loci afferrent, quodammodo videbantur ex loco aliquid detuliſſe, ſecumque afferre, & veluti adhuc in loco manere; quid ergo, quia locus ex repulſa maledictus, & anathema.

Ambroſ. Hieron. Idem. Chryſoſt. Theophyl. Hilar.

5. *A peccatoribus Dei Euangelium ſpernentibus nec obolus accipiendus.* *Sanctiſſimi Liberij Papæ de hoc exemplum.*

Puluis excutiendus etiam, etſi res viliſſima. Hinc conſultum, nec obolum à talibus peccatoribus Euangelium non recipientibus accipere. Sanè narrat Zozomen. *lib.* 4 *hiſtor. cap.* 10. quod cùm Conſtantius Imperator in exilium mitteret Liberium ſanctiſſimum Pontificem, ei tamen quingentos miſit aureos. At famulo Liberius, *Abi, & nuncia illi qui hoc aurum miſit, vt ipſum det ſuis aſſentatoribus, & hiſtrionibus quos continua egeſtas pro inſatiabili cupiditate in dies ſingulos grauiter premit, quippe qui perpetuò appetunt diuitias, nec vnquam ſatiari poſſunt; nos autem Chriſtus, qui pani in omnibus ſimilis eſt, nutrit, & omnia bona nobis ſuppeditat.* Hinc, vt ſuprà ex Hieronym. dicebamus, nec neceſſaria ab illis, qui noſtram ſpernunt prædicationem, accipere deberemus? Sanè Achan *Ioſue* 7. *à num.* 1. occiſus, quia ſubripuerat ab anathemate Iericho.

6. *Iericho cur anathema.* Theodor.

At cur Iericho ſub anathemate? Theodoret. quia prima vrbs capta, *vnde*, ait, *ſicut præcepit eis, vt offerrent primitias fructuum, ita mandauit offerre primitias ſpoliorum.* optima ſententia, ſed non inſolens erit ſi dicas, quia per ſex dies audiens buccinas Sacerdotum percipere eos noluit, in ſua ſemper duritia manens, portas ſemper clauſas habens. *Sacerdotales tubæ*, ait Auguſt. ſerm. 106. de tempore, *præfigurantur huius temporis Sacerdotum prædicationes, per quas non ceſſant peccatoribus terribili ſono, iudicium nuntiare gehennæ, interitum prædicare, & aures delinquentium verberare.*

Auguſt.

7. *Dei prædicatores, maiorem fructum reperirent ſi peſſimis peccatoribus nil accipere vellent.*

Meritò ergo talis vrbs, talis ciuitas ſub anathemate aſtricta, quæ tandem Dei tubas in ſuum audire bonum noluit, & meritò occiſus, qui de rebus eius ſubripuit. Verum dicam pinguiſſimos fructus crederem, ſanctos Dei prædicatores recepturos, ſi ſic ſe contra obſtinatos gererent, vt nec obolum eorum vellent accipere. At quia ſæpe de talibus ſumunt, & potius res videntur eorum concupiſci, quàm animas, ideo incaſſum laborant, & ſine fructu.

8. *Abraham cur nil accipere noluit à Rege Sodomæ.*

Leuo manus meas, dixit Abraham Gen. 14. num. 22. Regi Sodomorum ſpolia ei offerenti, *ad Dominum Deum excelſum poſſeſſorem cæli & terræ, quod à filio ſubtegminis, vſque ad corrigiam caligæ non accipiam quippiam ex omnibus quæ tua ſunt.* Cur ſic aſſeueranter, ſic firmiter, ſic minutè illud proteſtatur ſanctus Patriarcha? quod eſſet ſi filum acciperet ſtaminis; cur ſic inurbanè Regi reſpõdit? Amice, attende quorum erat Rex, & myſterium agnoſces. Erat enim *Rex Sodomorum.* At de iſtis ſuprà Scriptura dixerat *cap.* 13. *num.* 13. quòd erant *peſſimi, & peccatores coram Domino nimis.* Quid ergo mirum ſi ſanctiſſimus parens nil ab eo, nec filum accipere voluit, dum Rex peſſimorum, & eorum

diuitiæ

dinitiæ peſſimæ. 3.Reg.13.num.9. ad maledicendum Ieroboam miſſus Propheta ille ſanctus, inter alia mandata habuit, vt non reuerteretur per eandem viam. *Ne reuerteris per viam qua veniſti.* Quale in hoc myſterium, multi multa; at mea ſententia in ſignum anathematis Regia, & ciuitatis dictom; vt nec puluerem quo ad ipſam intrans, & ab ipſa exiens, in illo ſtaret, ſed redeundo per aliam viam veterem, excutiendo nouum acciperet: meritò ergo ſanctus Propheta poſtea occiſus, quando non ſolum puluerem non excuſſit, ſed cooninium admiſit. At pergo.

Origen. Hilar. Chryſoſt. Theophyl. Maldon.

Omnes hæ ſententiæ ſuſtineri poſſunt, at litteralis mihi videtur Origenis *hom.4. in cap.18. Gen.* & ex Hilario dedocitur, eſt Chryſoſt. ac Theophylact. quam ſequitur Maldonat. talem pulueris excuſſionem ſignificari in die iudicij illum puluerem, quem ex itinere collegerunt pro eis laborando, dum culpa eorum nil profecerant, & incaſſum ſudores effunderent, fore contra illos in die iudicij teſtem eos accuſantem, arguentem, quæ ſententia clarè deducitur ex Marc. 6. vbi dicitur, *Excutite puluerem de pedibus veſtris in teſtimonium illis*, & Luc.9. *in teſtimonium ſuper illos.* Vnde Theophylact. *Hoc autem Dominus præcepit, vt oſtenderet quod longam poſt eos viam ambulauerint, & nihil eis profuit, & illum excutiant, vt hoc ſit in teſtimonium illis, hoc eſt, in redargutionem illis.* Hanc ſententiam

9. *Quomodo puluis excuſſus ſtabit cõtra peccatores in die iudicij.*

æſtimo literalem, tum ex locis Euangelij, tum ea verbis quæ ſtatim Dominus ſubiungit, quam ad ad mores totam componens Raban. ſic ait: *Pedes diſcipulorum opus inceſſumque prædicationis ſignificant, puluis verò quo aſperguntur terrena leuitas eſt cogitationis, à qua etiam ſummi Doctores immunes eſſe nequeunt, cùm pro auditoribus ſolliciti ſalubribus curis inceſſanter intendunt, & quaſi per itinera mundi vno calcaneo terræ puluerem legunt; qui ergo ſpreuerint doctrinam docentium, & pericula tædiumque ſollicitudinum ad teſtimonium ſuæ damnationis inflectunt, & ne leuis culpa eſſe videatur, Apoſtolos non recipere, ſubdit: Amen dico vobis.* Si quæ Rabanus ait conſi-

10. *Auditores ex prædicatione non facientes fructũ quàm terribiliter in iudicio arguentur.*

deres, nullum ſimilem locum inuenies ad terrendos peccatores ex prædicatione fructum non facientes, cùm contra eos non ſolùm ipſa prædicatio, ſed ipſæ vigiliæ, ipſi ſudores, ipſæ ſollicitudines & anxietates, tandem ipſæ cogitationes, ac diſtractiones, quas ſerui Dei pro ipſis patiuntur, contra eos in die teſtificabuntur iudicij eos accuſantes, arguentes. Ex quo non mirum, quòd, vt mox dicemus, crudius contra tales agetur, quàm contra Sodomitas, iuxta Domini ſententiam, quæ ſequitur.

11. *Quomodo tolerabilius futurum cum peccato expellentium Apoſtolos, quàm Sodomorum, & an tale peccatũ grauius ſit, quàm peccatum Sodomitarum.*

Tolerabilius erit terræ Sodomorum. Quæſtio eſt grauis. Quomodo tolerabilius erit terræ Sodomorum, quàm ciuitatibus Apoſtolos expellentibus, cùm peccatum Sodomorum fuerit in ſuo genere grauiſſimum omnium, vtpote contra naturam? Ad hanc ergo difficultatem enodandam multi multa.

Lyra affirmat comparationem debere fieri inter peccata, eiuſdem generis, hoc eſt, inhoſpitalitatis, quo vitio laborabant Sodomitæ, vt patet Ezech.16. *quia manum egenis non porrigebant.* Vnde licèt aliàs maiora peccata haberent, tamen in ratione inhoſpitalitatis maius erat inhoſpitalitas non recipientium Apoſtolos, ab omnibus reiicitur, quia Dominus abſolutam & vniuerſalem fecit comparationem.

Anaſtaſ.

Anaſtaſius *quæſt.* 17. in Scripturam, putat hoc dictum, quia ratione incendij, aliquam pœnam in hac vita luerunt Sodomitæ, quod non qui repudiarunt Apoſtolos; ſed hoc eſt prorſus diuinare, & effugere vim argumenti.

Hilarius, Hieron. Bed. S.Thom. Theophylact. Maldon. Barradas, aliique affirmant hoc eſſe, quia non fuit Sodomitis Euangelium prædicatum, ex qua circumſtantia terribilius cum ipſis agetur, tanquam qui maiora acceperint beneficia. Vnde ſanctus Doctor, *dicendum*, inquit, *quòd non comparat Dominus peccatum ad peccatum, ſed ad circunſtantiam, quia peccabant iſti, quibus fuerat prædicatum, illi verò non.* & Euthym. *Sodoma, & Gomorrha, neque miracula viderunt, ſicut iſti innumera, neque ad terram illorum diſcipuli miſſi ſunt.*

Hilar. Hieron. Beda. S.Thom. Theophyl. Maldon. Barrad.

Euthym.

Hæc ſententia optima eſt, & ad mores rectè accommodata, cùm ex illa deducitur quantum timere debent illi, qui potiora beneficia à Deo acceperunt; & tamen ingrati illa reſpuerunt. Nam quid grauius peccato Sodomorum, ex quo peſſimus eos nominat Scriptura *Gen.*13.*num.*13. & tamen, quia non talibus beneficiis fuerunt affecti, ex hac circumſtantia minus cum illis erit in die iudicij, quàm cum prædicationem Apoſtolorum expellentibus, nec equidem hoc mirum videri debet ſi conſideres, quàm auidus, vt ſic dicam, & auarus Deus in expetendis beneficiorum fructibus, quàm rigidè eos expetit & exquirit, vt exinde intelligas quanta ſeueritate contemptores caſtigabit.

Enimverò ob mortem primogenitorum Ægypti beneficium immenſum, omne primogenitum Iſraëlis ſibi Deus conſecrauit, *Exod.*13. *num.* 1. At poſtea *Num.*13. *num.* 12. videns hoc graue populo futurum, decreuit tale onus tollere; at non ſine refectione pro ſe ex duodecim tribubus aſſumens, vnam nempè Leuiticam, vnde ait, *Ego tuli Leuitas à filijs Iſrael pro omni primogenito, eruntque Leitæ mei, meum eſt enim omne primogenitum, ex quo percuſſi primogenitos in terra Ægypti.* Quod cùm ſtatuiſſet, præcepit vt Tribus Leui numeraretur, & inuenta ſunt hominum millia 22. Quod cùm factum, iterum mandauit, vt primogenita numerarentur Iſraël, & inuenta ſunt vigintiduo millia ducenta ſeptuaginta tres, in quibus ſuperabant primogenita Leuitis. Quid ergo; nunquid dono ea dedit? nil minus, ſed ac ſi fuiſſet mercator, voluit vt pretio ea redimerent, *accipietque quinque ſiclos per ſingula capita ad menſuram Sanctuarij.* Quid hoc poſtremum? Sanè, reſpondet Abulenſis, ne putaretur redimendos eſſe ſiclis ordinariis, quæ minora, ſed ſiclis Sanctuarij, quæ erunt maioris pretij. Sic minutè, ſic carè vendidit. Cur hoc? nunquid Deus auarus, aut mercator? cur ergo illud fecit? Sanè amice, quia de fructu beneficij accepti agebatur, & quia omnis Iſraël beneficium acceperat, ab omnibus gratitudinem repoſcit. Nec vult vt vnus tantùm ſit liber, *vt ſciremus*, ait Oleaſter, *ſæculares ſe immunes à miniſterio Dei non eſſe. nam licèt Dominus eorum noluerit perſonas, voluit tamen eos ex ſuis miniſtros ſibi offerre.* Hinc, quia ſupererant in commutatione primogenita mandauit, vt pro perſonis ſoluerent argentum, vt ſic nil debitæ gratitudinis relaxetur ob beneficium acceptum; ſic Deus auarus eſt, vt ſic dicam, reſponſionis gratiarum, ſic tenax repenſionis beneficiorum; quid ergo mirum ſi in iudicio poſtea durius contra ingratos aget, quàm contra illos; qui etſi aliàs magis peccatores, tamen non ingrati, quia non acceperunt. Meritò ergo iuxta horum auctorum ſententiam expulſores Apoſtolorum

12. *Deus quàm ſeuerus & rigidus cenſor in expendendis beneficiorum fructibus.*

13. *Leuitas cur elegit & aſſumpſit.*

14. *Cur pretio fecit vt redimerentur primogenita.* Abulenſ.

Oleaſt.

lorum grauius punientur in die iudicij, quàm Sodomitæ qui Apoſtolos non audierunt.

Quarta & vera ſententia. At licèt optima ſit præcedens ſententia, & ſatis ad mores accommodata, vt diximus; tamen mihi amplius placet ſolutio Abulenſ. Caietan. & Salmeron. Veriſſimè maius eſſe peccatum expulſionis Apoſtolorum, & inhoſpitalitatis, quàm peccatum Sodomorum; quod multis probat Abulenſ. *Primò*, quia etſi peccatum Sodomiticum ſit maius in genere peccatorum carnalium, tamen alia ſunt peccata maiora ipſis, vtpote idololatria & hæreſis. Vnde *Thren.* 4. ait Dominus: *Maior effecta eſt iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorum.* Ergo non eſt dubitandum, aliquod eſſe peccatum maius Sodomitico. Hoc autem poſito, probat Abulenſ. *Primò* maius in genere eſſe peccatum expulſionis Apoſtolorum, quàm Sodomorum. Nam peccatum iſtorum carnale erat, & in carnis naturam; repellere verò Chriſti miniſtrum diabolicum, & contra benignitatem ſancti Spiritus; ergo. Quòd ſi poſtea addas circunſtantiam, quam ſuperior ſententia ponit, nempe, non eis fuiſſe prædicatum, ſine dubio, tum ex genere ſuo, tum ex circunſtantia maius eſt peccatum expulſionis Apoſtolorum. Vnde

Caiet. Caiet. *ne mirabile videatur tolerabilius fore in die iudicij Sodoma, & Gomorrhæ, quam ciuitati recuſanti Apoſtolicam prædicationem, diſtingue duplicem grauitatem peccati: alterã ex parte conuerſionis, & ſic maius fuit peccatum Sodomorum, alterum ex parte auerſionis, & hinc grauius eſt crimen refutantium Euangelium Chriſti.* poſt quæ addit ipſam rationem Abul Adde quòd ſi conſideres malitiam peccati potius ſumi ex parte auerſionis, quàm conuerſionis, concludes certiſſimum peccatum non receptionis Apoſtolorum, & expulſionis prædicationis maius eſſe peccato Sodomorum. Hinc tolerabilius cum iſtis ſe Deum habiturum in die iudicij, iuxta Domini ſententiam.

15. *Peccatores aliqui hîc incipiunt puniri, & conſumentur etiam punitio poſtea in altera vita.* Maldon. Ex dictis, vt bene adnotat Maldonat. duo dogmata eliciuntur. *Primum* ex D. Hieronymo, non æqualem ſcilicet, fore pœnam damnatorum. *Alterum*, aliquos non ſolùm in hac vita, ſed etiam in altera puniri, Sodomitę & hîc & in altera ſunt puniti. At cur hoc peccatũ cum peccato Sodomorum comparauit? Dices, ad eius oſtendendam grauitatem; & quia alibi ſæpe hoc facit Deus in Scripturis; & quia iſti etiam hoſpitales erant recipiendo Loth. Omnes boni ſenſus; at mihi etiam

16. *Chriſtus cur peccatum expulſionis Apoſtolorum cum peccato Sodomorum comparauit.* Euſeb. placet ille Euſebij apud Caten. D. Thom. in Luc. vt animæquiores redderet Apoſtolos ad ſuam ſuſtinendam paupertatem, dum impoſſibile, vt non inuenirent hoſpitium, cùm Angeli & in Sodomis inuenerunt. *Hic ſermo docebat eos*, ait, *audacter ingredi regulam paupertatis, non enim poſſet conſiſtere ciuitas & villa, nec vicus ſine aliquo incola veri Dei. nam nec Sodoma ſubſiſteret, non reperto Loth, quo recedente tota repentè perijt.* Ex quo habes non ſolùm Chriſti intentum, animare ſcilicet voluiſſe Apoſtolos, vt ſecuri incederent ſine baculo, ſine pera, &c. quia impoſſibile, vt aliquis non inueniretur Dei famulus, ſed etiam ex prædicta Scripturæ authoritate hoſpitales homines fulcimentum eſſe Reipublicæ. Et tamdiu illam duraturam, quandiu iſti in ea ruituram dum iſti abfuerint. Non ſecus ac Sodoma & Gomorrha. Hinc vox illa Angelorum ad Loth

17. *Hoſpitales homines fulcimentũ ſunt ciuitatis.* Gen. 19. num. 22. *Feſtina, & ſaluare ibi; quia non potero facere quicquam donec ingrediaris illuc.* Pende ly *non potero facere quidquam*, ſic hoſpitalis homo Deum ligatum tenet, ſuamque iuſtitiam, vt niſi priùs in ſecuro, niſi priùs abſcedat non ſolùm non faciet, ſed noſtro modo intelligendi, nec facere poteſt.

Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum. Eſtote ergo prudentes, ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. NVM. 16.

Senſus litteralis, & moralis.

ECce ego mitto vos. Duo ſunt præcipua prædicationis ſanctæ impedimenta, lucri cupiditas, & malorum imminentium, ac mortis timor. A primo immunis omnino debet eſſe prædicator, ac magiſter ſpiritualis, vt ſuprà alibi dicebamus, & contra ſecundum fortis & conſtans. Hinc Dominus mittens Ezechielem ad prædicandum, vt adamantem & ſilicem dedit faciem ſuam, cap. 3. num. 8. *Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum, & frontem tuam duriorem frontibus eorum, vt adamantem, & vt ſilicem dedi faciem tuam, ne timeas eos, neque metuas eos, quia domus exaſperans eſt.* Sic autem Dominus noſter nunc contra cupiditatem ex extrema paupertate ſuos armauerat ſatis, nunc contra inſeſtentia bella, tormenta, mortes eos fortes conſtituit, dicens, *Ecce ego*, &c.

At *primò* ſtatuendum cum Salmer. quòd etſi Apoſtolis in hac prima miſſione hæc dicta, tamen principalius ſecundam reſpiciunt miſſionem, quando poſt reſurrectionem eos miſit ad prædicandum, cùm, vt bene ipſe adnotat, in hac prima miſſione nil horum paſſi ſunt Apoſtoli, cùm nil eis defuerit, & inſuper ipſa dæmonia eis ſub iiciebantur; non ſic autem poſt eius aſcenſionem in ſecunda miſſione, vt patet. hoc ergo ſic ſtante, 1. *Hæc præcepta, non tantum primam reſpiciunt miſſionem Apoſtolorum, quantum ſecundam.*

Primò quærimus, cur eis hoc Dominus dixerit. omnes prorſus rationes complexus eſt Chryſoſt. *hom.* 34 qui ſic ait. *Primò, vt diſcerent præſentiæ eius virtutem. Secundò vt nullus ſuſpicaretur, quoniam propter imbecillitatem magiſtri hæc eis ſuperuenirent mala. Tertiò vt ipſi ſuſtinentes non obſtupeſcerent dum inopinabiliter, & præter ſpem euenirent. Quartò vt hoc audientes non turbentur in tempore crucis. Deinde vt diſcant, quoniam noua hæc prælij lex eſt, nudos mittit, & à ſuſcipientibus iubet cibari.* Cum Chryſoſt & cæteri omnes conſentiunt, Abulenſ. Salmer. aliique. at quo medio eos animat? Sanè ly, *Ecce ego mitto vos*, ipſe mittit, ſufficit, ſed de hac re infrà. 2. *Cur hæc Dominus Apoſtolis dixerit.* Abulenſ. Salmer.

Sicut oues in medio luporum. Cur hoc? Sanè ex multis rationibus. Chryſoſt. *hom.* 34. vt ſuam admirabilem oſtenderet virtutem, *Conſiderandum*, ait, *quòd non ſimpliciter ad lupos, ſed in medio luporum miſit, vt ſic ſuam virtutem magis demonſtrent, cùm oues lupos ſuperauerint, vt ſic ſuam virtutem magis demonſtrent, etiam in medio luporum exiſtentes, & plurimos morſus accipientes ab eis, non ſolùm non conſumuntur, ſed illos conuertunt.* Hæc poſtrema adnotanda; Apoſtoli oues plus valuerunt, quàm lupi; ex quo? Sanè ex patientia morſus ſuſtinentes luporum, ex quibus non ipſi perempti, ſed lupi fortiori morte, quàm ſi verè occubuiſſent, dum per conuerſionem, feritati moriebantur luporum, & fiebant agni. Vnde Chryſoſt *multo mirabilius eſt, & maius, transformare mentes eorum, quàm interficere eos.* Excellens, & vera doctrina, ex qua quaſi ex antecedenti claro deducit conſequens clariſſimum, quòd niſi ſimus oues, nunquam lupos vincemus. 3. *Cur ſicut oues inter lupos miſerit Apoſtolos.* 4. *Patio in vis & fortitudo.*

Immo

5. Immo ſi efficiemur lupi, vincemur. Si rationem expoſceres: quia dum lupi, præſentia abeſt noſtri paſtoris. *Erubeſcant*, ait, *qui quaſi lupi aduerſarios ſuos perſequuntur, cùm videant lupos innumeros ab ouibus ſuperari pauciſſimis, & certè quouſque ſumus oues, facilè hoſtes vincimus, cùm autem in naturam luporum tranſimus, tunc ſuperamur.* cuius rationem aſſignans ſequitur. *Tunc enim nullum nobis à paſtore patrocinium adeſt, qui non lupos, ſed oues paſcit.* Nil egregius. Chriſtus eſt paſtor, non equidem luporum, ſed ouium, extra gregem Chriſti qui lupus.

Prædicatores quando oues vincũt, quãdo lupi vincuntur, & cur.

6. Quomodo ergo & contribulos ſuos vincet ſine Chriſti auxilio? dilaniabitur potiùs. nam ad animas lucrandas non obſiſtentia, ſed patientia confert. Audi Gregor. hom. 17. in Euang. *qui locum prædicatoris ſuſcipit, mala inferre non debet, vt ex ipſa ſua manſuetudine iram furentium mitiget, & peccatorum vulnera ipſe in alijs afflictionibus ſanet.* At quid? nunquid ſemper prædicatori, aut ſuperiori ſuſtinendum? non equidem. nam ſæpe zelo delicta caſtigare oportet, & malo viriliter ſe opponere.

Animæ non obſiſtentia, ſed patientia lucrantur.

Gregor.

7. At quid tunc, non ſanè ex rabie lupi, ſed ex manſuetudine ouis, ex amore paſtoris, vnde ſequens Gregor. ait, *etſi quando zelus rectitudinis exigit, vt erga ſubditos ſæuiat, furor ipſe de amore ſit, non de crudelitate, quatenus iura diſciplinæ foris exhibeat, & intus paterna pietate diligat, quod foris caſtigat.*

Superior vt caſtigare, vt punire debet qualibus viſceribus.

8. Nil egregius, ſic caſtigare, ſic reprehendere, ſic foris aſperiùs ſe gerat ſuperior, vt intus amore liqueſcens, præ compaſſione, ac charitate à lachrymis ſe continere non valeat, & ne debilis appareat fugiat ad clanculum. *Gen. 41. num. 7.* cùm cognouiſſet fratres Ioſeph, *quaſi ad alienos duriùs loquebatur*, exploratores eos appellans mendaces, fratrem vnum coram ipſos ligans, & tamen cùm hoc ſic duriter faceret, ſic omnia eius viſcera commouebantur, vt lachrymas ſuſtinere non valens ad clanculũ fugit. *auertit ſe parumper, & fleuit, ex compaſſione*, ait Lyra, *quia videbat eorum anxietatem* En viſcera ſuperiorum, verorumque paſtorum ſæuiunt foras, ſed collachrymantur intus, non mordent, vt lupi, ſed balant vt oues, & vt ſic ſe gererent Apoſtoli, illis Chriſtus: *Ecce ego mitto vos, vt oues.*

Ioſeph quanto amore fratres caſtigauit.

Lyra.

9. Idem Sanctus, vt ſe paſtores, non dominos cognoſcerent, eum qui vt domini dominantur, non oues, ſed lupi. *Multi autem*, ait vbi ſuprà, *cùm regiminis iura ſuſcipiunt, ad lacerandos ſubditos inardeſcunt, terrorem poteſtatis exhibent, domini videri appetunt, patres ſe eſſe minimè recognoſcunt, humilitatis locum in elatione dominationis immutant, etſi quando extrinſecus blandiuntur, intrinſecus ſæuiunt, de quibus dicitur, veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.*

Superiores lupi quando vt domini non vt paſtores gubernant.

10. Cyrill. vt in Cat. S. Thom. apud Luc. vt ſuam imitantes naturam, qui agnus, lupos vincens, ſic etiam ipſi ſcirent quomodo lupos vincerent. Vnde *Luc.* 10. non dixit, *mitto vos ſicut oues*, ſed ſicut agnos inter lupos, & vtrumque dixiſſe multorum eſt opinio. *Narrat Lucas conſequenter*, (ait Cyrillus,) *diſcipulos vindicaſſe ſibi à Chriſto Apoſtolicam eruditionem, modeſtiam, innocentiam, æquitatem, nihilque mundanorum ſacris prædicationibus præferre, aſpirare autem adeò ad fortitudinem mentis, vt nullum terribilium formident, neque ipſam mortem.* Quod ſi conſideres quæ diſcipuli Chriſto retulerunt à prædicatione redeuntes, firmiſſimè tenebis nullum ſupereſſe medium ad animas lucrandas, quàm naturam induere ouis, naturam agni. *Reuerſi ſunt ſeptuaginta duo*, ait Luc. cum gaudio, dicentes, *etiam dæmonia ſubiecerunt nobis in nomine tuo*; ſi dæmonia etiam ſubiiciuntur dum agni, nunquid non homines ſubiicientur.

Ad conuerſionem animarum imitanda natura Chriſti.

Eſtote ergo prudentes. Quærit Abulenſ. *quæſt.* 74. cur Apoſtolis prudentia neceſſaria? & reſpondet multis rationibus. *Prima*, vt ſe cuſtodirent ab eis, quæ eos nocere poſſunt. *Secunda*, vt quando opus, ſcirent fugere, & à prædicatione ceſſare, quod erit quando ſine fructu. *nam malum*, ait, *nunquam ſuſtinendum, niſi quando putatur bonum inde prouenire.* *Tertia*, vt cautè ſcirent aduerſariis reſpondere, vt ſe à periculo liberarent, vt fecit ſæpe Paul. *Act.* 23. 22. 25. & 16. ſic etiam fecit ipſe Dominus infrà 21. quando ab eo ſciſcitarunt in qua poteſtate illa faceret, quibus Dominus quæ ſciuit ab eis de Baptiſmo Ioannis. *Quartò* erat eis prudentia neceſſaria, ne quis eos ſeduceret verbis, & promiſſis; eadem prorſus reperio Salmeronem dixiſſe Abulenſis nomine; ergo prudentia eis ob tanta neceſſaria. 11.

Prudentia Apoſtolis cur neceſſaria.

Abulenſ.

At contrà, nam infrà videtur prudentiam tollere Chriſtus, cùm ait: *Nolite cogitare quid loquamini.* Reſpondet Abulenſ. illud intelligendum de illis interrogationibus, ad quas ipſi reſpondere non poterant. Ex quo infero, & rectè, admonuiſſe Chriſtum ipſos primùm debere vti ſua aliquali prudentia, poſtea expetere diuinam, ne putarent omnia à Deo fieri debere, *vt facerent*, ait, *quod humaniter poterant, quod vero à ſe non poſſent, à Deo expectarent.* Egregiè dictum, ex quo infertur, non ſolum fuiſſe conſilium, ſed admonitionem, vt peterent quod eis deficiebat, certi de defectu ſuam agnoſcentes ignorantiam, quod & ſuperioribus, & prædicatoribus & magiſtris ſpiritualibus apprimè neceſſarium. Si velint bene regere, ac in regimine animarum non ſe perdere, ſcient omninu diminutam eſſe quamlibet prudentiam humanam ad animas regendas, neceſſariò impetranda, diuinam, at poſt ſuam expertam; tum ad orationem accurrendum, vt eam Deus dirigat, inſtruat, ſuppleat, vnde rectè Chryſoſt. hoc idem indigitans ait, *vt aliquid etiam inferant, & non ſine cauſa coronari exiſtiment, ſubdit, eſtote prudentes.* 12.

In operibus noſtra cooperatio neceſſaria.

Sicut ſerpentes. Cur ſerpentium poſuit aſtutiam, cùm verè in animalibus non ſit prudentia, quæ eſt virtus moralis, & eſt propriè habentis intellectũ, ſic Ariſtoteles Ethic. *c.* 6. in brutis autem nec eſt intellectus, nec virtus, vnde proprius eſt eorum aſtutia, quàm prudentia, licèt largè prudentia dici poſſit, quatenus naturaliter incitantur homines in quibuſdam actionibus prudentiæ, vt bene Abulenſ. hoc ergo ſic ſtatuto, quæritur, cur præcipuè ſerpentis poſuit aſtutiam, ſiue prudentiam, & non vulpinam, alteriuſque animalis, in qua re multi multa. 13.

Chriſtus cur prudentiam ſuaſit ſerpentis, & non alterius animalis.

Primò enim Hilar. & Remig. putant hoc ideo, quia ſicut ſerpens omnium animalium aſtutiſſimum hominem deiecit ſua prudentia; ſic eos debere eum imitando homines conuertere eadem ſagacitate, eadem prudentia, *acſi diceret*, ait Remig. *quia hoſtis callidus fecit ad decipiendum vos, prudentes ſitis ad liberandum, ille laudauit lignum, vos laudate crucis virtutem.*

Hilar. Remig.

Ianſen. & Titelman. quia ſerpentes ſunt prudentes, *cùm non viribus agunt, ſed aſtutia. obſeruant opportunitatem effundendi venenum, neque illud niſi commodo tempore, & cautiſſimè ad nocendum effundunt; ſic euangelico prædicatori non viribus agendum, ſed prudenter ſermo diuinus proferendus.* Quam doctrinam approbat Baſilius in regulis breuioribus inter 245. *Hæc*, inquit, *diſcipulis Chriſtus mandat,*

Ianſen. Titelm.

14. *Animarum conuerſio non vi procuranda, ſed prudentia.*

Baſil.

mandat, vt videlicet, quemadmodum in paradiſo ſerpens & blandiore aſpectu callidè ad primos parentes acceſſit, & verborum probabilitate eos auertit à Deo, & peccata ſubiungit. Item nos quoque perſonæ & loci, & idonei ad agendum temporis rationem habeamus, & omnibus modis ſermones in iudicio diſponamus, vt à peccato homines auertamus, & ad Deum reducamus. ſententiæ ad mores aptæ veriſſimam continentes doctrinam. nam extra tempus ſermo effuſus in vanum profertur.

Theophyl. Theophylact. quia ſerpens in anguſtum ſe ponens veterem exuit pellem. *In anguſtam cauernam,* ait, *circumgyrat ſe, tranſiens veterem pellem expoliat, ita & nos per anguſtam viam incedamus, & veterem hominem exuamus.* res ſatis vulgata. D. Epiphanius

Epiphan. *hæreſ.* 37. alteram ſerpentis prudentiam obſeruans

15. *Ad Eccleſiã accedentes omnes deferere debemus venenum.* ad bibendum accedens, venenum relinquens, ſic ait: *Alteram prudentiam habet ſerpens, velut naturæ rerum docti tradunt, quando enim ſiti preſſus à latibulo procedit ad aquam, vt bibat, non ſimul accipit ſecum venenum, ſed in latibulo relinquit, & ſic progreſſus potum aquæ ſumit. Proinde & ipſi nos hoc imitemur, vt quando ad Eccleſiam, aut preces, aut myſteria venerimus, malitiam nobiſcum referamus.* Optima comparatio quæ ad multa adaptari poteſt, & ad ſacramenta recipienda, & odio inimicorum deſerenda dum ad Eccleſiam accedimus, tandem & dum ad orationem.

Tandem duæ reliquæ ſunt præclaræ applicationes.

Hieron. August. Epiphan. Chry.oſt. *Primò* Hieronym. dum attendit ſerpentem totum corpus offerre, dummodo caput ſeruet. Sic nos totum offerre debemus, dummodo Chriſtum caput noſtrum ſeruemus. Eadem docet Auguſt. *Pſalm.* 57. *& in lib. qq. Euang. in hoc Euangel q.* 8. Epiphan. *vbi ſuprà,* & ſanctus Chryſoſt. apta materia, & communis, de qua alibi ſæpe diximus.

Beda. Auguſt. Abulenſ. *Secunda* autem eſt Bedæ, Auguſt. *Pſalm.* 57. Abulenſ. qui exiſtimat eſſe litteralem, & verè: ideo prudentiam ſerpentis voluiſſe Dominum ſuos habere diſcipulos, quatenus iſte obturat aures ne voces audiat incantantium, vnde Auguſt. *Alludit ſerpens vnam aurem terræ, & de cauda obturat alteram, ſicut aſpidis ſurdæ, & obturantis aures ſuas, quæ non exaudiet vocem incantantium.* Ex quo fit, vt ſancti

16. *Prædicatores quibus obturare debet aures ſuas.* Dei miniſtri ad hoc, vt rectè ſuo perfungantur officio, & aduersùs diabolum ſtent, prauaque conſilia hominum non audiant, terra, & cauda debent ſuas obturare aures, terra memoria fragilitatis humanæ, cauda quæ eſt extremum animalis mortis, & vltimi iudicij. O ſi ſic obturatas Dei miniſtri haberent aures, equidem non ſic incantati procederent, vt aliquos nunc videmos, qui prædicant, vt mundana acquirant, incantantes, & incantati; vnde eorum verba iuſto Dei iudicio non ſolùm cor hominis non emolliunt, immo obdurant.

17. *Cur aliquorũ verba potius obdurant quàm cor emolliunt.* Enimverò, vt Deus cor Pharaonis emolliret, dedit Moyſi ſignum, vt ſcilicet proiiciens virgam in colubrum verteretur, *Exod.* 7. *num.* 9. quod & fecerunt. *Tulit Aaron virgam coram Pharaone, & ſeruis eius, quæ verſa eſt in colubrum.* & tamen cùm hoc tantum, & tam magnum miraculum Moyſes operatus eſſet, non eſt conuerſus Pharao, immo cor eius obduratum. Vnde Scriptura, *Induratumque eſt cor Pharaonis.* Mirum, poſt tale ſignum, &, vt ibi obſeruant authores, ab illo expertum. Nam hoc ſonant verba illa, *Cùm dixerit vobis Pharao, oſtendite ſignum, dices ad Aaron, tolle virgam,* &c. ergo ipſe ſignum petiit, quomodo non credidit, immo ſe obdurauit? Sanè, quia perfidus *vocauit ſapientes & maleficos, & fecerunt etiam ipſi per incantationes Ægyptiacas, & arcana quædam ſimiliter proiecerunt ſinguli virgas ſuas, quæ verſæ ſunt in dracones.* En cauſa, noluit conuerti per verum Moyſem & verum ſignum, acceſſit ad incantatores ſuos, qui non colubrum, ſed dracones producentes potius obdurarunt eius cor, quàm emollierunt; vnde ergo putes amice, quòd principes magni non conuertuntur, hac equidem de cauſa. verùm aliquem Moyſem audiunt (ſi aliquando audiunt) contra hunc ſtatim adueniunt, incantatores, prædicatores ſcilicet Au- 18.

Principes magni cur nõ conuertuntur. lici, non animarum, ſed honorum prætenſores (omnia munda mundis,) producunt, at nõ ex Deo, ſed per incantationes, & arcana quædam, dracones, hoc eſt, varios ſenſus, quos vafrè, & malitioſè educunt ex Scriptura, eos ſuo curſu corrumpentes, hinc hodie deſtruunt, quod heri alter ædificauit. Hinc ex eorum verbis incantationum, qui inde ea producunt, obdurantur, quia acceſſuntur non vt ab illis veritates audiantur, ſed mendacia, & placentia, & vt deſtruant, quod alter ædificauit, ideo iuſto Dei iudicio ex ſermone potius obdurationem hauriunt, quàm cordis mollitiem, quia verba Moyſis non fuerunt, ſed incantatorum. *Quando aliquis eorum,* ait Nyſſen. in Cat. Lippom. Nyſſen.

qui virtutis præſtantia excellunt à ſeruitute ad libertatem ſubmerſos in vitijs, homines vendicare conatur, tunc cauillatorum, qui varijs, vt Apoſtolus ait, aduersùs animas noſtras vtitur vijs, contra diuinam inſtitutionem cauillationes fraudulentas inducit, hæc dico ad Ægyptios dracones reſpiciens. Egregiè: Diuinas inſtitutiones quis prædicat, veritates puras, cõtra vitia inſurgit, cõtra fraudes clamat, reipublicæ perditionẽ ob peccata prædicat; quid contra hęc perfidus inimicus, armat vt deſtruat? Sanè *cauillationes fraudulentas,* interpretationes falſas, aut Scripturæ, aut Sanctorum, vt ſic ex eis non emolliatur, ſed potiùs obduretur cor. Quod ergo opus? Sanè vt ſancti Dei miniſtri non ſint nec incantatores, nec incantati, ſed obturatas habentes aures, iuxta ſerpentis prudẽtiam viriliter opus ſuũ aggredientes.

Et ſimplices ſicut columbæ. Pro ſimplicitate non ſtultitiam intelligendam, ſed animi candorem, & veritatem quando quis non alterum habet in ore, quàm in corde, quod eſt dicere ſummam veritatem, proprium virorum Apoſtolorum, de qua re nos fuſè in noſtris in Sapientiam libris, ad illa verba, *& in ſimplicitate cordis quærite illum.* Quam ſimplicitatem ideo cum prudentia con- 19.

iunxit Dominus, vt rectè obſeruat Abulenſ. nam *Chriſtus quare ſimplicitatem cum prudentia coniunxit.*

cùm iuxta Ariſtot. 6. *Ethicor. c.* 6. Prudentia quando ea vtitur quis non ad bonum, ſed ad malum, non dicitur prudentia, ſed aſtutia. Ideo vt ſcirent Apoſtoli, de qua prudentia dixit, & quam eos voluit habere, nempe columbinam, nulli nocuam, omnibus innocuam, nulli reddentem malum pro malo, ſed vincentem in bono malum, ideo prudentiæ adiungit ſimplicitati apprimè neceſſariam cuilibet Dei miniſtro. Vnde Chryſoſtomus, *Sicut autem,* ait, *prudentiam ſerpentis oportet habere, vt in principalibus non cadamur, ſic & ſimplicitatem columbæ in non vindicando cùm iniuſtè patimur, non per inſidias alicui nocendo.* Abulenſ. Ariſtot. 20. *Prudentia quando vertitur in aſtutiam.* Chryſoſt.

Qui pulchrè duritiem huius præcepti planè 21.

affirmans, dat eius rationem, quaſi pro Deo ſtans, qui dura aliquando præcipit, vnde ait, *Quid autem durius his fiet iuſſionibus, non enim ſufficiens pati mala, ſed neque turbari conceditur, quod eſt columbæ.* At cur ſic dura Chriſtus ſuis, ſequitur, *ira enim non per iram extinguitur, ſed per manſuetudinem.* nil egregius, Peccata non *Quare aliquando dura præcipit Chriſtus.*

peccatis extinguuntur, vt ſæpe alibi diximus, & præcipuè loquendo de ira, ſed virtutibus contrariis, vnde ira, manſuetudine, mittebantur ad lupos iracundos, furioſos; quid ſi ipſi iracundi, furioſi accenderent magis iracundiam, & furorem; vt ergo hunc & illam extinguant, contra iram ſit columbæ manſuetudo, ob quod eam præcepit Dominus, & cum prudentia coniungit.

Et optimè equidem. nam ſicut imprudens facilis eſt ad deceptionem, ſic non manſuetus ad aſtutiam, & malum inferendum. Vnde Remig. *ideo autem Dominus hæc duo ſociauit, quia ſimplicitas abſque prudentia, facile decipi poteſt, & prudentia periculoſa eſt, niſi ſimplicitate temperetur alicui nocendo.*

Caiet. Caietanus egregiè rationem, quare Dominus cum prudentia ſimplicitatem coniunxit, & è contra, explicans ſic ait, *tres ſunt hominis partes, corpus, affectus, & intellectus: quantum ad corpus miſit paſſuros ſicut oues; quantum ad intellectum præcipit eſſe prudentes ſicut ſerpentes; quantum ad affectum ſimplices ſicut columbæ.* At cur hoc: *vt præparent ſe ad tria*, reſpondet, *patientiam, prudentiam, & ſimplicitatem*, & ſic vult, vt nos ad iſta præparemus, vt non quælibet ſint virtutes, ſed heroicæ, & in heroico gradu. Vnde, vt obſeruat idem, non quamlibet præcipit patientiam, ſed ouilem, hoc eſt, prorſus inermem: non quamlibet prudentiam, ſed ſerpentinam, omnia ſuſtinens, vt caput ſeruet: tandem non quam-

12. libet ſimplicitatem, ſed columbarum; hoc eſt,

Virtutes prædicatori neceſſariæ quæ, ad hoc vt fructum faciat.

vt ipſe ait, *ſine admixtione fellis amaritudinis.* Egregiè quidem, quæ ſi intimè conſideres, inuenies quàm omnibus prorſus virtutibus prædicatori neceſſariis Dominus ſuos inſtructos miſit ad prædicandum Apoſtolos, vt ſic norma eſſent omnibus prædicatoribus futuris, & exemplum. Nam dum oues eos requirit, patientiſſimos ferè ſuos Prædicatores oſtendit, dum prudentes eos, non ſtolidos vult, & ineptos tandem dum ſimplices, vt omni prorſus careant amaritudinis felle; da Dei miniſtrum his tribus inſtructum virtutibus, & do tibi eum totum mundum luctantem, dicerem, niſi aliò me res aduocarent, & non breuitati ſtuderem.

Annot. Moral. XCIX.

Dum Deus præcipit nullum eſt periculum timendum.

Ecce ego mitto vos ſicut oues, &c. Miſſurus Dominus ſuos ſicut oues inter lupos, aut agnos, vt vult Lucas, totam eorum ſpem, ac confidentiam in eo ponit, quòd non ſe in pericula mittunt, non ipſi ſe inter lupos, ſed ipſe eos miſit, non caſu, non fortuitò, ſed electione, ac propoſito. Vnde Caiet. hunc expendens locum, ſic luculenter ait: *Ecce ego non præter meam intentionem, non contra meam voluntatem, non ſupra meam potentiam patiemini tot mala; ſed ego qui vos elegi, mitto vos, non permitto, ſed ex electione mitto vos, mihi charos ſicut oues, non ſicut leones, ſed inermes omnino tam ad offendendum, quàm ad defendendum, ſicut oues inter lupos, non ad lupos, ſed ad recuperandas oues perditas, non hinc, aut inde, ſed exiſtentes in medio luporum inimicorum veſtrorum.* In qua authoritate illud adnotandum, non ex permiſſione miſiſſe, ſed ex electione, voluntate, ac propoſito. Vnde ſanè multum illis timendum, qui non ex voluntate diuina, ſed ex permiſſione eius mittuntur inter lupos, cùm ex hoc certiſſima ſequatur ruina. Cùm è contra quando non ex permiſſione, ſed ex voluntate, ſed ex beneplacito, nil prorſus timendum, Deus iubet; ſufficit.

Enimverò 2. *Reg. cap.* 13. *num* 14. occiſurus Abſalon Amnon fratrem, ſic ait ad ſeruos ſuos, *Roboramini, & eſtote viri fortes.* Sanè neceſſarium robur ad filium Regis occidendum, dum & maieſtas ipſa filij Regis, & timor patris magnum eis incutiebat timorem, vires eripiebat, & animum; at videamus: quid eis dedit vt robborarentur. Qualia arma, quale adiutorium, qualem 1.

Abſalon ea quo roborauit ſuos vt occiderent Amnon.

certiſſimam ſpem ab omni prorſus periculo euadendi? Sanè non aliud, niſi illa verba: *Quando dixero vobis, percutite eum, & interficite, nolite timere, ego enim ſum qui præcipio vobis.* En vnde totum robur haurire debebant, & vnde totum animum. Filius erat Regis qui præcipiebat, *ego ſum.* hinc vt vires reſumerent, noluit dare prius mandatum, & vt poſtea ipſi ex ſe occiderent; ſed tunc occiderent, quando ipſe eis illud præcipiebat. *Quando dixero vobis.* Tunc cùm animæ cum robore ſine timore equidem accedere debebant, ratio. *Quia ego ſum qui præcipio vobis.* Hinc etſi ibi, & 2.

Christus ſuo iuſſu tantum roborat inter pericula.

cæteri aderant filij Regis, etſi inſimul ex ſeruis Dauid nullus eſt auſus obmuttire contra occidentes. Si rationem petis, quia Abſalon iuſſerat, *ego autem.* Sic equidem hic inter lupos mittit Chriſtus agnos, inter feras immaniſſimas, oues manſuetiſſimas, & mittit inermes inter armatos, nudos inter veſtitos, pauperes inter ditiſſimos, idiotas inter ſapientiſſimos. Si petis quibus armis eos præmunit, quibus munitionibus, & vnde eis animus euadendi? Sanè, quia *ego mitto vos*; non ex permiſſione, ſed ex voluntate. Hinc nullus eis timor, quia Deus eſt qui mittit inter pericula ſuos. *Malorum erat conſolatio*, ait Chryſoſt. hic, *mittentis virtus, & ideo ante omnia poſuit. Ecce ego mitto vos.* Veriſſimè. Quid enim! Deus iubet, ſufficit; Deus mittit, ſatis eſt, nil timendum, ab omnibus eripiemur periculis, etiamſi inter horrenda, inter maxima verſemur, etiamſi ſicut agni inter lupus.

Enimverò Geneſ. 37. num. 4 *Videntes fratres Ioſeph quòd à patre plus cunctis filiis amaretur, oderant eum, nec poterant ei quicquam pacifice loqui.* Ponderare primum libet, quare plus cæteris Iacob Io- 3.

Iacob cur præ cæteris fratribus Ioſeph diligebat.

ſeph diligebat? Sanè rationem reddit ipſa Scriptura, eo quòd *in ſenectute genuiſſet eum.* In qua re non parua eſt difficultas; nam ſi computes 4.

Quomodo dicatur in ſenectute genuiſſe Ioſeph. Rupert.

annos egreſſionis Iacob à domo paterna, & generationes filiorum, inuenies à die, ex quo vxores duxit, vſque ad vltimum filium tantùm quatuordecim excurriſſe annos, vt bene obſeruat Rupert. ergo non ſenex Iacob? Quomodo ergo Scriptura affirmat plus omnibus eum dilexiſſe, eo quòd in ſenectute genuerat eum. Ad rem idem Rupert. quia ait, erat ſenex, non annis, ſed ſapientia & virtute, ob quam meruit filium gignere in omnibus ſibi ſimilem, non tantum in nomine, quantum in virtute. *Senectus erat illa*, ait Rupert. *de qua Sapientia dicit, ſenectus venerabilis, nō diuturna, nec annorum numero computata, nam ætas ſenectutis vita immaculata* At quid ergo hoc? Sanè equitur, *vt in illa veraciter ſenectute dicatur Iſrael genuiſſe Ioſeph, vt propter illā talē habere meruit hæredē.* Sanctus ſcilicet ſicut ipſe, perfectus ſicut ipſe. Hinc non multum, vt plus cæteris à patre amaretur.

tur. nam, vt ipſe ait, *non enim vir iuſtus lætatur in multitudine filiorum ſi mali ſunt, ſed in eo tantum agnoſcit ſe patrem ſi filium relinqueret poſt ſe, qui iuſtitia conſequatur hæreditatem.* Bene ergo Ioſeph

5. *Patres bonis delectantur filio bono, non autem eorum multitudine ſi mali.* plus cunctis fratribus amatur, quia plus illis, ac ſupra illos ſanctus patris non tantum naturam, quantum virtutem imitans. Ex quo regulam ſui amoris ſumere debent patres erga filios, hinc quia ſanctus, fratres peccatores, quos apud patrem accuſauerat de crimine peſſimo. *Oderant eum, nec poterant ei quidquam pacifice loqui.* En agnus inter lupos, en ouis inter feras, ipſi ex inuidia ac liuore eum abhorrentes, ipſe è contra tanquam agnus inter lupos verſans, *nihil pacifico ei loquebantur*, ait Chryſoſt. *ſed cum dolo, ille autem admirabilis fraternam beneuolentiam cum eis ſeruans.* Quid ergo accidit, vt fratres feræ ad paſcendos greges ſtantes, dum ipſi domi cum patre, quadam die ſic ad eum Iſraël, *fratres tui paſcunt oues, in Sichimis, veni mittam te ad eos.* Cui ipſe, *præſtò ſum.* Ad texu Rupert. ſic ait. *Breue quidem, ſed præclarum Scriptura interpoſuit obedientis filij verbum, dicentis, præſto ſum.* Ex quo, vt bene Lippoman. *obedientia filij notatur ad patrem, & obedientia ſine mora.*

Chryſoſt.

Rupert.

Lippom.

6. *Iacob ſciens odium fratrū Ioſeph cur illum ad eos miſit, & ipſe cur ſic libenter iuit.* Pendo, ſi fratres tantum eum oderant, ſi ſic contra eum ſtabant, vt nec verbum pacificum cum eo habere poterant, ſi apud patrem eum accuſauerant; vnde pro inimicis illum eos æſtimare poterat, ſicut & pater; cur iſte eum miſit, & cur ipſe non timuit ad lupos ire? *Pater non timuit, quia*, ait Rupert. *gratam filijs fore viſitationem æſtimabat, quia non qualemcumque hominem, ſed eum, quem diligebat, mittebat ad eos*, non ſecus ac Pater æternus quando dilectiſſimum Filium ſuum. At Ioſeph cur non timuit? Sanè amice, quia vocatus a patre, quia miſſus à patre; *veni mittam te.* Hinc etſi ad lupos agnus, lupos non timuit, quia miſſus, quia non ex ſe, non ipſe iuit, ſed pater miſit. Quid inde, etſi expoliauerunt eum lupi, etſi morſibus, ac dentibus eum lacerauerunt, etſi in ciſternam veterem eum mitterent, etſi tandem eum vendiderunt, non lupi eum occiderunt, ſed ipſe lupos, agnus eos ex lupis efficiens, quod præclarè mortis genus, vt ex Chryſoſt. in commentario dicebamus. Vnde ei tanta victoria? & tanta ſalus ex tantis periculis? Sanè amice, ex obedientia, vt in Lippoman. ex miſſione non tantum patris, quantum diuina, vt ipſe fratribus animæ quietos eos reddens dixit Gen. 45. num. 8. *non veſtro conſilio, ſed Dei voluntate huc miſſus ſum.* Deus ergo miſit, ſufficit; omnia cedent in bonum Ioſeph, etiamſi tanquam ouis mittebatur inter lupos.

7. *Sancti non certi de miſſione diuina inter pericula trepidant.* Immo ſi fortè aliquando Sancti Dei ad aliquid agendum procedunt, non omnino de Dei iuſſione, ac mandato certi reputantes a ſe, non à ſpiritu diuino moneri, trepidant, toti formidant, ac millia præſagiuntur mala. Equidem *Gen. 45. à 28.* audito Iacob quòd Ioſeph filius eius viueret, & quòd eum vocabat, ſtatim ait: *Si adhuc filius meus viuit vadam, & videbo illum, antequam moriar.* Hinc ſtatim nulla interpoſita mora aditor ſe accinxit, vnde cap. 46. num. 1. *Profectus Iſraël cum omnibus quæ habebat, venit ad puteum iuramenti.* Dic mihi, obſecro, quanta putes lætitia, quanto gaudio, quàm denique exultabundus, & exuberans incedebat hic ſanctiſſimus ſenex, dum ad filium ibat ſic dilectum, & amatum; ad filium dominum vniuerſi Ægypti: ad filium denique patrem Pharaonis Regis, & ſanè non quomodolibet procedebat, ſed tota familia ſtipatus, apparatu regio. *tuleruntque eum filij*, ait Scriptura, *in plauſtris, quæ miſerat Pharao ad portandum ſenem.* Hæc ſi conſideres, verè dicas ſummo gaudio, ſumma lætitia

8. *Iacob quanto timore deſcēdebat in Ægyptum, & cur, & quæ cauſa.* Iacob ad filium deſcendere, at nil minus, ſed ſumma triſtitia, ſummo tremore, & timore, mille mala ibi ventura timens, & augurans. Quod, ſi rationem petis, quia ibat ſine oraculo diuino, accitus ſolus à voce humana, vnde ex ſe putabat iter arripuiſſe, ac in Ægyptum deſcendere, inter lupos agnus. Quid ergo? ne triſtitia periret, neceſſarium, vt Dei oraculum accederet, vt ſciret, Dei eſſe voluntatem, ac proinde nil timens lætus deſcenderet; vnde ad illum Deus apparens ſic ait. *Ego ſum fortiſſimus Deus patris tui, noli timere, deſcende in Ægyptum, quia in gentem magnam faciam te ibi; ego deſcendam tecum, & ego inde adducam te reuertentem, Ioſeph quoque ponet manus ſuas ſuper oculos tuos.* En quantum timebat, vt rectè colligit ex his verbis Caietan. Primum malum ſeruitutis, oppreſſionis, diſperſionis, ac imminutionis. Quod ſi petis, vnde hoc timebat? Sanè reſpondet Rupert. ex prophetia illa quam habuit Abraham, quando ad eum Deus. *Scito, prænoſcens, quòd peregrinum futurum ſit ſemen tuum in terra non ſua, & ſubijcient eos ſeruituti, & affligent quadringentis annis.* ergo diminutionem timebat ſuæ gentis. Quid amplius? Sanè, ait Caietan. deſertionem diuinam. *Ne Deus deſereret quoad ſpiritualem gratiam ſuam.* Quàm ingens hic timor? Tandem timebat, ne moreretur in via, dum annis effœtus itinerabat. En quantum, & quanta timebat. Hinc non lætus, non exuberans ibat, ſed tremebundus, & timens; quid ergo, vt ne timore, ac anxietate moreretur, opus ſane, vt vox accederet diuina, vt mandatum Dei, *deſcende in Ægyptum*, vt ſicut priùs ex mandato humano deſcendebat, tunc non ampliùs, ſed ex mandato diuino. Quid inde? vt non amplius timeat, *noli timere.* Cur non amplius timere debet? Sanè ex eo quod ſequitur, *deſcende in Ægyptum*, ex hoc mandato oritur omnis fiducia, omnis lætitia, ego iubeo, deſcende: ſufficit hoc vt non timeas, etſi tanquam agnus mitteris inter lupos, deſcēde, noli timere, *in gentem magnam faciam te ibi.* En fructus, ſiue en effectus diuinæ iuſſionis, timebat diminutionem gentis ſuæ procedens ex ſe inter lupos, inter Ægyptios. At dum Deus iubet, non amplius eſt timendum, quia in gentem magnam faciam te ibi? Cur: *Quia ego fortiſſimus Deus patris tui*, omnia potens. Quid amplius timebat Iacob ſubtractationem gratiæ particularis gentis ſuæ, ac proinde ibi totam in æternum permanere, nunquam inde egreſſuram; at quid ei Deus iubet, nil prorſus timendum. nam ait, *& ego inde te adducam reuertentem; immo & deſcendam tecum.* Vnde nūc timor. *Tertiò* tandem timebat mortem in via, addit, *& Ioſeph quoque ponet manus ſuas ſuper oculos tuos.* Quid ergo ſenex hæc audiens, nónne tripudians, & gaudens ibat, ſicut priùs metuens, & dolens, ſanè, at vnde nunc illi tanta lætitia, quia etſi deſcendebat ad lupos, vt inter eos habitaret, non iam ex iuſſione filij, non ex voce, ac mandato humano, ſed diuino. *deſcende in Ægyptum.* Deus iubet, ſat eſt, *noli timere*; ſic nunc ad Apoſtolos, *Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum.* Quid? nunquid cum formidine ibant? nunquid timentes, ac trementes, immo tripudiantes? vnde Lucæ 10. *reuerſi ſunt 70. cum gaudio.* Vnde reuertuntur cum gaudio, dum inter lupos, & dum ad lupos fuerant miſſi? Sanè, quia dicunt, *Domine etiam dæmonia*

Caietan.

Rupert.

ſubijciantur nobis in nomine meo. En ratio. nam ſolùm eis ſubijciebantur homines lupi, ſed ipſa dæmonia, etſi ipſi tanquam agni inter ipſos. Vnde hoc eis, quia non ſe in lupos intruderant, ſed miſſi. *Ego mitto vos* & miſſi *à fortiſſimo Deo Iſaac.* Qui omnipotens, qui quando ipſe mittit, & euntes aſſociat, & cum ipſis deſcendit, & cum redeuntibus reuertitur, *reuertentem.* tantæ aſſiſtentiæ cauſam ſi requiras, illa, *deſcende in Ægyptum.* Deus mandat, Deus iubet, ſatis eſt, nullum eſt timendum periculum.

Immo, vt quid amplius dicam, quando Deus mandat, quando Deus mittit, ſic non ſunt timenda pericula, vt quo maiora ea ſunt, eo minus nobis timendum, in quo conſiſtit differentia Dei, ac hominis mandati, nam ſi hic mandat quo pericula maiora, eo maior timor in illa ingrediendi. At non

9. *Deo iubente, ac mittente quo maiora ſunt pericula, eo animus creſcit.*

ſic quando Deus. nam ſi ipſe iubet, quo maiora pericula, eo minor noſter timor, ſic animus ex Dei iuſſione vigoratur, ſic certus efficitur contra obſidentia, vt huius magnitudo accreſcat, non minuat animum à Deo miſſi. duobus ſanè Scripturæ locis hoc probabo, ex quibus certum tibi hoc paradoxum faciam, ſit primus illud Ezechielis *c. 3. num. 9.* vbi Dominus illi mandat, vt populum non timeat, *ne timeas eos, neque metuas facies eorum.* In quo

10. *Cur Ezechieli præcepit vt non timeret populum.*

loco peto cauſam quare timere non debebat: Equidem dices ex his quæ ſuprà dixerat. *Primò*, quia nō ad populum extraneum, non ad populum ignitæ linguæ mittebatur, ſed ad domum Iſraël, ad conciues, ad patriam ipſius, tandem ad vernaculam linguã. Dices. quia ad hoc vt ſine timore procederet, dedit ei *faciem valentiorẽ faciebus eorum, & frontem*

11. *Prædicatores duram poſſidere debent frontem.* Hieron. Tertull.

duriorem frontibus eorũ, ſanè res perquam neceſſaria Dei Prędicatoribus. Nam, vt rectè Hieron. in hunc locũ, *cum impudentibus impudenter agendum eſt.* vnde Prædicator audax debet eſſe, fortis & conſtans, *vt honeſta inuerecundia*, ſicut ait Tertull. *veritatem annuntiet, nullius faciem reueritus*, cum modo tamen, ac prudentia. Dices tandem, quiã vt adamantem poſuit eum, *vt adamantem, & ſilicem dedi faciem tuam.* Ex his ergo dices Ezechieli, nullus timor. Bene quidem, ſed mea ſententia vera ratio eruitur, non ex dictis, ſed ex his quæ ſequuntur, *noli timere eos*, ait, *neque metues à facie eorum.* Si cauſam quæris, ſequitur: *quia domus exaſperans eſt*, hoc eſt, rebellis, incredula, frontoſa, dura, pertinax, inimica, voci meæ ſurda, & recalcitrans. ergo cauſa non timendi, ſeu ratio non alia eſt, quàm ipſa populi frontoſitas, & rebellio, ipſa eius durities; probatur ex illa particula *quia*, quæ dictio cauſalis eſt, hoe

Interl. eſt, vt ait Interl. *Ideo, quia domus exaſperans eſt.* Mirum hoc, vt ſummum periculum ſumma cauſa ſit, & debeat eſſẽ animi; cur hoc, & vnde hoc? ſanè amice, ex illis verbis, *fili hominis, vade ad domum Iſraël.* Deus mittit, Deus iubet. ergo noli timere, quia domus exaſperans eſt. quaſi dicat: ex periculo ſume animum, & quo ipſe exaſperans, eo tu liberalior procede. Vnde? *quia ego ſum.* qui mitto te agnum inter lupos, ne timeas. ergo ſic ſanè Deus iubet, Deus mittit, ſufficit, totus in hoc

Chryſoſt. eſt animus. nam, vt bene Chryſoſt. in hunc Matthæi locum; ſufficiat hoc vobis, *quia ego mitto vos ad omnem conſolationem.*

Sit ſecundus locus ille Actor. 9. *n.* 16. quando Dominus ad Ananiam de Paulo nuper conuerſo, & ad quem accedere timebat Ananias, cui Dominus: *Vade, quoniam vas electionis eſt mihi iſte, vt portet nomen meum coram gentibus, & Regibus, & filijs Iſraël, ego enim oſtendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati.* Certè, ſi hæc poſtrema conſideres, admiraberis, vt nouitio vix conuerſo, nondum baptizato, dura, horrenda, & fortia velit Deus oſtendere; cur hoc? S. Auguſtinus

12. *Paulo Deus cur dura oſtendit in principio conuerſionis.* Auguſt.

ſerm. 14. de Sanctis, vt ſciret, dura illi patiendum, dum dura alios pati fecerat, *oſtende*, ait, *perſecutori non ſolùm bonitatem, verùm etiam ſeueritatem tuam Domine, patiatur quod fecit illos & pati, quæ faciebat, ſentiat & ipſe quod alijs inferebat, qui faciebat contra nomen, patiatur pro nomine. O ſæuitia miſericors, vides illum præparare ferrum, ſecturus eſt, non perempturus.*

13. *Dei ſæuitia miſericordia.* Cornel.

Alij vt *ſignificaret electus Dei magis deſtinari ad multa pro ea patienda, quàm agenda.* Sic Cornel. ſatis hæc, ſed non ad rem, quam nunc inquirimus. nam non peto, de cauſa reuelationis, ſed de tempore, nunc conuerſus, nunc ei dura, & horrenda oſtendere. Quid, nónne res ſufficiens ad animum deſpondendum, remittendum? Sanè alibi Deus contrarium obſeruauit, dum populum ad terram ducebat promiſſionis. Exod. 13. 17. *Igitur*, ait, *cùm emiſiſſet Pharao populum, non eos duxit Deus per viam terræ Philiſthijm, quæ vicina eſt*; ſi cauſam quæris, *reputans ne fortè pæniteret eum, ſi vidiſſet aduerſum ſe bella conſurgere, & reuerteretur in Ægyptum.* En cauſa, tyrones erant, quid feciſſent ſi ſtatim bella vidiſſent, ſanè ad Ægyptum reuerterent; non ducatur ergo viam periculis plenam, donec animæ quietes fiant; at nunc, cur non ſic cum Paulo? vt in principio ſtatim vix conuerſo bella, perſecutiones, tormenta, exilia, ac mortem illi oſtendunt, cur animi deſperatio non timetur? vis ſcire amice, ex illis verbis, *vas electionis eſt mihi, vt portet nomen meum.* Quid hæc? niſi à Chriſto Paulo facta legatio; quid ſonant talia verba? niſi ego eum mittam, vt portet nomen meum, non ipſe ſe mittet, non alius mittet, ſed ego, qui illum mihi vas electionis conſtitui, ſed ego qui ex electione, non ex permiſſione eum mitto. Quid ergo? hoc ſufficit, vt animum reſumat, & vt reſumat, illi oſtendendum, quanta erat pro nomine eius paſſurus, *ego oſtendam illi.* Quia dum Deus iubet pericula ingentia, non abſumunt, ſed animum induunt, ex qua oſtenſione, vt equus generoſus Paulus procul odorans bellum, dum buccinam audit, dum pericula proſpicit, vah dicit. Exultat, tripudiat, ſaltat, vertitur ex lupo agnus, vt lupis portat nomen Chriſti, & inter lupos exiſtit, nil timens, quia Deus eum mittit, quia Chriſtus ei iuſſit vt portet, hinc meritò oſtendantur ei pericula, quia ex his animum reſumet; ſic nunc ad Apóſtolos, *Ecce*

Theophyl. *ego mitto vos. Conſolatur eos*, ait Theophylact. *per hoc quod dicit, ego potens ille, ac proinde fidite, inuicti enim eritis.* Chriſtus mittit inter lupos, ſufficit; ab omni immunes erunt periculo, etſi oues inter lupos, *quia ego mitto vos*, &c.

Cauete autem ab hominibus. Tradent enim vos in conciliis, & in ſynagogis ſuis flagellabunt vos. NVM. 17.

Et ad præſides & ad reges ducemini propter me, in teſtimonium illis, & gentibus. NVM. 18.

Senſus litteralis, & moralis.

C*Auete autem ab hominibus.* Cauſam reddit, cur prudentes deberent eſſe, & à quibus ſe cauere debent, non tantùm à lupis, quorſum ab hominibus, hoc eſt, prudentibus huius ſæculi, vt rectè ait Caiet.

Caietan.

Caiet. *Quorſum dixerit, eſtote prudentes, declarat*, ait, *ſubiungendo actum cautela, non à lupis, ſed ab hominibus in medio luporum, vos expono dilaniandos, ab hominibus autem cauete, vtramis prudentia ad cauendum ab humanis perſecutionibus, homines appellat eos, qui humanitatis officio prætextu conſanguinitatis, amicitia, patria, & aliorum humanorum vinculorum, conſulunt, vt non patiantur, vt non perdamus hanc vitam propter fidem Christi.* Veriſſima, & ad praxim nullum ſanius conſilium, peiores lupis aliquando ſunt homines filij huius ſæculi. nam tyranni occidunt corpus, chari autem, & conſanguinei animam. quos rectè Salmer. peiores affirmat eſſe ipſis dæmonibus: *ſignificat eos*, ait, *qui humano ſpiritu præditi, diuinis conſilijs reluctantur, qui peiores ſunt ipſis dæmonibus.* 2. Mach. cap. 6. n. 11. Memento quæ ſuadebant amici ſanctiſſimi Eleazari, *dum per antiquam amicitiam commoti tollentes ſecretè rogabant vt ſimularet manducaſſe*, ne ſcilicet occideretur, quam commiſerationem iniquam appellat Spiritus ſanctus, *aſtabant iniqua mirè ratione commoti.* Sic equidem iniquiſſimi aliquando ſunt, hinc ab iſtis nos amplius cauere debemus, quia ab ipſis lupis.

1. *Conſanguinei Dei ſerui, & parentes peiores ipſis dæmonibus.* Salmer.

In concilijs, &c. Prænuntiat eis futura mala, qui à Iudæis erant paſſuri, qui, vt bene obſeruat Caiet. cùm non haberent poteſtatem occidendi quemquam, producturi erant Apoſtolos ad eorum concilia, vt examinarentur, quod eſt ad forum Eccleſiaſticum per Concilia & ſynagogas ſignificatum, & ad forum ciuile per Reges, & Præſides, *primum in Concilijs*, ait Gloſſa, *ne prædicemini in nomine meo, deinde incorreptos flagellabunt vos, tandem ad Reges, & præſides ducemini.* Quæ omnia eis prædicit, vt rectè Ianſen. *vt diſcerent præſcientia eius virtutem ne ſuſpicarentur ob imbecillitatem magiſtri hæc ei ſuperuenire mala, nec obſtupeſcentes, ſi inopinatò, & præter ſpem euenirent, ne tandem turbarentur in tempore crucis*; & tamen cùm talia illis prædiceret mala, non ſunt inanimati, quod rectè ponderauit Chryſoſt. dicens: *mirandum qualiter hoc audientes non ſtatim abſceſſerant homines, qui ſtagnum illud nunquam egreſſi fuerant, at non virtutis eorum erat ſolùm, ſed ſapientia Doctoris.* ipſi eis illa proponebat, ſufficit vt non accedant.

Caiet.

Gloſſ.

Ianſen.

2. *Christus cur ſuis mala prædicit.*

Propter me. Pulchrè Chryſoſt. *vnicuique malorum*, ait, *miſerationem adiungit, vnde & hoc dicit, propter me, non enim parua conſolatio eſt propter Christum pati, quoniam non vt pernicioſi, & nociua illa patiebantur.* Hinc 1. Petr. 3. 14. *ſed & ſi quid patimini propter iuſtitiam, beati.* Dulce bellum, cuius Deus in cauſa. nam non ſolùm non timendum, immo gloriandum, *nemo autem veſtrorum patiatur, vt homicida*, ait idem Apoſt. vbi ſuprà cap. 4. num. 15. *Aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor, ſi autem vt Christianus, non erubeſcat, glorificet Deum in iſto nomine.* Sed de hac re ſatis alibi, & frequenter.

Chryſoſt.

3. *Pro Christi nomine pati ſumma conſolatio.*

In teſtimonium illis. Duplex ſenſus horum verborum poni poteſt. *Primus, in teſtimonium illis.* hoc eſt, talia patiemini, vt de me teſtimonium illis exhibeatis. *Secundus*, & melior, vt ex vita, prædicatione, miraculis contra illos teſtatum relinquatur, ſua culpa, ſuoque vitio noluiſſe credere, ac per hoc omnino inexcuſabiles eſſe. O quàm tremenda hæc ſententia! infelices quando Dei beneficia non ad ſalutem, ſed ad teſtimonium contra illos deſeruirent, & ex illis duas conferri, vt ſuam iuſtificet cauſam, culpa ſua dum eis non proficiunt, ex quo ſanè infertur, nunquam à prædicatione ceſſandum Dei miniſtro. nam aut fructum reportabit prædicationis, & laboris, aut cauſam Christi iuſtificabit, qui nihil deſiit, vt ad ſalutem eos vocaret, & tamen noluerunt; hinc eos ob hoc animat ad tolerandum, etiamſi non conuertantur dum eius cauſam ſemper fauet. *Mors quippe Sanctorum. Dicta, & prædicatio bonis eſt in adiutorium*, ait Gregor. hom. 53. in Euang. *malis in teſtimonium, vt inde peruerſi ſine excuſatione pereant, vnde electi exemplum capiunt, & viuunt.*

4. *A prædicatione cur nunquam ceſſandum.*

Gregor.

Cùm autem tradent vos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini. NVM. 19.

Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis. NVM. 20.

Senſus litteralis, & moralis.

NOlite cogitare. Marc. 13. 11 ſic habet, *& cùm duxerint vos tradentes, nolite præcogitare quid loquamini, ſed quod datum fuerit vobis in illa hora, id loquimini.* & Luc. 21. 14. *Ponite ergo in cordibus veſtris non præmeditari quemadmodũ reſpondeatis.* ex quibus omnibus, vt per ſe ſatis patet, non omnem prorſus præcludit cogitationem, vt vult Abulenſ. & ex illo Salm. itam hoc impertinens eſſet, & ipſum non cogitare perpetuum miraculum quî enim fieri poterat, vt præuidentes pericula certiſſima, nil eis in mentem veniret? aut ad quid ſi bona aliqua præcogitatio eam expellere: Certè ſatis ſuperflue hoc eſſet; ſed vt vult D. Anſelm. Caiet. Ianſ. Mald. Barr. aliique hic, anxia, ſollicita, ac parum confidens cogitatio præcluditur. Vnde ſicut voluit, vt ad prædicandum incederent ſine omni viatico in ſumma rerum inopia in ſe omnem curam aſſumens, vt amplius eius eluceſceret ſapientia, & nil ſibi aſcriberent, voluit, vt quando ante præſides & Reges ſtarent, nec quid loquerentur, nec quomodo cogitarent, omnem in eum de ſermone proiicientes curam, ſicut de victu, ob quod, ſicut ſine vlla anxietate de iſto deberent eſſe, ſic pari modo & de eo quod loqui debebant, quando ante Reges & præſides. At quæ huius rei ratio. *Prima* eſt Chryſoſt. vt omnimodam eis ex hoc adhibeat conſolationem. Vnde Chryſoſt. *præmiſſit conſolationibus, non paruam, & aliam apponit, vt enim non dicerent, qualiter ſuadere poterimus hominibus, taliter perſequentibus, perſecutionibus exiſtentibus, iubet eos de reſponſione confidere.* Animans ex hoc illos qui ruditatem ſuam timere poterant, affirmans illis, non ſolùm ipſum eis ſubminiſtraturum verba, ſed etiam modum quo illa proferre deberent, in quo amplius quàm in ſubſtantia rationis conſiſtit perſuaſio, cùm non tantum *que*, quantum *quomodo verba proferantur.* teſte Ariſtot. Attendendum eſt oratori vt ſuadeat, hinc amantiſſimus Dominus omnia proſpiciens, non ſolum ad ruditatem Apoſtolorum aſpexit, eam de verbis inſtruens, ſed etiam ad vtilitatem intelligentium, vt conuerterentur, tradens eis non ſolùm verba, ſed modum, quo illa eſſent proferenda, vt ſuaderent, vt ex hinc aſpicias quàm plena ſint omnia quamuis minima facta huius hominis Dei. Ad quod ſanè reſpiciens Remig. ait: *Duo dicit, quomodo, & quid. Quorum vnum refertur ad ſapientiam, alterum ad oris officium, quia omnia ipſe ſubminiſtrabat verba quæ loquerentur, & ſapientiã qua eam proferrent, non fuerat neceſſe ſanctis prædicatoribus quæ loquerentur, aut quo modo.* ex quo ſumma eis proueniebat confidentia. cùm ſcirent non ipſos, ſed pro ipſis Christum reſponſurum. Vnde Raban.

Abulenſ.

Salmer.

Anſelm.

Caiet.

Ianſen.

Maldon.

Barrad.

1. *Quæ præcogitatio excluditur à Christo ab Apoſtolis.*

3. *Cur voluit vt non præcogitarent.*

Chryſoſt.

3. *Cur non ſolùm quæ, ſed nec quomodo.*

Ariſtot.

4. *Christus ſuperdiminet in quolibet, etſi minimo opere.*

Remig.

Raban.

ſtans pro Chriſto ſic facit ipſum loquentem. *Vos acceditis ad certamen, ſed ego ſum qui prælior: vos verbò editis, ego ſum qui loquor. Hinc Paulus ait: an experientiam quæritis eius, qui in me loquitur Chriſtus.*

Hieron. S. Hieronym. & præclaram alteram addit rationem, nempe vt præcludẽdo omnem cogitationem, totam vim ſuam ac virtutem intenderent ad inflammandam voluntatem, vnde ait, *cum enim propter Chriſtum ducamur ad iudices, voluntatem tantùm noſtram pro Chriſto debemus offerre. Cæterum ipſe Chriſtus, qui in nobis habitat, loquitur pro ſe, & Spiritus ſancti, in reſpondendo gratia miniſtraliter.*

5. *Voluntas inflammanda in prædicatione antequam verba præmeditanda*

6. *Quando liceat præcogitare.*

nil melius, quam doctrinam, ſi non ſolùm quando trahimur ad Reges, & præſides, vt arguamur, intelligere vis, ſed etiam quando vt eos ad virtutem impellamus; tunc tunc, vt ait Chryſoſt. præmeditari licet, *cùm enim, ait, in medio amicorum certamen erit, iubemur eſſe ſoliciti, iuxta illud Apoſtoli, parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti, cùm autem eſt terribile iudicium, & plebes inſanientes, & timeo, vndique auxilium à Chriſto præbetur, vt confidenter loquantur, & non obſtupeſcant.* Si enim, dico, hanc Hieronymi doctrinam extendere vis ad prædicatores, non ſolùm optimè eis quadrat, ſed etiam apprimè eſt neceſſaria vt fructum reportent prædicationis, priorem ſcilicet, ac potiorem diligentiam ponere in inflammatione voluntatis, quam in verborum phaleris ac compoſitione, cùm velim ſcias verba, quæ ex prudentia procedunt humana, parum, aut nullum fructum producere, ſecus autem quæ ex voluntate diuini inflammata amoris.

7. *In prædicatore quæ verba fructum reportant animarum.*

Sane, vt ex hoc textu patet, non illi, qui præmeditatur, ſed non præmeditanti, ſed tantùm voluntatem Deo exhibenti ſancti Spiritus promittitur locutio. *Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus Patris veſtri.* Hinc eo quod nos ſimplices in locutione, ſed in voluntate ardentes, eo Deus loquetur ex nobis, hinc verba non tantum humana, quantum diuina, apta ad cor emolliendum. Cur? quia homines illa verba non ab homine recipiunt, ſed à Deo; huic ea illi aſcribunt, non nobis. At ſi Deus perſuadet, quis non ſe conuertet, quod vt fiat, prædicatio non tantum præparanda verborum phaleris, quantum oratione, ex qua inflammata mente verba proferat quæ ſint tonitrua. Quod egregiè

8. *Vt ſimplex debet eſſe in prædicatione ad hoc vt fructum faciat.*

expendens Rupert. ſic excellenter ait. *Sicut cancro ab hominibus, vt ſupra dixit, prudentia ſerpentina eſt, ita quod nunc dicit, nolite cogitare, ſimplicitatis eſt columbina.* At in quo talis conſiſtit ſimplicitas? Sanè reſpondet; *nam foris pulſata quæſtionibus, ſtatim veritatem reſpicit intus, nec aliud ſcit, aut eloqui vult, niſi quod in conſcientia ſua libro ſcriptum inuenit, ſcribente, id eſt, ſuggerente ſpiritu Dei.* nil aptius, ſimplices vult Deus ſuos prædicatores non prudentia, non humana aſtutia litteratos: illam dico, quæ vana, quæ ſuperflua, quæ in apparatu tantùm verborum conſiſtit, ſimplices vult, & ſimplicitas in eo, vt ſupra vires ſuas opus æſtimantes, & ea ſapientia inſtructi, ſciant ſe ſimplices, hoc eſt, ad opus tale ac tantum ſe eſſe ineptos. Quid inde, vt intus ſe recolligentes ad orationem procumbentes poſt ſubſtantiam rationum præcogitatam, atque Dei præſentiam poſitam, ibi Dei digito, aut eam ſcriptam, aut alteram poſitam inuenientes, non aliud velint ſcire, vel alloqui, niſi quod in conſcientiæ ſuæ libro ſcriptum inueniant; [illegible]am & hoc dicere voluit Chriſtus, affirmat idem Rupertus ſequens & dicens. *Simile quid in nobis agendum eſt; tanquam ſi hic idem optimus informator dicat nobis. Cùm autem acceditis ad tractandum verbum Dei, tunc nolite præcogitare qualiter verborum phaleris ſanctæ Scripturæ ſenſum exornetis, dabuntur enim vobis verba ſponte venientia de ſpiritu Patris veſtri, quæ vtique quanto magis ſponte venient, tanto & vobis minus fatigationis, & auditoribus, ſiue legentibus plus afferret delectationis.* Quod equidem prædicationis genus rectiſſime ipſe appellat dulce, & præclarum, dum quod loquimur, non nobis, ſed ſpiritui aſcribitur Patris noſtri. *O quàm dulce, ait, quàm præclarum eſt, ea quæ loquimur, aut ſcribimus, talia eſſe, vt prudens auditor, ſiue beneuolus lector nequaquam dignetur aſcribere nobis, dicetque, non enim vos eſtis qui loquimini.* Sanè perquam optimè, equidem quando verborum phaleris compta noſtra incedit prædicatio, etſi auditori delectabilis, nunquam tamen auditur, ſpiritum Patris in prædicatore loquutum, bene tamen ſpiritum hominis. hinc homo à prædicatione abſcedit glorioſus. nam dum ipſe in prædicatione mutus, ſolo ſpiritu prædicatoris eloquente, nullo excreſcente animorum faſtu, equidem etſi laudaretur prædicator ex verbis, Deus non laudatur ex fructu, quia non adeſt; non ſic autem quando ex feruore mentis verba proferuntur ſimplicia, & incompta. nam loquente nunc Deo, ex fructu ipſe laudatur, etſi prædicator non ex verbis ipſius, ſed ex Deo in illo loquente. Hinc ex hoc, admirabiles peccatorum conuerſiones; hinc & admirabilis doctrina, [illegible] quæ [illegible] in promptu ſunt Sanctorum exempla, & præcipuè ſanctorum Vincentij Ferrer. & Antonij, qui dum non ſtudebant, ſe l[illegible], in admiratione erant, dum ſtudebant, decreſcebat admiratio. Vt ait vix illa ſanctiſſimi Vincentij ad nobilem [illegible] ab eo quærentem, cur heri non ſic alloquutus [illegible] ac illo die reſpondit: *nam heri Vincentius loquutus, hodie Deus.* Ob magnitudinem enim viri ſermonem multum præmeditauerat. ergo ſiue quando ad iudices trahimur, ſiue quando ad populum ſermonem facimus, præſcindenda eſt anxia, ac nimia illa ſollicitudo, & locutionis cogitatio, ſed potiùs noſter conatus in eo eſſe debet, vt totam voluntatem Deo dantes, ex eius feruore locutio procedat & non ex præmeditato ſtudio. nam, vt optimè Abul. Abulen.
q.98. *Cogitatio nimia minus audacẽ hominem reddit in cõfeſſione fidei.* Cuius ratio, *quia demit à volũtate quod intellectui tradit.* ex quo rectè Dominus, *nolite*, &c.

Non enim vos eſtis. Vnico verbo verum ac litteralem huius ſententiæ ſenſum tradit Mald. dicens, Maldon.
Non enim vos eſtis. hoc eſt *non tam vos, quam ſpiritus Patris veſtri, quia non veſtro, ſed illius ſenſu, conſilioque reſpondebitis.* ergo ipſi ex ſe & liberè formabunt loquelam, vt bene adnotat Abul. non vt dæmon Abulen.
in arreptitiis, qui contra eorum voluntatem organa 9.
mouens, ipſe loquitur, non vt alicubi ſpiritus in iumentis, vt in aſina Balaam. nam vt ſic ſolus ſpiritus eſt, qui loquitur, non autem ſic loquitur Spiritus ſanctus, ſed illuſtrando mentem, ſuggerendo conceptus ſinit vt liberè poſtea ſui loquantur, ita vt ſi velint, à locutione ceſſare poſſint. Quare autem Spiritus ſanctus voluit in ipſis ſic loqui, & non hoc fidit illis, & præcogitationi ipſorum, eleganter explicat ſic Ianſen. *Quaſi dicat*, ait, *cauſa non eſt* Ianſen.
veſtra, vnde patrocinium veſtrum erit, quare vos ne- 10.
que pro defenſione ſollicitare ſe conuenit. Cauſa Patris eſt. patronus Spiritus ſanctus. qui in vobis ſicut olim in Prophetis loquitur, itaut eorum, quæ dicitis, non ſitis præcipui auctores ſed organa potius ſpiritus cæleſtis. Ex qua doctrina licet colligere medium quo [illegible] prædicatores arripere debent, ad hoc vt in eis & per eos loquatur Spiritus ſanctus, ac [illegible] ſint illius, cauſam ſcilicet, agere patris æt[illegible]

Spiritus ſanctus quomodo dicitur loqui in prædicatoribus.

Et quare in illis loqui.

ac

11\. *Prædicator ad hoc vt per illum Deus loquatur quid efficere debet.*

ac dilectiſſimi filij ſui, non autem ipſorum, quod equidem facient; quando non ad aucupandam gloriam, non ad emolumentum adquirendum humanum, quando non diſtorta intenſione, ſed ſincera ac ſimplici, ſolam gloriam Dei ac animarum ſalutem intendant. ob hoc enim voluit ne cogitent quidem quid loquerentur. nam, vt bene

Paſch. Ratb. Paſchaſ. Rhatb. *vult Deus, vt cor Doctoris pendeat in Deum, & ad gloriam Dei, donis eius operatur, aut loquatur in cunctis.*

Nvm. 21. Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium: & inſurgent filij in parentes, & morte eos afficient.

Nvm. 22. Et eritis odio omnibus hominibus, propter nomen meum: qui autem perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit, &c.

Senſus litteralis, & moralis.

Caiet. *TRadet autem frater.* Bene obſeruat Caietan. quòd cùm ſuprà Dominus dixerat, *Cauete ab hominibus*, vt nullum hominum genus exemptum intelligamus, hoc adiecit, quod annuntiauit Dominus vt omnino nil ſummæ tribulationis futuræ taceret, ne deceptos ſe poſtea dicerent. Nam, vt bene Gregor. in homil. *Minorem dolorem inferunt mala quæ ab extraneis, maiorem quæ ab illis patimur, de quorum mentibus præſumebamus, quia cum damno corporis nos excruciant charitatis amiſſa.* Hæc vltima notanda, dupliciter affligimur quando à propinquis, & amicis tribulamur, & ob malum illarum, & ob charitatem, & amicitiam reſciſſam. Ex quo origo ſumitur quare Deus magis peccata perſentit Chriſtianorum, quàm Gentilium, quia ſuprà corporis dolorem adeſt ſenſus charitatis amiſſæ.

1\. *Amicorum perſecutiones quare magis perſentiuntur quàm extraneorum.*

2\. *Cur tanta perſecutio facta in Chriſtianis.*

Abulenſ. At cur tanta perſecutio, ſiue cur tam crudeles parentes in filios, & è contra; multas Abulenſ. affert rationes. *Prima*, quia Gentiles putabant Chriſtianos deſtruentes Idolorum cultum, conſequenter, quòd totam peſſundarent Rempublicam, hincque querelæ Gentilium, poſt Chriſtianam fidem peſſum iuiſſe orbem Romanum, contra quos Auguſtin. ſcripſit libros de ciuitate Dei contrarium probans. & Paul. Oroſius in Homeſta mundi. *Secunda* ratio, quia putabant ſe ex zelo deitatis illud agere. *Tertia* & ſatis propria, ad gloriam ſuam voluiſſe Chriſtum, vt inuitis Regibus ac Principibus, ac omnibus ferè hominibus eius fides plantaretur, vt non poſſet vnquam dici quòd ex fauore humano. nam, vt bene ait quòd ſi Chriſtus voluiſſet, potuiſſet corda mutare Regum; ſed *ne æmulis maneret occaſio detrahendi quod per fauorem lex Chriſti ſuſcepta eſſet, voluit eam examinari in igne, vt inuitis principibus terrarum per Dei virtutem manifeſtè introduceretur, & ideo non vulgares permiſit tribulationes inſurgere, ſcilicet quod ab extraneis homines traderentur, ſed parentes in filios, & filij in parentes inſurgerent.* Sanè dictum ſic, ſumma enim illa maieſtas refugit vt in ſuis operibus omnis ſe gloriari poſſit gloria carnis, vt ad ea paradanda potius contra illa vult eam armati, quàm vt pro illis ſtet ipſa; Iudic. 7. 2. *Multus tecum eſt populus*, Gedeoni dixit Dominus, *nec tradetur Madian in manus eius.* Mirum dictu, *Non tradetur Madian in manus eius.* quia populus multus, immo ob hoc tradetur, nequaquam, quia

3\. *Deus in operibus nõ vult vti prudentia & potentia hominis. & cur.*

cùm victoria erat Dei, nolebat vt multitudini, ſed vt ipſi aſcriberetur, ideo ipſa multitudo potius victoriæ officiebat, quàm conducebat; vnde cauſam ipſemet Dominus ſubdens ait, *ne glorietur contra me Iſraël, & dicat, meis viribus liberatus ſum.* Sic equidem, vt rectè Abulenſ. ne Principes ſæculi, ne caro gloriari poſſit ipſam fidem Chriſti introduxiſſe, & non abſolutè Dei omnipotentiam; ideo non quamlibet perſecutionem contra illam voluit excitari, ſed ſummam, & maximam, vt frater eſſet contra fratrem, filius contra patrem, & non quomodolibet, ſed vt eos interficerent, & morti addicerent; vnde, *& morte eos afficient.* At cur tâta ſanies inter domeſticos? Sanè reſpondet Hieron. *Quia nullus eſt inter parẽtes fidus affectus, quorum diuerſa eſt fides*; nil aptius, & quod magis exemplo quam ratione oſtendi poteſt, dum in illis prouinciis, vbi diuerſa toleratur fides, vbi hæretica ſuffertur grauitas, qualis fidus in illis inuenitur affectus? dum inter parentes ferè ſemper eſt diuerſa fides, ſanè inter ſe inſurgent, & quod peius, non propter Chriſti, ſed propter diaboli nomen, quando Caluiniſta contra Lutheranum, & è contra; hinc quia vni Gentiles, alteri fideles & Catholici, meritò inter ſe conſurgebunt. *quia vbi eſt diuerſa fides, non poteſt eſſe fidus affectus*, vt ait Hieronym.

4\. *Vbi vna non eſt fides, nulla poteſt eſſe concordia.*

Et eritis odio omnibus hominibus. Addit hoc tanquam vltimum omnium terribilius. Rectè Caietan. *Tolerabile erat, ait, tradi, flagellari, occidi, etiam à conſanguineis, ſi ſaltem amor hominum erga eis affuiſſet, ſed non ſolum defuturus amor, ſed etiam affuturum odium omnium hominum erga eos deſcribitur.*

At vide tantum odium in Chriſtianos, vt nullus reperiretur, qui eos odio non haberet; Caiet. quia ſapientes huius mundi, qui terrena ſapiunt, odio habent Chriſti imitatores: at non omnes ſunt ſapientes, poterant equidem à ſimplicibus diligi. Vera ergo ratio & litteralis eſt, quam tradit Abulenſ. introductionem ſcilicet legis Chriſti, & eius adorationem, & veri Dei cultus. At non ſolùm hoc, ſed cum illa deſtructionem cultus Idololatriæ, cùm, vt veriſſimè ipſe ait, cùm omnes gentes peculiarem adorarent Deum, & vna non deſtruebat Deum alterius, hinc vna non abhorrebat alteram. Vnde ſi Apoſtoli ſolum propoſuiſſent cultum veri Dei, & Chriſti, non deſtruentes Idolorum cultum, totus orbis eum amplexatus fuiſſet; at verò, quia non ſolùm introducere procurabant veri Dei cultum, ſed ſimul dæmonis falſum deſtruere, vtpote, quia nulla conuentio inter Deum & Belial, & bonum ſimul cum malo coire nunquam poterunt. Hinc in illos omnium hominum auerſio, & odium, veriſſima ratio eſt. Ex qua tum ſanctitas Chriſtianæ religionis elucet, dum ſecum impietatem alterius non compatitur, tum neceſſitas prædictionis talis odij, ne mirarentur ſic vniuerſaliter ab omnibus odio haberi, cùm ex ſe illud prædicatio eorum deſtructiua, omnium aliarum falſarum religionum importabat.

5\. *Cur tantum odiũ in Chriſtianos in principio Eccleſiæ.* Caiet.

Ex hac veriſſima doctrina illud ad mores educere potes, ſignum veri Dei ſerui eſſe quando ab hominibus odio habetur, quia non ſolùm procurat virtutes plantare, ſed vitia deſtruere; non ſolùm verum Deum in cordibus gignere, ſed expellere diabolum, & è contra hypocritarum hominum eſſe ſignum, quando ab hominibus amantur, quia ſimul ſtare poſſunt, perſuadent

6\. *Veri Dei ſerui ſignum quale.*

Deum & mundum, regulas diuinas & humanas Dagon, & Dei arcam neſcio quibus relaxatis doctrinis inuenis, & ad humanum ſaporem accommodatis.

Chryſoſt.
7. *Quare Chriſtus perſeuerantiam requiſiuit, & cur hoc neceſſaria.*

Qui perſeuerauerit vſque in finem. Non ſatis eſt pati, neceſſe eſt perſeuerare; *quæ enim eſt vtilitas ſeminum*, ait Chryſoſtom. *in principio quidem floreſcentium, poſtmodum autem tabeſcentium.* Qui pulchrè dat rationem, quare hoc Chriſtus dixerit, & perſeuerantiam ab Apoſtolis requiſierit, ne ſcilicet aliquis videns poteſtatem, quam illis conceſſerat miracula faciendi, & ſimul quòd omnem eorum curam ſibi impoſuerat non ſolùm victus, ſed etiam cogitatus, crederet ex ſe nil feciſſe Apoſtolus, nil etiam paſſos, aut ſi aliquid ſtatim per eorum potentiam perſecutionem deſeruiſſe; *ne autem aliquis dicat*, ait, *quia omnia Chriſtus Apoſtolus fecit, nihil mirabile eſt tales illos eſſe affectos, nihil patientes onerosum, propter hoc*, ait, *quod perſeuerantia eis opus eſt. & ſi enim ex primis eruti fuerint periculis, alijs difficilioribus conſeruentur, & poſt illa rurſus alia ſuccedant, & non ſtabunt qui inſidias patientur, donec viuunt, & hoc occultè inſinuat, dicens, qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.* Nil melius; non equidem ſolum hoc dicere fuit ad perſeuerantiam & conſtantiam illos animare, ſed etiam implicitè illis annuntiare, & ex illis nobis etiam nunquam tribulationes dum in hac vita ſumus de futuris, ſed poſt vnam alteram ſucceſſuram vſque in finem. Vnde Dominus *in Apocal.* 2. fideli annuntiat, vt ad accipiendam coronam vitæ, non inſtantaneam illi neceſſe fidelitatem, ſed vſque ad mortem, *eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.* de bono autem

Bernard.

perſeuerantiæ vide Bernard. *Epiſt.* 129. & in noſtris in *Sapient. Comment. tom. prim. hom.* 61.

NVM. 23. Cùm autem perſequentur vos in ciuitate iſta, fugite in aliam. Amen dico vobis, non conſummabitis ciuitates Iſraël, donec veniat Filius hominis.

Senſus litteralis, & moralis.

CVm autem perſequentur vos in ciuitate iſta, fugite. Dux maximus, qui omnipotens, non pugnare & obſiſtere, ſed fuga vincere ſuos vult, nam fuga ſæpe vincitur, &, vt in Græco eſt, *miles qui fugit, iterum pugnabit.* Sed quæſtiones expendendæ.

1. *An ad primã tantùm miſſionem hæc dicta, aut generaliter omnibus vſque ad finem mundi.*

Prima quæſtio eſt, an hæc dicta ſint de prima tantùm miſſione Apoſtolorum; an generaliter ad omne tempus reſpicit vſque ad finem mundi. In qua re Chryſoſt. *homil.* 35. Hieron. Tertull. Euthym. Theophyl. & Caietan. ad primam tantùm miſſionem hæc referunt.

Chryſoſt. Hieron. Tertull. Euthym. Theophyl.

Fundamentum ſunt illa verba, *non conſummabitis ciuitates Iſraël, donec veniat filius hominis per reſurrectionem.*

Prima opinio. Reſelitur.

Hæc opinio veneranda eſt, ob tantam Sanctorum authoritatem, ſed re vera non eſt tenenda; tum, quia quod in prima illa miſſione aliquid harum paſſi ſint Apoſtoli, non legitur; immo totum oppoſitum, vt ſæpe diximus. Tum, quia cùm illud obſeruatum legimus ab Apoſtolis poſt Chriſti aſcenſionem, vt patet, quando diſperſi ſunt in perſecutione Stephani, & quando Paulus dimiſſus in ſporta, & ſimul à cæteris Sanctis; non eſt ergo cur hæc verba ad illam tantùm miſſionem reſtringamus. Adde, quia fundamentum non multum vrget, cùm per ciuitates Iſrael totius orbis Chriſtiani intelligi poſſint, vt multi ex Sanctis intelligunt. Demum tandem hæc opinio non placet. nam ex illa multum adiuuatur error ille Tertulliani, nunquam permiſſum Sanctis fugere, & peccatum ſemper eſſe fugere perſecutionem. Quapropter

Secunda opinio eſt vera. Origen. Athanaſ. Nazian. Salmeron. Maldon. Barrad.

Secunda & vera ſententia eſt: hæc verba generaliter intelligenda per omne tempus prædicationis Euangelij. Sic Origen. *homil.* 9. *in lib. Iudic.* Athanaſ. *in Epiſt. ad orthodox* Nazianz *orat. prima aduerſ. Iulian.* Abulenſ. Salmer. Maldon. Barrad. aliique.

Fundamentum præcipuum huius ſententiæ, quia quando neceſſitas non adeſt aut confeſſionis, aut alterius emolumenti publici, aut officij, nemo debet vitam ſuam prodere, vt mox dicemus, quod tam naturale eſt, vt prorſus innaturale ſit aliud facere, quod amplius ex dicendis parebit.

2. *An ſit præceptum, an permiſſio.* Ianſen. Abulenſ.

Secunda quæſtio eſt, an hoc præceptum ſit, vel permiſſio? Placet ſententia Ianſen. & Abulenſ. ſecundùm diuerſos reſpectus, & eſſe præceptum, eſſe permiſſionem. Præceptum quando vita Prædicatoris neceſſaria ad prædicandum alijs ciuitatibus, dum ab vna expelluntur, quod videtur inſinuaſſe Chriſtum dum præcepit fugere, non ſimpliciter, ſed in aliam, tanquam excepturam eorum prædicationem; quam affirmat nunquam defuturam, vſque ad conſummationem ſæculi, hoc eſt, vſque ad eius aduentum. Licentiam autem eſſe, ſiue permiſſionem, quando deficiente neceſſitate ob timorem vitæ, atque perſecutionis timens defectionem aliquis ſe ſubtrahit.

Tertia quæſtio eſt, quomodo hic Dominus fugere iubet, cùm alibi apud Ioann. 10. n. 10. boni paſtoris docet eſſe officium, animam ſuam pro ouibus ſuis dare; *mercenarium autem cùm videt lupum venientem fugere.*

3. *Quare hoc præcipit Chriſtus, & quomodo — eſt contrarium officio boni paſtoris.* Auguſt. D. Thom. Abulenſ.

Ad hanc quæſtionem doctiſſimè reſpondet Auguſtin. *Epiſt. ad Honoratum*, quæ eſt 180. & D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 185. *art.* 5. & copiosè Abulenſ. & in ſumma breuiter dicendum quandoque fugam eſſe illicitam, quandoque licitam, & laudabilem, quandoque licitam, ſed non laudabilem, ſcilicet, quando adeſt aliorum ſcandalum, quando cum iniuria fidei, quando ſacramenta, & prædicationis officium ceſſaret, quando oues periclitarentur. Tunc fuga illicita, & non paſtor, ſed mercenarius eſſet ſuperior. licita, quando nullum bonum timetur, & alijs vita prædicatoris neceſſaria, & alibi fructum facere poteſt, & ſe reſeruat, vt in occulto oues ſuas foueat, animet, & defendat; vt multi ſanctiſſimi Prælati fecerunt, tunc non ſolùm licita, ſed laudabilis. Immo neceſſaria; ſimiliter dicendum de illo qui fugit, vt det locum iræ, & ſaluti alterius conſulat, illius peccato non cooperando, materiam illi ſubtrahendo. Qua de cauſa Origen. affirmat, debere aliquem fugere: *Præclarum*, ait, *cum qui in certamen de Ieſu profeſſione deſcenderit, non recuſare confeſſionem, nec dubitare mori pro veritate; nec minus tamen, hoc etiã præclarum non dare cauſam tali periculo, non ſolum, quia incertus eſt nobis eius euentus, verùm etiam, ne cauſa ſimus cur ſceleſtiores ſint, maioribuſque peccatis ſe contaminent ij, qui non profuſionis ſanguinis noſtri rei fiant.* Adſimilia habet Clemens Alexandr. *lib.* 4. *ſtromat.* Tandem tertia licita eſt alia

4. *Fuga licita, & illicita qualis.*

Origen.

5. *Fuga præclara eſt illa, quando fugimus ne frater peccet.*

Clem. Alexand.

illa fuga, & ſi non laudabilis, quando fugit ex ſolo timore ruinæ propter infirmitatem; ex timore mortis, aut caſus. Sed de hac re ſi ad ſaturitatem vis ſcire, lege Abulenſ. *hîc*, & ſi breuius quæ ille dicit, lege Salmer. Egregium Abulenſis & doctiſſimum recopilatorem.

Abulenſ. Salmer.

6\. *Non conſummabitis ciuitates Iſrael.* Sic obſcura hæc eſt ſententia ex ſe, vt in diuerſos ire ſenſus fecit authores, qui ob hoc obſcuriorem illam reddiderunt, breuiter referam quæ alij dicunt. Et *primò* ſtatuendum cum Ianſ. ly *conſummare*, ex Græco duplicem poſſe efficere ſenſum. Primò *percurrere, finire, finem imponere.* Secundò *perficere, & ad perfectum ducere.* Quo ſuppoſito, iuxta varias eius acceptiones variæ ſunt authorum ſententiæ.

Verbum conſummare quot modis accipitur. Ianſen.

Prima eſt Chryſoſtomi, Euthym. & Theophyl. qui in prima acceptione accipientes ly *conſummare* ſenſum faciunt, non percurretis omnes ciuitates Iſraël, donec ego veniam ad vos; ſed vbi legitur Chriſtum ad Apoſtolos iuiſſe, dum eos ad prædicandum miſit, non legitur, immo quòd ipſi ad eum redierunt, potiùs inuenitur.

Prima ſententia. Chryſoſt. Euthym. Theophyl.

Secunda ſententia eſt aliquorum, qui pro Chriſti aduentu auxilium eius intelligentes, hunc faciunt ſenſum. Non conſummabitis, hoc eſt, non ad fidem conuerteris ciuitates Iſraël, antequam ego auxilium feram, videtur eſſe eiuſdem Chryſoſtom, ſed impertinens eſt aduentum filij hominis pro auxilio eius accipere, cùm ſemper in Scripturis aut pro iudicio ſumitur, aut pro re grauiſſima, & effectu aliquo ſingulari, vt rectè adnotat Salmeron.

Secunda. Chryſoſt. Salmer.

Tertia ſententia eſt S. Thom. Lyran. Abulenſ. Carthuſian. Caiet. Salmer. & aliorum, qui hunc faciunt ſenſum, non peragrabitis ciuitates Iſraëlis, donec filius hominis veniat ab inferis, & reſuſcitando in vitam redeat. Placeret hæc ſententia, ſi tantùm ad Apoſtolos hæc dicta fuiſſent, ſed quia, vt ſuprà adnotauimus, non tantùm ad illos, ſed etiam ad omnes Prædicatores futuros, ideo non poſſum illi aſſentiri.

Tertia S. Thom. Lyran. Abulenſ. Carthuſian. Caiet. Salmer.

Quarta ſententia eſt Hilarij, & eam ſequitur Maldonatus, qui accipiens verbum *conſummare*, pro perficere, facit hunc ſenſum, non perficietis, neque ad veram fidem reducetis Iſraël, vſque ad diem iudicij; vnde & incredulitatem Iudæorum, & eorum conuerſionem, prædicit in die iudicij; ſed quomodo hoc congruat cum prioribus de fuga, non video.

Quarta. Hilar. Maldon.

Quinta Sententia eſt Bedæ, qui ſic expoſuit, non perducetis ad fidem Iſraël, ante meam reſurrectionem, ſed poſt eam poteſtatem vobis concedam prædicandi Euangelium, non ſolùm Iudæis, ſed toto orbi; at quo modo hæc cohæreant, non ſat intelligo.

Quinta. Beda.

Sexta demum, & meo ſenſu vera ſententia eſt Ruperti, qui per Iſraël non tantum carnalem populum, quantum ſpiritualem intelligens, facit hunc ſenſum; non percurretis omnes ciuitates Iſraëlis ſpiritualis, id eſt, Chriſtianorum, vos cæterique Euangelij prædicatores, donec filius hominis veniat ad iudicandum.

Sexta & vera. Rupert.

Hæc ſententia, ſi rectè explicatur, litteralem continet ſenſum. Diximus enim ſuprà in ſecunda quæſtione conſuluiſſe Chriſtum, immo præcepiſſe fugam, ex vna ciuitate in aliam, quatenus, expulſis ab vna, ſe reſeruare debebant ob aliam, ad prædicandum ibi Euangelium, quomodo diximus hoc, non ſolum eſſe permiſſionem, ſed præceptum; vnde eis, *cùm perſequentur*, nunc quaſi neceſſitatem fugæ explicans affirmat, vſque ad diem iudicij, nunquam defuturam talem ciuitatem conuertendam, ac per hoc ſemper eſſe locum fugæ, & conſeruandi vitam, ob maiorem fructum, & ad maiorem Dei gloriam; qui ſenſus amplius confirmatur, ex atteſtatione, qua hoc dicit, nempe, *Amen dico vobis*, ad quid hæc cum atteſtatione dicere? niſi ſecuros eos reddere, vſque ad diem iudicij, nunquam defuturam ciuitatem, aut locum, in quo fructum facere non poſſent, vnde animæquiores deberent eſſe, quòd ſi ab vna ciuitate expellerentur, in alteram reciperentur, ac proinde, debere ob hoc vitam fugiendo conſeruare, eam non prodigendo, abſque neceſſitate. Ex quibus vitæ conſulit ipſorum, & ſimul vtilitati reliquorum. Vnde quantum eos diligebat relucet, quantuſque Chriſti amor ſit in ſuos, clarè fit ex hoc, & ſimul diuina illa prouidentia, in omnes, dum vult vitam ſuorum intactam eſſe, ad aliorum ſalutem, qui ſenſus, vt vides, rectiſſimè conuenit. Cùm præcepto fugiendi, & excellenter, eius explicat rationem, non ſcilicet illud præcepiſſe Chriſtum ea infirmitate, vt mox dicemus, ſed potiùs ea animoſitate.

Ex dictis apertè ſequitur, licentiam, ſeu præceptum fugiendi, non impoſitum, quaſi ex timiditate, immo ex animoſitate, ad maiora ſcilicet pericula, labores, & tribulationes ſe reſeruando, & inſuper habes, quomodo, iuxta Chriſti conſilium, dandum locum iræ, & vt ex Origene ſuprà dicebamus, hoc fugæ præceptum fugiendi, non ſolùm reſpicit ſalutem fugientis, ſed perſequentis, quatenus eripit illi materiam amplioris peccati. nam, vt ipſe ait, *ſi non fugiamus, futuri ſunt perſequentes in grauiori ſupplicio opera noſtra; ſi nos metipſos amantes, neque illis conſulentes, nos morti offeramus, cùm ad hoc non procurrerit neceſſitas*, quod etiam conſiderans Clemens Alexandrinus, vbi ſuprà, ſic ait, *non ſuadet fugere, tanquam malum ſit pati perſecutionem, nec vt mortem reformidantes, iubet nos, ea fuga declinare, ſed vult nos nulli eſſe autores, neque alicuius mali cauſa adiutores, neque nobis metipſis, neque ei qui perſequitur, neque ei qui interimit*; quæ omnia, ſi ad mores vis transferre, optimam elicies regulam, quo modo ſæpe iræ fratrum cedere debeas, te ſubtrahendo, & non reſiſtendo, ſed fugiendo eius iram vincere, & animum eius placare; quod proprium virorum ſanctorum. Sic Iſaac, *Geneſ.* 26. inuidiæ ceſſit Palæſtinorum, ab eis recedens; ſic Iacob iræ Eſau *Geneſ.* 27. ſic tandem Dominus noſter ſæpe ceſſit ſæuiei furentium, aut ſe abſcondens, aut aliò migrans, vt obſeruauit Athanaſius *orat. de fuga ſua*, & tandem ſit ſumma, conſilium eſſe Domini, ſeu, ſi mauis, præceptum, vitam non prodigere ſine cauſa, ad beneficium aliorum illam conſeruare, & tandem non obſiſtendo, ſed perferendo, ac fugiendo iram vincere perſequentium.

Origen.

7\. *Fuga præceptum non ſolùm reſpicit fugientem, ſed perſequentem.* Clem. Alex.

Athanaſ.

Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, nec ſeruus ſuper dominum ſuum. NVM. 24.

Sufficit diſcipulo, vt ſit ſicut magiſter eius; & ſeruo, ſicut dominus eius. Si patremfamilias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domeſticos eius. NVM. 25.

Senſus litteralis, & moralis.

NOn eſt diſcipulus. Ad rem Chryſoſtom. *quia futurum erat*, ait, *cum promiſſis perſecutionibus*

Chryſoſt.

etiam

etiam diffamari malam opinionem paterentur, quod multis oneratius eſſe videbatur, hic eos conſolatur à ſe ipſo, & ab his quæ de ipſo dicta ſunt, cui conſolationi nulla poterat eſſe æqualis. Apprimè dictum, perſecutiones & mala eis prædixerat, nunquid ſine

2. *Quibus argumentis ſuos animat.*

conſolatione amantiſſimus dominus poterat eos relinquere? Inſolitum hoc ei, & quia inter mala duo erant maxima, ablatio honoris, & vitæ quæ maximè amamus; eos animat multipliciter, *primò* exemplo ſui. *Secundò* ex conſideratione diuini iudicij. infrà, *nihil eſt opertum quod non reuelelabitur. Tertiò* ex meditatione diuinæ præſcientiæ, & prouidentiæ. infrà, *nolite timere eos, qui occidunt corpus.*

3. *Eius modeſtia & humilitas.* Caietan.

Et quoad primum timorem excutit exemplo ſui triplici comparatione, *prima*, quia ipſe magiſter, illi diſcipuli: ipſe dominus, illi ſerui: ipſe paterfamilias, illi domeſtici; in quibus excellenter adnotat Caietan. Chriſti modeſtiam, dum in tertia perſona loquitur, non ſe nominando, vt verè dicas, corde eſſe humilem Dominum noſtrum in factis, in operibus, in locutione.

4. *Quo modo verum diſcipulum nō eſſe ſupra magiſtrum.*

At antequam vltrò progrediamur, declarandum quo modo verum ſit diſcipulum non eſſe ſupra magiſtrum, nec ſeruum ſupra dominum, cùm contrarium aliquando videatur. in qua re variæ ſunt ſententiæ. *Prima*, quòd hoc non intelligatur ſemper, ſed aliquando contrarium euenire, ſic Chryſoſtom. Euthym. Auctor Imperfect.

Chryſoſt. Euthym. Auct. Imp. Theophyl.

nam, vt ait Chryſoſtom. quod rarò accidit, non eſſe adducendum in exemplum, quod petitur ab his, quæ frequenter. *Secundo* idem Chryſoſtom. Theophylact. & alij, vt intelligatur de diſcipulo, quandiu eſt diſcipulus, & de ſeruo, quandiu eſt ſeruus. *Tertia*, vt de ſolis Chriſti diſcipulis dictum ſit, qui nunquam ſuum magiſtrum æquare poterant; ſic Leontius. elige ex his quæ magis

Leont.

tibi placet, ego cum Chryſoſtom. ſentio, & non

Barrad.

diſplicet Barradæ, fortaſſe eſſe prouerbialem locutionem, qua eſt vſus Dominus vt ſuos animaret. Ad animandum ergo ſuos Dominus, ſuum propoſuit exemplum, vt ſicut ipſe paſſus, ſic nos

Hilar.

ſimiliter, quod egregiè dixit Hilarius, dum ait: *Dominus enim lumen æternum, dux credentium, & immortalitatis parens, diſcipulis ſuis in futurarum paſſionum ſolatium ante præmiſit, vt gloria loco amplectamur, ſi Domino noſtro vel paſſionibus adæquemur.* Hæc vltima adnotanda; non poſſumus Domino adæquari in gloria, cùm ipſi naturalis ſit & debita, vt Dei filio; quid ergo, vt ei adæquemur

5. *Chriſti imitatio neceſſaria ad gloriam conſequendam.*

ex gratia adæquari in paſſionibus. Audi Paulum ad Roman. cap. 8. num. 16. *ipſe enim ſpiritus*, ait, *teſtimonium reddit ſpiritui noſtro*, quale? *quòd ſumus filij Dei.* At quomodo dat tale teſtimonium? Sanè reſpondet Ambroſ. & Anſelm. *per imitationem Dei & Chriſti*, vnde ſequens Paulus: *Si autem filij, & hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti.* At quomodo hoc? Seu per quale medium ad gloriam hæreditatis Chriſti perueniemus, vt quod ipſe per naturam, nos per gratiam illi adæquemur? *Si tamen compatimur*, ait Paul. *vt & conglorificemur.* Hæc eſt via Chriſto compari, & vt ait

Ambroſ. Anſelm.

Hilar.

Hilar. gloriæ loco amplectamur, ſi domino noſtro paſſionibus adæquemur, eiuſque imitemur exempla, & vitam, quod quàm neceſſarium, alibi ſæpe dictum.

Euthym.

Si patremfamilias Beelzebub. Notat Euthymius, ex hoc loco, non ſolùm Iudæos Chriſtum iniuriaſſe, quòd in principe dæmoniorum eiiciebat dæmonia, ſed ipſum vocaſſe Beelzebub, hoc eſt, ipſummet diabolum; quid amplius dici poteſt, ad Chriſti patientiæ exemplum; ergo bene Re- Remig.

migius, ex hoc loco, ſic facit Chriſtum eloquen- 6.

tem, *vos ergo temporales honores, & humanam gloriam non quæratis, dum me videtis, per irriſiones, & opprobria genus humanum redimere.* *Eum Iudæi vocarunt diabolum.*

Ne ergo timueritis eos. Nihil enim eſt N v m. 26.
opertum, quod non reuelabitur, & occultum, quod non ſcietur.

Quod dico vobis in tenebris, dicite in N v m. 27.
lumine: & quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta.

Et nolite timere eos, qui occidunt N v m. 28.
corpus, animam autem non poſſunt occidere: ſed potiùs timete eum, qui poteſt & animam & corpus perdere in gehennam.

Senſus litteralis, & moralis.

Nihil eſt opertum, &c.* Hæc eſt ſecunda ratio conſolationis, & equidem valida, nam nulla maior illa aliquando fore vt veritas ſciatur & noſtra iuſtitia, quam iniuſtitiam ſummam dixerunt mediatandam, tandem iuſtitia appareat; vnde rectè Caiet.

Caiet. *non ſufficit*, ait, *Chriſto confortare eos, ad tolerandas infamias, exemplo ſui ſed rurſus confortat eos à finali euentu, quia tandem clarè patebit veritas veſtra innocentia, & virtutis, ac calumnia, & iniquitatis perſequutorum veſtrorum.*

At quando hoc Hilar. Hieron. Beda, Caietan. 1.
& alij affirmant, hoc fore in die iudicij? Chryſoſtom. Auctor Imperfect. Theophylact. Euthym. Abulenſ. Maldonat. Barradas, & alij etiam in hac vita. Vtraque opinio vera, & aliquibus reſeruatur propalatio, in die iudicij aliquibus, & in hac vita Vnde Chryſoſtom. *non multo poſt ſaluatores, vos orbis terrarum, vos dicent, cùm per res ipſas apparueritis benefactores*; quod equidem & factum videmus antiquitus, & ſæpe in modernis, ex quibus rectè Hilar. *igitur*, ait, *non metus, non conuitia, non poteſtates inſectantium, manet eſſe metuendas, quia dies iudicij nulla hæc fuiſſet, atque inania reuelabit.*

Dum non ſolùm in die iudicij, ſed etiam in hac vita reuelabit iuſtitiam iuſtorum. Hilar. Beda. Caiet. Chryſoſt. Auct. Imp. Abulenſ. Barrad. Euthym.

Ex hoc Saluatoris noſtri dicto illud eruitur, 2.
quàm parum Dei ſerui, aut hominum conuitia, aut laudes facere debent, ſed ſolùm veritatem aſpicientes, & ſolidum virtutis; hanc verò & ſincero corde operando, laudem à ſolo Deo ſperent, & ei aut laudem, aut vituperium ſeruent. Quid enim prodeſt vituperari ab hominibus, ſi à Deo laudamur, aut è contra, quid laudari ſi à Deo vituperamur, Daniel. 13. num. 20. *oſtia pomarij clauſa ſunt*, dixerunt ſenes illi peſſimi ad Suſannam, *nemo nos videt.* Quid ex hoc? *quamobrem commiſcere nobiſcum, quòd ſi nolueris, dicemus contra te teſtimonium, quod fuerit tecum iuuenis, & ob hanc cauſam emiſeris puellas à te.* Putabant iſti, rem eſſe actam, Suſannam conſenſuram. Tractabatur de fama, 3.
de honore, pluſquam ipſa vita mulieri ingenuæ cara, & æſtimabili, ſi aſſentiret; laudata excedebat, quia oſtia pomarij clauſa, & nemo eos videbat, ſi non conſentiret, teſtimonium ſenum, ſine dubio illaudatam, immo & vituperatam eam conſtituebat; quid ergo ſancta fœmina? præceptum hoc Domini obſeruans, antea quàm datum

Dei ſerui quàm parum laudem, aut vituperium humanū facere debent.

Suſannæ conſtantia [illegible]

maluit

malult in occulto indemnem ſe reſeruare, ſine peccato, licèt coram hominibus deturpatam, quàm in die iudicij fœdam apparere in publico, licèt honeſtam coram hominibus, & ſic cum dolore ingemiſcens, *melius eſt*, ait, *incidere in manus veſtras, quàm peccare in conſpectu Domini*. Hæc vltima obſerua. Non dixit, quàm peccare in Dominum, ſed quàm peccare in conſpectu Domini; quid hæc? quantum capio, quantum ſapio, niſi melius eſt, vt disfamer coram hominibus, quàm & in occulto coram Deo, nam venient dies, quando hoc occultum reuelabitur, & ante oculos Domini laude digna apparebo, licèt nunc vituperata coram hominibus, hinc nil iterum teſtimonium faciens, *exclamauit*, & exaudita, ante diem iudicij, Deo pro ea reſpondente, & occultum propalante: at vnde Suſannæ talis animus? Sanè, quia in actionibus ſuis, tantùm Deum reſpiciens ab illo volebat laudari, non ab hominibus. nam qui ob hominum laudem ſe à malo ſeruant, de facili in caſum incidunt, ſi mulier ob honorem, ob famam, ob hominum reſpectum ſe

4\. continet; quid: caſta erit? Sanè iandiu, quandiu

Pura intentio, & non peccare propter Deum hominem fortem conſtituit.

de ſecreto non ſecura: at ſine vt teneretur, vt nullam timeat propalationem, vt ſaluus ſit eius coram hominibus honor, da victam, da deturpatam, non ſic autem quæ ob Deum non peccat, quæ ne coram ipſo deturpata appareat ſemper fortis, ſemper conſtans ſtabit, quod & de ſingulis virtutibus dici poteſt. Apta materia ad mores, & ad puritatem intentionis ſuadendam, quam libenter expenderemus ſi ad finem properantea non intenderemus infinita nos tangere tantùm, non verò proſequi. quia ad decrepitam ferè vergente ætate, ſi poſſumus nolimus imperfectum hoc noſtrum relinquere opus. tu mi lector extende, facies copioſiùs & meliùs.

5\. *Quod dico vobis in tenebris*, &c. Aliqui ob hæc

Quo ſenſu hæc verba intelligenda.

verba volunt illud quod ſuprà dixerat Dominus, *nil opertum*, &c. intelligendum de manifeſtatione occultorum Euangelij. nam neſciunt quomodo hoc cum ſuperioribus cohærere poſſunt. nam quid occulta dicta propalare, cùm *nil occultum*, &c. huius ſententiæ videtur eſſe Remigium, quam ſequitur Ianſenius, vnde Remigius, *quidam autem dicunt, quòd his verbis promiſerit Dominus diſcipulis ſuis, quòd per eos eſſent reuelanda omnia occulta myſteria, quæ ſub velamine legis literæ latebant, vnde ſenſus, quare debetis timere veſtros perſecutores, cùm tantæ ſitis dignitatis, vt per vos occulta myſteria legis & Prophetarum ſint manifeſtanda.* Senſus improprius, ſed ad mores accommodatus, ex officio

Ianſen.
Remig.

6\. enim, quo ſancti Dei Prædicatores funguntur,

Prædicatores ex officio ſupra omnẽ humanam altitudinem ſe eleuare debent.

tales induere animos debent, vt nullum prorſus timere debent, nullamque mundanam altitudinem: *Super montem excelſum aſcende tu, qui euangelizas Sion*, ad Iſaiam ait Dominus *cap.40. num.9.* & per illum ad Prædicatores Euangelicos, in ſua Eccleſia munus exercentes prædicationis: *Exalta in fortitudine vocem tuam, qui euangelizas Hieruſalem, exalta & noli timere.* Cur hoc poſtremum, ſcilicet vt nolit timere? mea ſententia, quia euangelizat Hieruſalem, munus exercet prædicationis, in Dei Eccleſia. Sufficiat hoc, vt totum animum inhibens, nullum timeat. Ad rem egregiè Foterius, *qui*, ait, *perfunctoriè, & molliter, aut trepidè, qui Euangelium prædicant, adhuc quæ ſit dignitas Euangelij ignorant, Deum legitimi Prædicatores Euangelij deferunt. Deum offerunt, Deum dant, quid huic dignitati poteſt conferri*, nil melius: at cur non

Foterius.

omnes talem induunt animum, ſed lentè, ac remiſsè prædicant, non in fortitudine, ſed in laſſitudine exaltantes vocem? Sanè amice, quia in Euangelio aliud, quàm fructum animarum quærunt, volunt ditari, volunt ſaginari, volunt non quæ Dei ſunt à Deo, ſed quæ hominum ab hominibus, vnde eis fortitudo; ſed redeo.

Non placet Euthymij ſenſus, & optimè cum prioribus hæc cohærent, nam quale tempus aptius ad ſuadendum eis Euangelicam prædicationem, ac quando eos contra iniurias fortes effecerat; vnde rectè Chryſoſtom. hom. 35. *deinde*, ait, *Chryſoſt.*
quia eos ab omni timore liberauerat, & altiores opprobrijs fecerat, nunc opportuno tempore eis loquitur de libera propalatione, quæ eſt in prædicatione, dicens, quod dico vobis.

At difficultas eſt, quo modo hæc cohæreant 7.
cum illis *Ioann. 18. num. 20* quando Pontifici Dominus interroganti de ſua doctrina ait: *ego palam loquutus ſum mundo, ego ſemper docui in Synagoga, & in templo, quo omnes Iudæi conueniunt, & in occulto loquutus ſum nihil.* Hilarius ad mythologiam ſe referens, ait, hoc dictum, quia Dei ſermo carnalibus tenebræ ſunt; *quia omnis ſermo eius carnalibus tenebræ ſunt, & verbum eius in fidelibus nox eſt.* Palàm loquebatur ſemper, ſed in occulto, nam eum non intelligebant. Senſus myſticus, ſed non litteralis, Gloſſa pro occulto intelligit timorem, vnde ait: *quod dico in tenebris, id eſt, vobis, dum adhuc eſtis in timore carnali, dicite in lumine, id eſt, cum fiducia veritatis, quando eritis illuminati ab Spiritu ſancto.* Omnes ſenſus myſtici, ſed non litterales, cùm verè Dominus multa in occulto dixerit Apoſtolis, *Marci 4.* ſeorſum cum diſcipulis diſſerebat, quando ſoli iſti ab eo quærebant multa, & *Ioann. 17. vſque ad 18.* ſolis diſcipulis prædicauit, tandem ſecretò eis tantùm ſuam reuelauit paſſionem. ergo quo modo dixit in occulto loquutum eſſe nihil.

Quomodo verò Chriſtum nil occultè loquutum.

Gloſſ.

Abulenſ. affirmat, nil occultò Chriſtum loquutum de illa doctrina, quæ ad omnes pertinebat, & ſic non intelligendum de qualibet doctrina. Toletus in loco Ioannis, qui ait, quòd in occulto loquutus non erat contrarium iis, quæ dicebantur in publico. At licèt aliqualiter hæ expoſitiones ſuſtineri poſſint, vera, & litteralis eſt, quam tradit Auguſtin. *tractatu 113. in Ioannem*, & ſequitur Caietan. in occulto loquutum eſſe nihil, volens ſemper in occulto eſſe, ſed omne propalari poſt reſurrectionem ſuam, & ſic diſcipulis inhibuit, vt transfigurationis myſterium nemini dicerent, donec ipſe à mortuis reſurgeret; ergo nil voluit occultum eſſe, quod occulte dixit. ex quo egregiè elicit Caietan. gloriam Chriſtianæ religionis, dicens: *hinc eſt gloria Chriſtianæ fidei, ob hoc videmus de infidelibus impotentibus, Chriſti imitatoribus, vtpote ſcientes nihil apud nos eſſe occultum, ſed omnia Chriſti myſteria tam pura, tam nitida, tamque aliena, ab omni contagione eſſe, vt non vereamur publicè omnia prædicare.*

Abulenſ.
Toletus.
Auguſt.
Caiet.
Idem.

At cur hoc ei dixit? Sanè ad rem Chryſoſtom. tum vt eos ad prædicandum animaret, tum vt oſtenderet eis maiorem futuram adhuc eorum prædicationem, quàm ſuam. & quo modo maiores illos futuros Prædicatores, audi Chryſoſtomum: *Sicut autem quando dicebat, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ille faciet, & maiora his faciet, & hic monſtrat, quoniam omnia per eos operatur, etiam pluſquam per ſeipſum. quaſi dicat: Principium ego dedi, ſed quod plus eſt per vos explerè volo,*

Chryſoſt.

hoc

hoc autem non iniungentis eſt ſolum, ſed & futurum prædicantis, & oſtendentis, quoniam omnia ſuperabunt.
8. Egregiè, quia ſic tum conueniebat in aure, in occulto, cum eis loquebatur, & myſteria pendebat, ac proinde non ſic externè palam prædicabat. Quid ergo maiores ſuos conſtituens Prædicatores, quàm ſe ipſum, ſicut voluit, vt ſua virtute plura & maiora miracula facerent, ſic nunc, vt extrinſecè & palàm prædicarent illa myſteria, quæ ipſe in occulto eis prædicauerat. Quid vis vt dicam? quaſi glorioſiores eos re ipſa faciens, ſic eos diligebat, ſic ſine inuidia omnia ſua ſuis communicabat, ſic in conſortium humanæ ſalutis, cooperationis voluit vt nos omnes eſſemus, cùm ſolus poſſet, vt ſimul cum illo poſtea, & conſortes eius eſſemus gloriæ.

Christus Apoſtolos Prædicatores conſtituit, ſe quodammodo maiores.

Nolite timere eos, qui occidunt corpus. Poſt exclusum timorem infamiæ, excludit timorem mortis, & hoc iuxta Abulenſem multipliciter, iuxta quod variè hæc ſententia poteſt accipi. *Primò*, non debemus timere eos, qui tantùm vitam poſſunt adimere humanam. Non equidem magnum malum reſpectu illius quod Deus poteſt inferre, qui ſimul & animam poteſt poſt hanc vitam perdere cum corpore. *Secundò*, & meliùs, nolite timere eos, qui non magnum malum poſſunt inferre, & inſuper hoc ipſum, paruum malum neque poſſunt ſine Dei prouidentia, & ordinatione, vnde à ſe ipſis nihil poſſunt, ſed potiùs timere eum, qui à ſe ipſo poteſt malum magnum inferre. Ex quo ſuos animat, vt non perinde, quia homines poſſunt corpus occidere, velint à prædicatione neceſſariorum deſiſtere, cùm etſi mortem effugiant hominum, non effugient Dei, ac proinde incident in maiora mala, &
9. amplius horrenda. Ex quo excellenter infert Hilar. ob hanc rationem conſtantiſſimè prædicandum: *Conſtanter ergo*, ait, *ingerenda eſt Dei cognitio, & profundum doctrinæ Euangelicæ ſecretum, lumine prædicationis reuelandum, non timendo eos, quibuſcum ſit licentia in corpora tantùm, in animum ius nullum eſt.*

Abulenſ.

Prædicandũ conſtantiſſimè, & cur.

10. *Animam autem non poſſunt occidere.* Triplex eſt animæ vita, vt bene obſeruat Ianſenius. *Prima*, naturæ, iuxta quam eſt immortalis, & incorruptibilis, & hanc Deus per annihilationem poteſt eripere. *Secunda*, eſt vita gratiæ, & hanc ſolus homo à ſe poteſt eripere per peccatum, quam neque alter homo poteſt, neque ipſe Deus tanquam cauſa peccati, ex quo rectiſſimè Salmer. quòd ſi aliquis homo nobis timendus, non alius niſi ipſe-
11. met homo ſibi; vnde ait: *Si quis ergo timendus eſt, tu tibi timendus es, tu tibi es temulentus hoſtis, quia te peccatum inquinare poteſt, & abs te auertere.* Veriſſima. *Tertia* vita eſt gloriæ, & æternæ felicitatis, quam ſicut Deus ſolus conferre poteſt, ſic ipſe ſolus eam auferre. Ergo hic ſolus timendus, non homines, qui quo ad animam, quæ pars nobilior, nihil prorſus poſſunt.

Animæ vita triplex. Ianſen.

Salmer.

Homo quantum ſe ipſum timere debet.

12. *Sed potiùs timete eum, qui poteſt & animam & corpus perdere in gehennam.* Non dixit occidere, cùm debebat, ſed perdere. Cur? Satis ad rem Ianſenius: *quia hoc pro nihilo facerent carnales homines, qui ſibi optarent beſtiarum morti, mori adſimiles.* Ergo non occidet Deus, ſed perdet animam peccatoris, & quod dixit hîc perdere, Græcè eſt *repudiare*, quia quæ priùs ex charitate ſponſa non amplius talis, ſed viliſſima ſerua, ad ſupplicia deſtinata æterna; meritò ergo talis ſolus timendus, ac proinde præcepta eius non frangenda.

Christus cur dixit qui poteſt perdere, & non occidere.

Ianſen.

Vltimò tandem duo obſeruant hîc autores, 13.
primum cùm dixit Dominus, *nolite timere eos, qui occidunt corpus*, non excludere omnem timorem, ſed illum timorem inordinatum excludit, quando Dei præcepta frangimus ob talium timorem quod prorſus Apoſtolico prædicatore indignum. *Secundum* eſt, nec quando dixit, *timete eum qui poteſt*, &c. timorem ſeruilem ſuaſit, qui non eſt in 14.
charitate, tanquam per hoc ſolùm Deum timere debeamus, quia nos poteſt perdere; ſed tantùm comparatione hominis voluit, vt amplius Deus timeatur, quatenus plura & maiora mala poteſt inferre, & hoc, vt rectè Chryſoſtomus, vt omnibus hominibus ſuperiores eos redderet; *vide quomodo omnibus eos ſtatuit ſuperiores, non ſollicitudinem ſolum, & maledictionem, nec pericula, ſed etiam ipſam, quæ omnium videbatur terribilior, mortem ſuadens, propter Dei timorem contemnere*, vnde ait, *potiùs timete*; optimè obſerua ex hoc dicto Do- 15.
minum non eis promittere liberationem à morte, immo potiùs eam firmauit, ſcilicet paſſuros eius mortem, ſed quod ſuaſit contemptus exitus mortis, *quod multo maius eſt*, ait, & verè, *quam erui à morte*, cùm præclarius Dei opus ſit alicui auxilium afferre in tribulatione, quàm ipſam tribulationem eripere.

Non excluſit omnem timorem ab Apoſtolis.

Qualis timor Dei eſt quem Christus ſuaſit.

Chryſoſt.

Ab Apoſtolis non excluſit timorem mortis.

Nónne duo paſſeres aſſe væneunt, & vnus ex illis non cadet ſuper terram ſine Patre veſtro. NVM. 19

Veſtri autem capilli capitis omnes numerati ſunt. NVM. 30

Nolite ergo timere: multis paſſeribus meliores eſtis vos. NVM. 31

Senſus litteralis, & moralis.

Nonne duo paſſeres. Mirandum certè eſt, quantus ſit Chriſtus Dominus noſter, vt omnino omnem timorem, tum infamiæ, tum vitæ, ab Apoſtolis eripiat, ſupra timorem mortis eripuit comparatione hominum, qui etſi illam inferre poſſint, tamen non plus vltra ſe extendunt; quapropter non ob id illos timere debebant, ſed potiùs Deum, qui & corpus, & animam perdere poterat, quem iratum haberent, ſi à prædicatione deſiſterent; nunc & aliam fortiſſimam addit rationem à diuina prouidentia ductam, argumentans à minori ad maius. *Primò*, adducendo exemplum paſſerum, quorum nullus occiditur, ſine Dei voluntate; quanto ergo minus & ipſi occidentur, quorum Deus Pater eſt, & non paſſerum. *Secundò* adducendo exemplum de capillis. nam ſi iſtos Deus numeratos habet, quid? nunquid non ſuorum vitam? vnde rectè Chryſoſtom. *poſtquam, ait, timorem mortis excluſerat, ne æſtimarent Apoſtoli, quòd ſi interficerentur, eſſent derelicti à Deo, rurſus ſermonem de prouidentia Dei inducit, dicens: Nonne*, &c.

Chryſoſt.

Ex hoc dicto. Suprema ac generalis illa Dei prouidentia circa quælibet minima adſtruitur, quam negare nefas, & de qua nos alibi diſputa- 1.
uimus, *in Sapientiæ commentarijs.* Vnde ſi obiicias illum locum Pauli, 1. ad Corinth. 9. *Nunquid de bobus cura eſt Deo*, intellige de ſpeciali prouidentia, non de generali, & in ordine ad legem dandam. nam non pro animalibus Deus legem dedit, nec de animalibus illam ſpecialem habet prouiden

Deus de omnibus prouidentiam habet generalem, ſpecialem de hominibus.

prouidentiam, ſicut de hominibus, neque de omnibus iſtis ſic ſpecialiſſimam, ſicut de Sanctis, vt mox dicemus, vnde Hieron. *Eſt, ait, ſenſus, ſi parua animalia abſque Deo non decidunt auctore, & in omnibus eſt prouidentia, & quæ in eis peritura ſunt, ſine voluntate Dei non pereunt: vos qui æterni eſtis, non debetis timere, quòd abſque Dei viuatis prouidentia.*

Veſtri autem capilli capitis numerati ſunt. hoc eſt, perfectè cogniti à Deo. nam Deus non numerat ... homo; benè autem ait Ianſen. hoc Dominum ſingulariter dicere voluiſſe de capillis Sanctorum, vnde Pſalmus affirmat, *Deum ſingulariter noſſe dies immaculatorum*; ex quo infert, non ſolùm ex hoc modo loquendi, tantùm cognitionem ſignificare, ... de ſingulis prouidentiam, *quòd autem ait, veſtri autem capilli omnes numerati ſunt,* ait Hieron. *immenſam Dei erga homines oſtendit prouidentiam, & ineffabilem aſſignat affectum, quod nihil noſtrum Deus lateat.* & Chryſoſt. *vnde hoc dixit, non quòd pilos Deus numeret, ſed vt diligentem cognitionem, & multam circa nos prouidentiam oſtendat.* & Cyrillus in Luc. cap. 12. *Debilitauntur, ait, iure merito peccatores Dei memoria. E contra verò Deo cordi eſt accuratè noſſe Sanctorum vitam, rationem enim habet numeri capillorum, per quod ſignificat ſe omnia quæ ad eos ſpectant, exactè cognoſcere, diligentiam enim cure adhibita, numeratio manifeſtat capillorum*; ex quibus omnibus colligere potes, quantum Deus de ſuis curet, quorum que circa eos habeat prouidentiam, dum ſingulariter vult, vt intelligamus eum capillos ſuorum cognoſcere, ac veluti apud ſe dinumeratos habere, quòd ſi iſti, qui ſine dolore decidunt, Deus numeratos tenet, *Cur timetis ne pereat, quod inciſum dolet, quando & illud perire non ... in vobis, quod inciſum non dolet,* rectè arguit ... *hom. in Euangelia.*

At petes, an omnes capilli, etiam qui intonſi, redibunt in reſurrectione. Ad hanc dubitationem largè reſpondet Auguſtinus *lib. 22. de ciuitate c. 19,* breuiter reſpondetur, omne illud quod ad integritatem, & pulchritudinem naturæ ac eius decorem pertinet, etiam quantumuis minimum redditum in reſurrectione; non verò quæ ſuperflua, & ad ornatum, & neceſſitatem non pertinent, vnde quia capilli, qui tondentur, potiùs deformitatem afferrent, quàm pulchritudinem, ideo non reſurgent cum corpore. Vnde bene Hieron. *in hunc locum* obſeruat, non dixiſſe Dominum, veſtri capilli omnes ſoluendi ſunt, ſed *numerati ſunt.* nam, vt ipſe ait, *vbi numerus eſt, ſcientia numeri demonſtratur, non eiſdem numeri conſeruatio.*

Hæc autem quo ad litteram. At quid, iuxta myſticum & moralem ſenſum, Sancti *in hunc locum?* Certè ſatis ad rem Hilarius, qui cognoſcit in hoc ignorantiam peccatoris dum vile vendit pretioſum. *Myſticè autem, ait, quod venditur corpus, atque anima eſt, ei cui vendidit peccatum eſt; qui ergo duo paſſeres aſſe veneunt, natos ad volandum, & ad cælos pennis ſpiritualibus efferendos, ſed capti pretijs præſentium voluptatum, & ad luxum ſæculi venales, toto ſe talibus actionibus nundinantur.* Ampla materia ad ponderandum veſaniam peccatorum, ſe ſic vili preno vendentium, vt pro ſordida ac turpi voluptate, animam, corpuſque peccato, immo & diabolo vendantur, fornicatori, quòd dat diabolus mulierem, & ſæpiùs non pulchram, ſed difformem, Sodomiro, quid dat diabolus? pudet dicere. En miſeria digna lachrymarum fortè? quid dedit Iacob Eſau? lentem; quid vendidit hic mi... primogenituram, *Geneſ. 25 num. 29.* quid dedit Lia Racheli? Mandragoras; *Geneſ. 30. n. 15.* quid Rachel Liæ, Iacob virum, *dormiat tecum hac nocte, pro mandragoris filij tui.* En vilipendium viri, & pretium vilium, quid? nonne hoc nunc quando Deus venditur, pro viliſſimis quibuſque rebus? *Myſticè,* ait Geometra, vt in Catena Sancti Thom. *per paſſeres deſignantur ſtudia, & cogitationes noſtra, quæ in terram cadunt, quando quæ ſurſum debebant, deorſum quærunt, carnis inquinamentis irretita, atque in paſſiones ignominia tradita, libertate ſimul, atque decore ſuo ſpoliata.*

At pulchrè Beda, conſiderans hoc dictum aptè pet capillos minima bona facta Sanctorum intelligens, ſic ait, *capillus de capite diſcipulorum non peribit, quia non ſolùm fortia facta, vel dicta Sanctorum, ſed & tenuiſſima cogitatio, digna mercede donabitur.* Extrema hæc eſt conſolatio animarum, non potes amice cum diuitibus ad ædificationem tabernaculi, offerre aurum, argentum, gemmas pretioſas, offer pilos caprarum, nam & his indiget Deus, Exodi 25. num. 4. *Hæc autem ſunt, quæ accipere debetis, aurum, argentum & æs, hyacinthum, & purpuram, coccumque bis tinctum, & byſſum, pilos caprarum.* En bonitas diuina, quid? forſitan non habes theſauros, da minuta, & digna mercede recompenſaberis.

Nolite ergo timere, multis paſſeribus meliores eſtis vos. Concluſio euidēs ex antecedente claro, cur ... de ... ribus, meliores ſunt homines; ergo non curabit de hominibus iuſtis? Rectè Cyrillus in Leuiticum, lib. 8. *quia iuſto, ait, ſicut ſcriptum eſt, omnia quæcumque faciet proſperabuntur, & folia eius non decident; hinc & diſcipulorum Domini, etiam capilli capitis dicuntur eſſe numerati, hoc eſt, omnes actus, omnes ſermones, & omnes cogitationes eorum ſeruantur apud Dominum, quia iuſta, quia ſanctæ ſunt.* Meritò ergo concludit Hilarius quòd nullus corporum noſtrorum caſus, eſt pertimeſcendus, Dominus affirmat, nec capillum capitis noſtri peritutum; quid ergo faciet de corpore, quid de tota hominis vita. Vide quæ diximus de Dei prouidentia *in Sapientiam, tomo 1. homil. 6.*

Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cœlis eſt. NVM. 32.

Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui in cœlis eſt. NVM. 33.

Senſus litteralis, & moralis.

Omnis ergo qui confitebitur me. Statuendum hic agi de externa confeſſione fidei, neceſſaria ad ſalutem. *Primò,* & principaliter, licèt non excludantur aliæ confeſſiones, vt dicemus, quapropter rectè ſentit Caietan. hæc verba, licèt ſint exhortantis, ob præmium & pœnam, potiùs ſunt annunciantis, neceſſitatem prædicationis fidei, quando adeſt occaſio illud requirens, vnde Caiet. *exhortationi, exclusiue timoris, tam infamiæ, quàm mortis, adiungit neceſſitatem fidei, amoris & confeſſionis ſuæ, ac ſi apertiùs dicat, non putetis me hortari vos ad id quod ſupererogationis, ſed ad id quod eſt neceſſitatis.* Quod intelligendum de illa confeſſione fidei, quando in perſecutione interrogatus liberè quis reſpondere debet. nam, vt bene Chryſoſt. & Caiet. non ſufficit interiorè tantùm Chriſtum colere, niſi

Marginalia: Hieron. | Ianſen. | Hieron. | Chryſoſt. | Cyrill. | 5. *Deus ſpecialem curam habet de iuſtis.* | Auguſt. | 4. *Qui capilli cum corpore redibunt.* | Hieron. | 5. | 6. *Peccatorum vania pro re vili venditorum.* | Geometra. | Beda. | 7. *Deus & minima Sanctorum facta attendit.* | 8. *Immo & cogitationes.* | Cyrill. | Hilar. | Caiet. | 1. *Confeſſio interna fidei non ſufficit quando opus externa.* | Chryſoſt.

ſimol externæ confiteri, quando neceſſitas adeſt,
Caiet. vnde Caiet. *non ſufficit Chriſto interna fides, aut internus amor, niſi cùm opus fuerit, adſit exterior confeſſio fidei, & factorum*, quia, vt rectè Chryſoſt. hoc à nobis exigit, ſcilicet, hanc propalationem exteriorem, vt viriles nos conſtituat, quod obſeruat non
2. *Cur Chriſtus externã exigit ſui confeſſionem.* ſolùm Apoſtolis dictum, ſed omnibus diſcipulis, & Chriſti ſeruis; *ideo autem*, ait, *non ſolùm fidem, qua eſt iuxta mentem, ſed & confeſſionem exigit oris, vt exigat nos in liberam propalationem, & ampliorem amorem, excelſos nos faciens. qua verba ad vniuerſos loquitur, non enim ſolos Apoſtolos, ſed diſcipulos facit viri-*
3. *Prædicatio ſit virilis ſi conuertere deſiderat.* *les*, quam virilitatem affirmat Sanctus adeò efficacem eſſe in prædicatione, vt ipſa ſola ad conuertendos animos ſufficiat, vnde ait, *qui nunc hoc ſeruat, non ſolùm cum libera propalatione docebit, ſed & omnibus facilè ſuadebit.*

4. *Cõfeſſio Chriſti non ſolùm eſt operis, ſed veritatis.* Abulenſ. Ianſen. At licèt de confeſſione fidei principaliter hîc ſit ſermo, tamen, vt bene Abulenſ. & Ianſen. etiam eſt de confeſſione cuiuſcumque veritatis, & de teſtimonio operis, *cùm ipſo opere tollamur, nos Chriſtum cognoſcere pro Domino noſtro, cui præ alijs omnibus ſit obediendum*, ait Ianſ. nam, vt ipſe ait, *non extorquet iam tyrannus negationem Chriſti, & ob id iam non eſt tanti mereri apud fideles confiteri Chriſtum, ſed quoniam nunquam non deſunt impij, plerumque extorquent neglectum præceptum Chriſti*, immo hic ſenſus videtur clarè educi, Lucæ c. 9. n. 26. *nam qui me erubuerit & meos ſermones*, ait, *hunc filius hominis erubeſcet cùm venerit in maieſtate ſua, & Patris & Sanctorum Angelorum, meos ſermones, hoc eſt*, præcepta, ac eo-
Salmer. rum obſeruantiam; ergo, vt bene Salm. ſicut ope-
5. ribus bonis Chriſtum confitentur homines, ſic
Quot modis Chriſtus negatur. malis è contrario caſo illum negant; *ergo Chriſtum negat, qui eius fidem, vt Gentiles*, ait, *qui malè de illo confitentur*, hæretici, *tertiò qui etſi verbo confitentur, factis tamen negant, tandem auarus negat. quia auaritia eſt Idolorum ſeruitus.* Quid ergo ex hoc vt pari modo Chriſtus illum negabit in die iudicij, ac quemlibet infidelem, vt mox dicemus.

6. *Confitebor & ego eum* Obſeruat Maldon verbum
Chriſtus in die iudicij cũ gloria confitebitur ſuos coram Patre. Maldon. Græcum non ſolùm dicere confiteri, ſed etiam palàm & gloriando confiteri, vnde ait, *ac ſi Latinè dicas, quiſquis in me gloriabitur coram hominibus, gloriabor ego & in eo corã Patre meo.* ergo, vt bene ipſe obſeruat, Chriſtus ſe coæquat hominibus, & homines eleuat ad Deum, & dum ipſi illum confitentur coram hominibus, ipſe coram Patre eos & gloriabitur, eos confitendo, & non erubeſcendo ſuos eos dicere, & ſe æqualem illis iuxta carnem, & pro
7. ſuis illos habere corã Patre, ac Dei Angelis. Huic
Qui erunt quos Chriſtus ſuos confitebitur coram Patre præter martyres. ſententiæ vnum tantùm verbum apponam tibi, mi lector, materiam amplam præbendo diſcurrendi. nam nos non poſſumus omnia, qui ſcilicet ſunt, quos Chriſtus non confundetur in die iudicij, neque rubore ſuffundetur, ſuos dicere coram Patre, & Dei Angelis, præter Martyres, qui coram tyrannis eum confeſſi ſunt? Nunquid hi erunt principes mundi? nunquid potentes? nunquid diuites? nunquid qui hîc ſuum habent incolatum, & ciues ſunt huius mundi? in gloria carnis ſe gloriantes? Nil minus, ſed qui ſe peregrinos in hac vita, ac hoſpites cognoſcunt, qui cõtemptibiles omnium, procedunt anguſtiati, afflicti, egentes, circum euntes in pellibus caprinis, qui tandem nihil hîc habentes, futuram tantùm inquirũt ciuitatem, quod præclaris, ac magnificis dixit Apoſtolus verbis ad Hebr. *cap.* 11. *n.* 16. qui loquens de Noë, Abraham, Iſaac, Iacob, affirmat Deum non confundi eorum Deum dici: *Ideo*, ait, *Deus non confunditur vocari Deus eorum.* Cur non confunditur, ſiue non erubeſcit? an quia Principes magni, an quia domini multorum, an quia talem habebant ſubſtantiam, vt non poſſet eos terra ſuſtinere? nil minus; *Sed quia à longè aſpicientes repromiſſiones, & ſalutantes confitebantur, quia hoſpites & peregrini erant ſuper terram*, hinc, *ideo Deus non confunditur Deus vocari*
eorum, quod excellenter attendens Rupert. in hunc Rupert.
Matthæi locum, ſic ait: *Profectò gloria erit Dei, quem talis in illa die confitebitur, confuſio autem illi, qui negabitur, ſiue confundetur, cuius rei Apoſtolus magnificè ſubmiſit, dicens ad Hebræos de ſanctis Patribus, ideo non confunditur Deus vocari eorum Deus, videlicet, quia confeſſi ſunt, quòd peregrini, & hoſpites eſſent ſuper terram manentem hic, non habentes ciuitatem, & meliorem appetentes, id eſt, cœleſtem.* Ergo, vt vides, de illis in die iudicij erit confeſſio Chriſti, qui hîc hoſpites, qui hîc vt peregrini viuũt. Quid inde? vt eos non confitebitur, immo erubeſcet eos confiteri, qui hîc ciues, qui huius vitæ moratores, qui hîc in bonis dies ducũt ſuos. Quo nil peius, vt
bene ait Cyrill. in Cat. D. Thomæ, in Luc. *peſſimũ*, Cyrill.
ait, *& damnoſum, notari inimicitia, & operis inertia, quando tantus iudex deſcenderit, agminibus circum-*
ſtantibus Angelorum. Quod cùm attendis, equidem 8.
vnuſquiſque certum poteſt ſumere indicium, an ex illis ſit quem Chriſtus in iudicio confitebitur, an è contra, & quid opus, vt Chriſtus nos non erubeſcat confiteri in die iudicij, hoſpites ſcilicet hîc viuere, & futuram inquirere ciuitatem. *Prædeſtinationis, aut reprobationis ſignum quale.*

Pulchrè Chryſoſt. *in hunc locum*, adnotat ex di- Chryſoſt.
ctis, nec homini iuſto timendum, ſi in hac vita nil 9.
ei retribuetur; ſicut è contrario malo valde, ſi non punitur de malefactis: *propter hoc* ait, *ſi feceris aliquod bonum, & non ſuſceperis retributionem, ne turberis, cum additamento enim in futuro tempore retributio te expectet, & ſi feceris aliquod malum, & non exolueris vindictam, non contemnes, illic enim te excipiet pœna, niſi transmuteris.* Pende ly *cum additamento*, vis videre, quantum retributio diuina ſuperat *Iuſti nõ timere debent ſi hic eis non retribuetur, & mali multum timere, ſi non puniantur.*
10. ſeruitium humanum, attende quantum diſtat homo à Deo, & infinitatis pondus, retributionis intelliges, quod ſeruitium Chriſto exhibet homo, ipſum confiteri coram hominibus, qualem mercedem ei retribuet, illum confiteri coram Patre Deo. Tantum ergo ſuperabit retributio ſeruitium, quantum Deus ſuperat hominem, immo quantum confeſſio hominis à confeſſione Dei, homo enim coram homine Chriſtum confitetur, & Chriſtus Deus homo, hominẽ coram Deo Patre confitebitur, immo, vt ſuprà dicebamus, gloriabitur confiteri coram Patre; quàm ingens ergo retributio! *Præmium bonorũ operum quãtum excedit ipſum opus.*

Nolite arbitrari, quia pacem veni mittere in terram: non veni pacem mittere, ſed gladium. NVM. 34.

Veni enim ſeparare hominem aduerſùs patrem ſuum, & filiam aduersùs matrem ſuam, & nurum aduerſùs ſocrum ſuam. NVM. 35.

Et inimici hominis domeſtici eius. NVM. 36.

Senſus litteralis, & moralis.

Q*Via pacem veni mittere.* Cùm multa mala ſuis Prædicatoribus Chriſtus enunciaſſet, ne de hoc ſcandalizarentur, quando ea perpetrarentur, nunc apponit cauſam, quare illis omnia illa euenient, quia ſcilicet non venit, vt pacem mitteret

terer in terram, ſed gladium, ad cuius rei intelligentiam,

1. *Chriſtus de qua pace loquatur, & qua ab eo abſcinditur.*
Hieron. Chryſoſt. Auct. Imp. Gregor. Beda. Abulenſ. Theophyl.

Supponendum, vt omnes confitentur expoſitores, Hieron. Chryſoſt. *hom.* 36. Auctor Imperf. *hom.* 26. Gregor. Beda, Theophyl. Abulenſ. & alij, Chriſtum de illa pace loqui, quæ malorum, quæ peccatorum, quæ habetur inter peccatores ad malum operandum: qualis fuit inter Herodem, & Pilatum, inter turris Babel ædificatores, inter inimicos Chriſti Phariſæos, & ſcribas, ad eum perdendum, tandem de ea pace, quam mundani inter ſe habent, vt q'u exerceant vitia; ad hanc autem affirmat, non ſe veniſſe mittendam. nam aliàs de pace diuina, cùm ipſe Princeps dicatur pacis, & à Paulo *pax noſtra*; ob hanc venit dandam, vnde Apoſtolis ſuprà, primum quod iuſſit afferri in domum intrantibus, pacem exigit, hanc Angeli ipſo nato dederunt, & tandem hanc ſe dixit dare, non illam, Ioannis 14. num. 27. *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, non quomodo mundus dat, ego do vobis*; ergo de illa pace loquitur, quæ non Dei, ſed diaboli eſt opus, & quam iniqui habuerunt ad fidem Dei deſtruendam, ad quam abſcindendam, & abrumpendam, Chriſtus venit, vnde Hieron. *ad fidem Chriſti totus orbis diuiſus eſt, vnaquaque domus & infideles, & credentes habuit, & propterea bellum miſſum eſt bonum, vt rumperetur pax mala.* Hinc Chriſto intrante in Hieruſalem, tota ciuitas commouetur, ex quo rectè deducit Salmer. *quòd prædicatio, quæ non turbat homines, & inſtar gladij non ſeparat credentes ab incredulis, vana eſt, quemadmodum & gubernatio paſtoris, quæ non exerit gladium ſpiritus, & poteſtatis ſuæ contra nocentes, & contumaces, inanis eſt.*

Hieron.

2. *Prædicatio vana illa quæ belli non excitat contra vitia.*
Salmer.

Secundò aduertendum, quòd quando dixit, ſe veniſſe ad gladium mittendum, eo modo eſſe intelligendum, quod dicitur Deus excæcare, indurare, & aggrauare. Hoc eſt quod fieri permittit, eo etiam, quia occaſione eius aduentus, mali ſumpſerunt occaſionem eius diuiſionis. nam ſi ipſe non prædicaſſet, nec prædicari mandaſſet, mundus in ſua concordia extitiſſet in idolorum cultura. Vnde bene Maldon. ex eius aduentu, cùm hæc omnia ſint ſequuta, videtur quodammodo ad hoc eum veniſſe, vnde à Simone dicitur *poſitus in multorum ruinam.*

3. *Quo ſenſu intelligendum Chriſtum veniſſe ad gladium mittendum.*
Maldon.

4. Ex dictis quo ad mores duo habes, *primum* contra mundi pacem, bellum eſſe Chriſti, & *ſecundò*, vbi pax mundi, ibi non poſſe pacem eſſe Chriſti, & vt hæc poſſideatur, bellum & crudum contra mundi pacem pronunciandum, contra parentes, contra fratres, contra domeſticos, tandem contra ſeipſum hominem, ſi pars Chriſti, & vera conſequi velimus, de qua re infrà.

Chriſti pax nunquam cum mundi pace eſſe poteſt.

5. *Sed gladium.* Quid per gladium? Auguſt. Auctor Imperf. *hom.* 26. Abul. & alij, verbum Dei: Euthym. eius amorem; Mald. Euangelium; quod mihi placet, cùm ex Euangelij prædicatione, omnis orta diuiſio: at cur Euangelium gladium nominauit? vt eius vim denotaret, ſicut ait Chryſoſt. quia gladius corpus à capite ſeparat; *hoc autem dixit*, ait Chryſ. *quaſi diſcipulos conſolans, ac ſi diceret, ne turbemini, quaſi præter ſpem his contingentibus; propter hoc ergo veni, vt prælium mittam, & non dixit prælium, ſed quod difficilius eſt, gladium; voluit enim aſperitate verborum excitare eorum auditum, vt non difficultate rerum deficiant, ne aliquis dicat, quòd blanda ſuaſit, & difficilia occultauit.*

Quid per gladium.
Auguſt. Auct. Imp. Maldon. Abulenſ. Euthym. Chryſoſt.

Hominem aduerſus patrem. Cur hoc iam expreſsè dixit? Mald. vt declaret, nullum eſſe tam arctum vinculum quod non diſrumpat Euangelium. Meliùs Chryſ. vt prælium ex verbis exaggeraret, licèt in re poſtea non tàti futurum, ſaltem ſemper. nam, vt ipſe doctrinaliter ait, *melius eſt enim in rebus manſuetudinem videre, quàm in verbis, & propter hoc in his non ſtetit, ſed exponens prælij ſpeciem, oſtendit hoc eſſe ciuili bello difficilius, & dum dixit, veni ſeparare hominem, &c. oſtendit quòd non ſolùm in familiaribus erit hoc prælium, ſed in amantiſſimis, & valde neceſſarijs*, immo, vt bene adnotat Salm. poſuit prælium difficillimum, nam non dixit patrem ſe armaturum in filium, neque matrem in filiam, ſed è contra, cùm illud non eſſet magnum, matrem ſcilicet inſurgere in minorẽ, ſed quòd minor in matrem, hoc magnum & admirabile, *quod maximam Chriſti virtutem oſtendit*, ait Chryſ. *quòd diſcipuli hæc audientes, & ipſi ſuſceperunt, & alijs ſuaſerunt.*

6. *Cur hæc Chriſtus Apoſtolis prædixit.*
Maldon.

Salmer.

7. *Magna Chriſti virtus aſpera ſuis prædicare, & hæc illos amplecti.*

Et inimici hominis domeſtici eius. Verba ſumpta ex Michæa c. 7. n. 6. *vt oſtendat*, ait Chryſoſt. *vetus Teſtamentum eſſe nouo cognatum* hoc enim & in Iudaiſmo accidit, quando erant veri, ac falſi prophetæ, iſti idolorum cultum ſuadentes, illi veri Dei, hinc diuidebantur, & inter ſe diſſecabantur. nam, vt bene Raban. *nulla apud eos iura cuſtodiri poſſunt, inter quos fidei bellum eſt.*

8. *Vbi fidei diſſidium iura nulla ſeruantur.*
Raban.

ANNOT. MORAL. C.

Pax Chriſtiana eſſe non poteſt ſine magno bello.

N*On veni pacem mittere, ſed gladium.* Iam in commentario diximus, Chriſtum de pace malorum dictũ intellexiſſe. nam de bona ad hoc quippe venerat, vnde ipſe princeps pacis dicitur, omnia ſiue quæ in cœlis, ſiue quæ in terris pacificans, vt aiebat Paulus ad Coloſſ. 1. n. 19. *quia in ipſo complacuit, omnem plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliare, omnia in ipſum pacificans, per ſanguinem crucis eius, ſiue quæ in cælis, ſiue quæ in terris ſunt.* In quibus notandum, quomodo hæc omnia pacificauit? Sanè per ſanguinem crucis; quod eſt dicere, per bellum crucis; ergo pax per bellum, & ſine bello pax non erit Chriſti, & ideo cœlum Chriſtus terræ copulauit, quæ inter ſe maximè diſſidebant, quia bellum intulit mundo, per crucem bellum diabolo, bellum omnibus malis, quod ſi hoc Chriſtus, in quo complacuit Patri, *inhabitare omnem plenitudinem*, id eſt, vt ait Cornel. omnem perfectionem, tum ſapientiæ, tum gratiæ, tum poteſtatis, tum denique ipſius diuinitatis. & hoc non tantùm per vim & operationem, *ſed per ſuam eſſentiam, & per ſe ipſam*, vt ait Theoph. & Anſel. Quid homo miſer peccator malis venundatus, diaboli ſeruus, concupiſcentia plenus, fomite oppreſſus, nunquid pacem obtinebit Chriſti, ſine bello? nunquid pacificus in vna viuet domo cum concupiſcentia, & Chriſti charitate, cum infirmitate humana, & Chriſti ſalute? Equidẽ impoſſibile. nam, vt bene Chryſ. *nunc eſt pax quando id quod ægrotat inciditur, quando id quod litem infert, ſeparatur, ita enim poſſibile erit cælum terra copulari*, cùm certum pro certo ſtatuendum, quòd ſi pax quæ in mundo eſt, per diſcordiam non abrumpatur, de facto nunquam ad cœlum vera erit conuerſio, nunquam à peccato quis liber erit.

1. *Chriſtus omnia pacificauit æquo modo.*

Cornel.

Theophyl. Anſelm.

2. *Quando eſt pax Chriſtiana.*

3. *Pax mundi ſi de facto non abrumpatur, nunquam cum Chriſto erit pax, nunquam homo liber à peccato.*

Attende ad quæ dico, quod à firmo eſt, ſi ſemel peccator omnino & de facto non omnem diſrumpat concordiam, & pacem mundi, nunquam à peccato liber extabit; nam ſunt aliqui, qui non

omnino diſrumpere pacem cum mundo volunt,
ſed aliqualiter partim mundi eſſe, partim Dei, vti
illi, qui turpi amore detenti, ſic deſerere pecca-
tum volunt, vt tamen amicitiam cum dilecta di-
ſcindere nolunt viſitare, & viſitari, dare & epiſto-
las accipere, communicare, & communicari, ta-
meo cum hoc pacem cum Chriſto ſimul habere,
& non peccare; dico ergo iſtis & edico hoc impoſ-
ſibile, cùm nonquam non peccare deſinent, nec
deſiſtent, donec peccatum perficiant. Hoc equi-
dem adnoto in demolitione turris Babel, *Gen.* 11.
quando Deus eius fabricam impedire decreuit;
deſcendit, ait Scriptura n. 15. *Dominus vt videret ci-*
4. *nitatem, & turrim, quam ædificabant filij Adam.* Quid
Cur dicatur Deum deſcẽdiſſe, vt videret turrim Babel.
hoc? nunquid neceſſe Deo, vt è cœlo deſcendat, vt
aliquid videat? Sanè Chryſoſt. hoc ad mores refe-
rens, affirmans humano more Scripturam loqui,
ac per hoc inſinuare nullos temerè iudicãdos, nec
Chryſoſt. ſtatim, ſed maturè, & cauſa cognita. *Vide quo modo*
5. *Scriptura humano more loquitur, vt per hoc erudiamur,*
Fratres nunquam temere iudicandi.
nunquam temerè fratres condemnandos, neque audito
ſolo iudicandum, niſi pluribus argumentis prius certi
reddamur. At cur non in principio deſcendit, ſed
poſt multum turrim erectam? Sanè reſpondet
idem, vt experentia laborum, præceptoris loco il-
6. lum haberent, *permiſit illos laboribus ſe affligere, vt*
Labor peccati ſæpe preceptor ad illud relinquendum.
rerum experientia preceptoris loco illis eſſet. Sanè per-
quam egregiè & modus quo Deus ſæpe vtitur ad
animas conuertendas, vſque ad ſaturitatem, vt ad
laſſitudinem in eis permitteret peccata, vt ipſa
laſſitudo, & defatigatio, poſtea ſit eorum præce-
ptor ad peccatum relinquendum, in quo ſumma
eius expenditur miſericordia. At etſi bona hæc in-
telligentia, & ad mores accommodata, litteralis
Auguſt. eſt Auguſt. deſcendere nempe dici Dominum, *cùm*
aliquid facit in terra mirabiliter præter vſum natura
factum, ex quo præſentiam eius quodammodo oſtendit.
Magnam illam molem exturbare intendebat,
quam in vnum adunati filij Adam erigere cœ-
perant, quia hoc magnum factum acturus erat,
ex quo peculiaris eius præſentia deduci debebat,
ideo etſi in omnibus ſemper præſens, tamen è
cœlo deſcendere dicitur. Sic difficile erat homi-
num conatus impedire; at videamus, quid dixit
poſt deſcenſionem. *Ecce vnus eſt populus, & vnum*
labium omnibus, cœperunt hoc facere, nec deſiſtent à
cogitationibus ſuis, donec eas opere compleant. Quid
ergo, vt hoc non ſequatur? *Confundamus ibi lin-*
guam eorum, vt non audiat vnuſquiſque vocem pro-
ximi ſui, ex quo diuiſi *ceſſauerunt ædificare ciuita-*
tem. Pondero non dixiſſe Dominum vnum eſſe
populum, & vnum labium, ac per hoc non deſti-
turum ab opere ſuo, ſed *à cogitationibus ſuis*, equi-
dem ab opere ſuo debebat dicere, cùm ad hoc de-
ſtruendum deſcenderat. Cur ergo dixit, *à cogitatio-*
nibus ſuis? Sanè, quia etſi opus ipſe deſtruxiſſet, aut
fulgore ex cœlo miſſo, aut terra illud abſorbente,
ſi vnus exiſteret populus non diuiſus, ſi vnum la-
bium, & vna pax inter illos poſt opus deſtructum
eædem remanebant cogitationes, iidem conatus,
hinc ab illis nunquam deſiſterent, donec opere
Chryſoſt. iterum eas complerent; quid ergo opus, vt prorſus
7. omnes cogitationes interimant cum opere. *Ma-*
Pax & amicitia inter ſe malè amantium niſi abrũpatur nunquam à peccato immunes erunt.
lam pacem bona diſſonantia ſoluere, ait Chryſoſtom.
in hunc Matth. locum, de facto omnem ſocietatem
abſcindere, linguam confundere, ſicut vnuſquiſ-
que non audiat vocem proximi ſui, ac ſic ſe diui-
dentes, non amplius turris excreſcat Babel, *& ceſ-*
ſauerunt ædificare ciuitatem. En quod dicebamus eſt
pax, & amicitia peſſima; ſæcularium inter ſe, eſt
amor inter virum, & mulierem, peruitioſus. Tur-
rim ædificant Babel per peccata; quid ergo, vo-
lunt dimittere peccatum, & forſitan dimittunt
ad tempus. Corruit per pœnitentiam, corruit
peccatum: at populus vnus eſt, & vnum labium,
amicitia remanet, correſpondentia ſtat, vltrò, ci-
tróque epiſtolæ, amabiles confabulationes, eadem
pax, & concordia, vt antea; quid eſt hoc, vt occur-
rentibus cogitationibus non deficiant, donec ad
votum redeuntes, opere compleant, quod cogita-
uerunt; quid ergo opus? amicitiam deſcindere, pa-
cem abrumpere, vt integram ſalutem adquirat,
cùm, vt idem Chryſoſt. vbi ſuprà, *medicus ita reli-* Idem.
quum conſeruat corpus, vt quod inſanabiliter ſe habet,
abſciderit; ita quidem & in turri Babel geſtũ eſt, malo-
rum enim pacem bona diſſonantia ſoluit. & ſic ex tali
bello pax Dei, quæ ſuperat omnem ſenſum, per-
empta pace mundi, per gladium ſpiritus, ob quod
Dominus dixit, *non veni pacem mittere, ſed gladium.*
At quid? immo impoſſibile audeo dicere non 8.
adiacente tali diuiſione, ac ſeparatione per tale
Amor mundi, & proprius niſi abijciatur nunquam Dei amor inaleſcit.
gladium ſpiritus, & obſeruationem Dei vocis, vt
pax Chriſti aſſequi poſſit, & amorem Dei in ani-
mam excreſcere. Audi me, duo principes de do-
minatione noſtri contendunt, amor noſtri vnus,
alter Dei amor, his & bellum declaratum eſt, in-
ter illas ſimul dare, ſimul dominari non poſſunt,
hinc nulla pax in domo niſi vnus eiiciatur, & in-
ter ſe diuidantur; quid ergo opus gladium Chri-
ſti aſſumere, & peſſimum eiicere tyrannum, Gen.
21. num. 9. *Cùmque vidiſſet Sara filium Agar, Ægy-*
ptiæ ludentem cum Iſaac filio ſuo, dixit ad Abraham:
Eiice ancillam hanc, & filium eius, non enim hæres fi-
lius ancillæ cum filio meo Iſaac. At antequam ad
meum veniam inſtitutum, ſupponendum, quando
hæc acciderunt, non minus fuiſſe Iſmaëlem, quàm
18 annorum, vt vult Caiet. & alij, Iſaac autem vix Caietan.
quatuor. Huc ergo ſuppoſito, meritò dubitat Ori- 9.
Iſmael quot annos habebat quando cum Iſaac luſit.
genes, quid tantum hic luſus, vt ſic ex eo indigna-
ta ſit Sara, vt voluerit eiici ancillam & filium eius,
quid læſerat, ait Origenes, *aut quid nocuerat ſi lu-*
debat? quaſi non hoc in ætate illa etiam gratum eſſe de-
buerat, quòd luſerat filius ancillæ cum filio liberæ? Sa- Origen.
nè hoc non multum eſſet, ſi tantum puerilis ille 10.
Cur Saræ luſus eius cum Iſaac luſum diſplicuit.
eſſet luſus cum Iſmaële tam grandi, vtpote 18.
annorum, & Iſaac valde puerulus. Aliquid aliud
hîc inſinuat luſus, præter id, quod in cortice ſo-
nat litera.
Sed *primò* obſeruo cum Hieronymo, in Hebræo Hieron.
non eſſe, *vidit ludentem cum filio ſuo Iſaac*, ſed tan- 11.
Quid luſus ille.
tùm ludentem abſque filio ſuo Iſaac. Ergo ſolus
ludebat? Sanè iuxta Hebræos, at qualis hic ludus,
quem ſolus Iſmaël ludens ſic Saræ diſplicuit, vt
voluerit à domo eiici eum manè, reſpondent He-
bræi, *idola ſibi facere*, & ex ioco illa colere, adorare. 12.
Malorum conſortia quantum fugienda.
Quod ſic horribile ſanctiſſimæ apparuit fœmi-
næ, vt periculum filij ex conſortio timens, etiam
ex ioco idololatræ, voluit eiici, & homo filij ti-
mens infectionem, etiam ex ioco, vt videas ex
hoc, & attendas, quantum fugere conſortia de-
beas malorum, vt neque per iocum cum illis con-
uiuere debeas, niſi inficiari vis, & ab ſpirituali ad
carnalem dilabi vitam.
Alij hunc ludum irriſionem faciunt Iſaac, ſic
Caiet. qui ſupponit Iſmaëlem aduocaſſe pueros Caiet.
coætaneos ſuis, vt Iſaac irriderent; ſumpta occa-
ſione ex magno conuiuio quod fecerat Abraham
in eius ablactatione; quaſi eius ſpernens digni a-
tem & paternum amorem, ſe in omnibus ei præ
ferens, quod proprium inuidorum hominum eſt

bona

bona proximorum obſcurantium, ac per hoc meritò cum eis indignatur Sara, iuſtitia equidem diuina.

Alij hunc ludum bellum & perſecutionem faciunt, cùm in Scriptura ludere ſæpe pro pugnare accipitur, vt in libris Regum, *Surgant pueri, & ludant*, qui ſenſus veriſſimus. nam ſic hunc locum intelligit Apoſtolus *ad Galat. 4. n. 29.* Quo ſtabilito, & pro perſecutione intellecto hoc ludo, quatenus Iſmaël occidere volebat Iſaac, quæro nunc cur pro ratione eiectionis dat Sara, ne ſit hæres cum filio ſuo; *eyce*, ait, *ancillam & filium eius, non enim erit hæres*, quæ conſequentia, vt ſit hæres ſtans in domo, nunquid non poterit Iſaac hæredem eſſe

13. *Iſmael cur è domo patris amandatur ne ſit hæres.*

commorante in eadem domo Iſmaël? Infra litteralem ſenſum adducam; ſed pro nunc. Sanè amice poterat ſi ambo eſſent filij carnis, & non vnus ſpiritus, alter carnis, vt ait Apoſtolus, *vbi ſuprà*; vnde quia Iſaac filius repromiſſionis, & in quo ſtatutum à Deo *vocari ſemen Abrahæ*, ideo impoſſibile, vt ſimul & pacifice in eadem domo habitantes ſimul cohæredes efficiantur, nam aut hæres Iſmaël, & foras ibit Iſaac, aut hæres Iſaac, & foras neceſſe vt eat Iſmaël, nam alioquin Iſmaël occidet Iſaac. *Ludebat*, aiunt Hebræi, vt refert Hieronymus in qq. Hebr.

Hieron.

Iſmaël cum Iſaac, quaſi maioris ætatis ioco ſibi & ludo primogenita vendicaret, occidendo ſcilicet Iſaac. Quid ergo opus, vt non occidatur Iſaac? Sanè vt è domo eiiciatur, amandetur, diuidatur, vt intret Dei gladius, Deique ſententia ex ore prolata Saræ, ſeparans Iſaac ab Iſmaële, hunc foras eiiciens, vt intus ſemen excreſcere poſſit Dei, & pax ſit in illa domo, per talem gladium diuidens, ſcindens etiam eum duriſſimo ſenſu, vnde Scriptura, *durè accepit hoc Abraham pro filio ſuo.*

At cur ſic durè hoc percepit Abraham? ſi hæres Iſaac, ſi dilectus Iſaac, ſi Iſmaël eum occidere intentabat. Cur ſic durè monitum accipiebat? attende ad verba Scripturæ, & cauſam agnoſces ſenſus, vſque ad animam pertingens Abrahæ, vſque ad mortem; perſenſit enim, quia pro filio ſuo tenebat Iſaac, & ſimul tenebat Iſmaëlem: duo ſimul pro ſuis, agnoſcens filios, ambos in vna domo poſſidere volens, hic eiectionis ſenſus, omnino deceptus pro ſuo agnoſcens Iſmaëlem, poſt natum Iſaac, hinc Sara ad eum, *eiice*, ait, *ancillam, & filium eius, quaſi dicat*, ait Lippomanus in Catena, *eyce ſuperbam cum filio, non*

Lippom.

tuo, ſed illius. At non ſic Abraham; quia pro ſuo

14. *Abraham cur tantum perſenſit eiectionem Iſmaëlis.*

etiam Iſmaëlem tenebat, Inde ſenſus. En amice, vnde omnium ſpiritualium virorum reſiſtentia, & duricies, en vnde tota difficultas vitæ ſpiritualis, mundum & Deum ſimul agnoſcere volunt, facta carnis & ſpiritus ſimul amplecti, filios ſpiritus, & carnis ſimul parere, hinc dura eis mortificatio, dura Dei lex, dura Euangelica præcepta, putantes in ambobus ſemen Dei; hoc eſt, gloriam Dei coaleſcere poſſe in eadem domo exiſtentes. At quid Deus? *Non tibi videatur aſpe-*

15. *Cur ei aſpera videri nõ debebat Iſmaëlis eiectio.*

rum ſuper puero, & ſuper ancilla tua. Signa verba: non dixit, ſuper filio, ſed ſuper puero, quaſi dicat, ſemen tuum eſt, ſed non debes eum iam amplius pro filio, & hærede habere, & cum Iſaac

16. *Quid ſignificet, In Iſaac vocabitur tibi ſemen.*

ſimul cohærede, hinc non aſperum tibi videatur, quod Sara præcipit. Ratio, *quia in Iſaac vocabitur tibi ſemen.* Cur vocabitur tibi ſemen, & non erit tibi ſemen? nunquid non filij Iſmaël etiam ex ſemine Abrahæ? pulchrè hæc Caietan.

Caiet.

ponderans verum Iſmaëlem eſſe ſemen Abrahæ, ſed in illo ſemen Abrahæ non reputari, hinc foras eiectus, vnde, vt ſic dicam, etſi materialiter ſemen Abrahæ formaliter extraneum, & non Abrahæ ſemen, audi Apoſtolum, ad Rom. 9. num. 7. *neque enim ſunt ſemen Abrahæ omnes filij, ſed in Iſaac vocabitur tibi ſemen*; quid hoc? ſequitur Apoſtolus, id eſt, *non qui filij carnis, hi filij Dei, ſed qui filij ſunt promiſſionis, æſtimantur in ſemine.* Semen ſunt Abrahæ filij carnis, ſed non exiſtimantur in ſemine, eiiciantur tanquam ac ſi non eſſent ex ſemine; quia ſi non eiiciuntur, hæredes ipſi fient, non Iſaac, *non dicit, erit*, ait Caietan. *ſed vocabitur tibi ſemen, quoniam etiam Iſmaël ſemen erat Abrahæ, ſed ſingulare cenſuit fore in Iſaac, quòd appellatio ſeminis Abrahæ foret per Iſaac, & non per vtrumque, & propter hanc cauſam iuſſit eyci Iſmaelem de domo Abrahæ, ſi enim manſiſſet in domo, cum eſſet primogenitus, propagatio nominis Abrahæ in ſemine directius pertinuiſſet, & prius ad Iſmaëlem, quàm ad Iſaac, eiectio autem Iſmaelis effecit, vt Iſaac ſolus eſſet ſucceſſor in domo Abrahæ, & in ipſo nomen ſeminis Abrahæ.* Excellenter; decretum Dei erat, vt propagatio domus Abrahæ, eiuſque nominis, ſicut eius deſcendentes, vocarentur filij Abrahæ, & in iſtis ſuum perpetuò ſtaret nomen. Eſſet in Iſaac & per Iſaac; hoc impoſſibile, ſi Iſmaël in eadem domo. nam ſi ſic, non dicerentur deſcendentes iſtius Iſmaëlitæ, ſed etiam Abrahamitæ, & filij Abrahæ, & potiori iure, quia primogenitus, quia maior. Quid ergo vt decretum Dei firmetur, & in ſolo Iſaac ſtabiliatur, & vocetur Abrahæ ſemen, neceſſe vt eiiciatur Iſmaël, qui filius non repromiſſionis, ſed carnis, & impoſſibile, vt ſemen eius vocetur ſemen Abrahę, hoc eſt, Dei ſemen, & quòd nomen Abrahæ per ipſum propagaretur ſimul cum Iſaac, in quo decipiebatur Abraham; ergo non aſperum, non durum ei videri debebat, vt eiiceretur Iſmaël, quia nomen eius in Iſaac vocandum erat. Quòd ſi hoc omnes expenderent Chriſtiani, forſitan non ſic dura eis fieret Euangelij lex, non ſic dura Euangelij præcepta. Quòd ſi ſic expenderent viri religioſi, non ſic durè acciperent ſtricta obſeruantiarum documenta, non ſic dura magiſtrorum ſpiritualium præcepta. Non in Iſmaële amice, non in operibus carnis, vocandum eſt tibi ſemen, gratia nempe diuina, & gloria æterna, ſed totum in Iſaac, hoc eſt, in operibus Chriſti, hinc vnum è duobus, aut Iſmaël in domo, aut Iſaac, vnus eiiciendus, ac diuidendus gladio ſpiritus, vt ſic in Iſaac vocetur nobis ſemen, & ex tali bello, talis poſtea deueniat pax, vt amplius filios carnis, & homo amandare non ſolùm non videatur aſperum, ſed ita conſentaneum, vt idoneus fiat ſpiritus ad eos eiiciendos, ex ſe ſine expreſſo mandato, quod equidem valde conſiderandum, vt animæquiores in opera fiamus aſpera virtutis, cùm ſic Dei gratia adiuti illa exerceamus, totum illud aſperum, quod in principio tolerauimus, ſic ſuaue tandem fit, vt quaſi in naturam conuerſum ſpontaneè, vltroneè, illud efficiamus.

Idem.

17. *Litteralis ratio, cur Iſmaël eyciendus è domo ne ſit hæres cum Iſaac.*

18. *Virtutum opera aſpera exercitio ſuauia fiunt.*

Attende nunc, quàm aſperè hoc accepit Abraham tantùm, vt neceſſe quòd Deus ad illum accederet, perſuaderet, conuinceret, rationem redderet. Nam, vt inquit Caiet. *Iniquum atque crudele videbatur Abrahæ eycere filium proprium ac primogenitum*, &, vt bene Lippoman. *& ſi diſplicuit iuſto inſolentia luſus, diſplicuit tamen magis ſeueritas Saræ contra Iſmaelem.* Hinc niſi Deus ſe interpoſuiſſet

Caiet.

Lippoman.

pro certo nunquam Iſmaelem dimiſiſſet. Sic durè, ſic aſperè monitum accepit vxoris: at cùm ex mandato Dei illud exercuiſſet, & Iſmaëlem è domo amandaſſet, ſic ex hoc facto conſtans factus & valens eſt effectus, vt poſtea *c.25.* cùm mortua Sara Ceturam duxiſſet in vxorem, & ex illa multos filios habuiſſet, nullo dicente, nullo monente, omnes prorſus è domo eiecit, & ab Iſaac filio di-
19. uiſit n. 50. *Cuncta quæ poſſederat, dedit Abraham Iſaac, filijs autem concubinarum largitus eſt munera, & ſeparauit eos ab Iſaac filio ſuo, dum adhuc ipſe viueret.* Mirum hoc, vt nullo mouente, neque impellente vltroneè amandet filios à domu, nolens habitare eum Iſaac, dum prius ſic durè accepiſſet hoc factum in Iſmaële. Ne mireris amice, in virtute profecerat fortis ex actione conſtitutus, *timens*, vt ait Abulenſ. *ne religio Iſaac & filiorum eius, ex commercio filiarum Cetura, & Agar, Idololatriæ ſeruientium deprauaretur, eos diuiſit.* Non iam coactè, ſed ſponte, non bellando, ſed blandè operando, ac in ſumma pace, & quiete illos amandans. Vnde ergo tanta pax, in operibus ſic duris? amice ex bello illo, fortiori Dei auxilio bellauit, vicit, triumphauit; quid ex hoc bello, ſiue gladio? Sanè pax Dei, quæ non acquiritur ſine bello, ſine gladio, ad quem mittendum venit Chriſtus, *non veni pacem. &c.*

Abraham cur filios concubinarum diuiſit ab Iſaac.

Abulenſ.

20. Immo adde ad hæc, quòd ſi fortè abſque tali gladio, abſque vllo bello, ſiue diuiſione ſpiritus, & carnis, & mortificatione operum carnis, tibi contingat aliquem videre ſummæ orationis, aut contemplationis, ſummæ virtutis, famæ, ne credas ei, immo potiùs malum ei augurio ex tali Dei viſione, ſiue contemplatione, quàm bonum. nam qui in Deo verè lætari poſſunt, & pacificè de Deo frui, ſunt qui poſt bellum vicerunt, qui per gladium & per duram luctam ſe exercuerunt. Etenim Iudic. 13. n. 21. poſt Angelum viſum, vxori dixit Manuæ, *morte moriemur, quia vidimus Deum*, tantum conceperat timorem, ex Domini viſione. Sic pariter Gedeon, ibidem *cap 6. num. 22.* ſtatim ac intellexit, Angelum eſſe Domini quem videbat; exclamauit: *Heu me Domine Deus, quia vidi Angelum Domini facie ad faciem.* Vnde iſte tantus timor? Sane omnes expoſitores, quia Moyſi dictum Exod. 33. *non enim videbit me homo, & viuet.* Sic Caiet. Abulenſ. & reliqui optimè. At attende nunc. *Geneſ. 32. num. 33.* Deum videns Iacob facie ad faciem, præ lætitia canens dixit: *Vidi Dominum facie ad faciem, & ſalua facta eſt anima mea.*

Vera contemplatio durum ſupponit paſſionum bellum earumque debellationem.

Caiet. Abulenſ.

21. Quid hoc? Cur mortem non timet vt illi, cur nõ expaueſcit vt illi, immo amplius Iacob expaueſcere debebat, quia ipſe Deum, illi Angelum Dei, ſeu iſti Angelum, formam Angeli repræſentantem, ille Dei tanquam ſi Deus eſſet; cur ergo illi timent, Iacob non timet? Attende ad quæ fecit Iacob ante viſionem, & myſterium agnoſces. *Primò* omnia dimittens ſolus remanſit ab omnibus ſeparatus, *traductiſque omnibus, quæ ad ſe pertinebant, manſit ſolus. Secundò* per totam noctem luctatus cum Angelo ſe ſuperare non ſinit, *videns quòd eum ſuperare non poſſet. Tertiò* durius ab Angelo tactus, & cæſus, claudus eſt effectus: *tetigit neruum femoris eius, & ſtatim emarcuit.* Quid ergo mirum, cùm hæc omnia præceſſiſſent, quorum nihil, cum illis, Dei contemplatio. Iacob, & Dei viſio, ei ad vitæ confidentiam, quando aliis ad mortis timorem? præceſſerat diuiſio, præceſſerat lucta, & labor, præceſſerat tandem gladius, eum pungens, & feriens, proprium ab eo amorem tollens, vt Sancti interpretantur, pedis claudicationem, meritò non timeat, *poſtquam Iacob cum Angelo luctatus eſt*, ait Gregor. 24. moral. *vidi Dominum, & ſalua facta eſt anima mea, hoc eſt, cognoui Dominum, quia ipſe me cognoſcere dignatus eſt.* Pulchrè, ex viſione non eſt mortuus, immò viuificatus, vt ait Chryſoſt. *Vide quantum fiducia à viſione conceſſum ſalua facta eſt*, inquit, *anima mea, quæ propemodum mortua præ timore.* At cur hoc? quia priùs per opera ardua, per opera mortificationis, viſione beneplaciti, cùm Deum aſpexit, vt ait Gregor. hinc poſtea, dum eum eleuauit, ad eius viſionem non eſt mortua, immo viuificata eius anima, nec mortem timuit, quia per opera tantam acquiſiuit oculorum perſpicuitatem, vt à lumine illo diuino, non reuerberati vitam, non mortem afferrent. nam, vt bene Gregor. Nyſſenus *Orat. 13. in Cant.* aduertens opera bona præcedere debere contemplationem, acutè ait: *Tunc maximè vis oculorum conſpicitur, cùm ipſa opera teſtimonium oculorum acumini perhibent.* Pulchrè, Manue videns Angelum, corruit pronus in terram. Cur? quia opera mortificationis non habens, vim perſpiciendi non habebat; & ſic perſpicuitatis teſtimonium non habens, meritò cecidit. Non ſic Iacob, tale poſſidens teſtimonium ex viſione, amplius confortatus, ſalua facta eſt anima eius, quia gladius præceſſit. Hinc ad ſalutem, hinc ad pacem totalem peruenit, excuſſo fratris timore, cum quo & pacem habuit, omne ex lucta ac Angeli bello extinctum diſſidium. Non mirum, quia aſſumpſit gladium ſpiritus, ad quem mittendum venit Chriſtus in mundum, vt per eum pacem abrumperet malorum. Iam me habes amice. Contemplatio quam non præceſſit mortificatio, ſic timenda, vt potius ex ea mors, quam vita ſperanda, niſi ex ſpeciali hoc fiat Dei prouidentia, inſtrumentum aſſumens, contemplationem ad mortificationem: ſic pariter dic, quando homines vides, ſanctimoniæ nota inſignitos, at ſine mortificatione, ſine hoc ſpiritus, & Chriſti gladio, crede omnia vana eſſe, & illorum pacem non Chriſti, ſed mundi. nam pax Chriſti non ſine bello, non ſine gladio, ad quem mittendum venit Dominus, vt pacem abrumperet malorum. *non veni, &c.*

Iacob cur mortem non timeret Deũ videns. Manue autem & Gedeon timuerunt.

Gregor.

Chryſoſt.

Greg. Nyſſ.

Qui amat patrem, aut matrem pluſquam me, non eſt me dignus, & qui amat filium & filiam ſuper me, non eſt me dignus. NVM. 37.

Et qui non accipit crucem ſuam, & ſequitur me, non eſt me dignus. NVM. 38.

Qui inuenit animam ſuam, perdet illam, & qui perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam. NVM. 39.

Senſus litteralis, & moralis.

QVi amat patrem, aut matrem. Hæc eadem ſententia ſic ſtat apud Luc. cap. 14. n. 26. *Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, ac matrem, & vxores & filios, & fratres, & ſorores, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* quæ verba, vt bene adnotat Salmer. ſi coniungantur cum iſtis Matthæi, intelliges quid ſit odio habere patrem & matrem, nempe non eos plus diligere, quàm Chriſtum, quàm Deum, quod equidem eſt ſumma iuſtitia, & æquiſſima ratio, niſque

Salmer.

1\. *Quid ſit odio habere parentes.*

nilque contra naturam à nobis expoſcens Chriſtus, vt mali calumniantur Iudæi.

Hæc Chriſti ſententia, vt bene aduertit Caiet. eſt declaratiua præcedentis, dixerat enim, *non veni pacem mittere.* nunc declarat, quam pacem non venit mittere, nempe eam, ait Caiet. quæ eſt contra ordinem charitatis, & ſimul quam ſeparationem venit faciendam, nempe neceſſariam ad ordinem charitatis ſeruandum. nam, vt bene idem, *non ſufficit Chriſto amari, ſed exigit vt ametur, plus quàm proprius pater, aut mater, aut filius.* Hinc, vt bene Hieronymus, *ne quis pietatem religioni anteferret, hac dixit,* vnde ſequens ait: *Ama poſt Deum, patrem, aut matrem, aut filios; ſi autem neceſſitas venerit, vt amor parentum, aut filiorum Dei amore comparetur, & non poſſit vtrumque ſaluari, odium in ſuos, pietas in Deum eſt; non ergo prohibuit amare patrem & matrem, ſed ſignanter addidit, plus quam me.* Cuius ratio, quia parentes lege naturæ honorandi ſunt; at cùm alius ſublimior ſit noſter Parens, nempe Verbum patris, qui nos iuxta animam, ſpiritumque genuit, ideo lege diuina, ſupra parentes æſtimandum, vnde acutè concludens Euſebius, vt in catena ſancti Luc. *parentibus,* ait, *honor omnis exhibendus eſt, affectu ſcilicet ijs conueniente; at verò verbum diuinum, honore, & amore quodam, omnem modum, & menſuram excedente, & ſuper omnia diligendum eſt, ita vt non pigeat nos etiam propter ipſos impios parentes deſerere, à fratribus, & cæteris ſeparari, ſi pio affectui remoram aliquam, obſtaculumque obiecerint.*

Caiet. — *Hieron.* — 2. *Chriſtus ſuper omnia amandus, & cur.* — *Euſeb.*

3. *Cur præcepit parentes odio habere, inimicos autem diligere.*

Ex dictis duo colligere licet, *primum* Chriſti doctrinæ perfectionem, omnia ad ordinem redigentis, & ad pondus. nam quia iuſtum & æquum, vt ſuprà parentes, ſupra filios, ſupra denique animam ſuam Deus diligatur, vnde occurrente caſu, quo aut Deus deſerendus, aut parentes iſti odio habeantur, reſpectu talis caſus, vt bene Abulenſ. at quia inimicus, etſi talis, ſemper tamen proximus, & frater, dum nobiſcum communicat, non ſolùm in vna natura, ſed etiam in vno fine, nempe beatitudine & Deo aſſequendo, iubet diligi, ob quod adoranda prorſus viì diuina talia doctrina, ſupra omnem humanũ captum. Vnde bene Salm. *Sed eſt magna,* ait, *& perfecta hæc doctrina, quæ & inimicos diligit, & parentes odio haberi præcipit.* Neque multum hoc, cum illa & veteri conſonat *Deut.* 34. ante Chriſti aduentum, dum Moyſes Leuitis bene dicens dixit, *Qui dixit patri ſuo, & matri ſuæ, neſcio vos, & fratribus ſuis, ignoro illos, & neſcierunt filios ſuos, hi cuſtodierunt eloquium tuum, & pactum tuum ſeruauerunt.* Quòd ſi hoc ante Chriſtum incarnatum, quid nunc poſt illum hominem factum.

Abulenſ. — *Salmer.* — 4. *Euangelica doctrina perfectiſſima.*

5. *Parentes diligendi, ſed primus locus Chriſto dandus, & quàm iuſtum hoc.*

Secundum quod hîc notandum, eſt, non omnem prorſus amorem tuorum, Chriſtum expetere te, ſed tantùm primum, vt ſcilicet non ſic eos diligas, vt primas eis des vices, ſed illi, quod faciens ſat illi eſt; vnde ſi obſerues, inuenies non ſolùm iuſtum à te petiiſſe, ſed impoſſibile, vt illum non petat, cùm viì Deus, ſi primas daret homini, ſummam iniuſtitiam committeret. Hinc nec poteſt illud non petere. Ex quo fit, vt liceat tibi, & cætera omnia diligere, & illis vti, dummodo primum locum ei des; de qua re abundè diximus *in Sapientiam tom.* 1. *hom.* 119. quòd ſi liber non eſt ad manus, indigitabo aliqua tantum Scripturæ loca, ex quibus amplam eruere potes materiam.

6. *Cain ſacrificium cur Deo diſplicuit.*

Enimverò ſi attendes, cur ſacrificium Cain Deo diſplicuit, Abel autem placuit, ſanè non aliam inuenies rationem, niſi quia Cain etſi obtulit, non tamen de primis fructibus, ſicut Abel, vt ibi omnes adnotant expoſitores, Gen. 4. n. 3. *Factum eſt autem poſt multos dies, vt offerret Cain de fructibus terræ munera Domino, Abel quoque obtulit de primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorum.* Pende in muneribus Cain, & nil primum inuenies, totum oppoſitum Abel, & primogenita obtulit, & inſuper horum adipes, non ſibi hos reſeruabit, carnes tantùm Deo dans, ſed adipes Deo, carnes ſibi, comedens de ſacrificio, poſt primum Deo datum, & melius.

7. *Eli cur reprobatus.*

Secundò cur putas reprobatum Eli, & ſacerdotium ab illo tranſlatum, & ipſe mortuus, & duo eius filij occiſi? 1. *Reg.* 2. *num.* 14. Sanè dices ob peccatum filiorum; verum, ſed quale iſtorum erat magnum peccatum? Sanè primum locum in ſacrificiis ſibi adſcribere; tollentes ſibi carnes, antequam adeps Domino cremaretur, quod ſignanter notauit Scriptura: *etiam antequam adolerent adipem, veniebat puer Sacerdotis, & dicebat immolanti: Da mihi carnem vt coquam Sacerdoti, non enim accipiam à te carnem coctam, ſed crudam.* Hoc erat maximum eorum peccatum, de quo præcipuè cum illo Deus eſt conqueſtus, quando ei, *& magis honorasti filios tuos, quam me,* pende ly *magis,* non quæritur de honore, ſed de maiore.

8. *Peccatum filiorum Eli quale.*

9. *Hieroboami peccatũ maximum quale.*

Tertiò, quanta, & qualia peccata impius, ac ingratus fecit Ieroboam, 3. *Reg.* 14. 9. Sanè infinita & peſſima, quæ omnia cùm Deus enarraſſet, vltimum adiecit, tanquam omnium peſſimum: *me autem proiecisti poſt corpus tuum,* n. 9. malum fuit peccatum idololatriæ, malum diuellere Iſraël à Deo ſuo, malum regnum à Deo non recognoſcere, ac peſſimum potius corpus ſuum diligere, quàm Deum, & primum ei locum dare.

10. *Eſau cur reprobatus.*

Tandem quæro, in quo putas peccatum extitiſſe Eſau: ob quod reprobatus? Sanè, quia plus æſtimauit vitam & corpus ſuum, quàm primogenita, Gen. 25. n. 32. *En morior, quid mihi proderunt primogenita mea?* attende, & inuerſionem aſpicies: ob vitam æſtimabat primogenita, & non ob primogenita vitam. Ergo Sacerdotium quod erat ius primogenituræ, homo vorax ordinabat ad vitam, & non è contra, vitam ad ſacerdotium, cupiebat eſſe Sacerdotem, vt ex ſacerdotio viueret, non volebat viuere vt ſacerdotio deſeruiret, meritò reprobatus, meritò condemnatus. O vtinam non ſic multi ex Chriſtianis, multi ex ſacerdotibus. Non ergo mirandum, cùm ſic viuant, ſic ſtatum defloreſcere Eccleſiaſticum. Sed ad rem, reprobatus Eſau, quia primum locum non dedit Deo, & ſic ſimiliter & cæteri, ei adſimiles, vnde ſequens Dominus ait,

Caietan.

Non eſt me dignus. Vbi Caietanus, *pœna Domini ſignificatur, qua homo priuatur ipſo Deo, & aptè indignus Deo definitur, qui pluris fecit patrem, matrem, aut filium, quàm Deum.*

11. *Quid ſit tollere crucem.*

12. *Chriſtus amandus ſupra vitam propriam.*

Et qui non accipit crucem ſuam. Marc. *cap.* 8. *num.* 34. ſic habet. *Si quis vult me ſequi, deneget ſe metipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me;* & apud Lucam cap. 9. num. 23. *Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam quotidie, & ſequatur me.* Suprà plus ipſe amandus docuit, quàm pater, mater, cæterique parentes, nunc ad vlteriora ſe extendit, affirmans, plus quàm ipſam hominis propriam vitam, vbi bene Caiet. *non patri, aut filio tantùm, ſed etiam ſibimet præponendus eſt Chriſtus, neque dicit, qui ſe non crucifixit, ſed qui non accipit, qui refutat impoſitam ſibi crucem, hoc eſt, illatam mortem, etiam diram, turpem & vilem, hac enim*

Chryſoſt. *incluſiuè claudantur.* Et Chryſoſt. pulchrè hoc dictum refert, ad conſolandum patientes, ne ſcilicet mirentur odio haberi pro Christo, nam tantus eſt, vt & ipſe homo pro illo ſe odio habere debet, ponendo pro illo animam ſuam. *Deinde*, ait, *vt non moleſtè ferant illi, ſcilicet quibus amor Dei præfertur, ad altiorem adducit ſermonem, anima enim nihil eſt familiarius alicui, ſed tamen & hanc non ſimpliciter odio haberi iuſſit, ſed vt eam quis tradat in occiſionem, & ſanguinem, oſtendens quòd non ſolùm ad mortem oportet eſſe paratum, ſed ad mortem violentam, & reprobatiſſimam, ſcilicet mortem crucis.* Ex quibus conſtat, quòd tollere crucem in ſenſu Christi, nil aliud eſt niſi pro Christo non quoquo modo mori, ſed etiam crucifigi, ſicut ipſe pro nobis eſt crucifixus. Vnde ob hoc, ad ſui imitationem, nos prouocans addit:

13. *Christianus cur pro Christo ſubire crucem debet.* *Et ſequitur me.* Quod ponit, vt rectè Caiet. *tum confortando ab exemplo ſui, tum monſtrando rationem ſubeundæ crucis.* Quis recuſabit pro Chriſto crucifigi, cùm ipſe priùs pro nobis crucifixus? ipſe Deus, nos homines, *Duces magnanimi ſtrenuos in armis ad audaciam prouocant*, ait Cyrill. vt in Caten.

Cyrillus.

14. *Opera neceſſario ad vitam.* D.Thom. in Luc. *non ſolùm eis honores pollicendo victoria ſed etiam ipſum pati generoſum eſſe fatentes, tale quid videmus docere Dominum Ieſum, prædixerat enim Apoſtolis, quòd oporteret Deum perpeti Iudæorum calumnias, occidi, & tertia die reſurgere, ne igitur putarent Chriſtum quidem paſſurum perſecutiones pro vita mundi, eis verè licere lentam vitam ducere, oſtendit neceſſariò quòd per aqua certamina gradi decet, cupientes eius gloriam obtinere, vnde ait, & qui non accipit.* Nil melius, dux noſter vſque ad mortem belligerat, & mortem crucis, & miles lentam vitam ducet? meritò hoc faciens à Chriſti conſortio expelletur, vnde ſequitur, *non eſt me dignus.*

Ex dictis intelligitur iuxta ſenſum litteralem de illo genere crucis loqui Chriſtum, quod eſt
Chryſoſt. Theophyl. Auct. Imp. Caiet. Maldon. pro illo mori, qui ſenſus eſt Chryſoſt. Theophylact. Auctoris Imperfect. Caiet. Maldonati, & aliorum, &, vt bene obſeruat Caiet. ex illa ſententia, *non eſt me dignus*, ſequi de illa neceſſitate moriendi intelligendum, qua quis iuxta locum & tempus

15. *Per crucem mortificatio carnis etiam intelligitur.* ſub præcepto tenetur, at non proinde alienus eſt aliorum etiam ſanctorum Patrum ſenſus, qui pro cruce tollenda intelligunt quotidianam mortificationem, & Chriſti ſequelam, & ſui abnegationem, & mortificationem; qui ſenſus propinquiſſimè eſt Luc. *vbi ſuprà*, dum apponit verbum illud, *quotidie*, cùm non quotidie neceſſitas aderit moriendi pro Chriſto, bene tamen ſe abnegandi & mortificandi.

Moralis ergo ſenſus, & ſimul litteralis ſit ille ſanctiſſimorum Patrum, qui pro cruce mortifica-
Baſil. tionem accipiunt. Audi Baſilium apud Caten. D.Thom. in Luc. *Appetitus autem mortis toleranda pro Chriſto, & mortificatio membrorum, quæ ſunt ſuper terram, & viriliter diſpoſiti ad omne periculum ſuſtinendum pro Chriſto, & non affici quemquam ad vitam*

16. *Modus quo libenter crucem tollere poſſumus qui.* *præſentem, hoc eſt tollere crucem ſuam.* In quibus Baſilij verbis vltima expendenda, quæ, ni fallor, appoſuit Sanctus, vt intelligeremus medium quo quis libenter poſſit tollere crucem ſuam; immo & ſimpliciter tollere, quod eſt, *non affici ad vitam præſentem.* Quis enim ſentit tollere crucem, & in illa vitam pro Chriſto finire? Sanè qui in iſtis affectus terrenis non vult cum Chriſto exaltari è terra, & inter cœlum & illam in aëra ſuſpenſus mori, quod eleganter dixit Auctor Græcus citatus à ſancto Thoma *in Caten. ſanct. Luc* ponderans antequam Dominus inhibuiſſet tollere crucem, abnegationem poſuiſſe ſui: *Abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam.* vbi Græcus auctor: *Rectè coniun-*

17. *Sui abnegatio neceſſario ad crucem tollendam.* *git hæc duo, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam. Sicut enim, qui paratus eſt aſcendere crucem, ſumit in mente ſua mortis intentionem; ſicque vadit, non æſtimans amplius hanc vitam participare; ita qui vult ſequi Dominum, primò debet abnegare ſe ipſum, & ſic tollere crucem, vt eius voluntas ſit prompta ad omnem miſeriam ſuſtinendam.* Nil melius, refugit tollere crucem, qui mori in illa non eſt paratus, & ille non eſt paratus, qui in iſtis terrenis eſt ligatus. Abrumpe vincula, & libenter tolles crucem, propone, ſeu antepone mortem vitæ, & libenter ſuſtinebis crucem; in hoc igitur conſiſtit perfectio,
ait Baſil. vbi ſuprà, *vt impaſſibiliter ſe habeat quis ſecundùm affectum, etiam ad ipſum viuere, & haberi in promptu mortis reſponſum, cùm nequaquam in ſe ipſo confidat.* Baſilius.

Ex dictis ergo habes, per tollere crucem, aut ipſam mortem ſubire pro Chriſto, intelligi debere, quando illud caſus requirit, aut iugiter mortificationem Ieſu in ſuo corpore geſtare, & carnem per abſtinentiam mortificare. At dices te delicatum, infirmum, debilem minimè poſſe talem abſtinentiam ſubire. Quid ergo, nonquid modus non erit, vt crucem tollas, & Chriſtum ſequaris? Sanè; quo medio? vt alienam miſeriam tuam faciens ex illa ob Dei amorem, & proximi dilectio- 18.
nem, crucieris. *Crux Chriſti a cruciare dicitur*, ait Gregor hom. 37. in Euangelia, *& duobus modis crucem Domini baiulamus, cùm aut per abſtinentiam carnem affligimus, aut per compaſſionem proximi neceſſitatem noſtram putamus.* Quod ſi pro Chriſti amore hoc fit, ſic ex hoc Dominum ſequuntur tales, ac ille, qui in ſe crucem ſuſtollunt. Non potes amice ieiunare, pauperis compati, præbe eleemoſynam, & Chriſti crucem ſuſtuliſti; non potes cilicium ferre, aut nuditatem pati, præbe pauperi ex compaſſione, & Chriſti amore veſtium, & crucem ſuſtuliſti, ex quo colliges ſic Chriſti crucem ſuauem eſſe, vt nullus, quamtumuis delicatus, ab illa extraneus erit, ſi velit.

Crux quibus modis tollatur. Gregor.

19. *Compaſſio proximi quãta dignitatis apud Deum.*

Qui inuenit animam ſuam. Proprius & litteralis ſenſus huius propoſitionis eſt Ianſenij, qui ly *inuenit*, accipit in præterito, & ſic facit ſenſum, *qui inuenit animam ſuam*, hoc eſt, eripuit à morte animam ſuam, nempe vitam ſuam, timens tyrannum, & negans Euangelium, & mei confeſſionem, perdet eam in altera vita. Damnatus perpetuò in infernum, &, vt rectè Caiet. perdet & quo ad animam, & quo ad corpus. nam vita damnatorum potius mors, quàm vita. at è contrario ſenſo, qui perdiderit animam ſuam, hoc eſt, vitam propter me, confitendo Euangelium, *inuenit eam in altera*, ſemper viuens. in qua ſententia adnotanda efficacia, & vis Chriſti in perſuadendo, eùm ne homines vitam pro illo fundere reformident, ab illis ſumpſit argumentum, quæ maximè homini cara? Quid amplius cordi homini, quàm vita, quàm ſalus æterna? Quid ergo Chriſtus, vis, inquit, has in æternum habere & frui, noli propter me timere animam in hac vita perdere, & poſſidebis eam æternam. Vnde rectè Chryſoſt. *quia præcepta hæc, quæ iniungũtur, oneroſa videbantur, ponet & vtilitatem eorum maximam exiſtentem, ab his enim, quæ homines concupiſcunt, inducit, ac ſi diceret, propter quid non vis contemnere animam tuam, quia diligis eam? propter hoc contemne, & tunc maximè ei proderis.*

Ianſen. Caiet.

20. *Chriſtus quàm efficax in perſuadendo, & arguendo.*

Chryſoſt.

Ergo

Ergo ſenſus litteralis huius ſententiæ eſt de ipſa vita, quæ aut cuſtoditur in præiudicium Euangelij, & tunc æternaliter amittetur, aut deperditur ob Euangelij confeſſionem, & tunc æternaliter cuſtodietur.

Ianſen. At, vt rectè Ianſen. per accommodationem, etiam hæc ſententia & aliæ ſimiles, quæ paſſim in Euangeliis inueniuntur, poteſt de amore delitiarum intelligi præſentis vitæ, quas qui perdere
Remig. non vult, æternam perdet; vnde Remig. *qui inuenit*
21. *animam ſuam, ſcilicet hanc præſentem vitam, id eſt,*
Vitam æternam perdet, qui hîc delitiari intendit. *hanc lucem & eius dilectionem & voluptates, ad hoc deſiderat, vt ſemper inuenire poſſit iſtam, quam ſemper ſeruare cupit, perdet.* Sicut è contra, qui hanc vitam, hoc eſt, eius delitias perdit, hic, *detrimento breuis*
Hilar. *vitæ*, vt ait Hilar. *fructus immortalitatis acquiret.* Con-
Rupert. cludam cum Ruperto, qui moraliter hunc locum
22. intelligens, acutè affirmat, pro inuenire vitam, &
Præmium derelinquentium bona huius vitæ. animam, qui eam pro Chriſto dant, relinquentes parentes, patres, filios, aut matres, illos omnia hæc inuenire, quatenus, pro his derelictis, eos Chriſtus in ſui curam, & protectionem ſuſcipit: *pupillis iſtis*, ait Rupert. *& orphanis, cùm propter Euangel. patrem, aut matrem amiſerint, quid remanet, niſi, vt ipſe Chriſtus ſolicitus ſit pro illis.* aptus ſenſus, & ad perſuadendam voluntariam paupertatem accommodatus, ſed non omnia proſequi poſſumus.

Nvm. 40. Qui recipit vos, me recipit, & qui me recipit, recipit eum, qui me miſit.

Nvm. 41. Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet: & qui recipit iuſtum in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet.

Nvm. 42. Et quicumque potum dederit vni ex minimis iſtis, calicem aquæ frigidæ, tantùm in nomine diſcipuli: amen dico vobis, non perdet mercedem ſuam.

Senſus litteralis, & moralis.

1. *Verus ſenſus verborum.* QVi recipit vos. Paſſiones, cruces, mortes, omnium derelictiones, Chriſtus Apoſtolis prædixerat, ob Euangelij prædicationem; meritò ergo timere poterant, nullos eos recepturos, ac ab omnibus derelinquendos; nunc conſolatur eos, tunc aſſerens, non ohinde nullum futurum, qui eos reciperet, immo ipſum effecturum, vt eos omnis bonus vir recipiat, & omnium bonorum & religioſorum hominum domus, ipſos patefacturum; & quia pœnam ſuprà dixerat, non recipientium, nunc præmium explicat, & mercedem, tum à dignitate perſonæ, quæ eſt ipſemet, qui in illis recipitur, tum à mercede ipſa, nam qui recipit Prophetam, mercedem Prophetæ recipiet, vt mox dicemus; hic eſt litteralis ſenſus horum verborum,
Hieron. Chryſoſt. Caietan. Maldon. quem ſuſtinent Hieronym. Chryſoſt. Caiet. & alij. Maldonatus vult, vt hæc verba intelligantur tantùm ad Apoſtolos dicta, eos animando, nil illis defuturum, & ſummam curam de his habiturum, quatenus pro illo legationem fungentes, eius ſuſtinent perſonam. Sed quomodo hæc expoſitio cum ſequentibus cohærere poſſit, niſi & prima admittatur, non video, cùm expreſsè Dominus de mercede recipientium tractet; non recipienda ergo Maldonati expoſitio, ſed Patrum potiùs am-
Hieron. plectenda, vtpote magis litteralis, vnde Hieron. *Dominus ad prædicationem diſcipulos mittens, docet pericula non timenda, affectum ſubijcit religioni, aurum ſuprà tulerat, æs de zona excuſſerat. dura Euangeliſtarum conditio! vnde ergo ſumptus? vnde victus? vnde neceſſaria? & ideo auſteritatem præceptorum ſpe temperat promiſſorum.*

At pulchrè Chryſoſt. liberalitatem, ac ſuper- Chryſoſt.
abundantem largitionem Chriſti in his verbis 2.
attendens, ponderat, non Chriſto ſuffeciſſe pro præmio recipientium dignitatem Apoſtolicam, ac emolumenta, quæ illis afferre poſſent Apoſtoli, vtpote talem ac tantam reportantem poteſtatem, *Chriſtus liberaliſſimus in hoſpitalitatem remunerando.*
mortuos ſuſcitãdi, infirmos ſanandi, &c. Sed vlterà progrediens, affirmat, quòd ſe ipſum recipiet, qui nos & cum ipſo Patrem; quid largius? *Sufficientia ſiquidem*, ait Chryſoſt. *erant promiſſa ad perſuadendum; quis enim eos, qui ita erant fortes, non ſuſciperet cum omni deſiderio? & primò quidem repromiſit honorem, vt Chriſtum ſuſcipiant, & etiam Patrem, qui eos ſuſciperet: quid autem huic honori fiet æquale, vt quis patrem & filium recipiat.* Officio mediatoris noſtri, in hoc etiam fungens, vt excellenter ait Hilarius Hilar.
can. 10. *In quibus verbis docet, etiam in ſe mediatoris officium, qui cùm ſit receptus à nobis, atque ipſe profectus ex Deo ſit Deus, per illum transfuſus in nobis ſit, & per hunc ordinem gratiarum, non aliud ſit Apoſtolos recepiſſe, quàm Deum, quia & in illis Chriſtus, & in Chriſto Deus habetur.* Sic cum Deo potens eſt ho- 3.
ſpitalitas, (vt interim hoc dicam,) vt non minus per eam, quàm per crucem Deus reconcilietur cum mundo. *Hoſpitalitas mediatrix inter Deum & homines.* Cùm ſicut Chriſtus officium mediatoris per crucem & ſanguinem ſuum ſanctiſſimum exercuit, ſic pari modo vult, & per hoſpitalitatem, & ſicut qui crucem recipit, fit eo dignus; ſic & qui hoſpitalitatem exercet, quæ ſic Deo eſt cordi, vt ne imparatum hoſpitantem hoſpes inueniat, aduentum hoſpitis perueniens monet hoſpitalitatem.

Enimverò 1. *Reg.* 9. *num.* 15. cùm Saul ad Sa- 4.
muelem accederet, vt de iumentis ſciſcitaret, ait Scriptura, *quòd Dominus reuelauerat aurem Samuelis ante vnam diem, quàm veniret Saul.* *Vt dignum fiat præmonet Deus hoſpitantem.* At quid talis præuentio? nunquid non poterat tunc illud ma- 5.
nifeſtare, & reuelare, quando ei indicauit illum eſſe: *Cumque aſpexiſſet Samuel Saulem, Dominus dixit ei: Ecce vir, quem dicebam tibi.* *Cur Samueli præuenit aduentum Saulis.* Sanè hoc ſufficiebat; at quia in domum erat recepturus, & hoſpitium, vt dignè eum reciperet, voluit antè ei aduentum hoſpitis reuelare. Ad rem Abulenſ. *ne* Abulenſ.
Samuel, ait, eſſet incautus, ſed poſſet parare ea quæ pertinebant ad honorabilem receptionem Saulis, reuelauit Deus, &c. Vt videas ex hoc, quanti faciat Deus hoſpitalitatem, vt ne Propheta ſanctus, non ſic dignè, vt par, hoſpitem reciperet, prouidentia vtens extraordinaria, reuelatione eſt vſus; ſed de hac re in annotatione, & ſimul vide quæ diximus *in Sapientiam, tom. 2. hom* 113.

Hieron. Chryſoſt. Theophyl. Beda. *Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ.* Hieron. Chryſoſt. Theophylact. Beda, omneſque recen-
tiores, ponderant ly *in nomine Prophetæ*, quaſi di- 6.
cat, eum recipit, non quia cognatus, non quia amicus, non quia parens, non quia eiuſdem nationis, ſed quia miſſus à me, ad euangelizandum in nomine meo, vnde per Prophetam, & iuſtum ipſos *Quid ſit recipere Prophetam in nomine Prophetæ.*
intelligit Apoſtolos, vt rectè Maldonat. ac per con- Maldon.
ſequens, omnes Dei prædicatores. Ex qua doctri- 7.
na, quantam intentionis puritatem in omnibus actibus bonis Deus requirat, attendere poteſt, & hoc amice. quod valde notandum, non propter ſe, ſed propter te, ne ex ita bonis factis oleum, *Intentionis puritas quantum adeò requiratur & cur.*

&

& operam perdas, ad mercedem æternam lucrandam, & ſupernaturalem, finis eſt imponendus ſupernaturalis, & dilectio ſupernaturalis. nam alioquin ſi intra limites naturæ opus includis bonum, mercedem equidem non accipies, niſi naturalem, & humanam, non diuinam; vnde ſi Prophetam hoſpitetis, non quia Propheta, & à Deo miſſus, ſed quia aut parens, aut amicus, ex carnis affectione, gratiam ab eo accipies, & humanum emolumentum, at non à Deo. hinc opus quoad præmium ſupernaturale perdidiſti; quid ergo Chriſtus noſtri amans, nobis prouidens, aduertit, vt Prophetam accipiamus, in nomine Prophetæ, & iuſtum in nomine iuſti, vt ſic & cum temporalibus æterna lucremur, nam hoſpitalitas non ſolùm æterna, ſed temporalia tribuit, vt dicemus.

Quid ſit accipere mercedem Propheta. Remig. Chryſoſt. Gregor. Abulenſ. Salmer. Maldon.

8. *Mercedem Prophetæ.* Varij variè hoc accipiunt. Remigius reportabit mercedem, quam ego illi dabo, qui Propheta ſum. ſenſus violentus. Chryſoſt. & alij mercedem Prophetæ, hoc eſt, quam illi Propheta dabit, prædicando Euangelium, aut iuſti orando pro ipſo. Non eſt improbabilis ſententia. Sanctus Gregorius *in hom.* Abulenſ. Salmer. Maldonat. accepturum hoſpitantem, eandem mercedem à Deo, quam Propheta, quatenus eum ſuſtentando, facit, vt prædicare poſſit: *Non enim ait mercedem de Propheta*, inquit Gregorius, *vel iuſti, iſte enim fortaſſe iuſtus eſt, & quanto in hoc mundo nil poſſidet, tanto loquendi pro iuſtitia fiduciam habet, hunc enim ille ſuſtentat, qui in hoc mundo aliquid poſſidet, illius iuſtitia libertatem ſibi participem facit, & cum eo pariter iuſtitiæ præmia recipiet, quem ſuſtentando adiuuit, ille prophetiæ ſpiritu plenus eſt, ſed tamen corporeo eget alimento, & ſi corpus non reficitur, certum eſt, quòd vox iſta ſubtrahatur, qua igitur? Propheta alimenta tribuit, vires illi ad loquendum dedit, ergo cum Propheta mercedem accipiet Propheta.*

Charitas in prædicatores quàm excellentes fructus habet.

9. Hic ſenſus excellens eſt, & ad mores valde accommodatus, cùm quilibet ad Dei miniſtros ſuſtentandos ſe animare debet; quis enim hoc non faciet cùm ſuſtentando prædicatorem, aut Doctorem, aut iuſtum errantem, ob Dei amorem tantum lucrari poteſt, ac ſi eſſet prædicator, & animas lucrifaceret, ac ſi eſſet Doctor, & doceret, ac ſi eſſet contemplator, & oraret, immo ſi maiore hoc faciet charitate, maius & præmium obtinebit. Quid enim? tantum & amplius, minimus poteſt frater laicus religionis, ante Deum meritum lucrari famulando, ſeruiendo, miniſtrando ſacerdotibus, prædicatoribus, ac lectoribus, quantum omnes iſti, immo multo plus, ordinariè loquendo.

Fratres laici in religione ex miniſterio quantum lucrantur.

10. nam vnam mercedem prædicator recipiet prædicando, vnam lector docendo, vnam Sacerdos miniſtrando, aut pſallendo; vnam Confeſſor confitendo. at frater, & miniſter laicus feruida charitate dotatus, in vno tempore tot recipere poteſt, quot prædicatores ſuſtentat, quot Doctores, quot Confeſſores. 1. Reg. 30. num. 24. *Æqua pars erit*, definiuit Dauid, *deſcendentis ad prælium, & remanentis ad ſarcinas*; ſic equidem nunc, æqua erit pars Prædicatorem reficienti, dum domi manet, cibum illi præparando, ac prædicatori, dum ad prælium deſcendit prædicationis. Quid ſi multi equidem & multas illi mercedes dabunt, & ex vno ientaculo infinitos, vt ſic dicam, gloriæ gradus acquirere poteſt, ob hoc ſæpe horum ſtatum inuidiatus ſum, etſi ſciſſem, quòd nunc non alium aſſumerem. Felices dum ſine inuidia, ſine iactantiæ periculo tantum reportare poſſunt lucrum.

Hæc ſententia, ſiue hæc interpretatio ſolemnis eſt, & veneranda, immo & prædicanda, ſed, meo ſenſu, litteralis illa, quam affert Lyra, nempe pro mercede Prophetæ, aut iuſti intelligenda, quam Dominus deſtinauit dare recipienti aut Prophetam, aut iuſtum, iuxta varia receptorum merita. nam, cæteris paribus, maiorem mercedem recipiet, qui Prophetam, quàm qui ſimplicem iuſtum, vt ex Clemente Alexandrino, & nos dicemus infrà ex Abulenſe, vnde hic ſenſus planior, ſine ambagibus, ac difficultatibus. Lyra.

Placet Hieronym. & ſanctus Thomas, qui ex hoc dicto eruunt illam ſanctiſſimam doctrinam, eleemoſynam ſcilicet, nunquam ſua mercede fruſtrandam, etiamſi ea indignus ſit recipiens, etiamſi fallax, ſufficit, vt detur in nomine Prophetæ, aut in nomine pauperis, etiamſi ſit diues, *poterat credentium occulta eſſe reſponſio*, ait Hieronymus, *ergo pſeudo-Prophetas, & Iudam proditorem debemus recipere; inde Dominus dicit, non perſonas ſuſcipiendas eſſe, ſed nomina, & mercedem, non perire ſuſcipientis, licèt indignus fuerit qui ſuſceptus ſit*; & Hilar. *prauidēs plures futuros, tantum Apoſtolatus nomine glorioſos, omni vero vita ſua opere improbabiles obſequium quod ipſis, ſub religionis opinione delatum eſt, mercedem non fraudat.* Hieron. S. Thom. Hieron. Hilar.

Eleemoſyna indifferenter danda.

Ex qua doctrina habes indifferenter, omni petenti dandum ſine perſonarum diſcretione, 11. vnde Beatus Ioannes eleemoſynarius eos reprehendit miniſtros, qui indutis veſtimentis aureis, dare nolebant eleemoſynam. quibus toruo oculo reſpondens Sanctus ait, *ſi humiles Ioannis, immo Chriſti diſpenſatores vultis eſſe diuino præcepto, ſine calliditate obedite, dicente, omni petenti da.*

An ſit maioris meriti recipere digniorē, quàm dignum.

Diſputat Abulenſ. *quæſt.* 164. an ſit maioris meriti, recipere magis iuſtum, quàm iniuſtum; & 12. doctiſſimè reſpondet, maioris meriti eſſe, recipere magis iuſtum, ſciendo eſſe magis iuſtum, & recipiendo digniorem, quàm dignum; hoc autem probat duobus argumentis, *primum*, quia qui ſcit, aliquem eſſe ſanctiorem alio, ac proinde Deo propinquiorem, maiore charitate & affectu erga Deum hic recipit, ordinariè loquendo, quàm alter. *Secundò*, quia maiorem honorem impendet digniori, ac proinde amplius merebit. Adde, quia non ſolùm actus charitatis exercebit, ſed iuſtitiæ, præferendo digniorem minus digno, vnde Hieron. contra Vigilantium, ſtrenuè probat, digniorem, ſeu amplius meritoriam illam eleemoſynam, quæ, cæteris paribus, Sanctis datur, quàm pauperibus communibus, immo & hanc eſſe Chriſti mentem, illam educens ex illis verbis, *Facite vobis amicos de mammone iniquitatis, qui vos recipiant in æterna tabernacula*, vbi Hieronym. *Nunquid iſti pauperes, inter quorum pannos, & illuuiem corporis flagrans libido dominatur, poſſunt habere æterna tabernacula, qui neque præſentia poſſident, neque futura.* Abulenſ. Hieron. Idem.

Sanctis pauperibus potius danda eleemoſyna, quàm communibus.

13. Excellenter, illis dandum, qui æterna poſt hanc vitam poſſidebunt tabernacula; ergo iuſtis Pſalm. 40. *Beatus qui intelligit ſuper egenum, & pauperem in die mala, liberabit eum Dominus.* Quid eſt *intelligit*, cur non *tribuit* dixit egeno & pauperi? reſpondet Hieronym. *quia in vulgi pauperibus ſuſtentandis, nequaquam intellectu, ſed eleemoſyna opus eſt, in ſanctis pauperibus beatitudo eſt intelligentia, vt ei tribuas, qui erubeſcit accipere, & cùm acceperit dolet, metens carnalia, & ſeminans ſpiritualia.* Omnibus ergo danda eſt hoſpitalitas indiſcriminatim, omnes ob hoc ſuam recipient mercedem, per tale opus, (diſrumpantur, licèt hæretici, qui mercedem pro hæreditate accipiunt, vt merita negent operum bonorum,) Idem.

rum, merces eſt, dum inæqualiter ſoluitur, vt rectè
Maldon. Maldonat. & pro inæqualitate receptorum, eo-
rumque dignitate datur, ob quod Dominus noſter
infra ſub atteſtatione dicit, *Amen dico vobis, non*
perdet mercedem ſuam.

Potum aquæ frigidæ. Hunc datum cuilibet etiam
ex minimis, & abiectis affirmat mercede ſua non
defuturum, vt prorſus & nemo eiiciatur ab hoſpi-
tio, & nemo ſe excuſare poſſet, non habere, cùm
nunquam potum aquæ frigidæ aliquis non habe-
Hieron. bit, *poterat aliquis excuſari*, & dicere, ait Hierony-
mus, *paupertate prohibeor, vt hoſpitalis eſſe non poſ-*
ſim, & hanc excuſationem leuiſſimo exemplo diluit,
frigida dixit, ne & in calida paupertatis, & penuria
Gloſſ. *lignorum occaſio quæreretur*, vnde, vt bene Gloſſa,
Deus magis ad pium affectum dantis reſpicit, quam ad
quantitatem rei exhibitæ; ſic ille Dei ſeruus, vt in
vitis Patrum, cùm ad manum nil prorſus habe-
ret petenti, manibus ſumpſit de flumine aquam,
& in pauperis ſinum refudit, acceptante Deo
eius pium affectum.

ANNOT. MORAL. CI.

Hoſpitalitas magnum bonum.

QVi recipit Prophetam. Etſi in Sapientiam de
hoc tractauimus, placet & iterum aliqua hîc
addere, tanquam ad rem natam.

Sit ergo *primum*, hoſpitalitatis bonum, ipſam
1. *Hoſpitalitas quantò cum Deo potens.* ſic cum Deo eſſe omnipotentem, vt vbi adeſt quaſi
impotens ſe amplius continere profuſus, ſic fiat
ad gratias impertiendas, vt veluti è cœlo ruens
ipſum ſcindens totum inhoſpitantem illud ef-
fundat. Fortaſſis hyperbolicam hanc æſtimabis
locutionem, at veriſſimam illam tibi faciam ex
oraculo diuino, Iſai. 58. n. 7. *Frange eſurienti*, ait
Deus, *panem ſuum, & egenos, vagoſque indue in do-*
mum tuam, tunc erumpet quaſi mane lumen tuum, &
ſanitas tua citius orietur, & anteibit faciem tuam, iu-
ſtitia tua, & gloria Domini colliget te. Pende *primum*
ly *frange*, cur non, *da eſurienti*? Sanè reſpondet Au-
guſt. vt ſi vnum tantùm habes panem, non te ex-
2. *Cum paupere panis frangidus. & cur illud Deus præcepit.* cuſes, cùm ſufficit, vt illum frangas, ob id non
totum tibi præcepit, vt des: *non dixit vt integrum*
panem dares, cùm fortè pauper ille alium non haberes,
ſed frange, hoc eſt dicere, etiamſi tanta paupertas tibi
eſt, vt non habeas niſi vnum panem, ex ipſo tamen frãge,
& pauperi tribue. Quod & de pallio Beatus fecit
Martinus. Ergo quando egenos, vagoſque man-
dat vt recipias, ne putes velle, vt à fundamentis
ad rectum totam domum inuertas; ſufficit vt de
tua pauperie des, & mira accipies. *Secundò* pondero
Ferret. illud, *lumen tuum.* Quid hoc? Ferret. & Sanchez
Sanch. proſperitatem, ac felicitatem huius vitæ. Alij non
3. ſolùm affluentiam intelligunt carnalium, ac tem-
Hoſpitalitas temporalibus & æternus ditat. poralium bonorum, ſed etiam ſpiritualium, hoc
eſt, lumen in intellectu, & ſanitas à prauis inclina-
tionibus, vnde & ſpiritualiter, & temporaliter di-
tabitur homo hoſpitalis, *infundetur tibi gratia*, ait
Cornel. Cornelius hîc, *per quam iuſtificaberis, & ſanitas*
orietur in voluntate, ſanaberis enim a prauis affectibus,
& cupiditatibus. Bene hæc omnia dices. at etiam
alia bona opera hoc obtinent, etiam alia & bona
afferunt temporalia, & ſpiritualia; ex quo niſi aliud
aliquid eleemoſynæ & hoſpitalitati promittitur,
nullum ex hoc loco eius peculiare eruitur priuile-
gium; ſanè. Vnde quod peculiare illi in hoc loco
promittitur, non ſolum eſt ſumma affluentia te-

rum, tum corporalium, tum ſpiritualium, ſed 4. *Illico affert mercedem.*
ſumma, ac indicibilis Dei promptitudo, vis, effi-
cacia, pronitas, ac velocitas ad illa præſtanda
abundantiſſimè, refertiſſimè. Et inſuper hoc non
poſt tempora, & tempora, ſed illico, ſtatim; quod
equidem totum ſignificat verbum illud, *tunc*
erumpet, tunc ait non ſolum erumpet, ſed tunc, vix
conſummata hoſpitalitate, in inſtanti adhuc ho-
ſpites intus, & omne deſiderabile in domo.

Enimverò ſic Deus ad Abraham Gen. 15. n. 1.
Noli timere Abrahã, ego protector tuus ſum, & mer-
ces tua magna nimis. Quid timebat Abraham? itam
quinque Regum, quos deuicerat, ait Caiet. & quid Caiet.
amplius? forſitan ſecundùm Chryſoſt. paupertem, Chryſoſt.
dum omne quod ei Rex Sodomorum volueran
dare, contempſerat. Vnde ad illum Gen. 14. n. 22.
Leuo manum meam ad Dominum Deum excelſum, poſ- 5.
ſeſſorem cœli, & terræ, quod à filo ſubtegminis vſque ad *Abraham quid timebat quando ei Deus noluit timere.*
corrigiam caligæ non accipiam ex omnibus, quæ tua
ſunt. Cùm ergo tanta contempſerat, cùm eſſet
peregrinus, pauperiem forſitan timebat. Quod
Deus perſpiciens, eum confortans, illis vtitur ver-
bis, quæ vix explicari poſſunt. Nam, quis explica-
bit illa, *ego protector tuus ſum*, ſeu, vt Hebræi volunt,
ego ſcutum tibi. Quis ſequentia? *& merces tua magna*
nimis; cur non eam dicit? cur non ſignat? cur non
explicat? Sanè, quia inexplicabilis. *Attende im-*
menſam Dei curam, ait Chryſoſt. *quare dixit, noli ti-*
mere? Quia tantas opes contempſerat, non curatis iis,
quæ Rex dabat. Deinde vt animum magis excitet, ad-
iecit verbo & appellationem, noli timere Abraham; non
enim parum ad expergefaciendum facit, cùm quem-
piã proprio nomine appellamus, ego protector tuus ſum. 6.
Multam habet & hoc verbum emphaſim, ego qui à *Nominis proprij appellatio magnus Dei fauor.*
Chaldæis te euocaui, ego qui te à periculo Ægypti;
ego qui tibi promiſi dare terram hanc; ego qui te in
diem clariorem reddo. En quanta & mira, cuius ani-
mum non erigeret? ac lætitia impleret? equidem
nullius, & tamen cùm hoc ſit, quaſi non ea au-
diſſet, ſic triſtis Deo reſpondit: *Domine quid dabis*
mihi, ego vadam abſque liberis. nil reputans, etſi
grandia æſtimabat, omnia illa magna; quia filio
carebat: *ego vadam abſque liberis.* Immo ſi hoc per-
ſentiebat, vt quaſi Deum pungens, qui tanta ei
offerebat magnalia; opponit ſeruo dediſſe filium,
ei non dediſſe, *& filius procuratoris domus meæ iſte*
Damaſcus Eliezer, mihi autem non dediſti ſemen. quaſi
diceret, ait Lippoman. *Multa quidem, & magna* Lippom.
promittis, & beneficijs obruis; maximum autem bonorum
in hoc ſæculo, ſine quo alia non ſunt iucunda mihi, non
das filium ſcilicet, & procuratori meo hanc felicitatem
præſtas. Ergo, vt vides, omnia illa grandia, etſi
humiliter recognoſcebat Abraham, tamen ſine
proprio filio non ei ſapiebant. At quid Deus? ſta-
tim, *non erit hic hæres tuus, ſed qui egredietur de vtero*
tuo. Et eum foras educens promiſit ſicut ſtellas 7.
cœli multiplicaturus & ſemen. Credidit Abraham *Deus cur Abraham nõ ſtatim reuelauit tempus conceptionis Iſaac.*
firmiter. Et ſi attendis tempus promiſſionis, non
ei indicatum, nihil ei dictum. Quando hoc, in
quo tempore; quod equidem ſolet ſemper ani-
mum angere, & affligere. Cur hoc? Sanè mea ſen-
tentia; quia tam ſingulare beneficium, tam ſin-
gularis fauor, qualis eſt reuelatio momentorum,
& temporum, quod non ſic faciliter Deus præ-
ſtare ſolet cum Patri reſeruatum. Hoſpitalitati re-
ſeruabatur, vt tunc ſciret Abraham tempus pro-
miſſionis, quando procliuis & ardens ad hoſpi-
tandum hoſpites habebat in domo. Ad hoc vt in
inſtanti, & illico fructum perciperet, ac ſentiret
hoſpitalitatis. Vnde *Gen.* 18. *num.* 10. poſtquam
comede

comederunt hoſpites, vnus ex illis Abraham: *Reuertens veniam ad te tempore iſto, & habebit filium Sara vxor tua*, vt ex hoc intelligant omnes priuilegium hoſpitalitatis, non ſolum eſſe grandia, & mira præſtare, ſed in inſtanti vix expleta, adhuc in domo hoſpites: *Poſtquam largiter, & magna hilaritate ſeminauit iuſtum, hoſpitalitatem*, ait Chryſoſt. *ſtatim & manipulos vberrimos meſſuit; vt diſcas, quantorum, & qualium bonorum cauſa fuerit iuſto hoſpitalitas.*

Chryſoſt.

8\. At etſi hoc, & aliud eius proprium eſt priuilegium, vt diximus, profuſio talis bonorum, vt veluti cœlum in terram deſcendens, omnes eius in illam profundat theſauros; *tunc erumpet quaſi manè lumen tuum*, hoc eſt, vt diximus, affluentia omnium bonorum. At quid illud: *erumpet*, ex Hebræo legunt, *findetur*, vel *ſcindetur*, vt ſol *in aurora radijs ſuis ſcindens nubes in lucem, quaſi fiſſam & ſparſam, erumpit*, ait quidam, ſanè ob cætera bona facta e cœlo fluunt bona cœleſtia. At ob hoſpitalitatem ſic ſunt grandia, vt ipſum findant, & abſrumpant neceſſe, ſic Deus promptus, ſic violentus ad hoſpitalitatem remunerandam, *non dixit*, ait Chryſoſt. hom. 16. in Matth. *apparebit tibi lux, ſed ſcindetur, vt velocitatem, & copiam dandi exprimeret; matutinum lumen ſubitum, & repentinum ſignificat antequam cogites te beans, & te excipiens bona.* Egregiè, duo illa quæ diximus priuilegia hoſpitalitatis. Comprehenſus eſt Sanctus, abundantiam ſcilicet bonorum, & celeritatem, ſi attendas quòd etſi Iſaac promiſſus ante hoſpitalitatē; tamen hoſpitalitati executio mandata; vnde propriè Iſaac filius, & datū dici poteſt hoſpitalitatis. Quid inde? vt cùm ex Iſaac Chriſtus, & quando, hic datus, diſrupti ſunt cœli, iuxta illud Iſai. 64. n. 1. *vtinam dirumperes cœlos, & deſcenderes.* Verè & in toto rigore dicitur mercedem hoſpitalitatis non fluere è cœlo, ſed ob ſuam magnitudinem cœlos dirumpere, & ſcindere.

Hoſpitalitas ex abundantia bonorum cœlum ſcindit.

Idem.

9\. Adde & aliud hoſpitalitatis priuilegium ſoluere, nempe & ſic dimittere Deum per hominem hoſpitalem populi pœnalitates, ſaluare regna, & gratiam ſuam indignis præſtare. Vnde etſi aliàs illas ſoluere decreuit, tamen maximè ob hoſpitalitatem; & *ſecundò* executio vult, vt per hominem hoſpitalem fiat, & per illum, vt ſic dicam, firmetur ac tueatur gratia.

Hoſpitalitas regna ſaluat, pœnas dimittit.

10\. Enimverò 3. *Reg.* 17. *num.* 1. indignatus Elias ſanctiſſimus ob ſcelera Achab, ob impietatem Iezabel, ob idololatriam populi, vt non ſolùm eum caſtigaret, ſed, vt ſic dicam, perſuaderet, iurauit pluuiam, nec rorem affuturum per annos. *Viuit Dominus, ſi erit annis his ros, & pluuia niſi iuxta oris mei verba.* Quid hæc vltima? ergo etſi Deus vellet pluuiam dare, Elias nollet, non dabit? Sanè reſpondet Chryſoſt. *ſerm. de Elia*, ob hoc enim tempus pluuiam in ſuum arbitrium poſuit, illam à Deo demens, eius timens bonitatem, qui duobus lachrymis delictum condonat, ſeque pacificat. Pertæſus enim malitia, & duritia populi pro Deo zelans, videns potius eius bonitatem ex populi malitia officere, quàm proficere. Quaſi Deo dicens, ait Chryſoſt. *non quando tibi videbitur finem pœnæ facies, tibi enim pro tua clementia, ſemper videbitur miſericorditer agendum, ſed tunc quando ego pro eis orauero.*

Iuramēto vt firmet ut gratia efficit.

Idem.

11\. Quid ex hoc amice? Sanè vt ſolum, & vnicè Deum ames, & illo ſolo velis, vt tua dependeant errata, & ſupplicia, nulliuſque fides hominis, etſi ſancti, creatura enim eſt, ſufficit; crudelis, impatiens diminuti, & parui cordis; quid dicam, immo nec de ipſis Angelis fidas. nam & iſti ſæpè ex zelo Dei peſſumdatam vellent ipſam creaturam, lege Danielem *cap.* 10. *num.* 21. & videbis, omnes prorſus ſanctiſſimos Dei Angelos (ſi vnum èxcipies Gabrielem, & alterum Michaëlem) contra Dei populum ſtare, & æternaliter velle, vt ſeruituti eſſent addicti, *& nemo eſt adiutor meus.* Danieli ait Gabriel, *in omnibus his niſi Michael princeps veſter.* Fide amice, etſi infinitis graueris peccatis, ſoli Deo, eique toti te committe, & potius mortem ab eo eligas, quàm vitam ab homine, & in ipſa morte ſpera, quia ſi à Deo, non erit mors, ſed vita: at redeo.

Peccator nūquam de hominibus, ſemper de Deo fidat.

12\. *Neque de Angelis.*

Iurauerat ergo Elias, & ſic fixus in ſententia ſtabat, vt etſi tres anni tranſierant, *& fames vehemens premeret Samariam*, ipſe in domo viduæ ſerenè, ac placidè conuiuans, nil amplius de populo cogitans, ac alter Ionas excidium expectabat populi, ſic ardens eius erat zelus pro Deo, ſic parum mitis cum peccatoribus, ne mireris, non ipſe, ſed Deus fecit nos; hinc iſte vt pater dolet, ille vt frater iraſcitur. ob hoc ergo ad illum Deus, cap. 18. num. 2. *Vade, & oſtende te Achab, vt dem pluuiam ſuper faciem terræ.* In quo loco egregiè Abulenſ. *Deus miſericors eſt*, ait, *& quamquam nos filij peſtilentes ſimus, & veriùs hoſtes eius, quando grauiter, & pertinaciter peccamus*, (ſigna verba) *ipſe tamen leniter percutit, & manus alleuat*; ſi cauſam petis. *Quia vt bonus pater pluit ſuper iuſtos & iniuſtos.*

13\. *Huius rei ratio.*

Abulenſ.

At antequam vltrà procedam, placet adnotare tempus quando Elias apparuit Achab, tunc quippe quando ſic fame premebatur Samaria, vt omnes perirent, tunc ait Scriptura, quòd Achab Abdiæ diſpenſatori domus ſuæ dixit, vt ipſe per vnam viam incederet, Rex autem per alteram, *ſi fortè*, ait, *poſſimus inuenire herbam, & ſaluare equos, & mulos, & non penitus iumenta intereant.* Mirum, vt dum homines fame premerentur, Rex non de hominibus, ſed de iumentis curam habeat. Vnde hoc? Sanè amice, quia, vt ait Abulenſ. *Magna fames erat Samariæ, & non habebant, quid darent equis Regis.* Mirabar, vnde tanta charitas Regi, & Regi peſſimo; muli erant ſui, & equi, ideo de eis curabat, nil de ſubditis moleſtiam patiens; hinc tantus eius erat angor, vt maieſtate regia relicta ipſe per ſe ad requirendas herbas iuerit, ne mireris; genium eſt multorum principum plus animalia ſua facere, quàm homines, quàm ſubditos. At, vt videas, quantum homo a Deo diſtet, dum iſte de iumentis curat, & è domo egreditur, vt ea ſaluet Deus de hominibus, ob quod mandat Eliæ, vt è domo diſcedat viduæ, & ſe coram Acbab ſiſtat.

14\. *Principes mali plus curas de ſuis iumentis, quā de hominibus.*

At quid? eunti obuius Abdiæ occurrit Elias. Cui Elias, *Vade, & dic Domino tuo, adeſt Elias*, mirum hoc. Ad quid? Ad Acbab eum mittere, vt diceret adeſſe, cùm ipſe ad Achab directè procedebat ex Dei mandato? immo dubitanti Abdiæ, timens ne fortè Dei ſpiritus abſconderet Elias, & non appareret, putans Achab ſe illuſum, eum occideret, iurauerit Elias, *Viuit Dominus, quia hodie apparebo ei.* Cur hoc? vt ſic omnino vellet Elias per Abdiam ſcire Achab eius aduentum, & quod omnino adueniret, iurauit. ſi duo attendes, myſterium agnoſces. *Primum*, ſi Elias non accederet ad Achab, vt rectè ait Abulenſ. Deum famem non ſoluturum, vt omnino intactum eſſet verbum Eliæ, qui dixerat pluuiam non affuturam, niſi ex ore eius, vt videas quantum Deus faciat verba ſuorum miniſtrorum. Et *ſecundum* quòd Abdias erat ille, qui ob Dei amorem perſequente Iezabel, Dei

15\. *Elias cur Abdiæ dixit vt nuntiaret Achab eum adeſſe, & illi iurauit.*

16\. *Deus quanti faciat verba ſuorum miniſtrorum.*

Prophetas,

Prophetas, eoſque occidente, centum ipſe hoſpitatus erat, paſcens eos. *Abdias autem timebat Dominum valde*, ait Scriptura, *nam cùm interficeret Iezabel Prophetas Domini, tulit ille centum Prophetas, & abſcondit eos in ſpeluncis, & pauit eos pane & aqua.* Iuratam ob hoſpitalem famem Deum ſoluturum, & coacturum Elias, ac effectum, vt iuramento ſe abſtringeret, quia ſicut, vt ait Baſilius *hom* 8. ex

Baſilius.

17\. *Fames ſæpe ob penuriam eleemoſynarum.*

variis, fames venit ob penuriam eleemoſynarum, ſic abundantia ex earum elargitione. *Hac de cauſa*, ait Baſilius, *Deus omnipotens manus non aperit, quoniam fraternitatis charitatem occluſimus.* Ergo tunc manus aperit, quando fraternitatem hoſpitamur. Cœlum peccata occluſerant populi, & ſimul Iezabelis Prophetas occidentis impia in homines, iuſtum erat, vt eum ſolueret ſanctitas, & hoſpitalitas ſanctiſſima Abdiæ, & per hoſpitalem hominem cœlum aperiret Elias, qui eum per crudeles clauſerat, & calamitates ſoluerentur regni per eius reſerationem, ſic vt nec iumenta pereant per virum hoſpitalem, quando per impios fuerat clauſum, vt videas quàm potens cum Deo hoſpitalitas, & quomodo per eam & regna ſaluantur.

18\. *Hoſpitalitatis meritum ſe extendit ad dona & gratias gratis datas.*

Sed addo aliud hoſpitalitatis emolumentum, quod mihi hoc Abdiæ factum aperit, ex illa hoſpitantem Prophetam. Non ſolùm mercedem Prophetæ accipere eo modo, quo ſuprà diximus, nempe gradus gratiæ, & meriti, iuxta quod recipit Propheta, quod equidem pertinet ad gratiam habitualem, & ad merita ei correſpondentia; ſed nunc addo, quòd etiam & dona gratuita, & ad illas gratias, quas gratis datas dicimus, quales ſunt prophetia, gratia miraculorum, curationum, &c. Mirum certè hoc, & magnum, & quod vltrà non ſit, quod amplius in gratiam hoſpitalitatis dici poſſit, vt quod ieiuniis, orationibus, mortificationibus per annos, & annos exhibitis, Deus alicui liberaliter conceſſit, det Deus hoſpitatori Sanctum, ſic vt ob hoſpitium Sancti miracula facientis det Deus hoſpitanti miraculorum gratiam, hoſpitanti Prophetam donum prophetiæ. Quis ex hoc ad hoſpitandum non ſe animabit? en tibi Abdias, qui domus Achab procurator, qui in ea princeps, vt vult Abul. qui dux exercitus, vt vult Hieronymus, factus Propheta, quia Prophetas hoſpitatus. Non auderem hoc aſſerere niſi authoritas me fulciret Hieron. *in Abdiam*, qui ſic. *Hic quia centum Prophetas aluerat, accepit gratiam prophetalem, & de duce exercitus, fit dux Eccleſiæ, tunc in Samaria paruum gregem pauerat, nunc in toto orbe Chriſti paſcit Eccleſias.* Quid clarius? vt videas quanta ſit gratia hoſpitalitatis, dum ad omnes ſe Dei gratias extendit, eſſentiales, vt ſic dicam, & gratuitas.

Abulenſ.
Hieron.

19\. *Abdias donum accepit prophetiæ, quia Prophetas hoſpitauit.*

20\. *Deus ob hoſpitalitatem malis ac peccatoribus ſolet etiam gratis datas gratias conferre.*

Et vt quid inſolentius dicam, attamen mea ſententia verum; talis apud Deum eſt hoſpitalitatis gratia, vt talibus donis gratuitis etiam & homines ornet ſceleratiſſimos, ſi tamen hoſpitales. Hoc conſidero in illo Propheta falſo 3. *Reg*.13. qui reduxit verum Dei Prophetam ad ſuum hoſpitium; erat quidam falſus Propheta, erat homo ſceleratus, & impius, erat idololatra, & cum hoc tamen Deus verum Prophetam effecit, mentem eius illuſtrans; vnde Num. 20. *cumque ſederent ad menſam, factus eſt ſermo Domini ad Prophetam, qui reduxerat eum, & exclamauit ad virum Dei, hæc dicit Dominus, quia non obediens fuiſti ori Domini, & non cuſtodiſti mandatum, &c. non inferetur cadauer in ſepulchrum patrum tuorum.* At antequam ad meum veniam inſtitutum, aliqua priùs ponderare liber.

21\. *Deus quàm terribiliter in caſtigando leuia peccata iuſtorum, & Sanctorum.*

Primum, quanta ſit Dei animaduerſio in leuia peccata hominum iuſtorum. Omnes prorſus expoſitores concludunt metam peccati venialis hunc Dei hominem non exceſſiſſe. Et tamen non ſolùm illa pœna mulctatus, quam ei prædixerat Propheta falſus, ex ſermone Domini, ſed etiam morte violenta occiſus à Leone, & inſuper hoc ſtatim, quod vt extimeſcas, nec inſolens, nec Deo nouum, ob parua peccata, ob tenuiſſima, & quæ iudicio humano vix diſcerni poſſunt, aut homines ſanctiſſimos dæmonibus traditos, quod vſque ad ſtuporem eſt videre, aut diriſſimis infirmitatibus, Caſſian. *collat*.7.*cap*.27. de Abbate Moyſe ſanctiſſimo, viro narrat, quòd ob vnum verbum durius

22\. *Homines ſancti ob leuia peccata dæmonibus tradiri & grauiſſimis infirmitatibus.*

contra Macarium in diſputationis feruore ab eo prolatum, *tam diro confeſtim eſt traditus dæmoni, vt humanas digeſtiones ori ſuo ſuppletus ingereret*; ſed quod amplius mirum eſt, illud, quod *cap*.16. narrat de Abbate Paulo, viro omnibus virtutibus inſtructu, qui ob amorem caſtitatis, dum ad inuiſendum alium ſenem in eremo commorantem cum Abbate Archebio incederet, videns mulierem, eius incurſu offenſus, tanta fuga eſt regreſſus, ac ſi Leonem vidiſſet, ſic vt nec clamoribus, nec precibus ad ſe illum reuocare poſſet Archebius. *Quod factum*, ait Caſſianus *licèt zelo caſtitatis, ac puritatis ardore ſit operatum, tamen, quia non iuxta ſcientiam, ſed obſeruantia diſciplinæ, iuſtaque diſtinctionis exceſſus eſt modus*, vniuerſum corpus eius ſtatim paralyſeos ita ſolutum eſt, vt non ſolùm impeditus fuerit pedibus, ac manibus, ſed etiam lingua, tam terribili infirmitate (quod prorſus admirandum, quod vt iuxta delictum eſſet & pœna, cùm hominum cura illi non eſſet ſufficiens, *delatum fuit ad cœnobium ſanctarum Virginum*, ait Caſſian. *in quo cibus & potus, quem nec tunc quidem petere poterat, fœmineo ingerebatur obſequio explendis omnibus naturæ neceſſitatibus, eadem illi diligentia per annos ferè quatuor, id eſt, vſque ad finem vitæ ſeruiebat*; & cum hoc tamen, *cùm de oleo*, ait Caſſianus, *quod cadauer ſuum potius, quàm corpus contigiſſet, vngerentur infirmi, confeſtim curarentur.* Pende actionem, & inuenies fugam mulieris: pende finem, & inuenies amorem puritatis. Pende fugam, & inuenies primum fuiſſe motum; pende merita hominis, & inuenies Sanctum miracula operantem, & tamen per modum exceſſus, non ſolùm paralyſeos mulctatus, ſed quod prorſus obſtupeſcendum, in manibus traditus mulierum ad curandum, quæ non ſolùm cibum ei, ſed quod prorſus admirandum, & in vltimis neceſſitatibus ei adminiſtrabant, totum illud ſanctiſſimum corpus palpantes, proſpicientes. Qualis Sancti pœna; quale tormentum! Quis te non timebit Deus Iſraël talia audiens, & maiora perpetrans.

Caſſian.

Secundò quod adnoto, eſt prædixiſſe ſupplicium ſancto Prophetæ falſum exclamans, *exclamauit ad virum Dei*; cur clamore opus? poterat ſilentio, eo vel maximè cùm ipſe cauſa peccati, ipſe illuſor, ipſe perſuaſor, ipſe deceptor; vnde ergo tanta energia? homo perfidus hominem ſanctum reprehendit ob paruum & veniale peccatum, ipſe totus in grauibus immerſus. ne mireris amice, erat Propheta, erat prædicator falſus, durus in alios, mollis in ſe: mutus ad ſua vitia, clamoroſus in aliena: totus oculatus ad malum alterius, cæcus ad ſuum, hinc non ei ſufficit humiliter Dei ſententiam pronuntiare, ſed cum clamore *excla-*

ment, quaſi inſultans, non admonens quod proprium illorum peccatorum in peccatis immerſorum,
23. *Peccator in reprehenſione ſuperbus.* qui tamen audent & alios reprehendere, & quia aliquando hoc tenentur ex officio, immite illud agunt, procaciter, ſine diſcretione, ſimiles huic; nunquid hos veros Prophetas dices? Sed ad noſtra.

Impius ergo erat homo, cum hoc tamen in ſpiritu indutus eſt veræ prophetiæ, & verè per illum Dominus prophetauit; vnde iſta gratia homini peſſimo? dicam, ob meritum hoſpitalitatis quam piam, & miſericordem facit Theodoret. dicens,
Theodor.
24. *Propheta Bethel falſus eur verum prophetiam accepit.* *cùm eum prophetia alium deduxit vt ſecum comederet in Bethel, non ideo fecit, vt eum deciperet, & in malum induceret, ſed quia ex eo quod a filijs audierat, virum ſanctum eſſe cognouerat, ab illo benedictionem voluit accipere.* En ratio hoſpitalis extitit in ſanctum Prophetam, cum domum reuocauit, vt benedictionem acciperet, at cùm penè fame enectum refocillaret, iuxta Theodoreti ſententiam (de qua modò non diſputo,) quid ergo mirum, ſi Prophetam accipiens Propheta euaderet, ſecundùm Saluatoris dictum. nam, vt bene Lyra de Abdia, *vbi ſupra*,
Lyra.
quia Dei Prophetas pauit. *Ob hoc conſequutus eſt à Deo prophetiæ donum, iuxta Saluatoris dictum. qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet.*

25. *Hoſpitalitas meretur peculiarem Dei curam, & auxilium, in eripiendo hominem à malis in hac vita, tum merendo ei vitam æternam.* Sed iam concludam, vltimum hoſpitalitatis maximum fructum apponendo, ſic vt quando alter non eſſet ſolus, iſte ſufficeret, cùm proprium eius ſit ſic Dei prouidentiam, auxilium, potentiam hoſpitalem tegere in hac vita, vt ab infeſtatione dæmonum, à perſecutione hominum, totum illum obtegens, circumſtans & protegens liberum faciet, & tandem in æternam ducet quietem, ſine qua protectione, ſine qua Dei anxia cura vix & vitam indemnè quis degere poteſt, & vix à periculis erui. Quid enim Moyſes? certè Princeps erat populi, dux & gubernator exercitum regebat, militibus ſtipabatur; nunquid ob hoc ſecurus? nil minus. Bis eum lapidare voluerunt, & niſi gloria Domini eum ſeruaſſet, abſque dubio lapidibus eſſet obrutus. Prima vice, quando murmu-
26. *Vita ſine Dei ſpeciali prouidentia ſeruari non poteſt.* rationem populi compeſcere intentauit, dum exterriti à relatione gigantum, qui terram promiſſionis inhabitabant, redire in Ægyptum volebant; ante quos cùm ſe proſtraſſet Moyſes, & illum lapidibus vellet populus obruere, *apparuit*, ait Scriptura, *gloria Domini ſuper tectum fœderis*, Num. 14. n. 10. Secundò *cap.* 16. *num.* 42. quando ob mortem Chore ac filiorum talis in eum & fratrem erat ſeditio, *vt fugerent ad tabernaculum fœderis.* vbi poſtquam ingreſſi, *operuit eum nubes, & apparuit gloria Domini*; eum protegens, circundans, defendens, &, vt ſic dicam, intra ſuamet viſcera includés vt vndequaque ſeptus ſecurus exiſteret. Ad huius inſtar, amice, agit Deus cum viro hoſpitâte, ſic eum circumdat ſua gloria, ac potentia, vt intra ſuamet viſcera eum includens, & à periculis huius vitæ eum liberet, & tandem in æterna recipiat tabernacula. Quod totum duobus verbis expreſſit Iſaias *vbi ſupra*, quæ hîc ſtudio reſeruauimus, dum frangenti eſurienti panem, & hoſpitanti, præ illis quæ diximus bonis duo vltima adiiciens ait; *& anteibit iuſtitia tua*, hoc eſt, miſericordia, & hoſpitalitas, *faciem tuam.* Quid hoc? *in hora mortis*, ait Sanchez, & rectè, *quæ caliginoſa eſt, & mœſta,* Sanch.
affert ſpem ſalutis, eritque quaſi ſtella matutina, id eſt, Luciferum qui aduentum Solis prait, & annuntiat, ita enim eleemoſyna & hoſpitalitas moribundos excitent, atque inſtantis gloria beatifica lumen oſtentent, & prælibandum offert. Quæ hîc autem dicit, recentibus poſſem probare exemplis, non tantum antiquis, quantum ſcilicet animi robur, quantum in Deo confidentia in hora mortis eleemoſyna præſtet; ſed ne longus ſim, ſuperſedeo. At non ſolum hoc præſtat hoſpitalitas, quæ rectè eleemoſynarum veluti eſt Regina, dum totum hominem poſcit, ac ſuſtentat, & à malis irruentibus liberat; ſed addit Iſaias, & aliud quod diximus, ſummam ſcilicet Dei in hoſpitantem protectionem, non ſecus ac ſi alter eſſet Moyſes, vnde ſequens erit, *& gloria Domini colliget te*, L X X. *circumdabit*, vt vndique ſeptus à lapidibus, hoc eſt, infeſtatione dæmonum, & hominum in hac vita ſecurus in tuto. Tandem, vt bene Cornel. *glorioſa ſua gloria cœleſti eum colliget, proteget, ſuſcipiet.* nam, vt bene Chryſoſt. hom. 33. in epiſt. ad Hebræos, *eleemoſyna cum* Chryſoſt.
multa fiducia portæ cœli aperiuntur, & veluti Regina intrante, nullus ianitorum, nullus cuſtodum, qui portis aſſiſtit, audet dicere: Quæ tu es? vel vnde. Sed omnes è regione eam ſuſcipiunt. Occurrentibus omnibus illis Sanctis, ac Prophetis, qui hîc ab illa hoſpitati fuerunt, vt cum Prophetis, iuxta dictum noſtri Saluatoris, mercedem accipiat Prophetæ. 27. *Eleemoſyna vt Regina cœlum ingreditur.*

SANCTI

SANCTI IESV CHRISTI
Euangelij ſecundùm Matthæum
Vulgat. Editio.

CAPVT VNDECIMVM.

ET factum eſt, cùm conſummaſſet Ieſus, præcipiens duodecim diſcipulis ſuis, tranſiit inde vt doceret & prædicarer in ciuitatibus eorum.
a Luc. 7. c.18. [a] Ioannes autem cùm audiſſet in vinculis opera Chriſti, mittens duos de diſcipulis ſuis,
Ait illi: Tu es, qui venturus es, an alium expectamus.
Et reſpondens Ieſus ait illis: Euntes renuntiate Ioanni quæ audiſtis, & vidiſtis.
b Iſa. 35. a. 5. & 61. a. 1. [b] Cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt pauperes euangelizantur.
Et beatus eſt, qui non fuerit ſcandalizatus in me.
c Luc. 7. c.24. [c] Illis autem abeuntibus, cœpit Ieſus dicere ad turbas de Ioanne: Quid exiſtis in deſertum videre? arundinem vento agitatam.
Sed quid exiſtis videre? hominem mollibus veſtitum? Ecce qui mollibus veſtiuntur, in domibus regum ſunt.
Sed quid exiſtis videre? Prophetam? Etiam dico vobis, & plus quàm Prophetam.
d Mal. 3. a. 1. Marc. 1. a. 2. Luc. 7. d. 27. Hic eſt enim de quo ſcriptum eſt. [d] Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.
Amen dico vobis, non ſurrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptiſta: qui autem minor eſt in regno cœlorum, maior eſt illo.
A diebus autem Ioannis Baptiſtæ vſque nunc, regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.
Omnes enim Prophetæ & lex, vſque ad Ioannem, propherauerunt.
e Mal. 4. b. 5. Et ſi vultis recipere, [e] ipſe eſt Elias, qui venturus eſt
Qui habet aures audiendi, audiat.
Cui autem ſimilem æſtimabo generationem iſtam? Similis eſt pueris ſedentibus in foro, qui clamantes coæqualibus

Dicunt:

SANCTI IESV CHRISTI
Euangelij ſecundùm Matthæum
Tranſl. ex Syriac.

CAPVT VNDECIMVM.

1 *ET factum eſt quum finem feciſſet Ieſchua præcipiendi duodecim diſcipulis ſuis, diſceſſit illinc vt doceret & prædicaret in vrbibus eorum.*
2 *Iochanon autem in domo vinctorum (carcere) cùm audiſſet opera Meſchicho, miſit per diſcipulos ſuos, & dixit ei,*
3 *Tune is es qui venturus erat, an alios expectamus.*
4 *Reſpondit Ieſchua, & ait illis: Ite, renunciate ipſi Iochanon ea quæ auditis & videtis.*
5 *Cæci vident, & claudi ambulant, leproſique mundantur, & ſurdi audiunt, & mortui reſurgunt, & pauperibus euangelizatur.*
6 *Ac demum felix ille qui non impegerit in me.*
7 *Quum autem abiiſſent, cæpit Ieſchua verba facere ad turbas ſuper Iochanon: Quid exiſtis in deſertum viſuri? arundinem à vento agitatam?*
8 *Sin minus, quid viſuri exiſtis? virum veſtimentis mollibus indutum? ecce ij qui mollibus veſtiuntur, in aulis regum degunt.*
9 *Sin minus, quid viſuri exiſtis? Prophetam? Certè dico vobis, & propheta præſtantiorem.*
10 *Ipſe enim eſt de quo ſcriptum eſt: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui parabit viam coram te.*
11 *Verè ego dico vobis, Non ſurrexit inter natos mulierum maior Iochanon Baptiſta, minimus autem in regno cælorum maior eſt eo.*
12 *A diebus porrò Iochanon Baptiſtæ, nunc vſque, regnum cælorum cum violentia accipitur, & violenti rapiunt illud.*
13 *Nam cuncti Prophetæ lexque vſque ad Iochanon vaticinati ſunt.*
14 *Et ſi vultis, recipite: quia is eſt Iliyo qui venturus erat.*
15 *Qui habet aures ad audiendum, audiat.*
16 *Sed cuinam aſſimilabo generationem hanc? ſimilis eſt pueris qui ſedent in platea, & clamant ad ſocios ſuos.*

17 Dicunt: Cecinimns vobis, & non ſaltaſtis: lamentauimus, & non planxiſtis.

Et inquiunt, Cecinimus vobis, nec ſaltauiſtis; & lamentati ſumus vobis, nec planxiſtis.

18 Venit enim Ioannes neque manducans, neque bibens, & dicunt: Dæmonium habet.

Venit enim Iochanan nec edens, nec bibens, & aiunt, dæmonium habet.

19 Venit filius hominis manducans & bibens, & dicunt: Ecce homo vorax, & potator vini publicanorum & peccatorum amicus. Et iuſtificata eſt ſapientia à filiis ſuis.

Venit filius hominis edens & bibens, & aiunt, Ecce homo edax & bibax vini, amicúſque publicanorum ac flagitioſorum: & iuſtificata eſt ſapientia à ſeruis ſuis.

20 Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus, in quibus factæ ſunt plurimæ virtutes eius, quia non egiſſent pœnitentiam.

Tunc cœpit Ieſchua exprobrare vrbibus illis in quibus editæ fuerant virtutes ipſius quàm plurimæ, neque pœnitentiam egerant.

f Luc. 10. d. 13.

21 [f] Væ tibi Corozain, væ tibi Bethſaida: quia, ſi in Tyro & Sidone factæ eſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egiſſent.

Et dicebat, Væ tibi Courazin, væ tibi Bethzaido, quoniam ſi in Tzour, aut in Tzaidon editæ fuiſſent virtutes illæ, quæ in vobis editæ fuerunt, iam olim in ciliciјs & cinere pœnitentiam egiſſent.

22 Verumtamen dico vobis: Tyro & Sidoni remiſſius erit in die iudicij, quàm vobis.

Verùm ego dico vobis, Tzour & Tzaidon tranquilliores futuras in die iudicij, quàm vos.

23 Et tu Capharnaum, nunquid vſque in cælum exaltaberis? vſque in infernum deſcendes: quia, ſi in Sodomis factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in te, fortè manſiſſent vſque in hanc diem.

Tuque Capharnaehum, quæ ad cælos vſque es euecta, vſque ad inferos deprimeris: quoniam ſi in Sedom editæ fuiſſent virtutes illæ, quæ in te editæ ſunt, ſtetiſſet vſque ad hodiernum diem.

24 Verumtamen dico vobis, quia terræ Sodomorum remiſſius erit in die iudicij, quàm tibi.

Verùm ego dico tibi, terram Sedom tranquilliorem futuram in die iudicij, quàm tu.

25 In illo tempore reſpondens Ieſus dixit: Confiteor tibi, Pater, Domine cœli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis.

In illo tempore reſpondit Ieſchua, & ait: Confiteor tibi pater mi, dominator cæli & terræ, quòd abſconderis hæc à ſapientibus & prudentibus, eaque reuelaueris puerulis.

26 Ita Pater: quoniam ſic fuit placitum ante te.

Etiam pater mi, quoniam talis fuit voluntas coram te.

27 Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo: [g] Et nemo nouit Filium niſi Pater: neque Patrem quis nouit, niſi Filius, & cui voluerit Filius reuelare.

g Ioan. 6. e. 46. & 7. d. 28. & 8. b. 19. & 10. e. 15.

Omnia tradita ſunt mihi à patre meo, & nemo nouit filium niſi pater, nemo quoque patrem nouit, niſi filius, & cui voluerit filius reuelare.

28 Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos.

Venite ad me ô vos omnes qui defeſſi eſtis, & baiulantes onera, & ego præbebo vobis requiem.

h Ierem. 6. d. 16.

29 [h] Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde: & inuenietis requiem animabus veſtris

Baiulate iugum meum ſuper vos, & diſcite à me quòd mitis ſim, & humilis in corde meo, & inuenietis requiem animabus veſtris.

i 1. Ioan. 5. a. 3.

30 [i] Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue.

Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue eſt.

SANCTI

SANCTI IESV CHRISTI
Euangelij ſecundùm Matthæum
Tranſl. B. Ariæ Mont.

CAPVT VNDECIMVM.

1 ET factum eſt cùm finiiſſet Ieſus
conſtituens, duodecim diſcipulis
ſuis, tranſiit inde docere & prædicare in
ciuitatibus eorum.
2 At Ioannes audiens in carcere opera
Chriſti, mittens duos diſcipulorum ſuo-
rum, ait illi:
3 Tu es veniens, an alium expectamus,
4 Et reſpondens Ieſus ait illis: Euntes re-
nunciate Ioanni quæ auditis & videtis.
5 Cæci vident, & claudi circumambu-
lant, leproſi mundantur, & ſurdi audiunt,
mortui reſurgunt, & pauperes euangeli-
zantur.
6 Et beatus eſt qui non fuerit ſcandaliza-
tus in me.
7 His autem euntibus cœpit Ieſus dicere
turbis de Ioanne: Quid exiſtis in deſer-
tum ſpectare? arundinem à vento agi-
tatam.
8 Sed quid exiſtis videre? hominem in
mollibus veſtimentis circumamictum?
Ecce mollia ferentes in domibus regum
ſunt.
9 Sed quid exiſtis videre? Prophetam?
Vtique, dico vobis, & abundantius Pro-
pheta.
10 Hic enim eſt de quo ſcriptum eſt: Ecce
ego mitto Angelum meum ante faciem
tuam, qui præparabit viam tuam ante te.
11 Amen dico vobis, non excitatus eſt in
natis mulierum maior Ioanne Baptiſta.
Verùm minor in regno cœlorum maior
illo eſt.
12 A verò diebus Ioannis Baptiſtæ vſque
nunc, regnum cœlorum vim patitur, &
violenti rapiunt illud.
13 Omnes enim Prophetæ & lex vſque ad
Ioannem prophetauerunt.
14 Et ſi vultis recipere, ipſe eſt Elias futu-
rus venire.
15 Habens aures audire, audiat.
16 Cui autem aſſimilabo generationem
iſtam? Similis eſt pueris in foro ſedenti-
bus, & acclamantibus ſociis ſuis. Et dicen-
tibus:
17 Tibia ſonuimus vobis non ſaltaſtis: la-
mentauimus vobis, & non planxiſtis.
18 Venit enim Ioannes neque mandu-
cans, neque bibens: & dicunt, dæmonium
habet.

SANCTI IESV CHRISTI
Euangelij ſecundùm Matthæum
Tranſl. Eraſm. Roterod.

CAPVT VNDECIMVM.

1 *ET factum eſt cùm finem feciſſet Ieſus*
mandandi duodecim diſcipulis ſuis, pro-
greſſus eſt illinc, vt doceret & prædicaret in
ciuitatibus illorum.
2 *Ioannes autem cum audiſſet in carcere fa-*
cta Chriſti, miſſis duobus diſcipulis ſuis dixit
illi.
3 *Tu es ille qui venturus eſt, an alterum ex-*
pectamus.
4 *Et reſpondens Ieſus dixit illis, Ite & renun-*
tiate Ioanni ea quæ auditis & videtis.
5 *Cæci viſum recipiunt, & claudi ambulant,*
leproſi mundantur, & ſurdi audiunt, mortui
excitantur, & pauperes lætum accipiunt
Euangelij nuntium.
6 *Et beatus eſt quiſquis non fuerit offenſus*
per me.
7 *Euntibus autem illis, cœpit Ieſus dicere*
turbis de Ioanne: Quid exiſtis in deſertum
vt videretis? num arundinem quæ agitatur
à vento.
8 *Age, quid exiſtis vt videretis? num homi-*
nem mollibus veſtibus amictum? Ecce qui
mollia geſtant, in domibus regum ſunt.
9 *At quid exiſtis videre? num Prophetam?*
Certè dico vobis & excellentiorem Pro-
pheta.
10 *Hic eſt enim de quo ſcriptum eſt: Ecce ego*
mitto nuntium meum ante faciem tuam qui
præparaturus eſt viam tuam ante te.
11 *Amen dico vobis non exortus fuit ante eos*
qui naſcuntur è mulieribus maior Ioanne Ba-
ptiſta: Attamen is qui minor eſt in regno cœ-
lorum, maior illo eſt.
12 *Porrò à diebus Ioannis Baptiſtæ vſque ad*
hunc diem regnum cœlorum vim patitur, &
violenti rapiunt illud.
13 *Nam omnes Prophetæ & ipſa lex, vſque*
ad Ioannem prophetauerunt.
14 *Et ſi vultis recipere, ipſe eſt Elias ille qui*
venturus erat.
15 *Qui habet aures ad audiendum audiat.*
16 *Sed cui aſſimilabo generationem hanc? Si-*
milis eſt pueris qui ſedent in foris, & accla-
mant ſodalibus ſuis, ac dicunt:
17 *Tibia cecinimus vobis, & non ſaltaſtis,*
lugubria cecinimus vobis, & non planxiſtis.
18 *Venit enim Ioannes nec edens, nec bibens,*
& aiunt; dæmonium habet.

19 Venit Filius hominis manducans & bibens,& dicunt:Ecce homo edax & vini potator, publicanorum amicus & peccatorum. Et iuſtificata eſt ſapientia à filiis ipſius.

Venit filius hominis edens & bibens, & dicunt; En hominem comedonem & vini potorem, publicanis amicum ac peccatoribus, & iuſtificata eſt ſapientia à filijs ſuis.

20 Tunc cœpit exprobrare ciuitates, in quibus factæ ſunt plurimæ efficacitates eius, quia non pœnituiſſent.

Tunc cæpit exprobrare ciuitatibus, in quibus edita fuerant plurima virtutes ipſius quòd ſcelerum eas non pœnituiſſet.

21 Væ tibi Chorazin, væ tibi Bethſaida, quia ſi in Tyro & Sidone factæ eſſent efficacitates factæ in vobis, olim in ſacco & cinere pœnituiſſent.

Va tibi Chorozain, va tibi Bethſaidam, quoniam ſi in vrbe Tyri, aut Sidonis facta fuiſſent virtutes quæ facta ſunt in vobis, olim in ſacco & cinere ſcelerum ſuorum pœnitentiam egiſſent.

22 Cæterùm dico vobis, Tyro & Sidoni remiſſius erit in die iudicij, quàm vobis.

Attamen dico vobis, Tyro & Sidoni tolerabilius erit in die iudicij, quàm vobis.

23 Et tu Capharnaum, quæ vſque cœlum altè poſita vſque infernum demittêris. qnia ſi in Sodomis factæ fuiſſent efficacitates factæ in te, manſiſſent vſque hodie.

Et tu Capernaum quæ es vſque ad cælum exaltata, vſque ad inferos detrahêris; quoniam ſi in Sodomis edita fuiſſent virtutes quæ edita ſunt in te, manſiſſent vſque ad hodiernum diem.

24 Cæterùm dico vobis, quòd terræ Sodomorum remiſſius erit in die iudicij, quàm tibi.

Verumtamen dico vobis quòd Sodomis tolerabilius erit in die iudicij, quàm tibi.

25 In illo tempore reſpondens Ieſus, dixit: Confiteor tibi, Pater, Domine cœli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & intelligentibus, & reuelaſti ea imbecillis.

In illo tempore reſpondens Ieſus dixit: Gratias ago tibi Pater Domine cæli & terræ, quòd abſconderis hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaris ea paruulis.

26 Ita Pater, quoniam ſic fuit placitum ante te.

Certè Pater ſic fuit bona voluntas apud te.

27 Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo. Et nemo agnoſcit Filium, niſi Pater: neque Patrem quis agnoſcit, niſi Filius, & cui voluerit Filius reuelare.

Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo, & nemo nouit filium niſi Pater, neque Patrem quiſquam nouit niſi filius, & cuicumque voluerit filius reuelare.

28 Venite ad me omnes laborantes, & onerati, & ego recreabo vos.

Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego refocillabo vos.

29 Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde: & inuenietis requiem animabus veſtris

Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me quòd mitis ſim & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris.

30 Nam iugum meum blandum, & onus meum leue eſt.

Iugum enim meum commodum eſt, & onus meum leue eſt,

CAPITIS VNDECIMI

ARGVMENTVM.

D*E laudibus Ioannis, & exprobratione Iudæorum, & aliquarum ciuitatum agit hoc caput, quod diuiditur in quatuor partes.* In prima *agit de commendatione Ioannis, reſpondens ad eius diſcipulos, iuxta illud*: & reſpondens Ieſus. *In* ſecunda *de exprobratione Iudæorum, qui nec prædicatione Ioannis, nec ſua moti fuerunt ad pœnitentiam, iuxta illud*, tunc cœpit exprobrare. *In* quarta *tandem agit de commendatione humilium, & exhortatione diſcipulorum ad humilitatem, iuxta illud*, in illo tempore reſpondens Ieſus.

Nvm. 1. Et factum eſt cùm conſummaſſet Ieſus præcipiens duodecim diſcipulis ſuis, tranſit inde vt doceret & prædicaret in ciuitatibus eorum.

Senſus litteralis, & moralis.

E*T factum eſt cùm conſummaſſet*, Phraſis Græca, vt beneadnotant Salmeron. & Maldonat. pro eo quod eſt cùm finem feciſſet præcipiendi Apoſtolis, non quòd omnia fuerint præcepta, quæ eis dixit, ſed largo modo accipi debet ly *præcipiens*, quatenus inſtructio illa partim continet præcepta, partim conſilia. Salmer. Maldon.

1. *Chriſtus nunquam otioſus.* Raban. *Tranſit inde.* Miſſis diſcipulis ſolus remanens ne otioſus exiſteret, tranſit ipſe ad prædicandum. Vnde Raban. *Poſtquam diſcipulos ſuos Dominus ad prædicandum mittens, præmiſſis verbis eos inſtruxit, ipſe etiam quod docuerat verbis, factis implevit, offerens primam prædicationem Iudæis*, quod expendens Ianſen. & ponderans, Dominum non ſuffeciſſe Apoſtolos miſiſſe, ſed quòd ipſe etiam voluit poſtea, & per ſe ipſum ire, ſic grauiter ait, *multum diſſimilis Chriſtus, multis noſtri temporis paſtoribus, qui ſatis eſſe putant, quòd prædicationis officium, vicarijs quibuſdam commiſerint.* De qua re ſatis abundè in noſtris commentariis in Sapientiam, *tomo* 2. *homil.* 68. §. 2. ad quem meum remitto lectorem, dum nos aliò properamus. Ianſen. 2. *Epiſcopi non prædicantes, quàm Chriſto diſſimiles.*

Remig. Pulchrè Remig. obſeruat, poſt traditam peculiarem doctrinam, Dominum noſtrum Apoſtolis perfectiſſimam, vt perfectis, ad generalem, & communem tranſiſſe, prædicando vt omnibus prodeſſet, *in quo monentur etiam*, ait, *ſancti Prædicatores, vt omnibus prodeſſe ſtudeant.* Apta admonitio. nam pudet dicere, quæ in his temporibus videmus & audimus, in villis, vbi pauperes, vbi idiotæ, vbi vix, qui doctrinam callent Chriſtianam, de ſumma diſcurſunt Theologia, de reconditis Scripturæ ſenſibus, de arcanis conceptibus, talibus verborum inuolucris, vt ſic ieiuni exeant, ac ad prædicationem acceſſerunt. In vita Venerabilis Annæ, à Sancto Bartholomæo Carmelita deſcalceata legitur, puerula dum eſſet, vix octo, aut nouem attingens annos, cùm in ſua villa famoſum audiſſet prædicatorem, exclamantibus vniuerſis, illa plorans redibat domum, quam ſoror grandis ſciſcitans de cauſa: *quia*, reſpondit, *malè prædicauit pater; cui illa, & quid tu ſcis, ſi bene, an malè prædicauit*; & illa plus omnibus prudens, *quia*, reſpondit, *nil dixit de Chriſto crucifixo, de eius ſequela, de eius virtutibus.* O tremendum horum iudicium, dum ſua culpa, quia non ſic vt debuerunt prædicarunt, multæ damnantur animæ, non damnandæ, ſi vt par eis Dei verbum diſſeminaſſent. Sed ad rem. 3. *Prædicatores ad captum auditorum ſe accommodare debent.*

Adnotant Doctores, Matthæum nil dixiſſe de prædicatione Apoſtolorum, ſicut Lucæ c. 9. *egreſſi autem circuibant per caſtella, euangelizantes & curantes vbique*, & Marc. 6. *& exeuntes prædicabant, vt pœnitentiam agerent, & dæmonia multa eijciebant, & vngebant oleo multos ægrotos, & ſanabantur*, in quo loco placet quod obſeruat Salmer. de oleo, illud nempe non eſſe extremæ vnctionis, ſed naturale, in quo diuina virtus reſidés ſanabat, quod multis probat, & eſt vera ſententia, quidquid Theophyl. & Beda dicant; cuius obſeruatio placet etiam, cur ſcilicet Euangeliſtæ ſanctiſſimi tot miranda de Chriſto præterierunt? reſpondens, hoc eueniſſe, ob magnitudinem factorum Chriſti, quæ ſi ſcribenda eſſent, *mundus capere non poſſet libros*, vt ait Ioannes, ex quo differentiam haurit Euangeliſtarum, ac mũdanorum hiſtoriographorum. nam iſti mendicant facta, & vt impleant volumen, conſarcinant verba. Quid? immo adde, quòd ſæpe & mẽtiuntur, aut formando quæ nunquam fuerunt, aut adaptando aliquibus quæ alij fecerunt; non ſic ſanctiſſimi Euágeliſtæ, ſimpliciter ſcribentes, ſine fuco, ſine verborum inuolucris inter infinita ea ſelegerunt, quæ magis illis ad rem vix ſuperabundante, non deficiente, ſcriptis, materia. 4. *Euangeliſtæ, cur multa facta Chriſti reliquerunt.* Theophyl. Beda.

In ciuitatibus eorum; quæ hæ ciuitates? Euthymius, Hugo Galilææ, quia Apoſtoli erant è Galilæa; alij ciuitates, in quibus prædicarunt Apoſtoli, Salmer. alij per ciuitates Iudæorum, intelligunt, *obſeruans quod docuerat*, ait Caietan. ſic Beda, Euthym. Abulenſ. Maldonat. & optima eſt expoſitio. Euthym. Hugo. Salmer. Caiet. Beda. Euthym. Abulenſ. Maldon.

Ioannes autem, cùm audiſſet in vinculis opera Chriſti, mittens duos ex diſcipulis ſuis, ait illi. Nvm. 2.

Tu es, qui venturus es, an alium expectamus. Nvm. 3.

NVM. 4. Et reſpondens Ieſus ait illis, euntes renunciate Ioanni, quæ audiſtis, & vidiſtis.

NVM. 5. Cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt pauperes euangelizantur.

NVM. 6. Et beatus eſt qui non fuerit ſcandalizatus in me.

Senſus litteralis, & moralis.

Abulenſ. Salmer.

1\. *Quando hoc euenit.*

IOannes autem. Obſeruandum cum Abulenſe, & Salmer. hoc non accidiſſe poſt miſſionem Apoſtolorum, ſed antè, vt conſtat ex Luc. *cap.* 7. qui ordinem hiſtoriæ eſt ſequutus, nam ſtatim poſt ſermonem in monte deſcendit Dominus in Capharnaum, ante cuius ingreſſum, leproſum ſanauit, deinde ſeruum Centurionis a paralyſi liberauit. Inde profectus in ciuitatem Naim, filium viduæ mortuum reſucitauit, ex quibus miraculis omnes obſtupefacti, & admirati, exclamantes dicebant, vt ait Luc. *quia Propheta magnus ſurrexit in nobis, & quia Deus viſitauit plebem ſuam.* Cùm ergo fama tantorum miraculorum vndique percrebuiſſet, peruenit etiam ad Ioannem, dum eſſet in vinculis, vnde miſit duos è diſcipulis ſuis, vt narrat hic Matthæus, *& exijt hic ſermo*, ait Luc. *in vniuerſam Iudæam de eo, & in omnem circà regionem, & nuntiauerunt Ioanni diſcipuli eius de omnibus his, & conuocauit duos de diſcipulis ſuis Ioannes, & miſit ad Ieſum, dicens, Tu es.* Neque faceſſit multum, quia dicitur quòd *pauperes euangelizantur*, vt ob hoc dicatur hanc Ioannis miſſionem fuiſſe poſt Apoſtolorum prædicationem. nam, vt bene Salmeron. verbum Græcum eſt indifferens ad actiuum, & paſſiuum, & poteſt intelligi, *euangelizantur*, hoc eſt, libenter ſe deſinunt euangelizari, & recipiunt Euangelium, vel quia iam Apoſtoli, electi ad Apoſtolatum, accingebantur ad euangelizandum, hæc omnia libenter hac

2\. *Euangeliſtæ parum de ordine rerum curarunt.* vice tibi appoſui, etſi hæc ac ſimiles quæſtiones parum ad ſubſtantiam rei faciant, vt videas ro vera Euangeliſtas ſanctos, non multum curaſſe de ordine, & conſecutione rerum, ac mirabilium

3\. *Cur hoc fecerunt.* Chriſti, ſed de veritate, & ſubſtantia, & magnitudine eorum; ad quæ allecti, & veluti extra ſe facti, de ordine tanquam quod minus ad rem, parum curarunt.

4\. *Ioannis diſcipuli quo ſenſu ad illum retulerunt magnalia Chriſti.* Ioannes ergò, vt refert Luc. à diſcipulis ſuis audiuit famam miraculorum Chriſti, at quo animo hæc illi retulerunt, licèt non ſatis conſtet ex Euangelio, tamen, vt bene omnes autores, ex aliis euangelicis locis colligitur, ex zelo ac inuidia famæ Ioannis, quam per opera Chriſti obſcurari valde dolebant, vnde, vt ſuprà diximus, *cap.* 9. cum Phariſæis ſe coniunxerunt contra Chriſtum, quando dixerunt, *Quare nos, & Phariſæi, ieiunamus frequenter, diſcipuli autem tui non ieiunant?* & Ioannes 3. Rabbi, *qui erat tecum trans Iordanem, cui tu teſtimonium perhibuiſti, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad illum*, ergo è ſenſu Chriſti operum illud retulerunt, quod equidem pro certo, mea ſententia, ſtatuendum, vt vera interpretatio dicendorum intelligatur, vt mox videbimus.

Salmeron. *In vinculis.* Hoc addit Matthæus, quod obſeruans Salmer. eruit Tyrannos non poſſe à ſanctis adimere viſiones Dei diuinas, & ſi in vinculis eos conuciant, immo tunc magis hos profi[illegible] e. c, quia Dei ſecreta non in delitiis aperiuntur, ſed in tribulationibus, vinculis, & carceribus. *Geneſ.* 41. 8. myſterium ſomni intelligit Ioſeph in vinculis, quando Magi Pharaonis, in delitiis exiſtentes cæcutiebant. *miſit ad omnes coniectores Ægypti, cunctoſque ſapientes, & accerſitis narrauit ſomnium, neque erat qui interpretaretur*; ſic pari modo *Daniel* 1. ſomnium Nabuchodonoſor reuelatum eſt Danieli captiuo, & legumina comedenti, quando Magis & Ariolis debacchantibus occluſum, at libet hic curioſiùs inquirere Pharaonem vidiſſe ſomnium, & eius non oblitum, ita vt eum narrare Ioſepho potuit, at Nabuchodonoſor vidiſſe ſomnium, ſed ſomnium fugit ab eo, ibi *num.* 3. cur ergo à Pharaone ſomnium non fugit, à Nabuchodonoſore fugit; pende ſomnia, & mea ſententia myſterium intelliges, Pharao ſomniauit, calamitatem venturam, vt ei prouideret, Nabuchodonoſor Regnorum vanitatem; ac excidium prorſus irremediabile; reminiſcatur ergo Pharao ſomni ſui, vt prouideat, obliuiſcatur Nabuchodonoſor, vt ex obliuione intelligat, nihil eſſe Regna, nihil eorum gloriam, ac ſic pertranſire, vt neque memoria eorum amplius remanebit, *nil*, inquit Philo, libro quòd Deus ſit immutabilis, *eſt in humanis rebus, ac negotijs præter vmbram, auramque leuiſſimam, ſine mora prætereuntem, eunt enim vltro citróque, tanquam æſtuaria.* Pulchrè hoc vltimum, quid per æſtuaria maiores ipſe intelligit fluctus, vltro citróque refluentes, modò aquis opplentes terram, modò ſiccam eam relinquentes. Sic, ait, ſunt regna. At meliùs, meâ ſententia dixiſſet, ſi illa comparaſſet paleis, illiſque in littus ab æſtibus periactæ, in mo[illegible]es exurgentes, ita leues, vt vix paruo ſufflante vento arripiuntur, ac in nihilo rediguntur, & non amplius apparent. Vnde Daniel *vbi ſupra* num. 35. *Contrita ſunt pariter, ferrum, æs, argentum, & aurum, & redacta in fauillam, quaſi æſtiuæ areæ, quæ rapta ſunt a vento, nullúſque locus inuentus eſt eis.* Meritò ergo Nabuchodonoſor ſomni oblitus, non Pharao, cuius interpretationem Ioſeph in vinculis eſt aſſequutus, non Magi, ſicut Daniel, non verò Chaldæi, quos aduocauerat Nabuchodonoſor, quia tribulationes ſunt, quæ dant intellectum, & per quas Dei cognitio aperitur, *Princeps exercitus Aſſyriorum*, ait Scriptura, 2. Paralip. 33. n. 11. *ceperunt Manaſſem, & vinctum catenis atque compedibus duxerunt in Babylonem.* Pende anteriorem vitam huius Regis, & peiorem non inuenies vnquam. Rex Idololatra ſanctiſſimorum occiſor, vſque ad ſatietatem, templi violator, legum deſtructor, non enim malum inuenies, quod non egerit in delitiis exiſtens à vinculis abſolutus, at in vinculis, quid Regi impio Idololatræ, ac Dei inimico, qui tantum ſanguinem Sanctorum, & innocentium fuderat, vt habetur 4. *Reg* 23. Sane intellectus, vnde ſequens Scriptura ait, *qui poſtquam coangustatus eſt, orauit Dominũ Deum ſuum, & egit pænitentiam valde coram Deo patrum ſuorum*; vnde qui in delitiis ſurdus, & cæcus ſanctiſſimos occidens Videntes, hoc eſt, Prophetas, cũ in nomine Domini coarguentes, poſtea in vinculis exiſtens, f[illegible]us eſt videns, oculos habens apertos, mirabilia opera excelſæ virtutis, vt in ſupradicto capite videre licet.

5\. *Dei viſiones & fauores in tribulationibus & vinculis aſpiciuntur, non in delitijs.*

6\. *Somnium cur à mẽte Pharaonis non fugit, bene tamen à Nabuchodonoſor.*

7\. *Regna tranſeunt vt quaſi qualia, & eorum gloria.*

8\. *Tribulationes dant intellectum.*

At amplius; quid vincula, & tribulationes operantur, ſuperiorem ſcilicet & altiſſimam Dei cognitionem, ac ſummam eius contemplationem, cùm in ipſis Sanctis tam differens eſt Dei cognitio, ante & poſt tribulationem, vt quæ poſt tribulationem,

latione m, reſpectu eius, quæ antè non cognitio, ſed viſio dici quodammodo poſſit. Enim verò ſanctiſſimus ille Iob c. 42. n. 3. hoc quod diximus aper-

9. *Tribulationes ſummam pariunt contemplationem ac Dei viſionem.*

tiſſimè confitetur, nempe ante tribulationem ex auditu Deum cognouiſſe, at poſt tribulationem ex oculo, ex viſione: *auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te.* Quid hoc? nunquid Deus oculis corporeis videtur, aut eſſentia illa diuina ſublimis, & alta cernitur etiam & in hac vita? nil minus, ſcriptum eſt enim, *non videbit me homo, & viuet,* ergo quomodo Sanctus illud affirmat? Sanè ob tationem dictam, ob differentiam ſcilicet cognitionis, ante & poſt tribulationem, nam hæc reſpectu illius non auditio, ſed viſio dici poterat, quod

Gregor.

egregiè, vt aſſolet, dixit ſanctiſſimus Gregor. hunc exponens locum: *Quanto viſus,* ait, *ſuperior eſt auditu, tanto differt ab eo quod prius extitit, & hoc ex eo quod poſtmodum per flagella perfecit.* Egregiè poſt flagella, tanto altius ſe ad perfectionem erexit, quanto viſus in ordine ad Dei cognitionem ſuperior eſt auditu. Vnde dictus Sanct. ait, *interno enim oculo veritatis lumen magis conſpexerat, ideo humanitatis ſua tenebras diiudicans plus videbat.* Magiſtraliter, equidem Sanctus erat Iob, antè in delitiis ac diuitiis viuens; at Deum ex auditu, hoc eſt, non internè, vt ſic dicam, ſed externè tantùm ex iſtis inferioribus cognoſcebat, ac veluti, ſi dicas, per actiuã contemplationem, qua anima ſe erigit ad Deum per creaturas illas diſcurrendo tranſuolans, à ſingulis audiens, non ſumus nos, *ipſe fecit nos.* hinc ex auditu ad Dei aſſurgit cognitionem: At poſt tribulationem iam non amplius externè, nec per externas creaturas, ſed interno oculo, vt ait Sanctus, hoc eſt, per paſſiuam contemplationem, non diſcurrendo, & audiendo, ſed admirando, ſed obſtupeſcendo, ſed aſpirando, ſed ardendo lumen illud diuinum, non tantum audit è foris, quantum videt ab intus. Hinc, vt diuiniſſimè Sanctus, humanitatis ſuæ tenebras *diiudicans*, hoc eſt, relinquens, ab illis ſe ſeiungens, corporea deſerens, ad ſpiritualia, & ſublimia ſe erigens in luſtroſam illam caliginem intrans, plus non iam audiebat, ſed (ſcilicet fidei oculo) videbat. En tribulationis fructus, Dei viſio, en vinculorum præmium, altiſſima contemplatio. Vnde dum Ioannes in vinculis opera Chriſti audit, & diſcipulos ad Chriſtum mittit, Dominus diſcipulis reſpondit: *Dicite Ioanni, non ſolum quæ audiſtis, ſed quæ vidiſtis,* vt iam Ioannes non amplius Chriſtum ex auditu, ſed ex viſu cognoſceret, quia in vinculis.

10. *Tribulationes cor emolliunt.*

At amplius tribulationes efficiunt, & valde mirum, cor ſcilicet durum emollire. Sic vt impreſſiones, ac diuinas audire poſſit inſpirationes, conſilia, monita quæ ante obduritiem reſpuebat. Audi Iob cap. 23. num. 16. *Deus*, ait, *molliuit cor meum, & omnipotens conturbauit me*; hoc poſtremum ratio eſt prioris, cur molliuit? Sanè per conturbationem, per flagella, per tunſiones.

Auguſt.

Vnde Auguſtin. *molliuit*, ait, id eſt, variis afflictionibus *contriuit.* Et Dauid ſanctiſſimus Pſalm. 68. num. 21. *Improperium expectauit cor meum.* Quid expectauit; ex Hebræo, *fregit, contriuit.* tale ergo conſtituerunt tribulationes ſanctiſſimi Iob cor, vt etſi in principio tribulationis triſtes effundebat lachrymas, ac pias de Deo querelas; poſt tribulationes ſic cor eius emollitum, vt de illis tripudiaret, totum ſe Dei ordinationibus ad-

Gregor.

aptans: *Molle*, ait D. Gregor. hîc, *eſt quod penetrari poteſt.* & iuxta Philoſophos id quod externam figuram facile recipit; ſic equidem, qui cor habent mollitum ex tribulationibus, vnde non mirum quòd Ioannes ſanctiſſimus opera audiſſet Chriſti, dum in vinculis, & quod ſtatim ad illum diſcipulos miſerit interrogans, *tu*, &c.

Sed nolo hinc excedere ſine animaduerſione, vt attendant, qui ex tribulationibus potius obdurarunt, quàm emolleſcant, ponentes cor ſuum vt adamantem, iuxta illud Zachar. 7. 12. *Poſuerunt cor ſuum vt adamantem, ne audirent legem*, in quo loco Chaldæus legit, *poſuerunt cor ſuum durum vt adamantem.* Cuius duæ potiſſimæ

11. *Adamantis proprietates.*

ſunt proprietates, vt affirmat Plinius, & præſertim de Arabico, durities ſcilicet, & frigiditas talis, vt nullo igne colliqueſieri poſſit: *Duritia*, in-

Plin.

quit Plinius, *inenarrabilis, & ſimul ignium victrix natura.* Videant ergo, qui tale poſſident cor, & attendant horribilem pœnam eis correſpondentem, quæ ſola ſufficere deberet, quando alia non adeſſet, nempe adſimili iudicio Deum eos punire; ſcilicet ſe vt adamantem in illos conſtituere, cor obtinentem frigidum, & durum. forſitan amice, hoc non audiſti, ſed veriſſimum eſt quod dico, & ne à Sanctis illud emendicem, ſed ab ipſamet Scriptura. Audi Amos cap. 7. num. 8. videns Dominum *ſuper murum litinum*, ad illum Deus, *Quid tu vides Amos?* Cui ille: *trullam cementarij*, & Deus, *Ecce ego ponam trullam in medio populi mei.* Quem locum ſic extulerunt

12. *Deus cum quibus cor poſſidet adamantinum.*

L X X. *oſtendit mihi Dominus, & ecce ſtabat ſuper murum adamantinum, & in manu eius adamas; & dixit Dominus ad me: Ecce ego ponam adamantem in medio populi mei Iſraël.* Quid per adamantem? Sanè Cornel. ipſe Deus durior ipſis pecca-

Cornel.

toribus, quos durior ac fortior conteret; *nam malo nodo*, ait Theodoret. *malus quærendus eſt cuneus,*

Theodor.

& mens ac facies adamantina adamantino malleo contundenda eſt. Ergo pœna cordis adamantini, &

13. *Ariditas ſæpe vnde veniat.*

quod Dei inſpirationibus ac ictibus reſiſtit, eſt Deus ipſe vt adamas frigidus & durus, quando clamabit, ex quo habes, amice, ſi ſpiritualis, qui hæc legis, & in ſiccitate cordis poſitus per annos te vides clamantem, & non exaudiri, neque cor tuum emolleſcere, & ſi infinita ſint exercitia ſpiritualia, ac propè continua oratio. Tamen ſemper ſiccis oculis cœlum aſpicis, nullam audis vocem clamoribus reſpondentem. & hoc non per vnum, & alterum diem, ſed per annos, ne mireris, neque animum deſpondeas, miſericordia eſt, licèt iuſtum Dei de te iudicium in hac vita, vt æternum refugias; aſpice quot annos te Deus ſit inſequutus, ac recole quàm durum poſſediſti cor, rememorare quoties ictus reſiliſti, & aures obſurduiſti, & humiliter te iudicio ſubmittas diuino, patienter expectans, ſicut patienter te Deus expectauit, inclamans ſemper, nunquam deſiſtens, noctu diuque humiliter, perſeueranter; quod faciens, ſi ad hæc ſanguine pretioſiſſimi Dei agni, eius cor illinies, confide, quòd illud emolleſces. & tandem cùm Ioannem, ad illum accurres, & tibi ipſe ſua reuelabit opera, totus in tui amorem liquefactus; ſed ad noſtra.

Miſit duos. Cur non vnum? *ob decentiam*, re-

Salmer.

ſpondet Salmeron, & rectè, quòd ſi ad mores hoc applicare velis, vide, an & hoc facto reprehendantur ſuperiores illi, qui ſolos & inaſſociatos, ſuos mittunt ſubditos; Ioannes etſi ad Chriſtum duos mittit, non vnum, hodie ad parentes, & ad alia neſcio quæ, ſoli mittuntur Religioſi,

15. ligioſi, ne mirentur; ergo ſi ſcandala poſtea eue-
Religionum ſuperiores malè agunt ſolos ſuos mittentes religioſos. niunt. At cur non plures maieſtatem reſpectant Chriſti? Sanè perquam optimè Salmer. quia Ecclesia Chriſti non tantum conſiſtit ex numeratione, quantum ex ſucceſſione. *Vera enim*, ait, *Dei Eccleſia, non eſt in præſenti ſemper ſita multitudine, verùm in continuatione potiùs, & ſucceſſione cum maioribus minimè interrupta.*
Salmeron.
16. O ſi ſenſum meum
Eccleſia non tantum numero, quantum ſucceſſione conſiſtit. poſſem in hac re aperire, quæ dicerem, timent Prælati ſanctiſſimi paucitatem multitudinis Eccleſiæ, ne fides in paucis deueniat, aut conſirmatur; quid ex hoc? intolerabilia prorſus tolerant, ſic vt verè quodammodo, & ſi fideles, infideli-
17. ter viuant, & Dei Eccleſia repleta inueniatur
Prælatorum conniuentia quantum Dei officit Eccleſia. ſordibus, & neſcientibus ipſis, vt D. Hieronym. exclamabat, hæreticos ſe inueniant ob tolerantiam, non ſtat Dei Eccleſia in multitudine, ſed
Hieron. in ſucceſſione. Tres optimi plus valebunt, quàm omnis illa malorum multitudo, plus enim valuit Liberius ſummus Pontifex, Athanaſius & Oſius, quàm omnis illa turba Arrianorum Principum & Epiſcoporum; ſed redeo. Miſit ergo Ioannes duos ex diſcipulis ſuis ad Chriſtum, & quid ei?

18. *Tu es qui venturus es*, &c. Mirum quantam dif-
Senſus horum verborum qui. ficultatem veteribus hæc interrogatio Ioannis inceſſit, cùm pro vera interrogatione, & dubitatione illam accipientes difficilis erat nodus ſoluendus, quomodo poſſibile, vt de Chriſto ille dubitaret, an eſſet Meſſias venturus, qui tot viribus de illo ipſemet aſſeruiſſet, & hoc antea quàm miracula faceret, & cùm vidiſſet Spiritum ſanctum ſuper Chriſtum, vnde ei dubitatio? pro-
Iuſtin. pter hanc difficultatem, Iuſtinus *quæſtione* 38. *in*
Tertull. *Orthodoxus*, (ſi eius eſt liber) & Tertullianus *contra Marcionem*, planè non dubitant, aſſerere, verè Ioannem de Chriſto addubitaſſe, rationem adiungens Tertullianus, quia ſpiritus prophetiæ à Ioanne in Chriſtum receſſit, credidit forſitan homo inſignis, ſpiritum prophetiæ eſſe paſſerem quendam à Ioanne in Chriſtum auolantem; ſic aliquando dormitat bonus Homerus, vt videas hominum omnia ingenia, etſi magna, & admirabilia eſſe deficientia & ignorantias, aliquando promere craſſas, vt recordetur quia homines ſunt, eſt tandem error purus, refutatione indignus.

Alij videntes hoc eſſe abſurdum, affirmarunt verè non dubitaſſe Ioannem Chriſtum eſſe Meſſiam, ſed ignoraſſe ipſum eſſe moriturum, & ad inferos deſcenſurum. Huius opinionis fuerunt ali-
Ambroſ. qui apud Ambroſ. *lib.* 5. *in Lucam*, quos non refutat, quòd an in infernum eſſet deſcenſurus, apertè
Gregor. affirmat Gregor. *hom.* 1. *in Ezech.* fuit Euſebij Emiſ-
Emiſſen. ſeni, Iuliani Pomerij, & vt bene Maldon. meliore
Pomer non inuenta in eam magna pars veterum iuit,
Theophyl. eius mentionem facit Chryſoſt. & Theophyl. &
Chryſoſt. refutant. Quî enim fieri potuit, vt maximus Pro-
Salmeron. phetarum ignoraret, quæ tunc nemo doctus, &
19. qui vaticinia Prophetarum legiſſet, ignorare po-
Ioannes cur ſe ad modum dubitantis habuit. terat? Hanc opinionem ex profeſſo multis impugnat Salmeron. vide apud illum; nam cùm hodie prorſus antiquata non eſt, cur in ea multum immoremur.

Hieron. Hilar. Chryſoſt. Auct. Imp. Cyrill. Euthym. Theophyl. Rupert. Abulenſ. Maldon. Salmeron. Vera ergo, & indubitata ſententia eſt Hieron. Hilarij, Chryſoſt. Auctor Imperf. Cyrill. Alexand. Euthym. Theophyl. Rupert. Abulenſ. Mald. Salmer. & omnium recentiorum, non Ioannem, ſed diſcipulos eius dubitaſſe: ipſe verò eorum ſaluti conſulens ad modum dubitantis ſe geſſiſſe, infirmus cum infirmis, vt eos ad ſalutẽ redderet. Ratio huius eſt occaſio miſſionis. Miſit, quia miracula audiuit, ante miracula non dubitauit. Quomodo ergo poſt miracula dubitaret; ad modum ergo dubitantis ſe habuit, vt omnem dubitationem à pectoribus eriperet diſcipulorum, pro ipſo zelantium, quod nullo aptius fieri potuit medio, intelligetur, ſi rationem intimam miſſionis attendas, quam excellenter exprimit Salmer. Salmer.

Duo enim inſunt, fidei propenſio, & promptitudo ad credendum, quam Deus infundit, alterum determinatio credendorum, quæ fit ab Eccleſia. Quid ergo Ioannes, & ſpõſi paranymphus, ſciens Chriſtum ſponſum eſſe Eccleſiæ, ac ipſum vt talem demonſtraſſe, iuxta illud Ioannis 3. n. 28. *qui habet ſponſam ſponſus eſt*, voluit vltimum ſuæ legationis perfectiſſimè aſtruere, vt ex ipſomet ore ſponſi per ſigna & miracula illud intelligerent, poterant quippe diſcipuli dubitare, & ſanè non incongruenter poſt mortem Ioannis ipſum ob humilitatẽ illud dixiſſe, cuius ſignum Chriſtum non acceptaſſe, neque aliquid dixiſſe, viuente Ioanne. ergo vt omnino firmum remaneret ſuum teſtimonium, & quod veriſſimum, & non per humilitatem illud dixit, voluit excelſus, & præclarus præcurſor vt ab ore ſponſi determinaretur hæc veritas, & ſciẽt ab eo ipſum conſenſiſſe, & eius approbaſſe teſtimonium, eo viuente, vnde mea ſententia, poſtquam ad eum diſcipoli redierunt, totus in Chriſtum profuſus, ſimul cum illis in terram proſtratus debuit eum vt Meſſiam adorare, proclamare, confiteri, tanto affectu, propenſione ac deuotione, vt prorſus à cordibus diſcipulorum, omni dubitatione remota Chriſtum crederent verum Meſſiam, ob hoc omnes poſt eius mortem Chriſti facti ſunt diſcipuli. Quem ſenſum expreſ-
ſit Hieron. dicens, *non quaſi ignorans interrogat, ipſa enim cæteris ignorantibus, demonſtrauerat, dicens: Ecce agnus Dei, ac Patris vocem audierat, hic eſt filius meus dilectus; ſed quomodo Saluator interrogat, vbi ſit poſitus Lazarus, vt qui locum ſepulchri indicabant ſaltem ſic prepararentur ad fidem, vt viderent Meſſiam reſurgentem, ſic Ioannes occidendus mittit ad Chriſtum, vt per hanc occaſionem videntes ſigna, credant in eum, & Magiſtro interrogante ſibi, diſcerent* Pulchrè hoc poſtremum, Ioanni interroganti reſpondit Chriſtus, non ad eius inſtructionem, qua non indigebat, ſed diſcipulorum, vt omnem prorſus ab eis tolleret dubitationem; ſed apertè hunc ſenſum expreſ- Hieron.
ſit Rupert. qui hoc ipſum quod nos affirmamus, Rupert.
dicens, ſic ait. *Diſcipuli Ioannis aliquando etiam dixerunt. quæ Phariſæi ſcilicet Rabbi, tu illum eſſe Chriſtum dixiſti, ipſe autem, Chriſtum ſe eſſe non dicit: volens igitur, ipſius ex ore auditum eſſe quod Chriſtus ipſe eſſet, miſit duos ex diſcipulis.*

Ex dictis clarè intelligitur conuenientia huius miſſionis, & interrogationis, immo eius neceſſitas, vt ſcilicet omnino, & indubitanter, teſtimonio Ioannis crederetur, fuit enim conueniens, ad confuſionem Phariſæorum contra Chriſtum pro Ioanne zelantium, vt viderent inter ipſum & Chriſtum nullum eſſe zelum, nullam inuidiam, vt ea quæ in veritate concordes, Ioannis, *non ſum ego Chriſtus*, Chriſtus autem in affirmando per opera, & conſenſum.

At quæ ex his nobis vtilitas? multas affert Salmeron. *Prima*, non noſtram, ſed Chriſti glo- Salmer.
riam quærere in omnibus. *Secunda*, vt bene finiamus incepta, dum ſine perſeuerantia nihil fit, vnde & in principio, & in fine ad Chriſtum ſemper tendere debemus. *Tertia*, vt in fine vitæ ſummo ſtudio attendamus fidem noſtram profiteri.

fiteri. *Quartò* tandem, vt ſi velimus ad vltimam perfectionem aſcendere, ad opera Chriſti accurramus. En quanta; ſed quis ea proſequi poteſt, tu mi lector pondera, meliùs equidem facies, nam nos aliò properamus.

Renuntiate Ioanni, quæ audiſtis & vidiſtis. Audita legatione, nullum eis dans Dominus reſponſum, ad miracula, & opera ſe conuertit, non ex verbis, ſed ex operibus, volens ſe manifeſtare Meſſiam, & Chriſtum, quod apertiùs ait *Luc.* 7. nam cùm legationem Ioannis Dominus audiſſet, ait Euangeliſta, *in ipſa autem hora multos curauit à languoribus ſuis & plagis, & ſpiritibus malis, & cæcis multis donauit viſum, & reſpondens dixit illis, euntes renunciate Ioanni.*

20\.
Cur Chriſtus diſertè quæſtioni non reſpondit.

At cur diſertè quæſtioni non reſpondet, neque apertè fatetur, ſe Chriſtum Regem ac Meſſiam eſſe, ſicut Samaritanæ etiam, non interroganti reſpondit, *Ioannis* 4. 26. Ad rem Chryſoſt. quia erant increduli, & non ſic affecti, ſicut Samaritana, pleni zelo auctoritatis magiſtri, vnde ad eos conuincendos, non verbis, ſed operibus

Chryſoſt.

voluit reſpondere; *excogitaſſent*, ait Chryſoſtom. *& ſi non dixiſſent, quòd Iudæi ad ipſum dixerunt, tu de te ipſo teſtimonium perhibes, & propter hoc à miraculis fecit eos diſcere inſuſpicabilem doctrinam faciens, & manifeſtiorem.* At cur manifeſtiorem? *quia,*

21\.
Opera teſtimonia credibiliora quàm verba.

ſequitur Sanctus, *teſtimonium quod eſt à rebus, credibilius eſt teſtimonio quod eſt à verbis.* Hinc tantum hoc Chriſtus fecit teſtimonium, vt maius illud Ioanne affirmauit Ioann. 5. num. 33. *Vos miſiſtis ad Ioannem, & teſtimonium perhibuit veritati. Ego autem habeo teſtimonium maius Ioanne, opera quæ dedit mihi Pater vt perficiam, ea ipſa opera quæ ego facio, teſtimonium perhibent de me, quia Pater miſit me.*

22\.
Chriſtus quantum teſtimonium operum fecit.

Conſidera altitudinem Ioannis Angelum, Eliam, Prophetam, præcurſorem Chriſti, ſanctificatum in vtero, tandem dignum, vt Chriſtus eum laudaret, & tamen potentius teſtimonium erant opera ad affirmandum Chriſtum eſſe Deum, quàm Ioannis dictum. Quid ex hoc? Sa-

23\.
Opera, non verba teſtimonium ſanctitatis.

nè vt intelligas, nullum eſſe hominum teſtimonium ſanctitatis alicuius, quando opera ei deficiunt, & inſuper vaniſſimè homines ſe gloriari Chriſtianos eſſe, ac proinde Dei filios, quando opera eis deficiunt, ſed de hac re infrà; factis ergo, non verbis Dominus reſpondet, *vt non teſtimonio verborum*, vt rectè Caietan.

Caiet.

ſed factorum referendo Ioanni miracula, conuincantur à Ioanne ex ipſis miraculis, & non dubitent ipſum eſſe verum Meſſiam. Egregiè, & ſi multis verbis eos ſuadere tentaſſet Ioannes, Chriſtum eſſe Meſſiam, cùm parum profeciſſet, ex paſſione eius, cæci diſcipuli, miſit eos ad Chriſtum, miracula operantem, vt ex factis perſuaderentur, quod non ipſe potuit ex ſolis verbis.

24\.
Chriſti virtus neceſſaria ad animas lucrandas.

Hinc quando poſtea iſti ad Ioannem redierunt, tune omnino crediderunt, quia ad verba Ioannis addita miracula Chriſti. Vnde ex Ioannis voce, & ex Chriſti miraculis fidem acceperunt, diutumque cor eorum emollitum. Quid hinc? Sanè amice, vt intelligas fru-

25\.
Prædicatores quæ efficere debet vt eam adducerent.

ſtra & vanè prædicatores deſudare, fruſtrà & vanè ſanctos confeſſores, niſi cum eis ſit ſimul Chriſti virtus, & vt hanc conſequantur, duo neceſſaria, oratio feruens magiſtri, ſiue Prædicatoris eam expoſtulantis, & rectiſſima intentio, ob Chriſtum ſcilicet officium fungere, & vt ad Chriſtum animas afferant, non ad ſe propriumque commodum. *Ad Chriſtum miſit*, ait quidam, *non ad Herodem, à quo coniectus in vincula fuerat, vt liberationem obtineret, quia aliorum, non ſuam ſalutem quærebat.* Vnde eleganter obſeruat Hugo in

Hugo.

deſerto Ioannem abſolutè & liberè Chriſtum Meſſiam eſſe affirmaſſe, at quando in Herodis vinculis, veluti ſubdubitaſſe; *quin*, ait, *homines*

26\.
Doctores pauperes veras promunt opiniones; at quando diuites, eas aut mutãt, aut de eis ſubdubitant.

dum ſunt in deſerto paupertatis, veritatem profitentur in moribus, ſed iam ditati mutant opinionem, & iam dubitant, aut negant, quod priùs aſſerebant. Si ad Doctores curiales hoc referas practicè, veritatem huius dicti intelliges. nam dum Principi aſſentiri appetunt, in eius vinculis detenti honorum ac prætenſionum ſanam, quam priùs ac puram tenuerunt doctrinam ambitione, & humanarum rerum deſiderio imbuti; non puram iam ſicut antea, eam affirmant, ſeu propinant, ſed macilentam & fœtidam, ambitionis aqua commiſtam, vnde aut mutant opinionem, aut de ea dubitant, vt omnia fiant probabilia, quæ priùs æſtimabant damnata; ſi cauſam tanti inquiris mali, *quia in vinculis detinentur Herodis.* Ex quo fit

27\.
Qui Prædicatores nõ eunt, ſed mittunt ad Chriſtum.

etiam, vt bene obſeruat idem auctor, vt qui tales, *non eunt, ſed mittunt alios ad Ieſum.* Prædicant famosè, animas ad Ieſum aliquando conuertunt, non equidem multas, cùm ex multis diſcipulis, duos tantùm miſit Ioannes; at ſi mittunt ipſi, non eunt, ex prædicatione potius mundani effecti, quàm ſpirituales.

Quæ audiſtis, & vidiſtis. Auditus refertur ad miracula priùs facta. nam ante hoc tempus reſuſcitauerat filium viduæ, & filium Archiſynagogi, in qua re adnotandum cum Salmerone,

Salmer.
Barrad.

& Barrada, Chriſtum remiſiſſe Ioannis diſcipulos ad miracula, quæ ex ſe tam illuſtria erant, vt licèt Prophetæ etiam miracula feciſſent, tamen nullus eorum, neque Moyſes, ea maieſtate ac authoritate, neque in tanta multitudine ac Chriſtus Dominus noſter; vnde ipſe Ioannis 15. num. 24. *Si opera non feciſſem eis, quæ ne-*

28\.
Magiſtri ſpirituales de conuerſione animarum, nũquam animum deſpondeant.
Iuſtin.

mo alius fecit, peccatum non haberent; nunc autem & viderunt, & oderunt me, & Patrem. Vnde rectè Iuſtinus Martyr *in dialogo cum Tryphon.* ponderat, quod dixit Dominus, *Cæci vident, claudi ambulant*, quia aliqua illorum Prophetæ quidem fecerunt, ſed non omnia, niſi ſolus Meſſias, vnde rectè ille argumentabatur *Ioannis* 7. dicens; *Chriſtus cùm venerit, nunquid plura ſigna faciet, quæ hic facit.* Vnde eos Chriſtus remiſit ad miracula, quæ ab aliis audierant, & ad ea, quæ ipſe ſtatim ante eorum oculos fecit; equidem in gratiam Ioannis, ſuam rectiſſimam ac ſanctiſſimam adiuuans intentionem, ac conatum de conuerſione diſcipulorum, vt ex hoc magiſtri animentur ſpirituales, neque vnquam animum deſpondeant, & ſi per longa non potuerunt cum diſcipulis aliquid efficere tempora, ſtante ſemper firmiter, vt animas ad Ieſum puriſſimè remittant. nam vltimò quando prorſus deſperati, miracula aderunt, & in inſtanti illam efficient conuerſionem, quam per longa priùs non potuerunt tempora, en Ioannis in vinculis & prope mortem conuerſionem effecit diſcipulorum, quam per totam non poterat vitam.

Salmer.

Pauperes euangelizantur. Notandum cum Salmerone, verbum *euangelizare*, & actiuè, & paſſiuè ſumi, ſic in veteri ac in nouo Teſtamento, vt Pſal.

29\.
In quo ſenſu hæc vox accipiatur.

67\. 12. *Verbum Dominus dabit euangelizantibus pacem.* Iſaias 40. num. 9. *Tu qui euangelizas Sion.* In nouo autem frequentiſſimè, Luc. 7. 17. *Euangelizo vobis gaudium magnum*; 4. num. 18. *Euangelizare*

paupe

pauperibus miſit me, & in hac ſignificatione hanc vocem accepit Theophylactus, & Euthym. Salmer. aliique, & conſequenter per pauperes Apoſtoli intelliguntur, cùm paupertas expeditiſſimum medium ſit, ad rectè euangelizandum; ſed, vt benè aduertit Maldonatus, quale hoc eſſet miraculum, & res ſic admiranda, cùm homines etiam abiectiſſimi ſoleāt res magnas etiam annuntiare. ergo potius vox accipienda in ſenſu paſſiuo, & miraculum erat vſque tunc inuiſum, vt

Theophyl. Euthym. Salmer.

30. tanti fierent pauperes, quòd diuitibus præferentur, & potius illis, quàm diuitibus euangelizaretur. Audi Caietanum ſic hanc rem diſertè eloquentem, vt piaculum me facturum ducerem, ſi ad litteram omnia eius tibi non deferrem verba: *Inter miracula teſtificantia Meſſiam*, ait, *connumeratur, quòd pauperes euangelizantur, hoc eſt, accipiunt bonum nuntium, & ſignificatur per hoc differentia inter mundanum & cæleſte regnum, inter mundana, & cæleſtia bona, inter communia bona, nuntia mundana & cæleſtia, quantum ad ordinem, quia mundana bona, communia nuntiantur magnatibus, diuitibus mundi, & per illos deriuantur ad reliquos pauperes, cæleſtia autem bona communia toti generi humano, annunciantur pauperibus piſcatoribus, & alijs huiuſmodi ſequacibus Ieſum, & per illos deriuantur ad alios, etiam mundi Principes.* Nil elegantius. Regnum cœlorum annuntiabatur, Regnum cœlorum Chriſtus prædicabat, ab hominibus obtinendum, res equidem magna ac præclara, numinis excelſus, quis non hoc priùs diuitibus prædicaret, annuntiaret, ſuaderet? Sanè nullus, nam ordo naturæ hoc poſcebat, vt diuites pauperibus præferrentur; at ille qui ſupra naturam Deus veniebat, & homo vt ſe Deum manifeſtaret miracula faciens, ordinem inuertens naturalem, non prius diuitibus, ac magnatibus, ſed pauperibus, mendicis, & abiectis, voluit eum regnum euangelizare, vt nulla, ſicut ait Hieronym. *inter nobiles, & ignobiles, inter diuites & egenos in prædicatione diſtantia ſit.*

Quomodo erat miraculum pauperibus euangelizari.

Hieron.

31. Quod cùm vides in Dei Prædicatore, æquè ſcilicet pauperibus, ac diuitibus, immo potius illis Dei Regnum prædicare; da hominem eſſe veritatis, da verum Chriſti imitatorem, da tandem virum miraculoſum; vnde ſequens Hieronym. ait, *hæc*, pauperibus ſcilicet, æquè atque diuitibus prædicatio, *magiſtri rigorem, hæc præceptoris comprobant veritatem, quando omnis apud eum; qui ſaluari poteſt æqualis eſt.*

Qui prædicator miraculoſus.

Hieron.

Et beatus qui non fuerit ſcandalizatus in me. Quid hoc? aliqui ſententiam accipiunt generalem, ſic Maldunat. & Barrad. aliique, vnde ſenſus: Beatus qui vnde vitam haurire debuit, mortis occaſionem non acceperit, & qui ex miraculis fidem haurire debet, accuſandi occaſionem ſumit, vt Phariſæis, & ſcribis contingit, viſu miraculo reſurrectionis Lazari: at non video cur nunc, & qua occaſione ſic generalem propoſitionem Chriſtus proponere debebat. Hinc ampliùs mihi placet opinio Hieronym. Chryſoſt. Bedæ, Ianſen. & aliorum, qui hoc dictum referunt ad diſcipulos Ioannis, tanquam Deus cogitationes eorum cognoſcens, in eum ſcandalum patientes, quaſi hominem non ſequentem eam vitæ auctoritatem, quam Ioannes eorum Magiſter; hinc in eorum corda intrans eos percutit, vnde Chryſoſt. *inter nuntios percutit, quia enim ſcandalizabantur, in ipſo dubitationem eorum non diuulgans, & ſoli eorum conſcientiæ relinquens, redargutionem eorum latenter induxit.* En quare, vt bene obſeruat Ianſen. ſumma Chriſti benignitas attendenda, dum ſic Ioannis diſcipulos arguit, ſic ſe Deum illis oſtendit, vt eorum ſcandalum, ſiue infidelitatem aliis non detegat, quod equidem magnum ſacris Dei Prædicatoribus documentum eſſe debet, verba ſic moderare, ac dirigere, vt etſi ſuæ conſcientiæ peccator conſcius percutiatur ex illis; tamen nullum inde detrimentum famæ, aut honoris patiatur.

Maldon. Barrad.

32. *Verus ſenſus horum verborum.*

Hieron. Chryſoſt. Beda. Ianſen.

Chryſoſt.

33. *Prædicator quomodo reprehendere debet.*

Annot. Moral. CII.

Non Chriſtianus, qui opera non facit Chriſtiani.

R*Enuntiate Ioanni, quæ audiſtis, & vidiſtis.* Iam, vt in commentario dicebamus, Ioannes ad Chriſtum diſcipulos miſit, vt omnem à cordibus eorum dubitationem & incredulitatem pelleret, dum inſufficiens ille fuiſſet verbis tantùm Chriſtum eſſe Meſſiam eis perſuadere; at Chriſtus, vt ſuam probaret diuinitatem, filiationemque naturalem diuinam, non ad verba, ſed ad opera ſe remiſit, tanquam maius teſtimonium, & fortius, vt ſic teſtatum ſe Deum eſſe omnino relinqueret, 1.
immo abſolutum à fide illum iudicat, ſi non opera faciens diuina in illum non credat. Ioan. 10. num. 37. *Si non facio opera Patris mei, nolite credere.* & cap. 15. num. 24: *Si opera non feciſſem in eis quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent.* & tamen verus, ac naturalis erat Dei filius, quod cùm ſit, quomodo credendus adoptiuus, & Chriſtianus, qui tantùm verba, non opera facit Chriſtiani? & ex quo ſalutem poteſt prætendere æternam, non operans, aut membrum Chriſti dici. Quod ſi non membrum, equidem, vt ſic dicam, nec Chriſtianus.

Chriſtus tot ad opera ſe remiſit.

Enim verò ad hoc probandum, euidenter & clarè illa verba Pauli aſſumo ad Coloſſ. 1. n. 24. *Gaudeo in paſſionibus pro vobis, & adimpleo ea quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne mea pro corpore eius, quod eſt Eccleſia.* In quo loco primum notandum ly *&*, eſſe cauſalem, & tantum valere, quantum *quia*, reddens ſcilicet rationem, quare gaudebat in ſuis paſſionibus pro illis ſufferetia, quia nempe adimplebat ea quæ paſſionibus Chriſti deerant: At nunc quid per Chriſti paſſiones? Vatabl. paſſiones Pauli, quas pro Chriſto tolerabat. Vatabl.
Quaſi diceret, ait, *multa paſſus ſum propter Chriſtum, multa adhuc mihi deſunt, & ſuperſunt perferenda, paratus ſum autem reliquas afflictiones propter Chriſtum pati in carne mea pro Eccleſia.* Quod Hie- Hieron.
ronym. ſi eius eſt commentarius, ſuper illud verbum *adimpleo*, affirmat; tanta efficacia illud dicere Paulum, vt ſignificet ſe paratum eſſe *vſque ad ſanguinem & mortem illa pati, ſicut Chriſtus vſque ad mortem paſſus eſt pro Euangelio.* Dignus Paulo animus, ac tanto gentium Prædicatore aptus, quem omnes eius adſimiles imitari debent, vt vſque ad mortem pro Chriſto ac eius corpore deſudent, dum vſque ad mortem ille pro nobis deſudauit; at licèt hic bonus ſenſus, tamen non litteralis, dum verè non reddit rationem quare Paulus gaudebat in ſuis paſſionibus pro Eccleſia latis. Vnde meliùs Ambroſius, Chryſoſtom. Theophyl. & alij pro paſſionibus Chriſti ipſas Chriſti paſſiones intelligunt, quas adimplebat Paulus in illis quæ eis deficiebant. At ſtatim ſe occurrit dubitatio, Nunquid non

2. *Paulus quam eo animo paſſiones tolerabat.*

Ambroſ. Chryſoſt. Theophyl.

3. *Chriſti paſſionibus quid deficit ab hominibus perficiendum.*

plena

plena non ſufficiens Chriſti paſſio? Sanè. Vnde ergo defectua ſuppleri neceſſarius? Duobus verbis reſpondeo defectum non eſſe ex parte paſſionum Chriſti quoad ſufficientiam, nam ſufficientes ipſæ ex ſe ad mille mundos redimendus; ſed defectum ſiſtere ex parte noſtra quoad efficaciam applicationis, cùm ex parte noſtra neceſſaria ſit compaſſio cum Chriſto ad hoc vt efficaciter ſit noſter Redemptor, & ab illo redimemur effectiuè. Quod vt intelligatur,

Ambroſ. Chryſoſt.

Adnoto cum Ambroſ. Chryſoſt. & aliis, ſicut myſticè Chriſtus, & Eccleſia vnum eſt corpus, cuius caput Chriſtus, noſque eius membra; ſic etiam myſticè vna eſt paſſio Chriſti, eiuſque membrorum. nam æterno ſuo decreto ſtatuit Deus vt Chriſtus non tantùm in ſe, ſed etiam in ſuo corpore & membris, puta in Eccleſia, & fidelibus pateretur, & tale corpus paſſionibus non ſolùm Chriſti, ſed membrorum perficeretur. Hinc fit, vt quia Chriſtus caput paſſiones Eccleſiæ & ſuorum ſuas dicat, quia ſunt membrorum eius; vnde ad Paulum 1. ad Cor. 12. 17. *Quid me perſequeris.* Hoc ergo ſic ſtatuto, vti certum & indubitabile, ſequitur, ex illo ratio euidens non eſſe membrum Chriſti, qui cum Chriſto non compatitur, & ſimul cũ illo non operatur, ac per conſequens in facto quoad opera non eſſe Chriſtianum, licèt nomine tantùm quoad fidem dicatur Chriſtianus. *Non omnia noſtra*, Chriſtus expleuit, ait Gregor. in 1. Reg. 9. n. 24. *Per crucem quidem ſuam omnes redemit, ſed remanſit, vt qui redimi & regnare cum eo nititur crucifigatur.* Nil melius, amice, non omnia Chriſtus expleuit. nam velim ſcias ſic nos redemiſſe per crucem, mortem, & paſſionem ſuam, vt non ſola hoc ſua fuerit intentio, ſed per ipſammet mortem auxilia nobis impetrare ad eius veſtigia ſequenda, ſine qua ſequela nullo modo tu ſalutem conſequi poteris æternam.

4. *Paſſio Chriſti vna eſt cũ paſſionibus membrorum eius.*

Gregor.

5. *Mortuus vt nobis auxilia impetraret ad eius ſequelam.*

Audi Petrum Apoſtolum in ſua 1. Epiſt. c. 2. n. 21. *Chriſtus*, ait, *paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exẽplum, vt ſequamini veſtigia eius.* Tribus enim de cauſis Chriſtus venit in mundum. *Primò*, vt ſua morte nos redimeret; *ſecundò*, vt ſua prædicatione nos doceret. *Tertiò*, vt ſua vita ſanctæ vitæ daret exemplum, ſicut pictor perfectiſſimus in ſe viuam imaginem depingens perfectionis, ad hoc non vt tardè & orioſè ſtetemus (hæreticorum enim hoc eſt dogma,) ſed vt ſequamur eius veſtigia, vnde ob hoc *Ioann. 4. num.* 6. ſe viam, veritatem, ac vitam dixit. *Ego ſum via, veritas & vita.* Via quidem, vt Sanctus ait Cyrill. *per vitæ actionem* Vnde Sanctus Cyprianus lib. de bono patientiæ, *ſi ipſe*, ait, *eſt ſalutis noſtra via, qui Chriſtum veſtigijs ſalutaribus ſequimur, per Chriſti exempla gradiamur.* Quid ergo ſi Chriſtus mortuus eſt, vt tu ſequaris eius veſtigia operans ad inſtar illius. Nunquid pro te erit mortuus efficaciter dum eius non ſequeris veſtigia, & nunquid verè Chriſtianus, Chriſtique diſcipulus eris verbis tantùm, te dicens Chriſtianum, non operibus? & ſimul cum Chriſto non cooperans, onuſtus eo vel maximè peccatis. Nunquid verè putas quòd mortem effugies æternam; ſine dubio illam ſubibis.

6. *Tribus de cauſis venit in mundum.*

Cyrill.
Cyprian.

7. *Non operans verò peribit.*

Enim verò 1. *Reg.* 14 *n.* 24. vt de inimicis ſuis & Dei ſe vindicaret Saul, populum adiurauit, ne cõederet vſque ad veſperam. *Maledictus vir qui comederit panem vſque ad veſperam, donec vlciſcar me de inimicis meis.* Accidit autem, vt cùm tale mandatum non audiſſet Ionathas filius Saul, parum guſtaſſet mellis. Ex quo facto cùm poſtea Saul conſuluiſſet Dominũ, an perſequi deberet Philiſthim, an nõ, noluit Dominus reſpondere; cuius cauſam requirens reprehẽſus eſt Ionathas. *Captus eſt Ionathas*, n. 42. cuius peccatum ſciſcitans Saul dixit: *guſtans guſtaui in ſummitate virgæ paululum mellis, & ecce ego morior.* Vnde ex zelo percitus Saul, etſi Ionathas filius, ait: *Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, quia morte morieris Ionatha.* At antequã vltrà progrediar licet expendere in quo peccatum dignum morte ſtetit Ionathæ. Nam ex guſtu mellis nõ ſatis apparet quomodo peccauit, cùm & mandatum patris ignorauerit, & neceſſitate cõpulſus illud guſtauerit, dato quòd licitum eſſet mandatum. nam multi illud negant, immo affirmant in eo peccaſſe Saul. Vnde Lyra, Abul. Caietan. & communiter, ab illo Ionatham abſoluunt. In quo ergo peccauit, vnde morte dignus, & Deo ſic infenſus, vt noluerit ob illud reſpondere? ſequar Caiet. qui duplex in Ionatha dignum morte peccatum agnoſcit. Primùm, *Quia audito Patris cum execratione atque adiuratione mandato, factum ſuum probauit.* Deinde, quia auſus eſt tacente, & non reclamante populo, mandatum illud, *imprudentia, & temeritatis redarguere.* Dixit enim quando illud audiuit: *Turbauit pater meus terram*, reprehendens, & arguens mandatum ſic pertinaciter, vt rationem etiam addiderit, dicens, *Vidiſtis ipſi, quia illuminati ſunt oculi mei, eo quòd guſtauerim paululum de melle iſto, quanto magis ſi comediſſet populus de præda inimicorum ſuorum quam reperit, nonne maior plaga facta fuiſſet in Philiſthim.* Ob hæc ergo peccata affirmat Caiet. dignum morte Ionatham extitiſſe, dum auſus temeritatis nota præceptum inſimulare patris. Quod nullus equidem fecerat ex populo; & inſuper poſt præceptum auditum factum cõfirmare, & bonum dicere quod ſaltem materialiter extitit, malum. excellens equidem doctrina, ex hac Caiet. opinione, omnibus inſinuans Religioſis de ſuperiorũ actionibus ac mandatis murmurantibus, licèt aliàs magna, & mira operentur, tum in fauorem religionis; tum animarum, digni enim in conſpectu Dei morte inueniuntur, quia contra ſuos ſtantes ſuperiores de eorum actionibus ſubmurmurantes totum ſtatum perturbant Religioſum, hinc illincque omnia inuertentes, vt factum ſuum contra ſuperiorum mandatum probent; ſed ad noſtra.

8. *Peccatum Ionatha quale, vt dignum eſſet morte.*

Lyran.
Abulenſ.
Caiet.

9. *Subditorum murmuratio-nes contra ſuperiores morte digna.*

Peccauit ergo Ionathas ſine dubio; ad mortem ergo deſtinatus eam ſubiiſſet, niſi populus eum è manibus Saul non liberaſſet; vnde audita ſententia Saulis, populus ſtatim dixit: *ergo ne Ionathas morietur? hoc nefas eſt.* Quid dicis popule, nefas eſt occidere peccatorem? Sanè. Vnde? Audi rationem, & equidem maximam. *Quia*, ait, *fecit ſalutem magnam, & operatus eſt cum Deo hodie.* O iuſtiſſima populi ſententia! ô meritiſſima Ionathæ liberatio, etſi peccaſſet, nunquid moreretur qui bona fecit, & cum Deo operans, & non otioſus ſedẽs ſimul cũ Deo inimicos cecidit cum Deo belligerans? At quid ſi cum Deo non eſſet operatus, ſi mandatum fregiſſet, nil grauius, nil. illuſtrius operans, nunquid mortem effugiſſet? ſine dubio periiſſet. Audi Gloſſ. *Niſi enim Ionatham præteriret bona iuuiſſent, imminentia mala non euaſiſſet, non enim iniuſtus Deus vt obliuiſcatur bonorum.* En quod dicebamus, en pura veritas, en peccatorum dementia. Peccatis onuſti nolunt operari bonum; & tamen cum hoc putant mortem ſe poſſe euadere æternam, cùm Deo non operantur ſalutem, & ſalutem pertendunt, ſaluari volunt, ſed ſine operibus, Dei filios eſſe non operando, & volunt

10. *Ionathas cur à morte liberatus.*
Gloſſ.

nos hæc credi, cùm ipſe Dei filius naturalis fidem quodammodo io eum recuſauit, ſi ſine operibus credere vellent, vnde Ioanoes diſcipulis oon verbis, ſed operibus reſpondens dixit: *ite renuntiate.*

11. *Chriſtianus non bene operans dubitare quodammodo poteſt an ſit baptizatus.*

Quid, immo dico, ideo te Chriſtianum pro certo ſeire debes, ac teneri, quando vides te bona opera perpetrari; at quando nulla, ſubdubitare quodam modo potes, ao Chriſtianus, an vere baptizatus? Quid enim forſitan aliquid aecidit in Baptiſmo ex quo oullus fuit, ac proinde non verè, ſed tantùm æſtimatione ſis baptizatus. Enim verò 1. Reg. 10. 1. *Tulit*, ait Scriptura, *Samuel lenticulam olei, & effudit ſuper caput Saul, & deoſculatus eſt eum, & ait: Ecce vnxit te Dominus ſuper hæreditatem tuam in Principem, & liberabis populum ſuum de manibus inimicorum eius.* At ſtatim poſt hæc. *& hoc tibi ſignum, quòd vnxit te Deus in principem, venies in cellam Dei vbi eſt ſtatio Philiſthinorum, & cùm ingreſſus fueris ibi vrbem, obuium habebis gregem Prophetarum, & inſiliet in te ſpiritus Domini, & prophetabis cum eis, & mutaberis in virum alterum.* Poſt quæ, boe eſt poſt datum hoc vltimum ſignum, nam & alia duo etiam dederat, ſic ſequitur. *Quando ergo euenerint ſigna hæc omnia tibi, fac quæcunque inuenerit manus tua, quia Dominus tecum eſt.* Sed antequam ad meum veoiam inſtitutum, placet aliqua perenrtendo hîc adnotare, ne occaſio eacidat. *Primò* enim obſeruo, verba illa, *ecce vnxit te Dominus*, ipſe effudit lenticulam, ipſe vnait: & tamen affirmat non ipſum, ſed Dominom vnaiſſe. Cur ergo non dsait: ecce te vnai; ſed, *ecce vnxit te Dominus?*

12. *Sancti Deo ſua facta aſcribunt, è contra peccatores ſibi.*

Sanè, quia ſanctus, & Dei verè amator, Dei, non ſuam gloriam quærens, Dei, vt ſic dicam, non ſui emolomentum, Deo opera ſancta, noo tibi adſeribebat, vt Deo, non tibi referrent gratias, qui accepiſſent, noo ſic mali, non ſic ſuperbi. Vnde Belaam Prophera falſus, Num. 24. n. 15. *Hæc dicit Balaam filius Beger*, diait, cùm infidelis, licèt peccator à Deo aecepiſſet dicta; at quia ſuperbus & peccator, ſuam quærebat, non Dei gloriam. Sibi, non Deo aſcribebat, quæ dicebat; ſana doctrina, ad mores, vt omnia noſtra Deo aſcribamus, ſuam glotiam abſolutè quæramus, & præcipuè hoc prædicatoribos neceſſarium ni euaneſcere deſiderent, vt Deo, noo ſibi dicta, & prædicata aſcribant, Dei taotum gloriam in omnibus, non tuam quæreres.

13. *Prædicatores Deo ſuos referre debëe ſermones, illi quos eos aſcribere.*

Secundo, poodero ly *vnxit te principem ſuper hæreditatem tuam.* Cur oon abſolutè ſuper popolum Iſraël, cùm melius hoc diceretur, dum iſti poſtulareor Regem ac Deum ſuper ipſos regnantem abieceront? Sanè reſpoodet D. Gregor.

14. *Deus cur populum Iſraël ſuum dixit, etſi ipſum abiecerunt ne regnaret.* Gregor.

ob ſummam & iocffabilem Dei miſericordiam bona pro malis reddentis, ſuam etiam hæreditatem illam dicens, etiam ſi abieciſſet eum; ae proiode illi prouidens, & booum eius curans, dicendo Iſraëlem eſſe hæreditatem ſuam, admonere voluit Saulem, vt quanto Regi ſuccederet aducrtens non vt tyraonus tyranieo imperio popnlum, ſed ſicut pater, vti ille reait, regeret; *Quaſi diceret*, ait, *hæreditatem ſuam tuam fecit, vide vt in ea aliter non regnes*, ſeilicet quàm ille regnauit.

15. *Principes cur vt patres, non vt Domini regnare debent.*

Ea quo maoifeſtè deducitur, qoòd ſi Deus regna Principibus dedit, non tamen ſie dedit, vt omnioo ea à ſe abdicauerit, ſed vt ſua ea gubernent, eo modo, quo ipſe gubernaret; ac proinde duriſſimum iudicium cum eis ager, ſi alio modo, ſi vt propria, ſint domini, ac tyranni ea gubernent. *Tertiò*, pendo ly, *& liberabis populum tuum*. ergo finis Dei electionis Saulis non fuit eius altitudo, ſublimatio, aſcenſio, ſed booum populi, & liberatio ab oppreſſione malorum. Nam, vt bene Gregor. io booe locum, *vnctionis fructus eſt cultus diuinæ hæreditatis.* O tempora, ô mores! & tamen cùm hæc ſit ſumma, & infallibilis veritas, volunt hodie vt ordine inuerſo regna ſint propter principes, noo priocipes propter regna. & quòd ſic bonũ principis, ac eius emolumentum bono publico præferatur; vt potiùs, & ampliùs quodlibet, etſi mioimum principis diſcrimen fiat, quàm totius Reipublicæ damnum, ac peſſundatio. Sic poteos hodie cum aliquibus eſt ambitio, ſic ſtupida aliquorum adulatio, ſic cæcus ab auro, & argento, à purpura, à deſiderio oobilium familiaritatum. Factus eſt intellectus, vt talia inuerſa promens, defendeos, ſtabiliens reputet, oon eſſe & ratiooi & Deo aduerſa. 16. *Principes ob populum, non è contra.*

17. *Samuel cur ſigna Sauli dederit, vt sciret ſe electum Deo.* Theodor. Procop. Abulenſ.

Tandé pondero cur ſigna Samuel Sauli dederit, vt crederet ſe à Deo electum, cùm probet ſcire Saul Samuelem fidelem eſſe Prophetam Domini. Sanè reſpondent Theodor. Procop. Abulenſ. & alij ob timorem, & dubitationem Saulis, qui ſuam cognoſcens paruitatem, dubitabat de altitudioe ſtatus, eo vel maaimè cùm aliquando Prophetæ ſuo loqui ſolent ſpiritu, vt accidit Nathan 2. *Reg.* 7. 3. cùm ea proprio ſenſu, indiait Dauidi templum ædificandũ ex qoo loco excelleoter D. Gregor. formidinem ſanctorum virorum in ſuis electionibus excipit, qui etſi inuiti, etſi coacti, etſi renitentes eligantur, dignè tameo ſemper ſubdubitant, ne electio hominum, oon Dei fuerit, vnde ait. *Cùm ſancti viri ad primatum ſanctæ Eccleſiæ ſuſtolluntur, vehementer expaueſcunt, ne enim tanti ordinis tibi iudicio hominum ſit impoſitum, non ordinatione conditoris; ad robur ergo humilium dantur ſigna, quibus ſe à Deo, non ab hominibus electos ſciant.* Magiſtraliter, & veriſſimè. Ex qua Saocti doctrina quaotum locus regiminis ſit fugiendus, & pertimeſcendus clicitur, dum ſic exigentibus peccatis alicuius, iuſto Dei iudicio, nil alias ipſe de regimine curans, immo obſiſtens poteſt electio homioum eſſe, non Dei, ac proinde niſi Deus ſua miſericordia prouideat ſuæ eſſe cauſam ruinæ. Gregor.

18. *Sancti quantũ formidant ne hominum ſit eorum electio, non Dei.*

19. *Regiminis locus quantum fugiendus, & ob quam cauſam.*

At ad noſtra deueniendo, etſi Samoel Dei Propheta, etſi hoc ſciret Saul, etſi certiſſimè cogitare poſſet ſe fumrum Regem, tamen ſigoa ei dare voluit Samuel, & inter cætera vltimom tanquam præclarum, & certiſſimum, prophetiam nempe, *inſiliet in te ſpiritus Domini, & prophetabis cum eis.* Eo vnde certiſſimè ſe Regẽ factum æſtimare poterat Saul; quando ſcilicet cum Prophetis iunctus extra vſom, extra morem, cum cæteris ſanctis Prophetis ac viris Deo dicatis laudes caoeret, & ſanctiſſimos hymnos Deo bona opera ac ſaocta agens, tonc enim quando hæc vidiſſet, tune, & non antè, diait ei Samuel, *Quando hæc euenerint ſigna, fac quæcunque inuenerit manus tua, quia Dominus tecum eſt.* hoc eſt, vt D. ait Hieronymus: *His ſignis noſcere poteris, quia te Deus Regem fore voluit, vt idcirco ad omnia, quæ tibi agenda ſunt, regaliter age, quia Deus tecum eſt.* Egregiè. regaliter age. Habe te pro rege; indubutanter æſtima Deum tecum eſſe; at quando? Quando hæc tibi euenerint ſigna, qoando prophetabis, quando Deo laudes caoes, quando ſancta & præclara opera facies, ſie equidé, amice, ſic. Tunc te Chriſtianum dicas, tunc te, vt ſie dicam, verè baptizatos, ac oleo ſancto vnctum Regem (vt pote ſunt omoes Chriſti fideles) æſtimes, quando bona opera facies, quando cum Deo operaris, quando non tantùm Deo verba, ſed opera exhibes, quando non paleas, ſed fructus. Nam velim ſeias apud Deum tantumdem te æſtimatum

20. *Saul vnde certiſſimus regem futurum intelligere potuit.* Hieron.

fote,

fore, quantum tua pondus opera, non verba ha-
bebunt, & opera digna, iuxta æquipollentia ad
Chriſtianum ſtatum.

21. *Homo apud Deum tãtum valet, quan tum eius ope-ra.*

Enim verò in prioribus illis duobus fratri-
bus obſeruo, Cain ſcilicet, & Abel, vnum æſti-
matum, vt Dei filium, vt Dei agnum, alterum
reprobatum, vt paleam ad ignem deſtinatum
æternum. Cur hoc? Cùm Cain etiam obtulit,
etiam ſacrificauit, etiam laborauit in cultura;
ſanè amice, *quia Abel obtulit de primogenitis gre-*
22. *Cain cur re-probatus.* *gis ſui, & adipibus eorum.* Cain autem *de fructi-*
bus terræ, Geneſ. 4. num. 5. qui, vt aliàs ſæpe di-
ximus, & communis eſt Sanctorum expoſitio, po-
tius ſtipula erant, quàm fruges. Quid ergo etſi
ambo Dei famuli, ac veri Dei cultores, vtpote
ſi Chriſtianos dicas, nunquid quia Chriſtianus
Caio, vt ſic dicam, & veri Dei cultor, quia ma-
lè egit, non reprobatus, non eiectus ex ipſis do-
nis ſtipulam tibi præparans, ac ignis fomentum
æternum. quia non opera exhibuit plena veri Dei
cultoris digna. Non ſic Abel, quia pingue ob-
tulit ſacrificium, ac plenum. Hinc vt agnus ele-
Chryſolog. ctus, audi Chryſolog. ſermon. 109. *Abel agnum*
23. *portans ad Dei ſacrificium, ſicut agnus aſſumitur.*
Peccatores bona non di-gnè operantes ſtipulam ſibi præparant ad exuſtionem. *Cain geſtans ſibi ſtipulam, fomentum ſibi per quod*
exuratur inuenit. En quod dicebamus. Quid re-
fert te Chriſtianum eſſe, ſi opera nulla aut non
facis Chriſtiani, aut non Chriſtiano digna. Au-
dis ſacrum, ſed quomodo accedis ad Eccleſiam?
ſed quomodo Roſarium recitas, & geſtas? ſed
quo modo ſacrum facis? ſed quo modo oratio-
nes fundis? ſed quomodo? vide an non ſint paleæ
potius, quàm fructus. Ex quo ad fomentum po-
tius deſeruiant ignis, quàm ad meriti augmen-
tum. Quod ſi hoc de illo, qui & bonum facit, ſed
non ea perfectione, qua decet, quid de illo, qui
nullum? nunquid talis Dei filius, ac proinde
Chriſtianus? nil minus. Nam qui filij opera exe-
quuntur, ex operibus dignoſcuntur, & opera vult
24. ab eis Pater. Vnde Dauid Pſalm. 28. num 1. *Afferte*
Dei filij ſunt qui opera ex-ercẽt bona, & c̃tur. *Domino filij Dei*, in quo loco ſubdubitat Chryſo-
log. *ſerm.* 10. quid per filios Dei, homines, an An-
gelos? cùm mirum illi videntur terrenam car-
Idem. nem ad cœleſtem ſubleuari naturam. *Putas ne,*
ait, *cæleſtes taliter iſte appellet virtutes, aut homines*
Dei apcet in filio, & terrenam carnem cæleſtem ſub-
leuat, ad naturam. Cui dubitationi reſpondet, ho-
mines appellari, quia alibi Deos eſſe dixit, *Homi-*
nes fratres; homines nuncupat hic Propheta, quos Dei
filios alibi ſic decantat, Ego dixi, dij eſtis, & filij Ex-
celſi omnes. Ac egregiè adnotat: poſtquam eos fi-
lios Dei nuncupauit, ſtatim ab eis exigit, vt ſigna
dent Dei eſſe filios, agnos ſcilicet offerre, mune-
ra dare, totos ſe in obſequium Dei præbere. Vn-
de ſequitur: *afferte Domino filios arietum.* Nam
ait, *cæleſtis Pater ſentit amorem donis datis effe-*
ctum, probat muneribus charitatem. Nil elegantius.
Vnde Deus Patrem noſtrum ſé dignoſcere po-
teſt, ſi nihil ei demus? vnde in eum charitatem,
ſi nihil præbemus, vnde amorem ſine donis? vn-
de affectum ei ſine datis, ac vacui coram eo aſta-
mus, & vnde nos eius filij dignoſcemur, ſi nul-
lum ei præbemus obſequium? *Nunc cognoui quòd*
times Deum, dixit ipſemet Deus ad Abraham *Gen.*
22. *num.* 12. quid? nunquid antè non cognouit?
Sanè. Quomodo ergo nunc cognouit? equidem,
quia nunc experimentaliter ex exhibitione operis
cognouit ipſum verè amantem, quem priùs non
cognouerat, niſi ex voto, & deſiderio. Vnde ſequi-
tur, *& non pepercisti vnigenito filio tuo propter me.*

Laur. Aponte in Euang. Matth. Tom. II.

Exhibitio ergo operis ſcientia facit dilectionis,
& ideo Iſaac non occiſus, quia, vt ait Chryſolog.
non quærebatur mors filij, ſed patris charitas probaba- 25.
tur, nec expetebatur ſanguis filij, vbi tota victima in *Abraham*
patris dilectione conſtabat. Ergo nunc Abraham *quãdo cogni-*
Dei filius, & Deus patrem ſe cognouit eius, quan- *tus verus Dei*
do non verbis, ſed operibus amorem in Deum *amator & filius.*
eſt teſtatus. Quid ergo? nunquid filij, qui nullum
opus peragentes tantum verba promunt, ac ſe
Chriſtianos dici volunt? nil minus. Non ergo
Chriſtiani, non filij Dei, qui non opera Deo patri
offerunt, quia iſta ſunt veræ filiationis ſigna; ob
quod ad ea remiſit Chriſtus Ioannis diſcipulos,
dicens, *renunciate.*

Illis autem abeuntibus, cœpit Ieſus Nvm. 7.
dicere ad turbas de Ioanne: Quid exiſtis
in deſertum videre? arundinem vento
agitatam.

Sed quid exiſtis videre? hominem mol- Nvm. 8.
libus veſtitum? Ecce qui mollibus veſtiun-
tur, in domibus regum ſunt.

Sed quid exiſtis videre? Prophetam? Nvm. 9.
Etiam dico vobis, & plus quàm Pro-
phetam.

Hic eſt enim de quo ſcriptum eſt, Ec- Nvm. 10.
ce ego mitto Angelum meum ante fa-
ciem tuam, qui præparabit viam tuam
ante te.

Senſus litteralis, & moralis.

Illis abeuntibus cœpit Ieſus. Duo hîc inquirenda. 1.
Cur abeuntibus diſcipulis, & non antè cœpit *Chriſtus cur*
Dominus laudare Ioannem. & *ſecundò*, quæ cauſa *laudauerit*
nunc laudationis, cùm antea nil tale fecerit, & *Ioannem ab-*
quod primum concors omnium expoſitorum eſt *ſentibus diſcipulis.*
ſententia coram diſcipulis, Dominum non lau-
daſſe Ioannem, ne aſſentatio aut diſcipulorum,
aut Ioannis videretur. *Propter hoc autem abeunti-*
bus eis, ait Chryſoſtom. *vt non videatur homini adu-* Chryſoſt.
lari. Quod idem habet Euthymius cum reliquis, Euthym.
vitium equidem peſſimum in aulis Principum in- 2.
genitum, conatum & in naturam aulicum reda- *Adulatio*
ctum. Sic validum ad eneruandam virtutis vim, *quantum*
vt etſi Ioannes in vincolis, etſi quaſi homo mun- *malum.*
do mortuus, & veluti defunctus timuit Domi-
nus eum laudare coràm, quaſi exciſionem à
virtute formidans, ſi laudes perſentiret, ſi ſe
laudatum ſciret; quid ergo talis efficiet aſſentatio
in hominibus non virtutis, ſed vitij, ſed hono-
ris cupidis.

At & aliam ſubodoror huius rei cauſam,
ni fallor, veriſſimam; noluit laudare Ioan-
nem coram diſcipulis, & per conſequens co-
ràm ipſum; quia non vt aſſentator mendacia,
ſed veritates de Ioanne dicturus erat. Cùm 3.
hominum aſſentatorum laudes, & præconia *Adulatorum*
ſemper ferè mendacia, cuius cauſa, quia non *laudes ſemper*
mouentur à virtutis ſplendore, ſed à magnitu- *mendacia, & cur.*
dine potentiæ, ſuum non laudati expoſcentis
emolumentum. Hinc nil de veritate curantes
ſine delectu, ſine diſcurſu, ſine examine pro-
bant improbandum, dummodo aſſentiantur,
3. *Par. cap.* 18. *num.* 5. Quid non dixerunt Pro-
phetæ illi ad Regem Achab ſciſcitantem, num
ire deberet in Ramoth Galaad. *Aſcende*, in-

Kk 2 quiunt,

qulunt, *& tradet Deus in manu Regis.* & infrà, *Sedecias fecit ſibi cornua ferrea, & ait: Hæc dicit Dominus, his ventilabis Syriam, donec conteres eam, omneſque Prophetæ ſimiliter prophetabant.* In quo

4. *Prophetæ Baal cur loquebantur in nomine Domini, & non Baal.* Abulenſ.

loco adduto, hos equidem omnes Prophetas eſſe Baal, non Dei. & tamen cùm hoc eſſet, loquebantur in nomine Domini, putantes reuelationem eis factam à Deo eſſe vero, & non à dæmone, vt affirmat Abulenſis hîc *quæſt.* 17. Vnde ergo eis talis deceptio? ſeu, vt meliùs dicam, vnde eis tanta credulitas, vt certiſſimè reſponſum dæmonis pro reſponſo haberent Dei, & inſuper vnde tanta audacia, vt in nomine Dei auderent loqui, cùm eſſent dæmonis prophetæ. Attende ad quæ ſignanter adnotat Scriptura, & myſterium agnoſces; nam hæc dicta Prophetarum referens, & vocationem ſanctiſſimi Prophetæ Michææ; ad quam miſerat vocandum Rex Iſraël Ioſaphati ſuaſione, qui talibus Prophetis non fidebat, ait: *Porrò Rex Iſraël & Ioſaphat Rex Iuda vterque ſedebant in ſolio ſuo veſtiti cultu regio.* Ad quid hoc? cùm non ſatis ad rem videatur. Sanè, mea ſententia, vt oſtenderet Spiritus ſanctus originem deceptionis & falſæ credulitatis horum Prophetarum, & cur ex eius nomine loquerentur. nam ex cultu regio moti ex deſiderio adulationis parum curantes, an mendacium, an veritatem dicerent, ſtatim nulla examinatione facta, pro vera ſententia, pro veriſſima reuelatione ſuam habuerunt ſic tenaciter, ac firmiter, vt contra eorum mendacium ſtans Propheta ſanctus Michæas, impius Sedecias Propheta falſus percutiens Michææ maxillam, dixerit: *per quam viam tranſiuit ſpiritus Domini à me, vt loqueretur tibi.* & inſuper in nomine Domini illud dicebant, vt Ioſaphat aſſentirent, qui verum Deum colebat, & quem ad partes Achab reducere volebant. O quæ hîc dicenda forent, ſi tempus adeſſet, tu mi lector, explica, extende, & zelo Dei armatus contra curiales Doctores tum ſæculares, tum Eccleſiaſticos inclama, & lachrymas funde, dum vides, aſpicis (omnia munda mundis, nam & ſanctiſſimi adſunt, licèt pauci, vnus enim adfuit Dei Propheta inter quadringentos Baal) ſic falſas ſententias promere, ac ſi veriſſimas, ſic eas affirmare, ac ſi Dei eſſent reuelationes, ſic contrarium dicentem perſequi, ac ſi blaſphemaret in nomine Domini loquentes, etſi eum non colant, ſed regium, aut imperiale paludamentum, &, quod peius, ab ipſis ſanctiſſimis Principibus plus crediti, quàm veri, ac ſancti

5. *Doctorum curialium deceptio, vnde.*

Doctores. En Ioſaphat Sanctus ab ipſis deceptus, Michæam ſanctiſſimum contempſit. Hinc coràm laudant, quia falſum, non verum dicunt; at Chriſtus quia verum dicere intendebat, non coràm, ſed in abſentia voluit laudare Ioannem.

6. *Cur Chriſtus laudauit Ioannem.*

At omne, quæ laudationis cauſa? omnes, vt Ioannem à ſiniſtra opinione turbarum defenderet, ſuum defendens Prophetam, præcurſorem, & amicum eius honori, ac indemnitati præcauens, dixerat enim, *& beatus, qui ſcandalizatus non fuerit in me* Audierat nuntium Ioannis, quaſi de Chriſti deitate addubitantis, ne hominem facilem, ac volubilem crederent, modò affirmantem clarè ipſum eſſe Meſſiam; modò ſubdubitantem, vt eum ab omni calumnia eriperet, cœpit eum laudare ex conſtantia fidei, dicens, ipſum non eſſe arundinem ex auſteritate vitæ, quam ex veſtimentis, ex victu, & ex deſerto probat; tandem ex lumine ſupernaturali dicens ipſum eſſe plus quàm Prophetam. Ex quibus omnibus euidenter teſtatum relinquit, Ioannem non eſſe aſſentatorem, & teſtimonium quod de illo dederat, non eſſe ex aſſentatione, ſed ex veritate, atque omnino nunquam in illo vacillaſſe: vnde vt turbas ab errore eriperet ſalutis, ratum etiam prouidens cœpit laudare Ioannem. ex quo Chryſoſtom. excellenter diligentiam Domini ad omnes ſoluendos adnotans, ſic ait: *Quantum ad diſcipulos Ioannis ſatis actum erat, certificati enim de Chriſto, per ſigna quæ viderant, receſſerunt. Sed oportebat etiam turbas ſanari, quæ ex interrogatione diſcipulorum multa inconuenientia ſubintellexerant ignorantes mittentis conſilium.* Hoc idem Hilarius, Anſelmus, Cyrillus, Beda, communeſque alij, in quo loco pulchrè adnotat Hieronym. *quòd ſicut voluit Ioannes diſcipulos ſuos de magiſtro certificare, ita magiſter certificare volebat turbas de ſuo diſcipulo.* Sic de diſcipuli indemnitate ſollicitus honora ac prærogatiua, ac diſcipulus de Magiſtro, vt omnibus ex hoc teſtatum relinqueret, quanta vigilantia Dominus noſter honorem eorum ſit curaturus, qui honorem eius defendunt, & famam. Vnde ad rem Salmero inter cæteras cauſas huius laudationis, dat hanc quam nos aſſerimus vicem, ſic dicens: *& quoniam præcurſor eius tantum reddiderat de ſe teſtimonium, tanquam de vero Meſſia, & filio Dei, ob hanc cauſam in Euangelio maioribus laudum præconijs, quàm ſanctiſſima Virgo commendatus eſt.* Quum etiam habet Abulenſ. quem ferè ſemper ſequitur Salmer. vt ſemel dictum ſit, & intelligas ſemper in Salmerone Abulenſem; licèt & aliquando ſua promat Salmero, & excellentia, & ab eo diſcrepat.

Hilar. Anſelm. Cyrill. Beda. Hieron. Salmer.

6. *Chriſtus quâ ſolicitus vt vicem rependeret ſeruitorum.*

Abulenſ.

Quid exiſtis in deſertum videre? arundinem vento agitatam. Pulchrè Chryſoſtomus adnotat ex facto ipſorum voluiſſe Dominum eos conuincere, Ioannem ſcilicet eſſe virum ſanctiſſimum, in veritate immobilem, non blandientia loquens, cùm ipſimet ex ciuitatibus in deſertum ad eum videndum properarent. nam ſi leuem hominem quærerent, & mutabilem, ſat in ciuitatibus de iſtis, & non erat cur ad Ioannem accurrerent. *Hæc autem docet* (ait Chryſoſtomus) *non ſolùm proprio verbo*, Ioannem ſcilicet, non eſſe arundinem, *ſed eorum teſtimonio, non tantùm per ea quæ dixerunt, ſed per ea quæ egerunt, quaſi diceret: Quid exiſtis in deſertum videre ciuitates dimittentes; non enim plebs tanta cum tanto deſiderio in eremum veniſſet, niſi magnum quendam, & mirabilem, & petra ſolidiorem ſe videre æſtimans* In quo loco pondero cum Chryſoſt. & alijs Chriſtum vidiſſe dubitationem & ſcandalum turbarum, quod in cordibus ſuis illi conceperant de Ioanne, & voluiſſe illud tollere, & illud efficit ex auſeacta eorum actione, quæ ad illum accurrebant, relictis ciuitatibus, tanquam ad oraculum, tanquam ad Angelum, tandem tanquam ad Meſſiam promiſſum, & tamen hoc non obſtante nunc ex leui quadam coniectura omnem propè creditum Ioannis amiſiſſe, & veluti leuem arundinem eum excogitaſſe, vt tu ex his intelligas, quàm parum teſtimonium hominum, & eorum laudes facere debeas, hodie te Deum prædicabunt, cras viliſſimum homuncionem. Equidem populus ſic Moyſem æſtimabat, vt pro Deo haberet; ſicut adnotat Caiet. *in cap. 32. Exod.* dum credunt Moyſem eos ex Ægypto deduxiſſe,

7. *Cur à deſerto laudauit Ioannem.* Chryſoſt.

Idem.

8. *Hominum laus, quàm parum facienda, nunc extollunt, nunc deprimunt.*

vnde

vnde ad Aaron : *Surge, fac nobis Deos, qui nos præce-*
dant , Moyſi enim huic viro , qui nos eduxit de terra
Caiet. *Ægypti , ignoramus quid acciderit ei.* vbi Caietan.
aiunt enim quod Moyſes eduxit eos de Ægypto , pro
nihil habentes tot diuina miracula in illa eductione. At
quid ? etſi Deum eum facerent, vix, patra motulx
interiecta, virum ob ignominiam , cùm ſtatim di-
cunt : *Contemptim enim virum illum appellabant,*
Lippoman ait Lippoman. *in Caten. non ipſum dignati vocari*
proprio nomine. Ne mireris , vulgus eſt , & nunc
te vſque ad cœlum extollit , nunc vſque ad ima
deprimit ; ſic turbæ relictis ciuitatibus properx-
bant ad Ioannem, Deum eum facientes , nunc ex
occaſione nuntiorum, mollem xrundinem.

Negat ergo Dominus Ioxnoem eſſe xrun-
dinem ad omnem ventum flexibilem , qualis eſt
Gregor. carnalis animus, vt ait Gregor. hom. 6. in Euang.
9. *Qui mox vt fauore & detractione tangitur , in par-*
Homo carnalis cur in bono inconſtans, ſicut autem iuſtus. *tem quamlibet declinatur.* Quòd ſi huius rei ratio-
nem intimiùs xſpicere vis , ea eſt , quia tales non
virtutem ſequuntur , ob ipſius ſplendorem , &
dignitatem, ſed ob eorum emolumentum, & bo-
num. Hincque nunquam ſtabiles in vno perma-
nent ; nam mutato emolumento , mutatur ſenſus,
& virtus in vitium declinat. Quod è contra fa-
ciunt iuſti, dum non ex emolumento, ſed è virtu-
tis amore eam ſequuntur. hinc iſti ſemper con-
ſtantes , illi ſemper inconſtantes. Hoc autem ad-
amuſſim relatum inuenies in perſecutione Saulis
contra Dauid : ille ſemper inconſtans in xmicitix
& condonatione Dauidis , nunc parcebxt , nunc
perſequebatur , nunc condonabat, nunc vſque ad
lachrymxs perueniebat , nunc ad inimicitiam re-
dibat. 1. Reg. 24. n. 17. *& leuauit Saul vocem ſuam,*
& fleuit , & dixit ad Dauid , *Iuſtior tu es quàm ego.*
10. immo & pactionem cum eo faciens exquiſiuit à
Saul cur varius cum Dauid ſemper. Dauid iurxmentum , ne ſemen eius deleret , & ta-
men cap. 26. vix ſciuit Dauid eſſe in deſerto;
at cum tribus millibus xd eum properxuit occi-
dendum; vnde ergo tanta Sauli inconſtantia ? Sa-
nè , quia non ex virtute dimiſit Dauid , ſed ex
emolumento , & lachrymas fundit, non quia vi-
tium aſpexit , & malefactum , ſed quia ſe ſerux-
tum vidit à periculo mortis , quam ei inferre po-
tuiſſet Dauid ſi voluiſſet. Vnde ait : *& tu indica-*
ſti mihi hodie quæ feceras mihi bona , quo modo tra-
diderit me Dominus in manum tuam , & non occi-
deris me. & ratio , non xmor virtutis , ſed proprij
boni. Hinc quando illa mutata , altera xduenit
ſuadens perſecutionem , illico tanquam arundo
mutatus redit ad perſecutionem, ſemper à ſe diſ-
ſimilis, ſpiritus malus eum mutans in malum, ſic-
ut xliquando Dei ſpiritus eum mutauit in bo-
num , ſicut inquit Tertullian. libro de animx
cap. 4. *Saulem tam Dei ſpiritus vertit in alium vi-*
rum , id eſt , Prophetam , quàm malus ſpiritus poſtea
euertit in alium virum apoſtatam , &c. Vbi no-
tanda particula illa *tam* , hoc eſt , eàdem facili-
tate ad bonum volubilis , ac ad malum , quia
ſemper tum in bono , tum in malo ſe , non vir-
11. tutem reſpiciebat. Hinc nunquam ſtabilis ; non
Dauid cur ſemper vniformis in condonatione vitæ Saulis. ſic Dauid , ſemper in conſeruatione vitæ Sau-
lis fixus , ſi rationem expoſcis , quia ex virtutis
motiuo. Vnde vbi ſuprà , num. 7. *propitius ſit mi-*
hi Dominus ne faciam hanc rem Domino meo Chri-
ſto Domini , vt mittam manum meam , quia Chri-
ſtus Domini eſt , & iterum eum potens occide-
re eandem reperit rationem , *cap. 26. num. 9.* di-
xit ad Abiſai volens occidere Saulem dormien-
tem : *ne interficias eum. Quis enim extendet ma-*
num ſuam in Chriſtum Domini , & innocens erit.
En firmitxtis ratio , amor virtutis , motiuum
honeſti , quod cùm ſemper permaneat , ſem-
per homines ſtabiles facit. Hinc (vt hoc in- 12.
terim dicam) nunquam de hominibus politicis *Politici inſtabiles & vary in fide mendacio gubernantes.*
fidendum , nunquam de illis qui txntùm ſtx-
tus rationem xttendunt , nunquam vt pluri-
mum de potentatibus , & viris potentibus , quis
tantum ſtabiles in promiſſis, quantum ſtabilis
emolumenti xc ſtatus ratio. At ſi ſemel hæc im-
mutetur , da promiſſionem immutatam , & inſta-
bilem. Hinc in mendacio, & mendaciis tota eo-
rum vertitur gubernatio. Non ſic equidem vir-
tutis homines , non ſic , qui veritxtem profiten-
tur ob veritatis amorem. Non ſic Ioannes in
deſerto Chriſtum Deum dixit , quando extolle-
batur à turbis , quando Deum eum volebxnt,
ſemper firmus Chriſtum dicebat Meſſiam , &
in vinculis ad eum mittit , vt omnem dubita-
tionem è cordibus expelleret diſcipulorum , &
omnino teſtatum relinqueret Chriſtum eſſe
Meſſiam. Non arundo ob hoc , ſed arbor incly-
tx & procera , quæ à vi ventorum potius frangi-
tur, quàm inclinatur. Sic Sancti, in veritatis per- 13.
ſecutione pro illa ſic ſtant , vt potius frangan- *Sancti quia arbores , non arundines ob veritatẽ potius moriuntur, quàm cedant.*
tur , xc vitam deperdant , quàm in aliam partem
flectantur , inſtabilitatis notx. Quod eleganti
Apologo dixit Guglielmus Pariſ. *lib. de moribus,*
tractatu de ſpe. nam impetu venti fracta eſt quer- Guglielm.
cus , illæſa remanente arundine. Ex quo ob-
ſtupefacta quercu cauſam ab aruodine ſciſci-
tans ſic hæc ad illxm : *Quia tu voluiſti reſiſtere*
vento , qui fortior erat te. Ego autem ceſſi , & ita
euaſi , & euado ſimiliter ab omni vento , quia vni-
cuique vento cedo. Quod applicxns Guglielmus,
ſequitur , *ſic & multi omni tentationi cedunt , &*
per omnem concupiſcentiam ſuam euadunt. At
tu applica adulanti ex incuria exiſtenti , in qua
vt plurimum boni franguntur , mali extollun-
tur. Si cauſam quæris ; quia iſti omni vento ce-
dunt , xpplaudunt , lenocinantur , velut arun-
dines , nunc bonum malum , nunc malum
bonum dicunt , vt ventus & xura vult ma-
gnatum , è contra iuſti diſrumpuntur , quia non
cedunt.

Enim verò interrogans Rex Iſraël Michæam 14.
Prophetam ſanctum 2. *Paralip.* vbi ſuprà , an *Boni in aulis regum deprimuntur, è contra mali , & cur.*
ire debebat in Remoth Galaad ? reſpondit num.
14. *Aſcendite , cuncta enim proſpera euenient , &*
tradentur hoſtes in manus veſtras. Quo reſponſo
non ſatis factus rex , ſic ad illum. *Iterum , atque*
iterum te adiuro , vt mihi non loquaris , niſi quod ve-
rum eſt in nomine Domini. Cui cùm veritatem re-
ſpondiſſet , tunc rex Iſraël ad Ioſaphat. *Nónne* 15.
dixi tibi , quòd non prophetaret iſte mihi quidquam *Achab cur adiurauit Michæam vt verum diceret.*
boni , ſed ea quæ mala ſunt ? Pondero , ſi prius ad
votum reſpondit Propheta , cur non ſtetit , &
non vltrà progreſſus conſilium tenuit , ſed ad-
iurauit , vt veritatem diceret ? & ex nomine Do-
mini, hoc eſt, ex parte Dei ; at antequam reſpon-
deam , inquiro cur primò fauſta reſpondit Mi-
chæas, cùm ſciret infauſta? certo nunc cum Theo- Theodor.
dor. quæſt. 65. *vt ſuſpicionem illam Regis à ſe depel-* 16.
leret , propter quam odioſus erat Regi , quaſi omnia opta- *Michæas cur primò fauſta annuntiauit Achab.*
ret Regi aduerſa. En amice , vnde Reges , vnde
Principes falluntur , & verum nunquam ſci-
re poſſunt , dum nec Sancti homines illud dice-
re audent ex maleuolentia Principis pertæſi , ac
ſiniſtra imaginatione non eos ob veritxtem quam
ſentiunt , ſed ex maleuolentia illud dicere.

17. *Principes vnde falluntur, & cur boni non audent ſæpe veritatem illis dicere.*

Vnde cùm ex natura cuilibet vaſallo inſitus ſit amor in ſuum Regem, & maximè hoc Sanctis ac iuſtis, qui pro Deo illud habent, & venerantur Dei perſonam, in illo conſiderantes, ſic durè, ſic amarè illud perſentiunt, & ſæpe ex fragilitate vt ſe à labe odij purgent, veritatem continentes aut tacent, aut cum alijs peruerſis ſe accommodant, dum nullum ex contradictione fructum ſperant; ſic Michæas, vt ait Theodoretus, etſi Sanctus cum alijs currit, oc Rea inimicum eum diceret, quod ſæpe vſu euenire & audimus, & vidimus; ſed ad quod inquirebamus deuenientes, cur ſcilicet non ſiſtit rea, ſed vltra veritatem inquiſiuit Prophetam adiurans; ſanè, quia ex motu, & ex modo dicendi Prophetæ ironicè eſſe locutum vidit, quod cùm ſit, & veritatem certam ſcire vellet, cur poſtea iraſcitur, & cur in carcerem detrudi iubet Propheta? Sanè, quia Principes quando conſulunt viros doctos, Deique miniſtros ac ſanctos Theologos, non eos conſulunt vt veritatem eis dicant, quam ius & libri ſuadent, ſed eam quam ipſi iam pro veritate habent, vnde non eos accerſunt vt veritatem ſciant. nam hanc iam habere reputant, ſed vt eam ſuis dictis firment ex

18. *Principes ob quid Theologos conſulunt, & cur eos indigent vt ſi non applaudent.*

libris, & doctrinis modum inuenientes, quo per fas, nefaſque iuſtum appareat quod iniuſtum, & veritas quod mendacium; hinc quando verum poſtea audiunt, quia contra eſt illi vero quod ipſi habent, indignantur, & inimicos habent, quos amiciſſimos habere deberent. En Achab adiutat Michæas pro veritate; at ea audita inimicum eum iudicat, in carcerem trudit, & verſus ad Ioſaphat ait, *nónne dixi tibi.* At quid Propheta Sanctus, nunquid ex his verbis fractus mutauit ſententiam tanquam mollis arundo? nil minus, immo fortior ex vento iræ Regis eu... is poſt audita verba Regis Iſraël contra ſe imperterritè ſequens ait: idcirco audite verbum Dei. quid eſt *idcirco*? Sanè ob idipſum. quia es indignatus, quia rebellis; quia non vis audire veritatem, audi nunc explicitè illam; at quid huic fortiſſimæ arbori, & qui non arundo? carcer, fames, omnium rerum penuriaſne mireris, quercus erat, arborum nobiliſſima, non arundo; ſic Ioannes,

19. *Ioannes arbor exquiſita & fortis.*

idem ſemper arbor proceriſſima contra omnem ventorum ictus, ſiue in deſerto, ſiue in carcere, ſemper idem; ſemper Chriſtum verum Meſſiam proclamans, ac veritatem contra Herodem immobiliter tenens potius mori voluit, vt arbor, quam immutari vt arundo.

At iterum pondero immobilitatem Ioannis, eiuſque firmitatem in vero dicendo, & non eſſe arundinem, Dominum ſtabiliſſe ex habitatione

20. *Eius conſtantia ex eremi habitatione.*

deſerti. *Quid exiſtis in deſertum videre?* Quale hoc argumentum? Sanè perquam euidens. nam vnde adulatio, aut facilitas, ſiue leuitas opinionis, qui ciuitates fugiens, qui aulas Principum & Regum, ſolus vult manere; non inter homines, ſed inter animalia, non inter mœnia, ſed inter ſcopulas, non in domibus laqueatis, ſed in ſpeluncis, terræque cauernis. Vnde huic aſſentationis deſiderium; vnde dictorum inſtabilitas, timeatur hoc de illis, qui in magnis ciuitatibus viuere deſiderant, qui totum inuertunt mundum, vt in aula viuant

21. *Religioſi quàm periculoſum in curia manere.*

Principum, quod etſi omnibus periculoſum, viris tamen religioſis pericoloſiſſimum, hi equidem, etſi ad illam accedunt integerrimi, ac fortes, neſcio quomodo tractu temporis deueniunt varij, mobiles, flacci; ſic ab antiqua auſteritate, aut vitæ, aut opinionum mutari, vt vix eos cognoſces, vix ex religioſiſſimis religioſos dices, canes muti effecti, qui prius fortiter contra vitia oblatrabant, vnica tanti mali cauſa aulæ inhabitatio. Iſai. 6. n. 4. *Væ mihi*, ait, videns Dominum, *quia tacui, quia vir pollutus labiis ego ſum.* Quale hoc peccatum Iſaiæ ſanctiſſimi ſic ab illo deploratum, multi multa. Sanctus Hieronymus affirmat non fuiſſe pecca- Hieron.
tum loquacitatis, ſed taciturnitatis, quia *Oziam* 22.
Regem, cùm Sacerdos non eſſet, volentem adolere incenſum, & ſacerdotium inuadentem, labijs audacibus ipſe vtpote Propheta, & è regio ſanguine oriundus non corripuerit. non ſic equidem, ſi adnotes, Elias 3. Reg. 18. num 17. qui cùm ei Achab diceret: *tu ne*

Iſaiæ peccatum quale.

23. *Iſaias cur timidus, Elias cur audax contra Regem.*

es ille qui conturbas Iſrael? Statim ad illum Elias: *non ego turbaui Iſrael, ſed tu; & domus patris tui, qui dereliquiſtis mandata Domini.* Vnde ergo Eliæ tantus animus, Iſaiæ tantus pauor? Attende, vbi habitabat Elias, & vbi Iſaias, & rationem inuenies, Elias in deſerto fugiens Regis curiam. *Primo* in torrente Charith, poſtea ex mandato Domini in domo pauperculæ viduæ. At Iſaias ex ſanguine regio in aula Regia, tutatam Eliam, quia in deſerto & ex deſerto, ac extra Regis aulam arborem exiſte durant, & inflexibilem. Iſaiam verò arundinem, mutum ad Regis peccatum.

24. *Aula ſpirituales carnales facit.*

Quid? ó vtinam & hoc ſolum curia cauſaret Principum; ſed & aliud peſſimum. ingrediuntur aliqui ſpirituales, fiunt in illa carnales, & vnde priùs mulieres vt ſorores tractabant, poſtea velut vxores, tanta libertate ad eas ingrediantur manè, veſperi, meridie, ſiue in lecto cubent, ſiue incomptæ reperiantur, & veluti ſine veſtibus, tanta familiaritate tractantur, comitate, riſu, facetijs, blanditijs ac munuſculis, vt verè non eas ſorores, ſed vxores dixeris. Ingrediente Iſaac Geneſ. 27. num. 1. in Getaris aulam Regis Abimelech, percunctans de vxore Rebecca, reſpondit: *Soror mea eſt.* At poſtea, ait Scriptura, *cùm pertranſiſſent dies plurimi, & ibidem moraretur proſpiciens* 25.
Rex per feneſtram, vidit eum iocantem cum Rebecca vxore ſua. Quis iocus? Caiet. *actus coniugalis ſignificatur*, ait. O bene! ſanctiſſime Patriarcha, dixiſti ſororem, & vt tali ab ea abſtinebas, quo modo nunc agis cum ea vt cum vxore? memineris amice: *cùm pertranſiſſent dies plurimi*, ait Scriptura, *& ibidem moraretur*, hoc eſt, in Regis aula, non mirum ergo ſi ex ſorore facta eſt vxor, & ex tactu ſororis deuenit Sanctus in tactum & familiaritatem vxoris, quia longo tempore in aula exiterit Regis. Quid ergo? nunquid & reliquis vitis ſpiritualibus non ſimiliter eueniet? qui, vt Diuus Pe- Petr. Dam.
trus Damianus ait opuſc. 22. in procemio, *non erubeſcunt templo Dei mutare palatium.* Ex quo *de religione canonica in ordinem tranſeunt laicorum.*

Iſaaci iocus cum Rebecca quis. Caiet.

Enim verò ſic Ioſeph ad fratres Geneſ. 49. 26.
num. 33. *Cumque vocauerit vos*, Pharao ſcilicet, *& dixerit, quid eſt opus veſtrum? reſpondebitis; viri paſtores ſumus ſerui tui ab infantia noſtra vſque in præſens nos, & patres noſtri.* Adnoto dictum, *nos & patres noſtri?* quid? nónne ſufficiens fuiſſet paſtores *ab infantia vſque in præſens*; ad quid ergo illud? Sanè amice, vt ſuperbiam illorum adnotaret, quando filius ſutoris, carpentarij, fabricatoris, bubulci dedignatur de arte patris, & pater vt ſit filius ſicut ipſe, vnde relicta arte paterna in ſuperbiam elati gradus pertendunt nobilium; hinc nullus in qualibet arte excellens, & vilibus reſpublicæ repletur

Ioſeph cur fratribus dixerit, vt dicerent ſe eſſe paſtores.

regimen

regimen. Sed ad noſtra; cur illud præcepit Ioſeph, *vt habitare poſſitis*, ait, *in terra Geſſen*, cur non in aula, cur non in palatio? *volens*, ait Chryſoſt. *in maiore eos ſecuritate, & abundantia agere, neque commercium habere cum Ægyptijs*. Aulæ ſciebat pericula, ipſe ea expertus, quod niſi miraculo non euaſiſſet ex incendio, noluit in curia fratres, quia noluit perdere eorum ſalutem, & quando hoc non eueniet, vnum pro certo habe, quòd ſi in Regis aula non æterna amittitur ſalus, difficillimè perfectio in illa retinetur, quia amittatur. Breuiter obſeruo non amplius prophetaſſe Ioſeph, poſtquam in palatium abſumptus eſt Regis. Quando ab aula remotus ſomnia videbat prophetica, inter ſtellas, ſolem, lunamque, aſtraque ſe reperiebat, quando in carcere feliciter ſomnia explicabat. At aſſumptus in palatium licèt in principio ſtatim prophetaſſet, adhuc ferueſcente carceris calore; hoc poſtea refrigeſcente, nullam amplius inuenies

Chryſoſt.

27. *Perfectio non retinetur in aula.* Hugo.

prophetiam, nullam ſuperioris ordinis gratiam, ne mireris, in aula & palatio erat regali, & vltimo, vt ait Hugo; *Petrus in atrio præſidis mollis eſt effectus; flexit ſe ad vocem ancillæ*; at non ſic ſanctiſſimus Ioannes noſter ſemper Propheta, ſemper in ipſo ſpiritus prophetiæ, ſemper idem aſſerens, ac dicens, quia non in aula, ſed in deſerto. ex quo meritò ex illo eius firmitatem educit Dominus noſter, dicens: *Quid exiſtis?*

28. *Mollibus veſtiti cur molles.* Salmer.

Hominem mollibus veſtitum? & hoc eſt ſecundum Domini argumentum inflexibilitatis Ioannis, vitæ auſteritas, mollibus veſtitum, Græcè eſt *inuolutum*, & amictum, hoc eſt, hominem delicatum in victu & veſtitu, vt bene Salmer. ex quo tenerum efficitur corpus, cuius naturam ſequens animus fit mutationi obnoxius, non ſic Ioannes, qui totus auſterus. At quid, illi neceſſarium lenocinari, qui neque comedit, neque bibit, neque veſtit, qui pauciſſimis contentus, grandia refugit. Equidem talis etiam oblatum ſpernet regnum ſanctus Frigarius, vt in eius vita Patrum Occident. *pag.* 42. filius regis Scotiæ, cùm ob mortem fratris, ad regnum poſtularetur, diuina virtute leproſus eis apparens ſic eſt fatus. *Satis mihi eſſe cognoſcitis cellam, veſtem, olera his manibus præparata, his autem contentus, nihil eſt humani faſtigij, quod præ illis concupiſcerem.* Veriſſimè, & expertus ſcit huius rei veritatem, crede mihi nullum tale regnum, quàm nihil concupiſcere, & pauciſſimis eſſe contentum, nulloque indigere. Vis amice, ſuper Reges, ſuper Principes te eleuare, vis illos non timere, vis illis non aſſentari, paucis & vilibus eſto contentus, & mollia ipſorum non requires. *Amos 7. num.* 17. ſic ad Amaſiam Pontificem ſummum in Bethel, idolorum quæ fecerat Hieroboam Rex, primatum ſuper totum tenentem Iſraëlem, diues, potens, omnibus tremebundus, quia ad Amos miſerat dicere, vt ceſſaret prophetare in Bethel, qui cùm apud Regem accuſauerat quaſi qui vitæ eius inſidiaretur, vtpote poſt Regem prima perſona, ac in regno omnipotens; eum hoc tamen ſic ad eum Amos, *vxor tua in ciuitate fornicabitur, & filij tui, & filiæ tuæ in gladio cadent, & humus tua funiculo metietur, & tu in terra tua polluta morieris, & Iſrael captiuus migrabit de terra ſua.* En quàm dura, & aſpera ſanctus Propheta, en quanta conſtantia contra hunc ſtetit magnatem, vt non ſolùm noluit è terra, & de ciuitate egredi, ſed in faciem ei reſiſtens, minaces prædixit prophetias; vnde tanta ei conſtantia? vnde tanta firmitas? Sanè per ea, quæ priùs dixerat. nam cùm ad eum Amaſias, *qui vides, gradere, fuge in terram Iuda, & comede ibi panem, & prophetabis ibi*, ei adulans, appellans Videntem, vt ad migrandum impelleret ſuadendo vitam lautiorem in propria terra. At ſic ad eum Amos, *non ſum Propheta, & non ſum filius Prophetæ, ſed armentarius ego ſum, vellicans Sycomoros.* *Primò* reſpuit honorificum officium prophetiæ, & veſtitum Prophetæ, vt aliqui volunt, in hoc verbo, non ſum Propheta. *Secundò* vilitatem ſuam eſt confeſſus, dum neque filium ſe Prophetæ dixit. *Tertiò* officium infimum propalauit, quo vtebatur; ac tandem *quartò* auſteritatem victus, quo contentus nullius indigebat, *vellicans Sycomoros, hoc eſt*, vt ait Pagninus, *colligens fructus Sycomororum, vt ijs veſcar.* Quo ſtante vnde ei adulatio, talibus contentus, talibus viuens, vnde vacillatio? vnde infirmitas, ac timor potentium? imò ſi attendas potius potens pauperi adulatur, quàm è contra, dum ob adulationem Princeps Amaſias, Videntem appellauit pauperem Amos. Applica ad Ioannem, & in illo ſecundum Amos, prophetiam agnoſces; reſpuit honorem prophetiæ, quando ab illo an eſſet Propheta, petierunt, & reſpondit, *non ſum*, reſpuit ipſum eſſe humanum; quando non amplius, quàm vocem ſe dixit, *ego vox clamantis*, reſpuit ipſam hominum ſocietatem, dum vocem non in Regum aula & ciuitatibus, ſed in deſerto ſe eſſe affirmauit. Tandem reſpuit & veſtitum, & victum, dum locuſtis & melle veſcebatur, ac pilis camelorum tegebatur; ob hoc hominem neque manducantem, neque bibentem vocauit Dominus, *planè neque veſtientem*, ait Bernardus, *quia*, ſequitur, *ſicut locuſta & mel ſilueſtre, non eſt hominum eſus, ſic neque pilus camelorum.* Vnde ergo talis oſtentatio? vnde volubilitas? aſſentantur, ac ſunt volubiles, qui mollia quærunt, qui delicatiora, qui ſuperflua, ij domos frequentent Regum: at Ioannes, qui in deſerto, qui vilia, qui ruſtica, cur aſſentatione indiget? *Cur diuitias cupiet*, ait Hieronymus, *vt affluat dapibus, locuſtis veſcitur & melle ſilueſtri, at vt mollibus veſtiatur, pili camelorum ſunt tegmen eius.* nam, vt bene Chryſoſt. *ſi vellet mollibus veſtiri, non eremum inhabitaſſet, ſed Regum palatia.* Quod cùm non fecerit Ioannes, *oſtenditur*, ait Hieronymus, *rigidam vitam, & auſterom prædicationem, vitare debere aulas Regum, & mollium hominum palatia declinare.* Pende dictum Hieronymi, & dum aulas Principum vides, à prædicatoribus non ſolùm non vitari, ſed proſequi, ſic vt omnes in curia, & vix, vt ſic dicam, reperiatur, qui velit in villis. quod ſi de affamatis intelliges, dic nullus (ſaltim quod ego ſciam) pro certo æſtima eorum prædicationem, non eſſe auſteram, ſed mollem, ſed ſuauem, ſed ſyrenarum cantum.

Pagnin.

32. *Ioanni vnde firmitas & conſtantia.*

Bernard.

Hieron.

Chryſoſt.

Hieron.

33. *Prædicatores ſancti & conſtantes aulas principum vitent, nam aliàs vana erit prædicatio & mollis.*

In domibus Regum ſunt. Cur qui mollibus veſtiuntur, in domibus Regum ſunt? Quid enim? nunquid extra domum Regiam non etiam mollibus veſtiuntur? O vtinam & illud non eſſet, ſed, vt ait Abulenſ. *quæſt.* 23 conuenientiam veſtimentorum Dominos ſignificare voluit, nam mollia & pretioſa conuenientia ſunt Regibus, & qui in domo habitant regali, atqui extra illam inconuenientia: cuius occaſione de exceſſu veſtium tractans, aliqua ſtatuit, quæ ſummatim tibi apponere decreui, ad hoc vt facile in illis diſcurrens, quæ reprehendere poſſis, ex hoc Saluatoris dicto habeas.

34. *Qui mollibus veſtiuntur cur in domibus Regum ſunt.* Abulenſ.

Ponit ergo dupliciter poſſe peccari in vſu immoderato veſtium, *primò* quando quis extra con-

35. *Quomodo peccatur in vſu immoderato veſtium.*

36\. ſuetudinem loci vtitur veſtibus pretioſis, vel nouo genere figuræ, & de hoc *ſecundo* ſic ait, *non tamen ſequitur per hoc, quòd quicumque nouum modum veſtium inuenit, mortaliter peccat, licèt ſatis peccat, qui nouitatem in veſtibus introducens, alijs occaſionem tribuit, ſequendi eandem nouitatem, cùm hoc ſit plurimis*

Quale peccatum inueniat noui vſus veſtium.

37\. *cauſa depauperationis frequenter*; at quia bene vidit, ex effectu talis noui modi, potius ſequi peccatum eſſe mortale, vt illud tollat, dat rationem, *quia, ait, ſunt aliqua regiones, in quibus conſuetudo eſt, a conſuetudine deuiare, id eſt, non manere in figura veſtis vſitata, ſed frequenter mutare formam veſtium, non oportet quòd ibi quicumque inuenit nouas veſtes, peccet mortaliter, licèt rarò ſine peccato hoc fiat.* Homo doctus, nobilis Hiſpanus, amator ſuorum, vt conciues ſaluaret, præter communem Doctorum ſententiam, contrarium ſentientium, conſuetudinem inuenit; ergo Doctor inſignis, & omni veneratione dignus, neque peccatum erit ebrietas in Germania, quia adeſt conſuetudo inebriandi, cùm ſi attendas peiora mala ex illa conſuetudine, quàm ex hac eueniunt. nam ſi peccatum graue, exceſſus in potu ex quo ebrietas ob rationis carentiam.

Vſus alicuius regionis eſt vt in vna forma veſtium nūquam permaneant.

38\. Sanè maius quid ob talem nouitatis formam veſtitus, dum ex illo bonorum dilapidatio, & pudicitiæ proſtitutio, peccataque ingentia conſequantur, quod & videmus, & manibus contrectamus. Dico ergo peccatum eſſe mortale, & peccare talem mortaliter, & vt vnum addam exemplum, ne occaſio excidat, quis prudens peccati mortalis non condemnabit homo ille, ſi homo, & non potius dæmon, qui nuper obſcœniſſimam illam inuentionem reperit, illius pompoſitatis, quæ *guarda in fantes* dicitur, quā nuper Princeps noſter Philippus quartus zelo Dei, ac honeſtatis repletus ſanctione ſtrictiſſimè vetuit, dum ex leui illius motu vſque ad pudenda laſciuæ diſcooperiuntur mulieres, quanto magis vſque ad tibias ac pedes, quod infandum peius, etiam deperditis mulieribus, vbi nunc honeſtas? vbi compoſitio? quando ex hoc ſic homines incitantur, vt ad mulieres inhiantes, veluti ad campi equas, ab illis proſternuntur, vix intacta vna remanente, & verè, quod riſu dignum, ex hoc nouo veſtitus genere, non ſolùm illo vtuntur nobiles matronæ, diuites ac quæ in palatio morantur Regio, & procerum, ſed cauponariæ, fructuariæ, ſtabulariæ, tonſorariæ, pediſſequæ, famulæ, quid dico, & viliſſimæ ancillæ, in frontibus obſignatæ, in lumbis pompoſæ; nunquid qui huic laſciuiæ, huic inuentioni cauſam dedit, peccauit tantùm venialiter? Rideo; ſed ad noſtra.

Peccat mortaliter qui nouam formā inuenit veſtiendi.

39\. *Secundò* ſtatuit Abulenſ. quando eſt peccatum mortale exceſſus, affirmans tunc quando quis aut ſupra ſtatum ſuum ſe veſtit, aut ſuperuacaneè, referam verba; *dupliciter exceditur, & peccatur mortaliter in exceſſu, vno modo cùm quis vt niteat ex veſtibus, vult habere veſtes ſupra ſtatum ſuum, & facultatem, & tunc ſemper videtur eſſe peccatum mortale, quia omnino eſt irrationabile pauperem velle pretioſis veſtibus vti, cùm per hunc ſuperfluum cultum cogatur deficere in neceſſarijs ad ſuſtentationem; alio modo cùm quis vtatur ſuperuacaneo cultu, non excedente facultates, ſed honeſtatem, ſcilicet quòd licèt non cogatur, egere tali veſte vtendo, eſt tamen ſupra honeſtatem ſtatus ſui, cui minor ornatus eſt conueniens, & iſtud minus graue eſt, quàm precedens, vnde interdum eſt mortale, interdum veniale.* Hæc Abulenſ. quæ ſi ponderare velimus, deficiet tempus. Solùm vno verbo concludam; quòd ſi attendas tempora præſentia iuxta eius doctrinam, omnia ſub peccato concluſit, non ſic ſua debuerunt eſſe. nam forſitan aliquid inueniſſet vnde ſuos excuſaret, ſicut

Exceſſus in veſtitu quādo eſt peccatū mortale.
Abulenſ.

antea fecerat; at quia forſitan tunc non ſic totus ordo erat inuerſus, vt modò veriſſimam edidit doctrinam; quod cùm ſit, ne mireris, immo admirare Dei iuſtum iudicium ad pauperiem ſic omnes redigentis, vt neque pannoſi etiam potentes, quodammodo incedere poſſint, an ornatus ſuperfluum mulierum corporis, & coloris fucus, ſit peccatum, & quando, vide authorem hîc *quæſt.* 24. qui conſtanter affirmat quòd quando ornatus eſt impudicus, licet modici valoris, ad laſciuiam prouocans, non tegens tegenda, ſemper eſt peccatum mortale; conſule ipſum. nam nos ad alia properamus. 40.

Cur aliquādo pauperta aliquando immittitur.

Laudat ergo Dominus Ioannem, & non volubilem eum oſtendit, ex auſteritate vitæ, quam educit ex auſteritate veſtitus, mirum cur non ex parcitate victus? Sanè, quia non tantum paruitas victus, quàm veſtis mollicies animæ diſſoluit rigorem. Audi Chryſoſt. in hom. 27. in epiſtola ad Hebræos, *mollis autem veſtis*, ait, *diſſoluit animam etſi rigidum corpus aſſumat, & aſperum, facile per huiuſmodi mollitiem delicatum reddat, & fragile, facto verò corpore molliori neceſſe eſt & animam participare læſionem, nam vtplurimum operationes ipſius conſonant diſpoſitionibus corporis.* At, etſi vera hæc ratio, tamen, mea ſententia, & hæc veriſſima, quia intentio noſtri Saluatoris cùm eſſet omnino monſtrare firmitatem animi Ioannis in nullo adulantis, hoc potius demonſtrat ex aſperitate veſtitus, quàm ex tenuitate victus, quia victus tenuis in domibus regum demorari poteſt, in quibus homines ad adulationem procliues, at cum veſte aſpera nullus; hinc *Gen.* 41. *num.* 14. quando ad Pharaonem introducere Ioſeph ſerui eius voluerunt, ſtatim *totonderunt, ac veſte mutata obtulerunt ei.* ergo ex aſperitate veſtitus non ſolùm Dominus eruit Ioannis firmitatem, ſed etiam eius abominationem domus regiæ, ac cum Principibus familiaritatem. Quod cùm ſit, vnde ei varietas, & adulationis cupiditas? eſt etiam infallibile teſtimonium, ait Græcus apud Caten. ſanct. Thom. i[illegible]e. *vita Ioannis veſtitus cum carcere, in quem detru[illegible] non fuiſſet, ſi ſciuiſſet fauere Principibus* Ioannes extra curiam in deſerto manet, in curia in carcere, extra palatium viuus, mortuus in palatio. *Ioannes non in domo*, ait Rupert. *ſed in carcere Regis eſt, homines mollibus veſtiri adulatores circa latera regalia comedunt, Ioannes ſpinoſus, & aſpero veſtitu armatus extra conuiuium in carcere clauſus eſt, nec aliter admittitur in domus Regum, niſi vt auferatur caput eius.* hinc ſemper firmus in ſententia. Quid ergo? nunquid firmi illi ſpirituales viri, religioſique atque prædicatores, qui nunquam in domo religioſa, ſemper in palatio, in hoc conuiuentes, in illa dormientes. Palatium ad conuictum, clauſtrum ad ſomnium. Vnde ergo eis in ſententiis firmitas, quam non pariunt illecebræ, ſed vitæ auſteritas? Vnde arguit Cyrillus, turbas, aut auſteritatem vitæ Ioannis eas mirari non debere, aut ſi mirantur, firmitatem ei dare debere. *Igitur ſi non colentem delitioſa Ioannem miramini, date ei robur continentia competens*, (ait Cyrill.) *ſi verò nihil aliud debetur honeſta conuerſationi, quia miſſa ceuereatia delicatorum, incolam deſerti, vileque tegumen & camelorum vellus miraremur?* Quæ hîc dicenda forent de inani cultu veſtium, deque earum ſuperfluitate, conſultò prætermitto. nam res obuia, non enim omnia

Chriſtus cur auſteritatem Ioannis potius educit ex veſtitu, quàm ex victu. 41.
Chryſoſt.

Veſtitus mollities frangit animæ vigorem. 42.

Ioannes palatium abhorrebat, & principum familiaritatem 43.
Græcus.
Rupert.
Cyrillus.

proſequi

proſequi poſſumus, vt ſæpe diximus ad finem properantes.

44. *Baptiſta cur plus quàm Propheta.*

Sed quid exiſtis videre? Prophetam; etiam dico vobis plus quàm Prophetam? Cur Ioannes plus quàm Propheta? Summa omnium rationum, etſi multæ adducuntur, vt dicemus, ea eſt, quia cæteri Prophetæ Dominum prophetarunt venturum; at Ioannes ipſum non ſolùm venturum, ſed veniſſe, & abſconditum, ac oculis humanis imperuium, meruit demonſtrare, ac digito oſtendere. *Propheta enim*, ait Gregorius homil. 6. in Euangel. *miniſterium eſt, ventura prædicere, non etiam demonſtrare, Ioannes enim plus quàm Propheta eſt, quia eum, quem præcurrendo prophetauerat, etiam oſtendendo nuntiabat.* Prophetia enim cùm in cognitione conſiſtat, & perfectius cognoſcatur cum ſenſu, & intellectu, ac quando cum ſolo intellectu apprehenditur, ideo perfectior Propheta Ioannes, quia quem alij ex apprehenſione ſolum intellectiua prophetauerant, ipſe ex intellectiua, & ex ſenſu Chriſtum demonſtrauit. Vnde Chriſtus, *Beati oculi qui vident, quæ vos videtis, & multi Reges & Prophetæ voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt.* Hieronymus aliam addit rationem, quia præmium eius prophetiæ fuit Chriſtum baptizare, quod Prophetarum nulli conceſſum. *Et quia*, ait, *ad priuilegium prophetale etiam Baptiſtæ acceſſit præmium, vt ſuum Dominum baptizaret.* Ianſen. excellenter, plus quàm Prophetam eſſe Ioannem adnotat, *quia*, ait, *erat præcurſor Chriſti, paranymphus ſponſi, regni cælorum primus prædicator, baptiſmi primus inſtitutor, Angelus Dei, ab ipſis etiam prophetatus, idque verbis & factis.* Maldonat. etiam excellenter plus quàm Propheta, quia cùm miraculum nullum fecerit, tota eius vita vnum fuit miraculum; *miraculo conceptus, miraculo adhuc in vtero Dominum ſenſit, miraculo patris linguam ſoluit, miraculo inter feras vitam degens.* Tandem plus quàm Propheta, quia non homo, ſed Angelus, ſi vitam conſideras eius, potius Angelicam, quàm humanam. Vnde multi ex Iudæis, teſte Euſebio *quaſi de præparat. Euang. cap. 9.* fuiſſe Angelum ex eius vita decepti exiſtimauerunt, Chryſoſt. ea ratione plus quàm Prophetam eum æſtimat, quia alij Prophetæ etſi Chriſtum prophetarunt, tamen de eis non fuit prophetatum. omnes boni ſenſus. Sed primus, vt dixi, litteralis.

Gregor. — Hieron. — Ianſen. — Maldon.

45. *Eius vita tota vnum miraculum.* Euſeb. & Chryſoſt.

46. *Iudicium humanum ſemper fallax.*

Ex dictis ergo vnum ad mores elicere potes, quàm ſcilicet fallax ſit humanum iudicium, quàm parum in eo fidendum, ac proinde, quàm pro nihilo ducere laudes debes humanas, cùm aut laudant vltra merita, aut citra ea nunquam ad pondus, vt par eſt, vnicuique tribuens quod ſuum eſt. En turba hominum, non plus faciebant Ioannem, quàm vnum ex Prophetis, in quo ſe decipiens non eum honorem illi tribuebant, qui ei debebatur, in toto errans. hinc iuſtus ille retributor adueniens, iuſtum vnicuique reddens plus quàm Prophetam eum dixit, & hoc, quia Deus non homo, cui ſolùm vera æſtimatio virtutis; verum pondus laudis, non enim hominibus, etiam quantumuis ſanctis, & rectis.

47. *Deus ſolus verus æſtimator eſt virtutis.*

48. *Chriſtus cur ab Apoſtolis petijt, quem dicunt homines, & non quem dicunt Scribæ, & Phariſæi.* Idem.

Enimverò infrà cap. 16. percontans Apoſtolos Dominus, *quem dicunt homines eſſe filium hominis: dixerunt, alij Ioannem Baptiſtam*, &c. Pondero, cur non dixit, quem dicunt Scribæ, aut Phariſæi: Sanè, vt rectè Chryſoſt. quia hi malitia pleni, ideo, quem dicunt ipſi, non interrogat, ſed quem homines, hoc eſt, plebs ſimplex, & ſine dolo. *Non autem dixit*, ait Chryſoſt. *quem me dicunt Scribæ, aut Phariſæi, ſed quem me dicunt homines eſſe, plebis mentem, quæ ad malum inflexa non erat inueſtigans. nam Phariſæorum opinio de Chriſto erat multa malitia plena.* Et tamen nullus veritatem attigit, etſi a malitia alieni, omnemque Chriſto honorem dare cupientes; at Petrus ſtatim, *tu es Chriſtus filius Dei viui.* Cui Chriſtus, *Beatus es Simon Bar-Iona.* Cur? *Quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus qui in cœlis eſt.* Quid hoc? relictis multis, quæ ibi, Deo fauente, niſi definire, vt ſic dicam, veram alicuius æſtimationem, & ad pondus eum laudare, aut prædicare, honoremque tribuere; ſicut nec deficiat, nec excedat, ſolius eſſe opus diuinitatis Dei, non humanæ fragilitatis. Enimverò infinita Chriſti miracula, ac virtutes Petrus viderat, mortuos ſuſcitare, infirmos ſanare, leproſos mundare, dæmones in virtute eijcere, poſt quæ, vt obſeruat Chryſoſt. *hom. 55.* Apoſtolos interrogauit. *Quaſi diceret*, ait, *vos qui ſimul mecum eſtis ſemper, qui maiora ſigna quam turba vidiſtis.* Vnde ex ſignis talibus, immo ex ipſis dæmonum verbis à corporibus exeuntium, clamantium ipſum eſſe Chriſtum filium Dei, certè humana ratione arguere poterat Petrus ipſum eſſe filium Dei, & tamen nec valuit, nec potuit; vnde neceſſaria Patris reuelatio. Hinc Hieronymus. *Quod caro, & ſanguis reuelare non potuit, Spiritus ſancti gratia reuelatum eſt.* Vnde hoc? Sanè, quia ad pondus alicui tribuere quod iuſtum eſt ſolius eſt Dei, hinc eius iudicio ſemper ſtandum. En turba Ioannem non plus faciebant, quàm Prophetam, & tamen erat plus quàm Propheta.

49. *Cur Petro dixit Patrem reuelaſſe illi ſuam diuinitatem.*

Idem. — Hieron.

50. *Ioannes cur Angelus dictus.* Chryſoſt.

Hic eſt enim de quo ſcriptum eſt: *Ecce ego mitto Angelum meum*, &c. Teſtimonium eſt Malachiæ, quod Dominus, vt rectè Chryſoſt. adducit, vt probet Ioannem eſſe plus quàm Prophetam; quia Angelus, vnde rectè Hieronymus: *vt enim*, ait, *meritorum Ioannis augmentum faceret, de Malachia teſtimonium infert, in quo etiam Angelus prædicatur non naturæ ſocietate, ſed officij dignitate, id eſt, nuntium, quia Domini nuntiauit aduentum.* At dices, & etiam ob hoc, & cæteri Prophetæ Angeli poſſunt dici, reſpondet Chryſoſt. ſanè, ſed non vt Ioannes, qui non à longè ſequitur, ſed Chriſtum prope præcedit. Monſtrat igitur, ait Sanctus, *ſecundum quid eſt maior Ioannes Prophetis, ſecundùm id ſcilicet, quòd eſt prope Chriſtum, & ideo dicit meritò ante faciem tuam, hoc eſt, prope te; ſicut enim qui prope currum Regis incedunt, alijs ſunt clariores; ita & Ioannes propè Chriſti præſentiam.* Vnde Auctor Imperfecti ex hac propinquitate excellentiam Ioannis eruens, ſic ait; *quantum præ cæteris Prophetis Ioannes in tempore iuxta Chriſtum, tantum iuſtitia præ Prophetis proximior erat Chriſto.* Abulenſ. cùm ex officio Angelum præ cæteris Prophetis fuiſſet affirmat. Quia Angelis conuenit non ſolùm de Chriſto annontiare, ſed etiam ipſum oſtendere; vt paſtoribus annuntiarunt, & locum oſtenderunt. Omnes bonæ rationes. At, mea ſententia, litteralis eſt Gloſſæ, quæ affirmat fuiſſe Angelum præ cæteris, quatenus non ſolùm annuntiauit Chriſtum, ſed præparauit ei viam. *Alij Prophetæ miſſi ſunt*, ait Gloſſ. *vt aduentum Chriſti annuntiarent, iſte autem, vt præpararet viam ipſius, peruia reddens corda auditorum, pœnitentiam prædicando & baptizando.* Quod breuius dixit Caiet. *Ideo Ioannes*, ait, *excellentior eſt Prophetis, quia Prophetæ prædixerunt Meſſiam futurum, Ioannes autem fuit præparator viæ Meſſiæ præſentis, & præparauit non à remotis, ſed ante faciem ſuam.* quod equidem officium proprium eſt Angelorum, vt de cuſtodibus patet.

51. *Cur ſuprà cæteros Prophetas.*

Auct. Imp. — Abulenſ. — Gloſſ. — Caietan.

Tandem

Theophyl. Tandem Theophylact. Angelum putat Ioannes
dictum propter vitæ puritatem. *Angelus, ait, vo-*
catus eſt Ioannes, & propter Angelicam vitam, &
ferme materia expertem, & quod enuntiauit Chriſtum.
Euthym. Adſimilia Euthymius. *Angelus dictus eo quod ſuper*
52. *terrena ducebatur, ac cœleſtia ſapiebat.* Ampla ma-
Angelus dictus ex vita puritate. teria ad laudem Ioannis, vt talis eius eſſet vita,
quòd non digna vt aliis compararetur ſanctis ho-
minibus, qui eum præceſſerunt, ſed ipſis Angelis
puris ſpiritibus ante Deum aſtantibus; immo ſi
eius vitam conſideres ſupra ipſoſmet Angelos
eum inuenies. enimvero *Matth. 22.* de ſtatu poſt
reſurrectionem ſic Dominus ait: *In reſurrectione,*
neque nubent, neque nubentur, ſed erunt ſicut Angeli
Dei in cœlo. Quid hoc? nunquid in Angelos euа-
dent homines in cœlis? nil minus. Quid ergo?
Hieron. ad rem Hieronym. in Epitaph. Lucilij, *Non natura*
& ſubſtantia corporis tollitur, ſed gloria magnitudo
monſtratur. ergo ex caſtitate, quia homines tunc
non nubent, nec nubentur, erunt ſicut Angeli Dei,
gloriam aſſequentur Angelicam. Quid ergo aſſe-
quetur qui in terris non ſolùm non nupſit, qui
ſemper virgo, ſed etiam qui nec comedit, nec bi-
bit, neque veſtiuit, & corpus terrenum ferens ex-
tra corpus viuebat? ſanè non ſolùm dices Ange-
lum, ſed pluſquam Angelum. Vnde Chriſtus ad
Brigitt. ſanctam Brigittam *lib. 1. reu. c. 20. ſub finem*, ſic illi
de Ioanne. *Verè ipſe Ioannes ſimilis erat arundini*
plena dulcedinis & melle, quia in os eius nunquam in-
trauit aliquid immundum, nec vltra menſuram per-
ceptibilem ſuſcepit vita neceſſaria, nec vnquam ſemi-
narius humor de corpore eius exiuit, & ideo bene po-
teſt vocari & Angelus & virgo. Dicerem libenter,
ſic huic Sancto ſum addictus, ſed abſtineo, vim
mihi faciens (Deus ſcit quàm maximam,) quia ad
finem propero, nolens, ſi Deus vult, opus hoc re-
linquere imperfectum. Ideo ſequor.

NVM. 11. Amen dico vobis, non ſurrexit inter
natos mulierum maior Ioanne Baptiſta:
qui autem minor eſt in regno cœlorum,
maior eſt illo.

Senſus litteralis, & moralis.

NOn ſurrexit maior, &c. Locus difficilis ſi de
ſanctitate interiori & gratia intelligatur,
quomodo ſcilicet ſupra omnes ſit Ioannes, nun-
quid ſupra Chriſtum, nunquid ſupra Virginem?
Ideoque neceſſe vt penitius illum examinemus.
Sit ergo:

1. *Prima* ſententia, verba intelligi de illa maie-
Ioannes quomodo inter natos mulierum maior. ſtate, quæ eſt per gratiam ſanctificantem, & inte-
riorem Spiritus ſancti vnctionem: attamen com-
parationem tantùm eſſe cum Prophetis præteri-
tis, ſiue cum cæteris Sanctis antiquæ legis, vnde
comparatio eſt non de officio, ſed de ſanctitate,
& de hac cum veteris Teſtamenti hominibus, non
Tertull. cum nouis. Huius ſententiæ eſt Tertullian. *lib. de*
Cyrill. Hier. *Baptiſmo*, Cyrill. Hieroſol. *catech. 3.* alter Cyrill.
Cyrill. Alex. Alexand. *lib. 2. theſaur. cap. 4. & lib. 7. in Ioannem*
Chryſoſt. *cap. 34.* Chryſoſt. Ambroſ. *lib. 6. in Lucam*, Auctor
Ambroſ. Imperfect. Hieronym. Auguſt. *tract. 13. in Ioann. &*
Auct. Imp. *lib. 2. contra aduerſarium legis, cap. 5.* Hilarius *can. 11.*
Hieron. Maximus *in hom. de ſancto Ioanne.* Ex modernis
August. Suarez *de vita Chriſti, diſp. 24. ſect. 3.* & mordicus
Hilar. Maldonat. ſic, vt eam quam ſentit comparationem
Maxim. eſſe cum dono prophetiæ, appellet *periculoſum er-*
Maldon.

rorem, & à Chriſti ſententia ac pietate diſcedentem;
in qua cenſura non ſolùm eſt nimius, ſed nec de-
cens, cùm, vt infrà oſtendam, & ſi hæc ſententia
præclariſſima ſit, ob tantorum virorum auctori-
tatem, tamen amplius litteralis altera, & quam
affirmant non ſolùm Sancti, ſed viri doctiſſimi, ac
magis obuia, & non ideò quia hæretici illam dixe-
runt, ob hoc erroris damnandi. Nam vt ſic, vt
Diuus Chryſoſt. ait, potius videmur perſonam, Chryſoſt.
quàm doctrinam perſequi, ſed illorum bona te-
nenda, non quia illorum, ſed quia bona decoria,
& Scripturæ conformia, vt patebit infrà.

Hæc ergo ſententia, vt dixi, venerabilis eſt, &
plectenda, tum ob tantorum Patrum ſententias,
tum ob laudem ſanctiſſimi Ioannis; vnde Cyrill. Cyrillus.
in theſaur. *Non ergo, ait, maior tempore inter natos*
mulierum ſurrexit Ioanne. nam iuuenis admodum
mortuus eſt, ſed virtutis ſublimitate, qua ad eos peruenit
terminos, quo natura humana peruenire poteſt. Ambroſ. Ambroſ.
lib. 1. in Lucam, *Ioannem omnibus dico maiorem, ſed,*
inter mulieris, non virginis natos: maior enim fuit ijs,
quibus æqualis eſſe poterat ſorte naſcendi. Auguſt. in
Pſalm. 29. tom. 8. *nihil maius extitit in genere huma-*
no, quàm Ioannes Baptiſta; ſi quæris excellentiam ho-
minis, Ioannes Baptiſta eſt. & ſerm. 4. in feſt. ſancti
Ioan. tom. 10. *Quiſquis Ioanne plus eſt, non tantum*
homo, ſed & Deus eſt. ergo iuxta horum Sanctorum
ſententiam comparatio eſt ſanctitatis & virtutis,
cum ſanctitate & virtute reliquorum Sanctorum
antiquæ legis. Immo aliqui volunt & nouæ, ex-
cepto Chriſto, ac Beata Virgine, licèt officio mi-
nus fuerit Apoſtolis, tamen in ſanctitate, & gra-
tia maior illis; ſic ſanctus Theodorus Studites, Theodor.
dicens: *& Prophetis, & Apoſtolis, & alijs omnibus re-*
uera prior eſt magnus præcurſor, illis quidem vt ſequēs,
his verò vt præcedens. Adſimilia habet Petrus Da- Damian.
mian. in hom. de ſanct. Ioan. *eleuentur omnes, & me-*
ritorum prærogatiuis ante conſiſtorium maieſtatis exul-
tent: non erit tamen qui ad Baptiſtæ Ioannis priuile-
gium audeat aſpirare, vnus eſt, & ſecundum non habet,
qui choris interitus Angelicis ſublimioris corona titulus
vniuerſitatis humanæ tranſcendit aſcenſum. Eiuſdem
ſententiæ eſt Guarricus Abbas *ſerm. 2. de Baptiſta,* Guarric.
& Euthym. quam ſententiam communem Do-
ctorum vocat doctiſſimus Ekius *hom. 6 de Ioanne* Ekius.
Baptiſta, Gerſon idem ſentit, dum affirmat in ſe-
dem Luciferi ſucceſſiſſe Ioannem, proximumque
Virgini extare, cuius etiam ſententiæ eſt Franci-
ſcus Maironius, aliique, de qua re videndus eſt Maironius.
Suarez de vita Chriſti *vbi ſuprà*, qui excellenter, vt Suar.
aſſolet, de hac re.

Ratione etiam probatur hæc ſententia, quam
tradit Maldonat. nam ex his verbis aliquid aliud
intelligere voluit Chriſtus, præter altitudinem
prophetiæ. nam ad quid hæc addere, ſi de pro-
phetiæ altitudine illud intelligere vellet, cùm
iam dixiſſet Ioannem eſſe plus quàm Prophetam;
ad hanc enim cæteræ referuntur, quæ parui ſunt
momenti.

Secunda ſententia eſt, comparationem eſſe cum
cæteris Prophetis, non in ſanctitate, ſed in dono
prophetiæ. huius ſententiæ eſt Hilarius *can. 11.* qui Hilar.
ſic. *Gloriam omnem Ioannis Dominus oſtendit, dicens*
eum eſſe vltra Prophetam, & quomodo Chriſtum igno-
rare credetur, qui miſſus in Angeli poteſtate viam ven-
turo parauerit? ex quo ex natis mulierum nullus maior
Propheta ſurrexit, ex quibus vltimis verbis patet de
maioritate doni prophetiæ intellexiſſe Hilarium
ſententiam, eſt ſancti Thomæ *in hunc locum*, pro- S. Thom.
bantis non eſſe inconueniens Ioannem dici maio-
rem

rem omnibus Patribus antiqui Teſtamenti, verba eius: *ille enim eſt maior, & excellentior, qui ad maius officium eſt aſſumptus, Abraham maior eſt inter Patres, quoad probationem fidei, Moyſes quoad officium prophetia, & omnes illi præcurſores Domini fuerunt, nullus autem fuit in tanta excellentia & fauore, ideo ad maius officium eſt aſſumptus.* In qua ſententia aduertendum pro excellentia, & fauore Sanctum intelligere prætogatiuas Ioannis ſupra cæteros, vtpote propliciatus à cæteris Propheris, Chriſto vicinior, laudatus à Chriſto amplior Propheta, & cætera quæ fuerunt dona particularia Ioannis. Quomodo etiam hanc ſententiam intelligit Euthym. eſt

Iſidor. etiam Iſidor. Abbat. *in caten. D. Thom. apud Lucam,* qui ſic: *Maior etiam inter natos mulierum Ioannes, eo quòd ab ipſo matris vtero prophetauit, & potius in tenebris lumen quod iam venerat, non ignorauit*, illam tradit Titelman. *in elucidat. huius Euangelij*, quatenus vtramque approbat. Pro illa poteſt intelligi

Caiet. Ianſen. Salmer. Abulenſ. Burg. Caiet. & Ianſen. & ex modernis mordicus eam tenet Salmer. ſecutus Abulenſ. Lucas Burg. aliique recentiores; en quanti tum ex antiquis, tum ex modernis.

Probatur *primò* ex authoritate Lucæ, qui expreſsè hanc maioritatē intelligit in ordine ad prophetiam. *Dico enim vobis, maior inter natos mulierum Propheta Ioanne Baptiſta nemo eſt.* & ſi obſeruas Lucam poſt Matthæum ſcripſiſſe, inuenies illum voluiſſe corrigere vniuerſalem Matthæi, & eam ad maioritatem prophetiæ adduceret, & ſenſum Domini, quem Matthæus retienit, declarare, quod cùm ſit, & optimum eſt hoc argumentum, neque aliquid faciunt aliæ expoſitiones quas dant primæ ſententiæ authores: nam dato quòd ſuſtineri poſſint, tamen non eſt negandum quòd hæc litteralis, & magis obuia eſt, cùm ſit plana, neſcio quo modo ſit, aut eſſe poſſit error hanc affirmare ſententiam.

Suar. Vnde modeſtiſſimus Suarez opinionem hanc, quam ſequuntur hæretici, adoertenter vocauit extremum, prout ab ipſis affirmatur negantibus, omnem veram ſanctitatem, ſed tantùm imputationem iuſtitiæ Chriſti recognoſcentibus. Parce mihi mi lector: impatientiſſimè fero aliquorum cenſuram, dum ex illa viri adnotantur Catholici, ſanctiſſimi & doctiſſimi.

Probatur *ſecundò* hæc ſententia ratione; qua mea ſententia amplius litteralem reddit hanc intelligentiam, quàm primam. Nam cùm totus Chriſtus eſſet ad probandum conſtantiam Ioannis, & ab eo tollendo mobilitatem, quod probauit ex habitatione eremi, vt diximus, ex auctoritate victus & veſtitus, tandem munere prophetico, quod aſſeruit maius fuiſſe in Ioanne, quàm in cæteris, concludit inde poſtea ipſum maiorem fuiſſe omnibus Prophetis, non ſolùm æqualem. ex quo euidentiſſimè ſequebatur quod Chriſtus intendebat, nempe conſtantem ſemper in dictis fuiſſe Ioannem, cùm ſi conſtantes omnes Prophetæ, nunquid inconſtans qui maior omnibus illis, ex quo ſoluta manet contrariorum ratio.

Hæc ſententia quantum capio, amplius litteralis eſt, & magis apta ad probandum id quod Chri-

Salmer. ſtus intendebat, &, vt rectè Salmer. videtur *ſenſus germanus, & magis verus*; cum hoc tamen primus ſenſus optimè ſuſtineri poteſt, & ad excellentiam Ioannis mirificè facit, ex quo concludit Auctor Imperfecti, ſimpliciter omnibus maiorem eſſe Ioannem; ipſe enim in eius eſt ſententia, nullum in cœlis Sanctum parem eſſe cum altero; ergo cùm nullus maior, ex ſententia Saluatoris, Ioanne, & æqualis nullus in cœlis, ſequitur omnibus Sanctis in cœlis Ioannem eſſe maiorem. *Scriptura*, ait hic auctor, *non dicit Ioannem maiorem eſſe cæteris Sanctis, ſed cæteros Sanctos non eſſe maiores Ioanne: coæquauit eos cæteris, non præpoſuit; ſed cùm tanta ſit iuſtitiæ altitudo, puto quòd omnes Sancti, quantum ad ſubtilitatem diuini iudicij, inuicem ſibi aut inferiores ſunt, aut priores.* Quòd autem omnes Sancti diſpares ſint in gloria, eſt etiam opinio Abulenſ. *hic quæſt. 35.* Maironis *in ſerm. de Baptiſta*, qui ſic. *Ioannes plus gratia, quàm alij, recepit, dicente Domino: Inter natos mulierum non ſurrexit maior, ſcilicet in gratia; & per conſequens, nec æqualis, quia iuxta Dionyſium duo non erunt in patria æquales.* Qua doctrina ſtante, ſi vera eſt, de quo nunc non diſputo, euidenter ſequitur præter Virginem ſanctiſſimam omnibus Sanctis maiorem eſſe in cœlis Ioannem Baptiſtam, & licèt in hac re ſtultum eſſet aliquid definire, aut pro certo ſtatuere, tamen ſi piè quod ſentio dicere fas ſit, apud me tanti ponderis eſt Angelica Ioannis vita, & pondus ſanctitatis, quod ei contulit Deus non ſolùm ad ſuum augmentum, & iuſtificationem, ſed vt talis ſanctitas ſola abſque miraculis eſſet ſufficiens teſtis diuinitatis Chriſti, ſic vt ſtante eius vitæ ſanctitate inexcuſabilis eſſet, qui ei non crederet affirmanti Chriſtum eſſe Meſſiam, ac proinde Dei filium, vt conſiderata difficultate talis credibilis, quæ infinita, vtpote de re infinita abſconſa, & oculis imperuia, certè, vt ſic dicam, ſanctitas requirebatur infinita quæ illud teſtificaretur tanta dignitate, vt deberetur credi, ſed in hac re vnuſquiſque ſuo ſenſu abundet.

2. *In cœlis nullus Sanctus alteri æqualis.*

Abulenſ. Mairon.

3. *Auctoris ſenſus de ſanctitate Ioannis.*

Adnotandum inſuper quòd licèt prima affirmetur, verba ſcilicet intelligenda de ſanctitate, non tamen inde ſequitur Ioanni ex antiquis non fuiſſe aliquem parem, vt obſeruauit Hieronymus, & D. Auguſt. *vbi ſuprà quæſt.* 26. Hilarius Arelatenſis *hom.* 1. Beda, Paſchaſ. Rhatbert. aliique, hoc dixerim, ne ex doctrina ſuperiùs tradita Auctor Imperfect. aliquis ex hoc dicto Saluatoris abſolutè pronuntiet, non ſolùm nullum Sanctum Ioanne eſſe maiorem, ſed neque æqualem.

4. *Sancti antiqui æquales potuerunt eſſe cum Ioanne.* Hieron. Auguſt. Hilar. Beda. Paſch. Rhat.

Ex hoc dicto Saluatoris, ſic impensè in laudem Ioannis profuſi duo eruenda moralia, ſatis ad rem.

5. *Humilitatis præmium quantum.*

Primum quantum ſit præmium humilitatis, dum Ioannes ſe ſic deprimit, vt vſque ad non eſſe, vt ſic dicam, ſe deiiciat, dum omnibus interrogationibus ſemper reſpondit, *Non ſum*; at quid ex hac humilitate, Dei ſententia ſuper omnes illum eſſe, & ſuper omnes illum extollere; omne malum, omnis depreſſio; vnde putas euenit. Sanè ex eo quòd omnes volumus eſſe, nullus vult *non eſſe*; *quantum verò religioſi, & Eccleſiaſtici*, ait Thauler. ſerm. 1. in Dom. 4. Aduent. *etiam pro eſſe agant, & dimittant, & patiantur, & operentur, ſe ipſum quiſque perſcrutetur. heu monaſteria omnia & incluſoria vniuerſa hoc execrabili malo abundare, vt quiſque & eſſe cupiat aliquid, & apparere.* Sic etiam ob hoc & Angelus ſe perdidit, ſic & primus homo; de qua re vide Thaulerum, qui excellenter de hoc. Quid ergo ſi omnis perditio & ſubmiſſio eſt ex voluntate eſſendi; nunquid non omnis exaltatio ex voluntate non eſſendi.

Thauler.

6. *Omnium malorum principium ſuperbia, qua vnuſquiſque vult nullus non eſſe.*

Secundum documentum eſt, vnde ſumendum ſit ſanctitatis ac veræ perfectionis indicium, ac, vt ſic dicam, gradus; non quidem ex miraculis, cùm iſta & mali etiam efficere poſſint in atteſtationem

7. *Sanctitatis gradus ex virtute, nō ex miraculis expendendus.*

tionem fidei, dum non gratiam ſupponant, ſed tota breuitas ſanctitatis pendet ex virtutibus: nullum miraculum operatus eſt Ioannes, & tamen maior omnibus prædicatur à Chriſto.

Chriſtus & ſanctiſſima Virgo excipiuntur ab hac generali locutione.

8. Vltimò tandem licet aduertere cum omnibus, tum Sanctis, tum expoſitoribus, quòd licèt hoc dixerit Chriſtus de Ioanne, excipi ab illa ipſum Chriſtum, tum quia in generali locutione ſemper intelligitur excepta perſona loquentis, tum deinde, quia, vt infrà dicemus, ſe ipſum excepit quando dixit, *& qui minor eſt in regno cælorum, maior eſt illo.* quod de Chriſto intelligitur. Tum, quia Chriſtus etſi natus ex muliere, non tamen modo naturali, vt cæteri homines, de quibus tantùm intellexit Chriſtus. Neque etiam eius ſancta & benedicta intelligitur mater, tum quia ratione eius dignitatis, vtpote mater Meſſiæ, hoc non poteſt intelligi, cùm ratione talis dignitatis & puritate debebat pollere, qua nulla poſt Chriſtum eſſet maior, tum quia comparatio inter viros debet eſſe, non inter fœminas; & Dominus dixit inter viros, non vitæ fœminas nullum eſſe maiorem Ioanne, res eſt clara, nullique dubia.

Vita Ioannis quàm conſona teſtimonio Chriſti.
Chryſoſt.

9. Adnectam vltimò dignam Chryſoſtomo ſententiam, aduertente, quod etſi teſtimonium Chriſti tantum ſufficiens eſſet ad omnem Ioannis præeminentiam credendam, aſſerendamque, tamen euidenter Chriſti teſtimonij veritatem quiſque inueniet vitam conſiderando Ioannis; vnde ſic ait; *ſufficit quidem Domini vox præbens teſtimonium præminentia Ioannis inter homines, reperiet autem qui vult, & rei veritatem conſonam, ſi menſam eius conſiderabit, ſi vitam, ſi mentis excellentiam, veluti enim qui cælitus deſcendiſſet, degebat in terra, ferè nullam ferens curam de corpore, intellectualiter erectus in cælum, & ſoli Deo coniunctus, de nullo mundanarum ſollicitus, ſermo ſeuerus & lenis. nam cum populo Iudæorum viriliter & ferueuter, cum Rege audacter, cum proprijs diſcipulis leniter conferebat, vel fruſtrà, vel leniter, ſed*
10. *omnia conuenienter gerebat.* Quid eſt hoc? Sanè illud, quàm moroſè, vt ſic dicam, vitis doctis, & grauibus ſit incedendum in alicuius ſanctitate, aut affirmanda, aut credenda, cùm ex hoc in Dei Eccleſiam ſcandala euenerunt, niſi probatiſſimas experiantur virtutes, dum etſi Chriſtus talis ac tantus, cuius ſola vox ſufficiebat, vtpote potens ad dandas virtutes ipſas, etſi non adeſſent, tamen vult Chryſoſtomus, vt ex vita Ioannis teſtimonium Chriſti comprobetur; pudet dicere, quæ hac tempeſtate aſpicimus; prædicantur & à viris doctiſſimis, vt ſancti, vt ſanctæ, quæ vix in virtute nouitiæ, aut nouitij. Sed ad noſtra.

Quàm cautè procedere debet docti in affirmanda alicuius ſanctitate?

11. *Qui autem minor eſt in regno cælorum, maior eſt illo.* Non poſſum reliquorum opiniones deferere, vt veram iuxta meam ſententiam ſtatuam; nam locus difficilis ob varietatem expoſitionum, & acceptionum regni cœlorum; ſit itaque

Quis intelligatur per minorem in regno cælorum.

Prima opinio.
Cyrillus.
Iſidor.
Tolet.
Maldon.

Prima, opinio Cyrilli *lib. 2. Theſaur. cap. 4.* Iſidori Peluſiotæ *lib. 1. epiſt. 68.* eam ſequitur Cardinal. Tolet. & Maldonat. qui accipientes regnum cœlorum ſtatum nouæ legis, & baptiſmum, affirmant ratione ſtatus, & doni Spiritus ſancti, quod in Baptiſmo confertur, ex quo qui filios Dei dicitur, quilibet renatus ex Spiritu ſancto maior eſt Ioanne, & omnibus antiquis; quatenus iſti, etſi ſanctiſſimi, & in ſanctitate præcellentes, Chriſtianos aliquos, tamen ratione legis dicebantur filij carnis, non Dei, & ſi Dei, non ex vi legis, ſed Euangelij, vnde hæc eſt Cyrilli & reliquorum interpretatio, inter carnis filios non baptizatos, neque per Spiritum ſanctum regeneratos, *non ſurrexit maior Ioanne. Qui autem minor eſt in regno cælorum, id eſt, qui per Baptiſmum & Spiritum ſanctum regeneratus eſt, maior eſt illo*, ratione ſtatus & Baptiſmi.

Reijcitur.

Hæc opinio duo patitur inconuenientia. *Primum.* nam, vt ſic, non eſſet comparatio perſonarum, earumque ſanctitatis, ſed tantùm legis nouæ, & veteris, quod nullò modo hîc conuenit, quidquid dicat Maldonat. Ad quid nunc comparatio veteris, & noui Teſtamenti, cùm hæc ſint adiuncta ad exceptionem generalis illius, nullum ſcilicet eſſe Ioanne maiorem. *Secundum* autem inconueniens eſt quòd hæc ſententia vnum ſupponit certum, quod incertiſſimum, immo contrarium verius, Ioannem ſcilicet non fuiſſe baptizatum à Chriſto, & non pertinere ad ſtatum nouæ legis. Cuius contrarium ſentit D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 174. *art. 4. ad 3.* & D. Cyrilli ſuper illa verba, *ego à te debeo baptizari*, vbi ſic, *Chriſtus neceſſarium Ioanni baptiſmum per diſpenſationem in aliud tempus differendum aſſeruit, nihil enim aliud illa verba Saluatoris ſignificant ſine modo.* ergo cùm Ioannes baptizatus & ad ſtatum nouæ legis pertineat, non eſt cur per regnum cœlorum baptiſmus debeat intelligi.

Idem.
S. Thom.
Cyrill.

Secunda ſententia.
Auguſt.

Secunda ſententia eſt Auguſtini *lib. 2. contra aduerſarium legis, cap. 5.* qui accipiens per regnum cœlorum ipſam beatitudinem, & per minorem in illa quemlibet Angelum, affirmat quemlibet Sanctum qualibet ſanctitate fulgentem in terra, minorem eſſe pro hoc ſtatu, quolibet Angelo in cœlis Deum vidente, quia in regno cœlorum ſunt Angeli, quilibet in eis minor, maior eſt vtique quolibet Sancto, iuſto portante corpus quod corrumpitur.

Hæc Auguſtini ſententia ſuſtineri poteſt ex eo. nam cùm Chriſtus dixerit Ioannem eſſe Angelum illum promiſſum ex Malachia, ne turbæ æſtimarent verum eſſe Angelum natura, non officio, vt multi, ſicut ſuprà diximus, errarunt. Ideo num eum infra Angelos facit, quam ſententiam tenent etiam D. Ambroſ. *Luc. 7.* Bon. *ibid.* D. Thom. 1. *part. quæſt.* 117. *art.* 2. *& hîc.*

Ambroſ.
Bon
D. Thom.

Tertia ſententia.
Hieron.
Beda.

Tertia ſententia eſt D. Hieronymi, & Bedæ, qui hoc de quolibet Beato, non ſolùm de Angelis intelligunt. vnde Hieronymus, *nos autem ſimpliciter intelligamus, quòd omnis Sanctus, qui iam cum Domino eſt, ſit melior illo, qui adhuc conſiſtit in prælio; aliud enim eſt victoria coronam poſſidere, aliud adhuc in acie dimicare.* At tunc non extabant Beati in cœlo, hoc autem intellige de lymbo, vt bene aduotat Salmer. etſi ratione deſcenſionis Chriſti lymbus dicatur paradiſus, iuxta illud, *hodie mecum eris in paradiſo*, tamen nunquam cœlorum regnum.

Salmer.

Quarta ſententia.

Quarta ſententia eſt affirmaſſe Dominum minorem quemlibet in Euangelio, ſiue in Eccleſia maiorem eſſe Ioanne; non in ſanctitate & meritis, ſed in prophetandi dignitate, & explicandi myſteria. Vnde ſenſus, licèt Ioannes ſit maximus inter Prophetas prophetandi dignitate, *tamen minor in regno cælorum*, hoc eſt, Apoſtolis & diſcipulis meis: nam quilibet ex eis maior eſt Ioanne, non quidem ſanctitate, ſed dono cognoſcendi, & explicandi myſteria. Hæc ſententia eſt Ruperti quatenus affirmat Chriſtum dixiſſe Ioannem eſſe maiorem omnium Prophetarum quatenus ipſe ſe tenebat minorem omnibus Apoſtolis, & etiam minimis diſcipulis, quatenus expreſſiorem notitiam de Chriſto erant habituri, quam ipſe: quam interpretationem affert Barrad. & eam refutat, quia ex ea ſequeretur Chriſtum comparaſſe Ioannem

Rupert.
Barrad.

cum

cum reliquis Prophetis in dono prophetiæ tantùm, & non in ſanctitate, quam non æſtimat veram; ſed non video cur neceſſe ſit hoc aſſerere, cum bene potuit Chriſtus affirmare maiorem omnibus Prophetis eſſe Ioannem tum in prophetia, tum in ſanctitate: at quoad prophetiam, minorem omnibus Apoſtolis, modo quo diximus.

Hanc ſententiam omnino affirmarem, vtpote congruentem ſententiæ quam ſuprà tenuimus, & probauimus. At eam relinquo, quia non litteralis, vt ex dicendis patebit.

Quinta ſententia & vera.

Quinta ergo ſententia & veriſſima eſt illorum Patrum & Doctorum, qui pro regno cœlorum præſentem Eccleſiam intelligentes, vnde apud Lucam eſt, *Qui minor eſt in regno Dei.* pro quo frequenter præſens Eccleſia accipitur, *pro minimo* intelligunt ipſum Chriſtum, qui minimus dicitur, vt ait Chryſoſt. *ætate, & opinione multorum*; nobilitate, & hominum æſtimatione, vtpote qui eum æſtimabant ſaluti filium Ioannem Sacerdotis, minor etiam abſtinentia & vitæ auſteritate. *Minor*, vt ait Caietanus, *officij, quia venit miniſtrare, & non miniſtrari, nam maior eſt qui recumbit, ego autem in medio veſtri ſum, ſicut qui miniſtrat.* Tandem minor per Antonomaſiam poterat dici reſpectu iudicio Principum, Sacerdotum, & Phariſæorum. hanc ſententiam tenent Diuus Hilarius, Chryſoſtomus, Auctor Imperfect. Theophylact. Euthym. Auguſt. *tract. 13. in Ioannem*, Tertull. *lib. 4. contra Mar. cap.* 18. Rupert. Caiet. Ianſen. Abul. Salm. Barrad. aliique multi.

(Chryſoſt. — Caiet. — Hilar. Chryſoſt. Auct. Imp. Theophyl. Euthym. Auguſt. Tertull. Rupert. Caiet. Ianſen. Abulenſ. Salmer. Barrad.)

Hæc ſententia mihi veriſſima apparet, hac euidenti ratione; cùm enim Chriſtus generaliter affirmaſſet, inter natos mulierum non ſurrexiſſe maiorem Ioanne, equidem exiſtimante toto populo Ioannem eſſe Meſſiam, qui ſupra omnes ſe eleuare debebat in ſanctitate, & maioritate, euidenter contra ſe teſtatum relinquebat ipſo maiorem eſſe Ioannem. Ac proinde niſi ſe ex illa generalitate exciperet, turbatum, ac omnium errorem confirmaſſet, ſic vt impoſſibile, cuique poſtea foret contrarium perſuadere, cùm eius fulti fuiſſent authoritate. Quid ergo vt tanto obuiaret inconuenienti, non ex vana gloria, non ex leuitate, non ex amore ſui, non ex deſiderio prælationis, ſed ex rei veritate compulſus, ac neceſſitate, ne cauſa tanti eſſet erroris veritatem teſtificans ſe excepit ab illa generali, quod fecit tanta humilitate, ac, vt ſic dicam, verecundia, vt minorem ſe appellarit, hoc eſt, omnium minimum. ſic humilis ex corde. Vnde rectiſſimè Bonau. *Qui minor eſt*, ait, id eſt, *Chriſtus humilior in Eccleſia.* Ex quo habes non ſolùm in factis, ſed in verbis humilitatem te Chriſtum ſemper docere.

(12. *Chriſtus cur hanc ſubiecit ſententiam, & cur ſe excepit ab illa generali locutione.* — Bonauent.)

Ex his ergo elucet non ſolùm veritas, ac litteralis ſenſus, ſed etiam neceſſitas huius exceptionis. quapropter non eſt probanda intelligentia illa cuiuſdam Neoterici, etſi aliquod fulcimentum poteſt habere ex Rupert. vt ſuprà diximus. Qui, vt ipſe, inquit, ſe expediat facili negotio, æſtimat, hunc horum verborum eſſe ſenſum, ſcilicet in æſtimatione Ioannis, licèt ipſe talis ac tantus, minimum in regno cœlorum maiorem eſſe illo, hoc eſt, minimum ex iuſtis exiſtimaſſe ſe eſſe maiorem in ſanctitate, ob hoc ex humilitate ſummum eſſe Ioannem aſſerens. Quæ acceptio, etſi pia, & ad laudem ſanctiſſimi Ioannis excogitata, tamen nec ad ſenſum, nec cum veritate conuenit, vt ex dictis patet, & falſum eſt Chriſtum noluiſſe aliquo modo coarctare aſſertum de magnitudine Ioannis, vt ex ratione facta patet, &, vt verum fatear, tales ac ſimiles expoſitiones non illuſtrant, ſed potiùs offuſcant ſanctiſſimi Euangelij intelligentiam veram, & litteralem, licet piſſimè inueniatur. Firmum ergo remaneat pro minimo Chriſtum ſe intelligere, & pro cœlorum regno Eccleſiam, & illud dixiſſe, ne confirmare videretur falſam opinionem vulgi Ioannem eſſe Meſſiam.

(Rupert.)

At reticere nolo quomodo ly *regnum cœlorum* aliqui ex Sanctis connectunt, cùm non cum *minimo*, ſed cum ſequentibus, nempe *maior*, vnde excellentiſſime illud componunt. Chryſoſt. ergo ſic componit, *qui minor eſt ætate, maior eſt in regno cœlorum in ſpiritualibus omnibus, cœleſtibuſque bonis.* Euthym. *qui minor videtur, maior eſt in regno cœlorum, imperando cœlis.* Auguſt. & Hilarius *Qui minor naſcendi tempore, maior in Eccleſia Ioanne.* Tandem alij, & quod ſummopere mihi placet, ſic exponũt: *qui minor æſtimatur nunc, & in hac Eccleſia, maior eſt in regno cœlorum teſtimonio omnium Angelorum*, ex quo ſenſu ad mores accipi poteſt, quoties hoc verum, maiori ſcilicet æſtimatione in cœlis reperiri aliquem deſpectũ in terris, & apud hominum æſtimationem, quàm aliquem Prælatum, & magni nominis virum, aut Doctorem, aut prædicatorem.

(Chryſoſt. — Euthym. Auguſt. Hilar.)

A diebus Ioannis Baptiſtæ vſque nunc, regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. NVM. 12.

Omnes enim Prophetæ & lex, vſque ad Ioannem, prophetauerunt. NVM. 13.

Et ſi vultis recipere, ipſe eſt Elias, qui venturus eſt NVM. 14.

Qui habet aures audiendi, audiat. NVM. 15.

Senſus litteralis, & moralis.

(1. *Quomodo violenti cœlorum regnũ rapiunt, & qui illi.*)

A *Diebus Ioannis*, &c. Variè hæc ſententia interpretatur, & à Patribus accipitur, ſecundùm quod variè acceperunt regnum cœlorum, & variè intellexerunt ly *vim patitur, & violenti rapiunt illud.* ideoque referam quid alij ſenſerunt, deinde quid probabilius mihi viſum.

(*Prima ſententia.* Hilar. Ambroſ. Maldon.)

Prima ſententia eſt Hilarij, & Ambroſ. *Luc.* 7. quem ſequitur Maldonat. qui per regnum cœlorum Eccleſiam, eiuſque gloriam intelligentes, & per violentas Gentiles, affirmant hos intuliſſe vim Eccleſiæ, quatenus Chriſtum debitum Iudæis, eiuſque Eccleſiam rapientes ad ſe attraxerunt. *Vim*, inquit Hilar. *regnum cœlorum patitur, inferentoſque diripiunt illud, quia gloria Iſrael Patribus debita, à Prophetis annuntiata, à Chriſto oblata, fide gentium occupatur & rapitur*, & Ambroſ. *Rapuit à ſynagoga*, inquit, *Eccleſia regnum, rapiunt regnum cœlorum, cùm Chriſtus à domeſticis, id eſt, à Iudæis detegatur, à gentibus adoratur, rapitur cùm ab illis repudiatur, & à nobis colitur.* Adſimilia habet *ſerm.* 15 *Natalis Domini.*

Hæc ſententia vnum patitur incommodum, nam videtur excludere omnino à tali violentia, & à regno cœlorum Iudæos cùm de illis principaliter videtur Chriſtum locutum, dum ait, *à diebus Ioannis.* nam verè à prædicatione Ioannis, vt infrà dicemus, violentiſſimè Iudæi quamplurimi tum ad ipſum, tum ad Chriſtum accurrerunt.

(*Secunda ſententia.* Cyrill.)

Secũda ſentẽtia eſt Cyril. *lib.* 1. *theſaur c.* 4. qui per cœlorũ regnum intelligens baptiſmum, & donum Spiritus ſancti, quod à prædicatione Ioannis multi

receperunt, affirmat hos vim dici inferre, quatenus magno ſtudio à vitiis ad virtutem conuertebantur. At hoc ſi de baptiſmo Chriſti intelligatur, vt debet intelligi, longè pòſt euenit, non tunc quando hoc dixit Dominus qui de præſenti loquitur; nempe rapiunt illud.

Chryſoſt. *Tertia* ſententia eſt Chryſoſtomi, qui interpretans ſententiam & regnum cœlorum de fide, ſic ait: *multi quotidie rapiunt, ſic enim manifeſta eſt, atque illuſtris, vt ad ipſam multi curſu contendant, illam rapuerunt, qui magno ſtudio properantes Chriſto adhæſerunt.*

Caiet. *Quarta* & veriſſima ſententia eſt Caiet. qui per regnum cœlorum ipſam vitam æternam accipiens, affirmat ideo à diebus Ioannis, & non antè ab omnibus vim pati, quatenus antea nullus directè, & ſic explicitè tendebat ad regnum cœlorum fide, pœnitentia, & operibus bonis ac à diebus Ioannis, qui explicitè illud prædicauit, vnde ſicut priùs ad obtinendam promiſſionis terram multam vim Iudæi intulerunt; ſic nunc ob prædicationem Ioannis altius ſe erigentes, quàm tunc, non regno terreno, ſed cœleſti vim per pœnitentiam inferebant. quæ ſumma erat ſanctiſſimi Ioannis laus. Audi Caiet. *Temporibus*, ait, *priſcorum Prophetarum promittebatur regnum terrenum, & ob illud inferebant vim; a diebus autem Ioannis Baptiſtæ, incepit prædicari, & promitti regnum cœlorum, cœperuntque homines ex directa intentione ad illud tendere, fide, pœnitentia, & operibus bonis. In quod commendatur Ioannes ex hoc quòd fuit primus Prædicator, inducens homines ad tendendum directè in regnum cœlorum.* Quòd ſi Caietano obiicias etiam antiquitus

2. *Magna Ioannis laus directa induxiſſe hominem ad regnum cœlorum.*

ſanctiſſimos extitiſſe operantes, ex intentione regni cœlorum, reſpondet, *quòd non operabantur explicitè, ſed ex intentione obediendi Deo in ſpe mercedis mediante Meſſia venturo.* At prædicante explicitè Ioanne aduentaſſe iam cœlorum regnum, & Meſſiam ex tunc auidiſſimè, explicitè, directè, ob regni cœlorum adoptionem populos operatos eſſe omnia bona opera.

3. *Quid ſit vim inferre cœlorum regno, & eum illud pati.*

Et vltrà procedens Caiet. ad explicandum illud *vim patitur*, affirmat hoc intelligi tum ex parte regni cœlorum, tum ex parte tendentium ad illud ex parte regni cœlorum, quia tantæ eſt excellentiæ, vt nullo modo habet habilitatem ad hoc vt acquiri poſſit ab hominibus, *ſicut corpus cœleſte non eſt habile*, ait, *quod requiri poſſit ab homine.* Vnde de facto quando acquiritur, vim patitur, ex parte autem hominum, quia illud rapiunt, non ex merito naturæ, aut propriarum actionum, vt ſic, ſed ex vi ſpiritus habentis poteſtatem ſuper regnum cœlorum, ex quo fit, quòd potius eum rapiant, quàm acquirant, quod equidem faciunt mortificatione, pœnitentia, ignominia ac paupertate, vt ſentiunt, & hanc vim exponunt Baſilius in oratione de abdicatione rerum. Chryſoſt. Hieronym. Auguſt. *lib. 2. qq. Euangelicarum, q. 37.* Gregor. *hom. 20. in Euangel.* Theophylact. Euthym. Beda, Bern. *in ſent. cap. 5.* Caiet. ſequuntur Salmer. Abulenſ. Barr. Ianſen. aliique.

Baſil. Chryſoſt. Hieron. Auguſt. Gregor. Theophyl. Euthym. Beda. Bernard. Salmer. Abulenſ. Barrad. Ianſen.

At ne aliquis putaret talem vim vnquam defuturam, appoſuit Dominus *vſque nunc*, quod ſignificat, & vſque tunc duraſſe, & duraturam vſque quò tempus duraret Chriſti, quod erit ſemper, vt rectè Caiet. *appoſuit hoc*, ait, *ad ſignificandum perſeuerantiam violentiæ regni cœlorum, prædicante ipſo Chriſto, intendens quòd violentia quæ inchoauit à diebus Ioannis, non inchoauit vt terminaretur me præſente, ſed vt perſeueret vſque in tempus meum, quod eſt vltimum.*

Hæc Caietani ſententia, meo iudicio, litteraliſſima eſt, & omnino conformis ſenſui omnium Patrum ſuprà adductorum, qui omnem per regnum cœlorum beatitudinem intelligunt, & per violentos peccatores, per opera pœnitentiæ, immò & iuſtos per opera ſancta, & per violentiam ipſam finis altitudinem, vnde Hieronymus, *Grandis eſt enim violentia in terra non eſſe generatos, & cœlorum ſedem quærere, & poſſidere per virtutem quæ non tenuimus per naturam.* Hieron.

Ex dictis quo ad mores ſummam Dei bonitatem erga homines elicere potes, ac eius infinitam liberalitatem deſideriumque immenſum dandi gloriam, dum non ſolùm vt mercedem nobis proponit regnum, neque vt liberaliter ab ipſo datum, ſed etiam ſic exponit, vt rapi, aut violenter obtineri poſſit. De qua re egregiè Ambroſ. ſerm. 15. *O beata violentia*, ait, *quæ non indignatione percutitur, ſed miſericordia condonatur. Beata violentia quæ vim patienti bonitatem elicit, & vtilitati tribuit inferenti; mala res admittitur, & de iniuria nemo cauſatur, via admittitur, & religio propagatur, quiſquis enim violentior Chriſto fuerit religioſior, habebitur à Chriſto.* 4. *Dei ſummum deſiderium dandi gloriam.*

Quid pulchrius? Conſidera latronem in cruce pendentem, & admiraberis, quàm citò, quàm violenter a Chriſto regnum rapuerit cœlorum. Ne mireris Chriſtus diuitiis plenus ſtabat in via, eas non ſecretò, ſed publicè portans, vtpote vndique corpus eius in quo exiſtebant apertum. Quid ergo ſanctus latro? dolore, pœnitentia, confeſſione, oratione violenter accedens rapuit, ac, vt ſic dicam, ſuis Chriſtum ſpoliauit diuitiis, ſic feliciter, vt audire meruerit, *hodie mecum eris in paradiſo.* Aggrediamur ergo in itinere Dominum, ait Ambroſ. vbi ſuprà, *ſiquidem ipſe eſt via, & more latronum ſuis eum ſpoliare nitamur, cupiamus illi auferre regnum, theſauros & vitam, quia tam diues eſt, & largus, vt non adimat, neque reſiſtat.* 5. *Latro vt violenter regnum à Chriſto rapuit.*

Ex dictis ergo clarè educes, quod iuxta ſanctiſſimorum Patrum ſententiam tribus modis intelligi poteſt, quòd vim patitur regnum cœlorum à diebus Ioannis. *Primò* per affluentiam concurrentium, quæ extitit, & incepit à diebus Ioannis. *Secundò*, quia conceditur quibus non videbatur debitum, nempe hominibus, eorum conſiderata natura. Quòd ſi hoc extendere vis quia publicanis, & meretricibus excluſit Phariſæis, & Scribis, vt vult Ianſen. optimè potes. *Tertiò* tandem reſpectu altitudinis ipſius regni ab hominibus ex ſe incomprehenſibilis, factum comprehenſibile ex Dei gratia per opera pœnitentiæ, & ſatisfactionis, & non aliter, quibus illis vis infertur, & adipiſcitur. 6. *Quot modis dicatur, regnum cœlorum vim pati.* Ianſen.

Ex his egregiè educit Ambr. *vbi ſuprà* quòd etſi regnum cœlorum violentiam patiatur, & violenti illud rapiant, talis violentia includit, immo & ſupponit violentiam propriam, quam contra ſe quiſque inferre debet, vt ſuas paſſiones edomitas habens ex tali vi vim inferat cœlorum regno. *Aggrediamur*, ait, *non ferro, non fuſte, non ſaxo, ſed manſuetudine, & bonis operibus, caſtitate. Hæc ſunt arma fidei noſtræ; vt autem his armis vim inferre poſſimus antè corporibus noſtris vim quodammodo faciamus, prius enim ipſi regnare debemus in nobis, vt regnum poſſimus derripere Saluatoris.* Nil melius, immo nil verius; *a diebus Ioannis*, ait Dominus, *regnum cœlorum vim patitur.* Cur dies appellat Ioannis? Numquid dierū Dominus Ioannes? nil minus; ideo ob hanc difficultatem Hieronym. 7. *Vnuſquiſque ſibi prius inferre vim debet, vt poſteà cœlorū regno vim inferat.* 8. *Dies cur Ioannis.* Hieron.

&

Auguſt. Salmer.

& Auguſt. *lib.83.qq.quaſt.58.tom.4.* vt obſeruat Salmero, affirmant dies Ioannis appellaſſe Chriſtum dies ſuos, qui eum Ioannis diebus conuertebantur. nam, vt rectè Salmer. *Chriſtus vt verbum per*

9\. *Prædicatio fructifera qua.*

Ioannem vt vocem clamabat in deſerto, & excitabat tantum colorem in audientium pectoribus vt cælum ipſum vellent irrumpere. optima expoſitio, ex qua habes, quòd quando frigidi ex prædicatione populi recedunt, ſuſpicari poteſt cum voce prædicatoris non fuiſſe coniunctam Chriſti vocem, vnde talis dies non poſſit dici dies Chriſti. Bona ergo eſt expoſitio. At, ni fallor, & altera ſubeſt ratio, dies dici Ioannis, quia ipſe primus omnium, vita, moribus, veſtitu, abſtinentia, voce, docuit, prædicauit, quomodo vis cœlo inferri debebat, quam ipſe primus incumbit violentiſſimè. Vnde ad rem Damian. *Totus obſtupeo baptizanti, & hominem video violentiam ipſis cœlis inferre.*

Damian.

10\. *Quomodo verum Prophetas vſque ad Ioannem prophetaſſe.*

Omnes enim Prophetæ, & lex vſque ad Ioannem prophetauerunt. Locum hunc difficilem fecerunt, tum argumenta, tum variæ ſententiæ. Ponam ergo primùm argumenta & ſoluam; deinde ſententias & quæ mihi probabilior viſa aperiam.

Primò ergo arguitur quomodo Prophetæ vſque ad Ioannem prophetauerunt, cùm vſque ad Ioannis tempora nuſquam quiſquam peruenerit.

Reſpondetur, vſque ad Ioannem propheraſſe ſcriptis, non voce, & ſic vſque ad eius tempus ſcriptis peruenire potuerunt.

Secundò arguitur, quomodo vſque ad Ioannem omnes Prophetæ prophetauerunt, cùm & ipſe Ioannes fuerit Propheta, & *Act.* 11. & 12. multi prophetarunt.

Reſpondent, Chriſtum locutum de præteritis Prophetis vſque ad Ioannem, at non inde affirmaſſe nullum deinceps futurum Prophetam.

Tertiò arguitur, quomodo Prophetæ dicantur vſque ad Ioannem prophetaſſe, cùm multa eorum dicta vltra Ioannis tempus ſe extendebant? Reſpondet, & optimè Caiet. quoad actum prophetandi omnes Prophetas terminari ad Meſſiam, non quòd taceant futura poſt aduentum Meſſiæ, ſed quia quæcumque dicuntur poſt aduentum Meſſiæ, dicuntur vt accidentia connexa, conſequentia, & pendentia ad Meſſiam, & cùm terminus legis, & eius intentus ſit Meſſias ad laudem Ioannis, qui eum explicitè demonſtrauerat, voluit illum facere terminum legis, non quòd lex ab ipſo terminaretur, vt malè aliqui. nam hoc factum fuit à Chriſto; ſed quia ipſe vltimus fuit qui vltra reliquos Prophetas ſe extendens non ſolùm de Chriſto prophetauit, dum dixit: *me oportet minui, illum autem creſcere*, & alia; ſed digito demonſtrauit.

Ad expoſitiones autem deueniendo,

Prima ſententia. Hieron.

Prima eſt Hieronymi, qui ſic locum intelligit, omnes Prophetæ vſque ad Ioannem prophetauerunt Chriſtum venturum; at Ioannes iam veniſſe.

Secunda. Caietan. Titelm.

Secunda eſt Caiet. & Titelm. qui ſic: Omnes Prophetæ vſque ad Ioannem qui prophetauerũt, ſemper Ioannis tempora expreſſerunt; nam omnia ad tempus Meſſiæ referebantur, etiam quæ poſt Meſſiam erant futura; vt in reſponſione ad tertium argumentum ex Caiet. dicebamus.

Tertia. Maldon.

Tertia ſententia eſt Maldon. qui affirmat ſenſum eſſe, Prophetas, & legem duraſſe vſque ad Ioannem; & licèt ipſe conatur cohærentem facere hanc expoſitionem cum antecedentibus, mea ſententia, parum efficit, vide apud ipſum.

Quarta & vera.

Quarta & vera eſt Chryſoſt. Bedæ, Euthym. Ianſen. & Theophylacti *in Luc.* 16. ac Barradæ, & aliorum recentiorum, qui accipientes ly *prophetauerunt* pro cognitione, ac prophetia obſcura & velaminibus inuoluta, faciunt ſenſum, omnes Prophetas vſque ad Ioannem obſcurè & inuolutè de regno Meſſiæ, ac de cœlorum regno prophetauerũt. At Ioannes, qui plus quàm illi explicitè, ac clarè ſine ambagibus, & obſcuritatibus regnum Meſſiæ declarauit veniſſe, & Meſſiam adeſſe.

Chryſoſt. Beda. Euthym. Ianſen. Theophyl. Barrad.

Duabus rationibus hæc ſententia mihi amplius placet. *Probatur.*

Primò, quia eam videtur expreſſiſſe *Luc.16.n.16.* his verbis: *Lex & Prophetæ vſque ad Ioannem, ex eo regnum Dei euangelizatur, & omnis in illum vim facit.* Quid eſt, *ex eo regnum Dei euangelizatur*; niſi clarè, diſtinctè à Ioanne prædicatur, quod obſcurè à Prophetis priùs prophetabatur, ait, vbi Euſeb. ad caten. ſancti Thomæ in Lucam; *nouerant autem*, ait, *priores Prophetæ prædicationem regni cælorum, ſed nullus eorum expreſsè annuntiauerat populo Iudæorum, eo quòd puerilem mentem Iudæi habentes imbecilles erant circa prædicationis immenſitatem. Primus enim Ioannes manifeſtè prædicauit appropinquaſſe regnum cælorum, nec non & peccatorum remiſſionem per lauacrum regenerationis.*

Secundò, quia congruentior ſuperioribus dictis. 11.

Chriſtus ex quamis laudauit Ioannem.

Chriſtus enim totus in laudem Ioannis, *primò* eum laudauit ab habitatione, *ſecundò* ab auſteritate victus & veſtitus. *Tertiò* à dono prophetiæ. *Quartò* à ſuperioritate ſanctitatis cum reliquis. *Quintò* à prædicatione explicita, clara & ſonora regni cœlorum: *ſextò*, à motione quam fecerat ad illud rapiendum ex clara ſua prædicatione, nunc quaſi omnia confirmando, & veluti definiendo Ioannem ſupra omnes Prophetas eſſe, ait, quia ipſi non obſcurè, & inuolucris regnum cœlorum, ac Meſſiæ aduentum prædicauerunt, non ſic autem Ioannes.

Hæc expoſitio, vt dixi, mihi videtur omnium amplius litteralis, ex qua etiam ratio deducitur, quare ex prædicatione Ioannis cœperunt homines vim inferre cœlorum regno, & non antea ex prædicatione Prophetarum, & inſuper, vt ſuprà dicebamus, & ipſiſmet ſibi vim inferre, non verentur ex auiditate adipiſcendi regnum. Nam, vt bene Euſeb. vbi ſuprà: *Magna enim pugna incumbit mortalibus in aſcenſione cælorum, quòd enim homines carne mortali veſtiti ſubiugãt voluptatem, & omnem illicitum appetitum, imitari volentes vitam Angelicam, quomodo non ſit violenter.* & Ambroſ. lib.7. in Luc. *Lex enim multa iuxta naturam tradidit, vt naturalibus indulgentior deſiderijs ad iuſtitiæ ſtudium nos vocaret, Chriſtus naturam incidit, quia naturales quoque amputat voluptates, ſed ideo vim facimus naturæ, vt non ad terrena demergat, ſed ad ſuperna ſe erigat.*

Euſeb.

12\. *Ioannis prædicatio, cur tantum monebat animos ad vim inferendam cælorum regno, non autem Prophetarum.*

Cùm ergo tam violentum ſit naturæ humanæ regni cœlorum adeptio; vnde tanta hominibus anxietas? vnde tanta affluentia? vnde tanta vis ſibimet ex prædicatione Ioannis, non autem ex prædicatione Prophetarum? Sanè reſpondeo, quia clarè, & ſine inuolucris verborum, locutionum, ac metaphorarum prædicabat Ioannes, vti prædicabant Prophetæ, ſed explicitè, clarè, ea locutione, qua omnes paruuli, & magni, docti, & indocti, eum percipere poterant. Non ſic autem Prophetæ, quod cùm audis vide, an fructum aliquem facere poſſit illorũ prædicatio; quæ ſic inuolucrè, etſi vernacula lingua, verba proferunt, vt non ampliorẽ patiantur auditores laborem in ea percipienda, ac ſi latinè, vel extraneè loquerẽtur. Ad quid hæc, & vnde tantum abſurdum? Sanè, amice, quia qui ſic loquũtur,

13\. *Quàm, violentum homini regnum adipiſci cælorum.* Ambroſ.

14\. *Prædicatio clara debet eſſe ſine verborum fuco.*

ſiue prædicant parum de profectu populorum curantes, ſolum ad laudem ſermonis fucari aſpirant; nam ſi auditoris fructus eaquireretur, qui in captu

Auguſt.

conſiſtit ſermonis, profectò, vt ait Auguſt. de doctrin. Chriſt. lib. 4. cap. 9. & 10. *Non curaret qui docet, quantu eloquentiu doceat, ſed quantu euidentia, cuius euidentia diligens appetitus aliquando negligit verbu cultiora. Nec curat quòd bene ſonet, ſed quòd bene indicet, atque intimet quod oſtendere vult.* Nam, vt ipſe bene ait infrà, *Quid enim prodeſt locutionis integritas, quam non ſequitur audientis intellectus? cùm loquendi nulla ſit cauſa, ſi quod loquimur non intelligunt, propter quos vt intelligant loquimur.* Quod præcipuè aſſerit obſeruandum in ſermonibus, quando vno loquente omnes tacent; nec eſt interrogationi locus. Quomodo ergo ad vim ſibi inferendam animabuntur? quo modo regno cœlorum ſi quod dicitur non intelligunt. Hinc infructuoſa prædicatio, & quot verba, tot contra ſe teſtimonia in die habebunt iudicij famoſiſſimi alioquin Prædicatores.

15.
Cur hæc dixit Chriſtus.

Et ſi vultis recipere, ipſe eſt Elias, &c. Ad quid hæc? Sanè ob duo, *primum* ad ſuum aduentum confirmandum, & ad laudem ſanctiſſimi Ioannis, pro qua re ſciendum, apud Malachiam Dominum ante aduentum iudicij promiſiſſe Eliam venturum. *Ecce ego mitto vobis Eliam Prophetam, antequam veniat dies Domini magnus & horribilis, & conuertet corda patrum in filios, & cor filiorum ad patres eorum.* Quam prophetiam omnes Iudæi de ſecundo aduentu intelligentes, tunc affirmabant Eliam venturum, quando Meſſias fuiſſet mundum iudicaturus. At quia in ſenſu myſtico, ſub vmbra illa Eliæ erat præfiguratus Ioannes, qui vt Angelus Virgini *Luc.* 1. erat præceſſurus primum Chriſti aduentum *in ſpiritu, & virtute Eliæ.* Ideo, vt illis intimaret Dominus, & ſimul exponeret myſterium latens in illa prophetia, Aduentum ſcilicet primum Meſſiæ & iam veniſſe, & ipſum inter eſſe, quem Ioannes præcedebat. Hæc ſubiungit affirmãdo ſimul magnitudinem Ioannis, vt quod Elias eſſet in carne, ipſe in ſpiritu, & virtute. *Elias dici-*

Hieron.

tur, ait Hieronymus, *non iuxta ſtultos Philoſophos, & quoſdam hæreticos, qui reuerſionem animarum introducunt, ſed quòd iuxta aliud teſtimonium Euangelij venerit in virtute & ſpiritu Eliæ, & eandem ſancti Spiritus vel gratiam habuerit, vel menſuram.*

16.
Chriſtus cur in libertatem arbitrij poſuit ſi vellent credere Ioannem eſſe Eliam.

At cur dixit, *ſi vultis recipere*, in libertate illud ponens? Maldonat. hoc ſub conditione poſuiſſe Dominum affirmat, quatenus cùm Ioannes non eſſet verè Elias, ſed Sanctum in ſpiritu & affectu, eadem ſcilicet efficiens, quæ Elias conuertens, ſcilicet corda patrum in filios, &c. cùm hæc pendeant à voluntate humana, vt effectiuè operentur. Ideo liberum arbitrium in ſuo eſſe relinquens, dixit: *ſi vultis recipere*, hoc eſt, effectus quos Ioannes effecturus eſt, *ipſe in ſpiritu eſt Elias*, optima interpretatio, ſed quantum capio, non litteralis.

Salmer.

Salmer. intelligit, ideo illud dixiſſe Dominum, quia fidem expoſcebat, cuius aſſenſus debet eſſe liber, pro qua re duo ſupponit. *Primum* prophetiam Malachiæ ſine *vlla vi*, vt ait, *immo cum magna ſuauitate de primo aduentu in ſenſu extenſiuo intelligi poſſe. Secundum* eſt, Chriſtum *non fuiſſe locutum in ſenſu ſpirituali*, vt quidam ait, *non ſatis aptè interpretantur. Nam Ioannes*, inquit, *non eſt in ſenſu ſpirituali, ſed litterali, Elias quoad ſpiritum & virtutem.* Ex his *primum* eſt contra communem Patrum & expoſitorum intelligentiam, & violentiſſimè ad primum aduentum Meſſiæ, authoritas Malachiæ reduci poteſt, vt patet legenti. *Secundum* autem omnino eſt falſum, & contra, non quod quidam, ſed quod omnes dicunt præter ipſum. & verè, licèt duo ſenſus litterales Scriptura patiatur, vt in confeſſo eſt apud omnes. At illud quando eadem dicto materialiter vt ſonat duo ſignificat, vt v.g. *in principio creauit Deus cœlum & terram*, Gen. 1. vbi ly *in principio* alicui ex Sanctis contra Ariſtotelem exponunt, *in tempore*; nam mundus non fuit ab æterno, vt Ariſtoteles & Democrates aſſerebant. Alij verò exponunt *in principio*, hoc eſt, antequam aliquid oraſſet contra Origenem, qui aſſerebat ante mundum priùs factas eſſe animas. Vnde idem verbum, vt iacet, & ſonat, duo ſignificat, at quid conſonum, *mitto Eliam, & Ioannem, eſt Elias*, aut mittam Ioannem? vnde ſi verum quod Ioannes in ſpiritu & virtute, non autem in perſona Elias ſit ſenſus litteralis illius prophetiæ, ex nunc pronuntio omnes ſenſus myſticos in Scriptura dici litterales; nullumque diſcrimen inter litteralem ac myſticum eſſe ſenſum. Non eſt ergo ad rem.

Theophyl.

Theophylact. affirmat, hoc ideo dixiſſe Dominum, nam ſi attentè opera & virtutes Ioannis conſiderare vellent, certiſſimè inuenirent ipſum eſſe Eliam. Violenta interpretatio.

Hieron. Anſelm. Caietan. Ianſen. Barrad.

Vera ergo ſententia eſt Hieronymi, Anſelm. Caiet. Ianſen. Barradæ & aliorum omnium, ideo conditionalem Dominum appoſuiſſe, quia loquebatur in ſenſu myſtico, & obſcuro, non claro, & licèt tenemur credere Apoſtolis ac Chriſto, quando aliquid dicunt in ſenſu ſpirituali Scripturæ, vt ait Salmer. immo eſſet hæreticum, contrarium tamen hoc nunc, quando iam fides Euangelij firmata & ſufficientiſſimè promulgata, non tunc, quando vix à paucis Chriſtus cognitus, & ſui fidem actu introducere intendebat. Hinc ſuauiſſimus Dominus ſuauiter omnia diſponens tanquam Deus, licèt attingat à fine vſque ad finem fortiter nemini vim inferens pro tũc in libertatem vniuſcuiuſque fidem poſuit ſenſus myſtici & occulti. *Quo nos docuit*, ait Ianſen. ex Caietano, *optimus magiſter; ne ad ſenſus myſticos maximè in Scriptura non ſatis expreſſos in illis cogeremus auditores, ſed vt eis vterentur ad ædificationem eorum, qui libenter audiunt, ac proficiunt ex ſenſibus myſticè.*

17.
Cur hæc dixerit Dominus.
Caiet.

Qui habet aures audiendi audiat. Quia, vt rectè ait Caietanus, myſterium Ioannis Eliæ tunc temporis excedebat capacitatem turbarum, & ideo illud ſummariè dixerat Dominus; nunc ad exprimendum illud myſterium animat, ac ſi diceret, ait

Remig.

Remig. *Qui habet aures audiendi, hoc eſt, intelligendi, audiat, id eſt, intelligat, quia non dixi Ioannem eſſe Eliam in perſona, ſed in ſpiritu*, quatenus, ſicut Elias præcedet Domini aduentum ſecundum, ſic Ioannes præcedit primum. Ex quo ſatis intelligitur non ſolùm Chriſtum voluiſſe dicere Ioannem in ſpiritu eſſe Eliam, ſed etiam Meſſiam iam veniſſe.

Cui autem ſimilem æſtimabo generationem iſtam? Similis eſt pueris ſedentibus in foro, qui clamantes coæqualibus dicunt: NVM. 16.

Cecinimus vobis, & non ſaltaſtis: lamentauimus, & non planxiſtis. NVM. 17.

Venit enim Ioannes neque manducans, neque bibens, & dicunt: Dæmonium habet. NVM. 18.

Venit

NVM. 19. ¹ Venit filius hominis manducans & bibens,& dicunt: Ecce homo vorax, & potator vini, publicanorum & peccatorum amicus. Et iuſtificata eſt ſapientia à filiis ſuis.

Senſus litteralis, & moralis.

1. *Cur hac Dominus dixerit.* C*Vi autem ſimilem aſtimabo generationem?* Cauſam autem,cur hæc Dominus immediatè dixit,aſſerit Lucas *cap.7.* vbi ſic, *& omnis populus audiens* (quæ ſcilicet de Ioanne Baptiſta Chriſtus paulo antè dixerat,) *& publicani iuſtificauerunt Deum,* (pœnitentiam ſcilicet agentes,& Ioannem recipientes, vt Eliam,) *baptizati baptiſmo Ioannis, Phariſæi, & legis-periti, conſilium Dei ſpreuerunt in ſemetipſis. ait autem Dominus: Cui ego ſimiles dicam homines generationis huius.* Ex hoc habes rationem quare hoc dixit Chriſtus,ſcilicet ex affectu querimoniæ, dum publicani, & meretrices ipſum, & Ioannem recipiebant, qui erant inducti, neſcientes legem, dum Phariſæi, & legis periti, qui eam ſciebant, & qui amplius Dei conſilium in Ioanne & Chriſto recipere debebant,& Deum iuſtificare

Ambroſ. per pœnitentiam,cùm,vt ait Ambroſ. *qui enim pec-*

2. *Quid ſit Deũ iuſtificare.* *cat,& confitetur Deo, peccatum ſuum iuſtificat, Deum credens vincenti, ab eoque gratiam ſperans.* hinc quia iſti, quia amplius debebant Deum iuſtificare,non iuſtificabant,de eis Chriſtus ſic durè conqueritur:

Hilar. *Totus hic ſermo infelicitatis opprobrium eſt,* ait Hilar. *& de affectu ſuperioris querimonia deſcendit.* Quòd ſi

3. *Chriſti querimonia de Religioſis.* ad praxim & ad mores hoc applicare velis,ad ſenſum Chriſti potes,quem de viris religioſis,ac ſpiritualibus habet, dum à ſæcularibus in adeptione, ac violentiam inferendo regno cœlorum vincuntur,ipſis aut ſtatus remanentibus. aut in otio ſtertentibus, ob quod & grauiſſimè puniuntur in al-

Auguſt. tera vita, vnde cùm Auguſt. vt habetur *epiſt.* 206.

4. *Chriſtianorũ pœna in inferno duriſſima & quare, non tales paganorum.* quæſiſſet à viro quodam rediuiuo, verùm poſt hanc vitam omnium hominum æquales eſſent pœnæ in purgatorio, aut in inferno exiſtentium, & reſpondiſſet quòd diuersè de Chriſtianorum pœnis ſubiungens,ſic ait: *tantum ſiquidem differt, inter Chriſtianorum qui ibi torquentur pœnas, & paganorum, vt illorum cruciamenta reſpectu eorum quæ falſi Chriſtiani,& peccatores ſuſtinent,ſint quaſi nulla, quanquam ineffabilia ſint, neque à viuentibus cogitabilia, vt dignum eſt.* rationemque ſubiungens ſequitur, *nam illi in vacuum gloriam Dei receperunt, nec voluerunt à peccatis corrigi, ſatis continuè vociferantibus Scripturis.* non ſecus ac iſti; ſed ad rem.

5. *Chriſtus cur parabolis vtebatur.* Motus ergo Dominus perfidia Phariſæorum, & legum peritorum, volens eos reprehendere, vtitur hac parabola è puerorum luſu deſumpta; *hu-*

Ianſen. *mili quidem,* vt ait Ianſen. *ſed qua non puduit tantum Magiſtrũ vti,* & ratio *quòd ſciret eam audientium fragilitati, & ruditati eſſe accommodã, ac huiuſmodi notis exemplis rem magis auditorum animis infigi, vndique docens colligenda exempla quibus rudium animi formentur, & excitentur.* Vt autem peruia ſit parabola,

6. *Qualis eius ſcopus in iſta.* *Primò* aduotandum finis Chriſti, ſiue ſcopus reprehenſionis,qui erat eos reprehendere, quatenus vt eos conuinceret, & ad pœnitentiam adduceret,nullum Deus lapidem intactum relinqueret, dum hoc & per auſteram vitam Ioannis effecerat, & per eius mitem,ac lenem;vt ſi cui auſtera diſpliceret,acciperet lenem. Hoc autem eleganter facit parabolica ſimilitudine puerorum lætantium, & canentium, vt ad lætitiam alios prouocarent; & mœrentium, vt ad mœrorẽ, attamen etſi hoc nullus eis correſpondit, aut mœrens, aut feſtũ agens.

Caiet. Hugo. Maldon. *Secundò* adnotandum cum Caietano, Hug. Mald. & aliis non eſſe neceſſe vt parabola iuxta eius partes applicetur,& qui ſint canentes,qui lamentan-

7. *Parabola quomodo conferenda.* tes,qui reſpondentes. Nam etſi poteſt hoc fieri,& faciunt multi,tamen expeditius eſt, vt non perſonam perſonis,ſed negotium negotio,& non partes partibus,ſed totum toto comparetur. Vnde ſenſus taliter ſe cauſam Phariſæorum, & Scribarum habere reſpectu Ioannis & Chriſti, ac pueris ludentibus, &c. nam ſicut iſti inſultabant, & alios reprehendebant, aut quia ipſis canentibus noluerunt ſaltare, aut plangentibus noluerunt plangere; ſic ipſe & Ioannes, dum ipſe vita leniori eos incitabat ad pœnitentiam & vitam æternam, Ioannes autem vita auſteriori, & tamen nullus eos audire volebat.

Cyrill. Theophyl. Lyra. Ianſen. Maldon. An autem verè & realiter talis iocus erat,& ſic ſolebant pueri ludere, Cyrill. vt in caten. S. Thom. apud Lucam, Theophyl. & Lyranus affirmant, negant Ianſen. Mald. & alij. parum eſt ad rem, vtro que modo dicas, ſatis eſt; ait ergo: *Cui nunc ſimilem.* Ad rem Salmer. *oſtendit,* ait, *illos tam peruerſos eſſe, vt non facile ſit inuenire quibus debeant conferri*, & ſicut de Abraham dictum ob eius bonitatem. Eccleſ. 44. *non eſt inuentus ſimilis illi*, ſic nunc de iſtis, ob inſignem impietatem, *cui ſimilem.* Quorſum hæc? vt videas cum qualibus Chriſtus Dominus egerit, vitamque traduxit.

Gloſſ. *Venit enim Ioannes non manducans.* Hæc eſt applicatio, ſiue expoſitio parabolæ *quaſi dicat,* ait Gloſſ. *tantus eſt Ioannes, ſed vos nec mihi, nec ſibi voluiſtis cre-*

Hieron. *dere,* & Hieronymus ſic: *cecinimus vobis, & non ſaltaſtis, id eſt, prouocauimus vos vt ad noſtrum cantum bona faceretis, & noluiſtis, lamentati ſumus, & vos ad pœnitentiam prouocauimus, & ne hoc quidem facere voluiſtis ſpernentes vtramque prædicationem, tam exhortationis ad virtutem, quam pœnitentiæ poſt peccatum.*

Chryſoſt. & Chryſoſt. *cecinimus vobis, & non ſaltaſtis, hoc eſt, remiſſam vitam oſtendi, & non perſuaſi eſtis, lamentauimus, & non planxiſtis, hoc eſt, Ioannes duram ſuſtinuit vitam, & non attendiſtis.*

Abulenſ. Occaſione autem huius Saluatoris noſtri dicti,

8. *Ioannes cur tam auſterã vitam duxit.* petit Abulenſ. *q.* 42. *&* 43. cur Ioannes tam auſteram duxit vitam, & cur Chriſtus lenem, & moderatam, & quod ad Ioannem attinet, duas excellentiſſimas affert rationes. *Prima* eſt, quia cùm ex officiu debebat teſtificari Chriſtum eſſe Meſſiam, & hoc non per miracula, ſed per ſanctitatem vitæ, ea debuit eſſe præditum ſanctitate, vt ad miraculum videretur. At quia Iudæi ſanctitatem interiorem, quæ in virtutibus, charitate ſcilicet, & aliis conſiſtebat, non agnoſcebant tantum in exteriori reponentes ſanctitatem, quia maxima indicabatur quæ erat ex abſtinentia. *Ideo,* ait, *debuit eſſe Ioannes vita abſtinentiſſimus, vt cùm non faceret alia miracula, ſaltem hoc quod in ſe faciebat, miraculum videretur,* ob

Chryſoſt. quod Chryſoſt. *mirabile,* ait, *erat in corpore humano tantam patientiam videre. Secunda* cauſa fuit, quia

9. *Prædicatores quomodo pœnitentiam prædicare debent.* Ioannes fuit primus qui pœnitentiam prædicauit, quæ conſiſtit in aſperitate vitæ. *Ideo,* ait, *Ioannes auſteritatẽ debuit oſtendere, vt non ſolo verbo, ſed potius opere doceret.* Satis aptæ rationes, ex quibus *prima* infinitam arguit Ioannis ſanctitatem, vt ſuprà dicebamus, & *ſecunda* exemplum præbet ſacris Dei

10. *Quare Chriſtus vt Ioannes non ſic auſterã vitã reaſſumit.* Prædicatoribus quo modo pœnitentiã prædicare debent, operibus ſcilicet primùm, poſtea & verbis. Quare autẽ Chriſtus nõ ſic auſterã vitã elegerit ac Ioannes, quinque affert rationes, quas abbreuiator

Salmer. eius Salmeron vnico tractatu ſic dilucidè cas enarrat. *Chriſtus autem*, ait, *mediocrem vitam elegit, & extrema declinauit, ne ſanctitas in abſtinentia collocaretur, & ne mediocritas illicita exiſtimaretur, voluit etiam ob imperfectos diſcipulos & alios ad ſe trahendos, qui arcta vitæ ratione deterrerentur mediocritatem aſſumere, & quia Chriſto propter ſe, vel propter continentiam ſeruandam non erant neceſſaria, illa non egebat, nec erant neceſſaria ad meritum nobis comparandum, quia ſufficit paſſio ad meritum, ſicut ſufficit ad redemptionem, nec ad noſtram inſtructionem, nam imitari eum per omnia nequaquam poſſemus*. Hæc Salmer. breuibus ex Abulenſi.

12. *Quomodo intelligendum Chriſtum vitam communem egiſſe.*
At ſanè omnia intelligenda. Nam propoſitio vt ſic abſolutè accepta, ſcilicet Chriſtum abſolutè vitam ſemper duxiſſe communem, & non auſteram, omnino eam æſtimo falſam, & tum hiſtoriæ Euangelicæ, & vitæ Chriſti, tum & ſanctorum Patrum dictis contrariam; Euangelio enim, nam
13. *Vitam auſteriſſimam degit.*
ſi attentè legas, ſummam ex eo percipies Chriſti auſteritatem, tum in paupertate, tum in victu, & veſtitu. In paupertate, quia non habebat vbi caput reclinaret, ſine toto, ſine domo, ſine fa-
14. *Summa eius paupertas.*
mulo, ſine nominis, ſine mobilibus, & immobilibus, tandem ſic pauper vt mendicaret, & eleemo-
S.Thom ſynam peteret, vt vult ſanctus Doctor *opuſc.* 19.
15. *Vixit ex mendicato.*
*cap.*7. qui inter alia pulchrè hoc confirmat ex illo *Luc.*19. quando à Zachæo hoſpitium petiit. Item ait Sanctus, *quòd Dominus victum, expreſsè habetur* Luc. 19. *vbi Dominus dixit ad Zachæum, feſtinans*
VValdenſ. *deſcende*. Vide de hac re Thomam VValdenſ. *lib.*4. *doctrin fidei* Qui acerrimè contra hæreticos quoſdam defendit Chriſtum actualiter, perſonaliter, & vocaliter mendicaſſe. Tandem multorum piorum
16. *Fabrilem exercuit artem*
hominum eſt opinio, ad victum quærendum fabrilem artem exercuiſſe, ob quod *Marc.6. num.*1. faber eſt appellatus; quod infra *c.*13.*q.*81. probabile putat Abulenſ. & non diſplicet Lyr. & Mald. quod an verum, nos ibi, Deo fauente. quam paupertatem non ſolùm tenuit priuatus, & in ſua perſona, ſed etiam in communi in collegio Apoſtolorum; vt ſatis ex ſe patet ex Euangeliis, & probat
S.Thom S.Doctor *opuſc.*19.*c.*6.*&* 7.*& opuſc.*17.*c.*15. de qua
17. *In communi tenuit paupertatem.* Bonauent.
re vide Bonau. in Apologia pauperum. Quo modo autem non diſcrepent Nicolaus IV. definiens Chriſtum ſic fuiſſe pauperem vt nullum dominium ſibi reliquerit, nec in particulari, nec in communi, contrarium aſſerente *Ioanne* 22. immo propoſitionem damnante. Vide Bellarm. *de Roman. Pontif. cap* 14.

18. *Quanta illa in victu & veſtitu.*
Quoad veſtitus autem & victus paupertatem, in primis certum & indubitatum, non vſum veſtibus
S.Thom. pretioſis, vt probat D.Thom. *opuſc.*19.*c.*8. nec hoc
VValdenſ. ſolum, ſed, vt vult VValdenſ. *lib.*3 *doctrin. antiq. fidei* *c.*27. fuerunt vilis & communis pretij, ſicut homi-
19. nes pauperes in republica veſtiri ſolent, decentes
Sandaliis vſus
tamen. neque vſus eſt veſtibus mutatoriis, vt colligitur ex Magiſtro hiſtor. ſuper Euangel cum quo
Euthym. alij, nec vſus eſt multipliciter veſtibus. nam Euthym. vult *ſuper Ioan* 13.*&* 19.*& Matth.*27. Tres tantùm veſtes Chriſtum habuiſſe, de qua re vide Chryſoſt. *hom.*84.*in Ioan.* & Iſidorum Peluſ. *lib.*1. *epiſt.*74. ad Crotonem monachum, qui dilucidè de hac re, tandem non eſt vſus calceamentis, ſed ſandaliis, nudis pedibus incedens, vt multi ſancti Pa-
Bonau. tres docuerunt, de qua re vide Bonau *in opuſcula*, in quo oſtendit Chriſtum & Apoſtolos inceſſiſſe diſ-
Nazianz. calceatos, vbi inter alia verba S.Greg.Nazian. qui ſic: *Optabam homines videre, qui viuerent ad exemplum prædicatoris Euangelij Chriſti, nudis pedibus incedentes, propter regnum pauperes, propter paupertatem reges.* Nil aptius, Reges propter paupertatem. Vnde quia nudè incedentes, nullo indigentes omnia 20.
vt reges calcant, ac ſubiiciunt. Sed ad rem. *Paupertas facit Reges.*

Quoad victum autem, ſi eas manducationes excipias, quas cum aliis habuit ſedens ad eorum menſas, pauperrimum inuenies, cùm, vt ex Euangelio elicitur, pane vtebatur hordeaceo, piſcibus, melle, cæteriſque vilibus, vt in promptu eſt ex Euangeliis.

Ex dictis euidenter elicitur in victu, & veſtitu quoad paupertatem Chriſtum Dominum noſtrum vitam egiſſe auſteriſſimam, & quando à Sanctis affirmatur Chriſtum aut vitam communem egiſſe, aut non auſteram, vt videtur ſentire D.Thom. 3.*p q.*41.*art.*2. Sanè propoſitio eſt intel- S.Thom.
ligenda cum exceptionibus, vt infrà dicemus, nempe egiſſe vitam communem, non cum diuitibus & delicatis hominibus, ſed cum pauperibus, & non auſteram, eo ſcilicet modo quo Ioannes, vt infrà.

Venio autem ad reliqua opera pœnalia, quibus 21.
eſt vſus, & quoad ieiunium, certum omnia obſer- *Chriſti vita auſtera quãta in omnibus pœnalitatibus.*
uaſſe legalia, & vt vult Abul. *ſuper c.*40.*q.*14 & alia breuiora ſupererogatoria, immo aliqui volunt non ſolùm manifeſtis auſteritatibus vſum, ſed etiam ſecretis, & occultis corporis caſtigationibus & afflictionibus. Quod an verum, aliorum ſit iudicium, cùm neceſſarium illud non duco. nam ſi hiſtoriam totam Euangelij colligas, ſic externas fuiſſe auſteritates inuenies, vt nulla neceſſaria interna & ſecreta. Perennes vigiliæ, & pernoctationes in fame & ſiti, ac defatigatione continua, ſemper in concionibus, aut miraculis, ſicut nec panem edere eſſet ei locus, itinera continua, pedeſter ſemper & nudis pedibus; lectus, terra, cœlum eius operimentum, diſceptationes cum Phariſæis & Scribis, in quibus ſumma, ac indicibilis neceſſaria tolerantia, frequentes ac continuæ. Ieiunium tandem auſteriſſimum per 40. dies, tolerantia non ſolùm peccatorum & conuerſatio ac conuictus cum hominibus præſcitis, ſed imperfectionum ſuarum, & alia infinita, quæ ſi in vnum conſideraueris, miraculum dices, cum tantis potuiſſe viuere auſteritatibus. Etſi iſtis addas rationes quas facit D. Thom. 3.*p.* *q.*46. *art.*6 de magnitudine dolorum 22.
Chriſti ex complexione corporis, quæ fuit ſuper *Plus quàm Ioannes vita, & qua ratione.*
omnes homines delicatiſſima, vtpote formatus ex Spiritu ſancto, ex quo ait Sanctus, *Maximè viguit ſenſus tactus, ex cuius perceptione ſequitur dolor*, inue- S.Thom.
nies, quòd etſi in oculis hominum auſterior fuerit Ioannis vita, in rebus afflictiuis, & apparentibus, tamen conſiderata Chriſti complexione in compoſitione delicata, nullam complexionem Ioannis excedente, inuenies quoad afflictiua amplius Chriſtum paſſum, quàm Ioannem.

Ex dictis ergo accipies vitam Chriſti, vt ſic con- 23.
ſideratam amplius fuiſſe auſteram, quàm lenem; *Tenuis tamen & auſteram & communẽ, & cur.*
amplius particularem, quàm communem; vtramque tamen tenuiſſe: auſteram ob perfectorum imitationem; communem, ad condeſcenſionem imperfectorum. Quod excellenter dixit Chryſoſt. Chryſoſt.
hîc. *Venit Ieſus*, ait, ac ſi dicat, *per contrariam viam venimus, ego & Ioannes, & idem fecimus, ſicut venatores per duas contrarias vias aliquod animal inſequantur.* Nil pulchrius: tam Ioannes, quàm Chriſtus vnũ incudebant, animas ſcilicet peccatorum lucrari; quid ergo, vt omnino eas aſtringerẽt, ea vſi ſunt arte, qua venatores duabus viis ferã cingẽtes, vt ſi ab vna declinet, cadat in alteram. Sic Chriſtus

&

24. *Cur Chriſtus deſerta vita auſter lenem arripuit, & non permiſit illud Ioanni.*

& Ioannes,iſte per auſteram,Chriſtus per lenem. cur Ioannes per auſteram?cur Chriſtus per lenem? & an ſemper hanc tenuit? ſequens Chryſoſtom. ſic ait: *Vniuerſum autem hominum genus ieiunium,& duram vitam admiratur, & propter hoc diſpenſatum eſt à prima atate, ita nutriri Ioannem, vt per hoc digna fide eſſent qua dicerentur ab ipſo. Inceſſit ſiquidem Dominus per hanc viam, quando quadraginta diebus ieiunauit, & circumiret ita docens, vt non haberet vbi caput reclinaret.* En auſtera vita Domini noſtri, non ſecus ac ea Ioanois; at cur eam non ſemper & continuè eſt ſecutus? *Vt facilius omnes lucri faceret, ideo & aliud praparauit.* reſpondet Sanctus, at quale illud? Sanè miracula vitæ auſteriori ſuccedentia, ante miracula auſterrima vita poſt miracula vita lenis. Nam etſi auſteritas vitæ cum commendatum facere potuiſſet, tamen idem fuit, immo maius ex teſtimonio Ioannis, ſequens ait Sanctus. *Idem enim erat, aut etiam maius teſtimonio eius qui duriſſima diſciplina viuendi fuerat vſus approbari, quàm ipſum ieiunare, atque duriter viuere, praterea prater vita ſanctimouium nihil magni Ioannes oſtendit, nullum ſignum fecit, Chriſtus verò ſignorum,atque miraculorum teſtimonio claruit.* ergo non ante miracola Ioanni vitam dimiſit auſteram, ſed pòſt; vt ait Saoctus ſequens: *Illam autem viuendi aliam viam qua ieiunio claros efficit, Ioanni omuino poſtea dimiſit, ipſi verò publicanorum ac peccatorum menſas elegit, vt peccatores & publicanos ſaluaret.* Nil elegantius, vna via auſtera ante miracula Chriſtus & Ioannes iocedebant; quid ergo ſi ſemper ſic, facile non omnes lucri facerent peccatores cùm eſſent aliqui molliores ac imperfecti,qui auſteritate vitæ potius deterrerentur,quàm animarentur. Vt ergo omnibus prouiſum ſit, & quantum ex parte Dei ſufficientiſſimè conſultum remaneat, Ioannes in auſtera vita, quia homo, etſi auſteritatem dimitteret, poſſibile vt periculum relaxationis ſubeat, hinc perſeueret in vitæ auſteritate; at Dominus qui nullom poterat ſubire periculum, quia Deus remittat vitæ auſteritatem, & per leuitatem aduocet, quantum ex ſe peccatores; at hoc tamen non ſimpliciter, ſed ſuccedentibus miraculis, vt lucretur per iſta quod amittere poterat per dimiſſionem vitæ auſteræ. Ex quibus doo habes euideotiſſima.Qua re Ioannes, & non Chriſtus auſteram retinuit vitam, &

25. *Quàm periculoſum pœnitentiã auſteram captã relinquere,& quàm illa neceſſaria.*

quàm periculoſum ſit hominibus eam ſemel captam relinquere, dum nec Ioanni permiſſum, & ſecundò ſic neceſſariam homini auſteram eſſe vitam, vt nunquam dimittenda, & impoſſibile ad perfectionem peruenire, aut animas lucrifacere eam demittendo niſi ex miraculo, & miracula ſuccedant.

Abulenſ.

Eandem Chryſoſtom. ſententiam habet Abulenſis: *Sciendum*, ait, *quòd tota vita Chriſti fuit inſtructio noſtra, & quia futuri erant homines in nouo Teſtamento perfecti, & imperfecti, & mediocres, vt omnibus Chriſtus viuendi exemplum daret, non debuit habere vnicum modum viuendi ſemper, ſed variare, vt per hoc diuerſis ſtatibus conueniret, & ita fecit aliquando viuens ſolitarius, vt contemplatiuos inſtrueret, reliquis autem temporibus communem vitam ducebat.* Vide Bonauent. in *Apolog. paup. reſpon.* 1.

26. *Propoſitio, Chriſtus vitam communem duxit, nõ auſteram, quo modo intelligendum.*

Ex dictis ergo deducitur, quomodo hæc propoſitio ſit intelligenda, ſcilicet, *Chriſtus vitam communem tenuit, non auſteram.* intelligenda ſiquidem eſt cum his omnibus exceptionibus. *Prima*, vt hoc non de omni tempore, ſed de aliquo, poſt miracula ſcilicet. *Secunda*, vt non excludat vitam auſteram. *Tertia*, vt ly *communem* intelligatur reſpecto pauperum, & virorum religioſorum, & vt vno verbo dicàm, communem cum ea quam tenuerunt Prophetæ antiqui, & religioſi homines, qui tunc viuebant. *Quarta*, vt hoc intelligatur ex condeſcenſione ioſirmorum, vt ait Booaueot. *vbi ſupra*, non autem ex perfectione, quaſi non ioſirmorum, ſed perfectorum ſit talem vitam ſequi. *Quinta*, & vltima, vt iotelligatur totom rantum in victu & veſtitu, non autem in reliquis eius actinnibus,& vitæ auſteritatibus, vt ex dictis patet; ſed ad noſtra.

27. *Quo ſenſu dicatur quòd Ioannes non manducabat, neque bibebat.*

August.

Venit ergo, ait Dominos, *Ioannes, neque manducans, neque bibens.* Quomodo hoc? Nouquid non manducabat Ioaones, neque bibebat? reſpondet Aoguſtin. contra Fauſt. lib. 16. cap. 31. tom. 6. *Quia illo victu quo Iudai vtebantur, non vtebatur, nam vinum & ſiceram non bibebat, ſed aquam. Cibus autem eius nou omuino nullus erat, ſed locuſta, & mel ſiluestre.* & tamen etſi biberet aquam, etſi comederet mel, Chriſtus tamen affirmat qoòd non comededat, neque bibebat; cur hoc? Sanè mea

28. *Cur illud Chriſtus dixit.*

ſententia ex bonitate diuina, quæ in ipſo reſidebat bonum magnificans, malum extenuans; quia non communia, & delicata comedebat, & bibebat, ſic magoifaciebat, vt æſtimaret, quaſi noo comedentem, & bibentem, vt muneris largitio poſtea eſſet, tanquam ſi nec comediſſet, nec bibiſſet, contrarium hoc hominis conditioni. Bonum extenuant, malum exaggerant, immo etiam quando non malum, ſed bonum, malum faciunt; eu Ioannem ex tali vita non vt Chriſtus laudant, ſed vituperant, vnde ſequens Dominos ait,

Salmer.

Et dicent, dæmonium habet. id eſt, vt ait Salmer. peccat tanta abſtinentia, & ſenſu communi deſtitutus inſenſibilis factus eſt à dæmone. Ex quo bene aduertit Euſebius Cæſar. *lib. 9. demonſtrat. Euangel. cap. 5.* hos malos & peruerſos ex ieiunio dæmoniacum facere Ioannem, quando Malachias ſanctus Angelom ex eo cap. 3. *Ecce ego mitto Angelum meum.* in quoad adamuſſim expreſſam habet bonorum, malorumque conditionem, iſti ex melle venenum ſemper, & è contra, illi ex veneno mel, odor bonorum illis in mortem, iſtis in vitam, illis adſimiles, qui aut pœnitentiam ſtomachantur, aut contra rigidam, & extraordinariam ſic ſcandalizantur, vt opus eſſe dæmonis dicant, quaſi Deo non ſit nunc poſſibile ſine potu, ſine victu per aliquod tempus, immo & per omne efficere, vt aliquis viuat, ſicut antiquitus frequenter.

29. *Maria Oguienſis abſtinentia quanta.*

Maria Oguien. ad triginta dies nil comedebat, ante mortem per aliquos, nil penitus guſtauit, & quia corpus tantum Dominicum recipiebat, decipere eam volentes ſemel hoſtiam dederunt non conſecratam, illico perſenſit panis odorem, & ſic ſtomachata, vt tota die ac nocte ad vomitum prouocaretur. Dicant nunc opus eſſe dæmonis, & blaſphement in Spiritum ſanctum ſicut peſſimi iſti,

30. *Chriſtus vt diceretur edens, & bibens.*

Venit filius hominis manducans & bibens. & dicunt, Ecce homo vorax & potator vini. Quid Chriſtus manducabat, vt vorax, & potator vini ab illis diceretur? Sanè D. Auguſtinus *vbi ſuprà*, nil niſi illa quibus communiter vtebantur ipſimet, & dicitur Chriſtus comedens & bibens, reſpectu Ioannis, quatenus illis vtebatur, quibos non vtebatur Ioannes. *Dicebatur Ioannes*, ait Sanctus, *non manducans, neque bibens, quia illo victu non vtebatur*,

tur, quo Iudæi vtebantur; hoc ergo Dominus niſi vteretur, non in eius comparatione manducans bibenſque diceretur. Poſt quæ ſic ait, *mirum autem ſi non manducans dicitur, qui locuſtas & mel comedit, & manducans dicitur, qui pane & olere contentus eſt.* At, pace Sancti, non mirum ſi manducans dicatur, qui pane, & olere tantùm eſt contentus; ſed illud mirum, quòd etſi communibus cum ipſiſmet, qui ſic contra eum inſultabant, vteretur, ipſum tamen dicerent voracem, & vini potatorem. Vnde hoc? Sanè amice, ex innata maleuolentia, vt ſic dicam, ni velis dicere turpem, & oſcitantem imprudentiam hominum ſæcularium ac peccatorum, qui ſe ipſos ingurgitantes quotidie & ſtomachos diſrumpentes præ crapula ſcandalizantur, ſi pauperes Religioſi aut comedant, aut bibant, vellent eos nec comedere, nec bibere, ſubſannantes ſi aſpiciunt eos aut comedere, aut bibere.

31. *Sæcularium conditio de religioſis ſcandalizantium quia comedant, aut bibunt.*

Enim verò 1. *Reg.* 14. Saul ad Ionatham filium ſuum, *Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, quia morte morieris Ionatha.* Si imprecationem attendas, ſi filiationem, admiraberis tanta atteſtatione patrem ad mortem addixiſſe filium ſic dilectum, immo quod maius, filium qui miraculoſam effecerat victoriam, qui inſtrumentum extitit Dei ad illam efficiendá, qui ſic cum Deo ſtrenuè eſt operatus, vt populus dixerit eum à morte liberans; *ergo ne Ionathas morietur, qui fecit ſalutem hanc magnam in Iſraël, & cum Deo operatus eſt hodie.* Vnde ergo tanta ſeueritas patris? Quale Ionathæ peccatum tam magnum, vt mors mereretur? ſane amice, quia guſtauit paululum mellis. Adiurauerat Saul populum ne quis comederet donec vindictam ſumeret de inimicis. Hoc neſciebat Ionathas tranſiens per locum mellis extendit virgam, guſtauit de eo, vnde ipſe ad patrem de peccato percontantem, *guſtans guſtaui paululum mellis in ſummitate virgæ, quæ erat in manu mea.* En peccatum grande in oculis Saul, quod vix peccatum faciunt Doctores. En magnum ſcandalum, dum ipſe Deo rebellis Samueli non obediuit, & auaritia, ac concupiſcentia plenus contra Dei mandatum ex præda ſurripuit Amalecitarum peccatum ſic grande in oculis Dei, vt pœniteret eum fuiſſe Regem, & tamen cum hoc ſic ſcandalizatur ex parua comeſtione mellis Ionathæ, vt dignum eum morte iudicauerit. Ne mireris, ſæcularis erat homo peccator, non conſiderant quæ faciunt, ſcandalizantur etiam de neceſſariis ad vitam, quæ à religioſis vt eam ſuſtenient ſurripiuntur, cum ſi quilibet eorum, non dico omnia, quæ ordinarius, quis operatur Religioſus, ſed aliqua efficeret vt Sanctus prædicaretur. Quid? da ſæcularem media nocte ſurgentem ad Deum confitendum quotidie, quid non dicerent? qualem ſanctitatem non ei tribuerent, & tamen cùm hoc & infinita alia quotidie quilibet operatur Religioſus, non ſolùm Sanctum eum non dicunt, ſed ſcandalizantur, ſi aut comedere, aut bibere, aut parum mellis guſtare eum videntur inter religionis priuilegia, quæ Sanct. Bernard. *ſermon. 4. in Pſalm. Qui habitat?* dat religioni vnum, quia abſconduntur in ſyluis, cuius emolumentum perſtringens ſic ait: *Etſi ſcire vultis quantum in hac abſconſione lucramur, credo nullum hic eſſe qui ſi quartam partem eorum quæ facit in ſæculo actitaret, non adoraretur vt Sanctus, reputaretur vt Angelus; nunc autem quotidie tanquam negligens arguitur, & increpatur, parum hoc lucrum ducitis, quod non reputamini Sancti antequam ſitis?* Quid pulchrius? mira agunt

32. *Sæculares defectus ſuos magnos non conſiderantes paruos aggrauant ſpiritualium.*

33. *Si minimo facerent quæ quiſque ordinarius Religioſus vt Sancti prædicarentur.*

Bernard.

34. *Religioſus priuilegium aliquem non prædicari Sanctum antequam ſit.*

Religioſi quotidie, quæ ſi ſæcularis actitaret, ſtatim Sanctus, ſtatim Angelus prædicaretur. At ab ipſis ſanè ſæcularibus; & tamen cum hoc ab ipſiſmet non Sancti, ſed deuoratores & potatores dicuntur, ſi viderint eos aut comedere, aut bibere. At excellenter Sanctus hoc in lucrum ponit Religioſorum, & conſequenter in damnum ſæcularium. Lucrum, quia non fiunt Sancti, antequam ſint, quia etſi omnia illa agant, tamen ex leuibus culpis à ſuis ſuperioribus arguuntur vt negligentes, & increpantur, qui veram habent de ſanctitate æſtimationem, quod equidem magna res, & magnum emolumentum; at è contra ſumma perditio, magnum incommodum ſæcularium, prædicati vt Sancti, cùm non ſint, & quia vnum aliquod agant ex illis infinitis quæ agit Religioſus, licèt infinitas alias habeat imperfectiones, immo peccata, ſtatim Sanctus, aut Angelus prædicatur, cùm è contra peccator Religioſus. En iſti ſe ingurgitabant, lautè viuebant, carnes comedebant, & vinum bibebant, dilatantes philacteria, vt Sancti prædicarentur, & prædicabantur puri nebulones, & voratorem & potatorem vini ſanctiſſimum Dominum dicebant, quia cum eis aliquando eadem comedebat inuitatus.

Et iuſtificata eſt ſapientia à filiis ſuis. Hic locus, ſeu hæc ſententia multipliciter à Doctoribus & ſanctis exponitur Patribus, ſecundùm quod variè acceperunt ly *iuſtificata*, & ly *ſapientia*. Tandem variſſimè ly *filij*. nam alij iuſtificari pro laudari, alij pro liberari, alij pro iuſtum apparere, illud intelligunt; pro *ſapientia* autem, alij ipſum Christum, alij eius diuinam prouidentiam accipiunt; tandem per filios, alij ipſum Chriſtum & Ioannem. Alij Iudæos qui receperunt, alij eos, qui non receperunt. Alij Chriſtum Ioannem, & omnes Prophetas & Apoſtolos, ob quod varij variè Sit ergo 35. *Horum verborum ſenſus.*

Prima ſententia Maldonat. qui pro filiis ſapientiæ omnes ſimul Iudæos accipiens, tam bonos, quàm malos, tam qui receperunt Chriſtum, quàm qui non receperunt. & per ſapientiam diuinam prouidentiam, vt Hieronym. Beda, Euthym. acceperunt, & pro iuſtificari declarationem iuſtitiæ, hunc facit ſenſum: diuinam prouidentiam circa ordinem prædeſtinationis, & ſaluationis ab omnibus Iudæis tam malis, quàm bonis, qui filij dicuntur ſapientiæ, ob ſpecialem erga eos Dei gubernationem iuſtificari, hoc eſt, iuſtam & ſanctam apparere, dum aliqui eorum Chriſtum, & Ioannem ſequuti ſunt, & alij noluerunt culpa eorum, quia quantum ex ſe & Ioanne nil non fecerunt, vt eos non attraherent, ſiue mediis auſteris, ſiue lenibus. Hieron. Beda. Euthym.

Hæc interpretatio bona eſt, ſed non mihi videtur litteralis, nam Chriſtus nunc contra Iudæos malos & impios agebat, illoſque arguebat & arguebat exemplo bonorum puerorum qui doctrinam acceperunt, ergo non bene pro filiis intelliguntur mali, nec litteraliter ipſi intelligi poſſunt.

Secunda ſententia eſt Chryſoſtomi, qui ly *iuſtificari*, accipiens pro liberare, & pro filiis ſapientiæ ipſos Phariſæos, hunc facit ſenſum, & iuſtificata eſt ſapientia à filiis ſuis, hoc eſt, liberata ab omni peccato, quaſi aliquod commiſerit, aut neglexerit in procuranda veſtra ſalute. *Nam etſi vos perſuaſi non eſtis, me iam incuſare non habetis.* Cur illud incuſare non poſſunt? Quia reſpondet Chryſoſt. Chryſoſt.

Chryſoſt. filius æterni Patris, quem ſimiliter inciſare nequeunt circa prædeſtinationis & ſaluationis prouidentiam; vnde ſequens ait, *quod & de patre ais Propheta, vt inſtificeris in ſermonibus tuis, etſi enim nihil in vobis expleatur à procuratione Dei, quæ eſt circa vos, omnia quæ ſunt ex parte ſua complet, vt inuerecundis, neque vmbram relinquat ingrata dubitationis.*

Et hæc etiam eſt optima interpretatio, ſed vnum patitur inconueniens, quatenus malos Dei filios appellat, quod nunc non eſt neceſſe.

Caiet. *Tertia* ſententia eſt Caietan. qui pro ſapientia ipſam Dei prouidentiam, & pro filiis ipſos paruulus, de quibus dixerat, in foro iocantes accipiens ſic ſenſus componit ſapientiam Dei diſponens omnia ſuauiter, iuſta apud Iudæos facta eſt, & oſtenſa à filiis ſuis, id eſt, puerulis, ex quibus ſumpta eſt parabola, quo modo & de paruulis iocantibus etiam intelligit Abulenſ. Abulenſ.

Hæc ſententia verè litteralis eſſet, ſi ſic materialiter accipienda eſſet, vt ſonat. At quis ex ea neceſſariò educendus eſt ſenſus Christi explicitè quod parabolicè priùs ſub vmbra paruulorum dixerat, ideo non poſſum ei aſſentire: adde generalem locutionem Lucæ hoc pati non poſſe. nam Lucas ſic habet, *ab omnibus filijs ſuis*. ergo non reſtringenda ad iocantes tantùm.

Quarta ſententia, & quæ mihi amplius placet, & Ianſen. Euthym. Hieronym. Bedæ & aliorum, qui pro filiis Apoſtolorum, Prophetas, omneſque qui receperunt Chriſtum & Ioannem intelligentes, & qui ſiue per auſteram prædicationem Ioannis, ſiue per lenem Chriſti ſe conuerterunt contra Phariſæos, & Scribas, qui ſe conuertere noluerunt, Dei prouidentiam diuinam iuſtificauerunt, hoc eſt, iuſtam, ſanctam, ac omnino prouidentiſſimam eam demonſtrarunt, oſtenderunt ex eorum conuerſione.

Ianſen.
Euthym.
Hieron.
Beda.

Hæc ſententia, ſi rectè expendatur, magis ad intentum facit Chriſti, & eius explicationem, qui totus in eo erat, vt reprehenderet Phariſæos, Scribaſque, qui cùm amplius quàm turbæ, ac publicani credere debebant, vtpote litterati, & qui de Scripturis præſumebant; vt autem hoc faceret, euidenter eos conuincens proponit eis illos ſimplices idiotas, & veluti pueros, qui in eum crediderunt; quales fuerunt Apoſtoli ſanctiſſimi, omnes rudes, ac peccatores, & publicani; qui nulla pleni malitia ſimpliciter & ipſi & Ioanni crediderunt: vnde ſi ipſi hoc non fecerunt, non ſua, aut Ioannis extitit culpa, ſed eorum malitia, peruerſitas ac inuidia, eos reprehendens, ſimplicitas, ac ſanctitas eorum, qui per Dei gratiam facti erant filij ſapientiæ diuinæ ab ipſis contra eos iuſtificatæ, ſanctificatæ, & omnino iuſtæ redditæ in ſuis iudiciis, ac prouidentia: ſenſus, meo iudicio, planus & adæquatus. Vnde Hieron. *Iuſtificata eſt ſapientia à filijs ſuis, hæc Dei diſpenſatio ab Apoſtolis ſuis filijs comprobata eſt.*

35. *Chriſtiani quantum iudicij pondus ſubeunt poſt Chriſti incarnationem.* Ex dictis vnum ac terribile potes ad mores elicere quantum iudicij pondus Chriſtianis immineat poſt Verbi incarnationem, dum ad eorum ſalutem procurandam ſic Deus eſt ſollicitus, vt non ſolùm Sanctorum ſuorum vitam pro eis impendat, ſed etiam filij ſui, & ſuos Martyres faciat, vt ſic dicam, vt eos lucretur. Nam quid vita Ioannis niſi continuum martyrium, & filius ſuus, etſi duriſſima ſubire deſiderabat, ob ſui genitoris amorem leniſſima apprehendit, vt homines ſaluaret. Quale ergo poſt hæc iudicium ſi ſe non conuertent, & vacui ab operibus condignis ſe inuenient. Quid de nobis fiet, quando in vna ſtateræ lance incarnatio appendatur in altera opera noſtra. Timeo iudicem ex hac ingratitudine, ne fortè minus habentes reperti à ſummo reprobemur iudice.

Enim verò *Dan. 5. num. 25.* bibente Baltbaſar cum optimatibus ſuis, apparuit illi manus ſcribentis; ſcriptura autem erat, *Mane, Thecel, Phares.* quam interpretans Daniel fecit ſenſum. *Mane, numerauit regnum tuum, & compleuit illud; Thecel, apprehenſus es in ſtatera, & inuentus es minus habens; Phares diuiſum eſt regnum tuum, & datum eſt Medis & Perſis.* Pondero ly *minus habens*; quid hoc? Sanctus Hieronymus, minus ſcilicet dierum, Hieron. quàm ætas naturaque tua poſtulabat, *ante diem* 36. *enim naturalis mortis in robore ætate violenta morte abripieris.* Iuſtè equidem dum homo vecors, dum obſidione cingebatur à Dario, & vndique ciuitas premebatur, ſic vt eadem nocte hoſtis in ea ſit ingreſſus epulo, conuiuiis, & vino indulgebat, &, quod caput, prophanis non contentus vaſis ad ſacra aduolauit; indignus ergo vita, abſorbeatur à celeri, & violenta morte; quod cùm audis, vide, 37. an aliquorum Principum celeres mortes & in iuuentute non ſit hæc cauſa, quia delitiis ſe dant, dum regna bellis premuntur, & inſuper ſuis non contenti opibus ad Eccleſiaſticas aduolant aut vi, aut induſtria. Sed pergo. Bona Hieronymi interpretatio; at mihi altera magis placet, quæ eſt Theodoreti, & ſequitur Cornelius; alluſionem eſſe ad monetam minoris ponderis appenſam in ſtatera, ob hoc repudiatam. Vnde ſignificatur bonorum operum carentia impij Regis. Hinc optimè Arabicus Alexan. vertit: *inuentus eſt, minus habens de bono* At nunc quæro, quæ opera bona poterat hic facere cùm eſſet Idololatra? equidem nulla meritoria vitæ æternæ; bene tamen aliqua moralia, quibus & bona mereretur huius vitę. Hęc 38. ergo illi deficiebat; at qualia? Sanè ſi peccatum reſpicis ingratitudinis maximæ ad Dei beneficia, Deus enim ſummus Patri victorias dederat ingentes, totum Iſraëlis regnum ei ſubiugauerat, omnes eius diuitias ei dederat, tandem & ipſa vaſa aurea ſui templi. At iſte perfidus bis omnibus ingratus contra Deum ſe erigens, eleuatus in ſuperbiam, vt ei dixit Daniel: Deum ſuum qui habebat flatum ſuum in manu ſua, & Dominum mortis & vitæ, non laudauit, ſed Deos qui non vident, neque audiunt; porrò ait illi Daniel, *Deum qui habet flatum tuum in manu ſua, & omnes vias tuas non glorificaſti.* En cauſa, ingratitudo maxima ingentis beneficij. Meritò ergo occiſus eadem nocte, meritò regnum ab eo extortum. Quid hoc cum beneficio incarnationis? Quid hoc cum diuitiis quas nobis Chriſtus contulit? Quid hoc cum ſacramentis nobis donatis? quid hoc cum tota vita Chriſti? quale ergo noſtrum erit iudicium? *Væ nobis*, rectè exclamauit Abbas Geor- Abb. Georg. gius apud Sophronium in prato ſpirituali. *Væ vobis fratres, quia nullam habemus compunctionem, ſed in negligentia viuimus cùm ira Dei comprehendat nos, & in trutina ſimus, vt iudicemur.* & equidem duriſſimè dum Chriſtus nobis exprobrabit omnia media quæ ad nos ſaluandos apprehendit; aſpera, lenia, dura, mollia, ſuauia & amara. & hoc ipſum dictum apponet, & exprobrando dicet, *venit Ioannes.*

Hieron. / 36. *Quid ſit in Daniele illud minus habens.*

37. *Principum matura mortes vnde.*

Theodor.
Cornel.

38. *Balthaſar peccatum ob quod occiſus, quale.*

Recolor legiſſe, dum ſancta quædam Monialis

Ordinis

Ordinis Diui Franciſci, pro vna intima defuncta deprecaretur amica, hanc ei apparuiſſe, orationemque interdixiſſe, vtpote condemnata. Quæ hoc ad ſuum referens patrem ſpiritualem, & hic prudenter timens inimici illuſionem, ei vt in oratione perſiſteret imperaſſet, quod cùm & bis & ter hoc iniunxiſſet eadem apparente viſione, tandem ei apparuit ipſemet Chriſtus, qui ad eam; *Cur pro damnata rogas? nónne per eam te admonui.* cui illa atteſtans obedientiam, ſic ad eam, *optimè hoc ſcio.* Quod cùm dixiſſet, in inſtanti obtulit ei omnia illa media quibus vſus ad eam ſaluandam à principio eius, vſus rationis, vſque ad mortem; propemodum infinita. Omniaque illa reſpuiſſe. Poſt quæ ſic grauiter ait: *Crede mihi in die iudicij ab illa me optimè iuſtificandum, cauſamque meam dicturum, ne ores amplius pro ea*, audiamus hæc, & contremiſcamus. Hinc ſapientiſſimè D. Paulus nos admonet, *ne in vacuum gratiam Dei recipiamus.*
Bernard. Vnde D. Bernard. tres timores diſtinguit ante gratiam acceptam, in eius acceptione, & poſt illam, vt ſic ſemper pauidus homo incedat, *ante gratiam*, ait, *timens ne ſit ea indignus in eius acceptione, ne in vacuum accipiat: poſt eam, ne iterum abeat*, & verè ſecundus timor ingens ac maximus.

NVM. 20. Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus, in quibus factæ ſunt plurimæ virtutes eius, quia non egiſſent pœnitentiam.

NVM. 21. Væ tibi Corozain, væ tibi Bethſaida: quia, ſi in Tyro & Sidone factæ eſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olim in cinere & cilicio pœnitentiam egiſſent.

NVM. 22. Verumtamen dico vobis: Tyro & Sidoni remiſſius erit in die iudicij, quàm vobis.

NVM. 23. Et tu Capharnaum, nunquid vſque in cælum exaltaberis? vſque in infernum deſcendes: quia, ſi in Sodomis factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in te, fortè manſiſſent vſque in hanc diem.

NVM. 24. Verumtamen dico vobis, quia terræ Sodomorum remiſſius erit in die iudicij, quàm tibi.

Senſus litteralis, & moralis.

1. *An immediatè poſt dicta hæc ſequantur.* TVnc. *Luc. cap.* 10. hanc ponit exprobrationem poſt miſſionem Apoſtolorum ad prædicandum, & non poſt miſſionem Ioannis ad Chriſtum, vt Matthæus, ob quod aliqui cenſent Lucam ordinem temporis tenuiſſe, non Matthæum. Sic
August. D. Auguſtin. *lib. 2. de conſenſ. Euangel. cap.* 31. quem
Salmer. ſequitur Salmer. E contra ex hac particula *tunc*, potiùs credunt Matthæum ordinem temporis
Abulenſ. ſeruaſſe. Sic Abulenſ. Alij bis hæc Dominum dixiſſe, & nunc apud Matthæum, & iterum poſt miſſionem Apoſtolorum ad prædicandum. Non
Ianſen. diſplicet, Ianſen. ſequitur Barrad. parum refert,
Barrad. ſiue vno, ſiue altero modo intelligas, dummodo, vt bene aduertit Ianſen. nullam in Euangeliſtas repugnantiam cognoſces.

Ex his opinionibus ſi Lucam velis ſequi, accipies inde hæc Dominum dixiſſe, vt adnotat Maldonat. quia Apoſtolos mittebat ad ciuitates remotas, quia iſtæ ciuitates, in quibus ipſe prædi-
2. *Cur Chriſtus his ciuitatibus exprobrauit.* cauerat, noluerunt conuerti, & pœnitentiam agere, ex qua obſtinatione permotus, dum indignæ ex repulſa prædicationis reddebantur, ideo ad remotas eos mittebat ciuitates. Cuius exemplum ſequutus Paul. *Actor.* 13. *num.* 46. reſiſtentibus illi & Barnabæ Iudæis, ſic conſtanter ad illos; *vobis oportebat loqui primum verbum Dei, ſed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æterna vita, ecce conuertimur ad gentes.* At quomodo iſti ſe indignos iudicabant? nunquid ob humilitatem? nil minus. Sed ex operibus malis, & ex reſiſtentia, quam prædicationi faciebant, eam indignitatis ſententiam contra ſe dabant, quam contra alios eſſent laturi ſi eadem facerent, indignos vitæ iudicantes talia agentes. Vnde ex ore ipſorum eos Paulus condemnabat. Quid ex hoc? vt conuerſio relictis illis fieret ad gentes, ex quo ad mores deueniendo vt Dei vocatio, ac benignitas ob repulſam ad alios ſe transferat, quam ſi accepiſſes, in te remaneret, & ſic tuum teneres locum, & non alter in tuum ſubrogaretur, quod eſt illud tremendum in diuinis inſpirationibus, quando eis
3. *Inſpirationibus diuinis reſiſtere cauſa reprobationis.* obſiſtitur poſſibile, vt ad alios ſe transferant te relicto, & locum tuum alter accipiat & ſaluetur, dum tu ob repulſam eris condemnatus. hinc *Apocal.* 3. *num.* 11. conſilium Philadelpho Epiſcopo, vt locum ſuum teneret, *Tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam.* Ex quo loco colli-
4. *Deus vno cadente in eius locum alterum ſubrogat.* gunt Doctores, Deum ſolere vno cadente, alium eius loco & præmio ſubrogare. Iudæ ſubrogauit Matthiam, Iudæis Chriſtianos, Angelis homines. Tandem vt hodie, quando hæc ſcribo, quadraginta illis ſanctis Martyribus vno deficiente iuniorem ſubrogauit. Quod & millies factum legimus, cuius rei illuſtre exemplum eſt ſanctus
Graue exemplum. Nicephorus Martyr Februarij 9. in locum Sapritij Antiochiæ preſbyteri ſubſtitutus. Qui dum fortiter infinita tuliſſet martyria, tandem ad locum decollationis ductus cùm iam ictum expectaret vltimum, occurrit ei Nicephorus, cum quo ſimultates gerebat, veniam obſecrans. quam cum præſtare nollet, ab eo Deus auferens martyrij gratiam Chriſtum negauit, in cuius locum ſubrogatus Nicephorus fortiter ob Chriſtum ac conſtans vitam præbens. O Dei inſcrutabilia iudicia? Quis non ſanctum iam prædicaret Sapritium poſt tanta tolerata, & Martyrem diceret, & tamen martyrij corona ob repulſam charitatis inſpirationis, etſi Preſbyter, etſi doctus, illi rapuit ſæcularis Nicephorus. Vnde excellenter ex-
Chryſolog. clamans Chryſoſtom. *ſerm.* 153. *de innocent.* ſic ait: *Confitentur tacentes, neſcientes pugnam, vincunt inſcij, ignari tollunt palmas, coronas rapiunt ignorantes.* Si cauſam quæris, quia ob repugnantiam, peruerſamque obſtinationem loquentes tacent, ſapientes non pugnant, docti vincere nolunt. En ſapientes Capharnaum & Corozain, dum Chriſti prædicationem reſpuunt, ad ignorantes Tyri & Sidonis miſſi ſunt Apoſtoli.

5. *Quia non egiſſent pœnitentiam.* Optima eſt Ian-
Chriſtus cur his ciuitatibus exprobrauit. ſenij obſeruatio; non ciuitatibus Chriſtum exprobraſſe, quia illum non receperunt, aut in illum
Ianſen. non crediderunt, ſed quia non fecerunt condignam pœnitentiam fidei, quam acceperunt. *& bene nota*, ait, *Dominum culpare has ciuitates non in eo quòd non crediderint, ſed quòd non egerint pœnitentiam; multi enim vt veriſimile in illis ciuitatibus crediderunt Ieſum eſſe Meſſiam, quia tamen non ſtuduerunt vitam ſuam in melius commutare, fidem nihil*

profuturam dicit. Quid prodeſt Chriſtianum eſſe, ſi operam non facis Chriſtiani? & quare credis fidé ab aliquibus diſceſſiſſe Chriſtianis, & in hæreſim lapſos eſſe, alioque auolaſſe, vt in Indiam Iaponiæ, &c. Sanè amice, quia mala erant opera, & fidei non condigna.

6\. *Fides cur deperditur & alio ſe transfert.* Enim verò Paulus 1. *ad Tim, 1. n. 19.* bonam conſciëtiam cum fide coniunxit. Vnde ad illum: *hoc præceptum commendo tibi fili Timothee, vt milites illa bonam militiam.* Qualis hæc bona militia? ſequitur, *habens fidem & bonam conſcientiam.* Duo neceſſaria ad bene militandum, fides & conſcientia, nam ſine hac fides deperditur, ſine ſocia conſcientia. Hinc ſequens Apoſtol. ait: *Quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt.* quæ verba ponderans Dominicus à Soto, rectè ait; *Valde procliuis eſt & plena iuſtitia pœna, immo vindicta eſt, vt qui impurè & ſceleratè viuunt, vel a recta fide omnino, vel de rebus fidei minus rectè ſentiant, & loquantur.* Eo iſti crediderunt Chriſto

7\. *Vita mala Chriſtianorũ facit, vt minus bene de fide aut ſentiant, aut loquantur.* *Chryſoſt.* prædicanti, & nullam condignam pœnitentiam egerunt. Quid ergo? mittantur Apoſtoli ad alias diſſitas ciuitates, relinquantur ipſi qui mali non à natura, ſed à libera voluntate, vt bene Chryſoſtom. Nam & inter eos aliqui boni. *Vt autem diſcas,* ait Sanctus, *non à natura ipſos eſſe malos, ponit nomen ciuitatis, ſcilicet Bezaida, à qua proceſſerunt Apoſtoli, etenim Philippus, & Petrus, Andreas, Iacobus & Ioannes principales Apoſtoli.*

8\. *Chriſtus plorauit his ciuitatibus exprobrando.* *Hieron. Chryſoſt. Euthym.* Diuus Hieronym. reputat Chriſtum Dominum has ciuitates deploraſſe. Quod & ſentit Chryſoſtom. & Euthym. & licèt non neganda exprobratio; tamen aſſerendum fuiſſe cum lachrymis, *ad noſtrum exemplum,* vt ait Chryſoſtom. *eo quòd effuſio lachrymarum, & gemitus amarus ſuper patientes inſenſibilitatis dolorem, non modicum antidotum eſt ad correctionem, patientiam & remedium ingemiſcentium ſuper eos.* Poſtrema hæc verba ad-

9\. *Lachrymæ ſunt prædicatorum conſolatio.* nota: non enim dixit ad patientiam & remedium deploratorum, vt debèbat, ſed ingemiſcentium ſuper eos. Quid hoc? Sanè, quia dum prædicator verè & ex corde prædicat, dum non tantum verbis, quantum lachrymis perſuadere conatur, ſi conuerſio non ſequitur, patienter ſuſtinet, & pro remedio ſuæ iuſtitiæ lachrymas accipit fuſas in ſignum quòd fecit totum quod potuit; at ſi non plorauit, ſed tantùm verba protulit, vnde ei conſolatio.

Væ tibi Corozain. Corozain, Bethſaida & Capharnaum ciuitates erant Galilææ, iuxta ſtagnum, ſiue mare Galilææ, in quibus Chriſtus frequenter cum ſuis diſcipulis Euangelium prædicauit.

10\. *Quales ciuitates Tyro & Sidon.* *Si in Tyro & Sidone, &c.* Tyro & Sidon vrbes erãt Gentilium, ac proinde Idololatræ, & omnibus vitiis deditæ; quibus comparat Chriſtus Corozain & Bethſaida, & illis antefert, quia ſi ea miracula & ſigna eis feciſſet, *olim,* hoc eſt, iam diu pœnitentiam egiſſent.

11\. *Pœnitentia magna qualis antiquitus.* *In cinere & cilicio.* hoc eſt, maximam pœnitentiam egiſſent. nam antiquitus erat mos etiam apud Gentiles, vt patet in Iona, maximam pœnitentiam agere cilicio indutos, hoc eſt, ſacco, veſtimenta abiicientes pretioſa, & aſpergere ſe cinere, vt patet *Eſther* 4. de Mardochæo, & alibi ſæpe in Scripturis inuenitur. inſinuat ergo maximam & ingentem pœnitentiam tales ciuitates, etſi Gentilium, facturas, ſi ea in illis facta fuiſſent, quæ in eis.

Ex dictis duæ inſurgunt quæſtiones.

Prima ſuppoſito quòd Chriſtus certiſſimè ſciret futuram pœnitentiam Sidoniorum & Tyrorum, qua ſcientia illud vidit, conditionata nempe, ſiue quam vocant media, an viſionis? pro vtraque enim doctiſſimi, ac erudituſſimi ſunt viri, omni acceptatione digni, ideoque ſententiam illorum affirmantium per ſcientiam mediam ob tantorum virorum authoritatem non reſpuo; at libentiſſimè illorum amplector, quia veriſſimam æſtimo, qui per ſcientiam viſionis, ad quam inter alia (fateor imbecillitatem ingenij mei) facilitas intelligendi me addixit, ſicut ab altera aſperitas elongauit. nam nunquam apprehendere potui, quo modo ſola cauſa creata exiſtente indifferente, ad vtrumque aut ſe determinare poſſit non præuia motione ſuperioris agentis, aut non conſiderato effectu determinato in ſe poſſit elici cognitio euidens futuri effectus, cùm hoc propè eſſet ex duobus probabilibus præmiſſis elicere concluſionem euidentem, quod omnino repugnat. Recurrere autem ad infinitatem diuini intellectus ſat dictum, ſed non percipitur. Ideo ſatius percipio quando ex ſcientia viſionis educo Deum intelligere certò & euidenter. Nam cùm hæc ſcientia ſupponat diuinum decretum abſolutum infallibile ex parte Dei, ſi verificaretur conditionalis ex parte obiecti, ex qua ſequeretur infallibiliter effectus. Hinc optimè capio infallibilitatem & certitudinem ſcientiæ, quia effectus non conſideratur, & videtur in ſua cauſa, ſed in ſe ipſo, in æternitate diuina, in futuritione infallibili purificata conditione; ſed de hoc ſatis videatur, de hac re Ioannes à Sancto Thom. *in primam partem S. Thomæ,* qui doctiſſimè de hac re, curſuſque Theologicus Salmauticenſis Patrum diſcalceatorum. 12.

Chriſtus qua ſcientia vidit futuram pœnitentiam Sidoniorum.

Secunda quæſtio eſt, quare ſciens hoc Deus certiſſimè non dederit illis talia auxilia, & Chriſtus non eis talia fecerit miracula? Sanct. Auguſt. *de perſeu. c. 10.* reputat, quia non erant prædeſtinati. Alij, vt apud Auguſtin. quia ſciuit, etſi conuerterentur, poſtea receſſuros à fide. Attende verba. *Quidam autem,* ait Auguſtin. *diſputator Catholicus non ignobilis, hunc Euangelij locum ſic expoſuit, vt diceret præſciſſe Dominum Tyros, & Sidones, à fide poſtea fuiſſe diſceſſuros cum factis miraculis credidiſſent, & miſericordia potius non ea illic feciſſe, quoniam grauiori pœnæ obnoxij forent, ſi fidem quam tenuerunt reliquiſſent, quam ſi eam nullo tempore tenuiſſent.* Hæc doctrina ſanam continet veritatem, quam ideo appoſui, non quòd æſtimem litteralem, vt nos dicemus, ſed quia valde conducit ad mores, tum ad peccatores terrendos, tum ad ſpirituales viros conſolandos: ad illos namque vt videant ſæpe Deum ex miſericordia auxilia efficacia denegare ad conuerſionem, licèt habeant ſufficientia. quia ſcit certiſſimè in eadem peccata recaſuros, & forſitan in peiora. Ex quo infertur quantum ſit malum in peccatum reincidentia, vt ob illam Deus auxilia deneget efficacia ad conuerſionem. Et quo ad ſpirituales viros, vt attendant miſericordiam eſſe, non iuſtitiam, ſi quando eis Deus ſublimia non confert dona, ſciens illis non bene eos vſuros. Vnde rectè non ſatis laudatus Bartholomæus à Martyribus Archiepiſcopus Bracharenſis in ſuo compendio, *c. 14.* Poſtquam imperfectos patiẽter ſe tolerare debere affirmaſſet, quando ad montem cõtemplationis aſcendere nequeunt, aut non totaliter vitia eradicare, virtutes plantare, ſic magiſtraliter ait: *Habet enim Dominus magnos, & paruos filios, & licèt nunc imperfectus*

13\. *Quare non illis prædicauit.* *S. Auguſt.*

14\. *Reincidentia in peccatum quantum malum.*

ſectus ſis, facile vt perfectus eſſes efficeret, ſi tua ſaluti expediret. Egregio: cur ſaluti non expedit, vt ad perfectionem aſcendas, aut vt donum contemplationis non acquiras? Sane quia prouidet ruinam ex monte aut perfectionis, aut contemplationis, de qua quam malum ſit cadere, vide

Bernard. Bernard. *ſermon. 34. in Cant. & Epiſt. 253. ad Abbatem Garinum.*

Hieron. Abulenſ. Salmer. Maldon.

At licèt hæc ſuſtineri poſſint; vera tamen, & litteralis ſententia eſt Hieronym. Abulenſ. Salmer. Maldonat. & aliorum, ideo Dominum Tyris & Sidoniis non prædicaſſe, nec ſigna feciſſe; quia, vt ait Hieronymus, *propoſitum fuerat Domini Iudææ fines non excedere, ne iuſtam Phariſæis & Sacerdotibus occaſionem daret; vnde & Apoſtolis præcepit, in viam gentium ne abieritis.* In qua re quanta

15. *Chriſti obedientia erga Patrem, quanta.*

Chriſti fuerit obedientia Patri, exprimitur, cùm etſi pro ſalute animarum deperiret, & certiſſimè ſciret fructum conuerſionis Tyrorum & Sidoniorum; tamen quia non erat miſſus pro tunc, niſi ad oues Iſraël, quæ peribant, ſic ſe continuit, vt nec pedem extra Iſrael quoad effectum prædicandi, & virtutes agendi ex profeſſo voluerit extrahere. Quod cùm audis, vide an Dei ſit zelus quando aut vltra, aut contra obedientiam aliquid apprehendis, etiam ſi ſit bonum.

16. *Auxilia ſuperabundantia non omnibus conceduntur.*

Ex dictis omnia hæc cum Barrada elicere potes. *Primum*, ſuperabundantia auxilia non omnibus concedi, etſi omnibus ſufficientia. Sanè Tyri, Sidoniique ſufficientiam habebant, ſuperabundantia autem noluit iuſtiſſimè, ſecretóque ſuo conſilio, vt ait Hieronymus, concedere. *Secundò*,

17. *Non omnes ex illo conuertuntur.*

Deum aliquando ſuperabundantia auxilia aliquibus concedere, qui tamē non cōuertuntur. Quanta iſtis contulit ciuitatibus, quanta Iudæ. *Tertiò*,

18. *Non omnibus æqualia dantur.*

Deum non omnibus dare æqualia auxilia, vt patet ex hoc facto. *Quartò* Deum dare aliquibus auxilia magna, qui non conuertuntur, quæ ſi daret aliis, conuerterentur. In qua re illud proſſus admirabile, vt talia magna auxilia reſpectu talium,

19. *Per auxilia magna aliqui non conuertuntur, quæ ſi aliis, darētur conuerterentur. & vnde hoc.*

qui non conuertuntur, non excedunt gradum auxilij ſufficientis, quod ſi in Iuda conſideres, prorſus expaueſces, ac dices; quare in aliis eſſent efficacia? Sanè, amice, quia inexplicabili ſuo altiſſimoque iudicio, ſic voluit, ſic prædeterminauit, nulli faciens iniuriam, cuilibet quod ſuum dans, neceſſaria, ac ſufficientia præbet, ſuperabundantia negat, quia gratuita ſunt dona, non debita. Hinc ſemper cum magno timore, & tremore noſtra eſt operanda ſalus.

Barrad. Vltimò obſerua cum Barrada, ſermonem non eſſe tantùm de auxiliis externis, ſed internis, vt patet; nam externa ſine interna motione nil efficiunt, quod ſatis eſſe patet.

20. *Quare remiſſius Deus ſe habebit cum Tyris & Sidonijs, quàm cum ciuitatibus Iſraël.*

Tyro & Sidoni remiſſius erit. Quare remiſſius? Sanct. Hieronym. Quia cùm eſſent Gentilica, naturalem tantùm legem calcauerant. *Iſta verò poſt tranſgreſſionem naturalis legis & ſcripta, & etiam ſigna, quæ apud eos facta ſunt, parui duxerunt.* Vnde Luc. 12. num. 47. *Seruus qui cognouit voluntatem domini ſui, & non fecit ſecundùm voluntatem eius, vapulabit multis. Qui autem non cognouit, & fecit*

August. Cyrill.

digna plagis, vapulabit paucis. Inter opera Auguſtin. *Epiſt. 206.* quæ eſt Cyrilli ad Auguſtin. de laudibus D. Hieronymi, *vbi ſuprà*, hoc etiam aliò retulimus, cùm à viro quodam à Domino reſuſcitato percontaſſet Auguſtin. an in inferno, ſiue in purgatorio æquales eſſent omnium pœnæ, ſic reſpondit. *Tantum differt inter Chriſtianorum, qui ibi torquentur, pœnas, & paganorum, vt paganorum cruciamenta reſpectu eorum qui falſi Chriſtiani, & peccatores ſuſtinent, ſint quaſi nulla, quanquam ineffabilia ſint, nec a viuentibus cogitabilia, vt dignum eſt.* Cuius rationem ſubiungens, ſequitur; *Nam illi in vacuum gratiam Dei receperunt, nec voluerunt à peccatis corrigi? dum vixerunt, ſatis continuè vociferantibus Scripturis, quas pro nihilo putauere.* Vnde bene

21. *Chriſtiani quàm durius puniuntur in inferno quàm pagani, & cur.*

Chryſoſt. Chryſoſtom. hom. 37. *Maior cognitio, ait, fit maioris pœnæ materia.* Sciunt Domini voluntatem, & non ſequuntur. ergo ad quid aliud talis cognitio, niſi ad maioris pœnæ augmentum? cùm, ſi bene attendas, qui ſcit Domini voluntatem, & non facit, ex malitia peccat; ſecus qui eam ignorat: vnde bene Cyrill. *in Cat. D. Thom. in Luc.* vbi ſuprà: *Homo perſpicax, qui turpioribus ſuam voluntatem inclinauit, inexcuſabile peccatum commiſit, quaſi propter malitiam recedens à Domini voluntate; ſed homo ruſticanus rationabilius impetrabit veniam indicantis.*

Et tu Capharnaum, nunquid vſque in cœlum exaltaberis? Lucas legit ſine interrogatione; *& tu Capharnaum vſque in cœlum exaltata apud infernum demergeris.* Vnde exaltata? Sanè ex Chriſti habitatione, ſic vt ciuitas ſua diceretur ex miraculis, & doctrina. Quid inde, ait Hieronymus, ob id, Hieron.
quia condignam pœnitentiam non feciſti: *maioribus plecteris ſupplicijs, quia credere noluiſti.* Sic
Theophyl & alij; at licèt idem ſenſus ſit Lucæ & Theophyl.
Matthæi, tamen neſcio quid maioris energiæ habet Matthæi lectio. quæ, vt bene Ianſen. facit Ianſen.
hunc ſenſum. Et tu Capharnaum, nunquid, quia in te ſim moratus, miracula tanta egerim, doctrinam tantam profundens, putas ob hoc te exaltandam vſque ad cœlum cùm fidei reſtitiſti, nullaque bona opera feciſti? nil minus; *vſque ad infernum detraheris extrema ignominia, & æterna damnatione afficienda*, ait Ianſen. *Eaque grauiora, quàm Sodomitæ, vt quibus iſtis peiores, & magis inexcuſabiles.* In quibus verbis adnotandum Corozain & 22.

Chriſtus cur Capharnaum Sodomitis comparauit.

Bethſaidam Chriſtum comparaſſe Tyris & Sidoniis, at Capharnaum Sodomitis. Cur hoc? Sanè, quia iſti peiores erant Tyris, vt rectè obſeruat Ianſen. ergo vt ſummam malitiam Capharnaum explicaret ſupra malitiam Corozain & Bethſaidæ, non comparat cum Tyris & Sidoniis, qui non tam mali, vt Sodomitæ, ſed iſtis. Si rationem expoſcis; quia maiora receperunt beneficia, quàm Corozain & Bethſaida: ergo ex maioribus beneficiis eruit maiorem condemnationem. Quod ad hæc Chriſtiani mali, nunquid non peiores, quam Turcæ, ſi vt Chriſtiani non viuunt? Vnam adiungam Theophylacti obſeruationem; quæ ſic: *Quo-* Theophyl.
niam Capharnaum interpretari poteſt ager conſolationis, vide quòd ſi quis mereatur fieri ager ſpiritus paracleti, & deinde ſublime ſapiat, & exaltetur vſque in cœlum, ita corruet quoque per ſuperbiam; horreſcat igitur homo. Quæ authoritas, vt plenè intelligatur, 23.

Viri contemplatiui decidentes quàm durè plectuntur ſuper cæteros.

ſupponenda eſt intelligentia Hieronymi, qui ly *vſque in cœlum exaltaberis*, ſic exponit, hoc eſt, *per ſuperbiam, ſcilicet tuam, vanè te gloriando ex mea habitatione & miraculis.* Quo ſenſu ſuppoſito verè tremenda eſt Theophylacti ſententia, & omnibus ſpiritualibus viris timenda; dum etſi per contemplationem exaltentur ſuper ſydera, & vſque Hieron.
in cœlum ſi firmiter in ſua vilitate non ſe contineant, ſed per ſuperbiam extollantur, vſque ad abyſſum deſcendent. Ex qua doctrina duo habes euidentia. *Primum* ſuperbiam eſſe in cauſa caſus omnium ſpiritualium virorum, & *ſecundum*

durißimè

duriſſimè & amplius, quàm cæteri omnes bos cruciandos in inferno, quod vt plenè intelligas, breuiter tibi duas aſſignabo rationes.

24. *Viri ſpirituales quare amplius torquentur in inferno.*

Prima, quia amplius quàm cæteri Dei amici, eiuſque vnanimes, vt ſic dicã. Hinc & amplius eorum peccatum, & amplius eius ſcelus apud Deum. *Si is qui oderat me, ſuper me magna locutus fuiſſet, abſcondiſſem me forſitan ab eo*, ait Dauid in perſona Chriſti, *Pſalm.54.num.13.* Quid hoc? Sane loquitur Chriſtus, ait Incognitus, affirmatque ipſum dicere, quòd ſi inimicus eius apertè ſuper illum inſultaſſet, equidem locum dans iræ ſe abſcondiſſet; *loquitur Chriſtus*, ait, *more humano illorum, qui ab apertis inimicis ſe abſcondit, non quidem timore, ſed amore, ne ſcilicet eius præſentia magis incitentur ad malum.* Vnde *Ioann.* 8. quando ſe abſcondit & exiuit de templo, ait hic auctor, *non timore, ſed amore illud fecit*, ne amplius eos perderet, & ad iniquiſſimum factum venirent. nam, vt ait Chryſoſtom. *malus homo non docetur ſermonibus, ſed magis irritatur.* Vnde benè ipſemet auctor conſulit cum talibus potius fuga agendum, & abſentia, quàm verbis placabilibus; *nam ſi contendis*, ait, *irrationabilem ratione placare, & ipſum non placas, & te ipſum ſubycis.* Optima doctrina ad iracundos ſedandos; ſed ad rem noſtram deueniendo, equidem rectè intelligere poſſumus hanc querelam Chriſti eſſe de ſpiritualibus viris, de quibus ſe non abſcondit, immo propalat, & tanquam amicos ad interiora ducit velaminis, nullum de eis malum ſuſpicans. Hinc quando poſtea ab eis læditur, traditur, inſultatur, ac per ſuperbiam ſupra ipſum ſe exaltant, ampliùs offenditur, quia malum intolerabilius. Vnde ſequens ait, *tu verò homo vnanimis dux meus, & notus meus*, in quo loco apertè Iudam proditorem ſignificat, qui, vt ait Idem author, inter Apoſtolos multũ erat Chriſto familiaris, quod acutè probat ex officio, dum impenſarũ miniſtrum eum effecerat, ex quo infert, ſupra cæteros illum eleuaſſe, quatenus ſecundùm Domini ſententiam, ille maior qui cæteris miniſtrat. *Iudas inter alios Apoſtolos multũ erat Chriſto familiaris, in cuius ſignum præ alijs exaltauerat, faciendo ipſum omnium aliorum miniſtrum, quia ipſe loculos habebat, & cæteris vt diſpenſator habebat prouidere*, Ioan.5. *quod erat ſignum maieſtatis, quia dixerat Chriſtus. Quicumque voluerit inter vos maior eſſe, ſit veſter miniſter.* Rectè ergo de illo acriùs conquerebatur, cùm vt amicus deteſtabilius erat eius peccatũ, quia non tantum hominem, quantum amicitiam læſerat; quod pulchè dixit Ambr. lib.3. offic. c.15. tom.4. *Neque quiſquam*, ait, *deteſtabilior, quàm qui amicitiam læſerit. Vnde in proditore Dominus hoc grauiſſimum inuenit, quòd amicitiæ venenum malitiæ miſcuerit; vnde ait, tu verò homo vnanimis, non dixit, tu vero ſeruus meus, Apoſtolus meus, ſed vnanimis meus, id eſt, non meus, ſed tuus proditor es, qui vnanimem prodidiſti.* Egregiè Quod ſi conſideres attentè, nullos inuenies amplius Chriſti vnanimes, quàm viros ſpirituales, & præcipuè contemplatiuos, qui veriſſimè vnanimes dici poſſunt, dum non ſolùm ad menſam ſedent, ſed in cubiculum, & in cellam introducuntur vinariam. Qualis ergo erit Chriſti de his ſenſus? quando peccant, quando à perfectione decidunt, quando ſuperbiendo contra ipſum ex ſuiſmet donis eleuantur, ſicut Iudas. Quale ergo eis remanet ſupplicium.

25. *Chriſtus ſe abſcondit non ob timorem, ſed ob amorem.*

Incognit. — Chryſoſt.

26. *Iudas quàm Chriſto familiaris & amicus.*

Ambroſ.

Secunda autem ratio eſt amplior horum obligatio, quia amplius receperunt, hinc amplius quàm cæteri maledicto ſunt obnoxij. Marc.11.13. *Cumque vidiſſet à longè ficum habentem folia, venit, ſi quid fortè inueniret in ea: & cùm veniſſet ad eam, nihil inuenit præter folia.* Si cauſam poſtulat, *non enim erat tempus ficorum.* & tamen non obſtante hoc, *& reſpondens dixit, iam non amplius in æternum ex te fructum quiſquam manducet.* Quod factum. nam ſtatim exaruit. In quo loco quod pendo eſt, ly *& reſpondens.* Cum quo? aut quis cum eo loquebatur? Sanè ipſa ficus, ſe excuſans, timens maledictionem, aſſerens non eſſe tempus ficorum. Quam rationem ſi conſideres, efficaciſſimam inuenies, quo non obſtante ei maledixit; quæ cauſa? Quia ſymbolum, ait Chryſoſt. vt *in Cat. S. Thomæ*; erat religioſorum hominum, qui dum plus beneficiorum ſpiritualium acceperunt, & Chriſtum eſurientem amplius paſcere, quàm cæteri per opera ſupererogationis debebant, ita facere omiſerunt. *Dominus autem, ait, à perfectis non ſolùm exigit, vt virtuosè obſeruent, ſed ſupra mandata fructificent.* Hinc & amplius quàm cæteri punientur, & maledicto ſubijcientur; rectè ergo vſque ad infernum Capharnaum detrahitur, quia ob beneficia accepta nullum reddens fructum, tantùm extollentiam excipiebat oculorum.

27. *Chriſtus cur ficum maledixit ſi non erat ficorum tempus.*

Chryſoſt.

28. *Forte manſiſſent*, &c. Particula *fortè*, non dubitationem ſignificat, vt rectè Maldon. Barr. & alij, ſed affirmationem, cùm Chriſtus certiſſimè de euentu, vt ſuprà dicebamur, habebat ſcientiam, ſed humano more loquutus eſt, vt homines ſolent loqui, quando de futuris contingentibus loquuntur, lege Ambroſ. *lib.2. de pœnit. cap.2.* in quo probat particulam *fortè* aliquando non eſſe dubitantis, ſed rem cognoſcentis, immo Græcè, vt obſeruant authores, eſt verbum quod ſignificat vtique, & quòd particula *forte* aliquando pro affirmante, & non dubitante recipiatur, ſunt loca Scripturæ aperta, vt Ioannis 4. *ne forſitan*, hoc eſt, *vtique petiſſes ab eo, & dediſſet.* & ſuprà 5. *Ne fortè*, hoc eſt, *vtique tradat te aduerſarius iudici*, &c. & cap.7. *ne mittatis margaritas ante porcos*, ne fortè (hoc eſt, vtique, certè) *conculcent eas.* & Ioan.8. v.19. *ſi me ſciretis, forſitan*, hoc eſt, vtique, *& Patrem meum ſciretis.* Hic ſenſus eſt litteralis, & verus, licèt alij, vt Remigius, volunt appoſuiſſe particulam dubitantem propter liberum hominis arbitrium. *Ideo autem Dominus*, ait Remig. *qui omnia nouit, in hoc loco verbum dubitatiuum poſuit, vt demonſtraret, quia liberum arbitrium conceſſum eſt hominibus.* quod quomodo huic loco conueniat, non video, primus ergo ſenſus eſt litteralis, & verus.

Particula fortè non ſignificat ſemper incertitudinem.

Maldon. — Barrad. — Ambroſ. — Remig.

In illo tempore reſpondens Ieſus dixit: Confiteor tibi, Pater, Domine cœli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. NVM. 25.

Ita Pater: quoniam ſic fuit placitum ante te. NVM. 26.

Senſus litteralis, & moralis.

1. *De ordine huius ſententiæ.*

IN *illo tempore.* Apud Luc. c.10. v.21. hæc eadem habentur ſic. *in illa ipſa hora exultauit Spiritu ſancto, & dixit, confiteor.* & tunc dicitur hæc Dominum dixiſſe, quando Apoſtoli à prædicatione redeuntes ei miracula, & mirabilia in nomine eius ab ipſis effecta retulerunt, quo audito exultauit, &c. Ex quo dubitant Doctores, quis ſecundùm ordinem temporis dixit hæc, Matthæus, an Lucas

verò bis hæc Dominus dixerit, pro vtraque ſunt Doctores. *August.* Auguſt. *lib. 2. de conſen. Euang. c. 33.* credibile an, ſemel a Domino dicta, & Lucam ordinem téporis ſeruaſſe cùm dicat, *in ipſa hora*. Matthæum verò illud prætermiſiſſe. *Abulenſ. Barrad.* Alij, vt Abul. Barr. probabile exiſtimant bis ea dixiſſe, & apud Matthæum, & iterum apud Lucam, quando Apoſtoli redierunt; in quam opinionem libenter inclino, cùm ratio erat eadem in diuerſis temporibus Deum laudandi apud Lucam, quia vidit pauperes euangelizare, ac miracula operari, relictis diuitibus & ſuperbis. & hic, quia ſimplices idiotas, ac vulgares homines conuerti, Euangeliumque apprehendere, & in ipſum credere, & æternam ſaluationem operari, relictis ſuperbis Scribis, ac Phariſæis potentibus. *Ianſen.* Ex quo, vt rectè Ianſen. *vti homo verus, & affectibus viuus, ſed ad gloriam Dei comparatis exilijt præ lætitia ac geſtis, animus eius erumpens in gratiarum actionem erga Patrem.* Vnde Lucas,

2\. *Chriſtus cur exultauit in Spiritu ſancto, & quando. Salmer.* *Exultauit Spiritu ſancto.* Duo exquirenda. *Primum*, cur dictum, *exultauit Spiritu ſancto.* & non ſimpliciter, exultauit. & *ſecundum* quare exultauit? & quoad *primum*, ad rem Salm. *Ne vanam aliquam exultationem, & carnalem exiſtimares, ſed verè ſpiritualem, & ab Spiritu ſancto effectam, & de materia ſpirituali.* Ipſe enim Dominus audiens ſuorum diſcipulorum miracula, & conuerſiones peccatorum, cùm prius eos reprehendiſſet, vanam gloriam compeſcens, vt habetur apud Lucam, conſiderans Dei opera mirabilia, ac eius ſecreta iudicia totum ad Patrem referens filius ſanctiſſimus, nil ſibi retinens ex gloria genitoris, ex exaltatione Patris, omnino ſui oblitus ſe excitauit in Spiritu ſancto ad laudandum ſummum, ac ſanctum eius parentem, ſua æſtimans beneficia, quæ diſcipulis ſuis contulerat; *inſtruens nos ſuo exemplo.* Rectè Salmer. *vt ſi quid feliciter ceſſerit, nobis conantibus exultemus, non aliquo humano affectu, ſed gaudio ſpirituali, nullam gloriæ portionem nobis arrogantes, ſed gloriam Dei illuſtrari cupientes, & de profectu proximorum exultantes.* quod eſt proprium gloriari Spiritu ſancto.

3\. *Quando quis verè exultauit in Spiritu ſancto.* quod equidem nunquam erit niſi quando quis porè & omnino operator ob Dei gloriam, nullum protſus alium finem intendens, nec primariò, vt ſic dicam, neque ſecundariò. Tunc enim, quia omnino ſui commodi, honoris, ac emolumenti eſt oblitus, quando poſtea ad culmen operis venerit, & profectum viderit opulentum, & maximum, de illo gaudet, exultat, non ſibi, ſed Domino, ſed Spiritui ſancto, omnem gloriam ei tribuens, nil ſibi retinens: at quando finis alter, non Deus, ſed proprium commodum, vnde exultatio in Spiritu ſancto.

4\. *An ſecundariò in opere quis poteſt intendere ſui emolumentum.* At dices, quòd ſecundariò poteſt quis in operibus intendere aliquod ſui emolumentum, etiam ob Dei gloriam. ſat dictum, & præciſiones iſtas optimè noui, quibus hodie non ſolùm plenus, ſed deperditus eſt mundus; ſed vnum pro certo affirmo, quòd etſi, metaphyſicè loquendo, illud licitum, & poſſibile, vt ſit bonum, tamen moraliter, & in effectu vix credam poſſibile, vt hic ſecundarius finis totum opus non inficiet, nam cùm potentiſſima ſit paſſio noſtri emolumenti, ſpeculatiuè primariò Dei gloriam intendemus; at verè, & realiter primariò noſtrum emolumentum, vnde modicum hoc fermentum totam maſſam corrumpet operis.

Enim verò *Exod. 12. num. 15.* legem de azymo conſtituens Dominus ſic ait, *ſeptem diebus azyma comedetis, in prima die non erit fermentum in domibus veſtris.* Chaldaica habet, *auferetis.* L X X. *expelletis.* Ad quid tam ſeriò hoc præcipere, vt non eſſet fermentatum in domibus, & ſi eſſet in domo, expellerent? Ad rem Rupert. *ne dum præſens eſt facilius poſſit quis in prænaricationem labi.* Sub pœna mortis interminabatur eſus fermentati, *quicunque comederit fermentum, peribit anima illa de Iſrael.* Quid ergo? Sanè poterat quis ſuperueniente feſto azymorum in domo fermentatum habere, & optimè cum azymo cuſtodire, & vt ſimul eſſent ex illo comeſturi poſt feſtum azymorum. Quid nì? at hanc humanam prouidentiam, ſeu carnalem prudentiam præuidens Dominus, & ex illa certiſſimum caſum, ac mortem illam præcauere volens, mandauit, vt nil fermenti eſſet in domo, & quòd illud expellerent, eiicerent, perſundarent, ſi occaſionem mortis ſecum habere non cuperent. Quid dicis? ſecundariò ſe poſſe intendere emolumentum tuum cum primario fine Dei gloriæ, & ſimul azymum, & fermentum habere in vna, eademque actione, iam dixi; quod ſat dictum, ac timeo, ne dum Dei præceptum non ſequeris, & extra domum omnino fermentatum non eiicis, certiſſimè mortem incurras, & relicto azymo totum te de fermentato ingurgites. Hinc ſanum conſilium, in opere abſolutè, & ſolitariè Dei gloriam intendere, ſi vis ſicut Chriſtus in Spiritu ſancto exultare. 5. *Deus cur præcepit fermentatũ non manere in domo prima die azymorum. Rupert.*

At quare exultauit? Theophylactus, quia pater amantiſſimus exultat de bonis filiorum, *ſicut pater bonus cum filios viderit*, ait, *rectè quædam opera egiſſe, ita Saluator exultat, quia talia bona aſſecuti erant Apoſtoli*, quæ erant bona a patre illis data. Quòd ſi ſic in hac vita exultaunt, in illa Apoſtolis exiſtentibus vbi labor, vbi ieiunium, vbi miſeriæ, qualis putas erit Chriſti exultatio, quando ſuos viderit in cœlo à Patre dilectos, bonis infinitis cumulatos? In vita V. Annæ Mariæ à ſancto Ioſeph Franciſcanæ *num. 19.* cùm ante Patrem æternũ eam Chriſtus eleuaſſet, & ab illo dulciſſimè tractaretur, quædã adiungit verba, quæ quia propriè, vt ab illis decedere non valeam, placet ea, vt dixit, tranſcribere, ſic enim ait. *y mi diuino ſeñor, y maeſtro, que Redentor me eſtaua mirando y gozandoſe de que el padre, a quien el me auia llevado me fauoreci eſſe tanto: y eſtaua me dando a entender, que aſi como yo me gozaua en ſus bienes, el ſe gozaua en los mios.* Quod in ſumma erat dicere: idem prorſus gaudium, quod illa de gloria Chriſti percipiebat, ac de affectu erga ipſum diuini genitoris. idem ipſe percipiebat, immo maius, de fauoribus, ac gratiis, quas illi ſanctiſſimus ſuus impertiebatur Pater. Hinc nunc (etſi in terris) exultat Spiritu ſancto, videns quæ pater Apoſtulis ſuis contulerat, quæve recta ipſi egiſſent. 6. *Chriſtus quare exultauit in Spiritu ſancto. Theophyl.* 7. *Chriſtus quantũ exultat in cœlo de bonis ſanctorum.*

Secunda ratio eſt Euthym. propter eorum ſalutem, qui à diſcipulis iuuandi erant. *Euthym.*

Tertia eſt aliorum dicentium quòd exultat propter conuerſionem, quam præuidebat, gentium ac multorum Iudæorum; *amator hominum*, ait Cyril. *gaudij reputabat materiam conuerſionem errantium.* ex quibus rectè deducit Barrad. quòd nos *docet exultare non in bonis terrenis, ſed in conuerſione hominum.* *Cyrill. Barrad.* 8.

Quod ſi ad praxim deducere vis quàm parum hodie lætari, & exultare poſſunt Dei Prædicatores, dum etſi laudati à prædicatione recedant, tamen ſine fructu animarum, ſine conuerſione peccatorum. Vnde ſi gaudent, & exultant hoc videntes, equidem non erit ex Spiritu ſancto, ſed ex ſpiritu *Prædicatores ſancti plangere debent quando ſine fructu recedunt animarum.*

Chryſoſt. ritu proprio; nam aliàs plorarent, vt D.Chryſoſt. qui *hom.* 30. *in Acta*, ſic deuotè ait: *credite mihi quando inter dicendum plauſum excito, per illud quidem tempus humanum quiddam mihi accidit, & diſtrahor, & diffundor: vbi autem domum redeo, & intelligo plaudentes ſine fructu abyſſe, ploro & gemo, lachrymor, & quaſi fruſtrà omnia dixerim ſic afficior, mihique ipſi dico; qua ſudorum meorum vtilitas, ſi auditores à verbis meis nullum fructum accipere volunt.* En Sanctorum ſpiritus, qui ſanctus, cùm iſte ſicut ad gaudium impellit quando fructus adeſt animarum, vt in Chriſto, ſic ad planctum, quando ille abeſt. Sed ad rem.

9. *Reſpondere in Scriptura aliquando proloqui & exordiri.* *Reſpondens.* Hebraiſmus, vt obſeruat Maldon. qui tantum valet, quantum *orſus.* nam apud Hebræos verbum *hhanah* non ſolùm ſignificat interrogantibus reſpondere, ſed ſæpe exordiri, loqui. Maldon. Maldon. affert exemplum *Iob* 4. vbi dicitur, *reſpondens autem Eliphaz Themanites.* Quod ſignificat, incipiebat loqui. Ianſen. alterum adducit ex hoc Euangelio, quando in transfiguratione dicitur, *& reſpondens Ieſus*, hoc eſt, ordiens loqui, ſic tunc reſpondens Dominus, hoc eſt, loqui incipiens, hoc ideo ſic extensè adnotaui, quia ſæpe talis modus loquendi inuenitur in Euangelio, & myſterium aliqui faciunt, cùm non ſit niſi purus Hebraiſmus, licèt aliqui velint quod in propria ſignificatione accipiatur hîc, quatenus faciunt Chriſtum Apoſtolis reſpondentem ſecundùm Lucam. primus ſenſus litteralis.

Confiteor. hoc eſt, gratias ago, laudo te; alter Hebraiſmus *Sadda*, qui, vt aduotat Ianſen. licèt aliquando Ianſen. confeſſus eſt, ſignificet laudauit, vel prædicauit, Græci ſemper illum per confiteri reddiderunt. Sic Hieronym. Auguſtin. Chryſoſt. Beda, Theophyl. & frequenter hoc in Pſalmis confitetur. ergo. Beneficium, qui gratias agit, confitetur, Deum eſſe optimum, maximum, omni laude dignum, qui laudat, vnde Hieron. *Confeſſio non ſemper pœnitentiam, ſed etiam gratiarum actionem ſignificat.* Quomodo hîc verbum *confiteor* intelligitur, nempe pro gratiarum actione & laude.

Hieron. Auguſt. Chryſoſt. Beda Theophyl.

Abulenſ. At pulchrè Abulenſ. *quæſt.* 56. exprimit quomodo

10. *Peccatorum confeſſio quomodo ad Dei laudem pertineat.* cùm hoc verbum aliquando ſignificat confeſſionem peccatorum, vt Pſalm. 31. *Confitebor aduerſùm me iniuſtitiam meam.* etiam talis confeſſio pertineat ad Dei laudem. *Quia quando quis confitetur* (ait) *peccatum ſuum, laudat Deum, ſe illi ſubjiciens, & minorem eſſe concedens.* Equidem ſic Pharao Exod. 9. num. 27. *Deus iuſtus, ego & populus meus peccatores.* Item ſequitur: *dicitur Deo gloriam dare, qui iniquitatem ſuam confitetur, nam qui ſe peccatorem non æſtimat, Deum vituperat, faciens illum mendacem*, iuxta illud 1. Ioann. 1. *Si dixerimus, quòd peccatum non habemus, mendacem facimus eum.*

11. *Ioſue cur dixit Acham vt daret gloriam Deo.* Hinc *Ioſue* 7. *num.* 19. conſulens Acham, vt confiteretur peccatum ſuum, ait illi, *fili mi, da gloriam Deo Iſrael; confitere, & indica mihi quid feceris.* Cur dabat Deo gloriam confitendo peccatum? Sanè, quia ſimul confitebatur iuſtiſſimè Deum percuſſiſſe Iſraëlem pro eius peccato, & prædicabat eum iuſtum & ſanctum, vnde Lyran. *Per confeſſionem tuam appareas Deum verum dixiſſe de peccato Anathematis, & per conſequens iuſtè puniuiſſe populum.* In quo loco, vt furtim hoc dicam, adnotanda illa verba, *fili mi*, filium appellat, etſi poſt

Lyran.

12. *Superiores peccantes diligant.* tale, ac tantum peccatum; vt ſuperiores doceat, quomodo peccantes ſubditos tractare debeant, quóve loco habere, ſanè vt filios etiam poſt peccatum oſtendentes ſe vitia deteſtari, naturam dilige-

re: vnde rectè Bern. de conſid. ad Eugen. *paſcendos*, ait, *accepiſti greges, non premendos*; ſed ad noſtra. Bernard.

Domine cœli & terræ. Obſeruat Cyrill. *lib.* 5. *theſ.* 13.

Chriſtus Patrem vocat ſuum, ac Dominum cœli & terræ, & cur ſpecialiter Patrem ſuum. *c.* 5. Chriſtum Deum patrem ſuum vocare, ac Dominum cœli & terræ. Patrem; quia eius filius naturalis eiuſdem cum illo eſſentiæ, illi omnino æqualis. Hinc Dominus non ſuus, ſed cœli & terræ. *Aſpice quod vocat eum Patrem ſuum, ac Dominum cœli, & terræ.* eadem habet Athanaſ. *in Epiſt. ad Marc. Roman. Pontif.* Vnde pulchrè Titus, vt apud Caten. D.Thom. in Luc. affirmat, nō mirum Chriſtum Patrem glorificare, non tantum ex dominatione cœli, & terræ, quantum eum nominando patrem ſuum, cùm ſumma patris gloria ſit filij hypoſtaſis. *Ne mireris*, ait, *ſi patrem filius glorificat, tota enim hypoſtaſis vnigeniti genitoris eſt gloria; nam & quæ facta ſunt, & cœlum & Angeli gloria ſunt conditoris, verùm quia hæc nimis infimè ſita ſunt reſpectu dignitatis ipſius, ſolus filius, cùm Deus perfectus ſit ſimilis genitori, perfectè glorificat Patrem.* Ex quo

Cyrill. Athanaſ. Titus.

14. *Nil ſic honorat Patrem æternum, ac eum nominare Patrem Chriſti, ſicut è cōtra nil ſic Chriſtum, ac eum dicere filium æterni Patris.* ſummam Chriſti tum ſapientiam, tum ſummum laudandi Patrem deſiderium elicere potes, & quare cùm dominationi cœli & terræ nomenclaturam Patris adiecit? vt ſcilicet perfectiſſimè remaneret laudatus, completè, ac omnimodè tum ex dominatione creaturarum, tum ex generatione altiſſima filij. Hinc fateor, ſæpe ad laudandum Patrem ſummum me erexiſſe, & licèt ex infinitis eum titulis laudaſſem, vtpote ex omnipotentia, ex innaſcibilitate, ex creatione, &c. tamen nullum propemodum me ſatis feciſſe, nec vnquam ſatisfacere, ac quando *eum Patrem dico Domini noſtri Ieſu Chriſti.* Sicut è contra nunquam ſic omnino ſatisfactum me ſentio, etſi mille honorificem Chriſtum titulis; ac quando eum filium appello. *Patris æterni.* Filius eſt Patris æterni, ſufficit, non vltrà inquirendum, nec dicendum.

15. *Sapientes & paruuli qui.* *Quia abſcondiſti hæc à ſapientibus*, &c. Quid per ſapientes, & prudentes? quid per paruulos? Theophyl. & Auctor Imperf. per ſapientes Iudæos legis ornatos ſcientia, per paruulos Gentiles. Chryſoſt. Hieron. Euthym. Beda, per ſapientes Scribas, & Iudæos, non quòd re vera eſſent, ſed quia ſibi videbantur, & per paruulos Apoſtolos. Mald. per paruulos non tam Apoſtolos, quàm eos, qui illis credituri erant, intelligi vult, Theophyl. per ſapientes intelligit Scribas & Phariſæos, per prudentes doctos à Scribis & Phariſæis. *Sapiens enim eſt*, ait, qui docet; *prudens qui docetur.* per paruulos Apoſtolos Auguſt. *de verb. Domini ſerm.* 8. per ſapientes & prudentes ſuperbos, per paruulos humiles; *quid enim eſt paruulis, niſi humilibus.* Idem habet Gregor. 27. *Mor. cap.* 7. ex his omnibus intelligentiis vera & litteralis eſt Hieron. & aliorum *vbi ſuprà*, nam eſt ſecundùm ſubiectam materiam, cùm ideo Chriſtus exultauit, quia vidit Dei myſteria Apoſtolis declarata, non Phariſæis, non legis Doctoribus, & Apoſtolos appellat paruulos,

Theophyl. Auct. Imp. Hieron. Euthym. Beda. Maldon. Theophyl.

Auguſt.

Gregor.

16. *Apoſtoli cur dicantur paruuli.* non ſenſu, ſed malitia, vt rectè exponit Chryſoſt. Non dixit, ait, *reuelaſti ea ſtultis, ſed paruulis, id eſt, informibus, aut ruſticis.* Nam etſi ruſtici Apoſtoli, ac informes, ſi tamen attendis, omnes præclariſſimi erant ingenij. Vnde eorum ignorantia non erat prauæ diſpoſitionis, ſed purè negatiua, & ſic poſt Chriſti inſtructionem multo Phariſæis, ac Scribis ſapientiores prudentioreſque fuerunt.

Vera ergo & litteralis eſt hæc ſententia, ſed non ſic ſtrictè intelligenda, vt cum Ianſen. non Ianſen. ſimul intelligantur cum Phariſæis & Scribis omnes illi, *qui ſapientes*, vt ille ait, *ſunt in oculis tuis*,

aut qui acquiſita ſapientia ſibi placent, & inflati ſunt. de quibus Iſai. cap. 5. *Væ qui ſapientes eſtis in cordibus veſtris, & coram vobis metipſis prudentes.*
Salmer.
& Salmer. *Sapientes, ait, vocat eos, qui ſibi ſapere, & prudentiam rerum habere videntur, nec tamen agnoſcunt ſe ipſos primùm, ac ſuam ignorantiam, & neceſſitatem diſcendi per Chriſtum.*

17. *Superbis Deus non reuelat myſteria neceſſaria ad ſalutem, & multo magis non neceſſaria.*

iſtis enim, quia tales, Deus non reuelauit efficaciter quoad myſteria ſua, abſtrahendo ſcilicet lumen, non apponendo tenebras, vt bene Caiet. effectum credendi myſteria, etiam quæ neceſſaria ad ſalutem; vt ſunt myſteria Trinitatis, incarnationis, crucis, mortis, & reſurrectionis, & potentiæ eius per ſigna, & miracula; ſed ea reuelauit paruulis, hoc eſt, ſimplicibus, & idiotis hominibus, & ſe cognoſcentibus. Immo adde quòd etſi hoc de myſteriis neceſſariis ad ſalutem, multo magis intelligenda eſt ſententia de non neceſſariis ad ſalutem. Nam ſi ſuperbis & de ſe præſumentibus denegat iuſto iudicio, vt mox dicemus, neceſſaria, quid de non neceſſariis? Hinc ſpirituales ſuperbi, & docti ſuperbi, & de ſua præſumentes ſcientia ſciant, quòd nil reuelabit eis Deus ſuorũ ſecretorum non neceſſaria ad ſalutem. In quo mirabile eſt videre quàm frequenter Deus ſua communicet ſecreta ſimplicibus, & idiotis, immo mulieribus, vt eſt videre in Tereſia ſanctiſſima, Gertrude, Brigitta, quarum reuelationibus pleni ſunt libri, & quàm parum illam tribuit ſapientibus, & prudentibus. Hinc ſumma humilitas neceſſaria ad Scripturarum intelligentiam, & myſteria Dei agnoſcenda, de qua re infrà.

At hic duo breuiter expedenda dubia.

18. *Chriſtus quomodo dicatur lætari de abſconſione myſteriorum.*
Chryſoſt.

Primum. Quomodo dicatur Chriſtus lætari de abſconſione diuinorum myſteriorum, cùm potius ſit materia luctus? S. Chryſoſtomus reſpondet, quòd non lætatur de hoc, ſed de reuelatione facta paruulis. *Non enim propter hoc lætatur*, per abſconſionem nempe, *ſed quoniam quæ ſapientes non agnouerunt, cognouerunt paruuli.* At etſi verum hoc, tamen quatenus excæcatio, & condemnatio impiorum fit iuſto Dei iudicio, & ad ſuam gloriam illuſtrandam, etiam eſt materia gaudij & gloriationis. Vnde Pſalm. 57. *lætabitur iuſtus cùm viderit vindictam*; ergo gauiſus eſt Dominus, *primò*, quia ſanctiſſimus ſuus genitor paruulis ſua diuina voluerit myſteria reuelari. *Secundò*, etiam gauiſus eſt, quia ſic exigentibus ſuperborum peccatis, ac malitia, qualis erat Phariſæorum, ac Scribarum, cæterorumque eorum aſſeclorum iuſtiſſimo ſuo iudicio illa denegabantur. Ex quibus accipies, quanta gloria, quantáque lætitia ſpiritali,

19. *Chriſtus quanta exultatione exercebit iudicium.*

ac propemodum infinita Chriſtus Dominus noſter ſuum vltimum exercebit iudicium, paruulos, ac minimos ſuos ſaluans, coronans, ac beatificans, ſuperbos autem damnans, condemnans, cùm ex tali iudicio infinita, ac inexplicabilis eueniet Patris ſui ſanctiſſimi gloria. Nam ſi hoc in terris, quando homo dolorum, quando apud ſuperbos vilis ſic exultauit, quomodo exultabit quando deſcendet in maieſtate & gloria iudicia exercens Patris.

20. *Quomodo Deus à ſapientibus ſua abſcondit myſteria.*
Gregor.

Secundum dubium eſt, quonam modo abſconderit hæc myſteria: an poſitiuè, hoc eſt, eos excæcando, quia nollet vt ipſi ea viderent? nil minus; ſed negatiuè, iuſto iudicio ſuo ſic eorum exigentibus peccatis, ac ſuperbia eis denegando auxilia ſuperabundantia, ac efficacia, dando tantum ſufficientia. Hinc Gregor. Mag. lib. 25. mor. cap. 9. *inducere*, ait, *noctem Dominus dicitur, non quòd tenebras inferat, ſed quòd obſcura corda peccantium miſericorditer non illuſtret.* ergo abſcondit, non præbens auxilia ſuperabundantia. Si cauſam quæris, quia ſuperbi, elati, ſui confidentes, quia gloriam ſuam, non Dei quærebant, tandem, quia nolebant. Quid ergo? nunquid ſanctum dare canibus debebat? & margaritas ante porcos eiicere? hoc dixerim frater, vt videas quantum ſit malum ſuperbia, & oculorum extollentia, & præcipuè Dei ſeruis ac Theologis Chriſtianis, vt etſi auxilia efficacia nulli ſint debita, & cui vult illa Deus, det tamen, vt non det, magna eſt cauſa ſuperbia, oculorumque faſtus, ſicut magna diſpoſitio ad miſericordiam illam inclinandam humilitas, ac humilis ſui recognitio. Ideo illa Apoſtolis dedit, qui paruuli erant ante oculos ſuos, qui rudes. Vnde eleganter Cyprian. *Orat. de natiuit.* adnotans Chriſtum non ſapientibus, qui tunc erant Hieroſolymis, non diuitibus, non nobilibus ſe maniſeſtaſſe, ſed paſtoribus, ſic ait, *A ſapientibus, & prudentibus, non quærebat teſtimonium qui paruulis ſe reuelat, electa adeſt humilium perſonarum ſimplicitas, vt poneretur regula, & indiſſolubilis daretur forma, quod non niſi pauperibus ſpiritu, Chriſti pateret humilitas, nec ſuperbos ad intuitum ſui poſſet admittere veritas.* Cuius rationem ſubiungens egregiè, ait; *quia ſublimitas intellectus huius mundi repellitur, nam Deo ſubijci non poteſt, dum ſecundum carnem & ſanguinem inuiſibilia Dei ſuis regulis inueſtigat.*

21. *Humilitas quantum valet apud Deũ, ſicut ſuperbia quantum nocet.*
Cyprian.

22. *Intellectus ſublimitas repellitur à Deo.*

O quàm certa eſt hæc regula, & infallibilis, hallucinationis noſtri intellectus in multis, & præcipuè ſpiritualibus negotiis, noſtri diſcurſus regulis ac noſtris ratiocinationibus ſæpe de occultis diuinis diſſerere, ac illa penetrare intendimus, reuelationes nempe diſcurrere, ſpiritus examinare, ſenſus internos penetrare, locutionem ſponſi diſcernere ab illa, quæ non eſt, niſi noſtris litteris, noſtriſque intellectus diſcurſibus, ſuperbia inflari, quia magiſtri tantùm, non oratores in ſpiritu & veritate. Hinc iuſtiſſimè ſæpe fallimur, quia noſtris regulis inuiſibilia Dei ſecundùm Cyprianum inueſtigare præſumimus, cùm illa non reuelantur, niſi paruulis in oculis ſuis, ac humilitate præditis.

23. *Particula ita quid ſignificet in Scripturis.*
Ianſen.

Ita Pater, &c. Ita, hoc eſt certè, vtique, vel *etiam*, vt eſt apud Lucam, & pro *placitum*, vt adnotat Ianſen. apud Græcos eſt verbum ſubſtantiuum, hoc eſt, *bona voluntas*, vel *beneplacitum.* Vnde ly *ita*, eſt verbum vehementer approbantis, & confirmantis, id quod dictum eſt, quo aliquando vſus Dominus, vt Luc. 12. *timete eum, qui poſtquam occiderit, habet poteſtatem mittere in gehennam, ita dico vobis hunc timete.* & Luc. 11 *ita dico vobis, requiretur à generatione iſta.* Vnde Hieron. vult, vt hunc ſciamus ſenſum verba iſta, *Macte Pater, perge ita facere quemadmodum cœpiſti.*
Hieron.

24. *Dei voluntas & beneplacitũ ſumma ratio prædeſtinationis.*

Quoniam ſic placitum fuit ante te. Summa totius prædeſtinationis Dei beneplacitum, & voluntas, cùm nulla talis beneplaciti ex parte hominis dari poſſit cauſa, licèt ex parte Dei ſua ſumma miſericordia, iuſtitia, benignitas. ergo ſumma ratio prædeſtinationis hominum, & noli aliam quærere, ipſum eſt Dei beneplacitum. *Nemo enim*, ait Auguſtin. tract. 26. in Ioannem, *venit niſi tractus, quem trahat, & quem non trahat; quare illum trahat, & illum non trahat, noli velle iudicare, ſi non vis errare.* Ex qua doctrina optimè Barradas, *Trahit Deus non funibus, ſed auxilijs animos, ſponte, non coactos. Quare autem ſapientes non traxerit, paruulos traxerit, noli velle iudicare ſi non vis errare.* Vnde rectè
August.
Barrad.

Ac Hilar. *Facti huius æquitatem*, ait, *Dominus paternæ voluntatis iudicio confirmat.* Vnde Gregor. [Gregor.] mor. 25. cap. 13. *Quibus verbis*, ait, *exempla humilitatis accipimus, ne temere diſcutere ſuperna conſilia de aliorum vocatione, aliorum verò reprobatione præſumamus, oſtendens quòd iniuſtum eſſe non poteſt quod placuit iuſto.* Hæc ſic ad longum apponere placuit, vt vnum hîc tibi dicerem, quòd ſi vis ab omnibus inextricabilibus difficultatibus in materia prædeſtinationis te explicare, omnia Dei voluntati remitte, & quietus exiſtes. Hæc ratio ſemper apud me ſic omnipotens extitit, vt vnquam nullam mihi hæc materia alioquio difficillima, & quæ ſæpe acutiſſima torſit ingenia, & ex qua infiniti labuntur, aliquam ingeſſit difficultatem, ſic Deo placitum, ſufficit. Summa eſt ratio, & ne oſcitanter hoc reputes dictum, attende ad rationem.

25. *Tota prædeſtinatio in Dei ſola reponenda eſt voluntate.*

Dic mihi, obſecro, cur quis non peccat tranſiens, v.g. per campum, videns ceruum pulcherrimum, grandem, delectabilem oculos ad ſe trahentem, ſi illum occidat, non ob neceſſitatem, ſed tantùm ob guſtum, ſed tantùm quia ſic ei placuit, etſi occidens ſit homo vilis, nulliuſque pretij; cur ergo non peccat? cùm, vt ſic dicam, tam vilis eſt, vt quaſi parum differat ab illo animali? Sanè nullam aliam rationem inuenies, niſi dominatio eius ſuper omne animal, quia homo & inſuper vita animalis ei debita non ſolùm ob neceſſitatem, ſed ob guſtum, ob ſolam voluntatem, ſi homines conſideras reſpectu Dei, amplior diſtantia inuenitur inter Deum & illos, quam inter hominem, & animal illud, & amplius debitum, cùm ſi vita animalis homini debetur, eſt quia ſic Deus ordinauit, ſic voluit: at non ea gratia, ſed eſſentialiter, quia Deus tota hominis natura, vt ſpiritualis, vt corporalis illi non ſolùm eſt ſubiecta, ſed debetur, ſic ob ſolam ſuam voluntatem, immo & guſtum; abſque vlla alia ratione illi obnoxius eſt homo totus, tum ad vitam, tum ad mortem. Si ergo tota ratio hominis animal occidentis eſt debitum vitæ animalis homini debitæ, etſi percontaretur homo ille cur occidit, & reſponderet, quia ſic mihi placuit, nullus illum inculparet, & pro iuſtiſſima hæc haberetur ratio, etiamſi vilis eſſet homuncio, ſi calceorum ſutor. Dic mihi cur hæc ratio Deo non fiet bona, qui ſummus in ſe, qui creator, qui ex eo quod eſt, totum illi debetur, prædeſtinauit, quia voluit, quia ſic ei beneplacitum? Quis illi dicet, cur ita facis? negatiuè ſe habuit ad excluſionem gloriæ, immo, vt aliqui volunt, etiam poſitiuè. Quod an verum, nunc non diſputo, videatur Vazquez *de prædeſtinat. diſputat. 95. cap. 1.* [Vazquez.] Quis illi dicet, quòd non licuit, aut quòd iniuſtitiam commiſit? & quomodo, vt ait Gregor. *iniuſtum eſſe poteſt quod placuit iuſto?* ante peccata neminem deſtinauit ad pœnam; bene tamen ante illa excluſit, ſiue noluit ad gloriam. Quid? non eſt domus ſua? Si viliſſimo cuique ſutori licet dicere: nolo hunc in domum meam. Si rationem petis; quia domus mea, & mihi non libet. Quid ergo? hoc cur Deo non dabimus noſtrum captiuantes intellectum, & vltimò tandem, vnum mirum, & maximum, quòd ſumma illa ſapientia diuina Chriſtus Dominus noſter, totam rationem, cur Deus Pater huic negauit auxilia ſuperabundantia, ex quibus pendet noſtra prædeſtinatio efficaciter, & cur alteri dedit, in ſola voluntate Patris repoſuit, quia *ſic beneplacitum*, homo tamen vilis, & ignorans, non vult acquieſcere, ſed rationes inueſtigare, ſine dubio opprimetur à gloria.

Tandem vltimò adnotandum ex Chryſoſtom. 26. hæc Chriſti verba fuiſſe antidotum Apoſtolorum, timorem eis incutientia, ne ſcilicet ſuperbè ſaperent, ſed ſemper in humilitate perſiſterent; nam ſi amplius, quàm ſcribæ; amplius, quàm Phariſæi ſaperent, non illorum erat ſtudium, ſed Dei reuelatio; vnde ait: *Hæc autem quæ Dominus diſcipulis dixit, ſtudioſiores eos fecerunt, quia enim conſequens erat eos de ſe magna ſapere, ideo hinc eos reprimit, nam reuelatio erat quod eis factum eſt, non illorum ſtudium. Ideoque ſcribæ ſapientes & prudentes æſtimantes ſe exciderunt propter proprium tumorem, ob quod eis abſcondita ſunt Dei myſteria. timete ergo vos, & manete paruuli.* Quod Apoſtolis dictum, ſcito quòd omnibus, & præcipuè Dei Doctoribus, ac magiſtris, ſint paruuli, ſi velint, vt Deus eis ſua reuelet myſteria, ſuos reconditos Scripturæ ſenſus.

Humilitas antidotum contra ſcientiæ ſuperbiam. Chryſoſt.

Annot. Moral. CIII.

Humilitas neceſſaria ad Scripturarum intelligentiam.

Q*Via reuelaſti ea paruulis.* Summa Dei ſapientia. equidem ſi bene conſideres, homo factus de muliere, multas Deo gratias agere poterat, tum ex beneficiis homini collatis, tum ipſimet, & præcipuè de vnione illa diuina, qua homo Deus, & Deus homo; attamen nil ſic oculos eius attraxit diuinos, & intellectum, vt altiſſima Patris voluntas & beneplacitum, paruulis diuina ſua reuelare volens myſteria, quando ſapientibus, & prudentibus abſcondere. Ex quo, vt ſuprà ex Cyprian. *in comment.* dicebamus, manet ſtatuta regula diuina myſteria non niſi paruulis, hoc eſt, humilibus reuelari, quæ cùm omnia in Scriptura celentur ſacra, conſequens eſt certiſſimum propemodum ſuperbos omnes à ſenſibus illius excludi, humiles tantùm admitti.

Enim verò ſi altitudinem, ac profunditatem 1. myſteriorum in ſacra Scriptura conſideres, dices illam fluuium eſſe illud *Ezech. 47. à n. 2.* cuius aqua *primò* vſque ad talos. *ſecundò* vſque ad genua, *tertiò* vſque ad renes. Tandem ſic creuit, vt ſit confeſſus ſanctus Propheta, quòd illud non potuerit pertranſire. *& menſus eſt millies torrentem quem non potuit pertranſire, quoniam intumuerant aquæ profundi torrentis, qui non poteſt tranſnatari.* Quis hic torrens, niſi ſacra Scriptura, de qua Auguſtin. [Auguſt.] *Epiſt. 3. ad Voluſian. tom. 2.* affirmat quòd *tanta eſt profunditas, vt poſt rerum fidei intelligentiam, tam multa, tamque multiplicibus myſteriorum vmbraculis opaca intelligenda proficientibus reſtant; tantaque non ſolùm in verbis, quibus iſta dicta ſunt, verùm etiam in rebus, quæ intelligenda ſunt, latet altitudo ſapientiæ, vt acutiſſimis, acutiſſimis, flagrantiſſimis cupiditate diſcendi hoc contingat. Quod eadem Scriptura quodam loco habet,* Eccleſ. 18. num. 6. *cùm conſummauerit homo, tunc incipiet.* En profundum, immenſum torrentis. Vis ſcire quis eum tranſit? Sanè humiles. Audi Gregorium. *Pelagus,* ait, *ſacrarum Scripturarum profundiſſimum ouis perdita, ſed camelus natat.* Quod idem dixit Bernardus *ſermon. 64.* ex paruis, hoc eſt, humilis tranſit,

Scriptura ſacra fluuium. Ezechielis.

2. *Quàm difficilis eius intelligentia.* Gregor.

3. *Humilis eam intelligit.*

quia non altius quàm ad talos illi pertingit, ac ſuperbus, vt Camelus ab aquis obruitur immerſis, quæ tranſmutari non poſſunt.

4\. Hinc fit, vt ſi aliquando Deus ſuperbis ac peccatoribus iuſtis de cauſis prouidentia extraordinaria ſua velit reuelare abſcondita myſteria, illud non agat, niſi priùs eos humiliet, ac, vt ſic dicam, peſſundet. Num. 24. n. 5. videns Balaam quòd Deo placebat Iſraëlem benedicendo, cùm omnino illum benedicere decreuiſſet, ſic ſuam exorſus eſt propheticam benedictionem: *Dixit Balaam filius Begor, dixit homo cuius obturatus eſt oculus, dixit auditor ſermonum Dei, qui viſionem omnipotentis intuitus eſt, qui cadit, & ſic aperiuntur oculi eius.* Locus

Deus ſi aliquando ſuperbis ſua declarat myſteria, hoc non facit niſi prius eos humiliet.

5\. difficilis, nam ſi obturatum habebat oculum, ſiue intellectum offuſcatum, quo modo Dei viſionem habere poterat? & ſecundo, quid caſus ille ob quod multi multa. Aliqui dicunt, vt apud Abul. *quæſt.* 2. quòd etſi haberet oculum apertum quantum ad ſpeculationem diuinarum, & ſecundùm intellectum ſpeculatiuum, tamen habebit illum obturatum quantum ad intellectum practicum, & moralem, quia etſi diuinitus illuſtrabatur, tamen à ſua non diſcedebat malitia, ac proinde potius ex illuſtratione peior, quam melior euadebat. Sic Rabanus. *Balaam,* inquit, *obturatus eſt oculus ad corrigendum errorem ſuum, & ad venerandum ipſum prophetia autorem, cùm apertus ei eſſet oculus ad percipienda prophetia ſacramenta.* Senſus hic potius myſticus, quam litteralis, licèt ſanam, ac tremendam contineat doctrinam, dum etſi perſpicaciſſimi quidam videantur in Dei myſteriis denodandis, intelligendis, explicandis; tamen potius cæci, ac non videntes dici poſſint, & oculos habentes obturatos dum ex illa diuina lege non ſolùm non conuertuntur, ſed peiores fiunt. Verus ergo & litteralis ſenſus eſt Abulenſ. *vbi ſupra*, qui affirmat, ideo Balaam obturatum dicere ſe habere oculum, quando ſcilicet ſtabat ſine reuelatione prophetica. nam verè tunc nil videbat rerum ſupernaturalium, & tunc apertum illum habere Dei viſionem videntem, quando Dei aſtabat reuelatio. At quo medio talis oculus ei aperiebatur, qui *cadit*, ait, *& ſic*, nota cauſalem, *aperientur oculi eius.* Quid per caſum? Aliqui ſomnum accipiunt, quia in ſomnis affirmant accepiſſe oracula; conuincuntur ex contextu Scripturæ, hoc non eſſe verum, cùm ſæpe in vigilia. Alij, vt Cornelius, per caſum intelligunt alienationem à ſenſibus. Sed ad quod hæc præcisè neceſſaria ad intellectionem. Alij autem per caſum verè in terram alliſionem intelligunt, quòd ſi cauſam petis, reſpondet Abulenſ. *Quia Deus volebat reprimere ſuperbiam Balaam. Ideo cum eleuatione intellectus volebat, vt pateretur quandam oppreſſionem corporis.* Nil melius. Perfidus erat ille ac ſuper-

Balaam cur dixit oculum ſe habere obturatum, & cadere ante Dei viſionem.

Abulenſ.

Raban.

6\.

Cæci ſunt qui myſteria Scripturæ intelligunt, ſed non emendantur.

Cornel.

7\. bus: conueniebat iuſtis decauſis, vt Deus ſua ei reuelaret myſteria. Quid ergo? nunquid hoc ante humiliationem? nil minus. humilietur ergo, priùs cadat, opprimatur; peſſundetur ſuperbia, & ſic poſtea intrante humilitate, factus humilis à Deo recognoſcens diuinum lumen aperientur oculi eius.

Superbia venenum deſerendum prius ſi Scripturæ intelligentiã accipere volumus.

Hinc conſultum omnibus qui ad interpretationem diuinarum Scripturarum accedere volunt, ſi eas intelligere, ſi penetrare, ſi verum ſenſum carpere, vt prius depoſito ſuperbiæ veneno

8\. ad illas accedant, niſi & ſe & alios inficiari velint. ex quo, meo iudicio, omnis fons hæreticarum opinionum. Superbi accedunt ad ſacrarum Scri-

Hæreticorum opinionum fons vnde.

pturarum intelligentiam, ſecum venenum ſuperbiæ habentes. quid ergo? ſic illas inficiunt, vt epopota mortem, non vitam afferant. Pono, vt *ſuprà* dixi, per fluenta aquarum ſacram intelligi Scripturã. Sic enim Philo Carpathius intelligit illud Cant. 4. num. 15. *fons hortorum, puteus aquarum viuentium.* Per vtrumque enim, per fontem ſcilicet, & per puteum, ſacram Scripturam intelligit; qua ratione, inferiùs dicam. à qua ergo & profundiſſimam Scripturam ſanctam ſignificat. Quid ergo faciendum illi, qui rectè illam interpretari, qui rectè intelligere præſumit? Sanè venenum ſuperbiæ relinquere, & humilitatem apprehendere. Hinc Dominus noſter ſuprà *cap.* 10. Apoſtolos ſui verbi præcones conſtituens, ſic ait illis. *Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ.* Ad quid prudentiam ſerpentum illis perſuadere?

9\. Ad rem Epiphan. in libello ad Phyſiologum, vt ſerpentem imitarentur, qui ad fontem accedens epotandum, in antro priùs venenum dimittit, ne illo ſe, & alios inficiat ex epotatis aquis. *Cum,* inquit, *ſerpens ad fontem vt bibat pergit, virus non defert, ſed in antro illud dimittit, ſicque purus accedit, ne ex illis aquis bibentes veneno inficiat.* Quod applicans ſic eleganter proſequitur. *Debemus igitur & nos, qui ad perennem, puramque & diuinis ac cæleſtibus eloquijs ſcaturientem aquam in Dei Eccleſia properamus, malitia venenum* (ſuperbiæ ſcilicet) *nobiſcum non deferre, ſed omnem prauitatem ac iurgium, & omnem malam cogitationem deponere.* Egregiè, in quibus verbis vltima notanda, deponere ſcilicet nos debere, antequam ad intelligentiam Scripturarum accedamus omnem prauitatem, & iurgium, omnemque malam cogitationem. Quid

Chriſtus cur Apoſtolis præcepit prudentiam ſerpentum.

10\. hoc? Sanè, ni fallor, vt non ſolùm accedamus cum vitæ ſanctitate, ſed ſine intentione mouendi lites, bella, ac iurgia ex ea; malis ac peſſimis eam reuoluentes cogitationibus, vtpote iurgia ſeminandi; nam vt ſic eam inficiemus, & non mel, ſed venenum propinabimus, & nobis, & aliis.

Quo animo ſacra Scriptura legenda.

11\. Ex quo ſi attendas, non miraberis ſi hæretici peſſimi illam inficiant, ac bibentes reddant venenatos; vita eam euoluunt impuriſſima, obſcœniſſima, putrida, ac malè olente, ſtudent ad iurgia ſeminanda; totum venenum ſui cordis in eam infundentes, quo modo non mortem ex illa & ipſi haurient, & cæteri eius diſcipuli, dum tali veneno malitiæ, ac ſuperbiæ accedunt. hinc in illa ſe præfocantes; nam, vt bene *vbi ſuprà*, Philo dicebat Carpathius, *ſacra Scriptura fons ſuperbis procelloſum fit pelagus, at humilibus fluuius permeabilis.* hæreticis ſuperbis equidem ſit pelagus ab ipſis conturbatum, vt aiebat Hieronymus *lib.* 10 *ſuper Ezech.* ſupèr illa verb. cap. 32. *& conturbabis aquas pedibus tuis.* vbi Hieron. *non vtuntur hæretici teſtimonijs Scripturæ ſibi cohærentibus, ſed conturbant omnia eam ventilantes, non ad ſalutem, vt de terra ad cœlum eleuent, ſed vt in profundum ejiciant.* Hinc & ipſi, & qui ab ipſis eam accipiunt, in profundum ſubmerguntur à maieſtate diuinorum oppreſſi. Non ſic equidem eſſet ſi immaculati, ſi humiles, ſi non humana ſapientia inflati ad ſacras accederent enodandas Scripturas, cùm, mea ſententia, humana litteratura ad reconditos eruendos Scripturæ ſenſus parum faciat, immo audeo dicere quòd ſi quis humanarum litterarum eruditus ad eam accedit, & diuino ſplendore illuſtratur, ſic à ſtupore profundorum myſteriorum hebetatur, vt earum omnino oblitus neſcium, infantem, balbutientem ſe dicat, ac con-

Hæretici cur à ſacra Scriptura venenũ hauriunt, & non mel.

Hieron.

12\.

Eam conturbant quaſi ſi pelagus eſt præfocant.

Litteratura humana parũ facit ad ſenſus intelligẽdos Scripturarum.

ficatur, etſi prius alioquin edoctiſſimus, ac eloquentiſſimus.

13. *Moyſes cur ſe dixit ineloquentem.*

Enimverò poſtquam Dominus Moyſi eſt locutus, poſtquam in rubio ei apparuit, poſtquam myſteria ſua ei pandit, ſic ad eum Moyſes Exod. 4. num. 10. *Obſecro Domine, non ſum eloquens ab heri, & nudiuſtertius, & ex quo loqutus es ad ſeruum tuum, impeditioris, & tardioris linguæ ſum.* Certo cum Origen. *hom. 5. in Exod.* Gregor. *hom. 8. in Ezech.* Rupert. *lib. 1. in Exod. cap.* 18. Moſem fuiſſe diſertum, ſed ex conſortio diuino factum fuiſſe ineloquentem. (Origen. Gregor. Rupert.) At peto, cur hoc? Sanè, inquiunt iſti Doctores, quia ante conſpectum diuinæ ſapientiæ, & eloquentiæ viſus eſt ſibi infans, & mutus; *ac ſi diceret*, ait Rupert. *antequam loquereris ad ſeruum tuum, videbar mihi eloquens, nunc autem ex quo loqui cœpiſti, & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtare mihi, hoc de me didici & ſenſi, quòd eloquens non ſim.*

14. *Deus cur ineloquentem eum fecit.*

At peto cur Dominus voluit talem confuſionem, ſeu, vt ſic dicam, neſcientiam in ſe Moyſem cognuſcere, vt ex illa trepidaret onus quod ei Dominus iniungebat? Dicam quod ſentio. Sanè, vt ſanctiſſimus Stephanus eſt atteſtatus *Actor. 7. num.* 22. ſublatus in domum Pharaonis, & vt filius Regis enutritus, *ibi eruditus eſt omni ſapientia Ægyptiorum*, ea quo factum, *vt eſſet potens in verbis, & in operibus ſuis.* Non ſolùm potens in operibus, ſed in verbis, in eloquentia ſcilicet, vt vult Orig. omnibus ſcientiis Ægyptiorum vallata. (Origen.) Vnde non eloquens verbis ſolùm, ſed ſententiis, ſed doctrinis, ſed argumentis, tanquam ſcientiſſimus. De qua re vide Philon. *de vita Moyſis.* (Philo.) Quid ergo? vt intelligat Moyſes ad myſteria diuina apprehendenda parum mundanam facere ſapientiam, quæ ſuperba, faſtuque plena, quæ tumida, & turgida; eam, vt ſic dicam, amittat, cognoſcatque ſe ignorantem, ſciatque diuina myſteria non apprehendi humana, ſed diuina ſapientia. Hincque factum, vt Diuus adnotat Ambroſ. *6. exaem. cap.* 20. (Ambroſ.) poſt acceptam Moyſes diuinorum eloquiorum ſapientiam, ſic à ſe humanam amandaſſe, vt nullum de ea ſpecimen voluerit dare, aut poſt ſe relinquere, vnde falſiſſimè illi aſcribuntur libri Alchymicæ artis & Chryſopœiæ, vt rectè affirmat Delrius *lib. 1. diſquiſ. Mag. cap. 5. quæſ. 1. ſect.* 1. (Delrius.) Audi Ambroſ. *Nec alia quidem vera philoſophia rationalis mandare ſcriptis noluit.*

15. *Moyſes nunquam ſcientiæ mundanæ eſt vſus, & cur.*

Cuius rationem ſubiungens grauiſſimè ſic ſequitur: *Quia enim ſpiritum Dei accepit, & vſurpatoriam philoſophiæ doctrinam veritatis rationi poſthabuit.* Egregiè: poſt acceptum Dei ſpiritum ad quid ſæcularis ſcientia ad Scripturas intelligendas, cùm qui loquitur in Scripturis, Deus ſit, & non humo, vt egregiè Thaumaturg. ſerm. 2. de Annuntiat. Virginis. (Greg Thau.)

16. *Sæcularis ſcientia parũ ad intelligentiam Scripturæ.*

Quando porrò, ait, *Euangelium legitur, vel Apoſtoli cura non libro attendas, aut lectori, ſed Deo è cœlis loquenti, liber ſi quidem eſt id quod cernitur, at Chriſtus eſt id de quo diſſeritur.* At quia aliquis poterat dicere, ſi Deus loquitur in Scripturis, ad quid loqui per voces hominum? numquid elinguis Deus?

17. *Deus cur per homines loquatur in Scripturis.*

Loquatur ergo per ſe acutiſſimè reſpondet, Deum per Sanctos eloqui, non quòd elocutione egeat, ſed quia delectatus eorum ſanctitate ac bonitate, in eis ſibi complacet ſiſtere, ac per eos loqui; *per Sanctorum, Prophetarum, & Apoſtolorum linguas Dominus noſter loquitur*, ait Thaumaturg. *& in Sanctorum vocibus Deus ſibi placet, & requieſcit, non quòd locutione egeat, ſed quòd bona affectione, ac diſpoſitione gaudeat, quod ab homine fructum vllum capiat, ſed quòd in animabus iuſtis gratis conquieſcat.* Excellenter quidem. Ex quibus ſic ad noſtrum propoſitum educo argumentum. Si Deus in Scripturis loquitur, ſi Deus ideo per Sanctos loquitur, quia eorum delectatur ſanctitate, & diſpoſitione bona; ergo vt verbum Dei intelligatur ea diſpoſitione, quis debet eſſe affectus qua ſpiritus Dei gaudet, & poſtulat, vt ſic in illo Dei ſpiritus moretur, ſine quo an Deus loquatur, percipi non poteſt, cùm nemo ſcit, quæ ſunt Dei, niſi ſpiritus Dei. ergo ad quid mundi ſpiritus, mundanaque ſcientia ad Scripturarum intelligentiam? eo præcipue, quando nimia, & immoderata, de qua volo eſſe ſermonem; ad nihil profectò, niſi (vt interim hoc dicam) ad Dei Scripturam prophanandam, & deuotionis ſpiritum ab ea tollendum.

18. *Scientia humana & eruditio carnalis quando nimia tollit à ſacra Scriptura deuotionem.*

Cùm iam ſic ab aliquibus exponitur, vt non ſit minus eorum commentaris legere ſanctarum Scripturarum, ac ſi Maronis, aut Valerij, ex quo fit, vt ſi eruditus ab eorum lectione diſcedat lector, tamen frigidus, ſine deuotione, ſine profectu. Vah pudor! vt illæ ſanctiſſimæ Scripturæ, quæ ab ſpiritu Dei dictæ ad nullam doctrinam & ſanctitatem inſpiratæ, & ſancti elucutiſunt Dei miniſtri, nunc ſic prophanatæ eruditione nimia ſæculari inueniantur, vt non ampliùs ad mores corrigendos, non ad lachrymas ciendas, non ad compunctionem cordis, non ad ſupernam lucem accipiendam deſeruiant, ſed ad curioſitatem, ſed ad delectationem, ſed ad pruritum, ſed ad guſtum, tandem ad vanam eruditionem & ſpiritum, non Dei, ſed mundanum hauriendum; quid mirabilius? ex quo fit, vt ſicut non ſpiritu Dei, & humili exponantur, ſed ſuperbo aliquando, nec ipſi eas intelligant, nec eo legentes, ſenſus extortos, diſſitos, improprios producentes, non mirum, quia humana ſcientia nubunt cum ſuperbia acceſſerunt, non cum humilitate. Hinc nec myſteria Scripturæ intelligant, nec ex illis alij etiam intelligere poſſunt. nam firmiter aſſero humana ſapientia, ſeu intelligentia deponenda, humilitatem amplectendam eſſe, ſi ad veros Scripturæ ſenſus accedere velimus.

19. *Deus ſenſum verum Scripturarum non aperit, niſi prius depoſita ſuperbia ac propria ſcientia*

Hinc, vt dixi, non priùs Deus illis inſpirat, ac enodat, niſi propria priùs relicta ſapientia, ac ſcientia, ſiue prudentia humana, libenter noſtram confitentes inſipientiam, caput diuinæ ſubiiciamus ſapientiæ, & manus diuinæ demus ſcientiæ. *Ioan. 13. num. 6.* incipiens Dominus lauare pedes diſcipulorum ſuorum, cùm ad Petrum acceſſiſſet, dicit ei Petrus: *Domine, tu mihi lauas pedes?* In quo loco cum Orig *tract. 33. in Ioan.* Chryſoſt. *hom. 69. in Ioann.* Theophylact. & aliis aduota Chriſtum prius lauiſſe pedes aliorum, imo Iudæ, quam Petri; (Origen. Theophyl. Chryſoſt.)

20. *Chriſtus prius lauit pedes aliorum diſcipulorum quàm Petri.*

cuius rei pulchram rationem afferens Orig. ſic ait: *Sicut medicus plurium ægrotorum intentus cura, ab his, qui magis indigent propriam curam incipit, ſic & Chriſtus, qui ſordes abluit pedes diſcipulorum, exorditur ab ijs, qui magis erant fœdi, & ſic vltimò venit ad Petrum, quaſi minus alijs indigentem lotura pedum.* Ad quid hoc pondero? Sanè vt faſtum Petri intelligas, qui, vt ait Origen. vbi ſuprà, *non ſolum Ieſum arguit inconuenienter lauantem pedes diſcipulorum, ſed etiam condiſcipulos indecenter ſuos pedes porrigentes.*

21. *Petrus cur nolebat vt Chriſtus ſuos lauaret pedes.*

Hinc prudentia, ac ſapientia humana ſupra cæteros abundanter repletus ipſam veluti Dei ſapientiam corrigens nolebat, vt ei lauaret pedes, in quo facto illud adnotandum, etſi prudentia humana ſupra reliquos Apoſtolus ſe oſtendit Petrus imbutus, tamen minus ſapuit quàm ipſi, hinc iſti ex ſimplicitate & humilitate docti, ille ex ſapientia humana incipiens; quomodo iſti ex humilitate ducti. nam, vt ait Origen.

22. *Minus ſapuit in hoc, quàm cæteri Apoſtoli, & cur.*

Omnes porrigebant pedes, decernentes, quòd tantus non
irrationabiliter eorum lauaret pedes, ſolus autem Petrus
nullam aliam conſiderationem conferens, tanquam re-
uerens Ieſum non præbebat pedes ſuos. Ad pauca reſpi-
Ariſtot. ciens de facili enuntiat, ait Ariſtoteles, & talis
quippe ignorans eſt, ac inſipiens, (parcat nunc
mihi ſanctiſſimus, ac feruidus Apoſtolus) ad pauca
reſpexit, nullam aliam conſiderationem adhibuit,
vt ait Origen. Non conſiderauit quæ eius condi-
ſcipuli, quòd tantos non irrationabiliter eorum
lauaret pedes. Hinc ad myſteria diuina intelligen-
da ex ſapiẽtia humana potius ineptus reddebatur,
quàm aptus. At quid Dominus ad illum? *Quod ego*
facio, tu neſcis modò, ſcies autem poſtea. Quid hoc?
aut quale illud quod modò ignorabat, & quod
poſtea erat intellecturus? *Humilitatem huius do-*
Chryſoſt. *ctrinæ*, reſpondet Chryſoſt. hom. 69. in Ioan. *&*
23. *quomodo humilitas ſufficit in Deum perducere.* Nil
Quid ignorabat, & quali ignorantia tenebatur, vt Dei myſteria non agnoſceret. egregius; *neſcis modò.* Quid? humilitatem nempe
faſtu ſapientiæ humanæ, ac ſuperbia repletus.
Quid ergo? *ſcies poſtea.* Quando? tunc ſcilicet,
quando ea depoſita diuinæ ſapientiæ, non ſolùm
pedes, ſed manus, & caput, tradens illi ſubiectus,
te neſcium iudicas, intelligens ſapientiam, ac hu-
manam prudentiam à Deo abducere, ab intellectu
myſteriorum eius hominem eripere, & humilita-
tem ad Deum perducere. Hinc, *ſi non lauero te, non*
habebis partem mecum. Quod bene callens Apoſto-
lus ſanctiſſimus è verbis Domini edoctus, humi-
lis factus, non ſolùm pedes obtulit, ſed manus,
& caput, totam relinquens humanam ſapientiam,
ex quo didicit poſtea quod priùs ignorabat. Tunc,
ex quo teſtatum omnibus relinquit humilitatem
ad ſcientiam myſteriorum in Scriptura contento-
rum eſſe neceſſariam, & quòd ſimplices, ac humi-
les eam intelligunt, ſuperbi excluduntur, vti
Phariſæi, de quo Chriſtus Patrem laudans, ait:
Confiteor.

Nvm. 27. Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo,
& nemo nouit Filium, niſi Pater: neque
Patrem quis nouit niſi Filius.

Senſus litteralis, & moralis.

1. *Connexio horum cum ſuperioribus, & quare Chriſtus hæc verba dixerit.* OMnia mihi tradita ſunt*, &c. Quomodo hæc
cum ſuperioribus cohæreant, priùs ſtabilien-
dum. Athanaſ. *in orat. de æterna ſubſtant. filij & Spiri-*
tus ſancti cum Deo. Hilar. Euthym. Theophylact.
volunt, ideo hoc dixiſſe Chriſtum, ne cùm gratias
Patri egiſſet, & gratias dat inferior ſuperiori, ne
inferior Patri videretur, ſed ſuam defendens cum
Athanaſ. Patre æqualitatem, quatenus vnus cum Patre, &
Hilar. eſſentialiter æqualis tanquam eius filius naturalis,
Euthym. licèt omnia ab eo acceperit, non tamen vt minor,
Theophyl. ſed vt æqualis per diuinam & æternam proceſſio-
nem. Bonus ſenſus, & ad diſputandum contra Ar-
rianos ſimiliſque farinæ hæreticos aptus; at non
æſtimò litteralis, potiùs ad eorum ſenſum accedo,
qui dicunt, hoc ſubiunxiſſe Dominum, quatenus
de reuelatione egerat Dei myſteriorum, & quod
Pater ea reuelauerat paruulis, abſcondens à ſa-
pientibus; nunc, ne videretur ipſum excluſum, &
ſolum Patrem illa reuelare, non verò ipſum; immo
quod ſolum beneplacitum illud eſſe Patris, non
etiam ſuum, addit ſic Patrem reuelare, vt etiam
ipſe reuelet, ſic eſſe voluntatem Patris ea reuelare
paruulis, abſcondere à ſapientibus, vt etiam ipſius
ſit voluntas. Quapropter mirificè ad hunc ſen-
ſum facit ſenſus Stellæ in Luc. illius verbi *Confi-* Stella.
teor, qui affirmat quod ſonat, *ac idem ſentire, & con-*
cordare, vnde facit Chriſtum dicentem, *in hoc ego*
& tu Pater conuenimus, vt humilibus, & paruulis hæc
aperta ſint, ſapientes autem ieiuni, & vacui maneant.
Qui ſenſus licet mea ſententia non litteræ con-
gruus, tamen ad explicandam hanc noſtram ſen-
tentiam multum conducit, cùm ex eo quòd omnia
Pater tradit in manus Chriſti, & inter hæc omnia
ſit reuelatio myſteriorum euidenter ſequitur
ipſum cum Patre reuelare, & eandem eſſe ſuam,
ac Patris voluntatem, vt relictis ſapientibus, par-
uulis ea reuelentur. Sic Chryſoſt. *Quia dixerat*, ait, Chryſoſt.
Confiteor tibi Pater, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus,
vt non æſtimes, quoniam ita gratias agit Patri, ſicut ſit
ipſe hac virtute priuatus, conſequenter adiungit omnia.
& etiam Ianſen. Salmer. & Abulenſ. verumque mihi Ianſen.
videtur, ac litteralis ſenſus. Salmer.
At quæ ſunt illa *omnia*. Hieron. & Beda intelli- Abulenſ. Hieron.
gunt, omnes homines qui veniunt ad Patrem. Beda.
Hilar. Euthym. & Caietan. omnia quæ ad diuinam Hilar.
naturam pertinent. Tertull. & Irenæus, omnia quæ Euthym.
per ipſum facta ſunt. Auctor Imperfect. omnia Caiet. Tertull.
regna cœleſtium, terreſtrium, infernorum, Chry- Irenæus.
ſoſt. omnis miraculorum poteſtas. Maldonat. om- Auct. Imp.
nem poteſtatem gubernandi, ſeruandique homi- Chryſoſt.
nes. Omnes boni ſenſus, at mihi ſummopere pla- Maldon.
cet ſenſus Ianſenij, qui æſtimat, & rectè, Chriſtum Ianſen.
hîc loqui non ſolùm tanquam Deum, quatenus
per æternam generationem omnia à Patre accepit
ab æterno; ſed quatenus homo Deus, cui per hy-
poſtaticam vnionem in tempore etiam omnia
tradita ſunt. quæ profectò non eſſent tradita, niſi
ſimul tanquam Deo ab æterno etiam ei tradita
non fuiſſent. Et hic ſenſus magis mihi placet, tum
quia in illo & ſuperiores omnes includuntur, tum
quia ex illo deducitur Chriſtum probare voluiſſe
ſe non ſolum eſſe hominem, ſed Deum, quod in
omnibus ſuis doctrinis ſummopere expoſcebat,
ſcilicet, vt ipſum non ſolum hominem æſtima-
rent; ſed hominem Deum. Omnia ergo illi dedit
Pater vt homo, quia vnionem ei conceſſit hypo-
ſtaticam, qua Deus factus, & quia ab æterno per
diuinam generationem omnia dedit ei Pater, quæ
erant ſua. Conſequens eſt, vt conſtituendo eum
hominem Deum, ſimiliterque omnia ei dediſſet,
tum diuina, tum humana, hinc & reuelationem
myſteriorum, & ſecretiorum reuelationis, ſcilicet
vt potius iſtis, quàm aliis reuelentur. Deniquè
vocationem ad fidem, prædeſtinationem homi-
num, ac electionem; vnde omnium hominum vo-
candorum, & non vocandorum efficaciter factus
Dominus, nullus niſi per eum reuelationem acci-
pit, nullus vocationem, nullus refectionem, nullus
nec minimam à Patre gratiam, ideoque, vt infe-
riùs dicemus, omnes vocat tanquam Dominus li-
beralis, quia quantum eſt ex ſe, omnes illuſtrare,
omnes reficere vult, ſi ipſi velint.
Ex hac doctrina vnum colligit Salmer. ſatis Salmer.
morale documentum, ſcilicet, vt ſuppoſito quòd
ſanctiſſimus genitor omnia Chriſto dederit, ne
ſimus tam impij, vt contra hanc ſanctiſſimam Pa-
tris liberalitatem nos & noſtra ab illo ſubtraha-
mus. Vnde optimè ait: *Quòd ſi omnia Chriſto data*
ſunt, noli eum te ipſo, vel filijs tuis, vel bonis priuare, 2.
quod facies ſi te eius eſſe agnoueris, ſi omnia tua ad *Peccator la-*
mortem Chriſti & ad gloriam eius retuleris. Nil me- *tro, & cur, &*
lius; ex quo fit, vt miſer peccator, qui ſe à Chriſto *quàm dira morte ple-*
ſubducit, latro ſit, & morte latrone digna ſit ple- *ctendus.*
ctendus,

ctendus,& non qualibet,ſed vt io fruſta decerparut, iuxta pretioſitatem furti. Quid homo? Deus iuxta illud, *ego dixi, dij eſtis.* Ergo dum ſe peccator à Chriſto furatur, Deos ſuos ab illo furatur. Quali ergo morte dignus? Sanè trucidatione. *Gen. 31. num. 30.* Labanus ad Iacob, *Eſto quòd ad tuos ire cupiebas, & deſiderio tibi erat domus patris tui, cur furatus es Deos meos?* Ad quod Iacob. *Quod furti me arguis, apud quemcumque inueneris Deos tuos, necetur coram fratribus noſtris. Scrutare, quidquid tuorum apud me inueneris, & aufer.* Attende ad ſententiam, & admirabetis, ſententiam, non cuiuſlibet mortis dat ei, qui Deos fuerit furatus, ſed necationis, & inſuper inſtantanè ac publicè *necetur coram fratribus noſtris.* Et poſtea, ſi fortè apud aliquem aliquid aliud ſuum inuenerit, nullam aliam pœnam conſtituit, niſi vt auferat illud. Cur ſic mitis in alios, cùm & pretioſiſſima poterant eſſe, ſic durus in Deos furantem: ob idipſum amice, omni pœna, omni trucidatione dignus eſt qui ab aliquo Deum ſuum furatur, etſi lignum; nam etſi aliud ſit aurum, nihil eſt in comparatione Dei. Hinc digniſſima pœna trucidatio, ac diſſectio. Quid vis vt dicam? quando hoc conſidero, tota machina inferni tormentorum parua mihi videtur, reſpectu grauitatis peccati, dum quando homo peccat, ſeu eſt cauſa vt alij peccent, à Chriſto Deos ſuos aufert, & quantum ex ſe decretum Patris omnia Chriſto tradentis eludit. Sed pergo.

Caiet.

3. *Trinitatis myſterium nō niſi reuelatione cognoſci poteſt.*

Et nemo nouit filium niſi Pater. Breuiter, Caiet. dilucidè, verum horum verborum ſenſum expreſſit, quem diffuſiſſimè aliqui tradunt. Affirmat enim (quod & veriſſimum) hîc non agi de cognitione Dei, vt ſic, ſed de cognitione myſterij ſanctiſſimæ Trinitatis, quod reconditum, tum Angelis, tum homini naturaliter, & non niſi diuina reuelatione cognoſcibile. Quòd autem hîc de myſterio, & cognitione Trinitatis agatur, ſufficientiſſimè probatur ex nomine Patris prima Trinitatis perſona. Vnde Caietan. ſic: *inter Deum & Patrem tantum intereſt, quòd Deum naturaliter nouimus, per ea quæ facta ſunt, & multo magis nouerunt naturaliter Angeli Deum, Patrem autem neque Angeli, neque homines, naturaliter norunt; quoniam myſterium Trinitatis, ad quod ſpectant Pater & filius ſupra naturalem notitiam omnium creaturarum eſt, & propterea ſignificantius dicitur Pater.* Ex qua doctrina optimè

Maldon.

adnotat Maldonat. non ſolùm hoc intelligendum de cognitione naturæ diuinæ & ſanctiſſimæ Trinitatis, ſed etiam de conſiliis Patris, & filij officiis; nam nemo nouit Patris conſilia naturaliter abſque reuelatione. Qua ratione ſcilicet, velit homines ſeruare, niſi filius, & nemo nouit filij officium, cuius cauſa ſcilicet in hunc mundum venerit, quæ & quanta operaturus; quo & quali modo niſi Pater. Ex dictis ergo concluditur Chriſtum hîc loqui de illa cognitione, quæ eſt naturalis, quidditatiua, & comprehenſiua ſanctiſſimæ Trinitatis. Vnde Luc. ait: *nemo nouit quid ſit filius, niſi Pater, & nemo quid ſit Pater niſi filius.* Qua ex cognitione nemo nouit, neque Angeli quid ſit Pater, aut quid ſit filius; ſicut etiam ſi non ſit cognitio quidditatiua, ſed tantùm de myſterio ſanctiſſimæ Trinitatis, ſic etiam nemo illam nouit ex cognitione naturali niſi filius, & Pater: omnes autem per reuelationem filij, vt infrà dicemus.

Niſi filius. Omnes adnotant, excipi etiam Spiritum ſanctum, quia in eſſentialibus par eſt ratio de Spiritu ſancto, ac de Patre & filio, iuxta illam regulam Theologicam, quòd dictio excluſiua, aut exceptiua, addito termino perſonali, non excluditur in eſſentialibus ab altera perſona diuina.

Et cui voluerit. Apertè ex hoc intelligitur de illa cognitione Chriſtum loqui, quæ eſt per reuelationem, nam hæc eſt libera, cùm cognitio diuina Trinitatiſque naturalis non eſt libera. Vnde bene Caiet. *Notitia, ait, Patris & filij ineſt propria diuinis perſonis quod nulli communicatur naturaliter, ſed tantum per reuelationem.* Caiet.

4. *Reuelatio myſteriorum Dei propria eſt Chriſti.*

Filius reuelare. Licèt reuelare ſit opus totius Trinitatis, cùm opera Trinitatis ad extra ſint indiuiſa, tamen filio appropriatur ſpecialiter reuelatio ſanctiſſimæ Trinitatis, quia in carne veniens hominibus manifeſtauit Trinitatis myſterium in ſpeciali, vt rectè Caiet. vnde Ioan. 12. *Pater, manifeſtaui nomen tuum hominibus.* Ex quo rectè Anſelm. affirmat, nullam maiorem reuelationem eſſe maieſtatis Patris, quàm incarnatio filij. Caiet. Anſelm.

Adnotat Auguſt. *de quæſt. Euang. lib. 1. tom. 4.* quòd quando Chriſtus dixit: nemo nouit filium, niſi Pater, non addit, & cui voluerit Pater reuelare; ſed hoc addit quando dixit, *& nemo nouit Patrem,* tunc enim dixit, *& cui voluerit filius reuelare.* Cuius myſterium explanans, ait, ſic dictum, quia omnis reuelatio, tum Patris, tum ipſius filij, fit per eundem filium, vt intelligamus, ait, *ſic dictum Patrem & ipſum filium per filium reuelari, quia ipſe eſt mentis noſtræ lumen, verbo enim ſuo Pater declarat; verbum autem non ſolum id per quod verbum declaratur, ſed etiam ſe ipſum declarat.* Auguſt.

5. *Pater omnia reuelat per Chriſtum.*

Ex dictis ſoluitur illud dubium, quomodo ſcilicet verum, neminem cognoſcere Patrem, neminem filium, cùm Iudæi eum cognoſcebant; ſolutum, inquam, quatenus, vt diximus, de notitia naturali eſt ſermo, & non de notitia per reuelationem, ſeu de notitia comprehenſiua, & non clara, quæ habetur in altera vita per lumen gloriæ, aut obſcura hîc per lumen fidei.

6. *Omnia bona nobis per Chriſtum venerunt.*

Ex his omnia hæc habes. *Primò* æqualitatem filij cum Patre, quia omnia quæ Patris ſunt, filius habet. *Secundò* habes æqualitatem cognitionis inter Patrem & filium. *Tertiò* habes æqualitatem voluntatis, quia ſicut Pater reuelat quibus vult, ſic filius quibus vult, Pater paruulis, & filius paruulis, quia ſic ei cum Patre complacitum. *Quartò* tandem habes omnium notitiam, tum ſanctiſſimæ Trinitatis, tum perſonæ filij Chriſto nos debere. Vnde cùm talis notitia ſit vita æterna, iuxta illud Ioan. 17. 3. *hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.* ſequitur omne prorſus bonum per Chriſtum nobis veniſſe, eique omnia nos debere, ipſumque à Patre omnia nobis impetraſſe. Vnde Chryſolog. ſerm. 8. *Apud Patrem, ait, non intercedit extraneus, intus eſt in Patris pectore ipſe, qui interuenit,* non Angelus, non quilibet alius, ſed Chriſtus eſt qui pro nobis intercedit. Summa ergo eſt ingratitudo ab illo nos elongare, qui etſi omnia accepit à Patre, profectò hoc non ſic accepit vt ſecum ea retineret, ſed vt profuſiſſimè omnia nobis daret, ob quod, & omnes prorſus inuitat, vnde ſequens ait, Chryſolog.

Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. NVM. 28.

Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde, NVM. 29.

corde: & inuenietis requiem animabus veſtris.

NVM. 30. Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue.

Senſus litteralis, & moralis.

1. *Christus cur hæc dixit.* VEnite ad me omnes. Suprà dixerat Dominus, Patrem omnia dediſſe in manus eius, ac proinde ipſum eſſe omnium Dominum; deinde addit, neceſſariam eſſe reuelationem ad myſteriorum cognitionem. Tandem in ſua eſſe poteſtate talem reuelationem; nunc ne quis dubitaret de voluntate reuelandi, & benefaciendi, omnes inuitat, nemine excepto.

Chryſoſt. *Pono ea qua dixerat*, ait Chryſoſt. *oſtendit ineffabilem ſuam virtutem, tunc autem omnes ad ſe vocat, dicẽs, venite; nõ ille, & ille, ſed omnes.* Ex quo deducitur, quãtum ex ſe omnes Christum vocare, tam Iudæos, quàm Gentiles, omnes, inquam, modò ſi ipſi velint, hinc ſibi imputet homo, ſi non trahitur. nam per ſe ſtat, vt non trahatur, cùm velim ſcias quòd tractio iſta non ſit per violentiam, ſed per amorem, non vi, ſed ſuauitate, liberum ſemper deſinens hominis arbitrium, & vocat vt veniant ad eum ex ampliori deſiderio, quo ipſe venire vult ad nos. *Oſtende mihi faciem tuam*, Cantic. 2. num. 14. ait ſponſus ad ſponſum.

2. *Quantum deſiderat ad nos venire, quantuſque eius amor erga nos.* Quid ergo? nunquid Deo aliquid latet vt faciem deſideret ſponſæ? nil minus; cur ergo illud petit? an quia amore ardet, & licèt videat, nunquam viſu ſatiatur, & tanquam ſi non videret, videre deſiderat par pari reddens, ſpiritus enim beati ſic vident vt videre deſiderent, iuxta illud, *in quem deſiderant Angeli proſpicere.* Sic nunc videt ſponſus, & quaſi non videat ſic amore æſtuat, vt videre deſideret.

Bernard. At alia via procedit Bernard. *ſerm.* 61. affirmat enim quòd hoc dicendo, & tale deſiderium ſponſæ oſtendendo, cùm ipſe non indigeat, dum cuncta ſunt ei præſentia, demonſtrat ſponſæ quomodo illa deſiderare debeat ſuam præſentiam, quæ illi eſt inuiſibilis, deſiderans hoc ſummopere, ab ſponſa ſcilicet videri: *oſtende mihi faciem tuam*, ait Bernard. ad quid? *vt mihi videtur, ſe magis oſtendere vult, ita eſt, videri vult, non videre; quid enim ille non videt? non eſt ei opus vt quis ſe oſtendat, a quo nihil non videtur, nec ſi ſe abſcondat*; ſic nunc, *Venite*, ait. Quid? nunquid aliquis eſt vbi ille non ſit, ad hoc vt dicatur vt veniat? nil minus, ſed hoc dicit, ſuum ſummum inſinuans deſiderium ad nos veniendi, docens nos quo deſiderio ad eum accedere debemus, cùm verum etiam ſit, etſi non præſentia corporali, morali tamen longè ab illo ſimus aliquando, hinc vocat vt veniamus.

At quomodo ad eum veniemus? *non pedibus*,

Remig. ait Remig. *ſed moribus, non corpore, ſed fide, iſte namque eſt ſpiritualis acceſſus, quo quis Deo propinquat.*

3. *Quomodo ad Deum venitur.* Quid eſt hoc? Sanè amice, vt intelligas quàm longiſſimè à Deo ſtare qui moribus contradicit, qui in peccato manet, qui ſic viuit, vt ac ſi Deus non eſſet eius, non reminiſcitur. Hinc *Luc.* 13. *num.* 13. prodigus ille filius à Patre ſe elongans, *abijt in regionem longinquam.* Quæ hæc regio ſit à Deo diſſita?

August. Sanè Auguſt. *de qq. Euangel. in ſerm.* 34. obliuionem intelligit Dei: *profectus eſt in regionem longinquam, quæ eſt obliuio Dei.* Nam verè ſic aliqui Chriſtiani viuunt, vt penè nulla Dei apud eos ſit memoria, & ſic eius obliuiſcuntur, ac ſi non eſſet, ſic peccant, ac ſi Deus quàm longiſſimè abſtaret, qui tamen ſua miſericordia motus eos inuitat, vt veniant, vnde venit.

Qui laboratis, & onerati eſtis. Quid per labores? Quid per onera? multi diſtinguunt inter labores & onera, quaſi labores ſint actiones oneroſæ; onera pondus laborum. 4. *Christus quid intellexit per labores & onera.*

Abulenſ. per labores quod ſponte toleramus, onera quod coactè, vt infirmitates, &c. nil refert, pro eodem ſumi debent. Abulenſ.

At nunc quid per labores. Chryſoſt. Hieron. Auguſt. *ſerm.* 11. *de verbis Domini*, Euthym. intelligunt peccata. Chryſoſt. Hieron. Auguſt. Euthym.

Vnde Sap. 5. 7. *Laſſati ſumus in via iniquitatis.* De qua te nos latè ibi. Hinc Dauid, *iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me.* 5. *Peccata ſunt onera & labores.*

Zach. 5. n. 7. *Ecce talentum plumbi portabatur, & ecce mulier vna ſedens in medio amphoræ, & dixit Angelus*, ſcilicet ad eum, *hæc eſt impietas.* Adnoto quòd talentum plumbi portabatur, & tamen mulier placidè ſedebat ſuper eum. Quid hoc niſi illos peccatores deſignare, qui etſi à paſſionibus diſtracti, ſi à dæmonibus violentiſſimè attracti, tamen placidè ſedent in peccato, quod plumbeum eos opprimens, & vſque ad ſanguinem premens, & tamen ſedent: *grauia eſſe onera peccati*, ait Hieron. hunc Matthæi exponens locum, *Zacharias Propheta teſtatur iniquitatem, dicens ſedere ſuper talentum plumbi.* Hieron.

Quanta ſit hæc infelicitas, vt ſcilicet vſque ad ſanguinem premantur peccatores, tamen in delitiis ſe eſſe reputent. Vide noſtra Comm. *in Sap.* vbi ſuprà.

Sanctus Gregorius *mor. lib.* 30. *cap.* 12. exponens illa verba Iob, *Qui dimiſit onagrum liberum*, affirmat, per labores intelligi concupiſcentiam rerum terrenarum, & hominum deſiderium, non ſolùm eas adipiſcendi, ſed retinendi. Gregor. 6. *Concupiſcentia verò terrenarum ſunt labores huius vitæ.*

Vnde ait: *Aſperum etiam iugum, & durum ſeruitutis pondus eſt ſubeſſe temporalibus, ambire terrena, retinere labentia, velle ſtare in non ſtantibus, appetere quidem tranſeuntia, ſed cum tranſeuntibus nolle tranſire; dum enim contra votum cuncta fugiunt, quæ prius mentem ex deſiderio adeptionis afflixerant, pòſt ex pauore amiſſionis premunt.* Quot verba, tot ſententiæ, quæ ſi premas, quàm ſit intolerabilis ſtatus huius vitæ, planè intelliges, quid miſerabilius temporalibus ſubeſſe ob eorum indigentiam? premor ſub pane, quia pane egeo, & vſque ad ſudorem laboro vt paſcar. Premo ſub potu, quia ſine potu viuere nequeo, & ſudo vſque ad defatigationem, vt bibam, ſimiliter vt & beſtiam, & ſub pedibus omnium protrahor, ad hoc vt comedam, & bibam. Quid oneroſius? at hoc minus malum, maius *ambire terrena*, dum neceſſariis non contentus vſque ad mortem deſudo, vt ſuperflua acquiram, terrena curro, maria tranſeurro, quotidie mortis periculis me expono. Ob quid? ob ſuperfluorum ambitionem; & hoc etiam non eſſet tantum malum, quantum poſt labentium acquiſitionem, poſt diuitiarum adeptionem, deſiderium crucians ne labentur, ne fugiant, quod prorſus impoſſibile. At nec hoc vltimum eſt malum, peius eſt illud nolle cum illis tranſire, mortem timere, formidare tranſitum, & appetendo tranſeuntia, nolle cum illis tranſire. Quid intolerabilius pondus in deſideriis, pondus in acquiſitione, pondus in retentione. Omnia ergo huius vitæ ſunt pondera.

Hilarius, & Theophylact. per pondus legis iugum intelligunt, quod reſpectu legis euangelicæ dici poteſt pondus. Bonus ſenſus, quia etiam, vt diximus, Iudæos vocabat Dominus, ſed non excludendus eſt onus peccatorum. 7. *Lex antiqua pondus.* Hilar. Theophyl.

Ianſen. ſatis aptè triplex diſtinguit onus, *primum* eſt afflictionum, miſeriarum, & curarum huius vitæ, & onus carnis aggrauantis animam, iuxta 8. *Huius vitæ onera ſecundũ Ianſ. quæ.*

illud

illud Eccl. 40. *Occupatio magna creata eſt omnibus hominibus, & iugum graue ſuper filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum vſque in diem ſepulturæ, in matrem omnium.* *Secundum* eſt onus peccatorum quod in ſe importat alterum, nempe onus vltionis diuinæ, iuxta illud Pſalm. 31. *quoniam die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua.* *Tertium* onus affirmat eſſe onus legis Moſaicæ, & Phariſaicarum traditionum, omnia ſi attendas onere incomportabilia, & à quibus nemo liber exiſtit; hinc Dominus noſter omnes vocat, neminem excludit.

Et ego reficiam vos. Græcè refocillabo, ſiue *recreabo, quietem præſtabo.* potius ſpectans ad remedium laſſitudinis, quam ad cibum. Duo ex hoc adnotanda. *Primum* ex hoc verbo colligi non quamlibet refectionem laborantibus Dominum promittere ad ſe venientibus, ſed magnam, ſed

Raban. vſque ad ſaturitatem. Vnde Raban. *Non ſolum exonerabo, ſed interna refectione ſaturabo. Non dixit,*

Chryſoſt. ait Chryſoſt. *ſaluabo ſolum, ſed quod multo amplius erat, reficiam vos, id eſt, in omni quiete conſtituam.* *Se-*

9. *Magna Dei miſericordia labores non eripere, & in eis auxilium præſtare.* *cundum* autem eſt, non dixiſſe, auferam labores; ſed, quod multo præſtabilius eſt, ad meritum illis dimiſſis, & non ſublatis, ſic vos reficiam, ſic conſolationibus replebo, ſic animæ quietos reddam, vt ſummam æſtimetis requiem eſſe in illis, vnde

Salmer. Salmer. *Non, ait, auferam labores, vel tollam onera; ſed, quod maius eſt, & glorioſius, in ipſis tribulationibus veſtris adero, ſolamenque præſtabo.* quod profectò magnum eſt Dei amoris erga iuſtos ſignum. de qua re vide quæ diximus in Sapient. ſuper illa verba *cap. 2. num. 18. hom. 41. tom. 1.* apud quem latiſſimè

10. *Iuſti in medio tribulationis dulcedine replentur.* de hac re in multis homiliis. nam nobis, vt ſæpè diximus, ad finem properantibus, non libet immorari, ſolum addam, vt in medio diluuij tribulationis ſic aliquando inueniuntur iuſti refocillari, ſic rore dulcedinis repleti diuinæ, vt totam reficere terram poſſent. *Sapientia illius eruperunt abyſſi.*

Pagnin. Pagnin. *ſcientia eius abyſſi rupti ſunt, & nubes rore concreſcunt.* Pagnin. *& cæli diſtillauerunt rorem.*

Beda. Hugo. Caiet. Quod per ruptionem abyſſi, Beda, Hugo, Caiet. diluuium intelligunt, quando totus inundatus mundus, & abyſſi rupti, ſeu cataractæ cæli. Si ergo diluuium intelligitur, vnde nubes roriferæ, vnde cæli diſtillantes rorem? aquam ego dixerim ponderoſiſſimam; ſanè amice, niſi myſterium in-c[illegible]deret, cùm per cœlos, cùm per nubes Apoſtoli

S.Thom. ſanctiſſimi, vt vult S.Thom. *ad Hebræos 12. lect. 1.* intelliguntur, qui in medio diluuij perſecutionum, tribulationum, afflictionum, paupertatis, nuditatis, famæ, oppreſſionis, flagellationis, tandem omnium malorum, ſic intus rore diuinæ conſolationis replebantur, vt diſtillantes totum replebant mundum. Audi Paul. 2. *ad Cor. 7. num 4.* diluuium narrantem tribulationum: *Cùm veniſſemus in Ma-*

11. *Apoſtoli tribulationibus dum opprimebantur dulcedine mundum replebant.* *cedoniam,* ait, *nullam requiem habuit caro noſtra, ſed omnem tribulationem paſſi ſumus, foris pugnæ, intus timores.* En qualis tribulatio? at quid, nunquid ob eam triſtis, afflictus, mœrens, immo & gaudio to-[illegible]s madens, vnde ait: *repletus ſum conſolatione, ſuperabundo gaudio, in omni tribulatione noſtra.* Quid ly

Theophyl. *ſuperabundo?* Ad rem Theophylact qui legit, *ſuperexubero.* quaſi dicat, tanta fuit hæc gaudij exuperantia, *vt in omni afflictione noſtra, & quidem magna ſufficit ad extinguendam illam, non ſecus ac copia aquarum modicum ignem extinguit,* ait Cornel. En

12. quales Sancti in tribulatione! en qualis Chriſti

Iugū Chriſti eſt eius Euāgelium. refocillatio. Sed pergo.

Tollite iugum meum ſuper vos. Omnes per iugum,

Raban. legem Euangelicam intendunt. Vnde Raban. *Iugum Chriſti Euangelium Chriſti, quod Iudæos & Gentes in vnitate coniungit, hoc autem ſuper vos iubemur ſumere, id eſt, in honore habere, ne forsè ſub vos ponentes, hoc eſt, prauè contemnentes, lutulentis pedibus vitiorum conculcemus.*

At cur lex Euangelica iugum? Raban. vt vidiſti, 13.

quia gentes & Iudæos in virtute coniunxit. Sal- *Cur iugum.* Salmer.

met. Quia qui per peccata diuiſi eramus à Deo, per Euangelium vnimur, quia per illud & inter nos ſub vno patrefamilias viuemus, tandem ait Salmet. quia per illud membra efficimur Chriſti.

Omnes boni ſenſus, ſed litteralis eſt Ianſen. & Ianſen.

aliorum, qui dicunt legem euangelicam iugum dici ad inſtar aliarum legum, & imperiorum, quæ iuga in Scriptura nominantur, vt Pſalm. 2. *Dirumpamus vincula eorum, & proiiciamus à nobis iugum ipſorum,* & Ierem. 2. *à ſæculo confregiſti iugum meum, rupiſti vincula mea, dixiſti, non ſeruiam.* Iugum ergo eſt lex euangelica, quatenus premit hominum cupiditates, refrenat paſſiones, ad obedientiam mandatorum cogit animos, ſed hoc leniter. Qui ſenſus ex illis verbis apparet litteralis, quæ infra ponuntur; nempe *iugum meum ſuaue eſt,* ad differentiam aliarum legum, quæ ponderoſæ, & inſuaues, vt ſunt Principum mandata, & leges: ex quo excel-

lenter deducit Salmer. quòd cùm ſine lege nemo Salmer.

viuere poteſt, etiam Barbarus, præſtat, vt legem Chriſti, eiuſque iugum ſumamus, quod ſuaue, & non ferreum mundi, aut diaboli, eo vel maximè, vt bene inquit idem, quia dicitur, non ſimpliciter iugum, ſed *meùm, quia vnà cum quolibet iuſto illud portat Chriſtus, per gratiam ſuam iuuans ad ferendum.*

Ex quo fit quòd cùm ipſe altior ſit nobis, ali- 14.

quando totum iugi pondus neceſſe eſt vt ſuper ipſum cadat, nos autem nil aliud agentes niſi ſimul cum illo incedentes, collum ſub iugo tantum ferentes, et abſque onere, iuxta illud Oſeæ 11. num. 4. *in funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis, & ero eis quaſi exaltans iugum ſuper maxillas* *Chriſtus nobiſcum portat iugum legis ex quo eius ſuauitas.*

eorum. Quid per funiculos? Paulus à Palacio, leges 15.

euangelicæ Chriſtianis datæ. at cur dicuntur funiculi Adam? Idem. *Quia humana ſunt, & rectæ rationi, ac æquitati conformes.* quæ etiam affirmantur *Leges euangelicæ cur funiculi ſunt Adam.*

ab aliis ſic dici, quia Chriſtus per tales leges non Paul à Pal.

more animalium nos trahit, ſed hominum, hoc eſt, quo ſolent homines trahi, beneficentia ſcilicet, amore, beneficiis, non coactione, ac verberibus. Hinc iugum eius ſuaue, vt infrà. Trahit ergo per leges amoris, ſuauitatis, ac dulcedinis, vt infrà dicemus, & inſuper cùm hoc ſit, quia impoſſibile, vt non aliquid habeant aſperitatis, lædantque collum portantis, hinc ne defatigetur, *exaltat iugum ſuper maxillas eorum.* Quid hoc? aut quo modo hoc facit? multi multa. At vera ſententia eſt illorum, qui affirmant alludi ad morem ruſticanorum, qui ad ſingulos ſulcos eleuant iugum, ne colla feriantur animalium. De qua re vide hîc Cornelium, ex Cornel.

quo fit allegoricè hoc accipiendo, vt ſit ſenſus, ſuis Chriſtum ſæpiſſimè alleuiare iugum; illud non eripiendo, ſed exaltando, vt ſcilicet, etſi ſit ſuper colla, non tamen illa premat, quod ſæpe facit, vt ſuprà diximus, conſolationibus internis, fauoribus ac beneficiis intimo guſtu, & deſiderio illud ferendo; tandem continua ſua aſſiſtentia, familiaritate, collocutione, ac myſteriorum eius vitæ ſuauis contemplatione, vt ſimul incedentes, videatur totum onus ille ferre, vnde quod prius inſuaue, ſuauiſſimum reddatur ex tali ſocietate.

Ex quo Auguſt. *lib. 9. Confeſſ. cap. 1.* hoc affirmans ſic Auguſt.

ait: *Quam ſuaue mihi ſubitò factum eſt, carere ſuauitatibus*

tibus nugarum, & quas amittere metus fuerat, iam dimittere gaudium erat. At vnde illi tanta ſuauitas? audi: *eyciebas eas à me, tu vera & ſumma ſuauitas.* En ſocietas in iugo ferendo, *& intrabas,* ſequitur, *pro eis omni voluptate dulcior*, experimentaliter, & verè, experire amice, & veritatem percipies, nil ſuauius. Crede firmiter, quàm iugum Chriſti cum ipſo ferre. Sed pergo.

16. *Chriſtus cur dixit vt ferremus iugum ſuper nos.* Salmer.

Cur dixit, *ſuper vos?* Salmer. *Nam alij ſunt*, ait, *qui iugum ſub ſe portant vti peccatores: alij poſt ſe ipſos, qui peccant ex ignorantia, & contemptu. Alij prope ſe illud ponunt, quia de aliorum ſalute ſunt ſoliciti, ſua verò negligentes; alij ante ſe ponunt qui dicunt, & non faciunt, alligant onera grauia in humeros hominum, digito autem ſuo ea ne tangunt quidem. Alij demum, qui ſupra ſe ipſos, qui voluntatem ſuam diuino beneplacito inflectunt.* Ampla materia.

17. *Verus ſenſus horum verborum qui.* Hug. Card. Ianſen. Maldon.

Et diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. Duplex eſt horum verborum ſenſus, & dupliciter hæc verba intelliguntur ab authoribus.

Primus ſenſus eſt Hug. Card. Ianſen. Mald. qui etſi alterum, quem mox adiiciemus, admittunt, tamen hunc quem ipſi afferunt, litteralem eſſe exiſtimant; nempe talia verba hunc facere ſenſum. Tollite iugum meum, nam eo ſublato experiemini me legiſlatorem, omnes amplectentem, ſuauiterque gubernantem, *inuitat enim*, ait Maldonat. *vt ad ſe veniant, quòd non tyrannus, ſed benignus, & manſuetus Dominus ſit, nec vult ſibi credere ſe ſublato iugo experiri.* Eadem ferè habet Ianſen à quo Maldon. & Salmer. approbantes hunc ſenſum tanquam litteralem.

Ianſen. Salmer.

August. Chryſoſt. Athanaſ. Gregor. Bernard. Raban S. Thom.

Secundus ſenſus communis Patrum, vt Auguſt. *ſerm. 10. de verbis Domini*, Chryſoſt. Athanaſ. *ſerm. 4. contra Arrian.* Gregor. 34. *mor.* Bernard. *in vigil. natiuit. ſerm* 3. Raban. S. Thom. qui dicunt Chriſtum has virtutes, quas in ſe habebat, voluiſſe illis proponere, vt eas aſſequerentur, quæ ſententia, me iudice, non ſolùm amplius litteralis, ſi ſola litteralis eſt, ſi rationem attendas. Dixerat enim Dominus, vt tollerent iugum ſuum, poſt quod duo promiſſurus erat. *Primum*, quòd ſi hoc facerent, inuenirent requiem animabus eorum: *& inuenietis requiem animabus veſtris*; & *ſecundum*, iugum ſuum eſſe ſuaue, & leue: *iugum enim meum ſuaue eſt, & leue.* Duo equidem contraria iugo. nam quomodo requiem poſſidere poſſunt, qui inceſſanter laborant ſub iugo? & quomodo iugum ſuaue dum premit, & calcat? equidem nullo modo hæc duo ſuauia eſſe

18. *Manſuetudo, & humilitas ſuaue reddũt iugum Chriſti.* Ianſen.

poſſunt, niſi per illas duas virtutes, humilitatem ſcilicet, & manſuetudinem. nam per hæc duo, duo altera excluduntur, omnium malorum origines, ſuperbia ſcilicet, & ira. Ex prima fit, vt collum iugo ſubmittere nolimus; ex ſecunda, vt tanquam mare æſtuans fiat cor noſtrum. Vnde rectè Ianſen. *Bene, ait, Dominus omni plenus virtute harum duarum virtutum ſe proponit exemplum. Tum, quia ſingulariter has in tota ſua conuerſatione expreſſit, tum quia hæ virtutes & omnibus ſunt parabiles, & requiem animabus vnicè præſtant, & maximè ſunt neceſſariæ his qui iugum Dei conſtanter ſunt portaturi.* Ex quibus, vt vides, hæc Domini verba ſunt, veluti ratio verborum ſequentium, & ad illa ſunt referenda, quæ antè poſuit, ne dubitarent de dicendis, nempe requiem illos inuenturos ſub iugo ſuo, & eſſe illud ſuaue. Vnde ſenſus, *tollite iugum meum ſuper vos,* & tollendo *diſcite à me.* hoc eſt, apprehendite ex me, *quia*, hoc eſt *quòd ſum mitis & humilis corde*. Ob quas virtutes etiam ego collum ſub iugo poſui obedientiæ Patris mei. Quòd ſi feceritis, duo experiemini certiſſima, requiem animabus veſtris, & iugum meum non eſſe durum, ſed ſuaue, & leue. *Ex ſuperbia*, ait Ianſ. *& animi ferocia, totus fere mortaliũ tumultus naſcitur, ex illis ambitio, ſimultas, liuor, bella, ſeditiones, impietates, in Deum; quo quid tumultuoſius? è contra qui humilis non inquietatur humanarum cupiditate, non effertur in rebus proſperis, non commouetur in Deum ex aduerſis, qui minus non perturbatur, in iniurijs non cogitat de vindicta illatione, nec contendit, ſed pacem mentis, quæ omnem ſenſum exuperat, in omnibus ſemper retinet, & vt in plurimum minus homini vexationibus patet.* Non equidem video, qualis amplius eſſe poſſit litteralis ſenſus, ex quo ad mores habes, ad iugum Domini ferendum ſuauiter & leniter præcipuè duas has virtutes eſſe neceſſarias, humilitatem ſcilicet, & manſuetudinem. & ideo inter mille & ſexcentas quas Chriſtus poſſidebat, maximè propoſuit, vtpote maximè conducentes ad duo, quæ dicturus erat; nempe ad pacem, & requiem animi, ac iugi ſuauitatem.

19. *Chriſtus quare inter ſuas virtutes præcipuè propoſuit manſuetudinem, & humilitatem.* Abulenſ.

Abulenſ. *queſt.* 66. aliam dat rationem, quare Chriſtus has præcipuè virtutes nominauerit, dicens: quia Chriſtus erat perfectiſſimum exemplar, & vir perfectiſſimus; in homine autem perfectiſſimo non eſt multum vitiis carnalibus non detineri, quæ ab omnibus vt vitia deputantur. Sed ille ait, *non debet in ſe habere quæ à paucis reputantur vitia, & ſemper ingerunt ſe vt virtutes, vti ſuperbia, & inanis gloria, cùm non fuerint in magno exceſſu, ſub virtutis effigie latent, de ira etiam idem eſt, quæ ſæpe zelum iuſtitiæ ſe appellat.* quo poſito ſic concludit. *Iſtas ergo debuit Chriſtus oſtendere ſe carere, quæ videbantur eſſe minima peccatorum, id eſt, magis latentia, & ob hoc ſe dixit mitem & humilem*

20. *Superior, & excellētes debet poſſidere virtutes, ſi ſplendeſcere deſiderat vt Chriſtus.*

corde. Si iſta conſideres, licèt ratio non ſit litteralis, ad mores mirificè facit; nam ob hoc eum tibi hîc appoſuimus. ediſces enim ſuperiori & Prælato non ſatis eſſe ſi vitiis maioribus careat, ſi peccatis grauibus, ſed debet carere minimis, & illis imperfectionibus, quæ tantùm vmbræ ſunt peccatorum, nec ad inſtar Chriſti perfectum erit exemplar, ſi grauibus tantùm careat. Quid multum ſi ſuperior non fornicator? Quid multum ſi non furetur? Quid multum ſi non ſe inebriat? equidem hoc non multum, at multum erit, ſi humilis in prælatione, ſi manſuetus in iniuriis, ſi patiens i[illegible]bus, ſi mitis cum ſuperbis, ſi tandem in ſummis moleſtiis erit ſemper pacificus, libenter vnus portans religionis.

21. *F[illegible] vera [illegible].*

At notandum, non ſolùm mandaſſe, vt ex ipſo diſcamus humilitatem, ſed humilitatem ex corde. Quid hoc? omnes expoſitores, veram ſcilicet, non fictam, non falſam, non exteriorem tantùm, ſed interiorem, & è conuerſo non tantùm interiorem, ſed exteriorem, cùm vera humilitas illa ſit, quæ facit hominem ſic velle æſtimari exteriùs apud homines, ſicut ipſe ſe æſtimat interius, & inuenit ſe apud Deum, quod eſt illud difficile in virtute humilitatis. nam non multum, vt nos æſtimemus apud Deum quod ſumus, at multum, vt ſic veli-

22. *In humilitate quid difficile.*

mus apud homines æſtimari, *ſunt quidem*, ait Bartholom. à Martyribus Epiſcopo Bracharenſ. *in ſuo compendio, cap. 31. de humilitate*, ex Bernard. ſerm. 42. ſuper Cant. *Qui renes ſuos & corda ſcrutantes, optimè miſerias, quibus opprimuntur, conſpiciunt, ac veritate impellente veram aduerſus ſe proferunt ſententiam, nolunt tamen ab alijs haberi, quales ipſi ſe intuentur, & licèt ſe vili æſtiment, à nemine tamen volunt paruipendi, quod eſt peſſimum ſuperbiæ genus.*

23. *Quid illa ſit.*
genus. Magiſtraliter, & verè. Quid humilitas niſi veritas? & qui ſtat in humilitate, ſtat in veritate. Cùm ergo aliter velimus foras æſtimari, quàm verè ſumus, nónne mendacium concupiſcimus, & diligimus, ac cupimus in veritate non eſſe. vnde verè & ex corde humiles non ſumus, ob quod nec apud Dominum in pretio, aut gloria. nam illa humilitas apud Deum in pretio eſt, &

24. *Glorioſa apud Deum qualis.*
glorioſum conſtituit hominem apud ipſum, quæ non ſolùm facit vt vilem ſe æſtimet homo coram Deo, ſed etiam coram hominibus ſic ſe velit æſtimari. quod vnico tibi probabo ex Scripturis exemplo.

Enim verò 2. *Reg.c.6.n.*20. reuerte̅ti domum ſuam Dauid poſt introductionem arcæ antequam totis viribus ſaltauerat depoſitis veſtibus regiis Ephod candido præcinctus, Michol filia Saul, cùm eum ſic proſpexiſſet ſaltantem, *deſpexit eum in corde ſuo*, & illi obuiam exiens, ſic ait. *Quàm glorioſus fuit hodie Rex Iſrael diſcooperiens ſe ante ancillas ſeruorum ſuorum, & nudatus eſt, quaſi ſi nudetur vnus*

25. *Michol cur dixit Dauid ſaltaſſe nudũ cùm non eſſet verum.*
ex ſcurris. Duo pendo. *Primum* cùm certiſſimè, vt conſtat ex Scriptura, Dauid non ſaltaſſet nudus, ſed præcinctus Ephod lineo. Vnde iſta petulans mulier audet dicere illum ſe denudaſſe? Sanè, quia veſtes exuit regias; ſic enim ſuperbia eſt factuoſa, ſic impatiens cuiuſlibet humilitatis actus, ſic tenax in ſui æſtimatione, vt nec Deo cedere ad tantillum velit, & omnem humilitatis actionem vilipendium æſtimat, aggrauans factum? En iſta, Dauid coram arca Dei ſaltauerat, iſta affirmat coram ancillas Dauid veſtitus, iſta diſcoopertus, Dauid corã Deo ſuo ſaltat ex deuotione tanquam homo maturus, iſta reputat ex leuitate tanquam vnus ex ſcurris. *Secundum* autem quod pendo eſt, cur dixit, *diſcooperiens ſe ante ancillas ſeruorum ſuo-*

26. *Scurra quid.*
rum, cùm veriſſimè non ante illas, ſed ante arcam & ob arcam, & iſta nil de hoc, tantùm obſeruat denudationem fuiſſe ante ancillas. Attende vltimum dictum, & rationem aſpicies; *& nudatus eſt*, ait, *tanquam ſi denudetur vnus ex ſcurris*. Quid ſcurra? equidem *mimus, aut ludius, qui ſcurrilibus nugis, & inconditis corporis motibus vult oblectare nimis curio-*

Sanchez.
ſos, & auidos irridentium oculos. Rectè ait Sanchez. ergo ſuperba iſta mulier, talem vilem conceptum de Dauid tenuit, vt putaret non ob Dei amorem, ſed ad oblectandum ancillas ſaltaſſe, ac ſe denu-

27. *Superbia nil altum cogitat.*
daſſe. Ne mireris, ſuperba erat, ac carnalis tota, vtpote Saulis filia, ſic terrea ac corporea, vt nullo modo ad mentem ſuam venire poterat hoc Dauid ob Dominum feciſſe, ſed tantum ad captandam popularem auram, ſic ſuperborum bruta eſt mens, vt nil altum, nil ſplendidum, nil ſublime recogitet niſi hæc vilis.

At quid Dauid ad eam? *Ante Dominum*, ait, *qui elegit me, potius quàm patrem meum, vilior fiam plus quam factus ſum, & ero humilis in oculis meis, & cum*

28. *Dauid humilis ex corde.*
ancillis de quibus loquuta eſt. Attende ſententiam, & veram humilitatem, & ex corde agnoſces; *ante Dominum*, ait, *vilior fiam, & ero humilis in oculis meis.* quod eſt dicere: ante ſummam illam maieſtatem, & ineffabilem bonitatem ſemper vilior fiam, quia me recognoſco, ac defectus, peccata, naturam, meumque nihil, hinc ante ipſum in oculis meis, & inter me & ipſum vilior fiam pluſquã factus ſum. Bene hoc. At nunquid perfecta hæc humilitas? nil minus: vnde vt vndequaque perfecta exiſteret, addit id quod acrius eſt, *& coram ancillis, de quibus locuta es.* Non ſolùm ero vilis ante Deum, me coram ipſo recognoſcẽs, ſed & coram ancillis, & coram hominibus volo vilem apparere vt eũdem de me conceptum habeant, quam ego de me coram Deo habeo. At quid ex hoc? Sanè glorioſum apparere coram Deo ex tali humilitate. Vnde ſequens ait, *glorioſior apparebo*, coram Deo ſcilicet, vt bene

Sanchez.
Sanch. veriſſimè, non ſic glorioſus appareret, immo ex ficta humilitate inglorioſus, ac glorioſiſſimus tunc quando ex corde humilis non ſolùm vult vilem apparere coram Deo, ſed etiam coram hominibus, non ſolùm intus, ſed foris, quod nota-

Caiet.
uit Caiet. ſuper illa verba, *Quia mitis ſum.* hoc eſt, ait Caiet. *pluſquam manſuetus ſum intus & extra exterioribus moribus, & humilis abſque fictione.* Qui ex-

29. *In humilitate & manſuetudine tota humana conſiſtit perfectio.*
cellenter duo adnotat. *Primum* quod etiam ſuprà ex Ianſ. qui illud ex Caiet. (ſicut ferè omnia) adnotauimus, in his præcipuè virtutibus Dominus ſe exemplum poſuit, quia in his tota Chriſtiana perfectio augetur, & acquiritur. Nam, vt ait ipſe, *per humilitatem paremus diuinæ gratiæ per mititatem hominibus.* & *ſecundum* quod adnotat, non exẽplum poſuiſſe in ieiunio, oratione, prędicatione, & ſimi-

30. *Chriſtus cur ſe exemplum poſuit non in ieiunio, aut prædicatione, ſed in humilitatis virtute.*
libus, nam ait, *poſſent ſe hominem excuſare, allegando impotentiam, dicendo ſe inhabilem. Sed dicit, diſcite à me, quia mitis & humilis ſum corde; nullus enim poteſt ſe excuſare à mortificatione propria voluntatis, à diſciplina domandi internas paſſiones, in quibus in terris conſiſtit diſciplina Chriſtiana communis omnibus.* Tanti digna obſeruatio viri, & præcipuè religioſis notandi; non poſſum ieiunare cum reliquis, at poſ-

31. *Religioſi in quo inexcuſabiles.*
ſum ſcopis domum mundare cum reliquis; cur non faciam? Non valeo prædicare cum reliquis, at poſſum humiliter mortificationem ſuperioris cum reliquis ferre. Vnde horum impoſſibilitas? Sanè amice, quia nec humiles, nec mites. Hinc religioſus in religione abſque requie, abſque pace, & in illa degit, ac ſi in triremibus. Non ſic qui Chriſtum imitantur in manſuetudine, ac humilitate. Vnde ſequens Dominus ait,

32. *Chriſtus quid intellexit per requiem animarum.*
Et inuenietis requiem animabus veſtris. Quid per requiem? Abul. Dei viſionem. Ianſ. gaudium de cõ-

Abulenſ. Ianſen.
donatione peccatorum, & confidentiam futuræ beatitudinis. Nam ait, requiem opponi oneribus & laboribus ſuprà poſitis; quando Chriſtus inuitauit laborantes, & oneratos, vbi pro oneribus peccata diximus intelligi, bona expoſitio; ſed in eo non placet quatenus excludit requiem prouenientem ex humilitate, & mititate. Quapropter meliùs Caiet. qui affirmat per hãc requiẽ intelligi fructus

33. *Cur non promiſit requiẽ corporis.* Ianſen. Caietan.
humilitatis, & mititatis. *Magnus*, ait, *& incredibilis fructus quies animi, quam nemo nouit niſi humilis & mitis expertus ſuaue iugum Domini.* at cur dixit, *animabus veſtris?* Ianſ. *Quia ſola mentis requies eſt vera requies*, Caiet. Quia hîc non promittit Deus requiem corporibus, ſed animabus. *Animabus dixit,*

34. *Eius proprium requiem dare in medio tribulationum illis non ſublatis.* Salmer.
non corporibus, nam multa mala corporis prædixit futura ſuis ſequacibus. quod eſt proprium Chriſti, vt bene obſeruauit Salmer. in mediis corporis malis requiem ſtatuere. *Solus enim Chriſtus*, ait Salmer. *quod promiſit ſectatoribus ſuis præſtare poteſt, vel in medijs ipſis ſupplicijs & tormentis pacem & requiem conſcientiæ infundere, etiam ſi corpora torqueantur, & caro noſtra crucietur, & ſenſus perturbari videatur.* Egregiè, & veriſſimè. ex quo dedu-

35. *Homines huius ſæculi cur nullam pacem poſſidere poſſunt.*
citur, quàm parum quietis poſſidere poſſint filij huius ſæculi. nam cùm mundus ſuis non poſſit afferre pacem, niſi tollendo ab eis labores, & onera, nec quietem, niſi auferendo mala, & non aliter. Quid enim? nunquid in medio ignis ridere poteſt peccator, & mundum ei requiem præſtare non extinguendo ignem? at cùm impoſſibile

vt quis in mundo exiſtens viuat ſine laboribus,ac oneribus. Hinc fit impoſſibile, vt mundanus, & peccator requiem vnquam habeat veram, & diuturnam, qualem hîc Chriſtus ſuis promittit ſuam obſeruantibus legem.

36. *Quid ſit iugum ſuaue.* Maldon.

Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Græcè, *iugum ſuaue*, hoc eſt, humanum, blandum, commodum. Ex quo affirmat Maldonat. non tam ad res, quàm ad perſonas, & mores pertinere. Vnde ipſe hunc facit ſenſum. *Quaſi dicat*, ait, *iugum meum non eſt hominis crudelis, quale ſolent huius mundi Reges ſuis populis imponere, ſed benigni, ſuauis, ac clementis Patris.* Aptus ſenſus. Duo ergo inquirenda. *Primum*, cur hoc

37. *Chriſtus cur hoc dixit.* Chryſoſt.

Dominus dixit. *Secundum* quomodo iugum tale ſuaue eſt, & leue. Et quoad primum Chryſoſtom. hoc dixiſſe Dominum affirmat, ne formidarent audito verbo *iugi*; *& ne formidarent, quia dixerat, onus & iugum, ſubdit, iugum enim meum.*

Hilar.

Acutiùs Hilarius *Can* 10. vt panderet eis occultum myſterium, quod niſi ipſe reuelaret, ſcire non poterant, quomodo, ſcilicet, iugum & onus paſſionum eſſet ſuaue & leue. *Iugi autem ſuauis & leuis oneris blandimenta proponit, vt credentibus eius boni ſcientiam præſtet, quod ipſe ſolus nouit à Patre.*

Caiet.

Caietan. Ne ad maiora onera ſe vocatos crederent. *Ne laborantes, & onuſti quos inuitat, putent ſe grauandos, & ad labores & onera ampliora vocari à Ieſu, declarat naturam euangelici iugi, appellando illud ſuaue.*

38. *Cur tantus fuit ad perſuadendum iugum ſuum eſſe ſuaue.*

Ex hac doctrina vnum libet ad mores educere, quantus ſcilicet fuerit ſemper Dominus vt perſuaderet iugum ſuum, ſeu Euangelium eſſe ſuaue, mite, blandum; cur tantum in hoc premit? Sanè, meo iudicio, ob duo. *Primum*, vt, ſicut ſuprà ex Maldon. dicebamos, declararet ſe non impoſſibilia, & grauiſſima præcipere, aut importabilia,

Caiet.

vnde adſtem Caietan. adnotat ſignificanter, dixiſſe Dominum, *iugum meum, quia*, ait, *onera grauia, & importabilia, quæ aliqui imponunt in humeros hominum, non ſunt Chriſti, cuius onus eſt leue. Secundum* autem, vt omnino omnes intelligerent, portandum eſſe iugum, portandum onus, & non totum illi relinquendum, vt contra hæreticos bene adnotauit Ianſ. qui ſolam in Chriſto confidentiam, & fidem ſufficientem eſſe ad ſalutem dicunt. *Notandum autem*, ait Ianſen.

Ianſen.

quòd Dominus poſtquam dixiſſet, Venite ad me onerati, & ego reficiam vos, docturus quomodo requiem daturus ſit oneratis, non dicit: Ponite onus veſtrum in me, ac crucem meam, quomodo hodie docent plerique onus conſcientiæ deponi, & requiem conſcientiæ parari ſola fiducia Chriſti pro nobis in cruce ſatisfacientis; ſed tollite, inquit, *iugum meum ſuper vos.* Egregiè. quod dictum extendere tu potes

39. *Chriſtiani tepidi quantùm falluntur in ſpe tantiſtria in mortis articulo, non operantes in vita.*

ad tepidos Chriſtianos Catholicos, qui ſine operibus laborioſis reputant in cœlum introire, reputantes in articulo mortis ſufficere poſt peractam confeſſionem, vt Deus ſcit, tribus vicibus ſanctiſſimo nomine Ieſus inuocato, vt ſic à culpa & pœna liberati, per indulgentiam plenariam in cœlum aduolare. Amice breuiter, ſi, vt par eſt, te conteris, ſi vt par eſt confiteris, ſi verè ſanctiſſimam conſequeris indulgentiam, certiſſimè, ſine dubio, & ſi omnia diaboli peccata habeas, abſolutus à culpa & pœna, in cœlum aduolabis. difficultas eſt de

40. *Per iconſſa vltima difficultas in quo conſiſtit.*

vera contritione, de vera confeſſione, de vera indulgentiæ conſecutione, & difficultas in hoc ſtat. Attendo, ad omnia iſta verè conſequenda neceſſaria eſt gratia, non ſolùm ſufficiens, ſed efficax. Hæc autem non niſi liberè à Domino conceditur, & ſpontaneè cui vult, & cui libet. quod autem illam velit indurato, ac per omnem vitam habituato, vt ſic dicam, peccatori concedere, poteſt, ſi vult, & ſi vult, prouidentia extraordinaria volt, nam eſt velut gratiæ miraculum. Vnde ergo facilitas in articulo mortis ſaluationis, & veræ contritionis, ac, confeſſionis. *Venite qui laboratis, & ego reficiam vos.* refectio laborantibus eſt promiſſa, non ſtertentibus, gloria onus portantibus eſt debita, non illud recuſantibus; ergo operandum, & vt operemus ſuauitate iugi nos Dominus inuitat, animat, confortat.

Quoad *ſecundum* autem, in quo ſuauitas iugi euangelici conſiſtit, ſeu quomodo ſit ſuaue, Caiet. excellenter duas affert rationes. 41. *Iugi Chriſti ſuauitas in quo ſtat.* Caiet.

Prima, quia conformis eſt naturæ, & eam non tollit, ſed perficit, *& verè ſuaue eſt*, ait, *quia non tollit, non corrumpit, non violenter naturam rationalem, ſed perficit eam*, at quomodo: *omnia namque ſequitur, naturalia & moralia præcepta euangelica lex ſeruat.* Egregiè. Quid ſuauius, quàm ſecundùm naturam

42. *Peccatum eſt contra naturam, legem obſeruare ſecundùm illam.* Hilar. Gregor.

viuere, cùm peccatum ſit contra naturam? vnde bene Hilarius, *& quid*, ait, *iugo iſto ſuauius eſſe poteſt? quid hoc onere leuius, ſcelere abſtinere, bonum velle, malum nolle, amare omnes, odiſſe nullum, æterna conſequi, præſentibus non capi, nolle inferre alteri quod ſibi perpeti ſit moleſtum*; vnde etiam ad rem ſatis Gregor. Mor. lib. 4. cap. 30. *Quid*, ait, *graue mentis noſtræ ceruicibus imponit? qui vitare omne deſiderium, quod perturbat, præcipit, qui declinare laborioſa huius mundi itinera monet*; non ſufficeret tempus, ſi vellem hanc Gregorij ſententiam explicare, ſed ab ea ſuperſedeo ad finem properans, vt ſæpe dixi, & dicam, ne me incurioſitatis arguant, Deus ſcit quòd non mentior, vſque ad diem iudicij ſcriberem, ſi quæ menti ingeruntur proſequerer, ſic prægnans eſt quodlibet verbum huius ſapientiæ diuinæ; ſic altiſſimè ac diffusè Sancti ſcripſerunt de illis, vt prius tempus deficiet, quàm copia rerum; ſed ad rem.

Caiet.

Secunda ratio Caietani eſt, quia etſi præcepta dat Euangelium fidei, *hæc*, ait, *ſuauia reddit internum gratiæ donum, & inſuper connaturale eſt homini vitam actioneſque ſuas dirigere, non ſcientia, ſed fide.* At quomodo hoc? Sanè ſequitur, *quia fide tenemus patres, ac matres, filios, ac vxores, fide conuerſamur, commercia, negotiationeſque exercemus, fide reſpublica, regnaque adminiſtrantur.* Nil pulchrius. Si ergo Euangelium, præcepta non alia niſi naturalia, & moralia præbet, & quæ apponit fidei, etiam ſunt ſecundùm naturam, & eſt fide viuere, vnde inſuauitas, & grauitas oneris & iugi.

Raban.

Rabanus affirmat dici ſuaue ex perſeuerantia. *Sed quomodo*, ait, *iugum Chriſti ſuaue, cùm ſuprà dicatur, arcta eſt via, quæ ducit ad vitam? Sed quod anguſto initio incipitur, proceſſu temporis ineffabili dilectionis dulcidine dilatatur.* & hæc excellens eſt ratio, fundatur enim in ipſa natura, *aſſuetis non fit paſſio*, ait Philoſophus, *& ſi fit, non tanta.* Adde ad hoc, vt mox dicemus, gratiam dulcedinis Dei, vnde ergo grauitas oneris? vnde inſuauitas iugi.

Alij, vt apud Ianſen. affirmant dici iugum ſuaue, quod palato mentis ſit delectabile. Vnde Pſalm. 18. *Iudicia*, hoc eſt, præcepta, *Domini, vera, iuſtificata in ſemetipſa, deſiderabilia ſuper aurum, & lapidem pretioſum multum, & dulciora ſuper mel & fauum.* & Pſalm. 118. *Quàm dulcia faucibus meis eloquia*, præcepta, *tua*, non eſt repudiandus ſenſus, ſi verbi Græci vis non 43. *Per eucrātia dulce reddit iugum Chriſti.*

obſtaret,

obſtaret, quod non propriè dulce ſignificat, vt diximus, ad guſtum pertineus, ſed ad mores, & ad perſonas.

Ianſen.

Ianſen. obſeruans ly *ſuaue* ſignificare *commodum*, & *humanum*, ad notat, quam aptè Dominus epitheta cuilibet rei appoſuit. Iugo dans ſuauitatem, oneri leuitatem; at cur iugo dat ſuauitatem? *quia*, reſpondet Ianſen. *ſolet iugum magis aſperitate, & incommoditate, vexare, quam grauitate, cùm ſit iugum non magni ponderis; onus vero grauitate ſolet eſſe moleſtum.* Sanè dictum; duo euangelica lex poterat onera habere, vnum præceptorum; alterum eorum aſperitatem, & incommoditatem. Quid aſperius, quàm inimicis benefacere? Quid incommodius, quàm omnia relinquere? Quid oneroſius, quàm duram agere peccatorum pœnitentiam, ac alteri peccata confiteri? Quid ergo Dominus noſter, noſtri amans, bene hoc calleus, & ſuauitatem appoſuit iugo; & leuitatem oneri, vt ſic facilius omnes colla ſubmittere iugo, & ſuauiter onera portare poſſent, vt rectè Ianſen. qui vult ſuaue dici onus Chriſti reſpectu curarum huius ſæculi, reſpectu oneris legis Moſaicæ, & traditionum Phariſæorum; reſpectu oneris diaboli, & peccati, tandem reſpectu oneris conſcientiæ ex peccatis commiſſis.

45. *Chriſtus quàm aptè ſuauitatem dedit iugo, & leuitatẽ oneri, & huius rei ratio.*

46. *Iugum Domini ſuaue, hoc eſt, eius lex ex gratia & amore.* August.

Omnes expoſitiones & ſenſus apti; ſed, mea ſententia, nullus aptior quàm Auguſtini *ſerm. 9. de verb. Dom. ſum.* 10. qui affirmat iugum Domini dici ſuaue, & onus leue, ex gratia & charitate, quam Deus ferentibus præbet. Vnde grauitas, vnde inſuauitas, vbi amor vrget? Audi Auguſtin. qui poſtquam obiiceret, vnde ſuauitas iugi euangelici cùm accedens ad Dei ſeruitutem potius videantur ad pericula accedere, ad nouos labores, nouaque pericula? ſic eleganter reſpondet. *Sed profectò adeſt Spiritus ſanctus, qui in exterioris hominis corruptione interiorem renouat de die in diem, & guſtata requie ſpirituali, in affluentia delitiarũ Dei, in ſpe futuræ beatitudinis, omnia præſentia delinit aſpera, & omnia grauia releuat.* quod palmari exemplo probans ſic ſequitur. *Necari & vri ſe homines patiuntur, vt dolores non æterni, ſed aliquanto diuturniores vlceris acriorum dolorum pretio redimantur, quibus tempeſtatibus, vel pœnis importuni ſunt mercatores, vt diuitias venturas acquirant? ſed qui has non amant, eadem grauia patiuntur, qui vero amant, eadem quidem, ſed non grauia patiuntur, omnia enim ſæuia & immania prorſus facilia, & prope nulla efficis amor. quanto ergo facilius ad veram beatitudinem charitas faciet, quod ad miſeriam quantum potuit cupiditas fecit?* Si quæ Auguſtin. affert, penderes, nil tibi reſtat amplius inquirendum. Vnde lex euangelica ſuauis, & ſi iugum ſit, & pondus, Dei charitas, Dei ardens amor eſt in cauſa; cupiditas ſæculi tollit grauitatem laboris, tollit ærumnarum onus à miſeriis huius vitæ, & amor Dei non tollet à præceptis diuinis aſperitatem, & grauitatem, ob beatitudinem adipiſcendam? Geneſ. 29. num. 20. *Septem anni videbantur Iacob pauci dies.* ſi rationem expoſcis præ amoris magnitudine, vt poſſideret Rachelem dilectam. Tolle à Iacob amorem; quid? centum anni erunt ſeptem, & onera importabilia; audi ipſum cum Rabaon expoſtulantem cap. 31. num. 40. *Die noctuque æſtu vrebar & gelu, fugiebatque ſomnus ab oculis meis. Sicque per viginti annos ſeruiui tibi, quatuordecim pro filiabus.* Quid dices Iacob? nunc ſic longi tibi videntur iidem anni, quos pro vna Rachele ſeruiſti, qui prius ſic pauci? ne mireris amice. Nunc illos reſpiciebat turgens contra Labanum ſine dilectione, ſine amore, & ſic longiſſimi illi viſi ſunt, quando cum amore breuiſſimi, leuiſſimi; quia omne amarum dulce, omne oneroſum leue facit amor. Geneſ. 45. num. 5. *Non vobis durum eſſe videatur*, ait Ioſeph, *fratribus, quòd vendidiſtis me in illis regionibus.* Cur hoc dixit? quia duriſſimum fratribus videbatur, ita vt penè exanimarentur. Cur Ioſeph non durum, fratribus durum? quia timore illi, ille amore ducebatur, qui *omnia ſæua, ac dura dulcia facit*, vt ait Auguſtin.

47. *Iacob quando Rachelis amore longi viſi ſunt.*

48. *Euangelica lex quomodo ſuauior, quàm vetus.*

Tandem, ne intactum aliquid relinquamus, ex Hieronymo mouent quæſtionem expoſitores, Quomodo lex euangelica ſuauior eſt, quàm vetus, cùm euangelica addat ſupra vetus multa; in hac enim homicidium, & adulterium puniebatur, in noua ira, & concupiſcentia etiam puniuntur, & ſic etiam de multis dici poteſt? Breuiter cum reliquis ob quatuor euangelica lex ſuauior eſt, quàm vetus. *Primò* ob pauciora præcepta, in lege autem erant infinita. *Secundò*, quia vetus per ſpiritum timoris & ſupplicia cogebat, noua per ſpiritum amoris, benignitatis, & charitatis. *Tertiò*, quia per legem vi, & coactione tes fiebant, in noua verò voluntate & ſpontaneè. *Quartò* tandem, & quod caput, & ſumma omnium rationum, quia lex onerabat, non iuuabat, non enim ex ſe, & opere operato continebat gratiam, in Euangelio autem cum onere & gratia & Spiritus ſanctus datur, qui adiuuat infirmitatem noſtram.

Solum vnum ſupereſt ſoluere argumentum, quod equidem neceſſarium duxi adducere, ne auſam hæreticis relinquamus querelæ, ſi non contra Euangelium, contra tamen ſanctiſſimam Eccleſiam. Dicunt enim ratione humanarum conſtitutionum, ſic graue nunc factum eſſe Euangelij iugum, vt grauius in infinitum ſit, quàm veteris legis, cùm multa plura ſint nunc in noua lege præcepta, quàm in lege antiqua. Confirmatur ex auctoritate Auguſt. *Epiſt. 2. ad Inquiſitiones Ianuarij Epiſt.* 114. vbi ſic. *Ipſam religionem, quam pauciſſimis, & manifeſtiſſimis celebrationum ſacramentis miſericordia Dei liberam eſſe voluit, ſeruilibus operibus premi, vt tolerabilior ſit conditio Iudæorum, qui etiam ſi tempus libertatis non agnouerint, legalibus tamen ſarcinis, non humanis præſumptionibus ſubijciuntur.*

49. *Hæreticorum argumentum ſoluitur contra auſteritatem legis Euangelicæ.*

Hoc argumentum ſi verum eſſet, equidem non malè arguerent. nam, vt bonorum politicorum cõmunis & vera eſt ſententia, vbi plurimæ leges, ibi confuſio, intima reipublicæ corruptio, vt vult Tacit. 4. *annal.* dicens, *Corruptiſſima Reſpublica plurima leges.* Vnde ſapienter Plinius in Paregyr. monet Principem, *ne legibus fundata ciuitas legibus euertatur.* cùm multiplicatio legum præterquam quòd impoſſibilem reddit earum obſeruantiam, ad nil aliud deſeruit, niſi vt litibus ciues conſummentur, ac bellis inteſtinis reſpublica pereat, atque ad ſummam omnes deueniant paupertatem; vt iam verum ſit omnem prorſus hominum ſubſtantiam in domum tranſire Aduocatorum, quorum officium, *commiſſum latrocinium* vocauit Colum. *lib.* 1. ob quod Tacit. *annal.* 11. multiplicationem legum appellauit fori tabem, pecuniam Aduocatis ferentem, vnde ait: *Quemadmodum vis morborum pretia medentibus, ſic fori tabes pecuniam Aduocatis fert.* Hoc equidem dixerim, non vt contra Aduocatos declamarem, cùm

Plin.

multi ex illis viri omni æſtimatione digni, ſed tum vt aduerterem tantum malum, cùm oune veriſſimè ex multiplicatione legum peſſum it reſpublica, omneſque com ea, vt ſi verum eſſet, quod impij afferuot hæretici, concedendum illis erat, quod aſſumunt; at falſum omnino eſt. nam, vt bene aduertit Ianſen. leges Eccleſiaſticæ vniuerſales, & quæ ad totam Eccleſiam ſpectant, & quæ præcepta dicuntur, ſupra præcepta euangelica pauciſſima ſunt, cùm, vt conſtat, quinque ſint tantùm, de ſacro ſcilicet audiendo in diebus feſtiuis, de ieiunio quadrageſimali, & aliarum dierum, de ſoluendis decimis, de confitendo ſemel in anno, tandem de communicando in Paſchate. Quid hoc? & quale incommodum, ex illis? Sanè nullum. Vnde abſque vlla ratione conqueruntur, nec aliquid pro eis eſt Auguſtini authoritas. nam, vt bene Ianſen. & ex illo conſtat, non loquitur de præceptis vniuerſalibus Eccleſiæ, ſed de variis cæremoniis, quæ pro locorum varietate, à variis erant inſtitutæ. de quarum cauſis inſtitutionis vix vnquam aliquid inuenire poſſent.

Ianſen.

50\. Ex dictis ergo habes, ſuauiſſimum eſſe Dei iugum, legemque eius ſanctam, eáque, vt diximus, præcipuè ratione, quia gratiam præſtat, quia à Christo eius ſubditus adiuuatur. Enim verò *Cant. 8. num. 4.* de ſponſa dicitur, *Quæ eſt iſta quæ aſcendit per deſertum delitijs affluens?* Pende dictum, à deſerto aſcendebat, & deliciis affluebat. mirum hoc, ne dicam impoſſibile, vbi in deſerto delitiæ; in quo niſi ſqualor, niſi ſolitudo, niſi præruptæ rupes, altiſſimi mõtes, horridæ vmbræ, gelidæ aquæ, obſcura antra, vbi animalium rugitus, ſerpentum ſibila, monſtra horrenda, feroces leones, currunt onagri, ſaltant piloſi. Vbi ergo ex deſerto delitiæ? attende ad id quod ſequitur, & rationem agnoſces, *innixa*, ait, *ſuper dilectum ſuum.* en ſumma, innititur ſuper dilectum, ſufficit, deſertum paradiſus, impoſſibilia, & horrida poſſibilia, & iucunda. Ad rem Bernard. *fruſtrà ſponſa nititur, niſi innitatur; ſi autem innititur, omnia poſſibilia ſunt innitenti ſuper eum, qui omnia poteſt.* Egregiè. Quid? ſic ad legem euangelicam flaccidi, ac laſſi inueniremur, ac antiqui ad legem veterem, niſi ſponſus nobiſcum, niſi in illo inniteremur, fruſtrà niteremur, vt inquit Bernard. & veriſſimè, niſi Chriſtus non ſemper eſſet nobiſcum, ſimul adiuuans, & iugum portans. Quid ergo? gratia ipſius omnia poſſumus, quia in omnia potente innitimur.

Dei gratia & ipſemet Chriſtus ſuauem reddunt Euangelij legem.

Bernard.

Enim verò Ioan. 6. num. 1. *abyt Ieſus trans mare Galilææ, & ſequebatur eum,* ait Euangeliſta, *multitudo magna.* Quid amplius? *ſubyt in montem Ieſus, & ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis.* Trans mare vadit in locum deſertum, & ſequebatur eum multitudo magna, fugit in montem; nec hoc ſufficit, ſed venit ad eum multitudo. Cur ſic fugit? *vt auidiores homines,* reſpondet Theophylact. *& ſollicitiores redderet ad eum ſequendum.* O bene equidem, locus deſertus horridus, ſine potu, ſine cibo, ex quo ſollicitiores? Amice, ex perſona Ieſu, ſit locus deſertus, ſufficit, vt conſtituatur paradiſus ſi in eo Ieſus. Equidem Samaritana, *relicta hydria ſua abyt in ciuitatem,* ait Ioann. *cap. 5. num. 29.* Cur reliquit hydriam? vnde ei poſtea vt hauriret aquam? cur indigentiam non timet? Sanè, quia guſtauerat iam aquam viuam, guſtauerat de Ieſu, qui ſe pandens ad illam dixerat: *Ego ſum qui loquor tecum,* ſufficit, Ieſus loquitur, deſerantur omnia, non eſt amplius neceſſe. Non ſitiemus, etſi in deſerto omnia in illo ſuſtinebimus, omnia in illo poterimus, ſi gratia eius nobiſcum eſt.

51\. *Turbæ eum ſequebantur Ieſum in deſerto.*

Theophyl.

52\. *Samaritana cur reliquit hydriam.*

Equidem Geneſ. 3. num. 15. *inimicitias ponam inter te & mulierem,* dixit Deus ad ſerpentem, *ſemen tuum, & ſemen illius, ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius.* Pendo tempus quando hoc Deus mulieri. nam tunc quando mortua, tunc quando ei ſuccubuit, quando ſerpens victor proceſſerat à bello. Vnde ergo mulieri tunc tanta fortitudo vt caput contereret ſerpentis. Amice, ex inimicitia eiuſdem ſerpentis cum ſemine mulieris, ex quo fiebat vt ex fortitudine ſeminis mulieris victrix ſerpentis ipſa exiſteret. Ad quod alludens Rupert. egregiè ſic ait: *ponam inimicitias, &c. profectò magnum gratia ſua opus promittit quòd victorem diabolum, qui vicerat fraude, victa nunc mulier vincere, quandoque debeat fortitudine, porrò hæ inimicitiæ non per ipſam mulierem, ſed per ſemen illius exercendæ, & vſque ad victoriam perducendæ ſunt. proinde cum dixiſſet, inimicitias ponam inter te & mulierem, continuò ſubiungit, & ſemen tuum & ſemen illius, hoc eſt, Chriſtus.* Nil melius, ſit mulier ſauciata, victor ex illa ſtet diabolus exanguis effecta. Vires penè amittat, reddatur bellum duriſſimum, & importabile eſt in nobis Dei ſemen, hoc eſt, Dei gratia, vel Chriſtus: ſufficit, ipſe bellum geret, ipſe vincet, ipſe nobis præſtabit fortitudinem; ſic equidem amice, & ex hoc capite ſuauiſſima eſt lex euangelica, & leuiſſima; ſuauiſſimum Chriſti iugum, quia ipſe gratiaque eius nobiſcum, qui ſit ſemper benedictus in ſæcula.

53\. *Mulier in qua fortitudine ſerpentem vincit.*

Rupert.

SANCTI IESV CHRISTI
Euangelij ſecundùm Matthæum

Vulgat.. Editio.

CAPVT DVODECIMVM.

a Mar. 2. IN [a] illo tempore abiit Ieſus per 1
d.23. ſata ſabbato : diſcipuli autem eius
Luc.6.a.1. eſurientes cœperunt vellere ſpicas , &
manducare.
Phariſæi autem videntes , dixerunt ei: 2
Ecce diſcipuli tui faciunt quod non licet
facere ſabbatis.
At ille dixit eis : Non legiſtis [b] quid 3
b 1. Reg. fecerit Dauid, quando eſuriit, & qui cum
21.a.4. eo erant.
Quomodo intrauit in domum Dei , & 4
panes propoſitionis comedit , quos non
licebat ei edere , neque his , qui cum eo
c Num. 28. erant, [c] niſi ſolis ſacerdotibus?
b.9. Aut non legiſtis in lege , [d] quia ſabba- 5
d Leuit.14. tis ſacerdotes in templo ſabbatum vio-
b.8. lant,& ſine crimine ſunt?
Dico autem vobis , quia templo maior 6
eſt hic.
e Oſee 6. Si autem ſciretis , quid eſt : [e] Miſe- 7
c.6. ricordiam volo , & non ſacrificium : nun-
quam condemnaſſetis innocentes.
Dominus enim eſt filius hominis etiam 8
ſabbati.
Et cùm inde tranſiſſet, venit in ſynago- 9
gam eorum.
Et ecce homo manum habens ari- 10
dam , & interrogabant eum , dicen-
tes : Si licet ſabbatis curare ? vt accuſa-
rent eum.
f Mar.3. Ipſe autem dixit illis : [f] Quis erit ex 11
a.1. vobis homo , qui habeat ouem vnam , &
Luc.6.a.6. ſi ceciderit hæc ſabbatis in foueam, non-
Deut.22. ne tenebit & leuabit eam?
a.4. Quanto magis melior eſt homo oue? 12
Itaque licet ſabbatis benefacere.
Tunc ait homini : Extende manum 13
tuam. Et extendit,& reſtituta eſt ſanitati
ſicut altera.
Exeuntes autem Phariſæi , conſilium 14
faciebant aduerſus eum,quomodo perde-
rent eum
Ieſus autem ſciens receſſit inde : & 15
ſecuti ſunt eum multi , & curauit eos
omnes.
Et præcepit eis ne manifeſtũ eũ facerẽt. 16
Vt adimpleretur quod dictum eſt per 17
Iſaiam Prophetam, dicentem.

SANCTI IESV CHRISTI
Euangelij ſecundùm Matthæum

Tranſl. ex Syriac.

CAPVT DVODECIMVM.

*IN illo tempore iter faciebat Ieſchua in
Sabbato per ſata , & diſcipuli eius
eſuriebant , cœperúntque vellere ſpicas , &
edere.
Periſchai verò cùm aſpexiſſent eos, dicunt
ei : Ecce diſcipuli tui id faciunt quod illici-
tum eſt factu in ſabbato.
Ipſe verò dixit eis , Legiſtíſne quid fe-
cit Dauid quum eſurijt , & ij qui cum eo
erant.
Quomodo ſit ingreſſus ædem Dei , & pa-
nem menſæ Domini comedit , quem non erat
ei licitum comedere,nec ijs qui cum eo erant,
niſi ſacerdotibus tantùm.
Aut non legiſtis in Lege , ſacerdotes in
templo prophanare ipſum Sabbatum , nulló-
que teneri crimine?
Ego verò dico vobis maiorem templo
hic eſſe.
Quòd ſi nouiſſetis quid eſt, Miſericordiam
volo, & non ſacrificium , non condemnaſſetis
eos ,quum inſontes ſint.
Dominus enim Sabbati eſt filius ho-
minis.
Et diſceſſit illinc Ieſchua , venítque in ſy-
nagogam eorum.
Erátque homo vnus illic , cuius manus
aruerat , & interrogauerunt eum , dicen-
tes , Licet ne in Sabbato ſanare? vt accuſa-
rent eum.
Ipſe verò dixit eis , Quis eſt vir ex vo-
bis qui habeat ouem vnam,& , ſi ceciderit in
foueam die Sabbati , non prehendat & eri-
gat eam?
Quantum autem oue præſtantior eſt homo?
Quare licet in Sabbato bene agere.
Tunc dixit illi homini , Extende manum
tuam. & extendit manum ſuam, & reſtitu-
ta eſt ſicut ſocia ſua.
Et quum exiſſent Periſchai , conſilium in-
ierunt aduerſus eum,vt perderent eum.
Ieſchua autem ſciens, ſeceſſit illinc,& ab-
ierunt poſt eum turba multa ,eóſque omnes
ſanitati reſtituit.
Et inhibuit eis,ne ipſum reuelarent.
Vt impleretur quod dictum eſt per Eſchaio
Prophetam dicentem,*

g Iſ.42.a.1.

18 [g] Ecce puer meus, quem elegit dilectus meus, in quo bene complacuit animæ meæ. Ponam ſpiritum meum ſuper eum, & iudicium gentibus nunriabit.

Ecce ſeruus meus in quo mihi complacui, dilectus meus in quo acquieſcit anima mea, ſpiritum meum ponam ſuper eum, & iudicium gentibus prædicabit.

19 Non contender, neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem eius.

Non litigabit, neque clamabit, & nemo audiet vocem eius in platea.

20 Arundinem quaſſatam non confringet, & linum fumigans non extinguet, donec eiiciat ad victoriam iudicium.

Arundinem quaſſatam non conteret, lucernam propè extinguendam non extinguet: vſque dum proferat iudicium ad victoriam.

21 Et in nomine eius Gentes ſperabunt.

Et in eius nomine gentes ſperabunt.

22 Tunc oblatus eſt ei dæmonium habens: cæcus, & mutus, & curauit eum, ita vt loqueretur, & videret.

Tunc obtulerunt ei dæmoniacum quendam mutum & cæcum, & ſanauit eum, ita vt mutus & cæcus loqueretur & videret.

23 Et ſtupebant omnes turbæ, & dicebant: Numquid hic eſt filius Dauid.

Et mirabantur omnes illæ turbæ, dicentes: Nónne iſte eſt filius Dauid.

h Marc.3.e.22. Luc.11.b.14.

24 [h] Phariſæi autem audientes, dixerunt: Hic non eiicit dæmones niſi in Beelzebub principe dæmoniorum.

Periſchai verò quum hæc audiſſent, aiunt, Ille non eiicit dæmonia niſi per Beelzeboub caput dæmoniorum.

Supr.9.d.34.

i Luc.11.b.17.

25 Ieſus autem ſciens cogitationes eorum, dixit eis: [i] Omne regnum diuiſum contra ſe, deſolabitur: & omnis ciuitas, vel domus diuiſa contra ſe, non ſtabit.

Ieſchua autem ſciens cogitationes eorum, ait illis, Omne regnum quod diuiſum fuerit aduersùs ſe ipſum, vaſtabitur: & omnis domus & vrbs quæ contra ſemetipſam diuiſa fuerit, non ſtabit.

26 Et ſi Satanas Satanam eiicit, aduersùs ſe diuiſus eſt: quomodo ergo ſtabit regnum eius

Sed ſi Satanas Satanam eiicit, contra ſemetipſum diuiſus eſt: quomodo igitur ſtat regnum eius.

27 Et ſi ego in Beelzebub eiicio dæmones, filij veſtri in quo eiiciunt? Ideo ipſi iudices veſtri erunt.

Quod ſi ego per Beelzeboub eiicio dæmonia, filij veſtri per quem eiiciunt ea? propter hoc ipſi erunt vobis iudices.

28 Si autem ego in ſpiritu Dei eiicio dæmones, igitur peruenit in vos regnum Dei.

Sed ſi per ſpiritum Dei ego eiicio dæmonia, peruenit ad vos regnum Dei.

29 Aut quomodo poteſt quiſquam intrare in domum fortis, & vaſa eius diripere, niſi priùs alligauerit fortem? & tunc domum illius diripiet.

Sed quomodo quis poteſt ingredi domum ſtrenui, & vaſa eius deprædari, niſi prius ligauerit ſtrenuum illum, & tunc domum eius deprædabitur.

30 Qui non eſt mecum, contra me eſt: & qui non congregat mecum, ſpargit

Qui non eſt mecum, contra me eſt: qui non colligit mecum, omnino diſpergit

k Marc.3.d.28. Luc.11.b.17.

31 Ideo dico vobis: Omne peccatum & blaſphemia remittetur hominibus, ſpiritus autem blaſphemia non remittetur.

Propter hoc ego dico vobis, Omnia quidem ſcelera & blaſphemia remittentur hominibus: blaſphemia verò in ſpiritum, non remittetur hominibus.

32 Et quicumque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum ſanctum, non remittetur ei, neque in hoc ſæculo, neque in futuro.

Et quiſquis locutus fuerit ſermonem aduersùs filium hominis, remittetur ei: quiſquis autem in ſpiritum ſanctitatis obloquetur, non remittetur ei nec in hoc ſæculo, nec in ſæculo futuro.

33 Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum; aut facite arborem malam, & fructum eius malum: ſiquidem ex fructu arbor agnoſcitur.

Aut facite arborem bonam, & fructus eius bonos: aut facite arborem malam, & fructus eius malos. Nam à fructibus ſuis ipſa dignoſcitur arbor.

l Luc.6.g.45.

34 Progenies viperarum, quomodo poteſtis bona loqui, cùm ſitis mali? ex abundantia enim cordis os loquitur.

Progenies viperarum quomodo poſſetis bene loqui, quum mali ſitis? quandoquidem ex abundantia cordis os loquitur.

35 [l] Bonus homo de bono theſauro profert bona: & malus homo de malo theſauro profert mala.

Vir bonus è theſauris bonis depromit bona: & homo malus è theſauris malis depromit mala.

36 Dico autem vobis, quoniam omne verbum otioſum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij.

Quare ego dico vobis, quodcumque verbum otioſum loquuti fuerint homines, de eo reddituros rationem in die iudicij.

Ex

Nam

37 Ex verbis enim tuis iuſtificaberis,& ex verbis tuis condemnaberis.

Nam ex ſermonibus tais iuſtificaberis, & ex ſermoaibus tnis condemaaberis.

38 Tunc reſponderunt ei quidam de Scribis & Phariſæis,dicentes: Magiſter,volumus à te ſignum videre.

Tunc reſpoaderuat aliqui ex Scribis & Periſchais, & dicuat ei: Doctor velimus videre ex te ſigaum.

m Infr. 16. a.4. Luc. 11. c.29. 1. Cor. 1. d.22.

39 Qui reſpondens ait illis: [m] Generatio mala, & adultera ſignum quærit: & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum [n] Ionæ prophetæ.

Is autem reſpondens, ait illis, Generatio mala & adulterina ſigaum poſtnlat, nec ſigaum dabitur ei, aiſi ſigaum Iannon propheta.

n Ion. 2. a.1.

40 Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus; ſic erit Filius hominis in corde terræ tribus diebus,& tribus noctibus.

Sicnt eaim fuit Iaunon ia ventre piſcis tribus diebus, tribúſque noctibus, ita erit filius hominis in corde terra tribus diebus tribúſque noctibus.

o Ion. 3. b.5.

41 [o] Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione iſta, & condemnabunt eam: quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ. Et ecce plus quàm Ionas hic.

Viri Niniuita ſurgeat in iudicio cnm hac generatioae, & ream peragcat eam, quippe qui pœaiteatiam egeriat prædicatione Iannoa, & ecce qui maior eſt Iaunon hic eſt.

p 3. Reg. 10.a.1. 2. Par. 9. a.1.

42 Regina auſtri ſurget in iudicio cum generatione iſta, & condemnabit eam: [p] quia venit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis, & ecce plus quàm Salomon hic.

Regina Auſtri ſurget ia iudicio cnm generatioae hac,reámque peraget eam, quippe qua veaerit ab vlteriori terra vt audiret ſapicatiam ipſius Schelemoun; & ecce qui præſtaatior eſt Schelemoun, hic eſt.

q Luc. 11. c.24.

43 [q] Cùm autem immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiem,& non inuenit.

Porrò qunm ſpiritus immuadus exierit ab hoaine, perluſtrat loca aqnis carentia, & quarit requiem,nec innenit.

44 Tunc dicit:Reuertar in domum meam, vnde exiui. Et veniens inuenit eam vacantem, ſcopis mundatam, & ornatam.

Tunc ait, Reuertar domum meam vnde exiui:& qunm venit, repperit eam vacaam, verſámque ac præparatam.

r 1. Petr. 2. d.20.

45 Tunc vadit,& aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum nequiores ſe, & intrantes habitant ibi: [r] & fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus. Sic erit & generationi huic peſſimæ.

Tunc abit dncens ſecnm ſeptem ſpiritus alios ſeipſo nequiores: & ingreſſi habitant ia eo: fitqne vltima conditio homiais illius peior priore. ita erit generationi haic ſcelerata.

s Marc. 3. d.31. Luc. 8. c.20.

46 [s] Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater eius & fratres ſtabant foris, quærentes loqui ei.

Qunm antem ipſe verba faceret ad turbas, veneruat mater & fratres tius ſtaates foris,& qnæreates eum alloqui.

47 Dixit autem ei quidam: Ecce mater tua, & fratres tui foris ſtant quærentes te.

Dixit autem ei homo qnidam, Ecce mater tna & fratres tni ſtant foris, & qnærnnt te alloqui.

48 At ipſe reſpondens dicenti ſibi, ait: Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei?

Ipſe verò reſpondit, & ait illi qui hoc ei renuntiauerat, Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei?

49 Et extendens manum in diſcipulos ſuos, dixit: Ecce mater mea, & fratres mei.

Et proteadit mannm ſnam ad diſcipulos ſuos, & ait: Ecce mater mea & [illegible] fratres mei.

50 Quicumque enim fecerit voluntatem Patris mei,qui in cælis eſt: ipſe meus frater,& ſoror,& mater eſt.

Quiſquis enim exeqnitnr volantatem Patris mei qni ia cælis eſt, is eſt frater meus, & ſoror mea,& mater mea.

SANCTI IESV CHRISTI Euangelij ſecundùm Matthæum

Tranſl. B Ariæ Mont.

CAPVT DVODECIMVM.

1 IN illo tempore abiit Ieſus Sabbatis
per ſata : at diſcipuli eius eſurie-
runt, & cœperunt vellere ſpicas, & man-
ducare.
2 Verùm Phariſæi videntes, dixerunt
ei: Ecce diſcipuli tui faciunt quod non li-
cet facere in Sabbato.
3 Ille verò dixit eis: Non legiſtis quid
fecerit Dauid quando eſuriit ipſe & qui
cum eo.
4 Quomodo intrauit in domum Dei, &
panes propoſitionis comedit, quos non li-
citum erat ei edere, neque his qui cum eo,
niſi Sacerdotibus ſolis
5 Aut non legiſtis in lege, quia Sabbatis
Sacerdotes in ſacro Sabbatum violant, &
inculpati ſunt.
6 Dico autem vobis, quòd ſacro maior
eſt hîc.
7 Si autem ſciretis quid eſt, Miſericor-
diam volo, & non ſacrificium, nunquam
condemnaſſetis inculpatos.
8 Dominus enim eſt Sabbati filius ho-
minis.
9 Et tranſiens inde, venit in ſynagogam
eorum.
10 Et ecce homo erat manum habens ari-
dam: & interrogabant eum, dicentes: Si
licet Sabbatis curare? vt accuſarent
eum.
11 Ipſe autem dixit illis: Quis erit ex vo-
bis homo qui habebit ouem vnam: & ſi
ceciderit hæc Sabbatis in foueam, nónne
apprehendet eam & eriget.
12 Quanto igitur præſtat homo oue? Ita-
que licet Sabbatis bene facere.
13 Tunc ait homini exſiccatam habenti
manum: Extende manum tuam. Et ex-
tendit: & reſtituta eſt ſana, ſicut al-
tera.
14 At Phariſæi conſilium capiebant ad-
uerſùs eum, exeuntes vt eum per-
derent.
15 At Ieſus cognoſcens, receſſit inde: &
ſecutæ ſunt eum turbæ multæ, & curauit
eos omnes.
16 Et increpauit eos, vt ne manifeſtum
eum facerent.
17 Vt adimpleretur pronunciatum per
Eſaiam Prophetam, dicentem:
18 Ecce puer meus quem elegi: dilectus
meus, in quo delectata eſt anima mea. Po-
nam

SANCTI IESV CHRISTI Euangelij ſecundùm Matthæum

Tranſl. Eraſm. Roterod.

CAPVT DVODECIMVM.

IN illo tempore ibat Ieſus per ſegetes. Diſcipuli verò illius eſuriebant, & cœperant vellere ſpicas & comedere.

At Phariſæi cùm vidiſſent dixerunt illi, Ecce diſcipuli tui faciunt quod non licet facere in Sabbato.

Ille verò dixit eis: Non legiſtis quid fecerit Dauid cùm eſuriret ipſe & ij qui erant cum illo.

Quomodo ingreſſus ſit in domum Dei, & panes propoſitionis ederit, quod ipſi non licebat edere, neque ijs qui cum illo erant, niſi Sacerdotibus ſolis.

Aut non legiſtis in lege quod Sabbatis Sacerdotes in templo Sabbatum prophanant, & crimine vacant.

Dico autem vobis quòd templo maior eſt hoc in loco.

Quòd ſi ſciretis quid ſit, Miſericordiam volo & non ſacrificium, nequaquam condemnaſſetis inſontes.

Nam Dominus eſt & Sabbati filius hominis.

At progreſſus illinc, venit in ſynagogam illorum.

Et ecce homo erat manum habens aridam, & interrogabant illum dicentes, Licetne Sabbatis curare, vt accuſarent eum.

At ille dixit eis: Quis erit ex vobis homo, qui habens ouem vnam, & ſi ea [illegible] Sabbatis in foueam, nónne apprehendet eam & eriget.

Quanto igitur præſtantior eſt homo oue? licet igitur Sabbatis beneficio afficere.

Tunc dicit homini, Extende manum tuam: & is extendit, ac reſtituta eſt ſanitati ſicut altera.

Porrò Phariſæi egreſſi cœperunt conſilium aduersùs eum, quomodo illum perderent.

At Ieſus vbi nouiſſet ſeceſſit illinc, ſecutæque ſunt eum turbæ multæ, & ſanauit eos omnes.

Et interminatus eſt illis, ne ſe facerent manifeſtum.

Vt compleretur quod dictum erat per Eſaiam Prophetam qui ait:

Ecce filius meus quem elegi, dilectus meus, in quo ſibi bene complacuit anima mea: Ponam

nam ſpiritum meum ſuper eum, & iudi-
cium gentibus annuntiabit.
Non contendet, neque clamabit, ne- 19
que audiet aliquis in plateis vocem eius.
Calamum contritum non confringet, 20
& linum fumigans non extinguet, donec
eiiciat in victoriam iudicium.
Et nomini eius Gentes ſperabunt. 21
Tunc allatus eſt ei dæmoniacus cæcus 22
& mutus,& curauit eum, ita vt cæcum &
mutum & loqui & videre.
Et ſtupebant omnes turbæ,& dicebant: 23
Numquid hic eſt ille Chriſtus filius Da-
uid.
At Phariſæi audientes, dixerunt: Hic 24
non eiicit dæmones, ſi non in Beelzebub
principe dæmoniorum.
Sciens autem Ieſus cogitationes eo- 25
rum, dixit eis: Omne regnum diuiſum
contra ſe,deſolabitur:& omnis ciuitas,vel
domus diuiſa contra ſe,non ſtabit.
Et ſi Satanas Satanam eiicit,in ſe ipſum 26
diuiſus eſt: quomodo ergo ſtabit regnum
eius.
Et ſi ego in Beelzebub eiicio dæmones, 27
filij veſtri in quo eiiciunt: Propter hoc ipſi
veſtri erunt iudices.
Si autem ego in ſpiritu Dei eiicio dæ- 28
mones,igitur peruenit in vos regnum Dei.
Aut quomodo poteſt quiſquam intrare 29
in domum fortis, & vaſa eius diripere, ſi
non primum alligauerit fortem? & tunc
domum illius diripiet.
Non exiſtens mecum,contra me eſt: & 30
qui non congregat mecum,ſpargit
Propter hoc dico vobis: Omne pecca- 31
tum & blaſphemia remittetur homini-
bus, verùm ſpiritus blaſphemia non re-
mittetur hominibus.
Et quicumque dixerit verbum contra 32
filium hominis, remittetur ei: qui autem
dixerit contra Spiritum ſanctum, non re-
mittetur ei neque in nunc ſæculo, neque
in futuro.
Aut facite arborem pulchram, & fru- 33
ctum eius pulchrum: aut facite arborem
carioſam, & fructum eius carioſum: ex
enim fructu arbor agnoſcitur.
Progenies viperarum, quomodo pote 34
ſtis bona loqui, mali exiſtentes? ex enim
abundantia cordis os loquitur.
Bonus homo de bono theſauro eiicit 35
bona: & malus homo de malo theſauro
eiicit mala.
Dico autem vobis,quòd omne verbum 36
otioſum, quod locuti fuerint homines,
reddent rationem de eo in die iudicij.
Ex enim verbis tuis iuſtificabetis,& ex 37
verbis tuis condemnaberis.

Tunc

num ſpiritum meum ſuper illum, & iudicium
gentibus annunciabit.
Non contendet, neque clamabit,neque au-
diet quiſquam in plateis vocem eius.
Arundinem comminutam non confringet,
& linum fumigans non extinguet, donec eÿ-
ciat ad victoriam iudicium.
Et in nomine illius gentes ſperabunt.
Tunc adductus eſt ad eum qui dæmonio agi-
tabatur cæcus & mutus,& ſanauit illum, ita
vt cæcus & mutus & loqueretur & cerneret.
Et obſtupuerunt omnes turbæ, dicebant-
que: Num hic eſt ille filius Dauid.
At Phariſæi cùm audiſſent dicebant, Hic
non eÿcit dæmonia niſi præſidio Beelzebub
principis dæmoniorum.
Ieſus autem cùm ſciret cogitationes illo-
rum, dixit illis: Omne regnum diuiſum ad-
uersùs ſe ſe deſolatur, & omnis ciuitas, aut
domus diuiſa aduersùs ſe ipſum non ſtabit.
Et ſi Satanas Satanam eÿcit, aduersùs
ſe ipſum diuiſus eſt: quomodo igitur ſtabit re-
gnum illius.
Et ſi ego præſidio Beelzebub eÿcio dæmo-
nia, filÿ veſtri cuius præſidio eÿciunt? Pro-
pterea ipſi iudicabunt de vobis.
Quòd ſi ſpiritu Dei ego eÿcio dæmonia,ergo
peruenit ad vos regnum Dei.
Alioqui quomodo poteſt aliquis intrare do-
mum potentis, & vaſa illius diripere, niſi
prius vinxerit potentem, & tunc domum il-
lius diripiet.
Qui non eſt mecum, aduerſum me eſt, &
qui non congregat mecum,ſpargit.
Propterea dico vobis, Omne peccatum &
conuitium remittetur hominibus, verùm ſpi-
ritus conuitium non remittetur hominibus.
Et quicumque dixerit verbum aduersùs
filium hominis,remittetur illi. Qui autem di-
xerit aduersùs Spiritum ſanctum,non remit-
tetur ei, neque in præſenti ſæculo, neque in
futuro.
Aut facite arborem bonam,& fructum eius
bonum: aut facite arborem vitioſam, & fru-
ctum eius vitioſum. Nam è fructu arbor
agnoſcitur.
Progenies viperarum quomodo poteſtis bo-
na loqui, cùm ſitis mali? Siquidem ex abun-
dantia cordis os loquitur.
Bonus homo è bono theſauro cordis expro-
mit bona; & malus homo ex malo theſauro
depromit mala.
Sed dico vobis, quòd de quocumque verbo
otioſo quod loquuti fuerint homines,reddituri
ſunt rationem in die iudicÿ.
Nam ex dictis tuis iuſtificaberis, & ex
dictis tuis condemnaberis.

Tunc

Tunc reſponderunr quidam Scriba- 38
rum & Phariſæorum,dicentes: Magiſter,
volumus à te ſignum videre.

*Tunc interrogauerunt eum quidam è Scri-
bis & Phariſæis,dicentes: Præceptor,volumus
ex te ſignum videre.*

Ille autem reſpondens air illis: Gene- 39
ratio mala, & adultera ſignum apperit, &
ſignum non dabitur ei,ſi non ſignum Ionæ
Prophetæ.

*At ille reſpondens dixit illis, Generatio
praua & adultera ſignum quærit, & ſignum
non dabitur illi, niſi ſignum Ionæ Pro-
phetæ.*

Sicut enim fuit Ionas in venrre ceti 40
tres dies, & tres noctes; ſic erit Filius ho-
minis in corde terræ tres dies, & tres
noctes.

*Quemadmodum enim fuit Ionas in ventre
ceti tribus diebus, ac tribus noctibus; ſic erit
filius hominis in corde terræ tribus diebus,
& tribus noctibus.*

Viri Niniuitæ reſurgent in iudicio cum 41
generarione iſta, & condemnabunt eam:
quia pœniruerunr in prædicationem Ionæ:
& ecce plus Iona hîc.

*Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum gene-
ratione hac, & condemnabunt eam, quòd
ipſi reſipuerint ad prædicationem Ionæ, &
ecce plus quàm Ionas eſt hoc loco.*

Regina Auſtri excitabitur in iudicio 42
cum generatione iſta, & condemnabit
eam: quia venir à finibus terræ audire ſa-
pientiam Salomonis, & ecce plus Salo-
mon hic.

*Regina Auſtri ſurget in iudicio cum ge-
neratione hac, & condemnabit eam, quòd
venerit à finibus terræ ad audiendum ſa-
pientiam Salomonis; & ecce plus quàm Salo-
mon eſt in hoc loco.*

Cùm autem Immundus ſpiritus exierit 43
ab homine, ambulat per inaquoſa loca,
quærens requiem, & non inuenit.

*Cùm autem immundus ſpiritus exierit ab
homine, perambulat per arentia loca, quæ-
rens requiem, & non inuenit.*

Tunc dicir: Reuertar in domum meam, 44
vnde exiui. Et veniens inuenit vacantem,
ſcopis putgatam, & ornatam.

*Tunc dicit, Reuertar in domum meam vn-
de exiui, & cùm venerit, reperit eam vacan-
tem, & ſcopis purgatam, atque ornatam.*

Tunc vadit, & aſſumit cum ſe ſeptem 45
alios ſpiritus nequiores ſe ipſo, & inttran-
tes habitant ibi, & fiunt nouiſſima homi-
nis illius peiora prioribus. Sic erit & ge-
nerationi huic nequam.

*Tunc abit, & adiungit ſibi ſeptem alios ſpi-
ritus ſceleratiores ſe, & ingreſſus inhabitat
illic, & fiunt poſtrema hominis illius peiora
primis: ſic erit & generationi huic per-
uerſæ.*

Adhúc autem eo loquente turbis, ecce 46
mater & fratres eius ſtabant foris, quæ-
rentes ei loqui.

*Cùm adhuc loqueretur turbis, ecce mater
& fratres eius ſtabant foris, quærentes ei
loqui.*

Dixit autem quidam ei: Ecce marer 47
tua & fratres tui foris ſtant, quærentes tibi
loqui.

*Dixit autem illi quidam, Ecce mater
tua & fratres tui foris ſtant, quærentes tibi
loqui.*

At ipſe reſpondens ait dicenti ſibi: 48
Quæ eſt matet mea, & qui ſunt fratres
mei.

*At ille reſpondens dixit ei, qui ſibi renun-
tiauerat, Quæ eſt mater mea, aut qui ſunt
fratres mei?*

Et extendens manum ſuam in diſcipu- 49
los ſuos, dixit: Ecce mater mea, & fra-
tres mei.

*Et protenſa manu ſua in diſcipulos ſuos
dixit: Ecce mater mea & fratres mei.*

Quicumque enim fecerit voluntatem 50
Patris mei, qui in cœlis, ipſe meus frater,
& ſoror, & mater eſt.

*Quiſquis enim fecerit voluntatem Patris
mei qui eſt in cælis, ipſe meus frater, & ſoror,
& mater eſt.*

CAPITIS

CAPITIS DVODECIMI
ARGVMENTVM.

IN capite præcedenti actum eſt de miraculis Chriſti ante Ioannis mortem, nunc de illis poſt eius mortem. In hoc autem capite agitur, Primò *de arguitione Phariſæorum contra diſcipulos Domini ſpicas vellentes in Sabbato.* Secundò *de curatione manus aridæ, & dæmoniaci, muti, & cæci.* Tertiò *de inuectione Domini in Phariſæos.* Quartò *de exprobratione Scribarum & Phariſæorum.* Quintò *de ſpiritu immundo, qui eiectus aſſumit alios nequiores ſe.* Sextò *tandem de matre Domini, quæ eum quærebat; vnde in ſex diuiditur partes, vt ex ſe patet.*

NVM. 1. In illo tempore abiit Ieſus per ſata ſabbato: diſcipuli autem eius eſurientes cœperunt vellere ſpicas, & manducare.

NVM. 2. Phariſæi autem videntes, dixerunt ei: Ecce diſcipuli tui faciunt quod non licet facere ſabbatis.

Senſus litteralis, & moralis.

1. *Quando hæc facta.* August. Gloſſ.

IN illo tempore abijt Ieſus per ſata. Sanctus Auguſtinus, & Gloſſa affirmant, hanc hiſtoriam immediatam eſſe ad quæſtionem factam de Ioanne, vt ſuprà, & ſic continuatam eſſe, & factam in ſecundo anno Chriſti prædicationis mortuo Ioanne. Per hoc ergo tempus procedebat Ieſus per ſata, ſiue ſegetes, ſiue agros ſeminatos frumentis, vt vult Euthym. & hoc autem, vt ait Matthæus, *ſabbato*, Lucas autem *cap.* 6. cùm generaliter dixiſſet Matthæus *ſabbato*, volens ſpecialiter manifeſtare quale eſſet ſabbatum, ſic ait: *factum eſt autem in ſabbato ſecundo primo.* quod

2. *Quid ſit ſabbatum ſecundo primo.*

dictum in tantam poſuit explanatores obſcuritatem, quid ſcilicet intelligatur per ſabbatum *ſecundo primo*, quod Græcè δευτεροπρώτῳ dicitur, vt vſque huc res ſit incognita, immo, vt expoſitores omnes referunt, ſic latuit Gregorio Nazianzeno, vt interrogatus de ſenſu à Hieronymo, (Hieron.) vt refert *epiſt. ad Nepotianum*, verbis illum eluſerit, nil reſpondens. Immo, vt vult Toletus, D. Ambroſius (Tolet. Ambroſ.) ad ſenſum myſticum refugit, ignorans litteralem. Ex quo factum eſt, vt in opiniones diſſecti authores nil certum ſtatuere poſſint. Aliqui putant eſſe octauam diem eorum feſtorum, quæ per octo dies continuabantur, & ſic appellari, quia erat ſabbatum ſecundum primo; nam primus dies etiam ſabbatum dicebatur, ſic Epiphan. aliique (Epiphan.) recentiores. Alij primum diem azymorum, ſic vocatum æſtimant quòd ſecundus eſſet à Paſcha, vt Euthym. & Iſidor. Peluſiota. Alij eſſe ſabbatum (Euthym. Iſid. Peluſ. Theophyl.) quod proximè ſequebatur feſtum aliquod, quod in feriam ſextam incidiſſet. Sic Theophylactus. Alij geminum ſabbatum, hoc eſt, ingeminatum ſabbatum, & quia erat ſabbatum, & quia occurrebat in aliquo feſto. Sic Chryſoſt. *hom.* 40. (Chryſoſt. Maldon. Barrad.) Alij feſtum Pentecoſtes, vt Maldonat. alij aliter, vt videre eſt apud Ianſenium, Maldonat. Barrad. Tolet. *in Luc.* Salmer. Caiet. & alios, quos ſi perlegeris, non claritatem, ſed confuſionem certiſſimè (Tolet. Salmer. Caiet.) inde hauries, mi lector. Hæc quæſtio, ſiue intelligentia huius nominis, vt rectè ait Tolet. *in Luc.* (Tolet.) *cap. 6. Ann. prima, in fine*, nec ad intelligentiam myſterij & ſenſus Scripturæ ſcire neceſſarium eſt. Ideoque ſuperfluum duco multum in ea immorari, & ſic breuitèr ab illa me expediam, ſupponendo aliqua.

3. *Sabbatum dicebatur omne dies feſtus* Ianſen.

Primum eſt, ſabbatum dici non ſolùm ſeptima dies, ſed omne feſtum, in quo ceſſabatur ab opere. quod multis probat Ianſen. & veriſſimum eſt, vt ex multis Scripturæ locis conſtat, vt *Exod.* 12. in feſto azymorum, *dies prima erit ſancta, atque ſolemnis, & dies ſeptima eadem ſolemnitate venerabilis, nil operis facietis in eis, exceptis his, quæ ad veſcendum pertinent.* Quòd autem prima dies ſancta azymorum vocaretur *ſabbatum*, patet *Leuit.* 23. ibi enim prima dies azymorum vocatur *ſabbatum*, nam dies ſequens, in quo manipulus erat offerendus, vocatur *alter dies ſabbati*, res eſt in promptu apud omnes.

4. *Quæ differentia inter dies feſtiuos & ſabbatum.*

Secundum notandum eſt, inter ſabbatum, quod eſt ſeptima dies hebdomadæ, & cætera ſabbata dieſque feſtiuos, hoc intereſſe, vt in iſtis tantùm interdicebatur opus ſeruile, vt conſtat ex loco Exodi ſuprà adducti, non verò præparatio ciborum: at in ſabbato, hoc eſt, die ſeptima, non ſolùm hoc, ſed etiam parare cibos, Exod. 35. *Non ſuccendetis ignem in omnibus habitaculis veſtris per diem ſabbati*, parabantur autem die præcedenti, qui ob id *Paraſceue* dicebatur, immo nec iter agere erat permiſſum.

Ex dictis duo neceſſaria ſequuntur, *primum* quòd iſtud contingit in die feſto, & quòd hoc neceſſariò deberet eſſe ſabbatum, in quo non licebat parare cibos. nam ſuper hoc ſtructa eſt calumnia Phariſæorum, vt mox dicemus. Quale autem fuerit hoc ſabbatum, an quod incidebat in feſto azymorum, an in feſto Pentecoſtes, an in feſto tabernaculorum? ego cum Chryſoſt. Salmer. (Chryſoſt. Salmer. Tolet.) Tolet. aliiſque ſentio fuiſſe ſabbatum quod interuenit in feſto azymorum, quod dicebatur *ſecundo primo*. Tum, quia duplex erat feſtum & per ſe, & quia interueniebat in diebus azymorum. hincque, vt apud Ioan. *cap.* 19. 31. dicebatur, *Magnus ille dies ſabbati*. Tum, quia ſuccedebat primo diei azymorum, qui ſabbatum etiam dicebatur, hinc erat primum ratione ſolemnitatis, & ſecundum ratione ſucceſſionis, & ſic dicebatur *ſabbatum ſecundo primo*.

primo. Amice ſi tibi hæc non placent, exquire meliora, & ſit vt vis.

5. *Marcus cur dixit in ſabbatis.* Battad.

Et ne Marcum relinquamus *cap.* 2. qui dixit in ſabbatis, dicens: *& factum eſt iterum cùm Dominus ſabbatis ambularet per ſata.* quod etiam faceſſit aůthores, breuiter cum Bartada æſtimo, vſum nomine plurali pro ſingulari, quod frequens io Scripturis, ſic 1. Mach. 2. *conſtituerunt aduerſus eos prælium in die ſabbatorum.* boc eſt, in die ſabbati, & rurſum, *non faciamus verbum Regis, vt polluamus diem ſabbatorum,* id eſt, diem ſabbati, & ſimiliter inuenies *Actor.* 16. *&* 13. de qua re ſatis. nunc ad rem.

6. *Cur Chriſtus ambulabat in ſabbato.* Salmer. Chryſoſt.

In ſabbato ergo ambulabat Ieſus per ſata. At cur in ſabbato, & non in altero die? Salmer. ex Chryſoſtom. putat, vt occaſionem daret diſputationi Phariſæorum, & paulatim ſuperſtitionem illorum ſolueret, immo, meo ſenſo, & hypocriſim, excolentes culicem, camelum glutientes, pleni enim dolo adnotabant ex fame diſcipulos colligere ſpicas, eaſque fricare, vt comederent. Sed audi Chryſoſtom. *Quare autem per ſata ſabbato eos ducebat? quia omnia præſcinit, quia volebat ſoluere ſabbatum, volebat quidem. ſed non ſimpliciter, ideoque non ſine cauſa id ſoluit; ſed dans occaſionem rationabilem, vt & legem ceſſare faciat, & legem non offendat, & ideo, vt Iudæos mitiget, naturæ neceſſitatem*

7. *Superiores ſuauiter gubernent, vt Chriſti ſint imitatores.*

præmittit, & hoc eſt quod dicitur, diſcipuli autem. In qua ſententia illud adnotandum, quod alibi ſæpe adnotauimus, ſuauitas ſcilicet Chriſti in gubernando, ſic enim ducebat res, vt erigeret, non frangeret, quod ſummopere in gubernatoribus, & præcipuè ſi Eccleſiaſtici, deſiderandum.

8. *Chriſtus cur extremam neceſſitatem permiſit diſcipulis famis.*

En Chriſtus volebat ſoluere ſuperſtitionem ſabbati, non hoc facit ex abrupto, ſed capta occaſione famis, & extremæ neceſſitatis. nam, vt bene obſeruat idem Chryſoſtom. ideo extremam permiſit neceſſitatem, vt omnino diſcipulos liberaret. Vnde ait, *Quamuis in peccatis quæ manifeſta ſunt, nulla ſit excuſatio, neque enim occidens ad ſuam excuſationem poteſt furorem prætendere, neque qui adulterat concupiſcentiam, ſed neque vllam aliam cauſam; hic tamen famem inducens, diſcipulos ab omni accuſatione*

9. *Neceſſitas extrema quæ.*

liberat. Ex quo colliges extremam neceſſitatem excuſare aliquando peccatum, dummodo ſit verè extrema, & non fictitiè extrema, quæ tunc erit, quando non aliter, nec aliunde mihi ſuccurrere poſſum, & moraliter aliud tempus expectare non licet.

10. *Diſcipulorū fames vnde & ex qua cauſa.*

Diſcipuli autem eſurientes cœperunt euellere ſpicas, & manducare. At quomodo poſſibile, vt ſic fame premerentur diſcipuli, vt neceſſarium illis ſpicas vellere, & comedere, & talis fames, ſic de alimento indigens, vt à peccato illos excuſaret?

Abulenſ.

Aliqui dicunt, vt apud Abulenſ. *quæſt.* 4. fuiſſe miraculoſum à Chriſto volente ſumere occaſionem ſoluendi ſabbatum. Refutatur ab Abulenſ. Nam hæc fames debebat eſſe patens, ſic vt legitimè eos excuſaret apud Phariſæos, at non eſſet, ſi eſſet miraculoſa. Cur hoc appoſuimus? Sanè non abſque ratione, ne putes fruſtrà, & ad pompam tantùm

11. *Neceſſitas extrema debet eſſe patens.*

nos ſcribere, ſed, vt exinde colligas extremam neceſſitatem, cuius occaſione Principes vi, ac violentia populos grauant impoſitionibus, rebus expoliant, ipſoſque Eccleſiaſticos opprimunt, & expilant, & ad Eccleſiarum argentum, aurumque inhiantes, ipſas, ſacroſanctos Dei calices, ac vaſa ſacra inuolarè intendunt, ſub extremæ neceſſitatis prætexto intelligas talem extremam neceſſitatem debere eſſe veriſimilem, patentem, omnium oculis obuiam, non miraculoſam, & abſconditam. Concludendum ergo famem fuiſſe naturalem; at nunc quomodo poterat talis eſſe fames?

Hieron. Beda.

Sanctus Hieronymus & Beda. Quia propter importunitatem, nec veſcendi habebat locum, & ideo, ait, *quaſi homines eſuriebant.* Optimus ſenſus, & verus. nam, vt conſtat ex *Marc.* 6. *num.* 31. nec tempus manducandi habebant; *venite in deſertum locum, & requieſcite puſillum.* ratio autem, *erant enim qui veniebant, & redibant multi, & nec ſpatium manducandi habebant.* Sanctiſſimus Dominus laborem 12.

Domini quietem procurare debent ſeruorum ſuorum.

ſuorum conſiderat, & requiem eis parat. Quid ad hæc domini crudeliſſimi, qui ſeruos ſic premunt, vt nullam eis dantes requiem, nec locum concedunt, nec tempus comedendi. Non ſic Dauid 2. *Reg.* 9. 8. ad Vriam: *Vade in domum tuam, & laua pedes tuos;* immo conqueſtus quòd non iuiſſet. vera ergo erat neceſſitas diſcipulorum, & neceſſitatis vera ratio Hieronymi. cui ſi addas immi- Hieron.

13. *Diſcipuli Domini vitæ auſteriores.*

ſericordiam aliquando illius populi, & præcipuè erga Chriſtum, vt quando in Hieruſalem non habuit qui cum hoſpitaretur, veram colliges eſſe rationem, ex qua ad mores duo colligere potes. *Primum* cum Hieronymo, quantæ auctoritatis erant Domini diſcipulis, vt ad ſedandam famem congruum eis eſſet ſiccum frumentum. Vnde Hieronymus, *Quòd autem ſpicas ſegetum manibus confricant, & in eiſdem conſolantur, vitæ auſterioris indicium eſt, non præparans epulas, ſed ſimplicem cibum quærentium.* Idem.

14. *Quantum Chriſtum diligebant.*

Secundum autem eſt amor, & dilectio diſcipulorum erga Chriſtum, ſic ardens, vt omnium obliti, ſic poſt Chriſtum abibant, vt vſque ad refectionem famis, & virium procederent; *tu autem admirare,* ait Chryſoſtom. *diſcipulos, qui ita erant oppreſſi, & nullam corporalium habebant curam, ſed & contemnebant carnalem menſam, & fame oppugnabantur, nec tamen deſiſtebant à Chriſto.* Ex quibus omnia hæc ad mores eli- Chryſoſt.

15. *Religioſis vita competit auſtera.*

cere potes. *Primum* religioſo viro, auſteritatem competere vitæ, ſi Apoſtolos imitari vult, & virum eſſe Apoſtolicum. *Secundum* religionem

16. *Non in lautam [illegible].*

ingredientes non putare venire ad epulas, nec à Chriſto epulum expectare, ſed famam & ſitim, ac inediam, & à religione ſe expediat, qui delitias in illa expetit. *Tertium* quàm parum Chriſti amantem de his terrenis curare debet, quàm nullam præuentionem facere, quod equidem conſequetur, ſi paucis, ſi ſimplicibus contentus eſſe velis.

Beda. Salmer. Maldon. Barrad.

Phariſæi autem. Lucas affirmat, non cum Domino Phariſæos diſceptaſſe, ſed cum diſcipulis, vnde ait: *Quidam autem Phariſæorum dicebant illis, quid facitis quod non licet in ſabbatis,* Bed. Salmer. Maldonat. Barrad. aliique probabiliter cenſent primò diſcipulos reprehendiſſe Phariſæos. Deinde quaſi de re acta, ad magiſtrum ac-

17. *Phariſæi an cum Chriſto an cum diſcipulis diſputarunt.* Auguſt.

ceſſiſſe, vt violati ſabbati eum reprehenderent, dum illud ſuis conſentiebat diſcipulis, &, vt Auguſt. & cum illo reliqui notant, quòd non accuſant de itineratione, nam parum iter conficere ad millia, ne vel ad duo milliaria concedebatur in die ſabbati, vt videre eſt apud Barrad. qui fusè de

18. *Cur de violatione ſabbati tantum eos accuſabant.*

hac re, neque de ablatione frumenti, quaſi de furto, quia tranſeunter hoc facere licebat dummodo ſecum quidquam non aſportarent, vt Deut. 23. *ſi intraueris ſegetem amici tui, franges ſpicas, & manu conteres, falce autem non metes.* ſed eos accuſabant de euulſione, & confricatione, quia erat quid præparans cibos, quod non licebat in ſabbatis, vt ſuprà dicebamus; ſat dictum. Vnde

bene

Cyrill. bene Cyrillus: *Dic mihi tu cùm in ſabbato tibi menſa proponitur, nónne frangis panes? quid igitur alios reprehendis.* In quo loco velim attendas vnum, Phariſæos non euelliſſe ſpicas, ſi cauſam quæris, quia non ea fame premebantur, qua diſcipuli, & ſi huius rationem expoſcis, quia ſaturi & oppleti Chriſtum ſequebantur, & diſcipulos reprehendunt de violatione ſabbati, qui fama opprimebantur. Quid

19. *Homo carnalis quàm rigidus cenſor ſpiritualis.* hoc? vt attendas amice quàm libenter aliqui ſummam præcipiunt legum obſeruationem, ſcrupulantes vſque ad minima, ipſi ventre oppleti, & omni commoditate Chriſtum ſequentes ſcandalizantur, ſi aliquid relaxantis diſciplinæ in alios viderint, ſæcularis oppletus ſcandalizatur; ſi religioſum comedentem aſpexerit, etiam neceſſaria, ipſi iocantur, & debacchantur, ſcandalizantur, ſi viderit modeſtè ridentem religioſum; ſed iam ſuprà hoc tetigimus. Et etiam velim attendas cum

Salmer. Salmer. quo animo iſti ſequebantur Chriſtum,

20. non, vt ex eius doctrina proficerent, ſed vt verba,

Quo animo Phariſæi ſequebantur Chriſtum. facta, geſtus, paſſus, actiones notarent. *Chriſtum comitabantur*, ait Salmer. *inter reliquam turbam, non quidem vt ab eo quidquam diſcerent, ſed vt obſeruarent eius dicta, & facta*; ſic amice, nunc non omnes vno fine, vno animo ad prædicationem accedunt, alij ob doctrinam, alij ob calumniam, non mirum ergo ſi non proficiant.

Abulenſ. Quærit Abulenſ. quare Phariſæi tantùm, & non alij reprehenderunt Chriſtum? & reſpondet, quia

21. erant periti in lege, quia quæſtio erat de ſabbato.

Quare Phariſæi tantum reprehenderunt Chriſtum. *Nam ſcire, ait, quid liceret ſabbatis facere, & ſcire quod eſſet illicitum, non pertinebat niſi ad peritos in lege, populus autem legem ignorabat.* ergo peritiſſimi in lege tota ſcientia vtebantur ad alios notandos, calumniandos, carpendos inflati, ac ſceleſti. Mentiar

22. *Superbus ſcientificus Phariſæus eſt.* ſi hoc ſuperbum virum ſcientificum non indicat, qui litteris vtitur, & ſtudet, non ad ſe emendandum, ſed ad alios notandus. Quid ex hoc? vt dum

23. accuratiſſimè minima in aliis notant, ipſi in gra-

Seuerus cenſor aliorum actionum in maxima incidet mala. uiſſima decidant. En iſti carpunt diſcipulos, quia in ſabbatis euellunt ſpicas, & ipſi in magno die Paſchatis Dominum occidunt, & in magno die ſabbati in prætorium intrant, cum Pilato negotiantur, milites ducunt, muniunt ſepulchrum, cuſtodias ordinant, omne illicitum in ſabbatis, vnde

Athanaſ. ad rem, & verè Athan. hom. de ſemente, *illi, ait, qui eſum in ſabbato pro crimine obijciebant, ipſi eadem in Dominum ipſo ſabbato moliuntur.* Ex quo illud certiſſimum documentum elicere potes, & ſatis experimentatum, rigidum cenſorem proximorum defectuum ſemper in maiora iuſto Dei iudicio deciſurum.

24. Enimverò duram vindictam de ſtupro Dinæ

Ruben cur cecidit in grauiſſimum peccatum. ſororis accepit Ruben cum fratribus de Sichimis. & paulo pòſt Gen. 35. *ipſe dormiuit cum Bala concubina patris ſui*, quod notans Lippomanus, poſt reprobatam duram vindictam, quia cum Dei offenſa, ſequitur, *quam caſus maioris criminis poſtea vindicauit, cùm eorum maior patris cubile fœdaret longè turpiori ſcelere, quàm Dina* At cur hoc Deus permiſit? *ſinit etiam iuſtitia Dei*, ſequitur idem, *tam zeloſos in aliena peccata vindices turpius nonnũquam peccare.*

25. Immo non ſolùm hoc quando zelus eſt pecca-

Petrus cur cecidit. toris falſus & palliatus, ſed etiam quando eſt hominis ſancti, ſi modum & limitem excedit, vt hoc ſuperiores attendentes ſe contineant in ſupplicijs. *Ioan.* 18 *num.* 10. en tibi Petrus zelo Chriſti *ardens exemit gladium, & percuſſit Pontificis ſeruum.* immo occideret, niſi Chriſtus non iuſſiſſet, vt gladium reponeret in vagina; qualis zelus magis iuſtus? at

quia nimius occiſionem, non emendationem intendens, permiſſus eſt in negationem incidere. Vnde Cæſarius Nazianzeni frater dial. 4. *Putabat Petrus, ait, illos nunquam pœnitentiam dignos habendos benignitate, permittit ipſum cadere Dominus propter percuſſum Pontificis ſeruum.* Sic iſti murmurant, ac rigidè carpunt diſcipulos, quia in ſabbatis ſpicas colligunt ad edendum, & ipſi ſabbatum violant, poſtea Dei filium occidendo. At videamus quid Dominus eis.

At ille dixit eis: Non legiſtis quid fecerit Dauid quando eſuriit, & qui cum eo erant. NVM. 3.

Quomodo intrauit in domum Dei, panes propoſitionis comedit, quos non licebat eis edere, neque his qui cum eo erant, niſi ſolis Sacerdotibus. NVM. 4.

Senſus litteralis, & moralis.

NOn legiſtis. Argumentum à maiori ad minus in diuerſa ac ſanctiori materia, vt rectè adno- 1.

Chriſtus cur Dauid exemplo vſus. tauit Chryſoſt. nam aliquis poterat dicere non eſſe ad rem, quia Dauid non ſoluit ſabbatum. Ad

Chryſoſt. quam difficultatem optimè Sanctus, *In hoc oſtenditur Chriſti ſapientia, quòd aliud exemplum fert ſabbato maius, neque enim eſt æquale tranſgredi ſabbati diem, quod multoties factum eſt, & ſacram illam tangere menſam, quod nulli fas eſt.* Et quia ipſi vt ſcien- 2.

Cur Phariſæos conuincit ex Scriptura, & non miraculo aliquo. tifici ex lege argumentati ſunt, ex lege, & ex eius ignorantia eos arguit, vt rectè Ambroſ. dicens lib. 3. in Luc. *Dominus autem defenſores legis arguit neſcire, quæ legis ſunt, exemplum inducens Dauid.* & noluit per aliquod ſignum illud ſoluere, vt bene adnotat Abulenſ. q. 10. ne putarent diſpenſationem aliquam illos à Deo habuiſſe, & aliàs verè ſoluiſſent ſabbatum, ſed ex Scripturis voluit eos conuincere Apoſtolos non ſoluiſſe ſabbatum, & hoc, vt ait Abulenſ. *ad confringendam eorum ſuperbiam*, qui gloriabantur de Scripturarum ſcientia, probans illos eſſe ignorantiſſimos earum, tanquam qui nunquam eas legiſſent, nec intellexiſſent, vt infrà ex illis verbis patet: *ſi ſcirent quid eſt*, vt *ibi* dicemus. Ex quo duo habes: *primum* ſu- 3.

Hæretici Scripturas neſciunt, & modus illos conuincendi eſt Scriptura vti. perbos, & inflatos ſcientia potius Scripturas neſcire, quàm ſcire, vtpote ſunt hæretici, & aptus modus eos conuincendi non aliter, quàm ex ipſamet Scriptura eos confundere. Crede mihi mi lector, prorſus ſycophantes ſunt Scripturam omnino ignorantes.

Quid fecerit Dauid. Hiſtoria autem 1. *Reg.* 21. 4.

Cur Chriſtus dixit Dauid ab Abiathar petiiſſe panes cùm non ſit, ſed ab Achimelech. *& ſeq.* ſatis nota eſt, ſed circa eam dubium occurrit non vulgare, quod omnino ſoluere eſt neceſſe. Nam 1. *Reg. vbi ſuprà*, oſtenditur Dauid veniſſe in Nobe ad Achimelech, ab illo accepiſſe panes, ab illo de mundicia fuiſſe interrogatum: at Dominus apud Marc. affirmat hoc contigiſſe ſub Abiathar, *quomodo introiuit in domum Dei ſub Abiathar principe Sacerdotum.* Quid Achimelech cum Abiathar?

Caiet. in Marc. affirmat, nullam eſſe diſſonantiam. nam licèt ſub Achimelech illud contigerit, tamen etiam illic erat Abiathar eius filius, qui ideo à Chriſto appellatur princeps Sacerdotum, quia ipſe primus fuit, qui hoc nomine appellaretur; cùm tale nomen non erat antea, ſed incepit à Dauid, qui diſtinxit Sacerdotes per gradus, & vices Caiet.

in ſolemni cultu adhibendo in templo. Huius etiam ſententiæ eſt Beda, à quo eam accepit Caiet, ſed aliam affert rationem, cur Chriſtus potius Abiathar, quàm Achimelech nominauerit, quia ſcilicet notior erat, quàm Achimelech, cùm tempore Dauid fuerit ſummus Sacerdos, ac propterea homo excellentior, quàm pater, & magis in Scripturis nominatus; ſenſus tolerandus, ſed non germanus, & litteralis.

Beda.

Chryſoſt. Euthym.

Verus ergo, & litteralis eſt Chryſoſt. & Euth. binominem fuiſſe Achimelechum & Abiathar etiam appellatum, quod apertiſſimè patet ex Scriptura. nam 2. *Reg.* 8. 17. vbi diſtinctionem officiorum regni Dauid tradit Scriptura, loquens de ſummis Sacerdotibus, ſic ait: *& Sadoc filius Achitob, & Achimelech filius Abiathar erant Sacerdotes.* vbi habes, non ſolùm Achimelech nominatum Abiathar, ſed etiam ipſum Abiathar nominatum Achimelech. Idem etiam habes 1. *Par.* 18. 16. Proprium enim nomé, vt vult Euthym. erat Achimelech. cognomen Abiathar à patre, qui Abiathar dicebatur.

5. *Chriſtus Achimelech cur nominauit Abiathar.*

Cur autem potius Abiathar voluit Dominus illum nominare, quàm Achimelech, totum eſt addiuinare, ſed ſi aliquid fas eſt coniectare, dicerem, vt peccatum Saulis non refricaret, eiuſque improperium occidẽdo Achimelech, ſub quo nomine ponitur eius interiectio. Vnde eius honori conſulens benignus Dominus eo nomine voluit nominare, quòd relatum ad filium principem Sacerdotum, eum honoraret, Saulem non infamaret, vt videas quàm attentus erat Chriſtus famæ proximorum ac honori Principum etiam malorum, vt exinde docearis contra proximũ non murmurare, contra Prælatos, ac principes os non aperire.

6. *Dauid quomodo dicatur ſolus & aſſociatus veniſſe ad Achimelech.*

Secunda etiam quæſtio circa hunc locum ſuboritur. Nam primo Regum videtur Dauid ſolum acceſſiſſe ad Achimelech, vnde ad eũ Achimelech, *Quare tu ſolus es, & nullus tecum.* Dominus autem facit Dauid aſſociatum, & cum ſociis comediſſe. At facilis eſt reſponſio. Verè Dauid principio ſolum ſtetiſſe coram Achimelech: at poſtea cum ſociis comediſſe panes, quod ſciuit ipſe Abimelech, cùm ei Dauid dixerat; *nam & pueris condixi in illum, & illum locum.* Et poſtea, cùm vellet dare panem, petiuit. *ſi mundi ſunt pueri.* Vnde conſtat, nil diſcrepantiæ eſſe inter locum Reg. & Domini Euangelium.

7. *Panes propoſitionis qui.*

Panes propoſitionis comedit. Hi panes erant duodecim, dicebantur propoſitionis, quia ob Dei honorem, eiuſque reuerentiam ante ipſum proponebantur. Ex quo etiam dicebantur *panes facierum*, qui erant duodecim, eo quòd duodecim eſſent Tribus Iſraël, non poterant coqui extra clibanum. erant in menſa ſita ad partem Aquilonarem, in qua in duobus ordinibus ſeni & ſeni reponebantur. Mutabantur ſingulis ſeptem diebus recentibus ſuperuenientibus, quod erat ſingulis ſabbatis, formabantur à Sacerdotibus, ac ab ipſis coquebantur ſub pœna mortis laicis interdicta eorum formatio, licèt ab iſtis farina offerebatur, quæ omnia diffusè habes apud Abulenſ. quæ nos breuiter hìc inſeruimus.

Abulenſ.

8. *Cibi varij Iudæorum, & à quibus veſci licebat.*

Quoad eſum autem adnotandum, apud illam gentem aliquos fuiſſe cibos, qui communes dicebantur, & de iſtis omnibus veſci licebat; alios, quibus mundi tantùm, etiamſi laici, vt pars hoſtiæ pacificæ. Alios quibus tantùm mundis Sacerdotibus, & iis qui de eorum familia, vt *Leuit.* 10. Alios tandem quibus Sacerdotibus tantùm, & eorum filiis mundis erat licitum comedere, & tales erant panes propoſitionis. Alios demum ſolis Sacerdotibus veſci licitum erat, vt pars hoſtiæ ſacrificij pro peccato, vt habetur *Leuit.* 6. *&* 10.

At ſciendum, quòd omnis ſanctitas quæ erat in cibis iſtis, pendebat ex ſola voluntate legiſlatoris, ex quo fiebat, vt in extrema neceſſitate poterat Sacerdos diſpenſare, nam opus miſericordiæ in tali caſu erat de iure naturæ, quod ius perferendũ puris præceptis poſitiuis. Hinc Achimelech audita extrema neceſſitate petiuit de immunditia, vt ei eius intuito etiam circa hanc diſpenſaret.

Ex dictis manifestè conuincuntur Phariſæi, nam tantum præceptum erat, immo maius laicis, & inſuper immundis non manducare de pane ſanctificato, quo veſci non licebat niſi Sacerdotibus, quantum non parare cibos in die ſabbati, ſed neceſſitas famis excuſauit Dauid à peccato in caſu maiori, cur non liberabit diſcipulos in caſu minori? leges enim non ſunt inſtitutæ ad perniciem, ſed ad ſalutem hominum, idcirco vbi graue eſt horum diſpendium, obſeruandæ non ſunt. nam, vt ait Bernard. lib. de præcepto & diſpenſatione, *quod pro charitate inſtitutum eſt, contra charitatem militare non debet.*

9. *Leges contra charitatem militare non debent.* Bernard.

Ex dictis, vt vides, Dominus ab omni peccato liberauit diſcipulos ratione neceſſitatis extremæ, quæ abſoluit ab omni lege, & quæ ſimiliter facit res communes. Quæ autem ſit talis neceſſitas extrema, & quomodo diſtinguatur in abſolutam, & conditionatam, ſeu naturæ, & perſonæ, vel ſtatus. & quid neceſſe ſit vt dicatur extrema, conſule Abulenſem *hic c. 6. q. 34. & 50. in fine*, & omnium meliùs Vaſq. *in opuſculis, opuſc. de eleemoſyna.* Ex quibus conſtat neceſſitatem Dauid fuiſſe abſolutam, & neceſſitatem naturæ ad ſuccurrendam vitam, & inſuper fuiſſe etiam neceſſitatem ſtatus, ſiue perſonæ, quatenus tenebatur ad ſubueniendum ſuos.

Abul. Vaſq.

10. *Neceſſitas extrema duplex, abſoluta & conditionata.*

libenter de hac re ſcriberem cùm his temporibus ſub prætextu neceſſitatis extremæ, totum penè videam reuolutum orbem, ſicque vt iam nullum ſit, qui dominium obtineat rerum, immo nec corporum, cùm omnia aſſerant eſſe Principum, & inſuper nulla ſit iam exceptio rerum Eccleſiaſticarum ſub prætextu, vt dixi, neceſſitatis extremæ, vnde operæ pretium me facturum ſperarem, ſi de ea dicerem, oſtenderemque qualis illa, quãdo erit, quibus ſignis iudicanda, an & quibus conſtare debeat, quis eius iudex, quando quis tenetur ſuccurrere, an dare, hoc eſt, donare, an mutuare tantùm, & conſequenter, an accipiens, deueniens in pinguiorem fortunam, teneatur reſtituere, nec ne? & his ſimilia. Sed re vera, cùm res ſit extra Scripturæ expoſitionem, conſultò eam prætermitto. Sufficit tantùm ſcire neceſſitatem Dauid fuiſſe extremam, & ſimiliter diſcipulorum. Nam, vt bene Vaſq. *vbi ſuprà dub.* 3. non tantùm eſt neceſſitas extrema, quando imminet mortis periculum, hoc eſt, quando quis eſt ſpiritum emiſſurus, vel de ſalute deſperatur, ſed quando probabilia ſunt ſigna talis euenturæ neceſſitatis, aut timetur probabiliter, non imaginariè, aut fictitiè. Nam, vt ait Abulenſ. vbi ſuprà q. 34. *interdum nulla eſt neceſſitas, nec abſoluta, nec conditionata, & indicant aliqui eſſe neceſſitatem conditionatam,* hoc eſt, ſtatus perſonæ, qui prudentiſſimè aſſignans quemlibet poſſe eſſe iudicem ſuæ extremæ neceſſitatis, *niſi ſit auarus,* ait, *quia auaritia indicat illud etiam eſſe neceſſarium, quod omnino eſt ſuperfluum*, de qua re ſatis.

11. *Quando erit extrema.*

Neque his qui cum eo erant. Ad quid hoc addit Dominus?

Caiet. Dominus: Sanè reſpondet Caiet. ne fortaſſe dicerent licuiſſe Dauid comedere, quia erat Propheta, quod quamuis nullius eſſet negotij, cùm nec vt ſic ei fuiſſet licitum, tamen vt omne præcluderet effugium, addidit dicta. nam ſocij eius non erant Prophetæ. Vnde ad rem ſatis Chryſoſt. *Nec poteſt reſponderi quòd Dauid Propheta erat, quia nec propter hoc ei licebat, tanto amplius autem diſcipulos ab accuſatione liberat, quanto maior inuenitur qui hoc fecit, ſed etſi Dauid Propheta erat, non tamen qui cum ipſo erant.* Sic totus erat Dominus ad iſtos conuincendos; immo nec hoc exemplo factus ſatis, apponit alterum, ductum, vt ait Caiet. ex ſeruitio diuino. Vnde ſequitur, (Chryſoſt.)

NVM. 5. Aut non legiſtis in lege, quia ſabbatis Sacerdotes in templo ſabbatum violant, & ſine crimine ſunt.

NVM. 6. Dico autem vobis, quia templo maior eſt hic.

NVM. 7. Si autem ſcieritis, quid eſt, miſericordiam volo, & non ſacrificium, nunquam condemnaſſetis innocentes.

NVM. 8. Dominus enim eſt filius hominis etiam ſabbati.

Senſus litteralis, & moralis.

Chryſoſt. 1. *Chriſtus quã terribiliter arguet in die iudicij.* QVia ſabbatis Sacerdotes in templo ſabbatum violant. Eleganter Chryſoſt. adnotat ſolertiam diuinam Domini in arguendo dum ſic breuibus; nil graue reliquit in argumentu, quod non notaret legem præcipientem, perſonas Sacerdotum, tanquam qui debebant maximè ſabbatum colere, locum in templo vbi maximè oportebat coli ſabbatum, rem ipſam docens *violant*, quod eſt plus, ac ſi dixiſſet, non obſeruant. Ex quo infertur terribilitas eius in die iudicij, quando malos arguet, ſic enim eos conuincet, ſic arguet, vt nil intactum relinquet graue, quod oculis eorum non opponet. At quomodo dicuntur violare? non equidem formaliter, vt ſic dicam, ſed materialiter, quatenus, vt bene Caiet. opera ſeruilia ex ſe exercebant: *Immolantes victimas*, vt ait Hieron. *cædentes tauros, holocauſta ſuper lignorum ſtruem incendio concremantes, & iuxta alterius Euangelij fidem circuncidentes paruulos in ſabbato.* Et pulchre dicit, *aut non legiſtis in lege.* nam illa omnia ex lege faciebant, quæ præcipiebat illa offerre. ergo etſi erat lex de non ſoluendo ſabbato, nec in illo operando, equidem hoc nõ debebat intelligi de illis operibus ad diuinum cultum deſtinatis, dum de iſtis erant leges, vt etiam in ſabbatis fierent, ſed de aliis. nam, vt ait Hieronym. *Nunquam leges Dei ſibi contraria ſunt.* in quo acutè obſeruat Sanctus, ſicut priùs exemplo Dauid diſcipulos excuſauit, ſic nunc hoc altero exemplo calumniam in ipſos refert, ipſi quotidie ſoluebant in templo ſabbatum, & non putabant peccare, quia quæ fiebant in ſabbato, erant ad cultum diuinum deſtinata. Quomodo ergo calumniabant diſcipulos, qui ob ſequelam Chriſti, qui maior erat templo, ſoluebant ſabbatum in neceſſitate, ſpicas euellendo. Hinc, vt omnino eos concludat, ſequitur, (Caiet. — 2. *Sacerdotes quomodo dicebantur ſabbatum violare.*)

3. *Quid ſignificet particula hic.* *Quia templo maior eſt hic.* Particula *hic*, non eſt pronomẽ, ſed aduerbium, hoc eſt, *hoc loco*; Hieron. putat locum intelligendum eſſe, in quo quatenus ibi erat Chriſtus, maior erat templo. At vera ſententia eſt Theophylact. & Euthym. Maldonat. & aliorum, ipſum Chriſtum intelligendum eſſe exiſtentem in illo loco maiorem templo. Senſus ergo eſt: ſi diuinus cultus & templum facultatem præbent operando in ſabbato, & illud violare Sacerdotibus, quanto amplius hoc erit permiſſum diſcipulis meis, qui ob famulatum meum, & meam ſequelam, qui maior ſum templo hoc, faciunt neceſſitate famis compulſi. (Hieron. Theophyl. Euthym. Maldon.)

Ex dictis optimè eruit Maldon. veriſſimam eſſe opinionem Theologorum non violari feſta, cùm ea fiunt quæ ad eius celebrationem pertinent, & quæ alio tempore fieri non poſſunt, vt altaria præparare, ipſa templa mundare, & multò minus quando ſpiritualia opera exercentur, quæ omnia quatenus ad cultum diuinum deſtinata, ob id feſta non ſoluuntur, quod veriſſimum. Ex qua regula habes à contrario ſenſu, qualia opera ſoluunt dies feſtos, nempe illa quæ ex ſe ſeruilia ad cultũ Dei non ſunt deſtinata. Ex quo vide, an comœdias recitare, & bacchanalia exercere in diebus feſtiuis ſit feſta ſanctiſſima ſoluere, an non. Et notandum Chriſtum diſcipulos à peccato liberare ex neceſſitate primùm, deinde ex ſanctitate operis quatenus illi inſeruiebant; nunquid eos excuſaſſet, ſi abſque neceſſitate ſpicas euellerent, & inſuper non ob ipſam, ſed ob gulam, & ventri ſatisfaciendum? ipſi viderint, qui talia agunt in feſtis. Idem. 4. *Quæ opera licita in diebus feſtiuis, quæ illicita.*

Si autem ſciretis. hoc eſt, tertium argumentum deſumptum ex authoritate Scripturæ *Oſeæ* 6. in quo adnotandum cum Salm. bis ſe Dominum hoc teſtimonio defendiſſe. primò ſuprà 9. cõtra calumniam quòd cum publicanis manducaret ob eorum conuerſionem; nunc quia diſcipulis permiſit ſpicas vellere, ibi ob bonum & opus ſpiritnale, hîc ob opus & miſericordiam corporalem, quia plus valet apud Deum miſericordia etiam corporalis, quàm ſacrificium. nam, vt bene Caiet. miſericordiam, vtpote animi virtutem, vult ob ſe, ſacrificium autem, vtpote opus corporale, non vult ſecundùm ſe, quod quomodo intelligatur ſuprà expoſuimus *cap.* 9. Salmer. 5. *Miſericordia corporalis amplius Deo accepta, quã ſacrificium.*

Hoc argumentum, vt bene adnotat Caiet. adduxit Dominus ad confirmationem prioris exempli Dauid præoccupando inſtantiam eius. nam poterant reſpondere quòd Dauid fecit diſpenſatiuè factum, diſpenſationes autem non ſunt adducẽdæ in exemplum; præoccupat autem. nam quod Achimelech fecit, non tantum fuit diſpenſatio, quantum opus miſericordiæ, quod prætulit ſacrificio, hoc eſt, panibus ſanctis oblatis, cùm rectè iudicauit in illo caſu præfendum opus miſericordiæ, ſubueniendo famelicis, ſacrificio, id eſt, obſeruationi, & præcepto non manducandi laicis facto de panibus propoſitionis; ſimiliter nunc ait, *ſi ſciretis*, hoc eſt, ſi penetraſſetis dictum Dei ad Prophetam, hoc eſt, *miſericordiam volo, & non ſacrificium*, non condemnaſſetis innocentes diſcipulos meos. *Quoniã intelligeretis*, ait Caiet. *opus miſericordiæ preferẽdũ eſſe præceptis cærimonialibus ſacrificiorũ & ſabbatorũ.* Caiet. 6. *Quare hanc ſententiam adduxit Chriſtus.*

Dominus enim eſt filius hominis etiam ſabbati. Marcus aliam afferens rationem ſic ait, *& dicebat eis: Sabbatum propter homines factum eſt, & non homo propter ſabbatum; itaque Dominus eſt filius hominis etiam ſabbati.* Abulenſ. faciens ly *itaque* particulam illatiuam pro filio hominis ſumit quemlibet hominem, quaſi dicat, ait, cùm ſabbatum ſit propter hominem, & non è contra, *ita quilibet filius hominis, vel quilibet homo, dominus eſt ſabbatorum, quia poteſt ex legitima cauſa in illo operari.* Non eſt ſenſus improbandus, ſed à communi om- Abulenſ. 7. *Verus ſenſus horum verborum.*

nium ſenſu non eſt diſcedendum,ſcilicet pro filio hominis ſe ipſum intellexiſſe Dominum; reſpondens tacitæ obiectioni,vt vult Caiet.nam putorant reſpódere authoritate legis illud facere Sacerdotes.cui rationi reſpondens ait,etſi Sacerdotes violabant ſabbatum authoritate legis,Apoſtolos illud authoritate ſua,qui quatenus Deus Dominus erat ſabbati,ſic Euthym.Theophylact.Remig.& alij.

Euthym. Theophyl. Remig.

8. *Christus quantus iit ſuos defendendo.*

Ex dictis vnum colligere,& verè admirandum, quantum ſcilicet Dominus noſter ſentit & eum púgit calumnia contra ſuos,qui verè illi inſeruiũt, quantuſque ſit in illis defendendis , vt nunquam videatur quod fiat ſatis, niſi ad vltimũ perueniat, vltra quod non amplius progredi poteſt. Attende, primùm defendit Apoſtolos exemplo Dauid, quod certè ſatis eſſet , vt eos ab omni excuſaret peccato.at hoc non fuit ei ſatis,niſi & aliud adduceret exemplum amplius diuinum , quo , vt diximus, non ſolùm diſcipulos defendit , ſed accuſationem retorqnet in ipſos Phariſæos,nec hoc factus ſatis , ignorantiæ eos taxans ex authoritate Scripturæ voluit eos conuincere ; probans ex illa innocentiſſimos eſſe ſuos, & tandem nec his ſatis ad vltimum deuenit, pandés ſcilicet ſe eſſe Deum, qui illud diſpenſabat tanquam Dominus ſabbati, quaſi diceret, eſto nihil valeant quæ adduxi, quid inde?ſum Deus,ſum Dominus ſabbati, qui ſic volo,ſic iubeo. Et ſi conſideres quantum periculum ſubibat ſe Deum pandens , vtpote anſam præbens Phariſæis eum vt blaſphemum condemnandi, quod equidem ſummopere appetebant , colliges

9. *Quanta ſecuritate iſti dormire poſſint ſuam proyciendo curam in Christum.*

quanta ſollicitudine ſit in ſuos defendendo ; dum nil ſuæ ſanctiſſimæ æſtimat periculum vitæ,dummodo ſuos defendat.Ex qua doctrina duo ſatis ad tem colligere potes:*primum*,quanta ſecuritate Dei ſerui dormire poſſunt in medio calumniatorum, dum talem,ac tantum certiſſimum habent defenſorem, & ſecundùm quam ſollicitus eſt Dominus vt ſuos defendat , quamque durſſimè ſentit calumniam ſuorum , dum ſic acriter contra calumniantes inuehit,vt nunquam ei videatur ſatis eſſe, ſed ſemper magis inſtat donec omnino eos perſunder,oſtentans ſe Deum.

10. *Peccatum Dathan & Abiron quale,& cur tam arduè à Deo punitum.*

Enim verò, peccatum Dathan & Abiron , non aliud fuit , quàm calumniæ contra Moyſem & Aaron dum factum Dei ordinantis in Sacerdotem Aaron , ipſi Moyſi aſcribentes,vanitatis, ac ſuperbiæ eum notarunt,vnde ad eum Num.16.n.3. *Cur eleuamini ſuper populum Domini?* At quo modo Deus hanc calumniam vindicauit?parum fuit cognatos ac parentes eorum flammis abſorbere,niſi rem in conſuetam faceret,terram ſcindens,vt & viuos eos deglutiret ;*ſi conſueta hominum morte interierint*, ait Moyſes,*& viſitauerit eos plaga qua & cæteri viſitari ſolent , non miſit me Dominus. Sin autem nouam rem fecerit Dominus , vt aperiens terra os ſuum , deglutiat eos,& omnia quæ ad illos pertinent,deſcenderintque viuentes in infernum , ſcietis quia blaſphemauerint Dominum.* Pondera ſingula , & obſtupeſces ſupplicium,terræ ſciſſionem, deglutionem non tantùm eorum, ſed & omnium ad eos pertinentium, tandem non ſubitam mortem,ſed vt amplius tormentatentur , vſque ad infernum viui deſcenderunt ſemper in tormentis. Cur ſic , & tantum Dei in his ſuppliciumque miteris. Moyſem ſanctiſſimum ſunt calumniati, qui ſub vmbra Dei manens non tantum illum , quantum ipſum calumniati ſunt

Olympiod.

Deum.*Iuſti ſapienteſque homines*, ait Olympiodor. Eccl.19.*vnà cum operibus ſuis ſub vmbra Dei,& protectione ſua dextera conquieſcunt ; neque enim permittit Deus illos potentium viribus deuaſtari*,immo,vt dixi, ſic accipit ſuorum calumnias , vt ſuas eas reputet blaſphemias , quod notandum in Moyſis dicto: *ſcietis*,ait,quia *blaſphemauerint Dominum*.Si in omnibus verbis quæ Dathan , & Abiron dixerunt, blaſphemiam contra Deum reperies, mentiar, nullam prorſus inuenies, immo, vt ſic dicam, potiùs in Deum reſpectum , quod patet ex illis verbis,*omnis multitudo Sanctorum eſt, & in ipſis eſt Dominus*, quaſi dicerent , ſic à cæteris ac à vobis coli poteſt Dominus ſanctus ; cur ergo vos ſupra cæteros eleuamini , & ſacerdotium arripitis ? quod cùm ſit,vnde blaſphemia contra Dominum?Sanè, quia Deus pro ſua blaſphemia reputat calumniam ſuorum,iſti enim opus Dei,hoc eſt,Aaronis Sacerdotium tribuerunt calumnioſè Moyſi.Quod cùm in grauem Iniuriam cederet Moyſis , ſic duriter illud Deus accepit , vt ſuam reputans calumniam amici,& ſuam blaſphemiam,viuos eos deſcendere fecit in infernum , vt videas quantum ſit Deus in vindicandis iniuriis ſuorum, vt ſuas eas dicat , & vt blaſphemias iudicet. Ex quo non miraberis, ſi tantum fuerit nunc in Apoſtolos defendendu.

11. *Deus ſuorum calumniam ſuam reputat blaſphemiam.*

Vltimò tandem aduerto Chriſtum ſic acriter defendiſſe Apoſtolos , quia toti erant in eius obſequium , & extremam patiebantur neceſſitatem ob illum , vt bene aduertit Chryſoſt. dicens : *niſi malo inedia nimirum vexarentur , nunquam certè in ſabbato illud feciſſent* , vt ex hoc intelligas illos Chriſti defenſionem mereri ; qui totaliter illum ſequuntur, qui omnium obliti, nilque curant, ni de ſolo Chriſto, tandem qui ob illum in extrema ſunt neceſſitate, aut famis, aut honoris, aut vitæ, quod dixi, ne reputes talem Chriſti curam mereri ſtertentes,ac crapulæ indulgentes,& ventri.

Chryſoſt.

12. *Qui in Christi ſpecialem curam & defenſionem merentur.*

Et cùm inde tranſiſſet,venit in ſynagogam eorum. Nvm.9.

Et ecce homo manum habens aridam, & interrogabant eum , dicentes : Si licet ſabbatis curare ? vt accuſarent eum. Nvm.10.

Ipſe autem dixit illis : Quis erit ex vobis homo , qui habet ouem vnam , & ſi ceciderit hæc ſabbatis in foueam , nonne tenebit & leuabit eam? Nvm.11.

Quanto magis melior eſt homo oue? Itaque licet ſabbatis benefacere. Nvm.12.

Tunc ait homini : Extende manum tuam. Et extendit,& reſtituta eſt ſanitati ſicut altera. Nvm.13.

Senſus litteralis, & moralis.

ET *cùm inde tranſiſſet* , &c. Poſt præcedentem quæſtionem,& factum altero ſabbato, vt expreſsè ait Luc.cap.6.*factum eſt autem, & in alio ſabbato*.ſequitur, quod hic Matthæus,Marc. & Lucas narrant. Vnde bene obſeruat Maldon.non minus Chriſtum occaſionem quærere, vt iniuſtè accuſaretur , quàm illi vt accuſarent, ideo & in ſabbatu curat,*vt exinde*, ait Maldonat. *anſam caperet eos docendi,, atque obiurgandi* , defenderat prius diſcipulos contra Phariſæos euellentes ſpicas, probans ex illa actione ipſos non ſoluere ſabbatum, nunc quaſi non factus ſatis , volt ipſum operari in ſabbato,ad hoc vt directè contra ipſum calumniam ſtruant,ſic cómuniter vult cum ſuis tractari, ſic eum illis affligi & calumniari, ſic cum illis, vt

Maldon.

1. *Christum coniunct calumniarum & cum ſuis affligi.*

ſic

ſic dicam, crucifigi, vt non in alia die, ſed in ſabbato voluit operari, vt etiam directè contra ipſum ſe erigant homines perfidi: *poſtquam Dominus*, ait

Theophyl.

Theophylact. in Marc. *Iudæos, qui diſcipulos accuſauerant quòd ſpicas ſabbato euellebant exemplo Dauid confudit, nunc autem amplius ipſos ad veritatem reducens miraculum in ſabbato operatur, oſtendens, quòd ſi operari ſabbato miracula in ſalutem hominum pium eſt, non eſt malum in ſabbato neceſſaria corporis operari.*

Et ecce homo manum habens aridam. dexteram

Hieron.

2\. *Homo manu arida erat cementarius.*

ſcilicet, vt habet Lucas, & vt affirmat Hieronymus ex Euangelio Nazaræorum erit homo cæmentarius, qui maximè illa manu indigebat, vt videas extremæ indigentiæ ſemper Deum ſuccurrere, etiam ſi miraculis opus ſit.

Et interrogauerunt eum. Marcus autem & Lucas non dixerunt eos interrogaſſe Chriſtum, ſed tantùm obſeruaſſe, ſi in ſabbato curaret, vt inuenirent vnde accuſarent eum, & Dominum poſtea illos

Auguſt.

interrogaſſe, *ſi licet ſabbatis*. Sanctus Auguſtinus *lib. 2. de conſ. Euang. cap. 35. tom. 4.* affirmat prius Phariſæos Dominum interrogaſſe, vt hîc affirmat Matth. & Dominum poſt talem interrogationem mandaſſe homini, vt ſurgeret in medium, & poſtea ipſum Phariſæos interrogaſſe, ſi liceret ſabbatis bene facere, an malè, vt ait Marc. & poſtea alteram quæſtionem illis propoſuiſſe, de oue ſcilicet, quam tradit Matthæus. Interrogauerunt ergo. at qua in-

3\. *Phariſæi qua intentione interrogauerunt Chriſtum*

Chryſoſt.

Abulenſ.

tentione? *non vt addiſcant*, ait Chryſoſt. *ſed vt accuſent eum* Sed hîc notandum ex Abulenſ. *q. 32.* qui ex Hilario affirmat quòd poſſibile vt ipſi Phariſæi hunc hominem in ſynagogam adduxerint, vt ex illo occaſionem acciperent calumniæ contra Chriſtum, ſi eum ſanaret, & ſi petis cur eum interrogant cùm ex facto poterant calumniari, reſpondet Chryſoſt. vbi ſuprà, *Quia per verba volebant captionem inuenire, maiorem copiam argutiorum ſibi præparantes.* Ergo ſtando in opinione Hilarij,

4\. *Deus malitia humana vtitur ad benefaciendum.*

ſcilicet quòd iſti hunc hominem adduxerunt in ſynagogam, vt occaſionem ſumerent calumniæ; habes quomodo Deus malitia vtitur humana ad benefaciendum, iiſdemque mediis hominem ſaluans, quibus illa vtitur, vt eum perdat. En Phariſæorum malitia, hunc hominem in ſynagogam trahit ad Ieſum perdendum, & Ieſus eorum malitia vtitur ad illum ſanandum, ſic inſipiens eſt homo, ſic miſericors Deus.

Ipſe autem, vt ait Lucas, *ſciens cogitationes eorum*, ſcilicet qua intentione eum interrogabant, ait homini, *ſurge, & ſta in medium.* Duo hîc cõſideranda. *Primum* zelus & liuor Phariſæorum. *Secundum* beneuolentia & Chriſti manſuetudo, vt obſtupeſcas ex primo, Deum extollas ex ſecundo; & vt ali-

5\. *Homo quàm durus quãdo in reprobum dat ſenſum bonum facit malum.*

quid de primo dicam, admirari libet, quando homo in reprobum dat ſenſum, quo modo ex ipſo flore venenum elicit, cùm deberet mel, & quando malum non reperit quod arguat, arguit bonum, & ipſum malum facit, non aliunde, niſi quia vult, vt ſit malum. Principes & ſatrapę Darij Regis, ex inuidia, ac maleuolentia quærebant aliquid contra Danielem *ex latere Regis*, cap. 6. n. 5. vt eum accuſarent, & cùm nil inueniſſent, dixerunt: *non inueniemus Danieli huic aliquam occaſionem, niſi fortè in lege Dei ſui.* Quid hoc? nunquid ſenſus niſi fortè aliquod peccatum contra Deum ſuum dum contra Regem inuenire non potuimus? nil minus, ſed Dei ſeruitium, Dei cultum, Dei adorationem pro occaſione intelligebant, malum ipſum bonum iudicantes, & vt eſſet malum; quid? committatur alterum, fiat contra omne ius diuinum & humanum,

vt per triginta dies nil petatur à Deo niſi à Rege; 6.

Inuidia tollit ius diuinum & humanum inuertit.

etiam Regi impoſſibilia. Quid? nunquid Rex ægroto conferre poterat ſalutem, aut mortem eripere ab aliquo? aut pluuiam neceſſariam dare? nil horum inuidia ac maleuolentia penſitabat, ſed tantùm, vt bonum facerent malum, & ob illud innocentem condemnarent, vti factum, dum in lacum leonum, quia Deum ſuum orabat, miſerunt Danielem, obſeruantes, *& curioſius inquirentes*, vt ait Scriptura, *inuenerunt Danielem orantem, & obſecrantem Deum ſuum.* Et quia orat moriatur, vnde talis inuerſio, vt ob bonum debeat, occidi innocens, & oratio ſic malum ſit, vt digna ſit morte? & qualis hæc intellectus cæcitas? ne mireris, erant inuidi, erant mali, quærebant occaſionem ex ipſo bono; ſi cauſam quæris, quia, vt ait Chryſoſt. Chryſoſt.

ſerm. 32. *ſemper offendunt bona malos, pia impios, ſancta prophanos.* quid inde? *vt ad infamiam iudicis, & nequitiam conditoris quæratur de cura crimen, de pietate accuſatio, reatus de virtute, de ſalute ſupplicium.* Hoc ipſum premens Phariſæorum faſtum, ait Sanctus. Quid iniquius, quàm obſeruare Chriſtum, non ſi aliquod parat malum, ſed ſi ſalutem confert, etiam miraculoſam. Vnde ipſum faciebant malum miraculum. Si cauſam quæris; quia fiebat in ſabbato oratio Danielis mala, quia fiebat intra triginta dies miraculum Chriſti malum, quia fiebat in ſabbato; peiores in hoc quàm Gentiles illi: nam iſti tantùm orationem, at perfidi Phariſæi ipſum orationis effectum, vt videas quando 7.

Chriſtianus obſtinatus peior, quàm Gentilis.

Chriſtianus in reprobum dat ſenſum, peiorem fieri, quàm Gentilem.

Hinc meritò talis aſtutia, talis humana ſapientia appellatur à D. Iacobo c. 3. n. 15. *terrena, animalis, diabolica.* Terrena, quia nil ſapit deſurſum, animalis, quia procedit ſine ratione diabolica, quia tota ad decipiendum. At ex quo fit talis? Sanè, quia 8.

Sapientia terrena vnde ſit diabolica.

zelo repleta amaro, & contentione eſt mendax aduerſùs veritatem, vnde ait Apoſt. *Quòd ſi zelum amarum habetis, & contentiones ſint in cordibus veſtris, nolite gloriari, & mendaces eſſe aduerſùs veritatem* Quid eſt eſſe mendacem aduerſùs veritatem? 9.

Quomodo homo eſt mendax aduerſùs veritatem.

S. Thom. Carthuſ. Beda.

S. Thom. & Carthuſ. *Contra ipſam veritatem ſimulando eam, externis ſcilicet ceremonijs, & verbis*; ſicut iſti contra Chriſti veritatem, & bonitatem ſuam opponebant fictitiam de obſeruatione ſabbati; at magis ad meum ſenſum Beda, quaſi dicat, ait: *nolite eſſe mendaces poſt agnitam veritatem, illam facientes malam, & contra ipſum veſtrum ſenſum bonum dicentes malum.* Egregiè: ille eſt mendax, qui aliter profert quod ſentit in corde; ergo qui cognoſcit veritatem, & aliquid eſſe bonum, & tamen dicit eſſe malum, nónne contra ipſam veritatem eſt mendax? at vnde hoc? Sanè, quia in illis zelus eſt amarus, hoc eſt, falſus, inuidus, vti erat iſtorum contra Chriſtum, obſeruantes eum ſi ſanaret, vt accuſarent, immo audentes, vt noſter ait Euangeliſta, impudentiſſimè ab illo petere; ſi licet *ſabbatis curare.* Duo velim, amice, vt ex hoc facto eruas. *Primum*, ad qualem cæcitatem & impudentiam paſſio inuidiæ hominem allicit, vt ipſum bonum dicat, & 10.

Inuidia in quantam cæcitatem & frontoſitatem reducit homines.

iudicet malum, & inſuper ſic vecordè, ſtupidè, & impudenter, vt frontosè de illo arguant. En iſti ex inuidia volebant eſſe malum curare in ſabbatis, & ſic hoc frontosè, vt audacter de illo Chriſtum interrogarent. *Secundum* autem quod eruere potes, deſperare de iuſtitia, dum iudices videas paſſione 11.

Reſpublica perit vbi iudices paſſione pleni.

plenos, & actum eſſe de illa Republica, deque iuſtitiæ vero iudicio, quando iudices pleni ſunt dolo ac paſſione.

12. *Chriſtus quo fine iuſſit hominem, vt ſurgeret in medium.*

At quid Chriſtus contra talem vecordem paſſionem, ait enim homini, *ſurge in medium.* Quo fine huic iubet vt ſurgat, vt ſtet in medium? Cyrill. *vt incitaret ad pietatem crudelem Phariſæum, & ipſa paſſio flammas mitigaret liuoris.* En bonitas Chriſti; en Dei præcellens miſericordia ipſi toti ad perdendum Chriſtum, Chriſtus totus ad eos ſaluandos, non valebat ex virtute, & bonitate eius eos conuincere procurat ſaltem ſi ex compaſſione hominis, ſi ex commiſeratione naturæ, ſi ex miſeria proximi ad ſe ipſos redirent; quis non miſereretur cæmentarij, qui ſua arte viuebat, inſtrumento artis priuati, manu ſcilicet dextera, vnde ad vltimam miſeriam deuenrus ſtipem petere cogebatur. At nil minus ſic potens eſt inuidia ſemel ac cor poſſederit. nam eius quippe eſt naturæ, vt ſicut triſtatur de proximi bono, nunquam tamen de proximi malo.

13. *Inuidia nunquam triſtatur de malo, bene autem de proximi bono.*

Enimverò *Ioan. 2. num. 15.* Dominus *cum feciſſet flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo*, verberibus, ac plagis eos foras detrudens. Quod cùm ſic malè eos tractaſſet, & præſentes alerent Phariſæi, ac Scribæ, nil graue in illum molierunt, nulla eum affecerunt iniuria. at ſi attendis hîc, vt paulo pòſt dicemus, ex homine ſanato *conſilium fecerunt vt eum perderent.* Cur hîc volunt perdere, ibi nolunt, immo nec vnum tantùm verbum malum ei dicunt, niſi vt oſtenderet ſignum qua authoritate illud faciebat. *Quod ſignum oſtendis nobis, quia hæc facis?* Sanè amice, quia in expulſione templi per flagella, per plagas homines remanebant afflicti, ac doloribus pleni. Hic homo remanebat liber & ſanus, hinc quia inuidi de malis gaudebant proximorum, hîc de bonis triſtabantur.

Chryſoſt. Quod pendens Chryſoſt. *hom. 22. in Ioan.* hanc ipſam quæſtionem mouens ad inuidiam ſe remittit. *Cur Iudæi*, ait, *qui in collatis beneficijs Chriſtum accuſabant, & perſequebantur, non adeo iniquo animo hoc pertulerunt?* Sanè reſpondet Sanctus, *vt animaduertas inuidiam incredibilem, & quónam pacto in alios collata beneficia magis irritabant.* Pulchrè ſic peſſimum & crudele eſt animal inuidia, vt ex beneficiis aliorum, & ex emolumentis magis irritetur, quàm ex flagellis. Hinc nunc obſeruant ad accuſandum Chriſtum flagellantem, bene tamen benefacientem, & huius non miſerentur iſti, quia in malis ſe habebant, & liuore pleni potiùs gaudebant.

14. *Cor obſtinatū & obduratum reddit.*

Et vt videas quantum inuidia ſit malum, attende quòd quando ſemel cor poſſedit, ſic eum obſtinatum reddit, ſic obduratum in malum, vt vnde proficere deberet, inde ſe peiorem reddat, & media quæ aſſumuntur ad ipſius conuerſionem, ipſum ea reddat in eius obdurationem; vt enim ſuperiùs vidiſti, murmurarunt iſti contra diſcipulos Chriſti, quia vellebant, & fricabant ſpicas in ſabbato, eos conuincit Dominus exemplo Dauid, conuincit exemplo Sacerdorum ſacrificantium in ſabbato, conuincit teſtimonio Oſeæ, tandem ſua diuinitate; quis non ſe conuerteret? at nil minus, ſed ex correctione peiores fiunt? Quomodo? Sanè, quia ſi priùs ex inuidia murmurauerunt, licèt abſque ratione, tamen aliquid coloris habebant. nam verè præceptum erat in ſabbatis eſcas non præparare, & aliqualem præparationem actio illa præ ſe ferebat, hinc colorare poterant zelum, at nunc quem colorem habent? vnde malum curare in ſabbato? vnde prohibitum? qualis lex illud vetabat? Sanè nulla. vnde ergo Chriſtum obſeruant? ſanè amice, quia ex redargutione Chriſti, qua proficere debebant, quia pleni erant inuidia, peiores effecti, ſicut priùs diſcipulos colorare, ſic nunc magiſtrum ſine colore ac frontosè incuſare volunt, vnde Beda: *quia verò deſtructionem ſabbati, quam in diſcipulis arguebant, probabili Magiſter excuſauerat exemplo, nunc ipſum obſeruando Magiſtrum calumniari volunt.* Beda

Ipſe autem dixit illis: Quis ex vobis qui habet ouem vnam, &c. Marc. & Luc. cùm dictum hoc inuenerunt apud Matthæum, illud prætereuntes, alias notarunt circunſtantias, & aliam rationem. Circunſtantias, quia affirmant Chriſtum eos interrogaſſe, & inſuper tacentibus illis cum ira eos circumſpexiſſe. Vnde Marc. *& dicit eis.* Luc. *interrogo vos, licet ſabbatis bene facere, an malè? animam ſaluam facere, an perdere? at illi tacebant, & circumſpiciens eos cum ira contriſtatus ſuper cæcitate cordis eorum dicit homini, &c.* Vbi quoad hiſtoriam, & eius ordinem aduertendum ex Salmer. priùs Phariſæos interrogaſſe Chriſtum, an liceret ſabbatis bene facere? & Chriſtum eis primò reſpondiſſe exemplo ouis, vt hîc Matth. deinde cùm nil reſponderet, interrogaſſe eos ſapientiſſimè, immutata paulululum quæſtione, vt omnino eos confunderet, an ſcilicet liceret ſabbatis bene facere, an malè, an animam ſaluam facere, an perdere; vt ſic omnino eos conuinceret, non ſolùm ex facto quod ipſi facerent, extrahendo ouem in ſabbato, ſed etiam ex ipſa ratione euidenti. nam in ſabbatis certum, licitum bene facere, & animam ſaluam facere, cùm ad hoc eſſet inſtitutum. Quod ſi negaſſent, & aliud ſenſiſſent, neſcientia illos argueret; *præueniens autem Dominus calumniam*, ait Beda, *quam ſibi præparabant, arguit eos, quia præcepta legis malè interpretando etiam à bonis operibus ſabbato æſtimabant feriandum, cùm lex à ſeruili opere, id eſt, malis præcipiat abſtinere in ſabbato.* Salmer. 15. *Chriſtus cur interrogauit an liceret benefacere in ſabbato.* Beda.

16. *Cur animam ſaluam faceret, cùm corpus ſanaret.* Auguſt.

Pulchrè Auguſt. *de quæſt. Euang lib. 2. q. 7.* mouet quæſtionem, cur corpus Dominus ſanaturus mouet quæſtionem de anima, an liceat eam in ſabbatis ſaluam facere? & ſic reſpondet: *vel quia miracula propter fidem faciebat, vbi ſalus eſt animæ, vel quia animam pro homine poſuit, vel quia ipſa ſanatio manus dexteræ ſalutem animæ ſignificabat, quæ à bonis operibus ceſſans aridam quodammodo dexteram habere videbitur.* Cui ſi, quod dicit Theophylact. addas integrum ſenſum optimum, moralem facies. nam conſiderans hunc Marcum dextera manu, ſauum ſiniſtra affirmat, quod ideò bonis operibus carebat ſignificatis per dexteram, quia malis abundabat ſignificatis per ſiniſtram. Vnde ait, *aridam dexteram habet manum, quiſquis non operatur, quæ ſunt dexteræ partis. ex quo enim manus noſtra conſtituitur in operibus prohibitis, ex tunc areſcit in operibus ratione boni; iterum verò reſtaurabitur quando in virtute ſtabit.* Nil melius; ex quibus Doctoribus illud morale ſatis ad rem elicere potes documentum, periculoſum eſſe malis operibus vacare, quia qui illis vacat, malis ſic repletur, vt poſſibile quod omnino bonis exiccetur. Theophyl. 17. *Homo non bene operatur quia repletur malis operibus.*

18. *Quantum periculum mala operari, & bona non agere.* Origen.

Marc. 11. n. 13. ficum Chriſtus maledixit, ſi cauſam, quia *non inuenit in ea niſi folia tantùm*; nullum fructum, ſed tantùm folia. Quid inde? vt maledicta, & ipſa folia perdens exiccetur. & igni deſtinetur æterno. Quid per folia ſine fructu, fides ſine operibus bonis, ait Orig. Quid per exiccationem ipſa fidei amiſſio; en periculum carentiæ bonorum operum. *Si autem venerit Dominus*, ait Origenes tract. 19. in Matth. *in tentationibus fructum quærens, & inuentus fuerit aliquis nihil iuſtitiæ habens, niſi profeſſionem tantummodo fidei, quod*

eſt

eſt folia ſine fructu, mox exiccatur, hoc ipſum etiam quod fidelis videtur amittens. Terribilis, ſed vera ſententia. Vnde putas hæreſes euenire, aut qualis earum ſit origo? Sanè Chriſtianum eſſe ſine bonis operibus. Quòd ſi mala addas nunc, nónne eiuſdem fides amittitur, & hac amiſſa, vnde bona opera vitæ æternæ digna? ſi tantum malum affert bonum non operari, quantum afferret malum agere? ſine dubio anima peribit. Hinc hoc Dominus ſciens, licèt corpus huius eſſet ſanaturus, de ſalute animæ quæſtionem proponit, figuraliter innuens, quòd qui maneus eſt dextera, bona non operans, infirmus eſt anima cum periculo eam perdendi.

At nunc ad noſtrum Euangeliſtam redeuntes, pendamus ſolutionem Chriſti ad Phariſæorum interrogationem. ipſi interrogauerunt, an liceat

20. *Chriſtus cur exemplo ouis ſoluit quæſtionem.*

ſabbatis curare? Chriſtus non reſpondit verbis affirmatiuè, ſed exemplo à minori ad maius deducto ex oue, quæ in foueam cecidit. Cur hoc? Sanè, vt non ſolùm argumentum ſolueret, ſiue quæſtionem propoſitam, ſed vt eos auaritiæ, ac cupiditatis inſimularet, & cæcitatem eorum aperiret, dum illicitum putabant ex liuore hominem in ſabbato curare, & quòd ex hoc ſabbatum ſolueretur, licitum autem ex auaritia ouem extrahere à fouea, & quod ob hoc ſabbatum non ſoluebatur. *Sic ſoluit propoſitam quæſtionem*, ait Hieronymus, *vt interrogantes auaritia condemnaret.*

Hieron. Raban.

& Rabanus, *Competenti exemplo ſoluit quæſtionem eorum, vt eos oſtendat, ſabbatum violare in opere cupiditatis, qui eum violare arguunt in opere charitatis.* In qua re duo notanda.

21. *Cupiditas & proprius amor quàm cæcus malum bonū dicens, & è contra.*

Primùm. Quàm cæcus amor ſit proprius & cupiditas proprij boni, vt quando de illo agitur, iuſtum æſtimet quod aliàs iniuſtum, & ſanctificet quando de proprio bono agitur illud, quod impium aliàs iudicaret. Quis quæſo non impium iudicaret in neceſſitatibus parentibus nō ſuccurrere filios, & fame eos perire. Si verè, nullus equidem, at ſine vt paſſio lucri tangat piiſſimos Phariſæos, & legis obſeruantiſſimos, ac ſtatim videbis, vt impietatem pietatem faciunt. Nam infrà cap. 15. *Deus dixit*, ait illis Chriſtus, *honora patrem, & matrem, & qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur; vos autem dicitis: Quicumque dixerit patri, vel matri, munus quodcumque ex me tibi proderit.* Quid per honorem patris, & matris?

Hieron.

Sanctus Hieronymus; munera in eorum neceſſitatibus, *non tantum in Scripturis*, ait Sanctus, *honor in ſalutationibus & officijs deferendis, quantum in eleemoſynis, & munerum oblatione ſentitur.* At quid boni Sacerdotes & Phariſæi legis obſeruatores, ipſum ſic interpretabantur, vt etſi fame peribant parentes, filioſque crudeliſſimos perire eos ſuſtinentes, à maledictione eos abſoluebant, dummodo munus templo offerrent, quod parentibus debebatur: ratio, quia in eorum cedebat emolumentum, vt ibi dicemus, malum bonum dicentes, quia in eorum erat vtile; ſic equidem extractionem ouis bonam dicebant, & ſi in ſabbatis, quia de eorum agebatur emolumento, & mala erat curatio infirmi in ſabbatis, quia inde nullum eis lucrum. Quid ſtolidius?

22. *Diuites immites in pauperes, mites in animalia.*

Secundum autem eſt, quàm crudelis eſt homo in hominem, quàmque crudeles diuites in pauperes, vt plus æſtiment ſua animalia, quàm ipſos homines, & dum illa non pereant, parum illis, etſi homo deperit pauper. Luc. 15. num. 16. *Cupiebat implere ventrem ſuum de ſiliquis, quas porci manducabant, & nemo illi dabat*, de filio illo prodigo dicitur à patris domo exule. Quid hoc?

Theophyl.

Theophyl. ad diabolum hoc referens affirmat hoc dici, quia diabolus nunquam ad ſaturitatem dat bona, ne homines ex faſtidio mundum deſerant. *Dæmones ad hoc ſtudent*, ait, *ne vnquam ſaturitas malorum proueniat.* Meliùs Gloſſ. ad impietatem dæmonis hoc referens; ideo affirmat hoc dici, *quia cùm diabolus aliquem ſuum facit, vltrà ei abundantiam non procurat.* Nil melius, nam dat ex voluntate benefaciendi, ſed perdendi. Hinc ſtatim tollit abundantiam, quando iam homo eſt perditus. At etſi bonæ moralitatis litteralis illa, quia homines & diuites in animalia ſunt liberales, in homines parciſſimi, hinc porcis dabant, iuueni, etſi fame enecto, nemo dabat, clamat, ait Ambroſ. lib. de Naboth cap. 13. *ante domum meam nudus, & negligis, clamat homo nudus, & tu ſollicitus es quibus marmoribus pauimenta veſtias, pecuniam pauper quærit, & non habet panem, poſtulat homo, & equus tuus aurum ſub dentibus mandet; quantum ò diues ſumis tibi iudicium.* iſti pientiſſimi & in lege ſcrupoloſiſſimi Chriſtum obſeruabant, ſi curaret in ſabbatis, vt eum tanquam ſabbati fractorem accuſarent, quia hominem curabat, dum ipſi ne ouis periret in ſabbato, eam extrahebant à fouea.

Gloſſ.

23. *Diabolus cur ſaturitatem rerum huius mundi peccatoribus non tribuit, & quando ab eis bona auferat.*

Ambroſ.

At illi tacebant, ait Mar. cur tacebant? Sanè, quia nihil reſpondere poterant, conuicti ex ratione; quod ſanè erit ſilentium illud inſuffribile malorum in die iudicij quando à Chriſto conuincentur, nil illi contrà obijcere audentes. infrà *cap.* 12. intrans Rex vt videret diſcumbentes, cùm inueniſſet virum non veſtitum veſte nuptiali, duo tantùm verba illi dixit: *Amice, quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem, & obmutuit.* Cur obmutuit? cur nil reſpondit? Sanè poterat dicere ex tempore inuitatus, dum iam extra domum eſſet, dum cogeretur, & alia, vt ibi, Deo fauente, dicemus: at nil auſus eſt dicere, ſed obmutuit; cur? Sanè, quia præfocatus ex euidentia facti, reſpexit ſe verè non habere veſtem nuptialem, & coram Rege, & reliquis fœdiſſimè apparere. Nam, vt bene Hieronym. *in tempore illo non erit locus impudentia, nec negandi facultas, cùm omnes Angeli & mundus ipſe teſtes ſint peccatorum.* Hinc ex verecundia, ex rubore præfocabuntur obmuteſcentes vt iſti, de qua re vide in noſtris commentariis *in Sapient. tom. 1. hom. 69.*

24. *Malorum ſilentium in die iudicij inſuffribile.*

Hieron.

Et circumſpiciens eos cum ira contriſtatus ſuper cæcitatem cordis eorum. Sequitur Marc. ſicut in Chriſto fuit vera triſtitia, ſic fuit & vera ira. nam, vt bene adnotat Caiet. non aſſumpſit *animum ſtoicum.* At non fuit paſſio redundans, & præoccupans alias vires, ſed propaſſio non impediens, nec turbans alias actiones animæ, &c. vt bene aduertit idem, duas aſſumpſit Dominus hîc propaſſiones, alteram iræ contra vitium, alteram condolentiæ ad homines, *vt intelligas*, ait, *non iratum ſæuiendo, ſed condolendo, quod perfecta virtutis eſt.* At cur iraſcitur? *ſuper cæcitate cordis eorum*, ait Euangel. cur non dixit, ſuper cæcitatem mentis? Ad rem Caiet. *vt cæcitatem affectatam credamus, dum hinc non poſſunt negare fas eſſe ſabbatis extrahere ouem, quæ cecidit, inde autem illicitum putant quòd Ieſus reſtituit hominem ſanitati ſabbatis, magnitudo enim inuidiæ, & odij in Ieſum excæcabat eos.* Duo hîc expendere potes quantum ſit malum affectata ignorantia, vt ad iram exciretur ipſe Agnus Dei,

25. *In Chriſto fuit ira.*

Caiet.

26. *Cur hic duas aſſumpſit propaſſiones iræ & condolentiæ.*

27. *Ignorantia craſſa ſeu affectata quantum malum.*

Dei, ipſe qui mitis eſt corde, vt non ſic contra aperta iraſcitur peccata, quantum contra palliata per affectatam ignorantiam, Ioano.8.oum.10. *erigens ſe Ieſus dixit adultern, Mulier vbi ſunt, qui te*

28. *Deus plus abhorret peccata ex affectata ignorãtia, quàm ipſa peccata clara.*

accuſabant? nemo te condemnauit? At illa: *nemo, Domine*; cui ille, *Nec ego te condemnabo.* Cur non condemnat peccatricem modò in adulterio deprehenſam? cur erigens ſe, & oculos in eam apponens, hoc non facit cum ira, vt modò cum iſtis? Sanè amice; quia mulier peccatum non occultabat, non excuſationem, aut tergiuerſationem opponebat, ſed illud confitens; *territa ſperabat ab illo eſſe puniendam*, ait Auguſt. *tract.55. in Ioannem.* Hinc non oculos toruos, & iram, ſed miſericordiam inflexit in illam, ſecus autem in iſtos, quia in peccatis roti affectatè peccare non putabant.

August.

29. *Chriſtus cur cum ira miſericordiam hic miſcuit.*

Secundum autem quod expendere potes eſt, quòd, cùm tale, ac tantum eſſet peccatum, & tantam, ac talem mereretur iram, tamen ex miſericordia viſcera eius ſunt commota, ſic eos iratos reſpiciens, vt miſericordiæ non ſit oblitus. &, vt ait Caſſiodor. de diuinis lect. cap.15. *terret, vt corrigat, iudicium minatur, vt parent.* Et *vt intelligas*, ait Salmer. *non tam iratum in homines, quàm in illorum vitia, & peccata.* quod proprium eſt ſuperiorum in ſubditos: *in adhibendis curationibus iis, qui vitioſo animi affectu laborant*, ait Baſil. in lib. Regularum fuſiùs diſput. *conſuetudinem imitari medicorum debet ſuperior, vt videlicet ægris non iraſcatur, ſed contra morbum ipſum pugnet*; ſit contra morbum auſteritas, ſit in ægrum lenitas. Exod.11.n.9. *exiuit à Pharaone iratus nimis*, dicitur de Moyſe. Vnde homo leniſſimus ſic iraſcitur contra Pharaonem; non equidem contra illum, ſed contra eius duritiem, nam ob hoc iraſcebatur, quia compatiebatur ex venturo ſupplicio, *non perturbatione mentis*, ait Interlin. *ſed pro duritia Pharaonis, qui tactus tot pœnis non reſipuit.* En cauſa iræ, ipſa compaſſio perſonæ, iraſcebatur in vitium, compatiebatur perſonæ. Sic Chriſtus Dominus hos reſpexit cum ira, ſed contriſtabatur ex miſericordia, vitium abominans, hominis compatiens.

Caſſiod.

Salmer.

Baſil.

30. *Superiores vt vitia corrigere debent.*

Interlin.

Extende manum tuam, &c. Iuſſu curauit, & voce tantùm, vt obſeruat Hilar. non illum tangens, non aliquid operis ei præcipiens, vt obſeruat ex Abulenſ. Salmer. ne minimam anſam calumniandi Phariſæis daret, quaſi ſabbatum ſoluens. In qua re illud valde ad mores adnotandum, quantum præcauere nos debemus, ne ſcandalum fratribus demus, vt etiam à licitis ceſſare debeamus. *Quapropter*, ait Paul. 1. ad Cor. 8.13. *ſi eſca ſcandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum ſcandalizem.* Equidem probauerat ſuprà nullum eſſe Idolothytum, & ex omnibus veſci poſſe: at hoc limitat, dummodo non adſit ſcandalum fratris infirmi, hoc enim ſuadet charitas, hoc Chriſti amor. En Chriſtus ſatis probauerat non ſolui ſabbatum curando hominem. Satis Phariſæos conuicerat, vnde poterat extendendo manum, tangendo illum, ſumere de terra aliquid, applicare inſtrumentum aliquod, tandem aliquod aliud ipſi infirmo inhibere, vt aliàs fecit, noluit: ſed ſolo verbo ſanare, vt omnem penitus tolleret ſcrupulum, vt nulla prorſus offenſio illis daretur, ſic cautos Dominus noſter in ſuis ſemper extitit actionibus, ſic ſaluti omnium infirmatum proſpexit, ſic nullam anſam calumniandi ſuis voluit præbere inimicis, vt tu ſimiliter ſic viuas inter homines, ſic vitam tuam

Hilar.

Salmeron.

31. *Chriſtus cur voce tantùm hunc voluit curare.*

32. *Scandalum puſillorum quantum vitare debemus.*

inſtituas, vt nihil habeat, qui ex aduerſo eſt, malum aliquod dicere: & ſanè nos docuit, ait Ianſen. *non ſatis habere, quòd benefaciamus, ſed omnem etiam lapidem mouendum, quod hoc fiat cum gratia quorumlibet.* Quod equidem in hac curatione fecit Dominus primùm iubendo vt infirmus in medium ſurgeret, ſi fortè eius comparerentur, deinde eos interrogando, poſtea proponendo quæſtionem, tandem exemplo ipſorum met eos ad pietatem inducere procurans; vltimò cùm nil proficeret, & ob eorum obſtinationem non eſſet conueniens beneficium negare, *ita temperauit*, ait Ianſen. *vt iuuaret quidem laborantem, & illis quàm minimum daret occaſionis ſuccendendi, curans morbidum ſolo verbo.* Ianſen.

Curàuit ergo non obſtante obſtinata Phariſæorum malitia. Quid ex hoc? Sanè, vt ait Ianſen. vt nos doceret *ob deploratam quorundam malitiam non eſſe abſtinendum à iuuandis proximis, aut a quibuſnis bonis operibus.* Egregium documentum, nihil perdendum iudicium peruerſorum hominum, ne ob illud bonum non faciamus, & hoc (quod adnotandum) non ſolùm quando bonum præiudicat, ſed etiam quando aliqua ratione fultum maius bonum damnat, & deſpicit, non contra bonum, vt ſic, ſed contra perfectionem pugnans. 2. *Reg.* 6. *num.* 16. deſpexit Michol Dauid ſaltantem ante arcam, eique factum exprobrans dixit: *Quàm glorioſus fuit hodie rex Iſraël, diſcooperiens ſe ante ancillas ſeruorum ſuorum, & nudatus eſt, quaſi nudetur vnus ex ſcurris.* Eo iudicium humanum, in quo conſidero hanc mulierem non vituperaſſe Dauid ſeruitium, vt ſic dicam, eſſentiale, quod Deo præbebat, arcam ſcilicet domum introducere, eam pedibus obſequi, victimas occidere, inſtrumenta muſica tangere, immo, mea ſententia, nec coram arca ſaltare, cùm nil horum mulier improbabat, ſed tantùm nudationem coram populo, & regiæ, vt ſic dicam, maieſtatis depoſitionem. Quod equidem ſi prudentiam attendes humanam, eamque actionem conſideres, aliquid habebat coloris, cùm communes actiones impropriæ ſint regiæ perſonæ, & præcipuè quando coram populo indubitatum eſt apud viros cordatos. Nam, vt bene inquit Philo lib. de præm. & pœn. *Tria regnum ſtabiliunt, Maieſtas, grauitas, & beneuolentia. nam maieſtas parit beneuolentiam, grauitas metum, beneficentia vero amorem, & beneuolentiam.* ergo huius mulieris iudicium ſi bene attendis, non pugnabat contra abſolutum, ſed contra perfectius bonum; contra heroicam Dei dilectionem, contra heroicam hominis humilitatem. Non latuit hoc Dauid, vnde quia homo perfectus ſapientiſſimus illo ſpreto, & conculcato heroico corde ſic ait ad illam. *Ante Dominum ludam, & vilior fiam plus quàm factus ſum, & ero humilis in oculis meis.* O dictum planè Regium, & cor grande, & altum, ſpernens humanum iudicium, & non cuiuſlibet, ſed Regiæ, & non contra bonum, ſed tantùm contra perfectionem, dum Domino ſeruiat, in cuius conſpectu, etſi rex vilis ipſe homo, pendens, & iuſtè ex tali actione ſic parum à prudentia humana laudata, multum verò à diuina non eſſe ceſſandum, cùm non eſſet parata, vel ſi alio fine fieret, vilipendium apud ſuos, immo gloriam & honorem, vnde ſequens ait: *& cum ancillis, de quibus locuta es, glorioſior apparebo.* Hinc iuſtiſſimè iudicium ſpernens humanum, à bono opere ceſſare nunquam volebat, quod equidem & cuilibet Chriſtiano pectori inhibi

33. *A bonis non ceſſandū operibus, ob malitiam aliquorum.*

[illegible] *Iudiciū humanum deſpiciendum quando contra perfectionem pugnat.*

Philo.

35. *Regnum tria ſtabiliunt.*

inhibitum eſſe debet, vt omnioo Dei gloriam ſpectana parom de iodicio curet humano, cùm,
Origen. vt bene Origeu. *homil.* 11. *in Ioſue*, certum debet
36. homo iudicare eo puncto, quo ſe Deo ſociat, eo
Dei ſeruus & amicus inimicos ſtatim ſentiet mundi homines. mundum, homines eorumque iudicium contra ſe habiturum; *cùm anima humana*, ait, *verbo Dei ſe ſociauerit, dubitare non poteſt ſtatim ſe inimicos habituram, & eos quos habuerat ante amicos in aduerſarios eſſe vertendos.* Hioc patum talium iudicium æſtimandum; vti Dominoa noſter, qui nihilo pendena Phariſæorum iudicium hominia dexteram ſanauit.

At quid ſpiritualiter, ſiue myſticè hæc ſanitaa
Hieron. deſignat? Multi multa. Hieronym. ad ſynagogæ ſterilitatem referens facta per Apoſtolos fructifera poſt Chriſti aduentum ſic ait.
37. *Vſque ad aduentum Saluatoris arida manus in Synagoga Iudaeorum fuit, & Dei opera non fiebant in eo. Poſtquam autem ille venit in terras, reddita eſt in Apoſtolis credentibus dextera, & operi priſtino reſtituta.*
Quid ſpiritualiter & myſticè hac ſanitas deſignet.
Beda. Beda ad humanum genos refert aridum per manus extenſionem ad pomom vetitum ſanitati reſtitutum, per manus extenſionem Chriſti in cruce, *dextera, quæ in primo parente dum vetita arboris poma deciperet aruerat per Redemptoris gratiam, dum inſontes manus in crucis arbore tenderet, bonorum operum ſuccis eſt reſtituta ſaluti.*
Ambroſ. At Ambroſ. homini auato illud appropriana affirmat, tunc curari, quando ad pauperem manus extendit, vnde *lib.* 5. *in Luc.* ſic ait. *Communis iſta generaliſque medicina eſt, & tu qui putas manum habere te ſanam, caue ne auaritia, vel ſacrilegio contrahatur, extende ſæpius eam, vt proximum iuues, vt vidua præſidium feras, eripies iniuriaquem videas contumeliæ ſubiacere, extende ad pauperem, qui te obſecrat; extende ad Dominum pro peccatis tuis, ſic manus extenditur, ſic manus ſanatur.* Locua aptus ad eleemoſynam perſuadendam. de qua te vide *in* 1. *tom. Ann.* 75. & hîc iterum pauca. Cùm in animo ſit breuiſſimas poſt hæc annotatiooes efficere, vno, vel altero argumento ad finem, vt ſæpe dixi, properantes, libenter enim ob hanc cauſam etiam omnino ab illis abſtinetemus, ſed, vt opus continuato ordine procedat, aliquaodo eas adiiciemua, ſed, vt dixi, breues.

ANNOT. MORAL. CIV.

De fructu eleemoſynæ.

EXtende manum, ait iſti Dominua, & ſtatim *reſtituta eſt ſanitati ſicut altera.* Suprà io comment. dicebamus ex ſententia Patrum, per manum dexteram myſticè opera bona ſignificari, quibua iſte carebat. ergo dum ſana facta, ſequitur per virtutem Chriſti operibus bonis ſtatim addici. Quid ex hoc? illud qoòd ſi peccator à vitiis ceſſare, bona opera facere velit, extendat manum ad pauperem, & ſtatim fructificabit, facietque fructua, & ampliùs aridus non erit. Geneſ. 1.
1. num. 9. *Congregentur aquæ, ait Deus, in locum vnum, & appareat arida.*
Eleemoſyna radix bonorum operum.
Mirum, vt præfocata terra ab aquis remotia iſtis apparoerit arida & ſicca, oon humida & ſucco plena. Quomodo hoc cùm contrarium ſit ex natura? Equidem Nilus ſtagnans Ægypti terram fertilem reddit, ex humido relicto etiamſi ipſe tranſeat. Vnde hoe nonc, vt ſicca appateat terræ ſemotis aquia, etſi priùs ſub illis præfocata. Sanè ſecundum myſterium dictum, ait Anaſtaſ. Synait. *lib.* 3. *exaemer.* Quia dum ſub Anaſt. Syn.
aquis eas omnes abſorbebat, nulli alteri communicans, ſed totas in ſe ipſam ebibens, meritò ſterilis & ſicca apparuit, non ſic quando extra illas ad commodum alterius ſucco vtebatur aquarum, ſtatim erupit in flores, maturauit in fructus, vnde Synaita poodetans terram Deum ſub aquis nominaſſe aridam, extra aquas terram; ſic ait. *Vide diuina myſteria, terram in profundo ab aquis ſuffocatam nominat aridam, cùm aquæ ab ea receſſiſſent, non amplius nominat eam aridam, ſed terram.* hoc eſt, frugiferam. Cur hoc? Sanè, quia priùs emolumentum aquarum totom ſuum faciebat, qoid mirum ſi ſterilis: at quando illud cum aliis communicare incepit, ſtatim facta eſt fructifera, fac tu ſimiliter peccator, & bonia abundabis operi- 2.
bus; non ad te totæ ſint tuæ diuitiæ: communica cum pauperibus, & bonis abundabis operibus, nam aliàs ſterilis ſemper permanebis.
Eripit à peccatis etſi non ſtatim.
Raban. *Habebat homo*, ait Raban. *dexteram manum languidam, quia ab eleemoſynis torpebat, ſiniſtram ſanam, quia ſuæ vtilitati intendebat, ſed veniente Domino dextera ſanatur, quia quod congregauerat auidè, modò diſtribuit charitatiuè.*

At dices: ſanè hoc facio, & tamen in peccatis maneo. ne deſperes, quia talis naturæ eſt eleemoſyna, vt ſi citò ſe à peccatis non eripit, eripiet tamdem, quando aderit tempus. Pſal. 1. n. 3. *erit tanquam lignum*, de homine iuſto, ait Dauid, *quod plantatum eſt ſecus decurſum aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo.* quod intelligena Euſeb. Gallican. *homil. de vidua quæ duo æra miſit*, &c. De viro miſericorde, & eleemoſynam præſtante, ſic ait: *Qui ergo in refrigerium pauperum aperuerit manum ſuam, audire merebitur, erit tanquam lignum.* ergo vir miſericors lignum eſt plantatum ſecus 3.
decurſus aquarum, non ſub aquis, vt ſtabat terra, ex quo infrugifera, ſed iuxtà. Quid ergo? dabit fructum ſine dubio; at quid? nunquid illico, ſtatim? nil minus, *in tempore ſuo.* Dabit, ſed iò tempore ſuo.
Eleemoſynarius lignum plãtatum ſecus decurſus aquarum, & cur.
Quando erit tempus à Deo præfinitom, & infallibile argumentum temporia venturi, manus ſanata, homo ſcilicet ex auaro factua liberalis, cum nullo aptiori medio animæ ſanitas recuperatur, quàm eleemoſynarum largitione. Vnde Rabanua. *Sananda manus arida iubetur extendi,* Raban.
quia infructuoſa debilitas animæ, nullo melius ordine, quàm eleemoſynarum largitione curatur. Sicut è contra, nullum medium potentius ad penitus animam omnibus bonis operibus ſiccandam, quàm manus non habere ad eleemoſynas elargiendas.

Hioc in morte ſicut miſericors manus ſe habere inueniet, hoc eſt, opera bona; ſic immiſericors ſine illis ſe reperiens, mancum & ſiccum ſe miſerabiliter tunc agnoſcet. Enim verò *Pſalm.* 75. *num.* 6. de viris diuitiarum loquens Dauid ſic ait: *Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt viri diuitiarum in manibus ſuis.* Quid per ſomnum? Bellarm. ſoporem maiorum in peccatis & diui- Bellarm.
tum in delitiis ſuis deſpicientium Sanctos, & io pauperes immiſericordes. *altiori ſenſu doctrina generalis traditur aduersùs inſipientes corde qui magnificant bona temporalia, & deſpiciunt viros ſanctos, qui dormierunt ſomnum ſuum, id eſt, toto tempore vitæ huius quaſi corpore graui concupiſcentiam quiete dormierunt ſomniantium ſe diuites & beatos.* 4.
At cur ſic ſtupidè iſti dormiont in peccatis nonquam excitati; ni fallor, quia manua ſiccas habuerunt, quia ad eleemoſynas dandaa nullo modo
Immiſericors ſine bonis operibus ſe inueniet in morte.

modo eas tenuerunt, hinc morientes ſine manibus mori dicuntur, hoc eſt, ſine operibus bonis, qui ſenſus, mea ſententia, non impropriè eruitur ex lectione Hieronymi, qui ſic extulit hunc locum. *Dormitauerunt ſomnum ſuum, & non inuenerunt omnes viri exercitus manus ſuas.* & Felix Prat. *Dormitauerunt in ſomno ſuo, & non inuenerunt omnes viri fortes vires in manibus ſuis.* Apta equidem verſio ad id quod diximus, immiſericordes diuites dormierunt ſomnum ſuum. Tranſegerunt equidem vitam ſuam lautam, beatam, commudam, ac in delitiis affluentem, nulla miſericordia in pauperes; at quid inde? in morte non inueniunt vires in manibus ſuis, moriuntur manibus ſiccis, ſine operibus bonis; moriuntur ſine manibus dum nil habent quod Deo ob innumera peccata offerre poſſint. Hinc *Luc.* 16. 24. diues ille immiſericors ad Abraham: *mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti ſui in aquam*; quid? nunquid ipſe manus non habebat, & digitos? nil minus, amice, fuit immiſericors; dormiuit ſomnum ſuum; reperiebatur ſine viribus in manibus, vt iſte homo, quem ſanauit Dominus; immo ſine manibus, vt vult Hieronym. ſecus autem qui miſericors, qui plenus operibus bonis meritorum, non eget alienis manibus, quia proprias habet, vt bene Paulinus ad Alethium Epiſt. 3. dicens: *Non eget aliena manus digito refrigerari, qui proprijs digitorum ſuorum roribus, id eſt, dextera ſua operibus infuſus eſt.*

Hieron.

Felix Prat.

Paulin.

5. At quid amplius dicam? virum miſericordem non ſolùm bonis operibus abundantem, ſed ad illam ſublimitatem peruenturum etiam in hac vita, vt nullius indigeat rei, ſic ſublimi reddatur corde, vt nulla re exſatietur, niſi ſolo Deo. Ad illum aſpirans, ad illum ſolum tendens, vt videas quò ſancta perducat hominem eleemoſyna, dum non ſolùm bonis operibus eam vt ſic, ſeu communibus, ſed heroicis, ſed diuinis ditet. Audi Dauid Pſalm. 72. *Tenuiſti manum dexteram meam.* Quid per dexteram? S. Ambroſ. *Actuoſa animæ virtus.* Egregiè, virtus ſcilicet animæ actuoſæ, eleemoſynis ſcilicet, ac bonis operibus ſe æſtuantis, ex Dei gratia manum eius, ſeu dexteram tenentis; at qualis ex hac actuoſitate fructus? Sanè voluntatem Dei ſic ſequi, opera bona ſic agere, vt ad illam perfectionem deueniat, vt omnia deſpiciens nil aliud quærat, niſi Deum. Vnde ſequens Dauid ait; *& in voluntate tua deduxiſti me, & cum gloria ſuſcepiſti me. Quid enim mihi eſt in cœlo, & a te quid volui ſuper terram.* Quod elucidans Ambroſ. *Nam dum voluntate Domini dirigitur, nil aliud deſiderat, nil quærit, nullas mundi huius opes, nulla adiumenta depoſcit, ideo dicit cum ſancto Dauid: quid mihi?* Egregiè quidem: dexteram manum diuitis Deus tenens, hoc eſt, extenſam eam faciens, vt huius fecit languidi ad opera miſericordiæ ſic ſucciduam; at totis ſtillicidiis eam reddet abundantem, vt ſicut priùs abundans in delitiis terrenis, ſic poſtea in diuinis erit. *extendis manum*, ait de hoc languido Euangel. *& reſtituta eſt ſanitati ſicut altera.* Priùs ſiniſtra tantùm fruebatur, hoc eſt, vt diximus, bonis temporalibus affluenter, ac ſiccus extabat, dextera per verbum Domini reſtituta eſt ſanitati, & extenſa per eleemoſynarum largitatem, nunquid minus in delitiis nunc quàm antea? nil minus, reſtituta eſt ſanitati ſicut altera, delitiis diuinis, & operibus bonis ſic replebitur, vt non ſic priùs humanis abundabat, ac nullius egebat, ac poſtea diuinis reple-

Eleemoſyna non ſolum facit hominem diuitē, ſed ſanctum heroicis bonis operibus abundantem.

Ambroſ.

tus ad illam altitudinem perfectionis deueniet, vt omnibus ſpretis ſolo Deo innitatur, & ſolum Deum requirat.

6. Quid, immo addam. Talia opera bona virum miſericordem coram Deo agere vſque ad altitudinem cœli pertingentia, columnæ appareant, &, vt ſic dicam, Mauſolea inclita ante Dei oculos, iam diximus in commentario ex Hieronymo, aliquos æſtimare hunc infirmum fuiſſe cæmentarium, qui ſic, aiunt, Dominum rogaſſet. *Cæmentarius eram, manibus victum quæritans, precor te Ieſu, vt mihi reſtituas ſanitatem, ne turpiter mendicem cibos.* Quem cùm ſanaſſet Ieſus, certum quòd ad officium rediens, marmores laborans columnas erigere potuit, mauſolea ædificare. At nunc applica hoc ſpiritualiter, & dum diuitem aſpicis, qui ſicut priùs ſuperba palatia erigens pauperes nudos relinquebat, vt ſuprà ex Ambroſio dicebamus *in comm. num.* 23. Nunc iſtis relictis totus ſe ad elargiendum pauperibus dat, & intelliges coram Deo iſtum non quælibet erigere ædificia, hoc eſt, opera, ſed grandia, ſed magna, ſed columnas vſque ad cœlum pertingentes. *Actor.* 10. *num.* 4. Angelus ad Cornelium, *orationes tuæ, & eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in memoriam in conſpectu Dei.* Cur in memoriam in conſpectu Dei? nónne ſufficiens erat dicere in memoriam Dei? nil minus, nam, ait Cyrillus, Cornelij eleemoſynæ erant veluti columnæ, veluti mauſolea in cœlum pertingentia ante conſpectum Dei. *Cornelius vir iuſtus*, ait, *Angelorum viſione dignus eſt habitus, cùm tanquam columnas in cœlo coram Deo ſuas eleemoſynas ſtatuiſſet.* Egregiè, non quoſlibet lapides vir miſericors coram Deo ſtruit, non quaſlibet virtutes, ſed columnas altiſſimas, vſque ad cœlum pertingentes, virtutes heroicas, opera grandia, & excelſa. Vnde ſicut priùs ſterilis & mancus, & ſiccus dextera manu carens, poſtea virtute Dei ad ſalutem reſtitutus fit abundans, copioſus, & diues omnibus ſanctitatis operibus inſtructus; ad quod ſignificandum, ſanat Dominus noſter huius manum, dicens illi, *extende*, &c.

Eleemoſyna facit vt opera bona ſint columnæ altiſſimæ, ac mauſolea ſplendida coram Deo.

Hieron.

7. *[illegible] me illo erat cæmentarius.*

Cyri...

Exeuntes autem Phariſæi conſilium faciebant aduersùs eum, quomodo perderent eum. N…

Ieſus autem ſciens receſſit inde & ſecuti ſunt eum multi, & curauit eos.

Et præcepit eis ne manifeſtum eum facerent. N… 16

Vt adimpleretur quod dictum eſt per Iſaiam Prophetam, dicentem: N…

Ecce puer meus, quem elegi, dilectus meus, in quo bene complacuit animæ meæ, ponam ſpiritum meum ſuper eum, & iudicium gentibus nuntiabit. Nvm. …

Non contendet, neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem eius. Nvm. 19.

Arundinem quaſſatam non confringet, & linum fumigans non extinguet, donec eiiciat ad victoriam iudicium. Nvm. 20.

Et in nomine eius gentes ſperabunt. Nvm. 21.

Senſus litteralis, & moralis.

E*Xeuntes autem Phariſæi.* Luc. 6. ſic habet, *ipſi autem repleti ſunt inſipientia, & colloquebantur ad*

ad inuicem, quidnam facerent de Ieſu. Marc. 3. *exeuntes autem Phariſæi ſtatim cum Herodianis conſilium faciebant aduerſus eum, quomodo eum perderent.* Volo primùm ſtatuere, qui Herodiani? nam hoc intellecto amplius inſipientia exclareſcet Phariſæorum.

1. *Herodiani qui.* Emiſſ.

Prima ergo opinio eſt illius auctoris, qui Euſebij Emiſſeni nomine inſcribitur, aſſerentis Herodianos dici Herodis miniſtros, qui tributa exigebant: at cur Herodiani dicebantur, cùm vt ſic omnes Romanorum miniſtri ſimiliter dici poterant dum tributa exigebant.

Secunda opinio, apud Hieronym. Herodianos dici qui tributa ſoluebant Cæſari; at cur non potiùs Cæſariani?

Hieron. Chryſoſt. Theophyl. Euthym.

Tertia ſententia eſt Hieronym. Chryſoſtom. Theophyl. Euthym. & aliorum, Herodianos dici milites Herodis, aut ex eius aula. At ad quid cum militibus Herodis Phariſæos conſilium facere ad perdendum Ieſum, non video.

Epiphan. Tertull. Vict. Antioc. Philaſtr.

Quarta demum, & quæ mihi magis placet, ſententia eſt Epiphan. *hæreſi* 20. Tertullian. *lib. præſcript. cap.* 45. Vict. Antioch. *Marc.* 12. & Philaſtrij *lib. de Hæreſibus.* Salmer. & aliorum. Herodianos fuiſſe qui putabant Herodem eſſe Meſſiam venturum, & vt Meſſiam eum habebant. ratio, quia cùm prophetia erat, tunc venturum Chriſtum quando ſceptrum extra Iudam. & hoc factum in Herode, qui primus alienigena regnauit, hinc ipſum faciebant Meſſiam, tanta obſtinatione, vt hæreſim conſtituerent; ergo etſi Iudæi ob hoc dicebantur, quia Herodem vt Meſſiam tenebant, Herodiani adutabant, quo ſtamto,

2. *Inuidia quantum malum.*

Attende nunc quanta ſit paſſio inuidiæ, quanta odij ac maleuolentiæ; quantam inducet cæcitatem, vt cum iſtis faciat non ſolùm quòd Chriſtum relinquant hominem ſanctum, iuſtum, benefacientem, ac miracula infinita operantem, ſed vt mortem ei procurent, & ſe iungant, ac fœdera tractent cum illis, qui Meſſiam dicebant hominem iniquum, ſcelestum, impudicum, fœtidum, ac omnibus vitiis ſcaturientem; meritò ergo de illis dixit Luc. quòd *repleti erant inſipientia, & intellectus priuatione*; ſicut habetur ex Græco. Nam

3. *Homines reddit inſipientes & ſine intellectu.*

ſi bene conſideres, quis Chriſtus, quis Herodes, non amplius reſtat tibi inquirendum quàm potens ſit inuidiæ paſſio, & odium, vt ad talem amentiam homines ducat, vt relicto Chriſto cum perfidis amicitias & fœdera ineant. Amice quod tunc, hoc idem nunc. Cur putas Principes ali-

4. *Principes aliqui cur cum hæreticis fœdera tractent.*

quos cum hæreticis ſe colligare, in damnum Catholicorum Chriſtum relinquere, cum Herodianis ſe coniungere ſcelestis, ac peſſimis, ſanè nulla alia eſt cauſa niſi inuidia, ac odium, vti iſti, *quos,*

Titus.

vt ait Titus, apud Caten. S. Thomæ, *oportebat in miraculo ſtupere, augent malitiam.* & hoc ex liuore.

Cyrill.

Vnde Cyrill. *cernis ô Phariſæe operantem diuina ac ſuperna maieſtate liberantem, languentem, & mortem portas ex liuore.*

At, vt videas, horum peccatorum cæcitatem, & cordis obſtinationem, indignantur contra Chriſtum, quaſi ſolutorem ſabbati, &, vt obſer-

Ianſen.

uat Ianſen. poſt miraculum exeuntes in ipſo ſabbato conſilium faciunt, vt Chriſtum interficerent. *Quo iam præpoſtera eius religio, & amentia*

5. *Peccatores de minimis ſcrupuloſi, de magnis nullũ patiuntur ſcrupulum.*

magis eluceſcat, rectè ait Ianſen. *exeuntes autem Phariſæi,* ait Marc. *ſtatim,* nota, *cum Herodianis conſilium faciebant aduerſus eum, quomodo eum perderent. ſtatim.* ergo in ipſo ſabbato. Scrupuloſi propter ſabbatum ad ſalutem conferendam, ſine ſcrupulo ad mortem inferendam, mentiar, ſi hoc illos non indigitat, qui ſcrupuloſiſſimi in feſtis ad aliquod pium inueniuntur opus, & tamen non illud obtinent ad largiter peccandum. Abſalon 3. *Reg.* 16. ſcrupuloſus contra Chuſan, ſcrupuloſus contra Ammon. contra Chuſan Dauidis amicum, quia ad ſe venerat, contra Ammon, quia ſororem ſtuprauerat, perfidos & ipſe nullum habebat ſcrupulum contra patrem rebellare, ſic Iudas pro eleemoſynis zelabat, at nullum admittebat ſcrupulum Chriſtum vendere. Sic iſti zelabant ſabbatum contra Chriſtum, qui ſanum fecerat hominem, & hoc ſolo verbo, at non habent ſcrupulum conſilium ad eius mortem facere in ſabbato.

At qua intentione cum Herodianis ſe iſti coniungunt? Ad rem Caietan. vt quia nil inuenerunt Eccleſiaſtico tribuendi dignum condemnatione, adeunt ſeculare, vt ab hoc condemnetur, dum ab illo abſoluitur. *Magna obſtinatio Phariſæorum ſignificatur,* ait Caietan. *qui nec conuicti reſipiſcunt, ſed quod per viam accuſationis apud Eccleſiaſticam curiam efficere nequibant, tentant vt per viam curiæ ſecularis non iuſtitia, ſed potentia impunem perdere poſſint Ieſum.* Quod equidem nunc quando ſimiliter facere vides obſtupeſce cæcitatem, admirare duritiam cordis, ad tribunal ſeculare confugiunt relicto Eccleſiaſtico. faxit Deus, vt non ſit ad Chriſtum occidendum. Quis enim poſt miraculum patratum videns Phariſæos exire, & conſilium facere, non cogitaret quòd eſſet ad Ieſum exaltandum; nil minus, ſed ad perdendum, ſi rationem petis, quia obſtinati in malo, *exeuntes dicit,* ait Rabanus, *quia eorum mens à Domino euerſa erat, conſilium fecerunt quomodo vitam perderent, non quo modo ipſi vitam inuenirent.* 6.

Qua intentione ſe iſti cum Herodianis coniungunt. Caiet.

Raban.

Quomodo eum perderent. hoc eſt, quomodo ſecretè, & non publicè, vt bene aduertit Abulenſ. Abulenſ.

nam poſtquam ſub poteſtate erant Romanorum, illis non licebat amplius interficere quemquam. At quare tanto ac tali odio iſti Chriſtum perſequebantur? Poteſt dici, quia ſæpe eos conuincebat argumentis, ſic vt vſque ad ruborem ducebantur. Vnde Luc. 13. num. 17. *Cùm hæc diceret, erubeſcebant omnes aduerſarij eius, & omnis populus gaudebat in vniuerſis quæ fiebant glorioſè ab eo.* Potiſſima cauſa odij, eo vel maximè, quando homines ſunt graues & ſcientifici, ac ſimul ſuperbi, vt iſti, fateor, vſque huc nullum repeiſſe hominem, quamuis ſanctum & apprimè virtutibus inſtructum, qui ſi Magiſter non omnibus viribus non procuraſſet in diſputationibus ſemper victor euadere, nunquam victus, quòd mihi hoc accidat, non multum dum peccator, & in peccatis totus, ſed quòd viris ſanctis, hoc multum. Semel perſuaſi vni ex iſtis vt ad exercitium humilitatis data opera ſe aliquando fingeret concluſum, non valuit, nec potuit. Quid? nunquid ob hoc deſperare debemus? nil minus, ſed noſtram recognoſcentes ſuperbiam humiliemur, & de humilitate non gloriemur, ſi aliquando videamur humiles eſſe, dum hoc efficere non valemus. Poteſt dici, quia non ſolùm eos conuincebat, ſed tanquam pueros ad rudes mittebat, eos ad diſcendum, de ignorantia eos taxans Scripturarum, vt hîc, quando eis dixit: *ſi ſciretis, quid eſt, Miſericordiam volo,* &c. & hæc bona eſt ratio; attamen non vnica & ſingularis. Poteſt tandem dici quòd ex zelo ſabbati quod ipſi zelabant; at hæc magis infirma,

7. *Phariſæi quare tanto odio Chriſtũ perſequebantur.*

cùm

cùm talis zelus non erat niſi color, vt ex ſe patet; qualis enim erat ſabbati ſolutio ſolo verbo curate? nam, vt bene Beda in Marc.cap.15. *quaſi non ipſorum quiſquam maiora ſabbato faceret cibos portando, porrigendo calicem, & cætera quæ victui ſunt neceſſaria exequendo.* Non ergo erat hæc ratio, nec ſuperiores, abſolutè loquendo, ſed illa veriſſima, quia illi inuidebant, & ſi rationem expoſcis, quia non ſanctitati eius, non virtuti, immo nec miraculis inuidebant, ſed applauſo populorum, & eorum ſequelæ, ſed laudibus, ac vocibus, ac præconiis, quibus Chriſtum prædicabant, homines enim ambitioſi, ac laudis cupidi, & qui appetebant ab omnibus vocari Magiſtri, impatientiſſimè, & vſque ad mortem ſentiebant ſic Chriſtum prædicari, & laudari, *quia videbant quod excellebat in miraculis*, ait Abulenſ. *& propter hoc ſequebatur eum populus, & hoc erat moleſtum Phariſæis, qui honorem à populo cupiebant, ideo conciliabantur contra eum, vt eum occiderent.* vt ex hoc intelligas ambitioſum hominem conſequenter eſſe inuidum, & ambitioſum, bene, ac patienter virtutes tolerare aliorum, dummodo ex illis aliquid non detrahatur ex eius honore, ac laude. Equidem rectiſſimis oculis aſpexit Saul Dauid redeuntem cum capite Philiſthæi, ſic vt noluit vt amplius à ſe diſcederet, 1.*Reg.*18.*num.*1. at ſine vt plus eum laudent, & illico aſpicies, vt *iratus nimis* excandeſcebat. Si rationem expoſcis, *Dederunt Dauid decem millia, & mihi mille.* patienter, immo libenter tulit Dauid fortitudinem bellicam, victoriam de hoſte, animum valentem. at quando ſupra ipſum honoratum, quia vir ambitioſus ſic ægrè tulit, vt rectis oculis, deinde amplius eum aſpicere non poſſet, & omnibus modis mortem eius intentaret; ſic potens eſt ambitio, ſic liuida, ſic cæca, ſic implacabilis; ſed de hoc ſæpe alias diximus.

Beda. — Abulenſ. — 8. *Ambitioſus inuidus, & quid ſuſtinere non poteſt.*

9. *Cur Chriſtus ſeceſſit.* — Maldon. — Hilar. — Hieron. — Remig.

Ieſus autem ſciens ſeceſſit inde ad mare Galilææ, vt vult Marcus, nemine indicante, vtpote eorum videns cogitationes, vt adnotat Maldonat. at cur ſeceſſit? multas & ſatis dilucidas adducunt Sancti rationes, & quas ſi ad mores aptes, mirificè facere poſſunt. percurram eas. Hilarius *vt à conſilijs malignantium procul abeſſet.* Sanum documentum, quomodo conſortia fugienda ſunt malorum. Hieronym. *vt occaſionem impiè ſatis contra ſe à Phariſæis auferret.* & hoc excellens documentum ex charitate cedere inimicis, ne præſentia peiores fiant. Remig. *Quaſi fugiens inſidias ſuorum perſequentium*; vti humo nobis præbens exemplum quando cedere, quando reſiſtere debeamus. nam non omne tempus ad omnia aptum, vnde bene adnotat idem, declinaſſe nunc Dominum hos perſequentes, & adiiſſe diligentes: *Declinauit Dominus odio ſe perſequentes, & peruenit illuc, vbi inuenit plurimos ſe per amorem diligentes.* At ſine vt veniat tempus, & hora patiendi, & videbis quanto animo, quantis viribus aſcendat in Hieruſalem, ſic vt dicat Euangeliſta Luc. cap. 19. num. 28. *& præcedebat aſcendens Hieroſolymam.* Theophylact. vt plurimis benefaceret, *ſecedit ab ingratis, vt plurimis benefaciat.* in quo quantum ſit malum ingratitudo, elicere potes. Alij ne applauſum ex miraculo haurire videretur, quod ſimiliter & ſæpe aliàs fecit, omnes bonæ rationes; at vera & litteralis ne occideretur, quia nondum venerat hora eius. Vnde Remig. poſt illam rationem quam ſuprà adduximus, addit, *ſiue quia non erat tempus, neque locus patiendi; non enim cupit perire Prophetam extra Hieruſalem.* Ideo equidem ſeceſſit, quia tunc nolebat occidi, quia nondum venerat hora; & ideo, vt bene adnotat Abulenſ. iſti inſipientes nominantur ab Euangeliſta Luca, immo, *inſipientia repleti, quia*, ait Abulenſ. *deliberabant quid facerent de eo, quaſi in poteſtate eorum eſſet facere quod volebant.* Nil melius, crede mihi amice, quòd & ſimiliter inſipientiſſimi ſunt mali ac potentes huius mundi Sanctos perſequentes, quia ipſi armati, iſti inermes, nec capillum tangent, ſi à Deo non prædefinitum. Quod ſimiliter & in aliis negotiis fieri pro certo habe, nil efficies, etiamſi vſque ad mortem deſudes, niſi hora venerit, & tempus prædefinitum.

Abulenſ. — 10. *Phariſæi quare inſipientes.*

Et ſecuti ſunt eum multi. Hoc ſic narrat Marc. *Ieſus autem cum diſcipulis ſuis ſeceſſit ad mare, & multa turba à Galilæa, & Iudæa ſecuta eſt eum, & ab Hieroſolymis, & ab Idumæa, & trans Iordanem, & qui erant circa Tyrum, & Sidonem. Multitudo magna audientes quæ faciebat venerunt ad eum.* In tanta quippe multitudine, vt neceſſarium illi fuerit in nauiculam aſcendere. *& dixit Ieſus diſcipulis ſuis, vt in nauicula ſibi deſeruirent, propter turbam, ne comprimerent eum.* ratio: *multos enim ſanabat, ita vt irruerent in eum, vt illum tangerent.* Quorſum hæc appono tam? Sanè vt videas, ac manibus tangas propriam pœnam ambitioſorum hominum. nam, non eos Deus caſtigat morbo, fame, paupertate, aut peſtilentia, nil minus, ſed eodem gladio, quo ipſi alios perimere procurant, ipſi ex inuidia orta, vt ſuprà diximus, ex ambitione alios occidere procurant, vt à ſe moleſtiam eripiant, quam ſupra ipſam æſtimant mortem videndi honorem aliorum maximum ex ſequela populorum, putantes hanc per mortem honorati extinguere, & Deus huius vitam proſpiciens, eorum inuidiæ fomentum augens, ſic honorem, ſic ſequelam cumulat, vt ſi prius magna, poſtea creſcat vſque ad cœlum, ſic vt penitus dolore diſrumpantur inuidi. En ob inuidiam laudum miraculi iſti coëgerunt concilium, vt Ieſum interficerent, cum Herodianis ſeceſſit Ieſus dans locum iræ, & inuidiæ. Quid inde? nunquid poſtea ſolus & illaudatus? nil minus, immo nunquam ſic aſſociatus. Vnde bene Remig. *Quem Phariſæi vnanimi conſilio perdere quærunt, turba indocta vnanimi dilectione ſequitur.*

11. *Ambitioſorum hominum propria pœna.* — Remig.

Et ſanauit eos. Cur ſanauit omnes? Multas cauſas affert Abulenſ. *Prima*, quia omnes fide venerunt ad ipſum. *Secundò*, quia quando Phariſæi cogitabant illum perdere, ipſi ſecuti ſunt eum. Magnum motiuum apud Deum miracula patrandi, & homini benefaciendi. Quando tunc pro eo ſtamus, & ipſum defendimus, cùm totus mundus eſt contra ipſum. *Tertiò* ad ſuam poteſtatem oſtendendam, & ſimul, vt turbæ videretur quàm ſine ratione Phariſæi eum perſequebantur. *Quartò* ex miſericordia, quia eis compatiebatur quatenus eum ſequebantur cum magno labore, cum fame, & ſiti, & multa penuria rerum. Tandem *quinta*, & omnium melior ratio, *vt non putaretur, quòd Chriſtus offenſus à Phariſæis, ceſſaret eis facere bene, ſemper enim bene faciebat, & ſæpe cùm grauius eum perſequerentur, abundantiùs illis benefaciebat.* Equidem ſi attendas, in tota Euangelij hiſtoria non reperies tantos ſanatos ſic abundanter, ſic faciliter, ſic copiosè, ſi cauſam quæris, quia nunquam ſic ſine ratione offenſus, nunquam ſic inuidiosè perſequutus, nunquam ſic data opera calumniatus, vt verè

12. *Chriſtus cur ſanauit omnes languidos in hoc tempore.* — Abulenſ.

ex

ex hoc in admirationem Euangeliſta ſanctiſſimua redactus allegauerit prophetiam Iſaiæ, vt mox dicemus. quaſi ex tali facto Chriſti, ex tali benignitate, manſuetudine, longanimitate, ac liberalitate poſt tantam maleuolentiam, & ingratitudinem hominum euidenter ſequi illum ipſum eſſe, de quo Iſaias tanto antè venturum Meſſiam dixerit. In qua re verè ſe oſtendit Deum hominem, non hominem tantùm.

12. *Deus quo medio ad ſe peccatores reducit, quo homines.* Enim verò hoc intereſt inter Deum, & hominem reſpectu conuerſionis creaturarum. Nam Deus benefaciendo has ad ſe adducit, & in ordinem redigit, & facit vt ſe cognoſcendo doleant de peccatis, ſecus homo, non benefaciendo, ſed caſtigando, non amore, ſed timore. 1. *Reg.* 12. *c.* 15. ingratiſſimus ille populus dum eum ex Dei voluntate gubernabat Samuel, qui ab inimicia ipſum liberauerat, qui defenderat, qui cum Deo illum reconciliauerat, qui per tot annos ſic benignè eos rexerat. Tamen hoc non obſtante eum & cum eo Deum repudiantes Regem petierunt; quam ingratitudinem ſic ſanctiſſimus perſenſit Propheta, vt neceſſarium fuerit Deum ipſum conſolari; tandem ad ſe reuerſus populus ſuum recognouit errorem. Vnde ad illum eius poſtulans orationem; *ora pro ſeruis tuis ad Dominum Deum tuum, vt non moriamur; addidimus enim vniuerſis peccatis noſtris, vt peteremus nobis Regem.* At quo medio Samuel hos reduxit ad ſuum cognoſcendum peccatum, tum contra Deum, tum contra ſe ipſum? Sanè timore, horrore, fulminibus, tonitruis, procellis è cœlo cum ...bus; vnde ad illos; *Sed & nunc ſtate, & videte rem iſtam grandem, quam facturus eſt Dominus in conſpectu veſtro. Nunquid non meſſis tritici eſt hodie? inuocabo Dominum, & dabit voces, & pluuias, & ſcietis, & videbitis, quia grande malum feceritis vobis in conſpectu Domini petentes vobis Regem.* En medium, quo creatura hominem ad Deum reuocat, timore, horrore, pœna, metu vſque ad mortem; vnde Gregor Propheta Domini ait, *vt ad congruum pœnitentia fructum peccantem populum prouocaret, per mirabilem aeris motum ei inſinuat magnum peccatum tranſgreſſionis.* At non ſic Deus a totum oppoſitum beneficentia, amore, charitate, Exod. 16. n. 3. ex penuria panis ſic ingratus populus contra Deũ murmurãs ait: *Vtinam mortui eſſemus per manum Domini in Ægypto, quando ſedebamus ſuper ollas carnium, & comedebamus panem in ſaturitate, cur eduxiſti nos in deſertum iſtud, vt occideretis omnem multitudinem fame?* Quæ & quanta hìc dici poſſent horum ingratitudinem ponderando, ipſi clamabant ad Deum vſque ad cœlũ ex oppreſſione, ipſi vitam ducebant miſerabilem, ipſi occidebantur, ſuffocabantur, cædebantur. Vnde c. 1. n. 13. *oderant filios Iſrael Ægyptios, & affligebant illudentes eis, atque ad amaritudinẽ perducebant vitam eorum operibus duris luti, & lateris, omnique famulatu quo in terra operibus premebantur.* Pẽde ſingula, & mortem vitam horum appellabis, non vitam, & tamen ob paruum defectum panis, *Vtinam,* aiũt, *mortui eſſemus in Ægypto!* quaſi ibi viuerent? *quando ſedebamus ſuper ollas carnium,* quaſi ibi otium eis eſſet ad ſedendum? *comedebamus panem in ſaturitate.* Vnde? cùm nec ad viuere tempus eis daretur, & ex labore ſic premebantur, vt nec panem comedere liceret, melius dixiſſent, quando flagellabamur vſque ad ſaturitatem, & tamen hoc non obſtante murmurant contra Deum de egreſſu, quia vix defecit eis panis; at quid Deus, & quomodo hos reduxit. Sanè ſumma beneficentia, panem dando eis de cœlo, Dixitque Deus Moyſi, *Ecce ego pluam vobis panem de cœlo.* Samuel fulgura, tempeſtates, nimbos e cœlo, vt peccatores conuertat, Deus panem, manna, Angelorum cibum. ne mireris, Deus eſt, non homo, & Chriſtus ob hoc Deus eſt, & non tantùm homo, quia ſimiliter peccatores curat, & attrahit non terrendo, non caſtigando, non fulgura è cœlo adducendo, ſed beneficiis, ſed miraculis, ſed ſanitatibus, hinc petitus ad mortem; ſecedens ne occideretur pro pœna, pro flagello, pro plagis curationes præſtitit, omnes ſanans. Quod admirans Auguſt. 20. de ciuit. c. 30. August. *perſecutores Iudæos,* ait, *non contriuit, non extinxit, ſed pepercit eis, qui calamo quaſſat perdita integritate, & ligno fumanti amiſſo lumine comparati ſunt.* Egregiè quidem. Nam hæc Chriſti miſericordia ſuperat illam alteram, quam ſuprà adduximus; nam ſi tunc Iudæos Deus non extinxit, ratio quia ſani, quia adhuc non lignum fumigans, ideo non multum vt eos non extingueret peccatores; at nunc quando penè omnes putridi, omnes fœtidi, omnes extincti, & nil in eis niſi peccata, quod non extinguat poſt tale ac tantum peccatum, ſumma ac deifica eſt miſericordia, ex qua verè ſe prodit Deum, vt infrà dicemus.

Et præcepit eis ne manifeſtum eum facerent. Si turbæ infinitæ, ſi curationes infinitæ, ſi inter ipſas turbas etiam Phariſæi, qui ſequebantur Chriſtum, vt ſuprà 9. & *Luc.* 5. at animo eum calumniandi, vt *Marc.* 3. & *Luc.* 6. Ad quid præcipere ne eum manifeſtum facerent? Maldonar. affirmat hoc non præcepiſſe Dominum ſanatis, ſed dæmonibus ab hominibus exeuntibus, vt ait Marc. c. 3. *& ſpiritus immundi cum illum videbant, procidebant ei, & clamabant, dicentes: Tu es filius Dei, & vehementer comminabatur eis ne manifeſtarent illum.* Bona expoſitio, & non excludenda eſt altera quæ eſt Hilarij, Euthym. Abulenſ licèt, vt meliorem, probat alteram, quam affert Maldon. Salmer. & aliorum, etiam præcepiſſe hoc ſanatis. Quòd ſi cauſam petis, vt exemplum præberet fugiendæ iactantiæ. vt ait Hilar. *Iubendo ſilentium teneri gloriandi de ſe iactantiam declinat, & nihilominus cognitionem ſui præſtat in eo ipſo cùm admonet de ſe taceri, nam ſalus vnicuique præſtita erat ſibi ipſi teſtis.* Excellens documentum, talia opera erant Chriſti, quod impoſſibile vt eſſent occulta, quod bene Dominus ſanctiſſimus ſciebat; at vt viderent quàm longè eſſet à iactantia præcipiendo occultationem etiam impoſſibilem animum declarabat, & deſiderium occultationis. & hoc, vt ait Rabanus, vt *nos inſtrueret, quod quando aliquid magnum fecerimus, gloriam hominum non quæramus.* Vnde veriſſimè Abulenſ. affirmat hæc Chriſtum egiſſe ad inſtructionem noſtram, licèt impoſſibile illud videret, ſuam modeſtiam quantum ex ſe patefaciendo, vt nos eam imitaremur, vt ſic opus noſtrum ſit in publico, vt intentio ſemper maneat in ſecreto.

13. *Cur Chriſtus imponebat ſilentium ſuorum miraculorum.*

Maldon.

Hilar. Euthym. Abulenſ. Salmer.

14. *Chriſtus quantum in iactantiã fugiendum ad noſtram exemplum.*

Raban.

15. *Quorſum Euangeliſta adducit hoc teſtimonium Iſaiæ.* *Vt adimpleretur quod dictum eſt per Prophetam.* Quorſum hoc teſtimonium adducit Matth. Euthym. ad confirmandam Chriſti manſuetudinem, quam hìc oſtendit miram, & ineffabilem ſecedẽs, vt locum daret iræ, & ſic calamum quaſſatum non confringens. Vnde Euthym. Euthym. ſuper illa verba; *non contendet, nec clamabit,* ſic ait, *propter hæc verba Matthæus totam prophetiam poſuit. nam cùm eſſet Chriſtus mitis, non contendit aduerſus contradictores, neque clamauit, dum ei fieret iniuria.* Item, idem refert hoc ad præceptum ſuæ occultationis, quo volebat anſam auferre amplius malè faciendi Phariſæis: *quin,* ait, *huiuſmodi præceptum præ magna*

manſuetudine, ac lenitate faciebat Dominus, mallens ſuam gloriam occultari, quam Phariſæos ad maiorem inſaniam accendi, inducit Prophetam Euangeliſta, qui tanta eis lenitate fuerat locutus. Ex quibus, ſi attendas, duo elicies, verè diuinam & admirabilem fuiſſe Christi Domini noſtri manſuetudinem, dum de ea peculiarem mentionem fecerint Prophetæ; & *ſecundum*, quod veriſſimè nunc in cœlis, non minus, immo amplius miris, ex qua te animum magni reſumere poſſumus peccatores ad eum accedendi, ſecuri quòd nos non expel-

16. *Chriſti manſuetudo quomodo à nobis imitanda.* let, non eiiciet. quam manſuetudinem ſi imitari velimus, & locum date iræ noſtrorum aduerſariorum, debemus, & quod amplius, vt ipſis benefaciamus, etiam noſtrum cedere ius, ſicut Chriſtus ſuam reliquit, quantum ex ſe, gloriam miraculorum, vt peccandi occaſionem perfidis eriperet Phariſæis.

Chryſoſt. Chryſoſtomus duas affert, & excellentiſſimas rationes. *Prima* ne ſcandalizarentur turbæ ex tanta Chriſti manſuetudine (ſic erat magna) & crederent ipſum ex impotentia illud facere, quaſi non poſſet illos in momento deſtruere, & non ex voluntate, quia ſic ſcriptum de illo, & Scripturæ neceſſe vt implerentur; & *ſecunda*, vt intelligerent Chriſti excellentiam, dum omnes eius actiones ab Spiritu ſancto dirigerentur, eas Prophetis

17. *Spiritus ſanctus Prophetis Chriſti nō ſolùm actiones, ſed intentiones reuelauit, & cur.* reuelante, deinde *vt non turberis*, ait Chryſoſt. homil. 41. *in his quæ fiunt ex inſania Phariſæorum, induxit Euangeliſta, vt neque hoc derelinquant, ſed & vias eius, & tranſitus prophetarent, & intentionem cum qua hoc faciebat, vt diſcas quoniam omnia ab Spiritu ſancto loquebantur. Si enim cogitationes hominum impoſſibile eſt ſcire, multo magis Chriſti intentionem, niſi Spiritus ſanctus reuelaret.* Pulchrè hoc vltimum, Spiritum ſcilicet ſanctum Prophetis non ſolùm actiones externas minimas Chriſti reuelaſſe, ſed etiam internas; ſi rationem expoſcis, vt Chriſti prouideret honori, & decentiæ: nam cùm ipſe totus ad Patris honorem, omnino ſui oblitus, talia faciebat, vt poſſet reputari purum eſſe hominem, non ſimul Deum. At quid. Spiritus ſanctus hoc præuidens totus, & ipſe ad Chriſti honorē, & maieſtatem tuendā cauſam intrinſecam ſilentij Chriſti, eiuſque intentionem, quare ſcilicet ſe omnipotentem non oſtendebat, declarabat, vt ſic ex tali manſuetudine, patientia, ſufferentia, ſilentio, non ſperneretur vt homo, ſed adoraretur vt Deus, vt intelligas, amice, ex hoc quòd tunc tutiorem, ac ſecuriorem tuum habebis honorem, tuam poſſidebis famam, quando Deo omnia committens ſilenter opprobriā, & ignominia ſufferens, tantum de Dei honore ac ſeruitio cures, nam tunc totus Deus erit ad te, quando tu totus ad illum.

Omnes hæ rationes, vt vides, excellentiſſimæ;

Abulenſ. at litteralis, & vera eſt Abulenſ. hanc ſcilicet prophetiam adduxiſſe Euangeliſtam, quia cum Iudæis ſcribebat, nunquam teſtimonia Scripturæ, in qua ipſi fundantur, deferebat, ad probandum Chriſtum eſſe Meſſiam promiſſum; & quia ex tali manſuetudine ſe manifeſtabat, Chriſtum eſſe illum ipſum, de quo talia prædixit Iſaias, ideo voluit illam afferre, quæ tota verſatur in manſuetudine Meſſiæ venturi, vt mox videbimus.

18. *Quomodo prophetia Iſaiæ in Chriſto completa.* At ſi petes, quomodo hæc prophetia Iſaiæ ſit in Chriſto impleta? ad rem ſic perfectè reſpondet Abulenſ. vt non ſit amplius quod quæras. *Primò* enim aliquis poterat dicere, quomodo tanta, & talia mala contra Chriſtum operantes Phariſæi illos non occideret, ſanè quia ſcriptum, quòd *arundinem quaſſatam non confringet, & lignum fumigans non extinguet.* Item ſi aliquis petet; cur inde receſſit? Sanè, ne cum Phariſæis contenderet, quia ſcriptum, *non contendet.* Item ſi aliquis diceret, cur ſilentium præcipiebat? ſanè quia ſcriptum; *non clamabit*, ſcilicet *ſe prædicando*, ait Abulenſ. Item ſi aliquis diceret; ergo nunquam ſe Chriſtus vindicabit ab inimicis ſuis? reſpondetur quòd nunquam, donec ad iudicium veniat, quia ſcriptum, *donec ad victoriam eyciat iudicium.* Optima expoſitio; at nunc ſigillatim ad prophetiam.

Ecce. Bene adnotat Maldon. hoc verbum Spiritum magnum propheticum declarare, quaſi ſicut Ioannes, quando digito demonſtrauit Chriſtum, dicens: *Ecce agnus Dei*, ſic Iſaias in ſpiritu eum tanto ante videns, eum demonſtrauit, dicens, *Ecce*.

Puer meus, Hebraicè, *ſeruus meus*; vt legit Hie- 19.
ronymus, & dicitur ſeruus propter aſſumptam *Chriſtus quomodo Patris*
humanitatem; vnde Remig. *Dominus Ieſus Chri- dicatur ſeruus.*
ſtus puer omnipotentis Dei, dictus eſt non ſecundùm
diuinitatem, ſed ſecundùm aſſumptam carnis diſpen- Remig.
ſationem. At licèt Chriſtus dicatur Patris æter-
nus ſeruus, hoc vt excellentiſſimè adnotat Maldo- Maldon.
nat. non ad inſtar aliorum hominum, ſed per antonomaſiam, & excellentiam, & honorem tum
ipſius, tum Patris æterni; *Quaſi glorietur Deus*, ait, 20.
quòd inter homines talem habeat ſeruum. vt in eo ſibi *Pater æternus quantum*
placeat anima ipſius, vt poſſit ei proprium Dei offi- *ex ſeruitute*
cium committere, totam Eccleſiam gubernandi, & quod *Chriſti glori-*
maximum eſt, regnum ſuum perditum recuperandi. *ficatur.*
quæ omnia excellentiſſimè dicuntur: ſic enim Chriſtus Dei ſeruus dicitur, vt tota ad extra diuinitatis Dei gloria, tota eius maieſtas, omnipotentia, ac tandem omnia eius diuina attributa in vno Chriſto ſic reſplendeant, vt in nullo ſic Deus ſe Deum pandat, ac in hoc Chriſtum ſecundùm hominem ſeruum habere, nam niſi Deus, eſſet impoſſibile, vt talem ſeruum poſſideret; an autem etiam ſecundùm humanitatem verè Chriſtus ſeruus Dei dici poſſit, nec ne, ſolemnis eſt contro-
uerſia inter recentiores Theologos in materia de 21.
Incarnatione, quam hìc adducere ſuperfluum iu- *An Chriſtus*
dico. Vtraque ſententia probabilis. ego autem ob *verè & pro-*
reuerentiam ſanctiſſimi Patris, eiuſque honorem, *priè ſecundùm*
ob amorem Chriſti eiuſque affectum in ſanctiſ- *humanitatem*
ſimum genitorem, dum totum quod eſt, illius *dici poſſit Dei*
eſſe vult, & hoc nunquam ſic plenè explicatur, *ſeruus.*
ac quando illum ſeruum Dei dicimus, tum ob Scripturarum & Patrum authoritatem, libenter in eam vado opinionem, quæ aſſerit ſecundùm humanitatem Chriſtum Dei ſeruum verè dici, de
qua re vide Suarez *de Incarnat. q. 20. art. 2. diſp. 44.* Suarez.
ſect. 5. & ſequentibus.

Quem elegit, vt hominem. nam inter homines 22.
illum aſſumpſit, & Deum fecit. Item & in ſu- *Pater æter-*
premum omnium electorum caput. Item, vt *num ad quid*
mundum per ipſum redimeret, & ſibi reconci- *Chriſtum ele-*
liaret. Item, vt per ipſum tota prædeſtinationis *git.*
ſeries compleretur. Item, vt per omnia & omnimodè iuxta totum ac infinitū Dei deſiderium per illum Dei gloria aſſequeretur, ac ad extra perficeretur vſque ad maximum quod ſic, vltra quod nec progredi, nec amplius quod exquiret Pater habet æternus, ob quod tantummodo non ſolùm gratias ei ob Chriſtum datum, & electum debemus ingentes, ſed ipſum ſanguinem, ipſamque vitam, quale namque ſimile beneficium, vt inter

cæteras

exietas rationes Chriſti electionis in Deum vna
23. illa & præcipua, vt ex noſtro haberemus aliquod
Chriſtus cur nobis datus, & quale hoc beneficium.
infinitum quod illi rependere poſſimus, ob infinita ab eo accepta beneficia, & ſimul quale beneficium, vt ad extra ea noſtris ſit, qui ſic infinitè ipſum ſanctiſſimum genitorem glorificet, ac eſt ad intra glorificatus, dum ipſa Dei glorificatio ſit ipſa noſtra merces, & pro ſummo noſtro ſit beneficio,
24. vt Deus ſit qui eſt, quem ſpiritum noſtra ſanctiſſi-
Summum noſtrum eſt beneficium quod Deus ſit quod eſt.
ma Eccleſia imbuens, vtpote Dei ſponſa verè amãs quotidie in ſanctiſſimo Miſſæ ſacrificio hoc ſummum recognoſcens beneficium clamat, & dicit: *gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam.*
25. Cui hoc niſi Deo dici poteſt? Quis Regi dicet,
Eccleſia cur dicit, gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam.
gratias tibi ago, quia es Rex, tibi gratulor bene, ſed gratias ago, inſolitum hoc, & inuſitatum; at Deo ſolùm hoc dici poteſt, quatenus totum, quod eſt, & quod ſit, ſummum mihi eſt beneficium; quid? forſitan eſſemus, niſi Deus eſſet omnipotens: nunquid beatemur, niſi Deus ſumma eſſet felicitas, & beatitudo? nunquid glorificaremur, niſi Deus infinita eſſet gloria? ergo ſummum meum eſt beneficium, vt Deus ſit quod eſt. Quale ergo eſt illud bonum quod nobis ſummus præſtitit Deus, quando Chriſtum elegit, quo ei omnino rependere gratias condignas tanto poſſumus beneficio.

26. *Dilectus meus in quo bene complacuit animæ meæ.*
Chriſtus cur vni à Patre dilectus.
Rabau. *Quia ipſe ſolus eſt agnus ſine macula peccati; hinc vnicè dilectus*, animæ meæ, metaphoricè Deo
Remig.
anima aſcribitur, vt rectè obſeruat Remig. & tatio; *vt per eam demonſtretur Dei affectus erga Chriſtum.* de qua re vide quæ ſuprà diximus *c. 3. n. 17.* vbi ea profeſſiù declarauimus ly *in quo mihi bene cõplacuit.*
Chryſoſt. *Ponam ſpiritum meum ſuper eum.* Pulchrè Chry-
27. ſoſt. *quia, ait, dilectus eſt, ponam ſpiritum meum in eum,*
Ab ipſo conceptionis exordio plenus Spiritu ſancto.
quid per ſpiritum niſi ipſum Spiritum ſanctum, ac omnem eius fontem in illo, non à baptiſmate, ſed vt bene Remig. Maldon. & recentior, ab ipſo conceptionis eius puncto. *Tunc enim Deus*, Pater
Remig.
Maldon.
ait Remig. *poſuit ſpiritum ſuum ſuper eum cum operante Spiritu ſancto, carnem ex virgine, & mox vt homo factus eſt plenitudinem Spiritus ſancti ſuſcepit.*

28. *Iudicium Gentibus proferet.* Quid per iudicium?
Quale iudicium prædicauit.
Euſeb. *lib. 9. de demonſtrat. Euang. cap. 15.* Theodor.
Euſeb.
Theodor.
Theophyl.
Auguſt.
Procop.
Theophyl. & Auguſt. *lib. 20. de ciuit. cap. 30.* extremum intelligunt à Chriſto explicitè prædicatum. Procop. *in Iſaiam*, libertatem à dæmonis poteſtate. *Vnctus*, ait, *eſt Chriſtus, vt iuſto iudicio gentes in libertatem aſſereret, quod factum eſt, cùm Satanam damnauit his verbis, nunc iudicium eſt mundi, nunc*
29. *princeps huius mundi eijcietur foras.* At vetus ſenſus
Euangelium cur iudicium dicatur.
eſt pro iudicio intelligi ius, & iuſtitiam, quod fit per legem euangelicam, qua docemur quid iuſtum, quid nefas, & hoc, vt bene Maldon. non ſicut Moyſes vni genti tantùm Iudæorum, ſed gen-
Maldon.
Theophyl.
Euthym.
tibus omnibus, vnde Theophyl. *Iudicium eſt doctrina, & ſcientia, & diiudicatio boni.* & Euthym. *Iudicium vocat legem euangelicam, quam per Apoſtolos prædicauit gentibus, inſtruens*, vt ait Ianſen. *de iuſti-*
Ianſen.
tia ſolida, quam ipſi ignorabant.

Non contendet, neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem eius. Obſeruo cum Maldon. &
Maldon.
Ianſen.
Ianſ. toto hoc teſtimonio manſuetudinem Chriſti prædicari ac eius humilitatem, & licèt ex Hebr. ly *non clamabit*, accipi poteſt, *non accipiet perſonam*, vt
Hieron.
Hieron. vel non dimittet, vt LXX. tamen meliùs omnium accepit Euangeliſta pro *non tollet*, hoc eſt, *non clamabit*; at de quibus clamoribus loquitur? Sanè, vt omnes expoſitores, de clamoribus contentioſis, quales in foro. Vnde licèt cum Phariſæis
30. ac Iudæis ſæpe diſputauit, eoſque conuicit, hoc
Chriſtus quanta manſuetudine diſputauit cum aduerſarijs.
ſic placidè, ſic grauiter, ſic ſilenter, vt ſic dicam, vt non ex clamoribus, ſed ex efficacitate rationum eſſent conuicti; ſed, vt bene obſeruat Barr. non eſt dictum de clamoribus concionum, ſed contentio-
Barrad.
Salmer.
num, vnde ad rem Salm. ſic ait. *Etſi Deus plerumque cũ Phariſæis, & Iudæis diſputauerit, & ora eorum obturauerit, nullo tamen contentionis ſtudio, ſed ſumma vi veritatis demonſtrata, atque explorata, & ſumma cum modeſtia, & ſitu ſalutis animarum hoc fecit.* O vtinam & nunc ſic in noſtris diſputationibus noſtra eſſet vox, vt vis in efficacia rationis poſita eſſet, non in vocis contentione; quæ, vt ait Nazianz.
Nazianz.
orat. de Moderatione in diſp. ſeruanda, omnem antiquitus perturbauit Eccleſiam; vnde inquirens, vnde tanti tumultus in Eccleſia? *Quid hæc omnia exci-*
31.
Tumultus in Eccleſia vnde.
tauit? reſpondet, *animi acrimonia ſine ratione & ſcientia præceps, & effrenata, fideique nauis gubernaculo carens*; dicerem ego etiam, quando & modeſtia, & manſuetudine diſputatio caret. Vnde licèt viuacitas, vt idem ait Sanctus, neceſſaria in diſputando; tamen cum modo, vt nec tardi, nec temerarij dicamur. *Viáque regia incedamus*, ait Sanct. *vt nec calcaribus propter tarditatem opus habeamus, vel propter temerarium animorum impetum in præceps ruamus.* Via hoc videre in Chriſto? *non contendet*, ait Propheta, & ex illo noſtro Euangeliſta, *& non clamabit*, voce ſcilicet contentioſa. Vis attendere quantum, vt *neque audiet aliquis in platea vocem eius.* mirum eùm in templo, cùm in foro, cùm in plateis ſæpo diſputaret cum Phariſæis, at tanta eius erat manſuetudo, tanta ſerenitas, & in voce modeſtia, vt vix qui propè eum audiret, ſuum, vt ſic dicam, proſpiciẽs honorem, iuxta illud Spiritus ſancti Prou. 20. 3. *honor eſt homini, qui ſeparat ſe à contentionibus.* At via nunc videre ſi quando opus vocem eleuabat, ne putares eum ſegnem, audi *Luc. 8. 9.* in prædicatione *hæc dicens*, ait, *clamabat, qui habet aures audiendi audiat*; & Ioan. 7. *ſtabat Ieſus & clamabat, dicens: Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat.* En modus, en prudentia, en manſuetudo, & efficacia, fac tu ſimiliter, & in diſputationibus Chriſti humilitatem imitare. Nam, vt bene Nazianz. *Turpe eſt cùm in veſte,*
Nazian.
ac victus ratione non magnificentiam, ſed vilitatem am-
32.
In diſputationibus ſuperbè ſe agere quàm turpe religioſo viro.
plectaris, ac genuum callo, & lachrymarum fontibus, ieiunijs item & vigilijs, lectulique in terram ſtrati aſperitate, laboribuſque atque omni corporis maceratione, & ſubactione humilitatem, infirmitatiſque tuæ ſenſum oſtendas, in diuinis diſputationibus principatum, ac tyrannidem tibi vendicare; nec omnino cuiquam faſces ſubmittere, ac ſupra omnes leges Doctores ſupercilium attollere, vbi humilitas non ſolùm gloriam habet, ſed ſecuritatem. At tedeo.

Hieronymus myſticè hoc accipiens, ſcilicet
Hieron.
quòd in plateis non audietur vox Chriſti, per plateas homines peccatores, per latam viam incedentes, intelligens, ſic ait. *Lata enim eſt, & ſpatioſa via quæ ducit ad perditionem, & multi ingrediuntur per eam, quia multi non audiunt vocem Saluatoris, quia non ſunt in arcta via, ſed in ſpatioſa.* At pulchriùs Remig. *Platea, ait, Græcè, Latinè lati-*
Remig.
tudo dicitur. ergo vocem eius nemo audiuit, quia ſuis dilectoribus non delectabilia in hoc mundo promiſit, ſed aſpera. Quæ duo ſi ſimul iungas, accipies quàm
33.
Qui ſunt qui Chriſtum non audiunt.
difficulter Chriſtum intelligent, qui per amplam, & ſpatioſam gradiuntur viam, & ſimul quare prædicator Apoſtolicos ſolus remanet ab auditoribus, quia nempe vti Chriſtus non delectabilia, ſed aſpera prædicat.

Arundinem quaſſatam non confringet, & lignum fumigans non extinguet. Vt ſemel ſenſus ſtatuatur literalis, proprius horum verborum ille eſt declarare, & ante oculos ponere hoc exemplo magnitudinem manſuetudinis Chriſti, quæ talis erat, vt etſi poſſet ea facilitate qua quis arundinem quaſſatam, & qua quis quolibet tenuiſſimo habitu lignum extingere fumans, ſuos omnes confringere, ac perdere aduerſarios illud non fecit, immo è contrario omnibus ſemper benefecit. Quod ſi hoc euidentiſſimè aſpicere vis, conſidera factum in horto *Ioan.* 19. vbi dixit, *ego ſum, ac*

34. *Chriſti manſuetudo in horto quanta.* *abierunt retrorſum.* Qualis arundo amplius conquaſſata ac iſti? vel quale lignum amplius fumigans? nunquid eos confregit, aut extinxit? nil minus. immo Petro ferienti, & vt homo infringere audens calamum quaſſatum, & lignum fumigans reprehendit ad hoc (vt interim hoc dicam) videos inter Deum & hominem differentiam, dum iſte perdere, Deus ſaluare ſemper intentet. Petrus percutit, & calamum quaſſatum confringit, Chriſtus ſanat, hinc homo Petrus, Chriſtus Deus, qui non ſolùm diſcipulum reprehendit, ſed calamum ab illo quaſſatum ſanauit, Malchum ſcilicet ſeruum Pontificis, cuius nomen, vt egregiè

Chryſoſt. obſeruat Chryſoſt *hom.* 82. *in Ioann.* ideo pandit Ioannes, & ſeruum fuiſſe ſummi Pontificis affirmat, vt non ſolùm magnitudinem miraculi, ſed manſuetudinis Chriſti panderet, dum hunc ſana-

35. *Malchus cuius aurem Chriſtus ſanauit, fuit ille qui dedit Chriſto alapam.* uit, qui præ cæteris audax, & quid amplius, qui alapam ei erat inflicturus, *ſeruum autem eum ſummi Pontifi is, dicit*, ait Sanctus. *Quia magnum eſt quod factum eſt, non ſolum, quia curauit, ſed quia curauit eum, qui ſuper eum venerat, & paulo poſt alapam daturus eſt.* quod totum etſi ſciret, ſanauit tamen; qualis ſimilis manſuetudo? Quo ſemel ſtatuto, variè hunc locum exponunt Sancti, variè accipiendo ly *calamum quaſſatum, & lignum fumigans*

Cyrill. D. Cyrill. hoc applicat ad manſuetiſſimum Chriſti viuendi modum inter gentes ſemper ac vixit, cùm ſic ſe habuit, ac ſi in mundo non eſſet. Vnde *Iſai.* 42. ſic habet, *Peregrinatus eſt Domi-*

36. *Chriſtus quanta manſuetudine & ſilentio inter homines vixit* *nus ſubmiſſione multa, & humilitate, & quaſi ſine ſtrepitu, iniuria afficiens neminem. ſed in ſilentio, & ſolitudine vt confractum non confregerit, & lignum fumigans non extinxerit.* Quod etiam ſic accipiens Maldo-

Maldon. natus ad ſenſum Prophetæ exponens; *quaſi dicat*, ait, *ſic quietè & attentè ambulauit, vt etiamſi ſuper arundinem quaſſatam pedem ponat, eam non confringat, etſi per ſtupam incedat, non omnino ardentem, ſed tantum fumigantem non extinguat.* Ad inſtar noſtri prouerbij quando de leuitate alicuius admiramur, dicere ſolemus, *etiam ſi per pauimentum ouis ſtratum ambulet, nullum franget.* Sic Chriſtus ſecundùm Cyrill. à principio ortus ſui vſque ad finem ſic ſilenter, ſic quietè, ſic pacificè inter homines eſt conuerſatus, vt vix ſi eſſet in

37. *Religioſi ad inſtar Chriſti qualiter viuere debeant, & quæ obſeruare vt in paradiſo ſint* mundo animaduerteretur; exemplum ex hoc omnibus in communitate viuentibus præbens, qualiter ſcilicet in illa ſe præbere debeant, ſcilicet ſic quietè, ſic pacificè, ſic manſuetè, ſic ſolitariè, & ſilenter, vt ac ſi ſint in domo, vix reliqui ſciant quod profectò quis efficiet ſi ſemper in cella, nunquam extra illam, niſi in choro, ſi ſemper aut orans, aut ſtudens, nulla colloquia vana commiſcens, ſi nil ſcire, nil perquirere velit, niſi ſe ipſum, ſuamque conſcientiam, ſi de omnibus bene ſentiat, ſine vllius murmuratione, ſi ſuperiorum facta ſemper in bonam accipiat partem, nil ſubmurmurans, ſibi tantùm viuens, ſuſque deque ferat omnia. Tandem ſi ſic humilis, vt ſuam tantùm attendens reformationem omnia omnibus factus pacificè & quietè ſemper taceos, tanquam non videns, nec audiens patienter, ac ſilenter mordicata ſufferat, & per conquaſſata ſic tranſiens, vt non confringat clamando, aut contendendo, hoc faciens Religio paradiſus, ſi ſecus quouis ſanctiſſimo zelo (experto crede) erit tibi infernus.

Chryſoſtom. & Auguſtin *lib.* 20 *de ciuit. cap.* 30. Chryſoſt. per lignum fumans & calamum quaſſatum, Iu- Auguſt. dæos perfidos intelligunt, quos etſi Chriſtus ſumma facilitate extinguere poſſet, non fecit tamen, ſed patienter ſuſtulit. D. Hieronym. ad Al- Hieron. gaſiam, & Raban. pro arundine quaſſata acci- Raban. piunt populum Iudæorum, pro lino fumante populum Gentilem, quem Chriſtus non extinxit, immo lumen illud paruum naturale, quod habebat, auxit, & perfecit lumine ſupernaturali. Adſimilia habet Hilarius, & Tertull. *lib. aduerſus Iu-* Hilar. *dæos cap.* 9. Tertull.

At ad mores amplius facit altera Hieronymi ac- 38. ceptio in hunc Matth locum, qui pro arundine *Peccator calamus quaſſatus & lignũ fumigans quod Chriſtus non extinxit.* quaſſata, & ligno fumante peccatores intelligit, quos Chriſtus patienter ſuſtinens non ſolùm non confringit, ſed ſanat, vnde ait: *Calamum quaſſatum, ſiue confractum non conteret, cunctis enim placabilis erit, & veniam dabit peccatoribus, & lignum fumigans, ſiue, vt cæteri tranſtulerunt, obſcurum, atque tenebroſum non extinguet; qui vicini erant extinctioni, Domini clementia ſeruabuntur.* Hinc idem Sanctus contra eos, qui peccatores benignè non recipiunt, ſic ait: *qui peccatori non porrigit manum, nec portat onus fratris ſui, iſte calamum quaſſatum confringit, & qui modicam ſcintillam fidei contemnit in paruulis, hic lignum extinguit fumigans.* Qui ſenſus proprijſſimus eſt, & ad ſubiectam materiam, de qua Euangeliſta tractat, aptiſſimus, dum impios Phariſæos ſic ſuſtulit Dominus, vt eorum furori cedens, non eos compreſſit, qui aptiſſimè ſignificant peccatores, quos Chriſtus benigniſſime ſuffert, expectat, confortat, ſanat, eorum peccata non ſolùm diſſimulando, ſed cooperiendo. Proprium 39. Prælatorum officium, quod pulchrè adnotauit *Prælati peccata ſubditorum cooperire debent.* Chryſolog. *ſermon.* 4. ponderans *Luc.* 15. filium prodigum non antè brachiis ſolutiſſe patrem, quàm eſſet veſtitus. *Cecidit ſuper collum, clauſit* Chryſol. *amplexu ne nudaret pater filij crimina, pater filium ne fœdaret, & à ſeruis ante veſtiri filium voluit, quam videri, vt ſoli patri nota eſſet nuditas.* Qui etiam *ſerm.* 95. reprehendit Phariſæum *Luc.* 7. dicentem: *hic ſi eſſet Propheta, ſciret vtique quæ, & qualis eſt mulier quæ tetigit eum.* reprehendit, inquam. nam cùm prophetiæ ſpiritus ſit diuinus, non datur ad peccata propalanda, ſed occultanda. *Phariſæe erras, neſcire magis potuit ſi fuiſſet Propheta, quia prophetia non eſt humani arbitrij, muneris eſt diuini.* Egregiè. ex qua doctrina elicies, non à bono, ſed 40. à malo eſſe ſpiritu peccatorum, propalationem *Reuelatio peccatorum ex dæmonis aſtutia aliquando.* proximorum, & talium reuelationem, quando aut ſine fructu, aut non in ordine ad correptionem, neque ex vrgenti cauſa dæmonis eſſe aſtutiam, & deceptionem, vt ſæpe apud aliquos ſum expertus.

S Baſil. Tandem ad conſolationem puſillorum non 41. deſinam ſenſum Baſilij *in regulis breuior. inter.* 29. *Opera tepida ſunt lignum fumigans.* ponere, qui per lignum fumigans opera bona intelligens, non eo feruore quo par eſt facta, ſic ait:

Lignum

Lignum verò fumigans eſt, quotieſcumque quis mandatum exequitur, ſed non ardenti deſiderio, aut pleno ſtudio, ſed ſegnius quodammodo, ac lentius, qui ideo non eſt deterrendus, ſed excitandus potius admonitione aſſidua iudiciorum Dei, & promiſſorum ipſius. Non deſperent ergo tepidi, nec nos de eorum deſperemus emendatione. nam etſi tales, non ob id extinguentur à Chriſto, talis eius eſt manſuetudo, talis benignitas, ſed animum reſumant, & quoad poſſunt, in calorem per ſanctas procurent venire meditationes, ac cogitationes, & ſicut priùs putorem, vt ait Auguſt. *lib.* 11. *Euang.* dicens, *in ligno fumante notandum, quia deſertum lumine facit putorem,* ſic poſtea ex feruore reddant odorem.

Auguſt.

Donec eyciat ad victoriam iudicium. Apud Iſaiam ex Hebræo ſic habetur: *in veritate educet iudicium; non erit triſtis, nec turbulentus, donec ponat in terra iudicium, & legem eius inſulæ expectabunt.* Hieronym. *in hunc locum Iſai.* hæc verba noſtri Euangeliſtæ putat conuenire cum illis, *in veritate educet iudicium.* Vnde affirmat vitio ſcriptoris relicta eſſe ſequentia. at recentiores, vt Ianſen. Salmer. Maldon. & alij, moti ex ly *donec*, putant hæc verba Euangeliſtæ conuenire cum illis ſequentibus, nempe, *donec ponat in terra iudicium*, & data opera relicta reliqua ab Euangeliſta, quatenus idem ſit, *donec ponat in terra iudicium, ac in veritate educet iudicium.* At quidquid ſit de hoc, difficultas eſt,

Hieron.

Ianſen. Salmer. Maldon.

42. *Quid hîc per Iudicium accipiatur.*

in quo ſenſu hîc accipiatur iudicium, an pro vero iudicio, hoc eſt, vltimo, ſeu Iudæorum, an pro ipſa lege Euangelica, vt ſuprà accepimus in illis verbis, *iudicium gentibus annuntiabit*, hoc eſt, Euangelium, vt ibi diximus. Salmer. Ianſen. Barrad. volunt accipi Euangelium. Chryſoſt. & Theophyl. iudicium de Iudæis, & eorum expulſionem poſt reſurrectionem, eiuſque aſcenſionem. Nam ſicut ante eos tolerauit, ſic poſtea eiecit; *ac ſi dicat*, ait Chryſoſtom. *cùm ea quæ ex ſe ſunt, omnia compleuerit, tunc perfectam vltionem inducet, tunc enim punientur cùm claram fecerit eius victoriam, vt non relinquatur eis inuerecunda contradictionis occaſio.* Hilar. Hieronym. & Auguſt. pro vltimo intelligunt iudicio, qui ſenſus verus ex ſe patet ex ly *donec.* id eſt, vſque dum. Neque eſt quòd aliter accipi debeat, vt vult Ianſen. cùm nullum ſit inconueniens quòd ſic accipiatur. Vnde Hilar. *Donec eyciat ad victoriam iudicium, ſublata ſcilicet mortis poteſtate iudicium claritatis ſuæ reditum introducat.* qui ſenſus aptiſſimus. nam ad quid nunc iterum mentionem facere Prophetam, ſeu Euangeliſtam de lege Euangelica in ordine ad manſuetudinem Chriſti, cùm ſatis priùs illam inculcauerit? at, quia, vt ait Chryſoſtom. non ſemper ſic erit, non ſemper ſic mitis, nam veniet dies in qua clamabit & contendet, ideo tandiu erit mitis, donec victor eiiciat, hoc eſt, faciat de obſeruantia Euangelij iudicium; nam hoc tempore, ob eius manſuetudinem videtur ſuppreſſum Dei iudicium; non ſic autem in illo die, nam tunc deducetur ad victoriam. Senſus aptus, & verus.

Salmeron. Ianſen. Barrad. Chryſoſt. Theophyl.

Hilar. Hieron. Auguſt.

Et in nomine eius gentes ſperabunt. Hebraic. *& legem eius inſulæ expectabunt.* quod idem ſonat, vt bene Barrad. dum qui in lege Chriſti ſperat, in nomine eius ſperat; cùm tota Euangelij lex nomen Chriſti contineat; & inſulæ, quia Gentilium erant, bene per ipſas gentes intelliguntur, ad ſenſum, non ad verbum reſpicientes L X X. quod conſiderans Auguſt. 20. *de ciuit. cap.* 30. pulchrè ex hoc educit iudicium futurum, iuxta id quod ſuprà diximus, ipſum ſcilicet iudicium vltimum intelligere in illis verbis ſuprà poſitis. *Donec ſcilicet eyciat ad victoriam iudicium.* Vnde ſic ait, *hoc vltimum iam videmus impletum, & ſic per hoc quod negari non poteſt, creditur illud quod impudenter à quibuſdam negatur nouiſſimum iudicium, quod ponetur in terra cùm venerit ipſe de cœlo.* & vt hoc amplius confirmet, expendit, quantum extitit miraculum, vt gentes in Chriſtum crederent, tunc quando minus illi eſſet credendum, vnde ſequens ait: *Quis enim ſperaret gentes in Chriſti nomine ſperaturas, quando tenebatur, ligabatur, cædebatur, illudebatur, & crucifigebatur; quando & ipſi diſcipuli ſpem perdiderant, quam in illo habere iam cœperant, quod tunc vix vnus latro ſperauit, in cruce nunc ſperant gentes longè latéque diffuſæ, & ne in æternum moriantur, ipſa in qua ille mortuus eſt cruce, ſignantur.* Optimè equidem; quis enim illud crederet pro Deo gentes Chriſtum habituras crucifixum, & in ipſum eas credituras, qui nec eum ſperabant, nec de illo aliquid vnquam audierant, & tamen crediderunt, & impletum eſt ſanctiſſimi Prophetæ vaticinium. Quid ergo? nullus dubitet, ait Auguſtin. etiam per Ieſum Chriſtum nouiſſimum eſſe futurum iudicium. ergo ex dictis ad mores elicies ſecundùm hunc Auguſtini ſenſum, quòd ſi ſemper etiam in die iudicij Chriſtum manſuetum experiri velis, ſperes in nomine eius, ac hoc non oſcitanter, & remiſsè, ſed bene operando, & ſtrenuè agendo, cùm in vanum ſperabis, ſi tantùm fide contentus, vacuus ab opere Chriſtum expectes, & per viam latam, & non anguſtam incedis. Nam, vt ſuprà ex Hieronymo dicebamus, vt ſic non audis Saluatoris vocem; ac proinde deceptoriè in illo ſperas, cùm ſpes, vt vera ſit, cum operibus coniuncta eſſe debet, de qua re alibi ſæpe.

Barrad.

Auguſt.

43. *Quantum miraculum gentes in Chriſtum credere.*

Tunc oblatus eſt ei dæmonium habens, cæcus, & mutus, & curauit eum ita vt loqueretur, & videret. Nvm. 22.

Stupebant omnes turbæ, & dicebant: Nvm. 23.
Nunquid hic eſt filius Dauid.

Pharifæi autem audientes dixerunt: Nvm. 24.
Hic non eiicit dæmonium niſi in Beelzebub principe dæmoniorum.

Senſus litteralis, & moralis.

TVnc, &c. ſcilicet cùm ex Synagoga egreſſus, ait Remig. & Auctor Imperf. vel, vt Euthym. non ſignificat aliquod certum tempus. ex quo fit, vt de ordine non conueniant Doctores, an ſcilicet hoc miraculum ſit factum immediatè poſt illud de manu arida, an poſt alia. Conſule Ianſen. & Barrad. *tom.* 2. *lib.* 8. *cap.* 15. iam dixi parui negotij has ſimileſque eſſe quæſtiones ad ordinem attinentes.

Remig. Auct. Imp. Ianſen. Barrad.

1. *Hoc miraculum idem eſt cum eo quod Lucas & Marcus narrant.*

Magis ſubſtantialis quæſtio eſt, an hoc miraculum ſit idem quod Luc. *c.* 12. narrat, & Marc. *c.* 3. an diuerſum. Mald. putat diuerſum. Nos autem iuxta illa quæ ſuprà *cap.* 9. *n.* 32. diximus cum communi, prorſus idem eſſe æſtimamus rationibus, quas ibi fecimus, ex quo fit, vt ibi diximus, ad minus duo fuiſſe dæmoniacos mutos quos Dominus ſanauit, vnum de quo *cap.* 9. alterum de quo *hîc.* & Marc. *cap.* 3. & Luc. *cap.* 21.

Marcus autem aliqua affert quæ ad manſuetudinem

dinem declarandam noſtri Principis, ac eius in homines ardentem amorem magnifaciunt, ideo illa huc apponete libuit, ſic enim ait: *& veniunt domum, & conuenit iterum turba; ita vt non poſſet, neque panem manducare, & cùm audiſſent ſui, exierunt tenere eum. Dicebant enim, quoniam in furorem verſus eſt, & Scribæ, qui ab Ieroſolymis deſcenderant, dicebant, quoniam Beelzebuth habet, & quoniam in principe dæmoniorum eycit dæmonia.* Obſeruandum Marcum hæc ſcribere immediatè poſt electionem Apoſtolorum, poſtquam deſcendens Ieſus de monte domum eſt ingreſſus. quod myſticè

Beda. accipiens Beda ſic habet, *electus in monte Apoſtolos Do-*

2. *minus ad domum reducit, quaſi eos admoneat vt poſt*

Chriſtus poſt dignitatem Apoſtolatus ſuis datã, humilitatem eis inſinuauit. *acceptum Apoſtolatus gradum ad conſcientiam ſuam redeant.* Quid eſt, ad conſcientiam redite? niſi ſtare in ſui cognitione poſt acceptam dignitatem, & non ſe extollere, ac per illam ſuperbire, pudet dicere quæ videmus & aſpicimus, homines viliſſimos (ſi natalia reſpicis) in dignitate poſitos ſio ſui obliuiſci, ſic ſuperbire, ac ſi ex regio ſtemmate nati non plus ſe extollerent, aliosque deſpicerẽt.

At quid etſi in domo, non poterat, *nec panem manducare*, cum ſuis; at quid ex hoc? nunquid im-

Beda. patiens? nil minus, vt mox videbimus. Beda in hoc Marci loco adnotat feruorem turbarum in Chriſti proſecutione, & illum deſiderat in ſuo æuo, & nos in noſtro, vnde ſic ait, *O quàm felix occupatio Saluatoris, quam beata frequentia turbæ confluentis, cui tantum ſtudium ad audiendum verbum Dei, tantum fuit cura ad obtinendam ſalutem, vt auctori ſalutis cum eis, qui ſecum erant, ne veſcendi quidem hora a ſolatio vitæ miſeris impendendo li-*

3. *bera maneret.* Poſt quæ ſic ſequitur. *Vtinam Domi-*

Turbarum frequentia quanta ad Chriſtum. *ne Ieſu & in noſtri æui temporibus tantum gratia tuæ fidelibus largiaris, qui Doctores tuos aſſiduitate diſcendi non ſolum ab appetitu carnalium voluptatum, verùm etiam nonnunquam ab ipſa quoque panis quo-*

4. *Prælatorum officium quale.* *tidiani perceptione præpediant.* quod factum obſeruans Salmer. ad Pontificem illud aptans ſic ait, *qua in re indicare voluit. quid Pontifices, quid Epiſcopi, aliique Eccleſiæ paſtores ſuis ouibus debeant, propter quas, in fide & religione Chriſti fouendas, & cibo, & ſomno ſuo parcere debeant, & intelligant ſuum cibum eſſe voluntatem Dei facere, & in animarum ſalutem incumbere, ſuum verò ſomnum & quietem animabus ſibi creditis ſedulò inuigilare.* Felix Prælatus qui ſic ſuis inſeruit, qui ſic ſuos ſuſtinet ſubditos, qui ſic eos portat, cùm illud proprium ſit eorum officium, quod ſi penderent, non ſic multi ad dignitates anhelarent ſpirituales.

5. Enim verò mea ſententia hoc intereſt inter di-

Dignitas ſpiritualis onus importabile. gnitatem ſæcularem, & ſpiritualem. nam illa tota vſurpatur ad commodum Principis; hæc tota inſtructa ad commodum ſubditorum. Confirmo ex *cap.* 10. *Marc. num.* 42. quando Chriſtus diſcipulis primatum petentibus ſic ait: *Scitis quia hi, qui videntur principari gentibus, dominantur eis, & principes eorum poteſtatem habent ipſo-*

6. *rum.* Quid hoc? mea ſententia indicare, quare ſæ-

Sæculares dignitates cur appetuntur. culares poteſtates, ſiue dignitates appetantur. Sanè; quia nil aliud homines ex illis deſiderant, quàm ſuum, non ſubditorum commodum, portari, non portare; ſeruiri, non ſeruire; abundare, non egere, famulari, non famulare, accipere, non dare, ſpoliare, non veſtire. Nam ob hoc,

Theophyl. vt bene ait Theophyl. *Gentilium principes tyrannicè & dominabiliter ad principatum ſe ingerunt.* Quid ergo mirum, ſi appetantur? at verò non ſic in dignitate ſpirituali, vnde ſequens Dominus ait: *non ita eſt in vobis, ſed quicumque voluerit fieri maior, erit velut miniſter, & quicumque voluerit in vobis primus eſſe, erit omnium ſeruus.* En ad quid ſpiritualis dignitas, vt ſeruiat, non vt ei ſeruiatur, quod cùm ſit, vnde eius appetentia? quis ex libero ſeruum eſſe deſiderat? vnus tantùm. lego Paulinum ex charitate ſeruum factum ex libero, faxit Deus vt tales ſint nunc qui ad dignitates aſpirant ſpirituales, vt hoc ſit ex charitate, vt ſerui fiant ex liberis. & in hoc velint Chriſtum imitari. nam qualis ſeruus ſic dominis, addictus, vt nec panem ei manducare eſſet locus; at progrediar.

Et cùm audiſſent ſui. Locus pulcherrimus, ac de- 7.

uotiſſimus, quem non libet per tranſennam curre- *Chriſti charitas quanta.*

re, cùm non ſine lacrymis legi poteſt, tantam ſcilicet fuiſſe in homines Chriſti charitatem ac beneuolentiam, vt ipſum inſanire putarent, vt ſtatim dicam, in qua re ſtatuendum vt certum, pro ly *ſui* intelligendos propinquos, & non Apoſtolos, vt

vult improbabiliter Gloſſa Interl. vnde Græcè, *qui* Gloſſ. Interl.

ab ipſo erant. & Euangelium Syriacum, *& audie-* 8.

runt patrueles eius. quo ſtante nunc videndum quo animo iſti exierunt tenere eum, & quo ſenſu affirmabant in furorem eſſe verſum. *Propinqui Chriſti quo animo Chriſtum tenere & inſanire dicebant.*

Theophyl. huc tribuit inuidiæ; vnde ait, *audientes neceſſarij Chriſti quòd dæmonia eyciebat, & morbos ſanaret, præ inuidia opinabantur quòd dæmonium haberet, & furioſus eſſet, vnde volebant comprehendere* Theophyl.

eum, & ligare. Beda, & Caiet. affirmant ex admira- Beda.

tione altitudinis ſcientiæ Chriſti hoc eos æſti- Caiet.

maſſe cùm ſcirent literas non didiciſſe, *ſciebant enim*, ait Caiet. *operam literis nunquam dediſſe, & propterea audientes quod prædicabat, putauerunt ipſum*

verſum eſſe in inſaniam. Quibus concordans Ianſen. Ianſen.

addit timore etiam perculſos, ne ob res à Chriſto geſtas, & innouatas, tota ſimul parentela perdere-

tur. Lyran. ob pietatem, ne ſibi & aliis noceret, af- Lyran.

firmat, voluiſſe illum ligare. omnes ergo hæ expoſitiones, ſeu intelligentiæ in vnũ conſpirant; propinquos ſcilicet domini, ex altitudine eius ſcientiæ, ex magnitudine miraculorum motos, nil altum de illis cogitantes, verè putaſſe, aut illum eſſe arreptitium, aut amentem, & illa loqui, aut facere non ex ſe, ſed ex virtute dæmonis in illo inhabitantis. At contra hoc facit quod aliàs ſæpe propinqui Domini eum viderant concionantem, & miracula facientem, & nunquam tale æſtimarunt. Cur ergo nunc illud æſtimaſſent, cùm nil amplius aut audierant, aut viderant, quod non

priùs, ob quod rectè Maldon. probabile æſtimat Maldon.

in Luc. 3. data opera propinquos nunc furori opera Chriſti tribuiſſe, ne vel ipſi, vel Chriſtus aliquid paterentur. Probabilis coniectura ſuppoſito odio Phariſæorum, & Scribarum, & verè qui horum opiniones vult ſequi, vt ad veritatem eas reducat, debet ſentire propinquos potius ad ſe, & Chriſtum liberandum finxiſſe in furorem eſſe verſum, tempori, & occaſioni ſe accommodantes.

At mihi amplius placet opinio Euthymij, quem Euthym.

ſequuntur Salm. & Barr. hoc feciſſe propinquos, Salmer.

vt eum cohiberent, ne amplius ſanaret, & vt ab il- Barrad.

lo turbam cohiberent, & excellerent, cùm ly *eum*, & ad turbam, & ad Chriſtum referri poteſt, ex vi verbi Græci, vt ait Euthym. Quapropter conſiderantes eum nil manducaſſe, & à manè vſque ad veſperam concionibus, & miraculis operam dediſſe, & tamen omnino ſui obliuiſci, ac propriæ, vt ſic dicam, vitæ, putantes, & verè, quòd ſi ſe non

oppone

9. *Chriſtus ſui obliuiſcebatur, vt aliorū miſereretur.* opponerent turbæ, ſi Chriſtum vi è medio non tollerent, inter eos potius ipſum prius defectuturum, ac moriturum, quàm à benefaciendo ceſſaturum, ideo affirmabant *in furorem verſum*, hoc eſt, in exceſſum, ſeu erſtaſim, ob quod eaierunt, *vt tenerent eum, ſiu adiuuarent*, ait Euthym. ex aliorum ſenſu, *dicebant enim quòd exceſſiſſet, ſiue diſſolutus eſſet à vigore corporis pra nimio labore.* Nec inſolens eſt hæc cogitario, nam vſo euenir, vt quando aliquem videmus taliter alicui operi, vel ſtodio addictum, vt omnino & eſus, vel porus, aur ſomni obliuiſcatur, ſolemus de eo dicere, extia ſe abiir, & vi à ſtudio eum repellimus, quod ſæpè mihi accidiſſe, & ſimilia audiſſe ab amicis repellere me conantibus à ſtudio planè affirmo. Talis ergo erat Chriſti feruor, talis aſſiduitas in benefaciendo, talis perſeuerantia, talis charitas, vt penè extra ſe factus reputaretur, & quod neceſſe haberet vi, ac violentia, quæ eum eatraheret, & ad ſui curam reduceret, ne fame periret, ue omnino viribos eacederet, quod ſi couſideres quæ reſpondit Apoſtolis *Ioan.* 4. *num.* 31. quando eum rogabant diſcipuli, dicentes ei, *Rabbi manduca*, clarum videbis hanc eſſe eapoſitionem, & non ſolùm piam, vt vult Maldonar. ſed etiam veram, qoid ergo eis Chriſtus, *& ſi fatigatus ſedebat ſic ſupra fontem, & hora erat quaſi ſexta.* videbant eum diſcipuli quaſi exceſſum viribus præ fatigatione, & extra ſe factum, rogabant, vt manducaret. At quid ille, *Ego cibum habeo manducare quem vos neſcitis.* Qualis hie cibos? Sanè qui ſequitur, *ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum: ſciens*, ait Theophylact. *quòd Samaritana totam ciuitatem ad eum traheret, diſcipulis hoc ſignificauit, dicens, ego cibum.* En cibus expectabat concurſum, & eaitum Samaritanorum ad illum, ſic ferebatur ad hoc. ralis eius erar deſiderium conuerſionia animatum, vt pro cibo, pro poru, pro ſolatio illam accipiebat, hinc nec manducare, nec bibere, etſi farigatus ex irinere nolebat. Quid ergo, nónne meritò illum exceſſiſſe dicas ob amorem, ob charitatem. Siſto hîc. nam verè talis mauſuetudo, ralis benignitas, talis chariras, talis feruor, potius ſilentio adorandos, admiratione ſtupendus, eaceſſu prædicandus. nam verè fateor, quòd ſi hæc audientes menre non eacedimus, in inſaniam non imus, & in furorem Chriſtum ſanctiſſimum non imitamur, non ſequimur, cùm neſcio cur cùm ipſe ob uoſtri amorem in furorem, vt ſic dicam, vertitur, & noa miſeri non ob ipſum inſanimor hæc audientes, hæc conſiderantes; ſed ad noſtrum venio Euangeliſtam.

Theophyl.

10. *Quot malis hic tenebatur.* Tertull. Chryſoſt. Euthym.

Oblatus eſt ei dæmonium habens cacus & mutus. Voa Græra, *mutus*, etiam ſignificat *ſurdum*. Hinc Tertull. *lib. 4. contra Marcion.* Chryſoſt. *hic*, Euth. *in Lucam*, æſtimant fuiſſa ſurdum, itaque hic miſer erat cæcus, mutus, & ſurdus, & inſuper dæmonium habens. Quid miſerios?

11. *Dæmones quomodo dicuntur muti*

Lucas habot, *& illud erat mutum.* Quomodo dæmones dicuntur muti aperta eſt ratio; dici ſcilicer per metonymiam, vt pallida mors, quia facit alios pallidos; ſic nunc dicitor dæmonium mutom, quia obmuteſcere faciebat hunc hominem.

12. *An hic à dæmone erat mutus, an ab infirmitate.* Chryſoſt. Euthym. Lyran. Maldon. Abulenſ.

At quæſtio eſt, an hic ex dæmonis opera erat cæcus, & mutus, & fortaſſis ſurdus, an ea infirmitate propria hæc patiebatur mala? Chryſoſtom. Euthym. Lyran. Maldouat. Ianſen. aliique putant, actu dæmonis hunc fuiſſe cæcum, & mutum. Abulenſ. *hic quæſt.* 50. à natura, vel alio caſu, quem ſequitur Barrad. quia ait, vt ſic magis miraculum Chriſti attollitur; at à priori communi non eſt recedendum, licèt hæc ſecunda ſua non careat probabilitate. Barrad.

13. *Phariſai peiores quàm dæmones.*

In Beelzebuth principe dæmoniorum eycit dæmonia. Phariſæi hoc dicebant ipſo dæmone peiores, vt ait Chryſoſt. *quia dæmon, ait, ab homine citiùs recedit, ac nihil dicens fugam arripuit, illi verò modò interficiendi agitabant conſilia, & calumniabantur miraculum.* O potens inuidiæ paſſio, vt quando factum negare non poteſt alterius, glorioſum fingit, vana, iniqua, ac perfida, vti iſti miraculum calumniare non poterant, oam euidens. Quid ergo? calumniantur perſonam, dæmoniacum eum facientes, vt ait Marc. *Quoniam Beelzebuth habet*; diuinam virturem dæmoniacam facientes, peiores ipſi dæmone, vt rectè Chryſoſt. vt videas inuidia quales homines reddat, ſi ſemel cor poſſederit humanum, de nomine anrem Beelzebuth, & quia eſſet, ſuprà diſſernimus.

Ianſen.

14. *Sapientes ſi ſemel errant difficillimè curantur.*

Vltimò cum Ianſen. adnotandum ex Marc. iſtos deſcendiſſe ex Hieroſolymis, quod duobus de cauſis affirmat adnotaſſe Marcum. *Primò* ad denotaodum ampliorem eorum malitiam. *nam ob inſigniorem legis notitiam oportuiſſet magis ex factis Ieſu intellexiſſe ipſum eſſe Chriſtum.* ob quod & amplius eorum erat peccatum. Hoc adnoto, vt pro certo ſtatuatur litteratorum hominum cæcitatem prorſus irremediabilem, quando ſemel ea malitia cæcantur, ipſam lucem ex argutiis tenebras facient; ſic erant iſti. *Secunda* ratio quare illud adnotat Euangeliſta, affirmat eſſe; *vt populum auerterent à Ieſu, quem audierant bene audire de Ieſu.* vt videas inuidorum amarum zelum, nulli labori parcentem, vt damnum irrogent.

ANNOT. MORAL. CV.

De dæmonio muto.

1. *Chriſti proprium officiū dæmonū opera infringere.*

OBlatus eſt ei dæmonium habens cacus, & mutus. Non equidem ſine emphaſi puto poſitum verbum *oblatus eſt*, quaſi dicat illi oblatus, cui talia facere incumbebat, rùm, teſte Ioan. epiſt. 1. cap. 3. n. 8. *in hoc apparuit filius Dei, vt diſſoluat opera diaboli.* Quæ iſta? Sanè *colligationes impietatis*, vt ait Iſaias *cap.* 58. *num.* 6. quibus homines detinentur. Symmach. legit: *omnem cautionem falſam.* Ob quam peccator diabolo debitor fit. LXX. *omnem ſcripturam iniquam*, quam peccando diabolo homo præſtitit. Hieronym. *chirographa*, quod eſt dicere, librum debitorum, quibus à dæmonio tenebamur. Vnde Paulus *ad Coloſſ.* 2. *num.* 14. declarans modum quo Chriſtus illud deleuit, Clemens ait, *delens quod aduerſum nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipſum attulit de medio affigens illud cruci, & expolians principatus & poteſtates traduxit confidenter, palam triumphans illos in ſemetipſo.*

Hieron.

2. *Chirographū quid.*

At quid per chirographom? Theodoret. corpus intelligit noſtrum, *in quo, ait, infixa, & quaſi inſcripta erant delicta, id eſt, peccata carnis, quæ Chriſtus in cruce deleuit.* At quomodo? è noſtro corpore in corpus illa transferens Chriſti, iuxta illud Iſai. 53. *poſuit in eo iniquitatem omnium noſtrûm, & liuore eius ſanati ſumus.* Hinc 2. *Reg.* 12. *n.* 13. Nathan ad Dauid, *Dominus tranſtulit peccatum tuum à te.* quoad pœnam ſcilicet, *non morieris*, bene tamen filius. *filius qui natus eſt tibi, morte morietur.* Sic ob Dei

3. *Chriſtus quomodo deleuit peccatum.*

ſummom amotem, homo peccauit motte dignus, at filius motti eſt trádirus,vt homo viueret, faciés illud peccatum,vt ait Paul. *Qui peccatum non fecit, factus eſt pro nobis peccatum*,2.ad Cor.5.0.21.ooſtræ erant culpæ,at ſuæ fuerant pœnæ;at hoc qoia non aliod etat remedium. Vnde Paul.ad Hebr.10.n.5. *hoſtiam,& oblationem noluiſti.* ſacrificia nempe autiqua, hinc tota maſſa damnabator humana, cùm illa imparia ad tantum, & taota ſoluenda delicta. Quid ergo, *corpus adaptaſti mihi.* & ratio, *quia hoſtias & oblationem,& holocauſtomata pro peccato noluiſti, nec placita ſunt tibi, quæ ſecundùm legem offeruntur, tunc dixi, Ecce venio.* verba ſunt Chriſti ad Patrem. At ad qoid venit? *vt faciam Deus voluntatem tuam.* Qualis hæc?vt ſcilicet ſublatis primis ſacrificiis,quæ non erant accepta, nec per illa deleri poterant peccata, ſtatuerat ſecundum ſacrificium acceptabile corporis ſui. Vode ſequens ait Paul.*auſert primum, vt ſequens ſtatuat, in qua voluntate ſanati ſumus.* At quo medio? per oblationem corporis Chriſti;etgo chitographum,in quo ſcripta peccata,noſtrum erat corpus, iuxta Theodoret. Hincque & illud in poteſtate diaboli, vt iſtius hominis miſetabilis; at Chtiſtus veniens, hæc in corpore ſuo traosferens, cùm eſſet ſine peccato, illa per ſanguinem ſuum deleuit, deſtruens opera diaboli.

4. *Decalogum chirographũ contra nos.*

Alij, vt apud ipſum Theodoretum, reputant chirographum fuiſſe ipſum decalogum legis quo obligabaotur ad legem Dei ſetuandam, quod contra nos clamabat ex eius inobſeruantia, & vt eius clamores non audirentur, affixit Chriſtus illud cruci,vt non eius,ſed Chriſti ſanguis,clamor à Patre perciperetur ſanctiſſimo. Vnde Vatabl. *chirographum*,ait, *vocat ipſam legem Dei,ſiue decalogum quod digito Dei ſcriptum eſt,quod teſtificatur contra nos.& nos condemnat,ſicut chirographum condemnat debitorem coram iudice.* Ex malitia enim illud non obſeruabatur, hinc affixum cruci in virtute ſanguinis Chriſti fortes effecti homines illud obſeruant. ob quod iam non mortem,ſed vitam affert, & ex virtute crucis iam non pœnas, ſed merita expoſcit.

Vatabl.

Chryſoſt. Theophyl.

S.Chryſoſt. & Theophylact. putant chirographum eſſe pactum Dei cum Adamo de froctu. *In quacumque die comederis ex eo,morte morieris.*vnde ex vi illius dum illud Adam confregerit, ad mortem trahebatur homo, quod Chriſtus ſoluens & pœnam deleuit in cruce.

S.Thom.

S. Thom. egtegiè vult chitographum eſſe Dei

5. *Dei memoria chirographũ noſtrorum peccatorum.*

memoriam peccatorum ad eos caſtigaodos,quam Chriſtus in cruce deleuit. Vnde ait,*cùm Deus peccatum remittit,non remittit ſic vt faciat quod non peccaueris, ſed ſic vt peccatum admiſſum deleat, quaſi de ſua memoria & decreto, in quo illud reſeruabat ad vindicandum & puniendum, ſimulque facit, vt peccatum non remaneat in dæmonis memoria ad accuſandum nec

6. *in peccantis conſcientia ad eum contriſtandum.* Hoc

Peccatorum memoria à Chriſto deleta.

vltimum ponderandum, ad charitatem Chriſti erga oos animaduertendam, noo ſolùm emiſit ſanguinem, & mori voluit in cruce, vt peccata noſtra deleret à Dei memoria,ſed etiam vt à noſtra, ne ex illa contriſtaremur. Quid dulcius? ſic noſtri eſt amans,vt non ſolùm noluit,vt debitam pœnam peccatorum portaremos, ſed nec triſtes ex eorum memoria incederemus, vultum,oculos, frontem, aſpectum conſiderans noſtrum, deſiderans,vt ſemper ſit lætus,nuoquam triſtis. Hinc ad Cain Gen.4. num. 6. *Cur concidit facies tua?* amplius,vt ſic dicam, dolens de ciua triſtitia, quam de ſua offenſa. qualis ſic pater? qualis ſic mater?

Omnes hæ ſententiæ ſunt probabiles, at vera eſt Auguſt. *in Pſalm.*68. eiuſdem D.Thomæ, Gagnæi, & aliorum, per chirographum peccati intelligi pœnas peccatorum, quibus homo ſe dæmonio ſubmiſit,tolerandas,ac ſpopondit pro peccato.Nam,vt bene Origen.*Quiſque*,ait,*dum peccat, peccati ſui litteras ſcribit.* Pactum enim peccator cum dæmone quando peccat, ac ſcriptutam firmat, ſimul dæmoo illi peccati delectationem, homo ob talem delectationem ſubire omoes pœnas inferni, & ſimul omnes quæ illi libuerint, ad quas ſoluendas Chriſtus venit tanto labore, vt vſque ad crucem, vſque ad ſanguinem, vſque ad mortem deſudauerit, quod etiam ſignificatur in curatione huius,dum Lucas dicit, *quod erat eyciens dæmonium*, ſignificans in ly *erat*, conatom, defatigationem, & vim quam ponebat in dæmone expelleudo,qui tanquam *fortis armatus*,vt infrà,domum illam poſſidebat, quod fecit adiutus etiam ex iniuſtitia coottactus, vt quanta fuerit difficultas attendas, cùm in contractu læſio interuenit, quam dicunt enormem, cùm pro vili rem emit ſic pretioſam, iuxta illud Prophetæ, *gratis venundati eſtis. Secundò*, quia perfidus promiſit, quod præſtare non poterat, *eritis ſicut dij. Tertiò*, quia homo ratiooe creationis alienus erat, non ſuus. *Quartò* tandem, quia lex iubet, vt à domo eiiciatur ille, qui malè eam habitat; ſtante ergo tali iniuſtitia, iuſtiſſimè illum expellere poterat, & tamen hoc non obſtante neceſſaria fuit vis, defatigatio, vſque ad ſangoinem, & vt filius Dei è cœlo ob hoc deſcenderet, iuxta illud Iſai.49.6. *parum eſt vt ſis mihi ſeruus ad ſuſtinendas Tribus Iacob, & faces Iſrael conuertendas.* Pro ly *faces* eſt in Hebræo *Neſiure*, quod verbum aliqui interpretantur *reſeruatos & ſuperſtites.* alij *poſſeſſos à dæmone*, proprium Chriſti opus, vt diximus, quod etſi in vltimo perfecit omnioo, quando in cruce moriens,vt ſuprà dicebamus, tamen & antea, ſemper eos deſtruens,expellens,opprimens,ab eorom manibus creaturam ſuam eximens, pœnaſque ſoluens, vti in hoc miſerabili, quem dæmon opprimebat cæcitate, ſurditate, ac mutitate, vt diximus.

Auguſt. S.Thom. Gagn.

Origen.

7. *Peccatorum pœna ſunt chirographũ diaboli à Chriſto deletum.*

8. *Chriſtus quanto conatu diabolum ab homine expulit.*

9. *Quid myſticè per hunc mutum.*

At quid myſticè per hunc mutum? aliqui illum ſuſcipiunt pro eis, qui non orant, & videtur eſſe Hieronymi ſententia, dum miraculum pendens ait;*cæcus videt,mutus loquitur,poſſeſſus à dæmone liberatur, quod quotidie completur in conuerſione credentium,vt expulſo primùm dæmone fidei lumen aſpiciant, deinde ad laudes Dei tacentia priùs ora laxentur.* Magnum equidem malum noo orare, magna dæmoois aſtutia orationem ab homine eripere, & coram Deo mutum eum reddere. Alij accipiunt pro illis, quorum os diabolus obturat, ne coofiteantur. Breuiter ergo de ſingulis aliqua dicemus, & *primò* de malo oon orandi. *Secundò* de malo non confitendi. *Tertiò* de malo non coofiteodi vt par eſt. *Quartò* demum, quæ poſſunt eſſe ſigna, qnibus quòd bona noſtra extitit coofeſſio credi poſſit.

§. I.

Quantum ſit malum non orare.

10. *Sine oratione vix vita.*

E*T illud erat mutum.* Non orans ſcilicet, quod malum ideo diabolus homini iotentat, quia ſcit,

ſcit, peſſimus ſine oratione, & ſi alia adſint opera bona, non eſſe, aut difficulter vitam, quod præcipoè de mentali volo vt intelligatur. *Gen. 20. n. 3.* mortem ioterminatus eſt Deus Abimelech propter vxorem Abraham. *En morieris propter mulierem quem tuliſti.* Cui cùm Abimelech ignoranter ſe illud feciſſe reſpondiſſet, ſic ad illum Deus; *& ego ſcio quòd ſimplici corde feceris*, &c. *Nunc ergo redde viro ſuo vxorem, quia Propheta eſt, & orabit pro ſe, & viues.* Pendo primùm ly *quia Propheta eſt.*

Lippom.

ad quid hoc declarare? Lippom. *in Cat.* vt ſciret Abrahamum vti Prophetam occultorum cognitorem certò ſciſſe Saram non fuiſſe ab illo cognitam.

Caiet.

Caiet. vt non ſolùm reſtitueret eam ob Saram, quia maritum habebat, *ſed etiam vt ex ſanctitate Abrahæ trahatur ad reſtituendum.*

11\. *Deus cur Abimelecho dixit Abrahamum eſſe Prophetam.*

Ex quibus duo elicies, *primum*, quantum honor ſeruorum ſuorum Deo ſit curæ, vt certum voluerit fieri Abimelech ideo accepturum Saram, quia certiſſimè ſciebat intactam ab illo, ac proinde ideo etiam permiſiſſe, vt ab illo tolleretur, quia præſciebat non fore tangendam, vt ex hoc intelligas quantum Deus amet viros eſſe honoratos, ac ſuarum mulierum honoris prouidos.

12\. *Quanti ſuorū honorem faciat, & quātum velit, à principibus æſtimentur.*

Et *ſecundum* elicies quantum homines ſanctos reſpectare debeant Principes, nullam eis iniuriam inferendo, dum Deus ob ſanctitatem Abrahami, eiuſque reſpectum voluit, vt Abimelech Rex vxorem ei redderet, etſi ex ſimplicitate id fecerat. quod eſt dicere, abſque peccato, & malitia: at ſi in puritate manus, quia non in concubinam, ſed vxorem, ſi tandem eam reſtituebat, ad quid poſt tanta bona adiicere neceſſariam eſſe orationem iuſti ad hoc vt viueret? Sanè, quia omnia illa ſi ſine oratione non ſufficientia ad vitam.

Lippom.

Neceſſe eſt, ait Lippom. *vt ſuis mihi precibus commenderis, & ob eius orationem viuas.* Quod ſi hoc de aliena oratione, quid dicendum de propria, nunquid viuemus ſi ſine oratione, etiamſi & alia opera habebimus bona? Sanè perquam difficillimè.

13\. *Oratio neceſſaria ad bona opera peragenda.*

Immo non ſolùm oratio neceſſaria ad vitam, ſed etiam ad opera bona peragenda, cùm ſine oratione protſus ſterilis bonis remaneat anima operibus. Quod equidem patet ex plaga quam Dominus intulit Abimelech *vbi ſuprà*, quæ ſterilitas extitit omnium vxorum, & ancillarum, & omnium exiſtentium io domo, vnde poſt redditam Saram, ait Scriptura vbi ſuprà, *orante autem Abraham, ſanauit Deus Abimelech, & vxorem, & ancillas, & pepererunt.* Nunquid non eas ſanare poterat ſine oratione, & fœcundas facere? Sanè. Cur ergo per orationem, *quia*, ait idem Lippom. *nihil negat Dominus in fide poſtulantibus.* ideo *rogat Abraham, & citò exauditur.* Pulchrè. Sine oratione multa obſtare poſſunt, vt opera impediant bona, at ſtante feruenti oratione ſoluuntur obſtacula, & fœcunda fit anima, quæ priùs ſterilis manebat.

14\. *Deus cur ſterilitate percuſſit Abimelech vxorem ob Saram.*

Sed antequam hinc diſcedam, pendo pœnam, ſterilitatem ſcilicet vxoris, & familiæ. Quid? nunquid alia non erat? an iſta propria? Sanè propria. Rex quia talis abſque alia aliqua diſcuſſione percitus ex pulchritudine Saræ, vna non contentus vxore, aliam ſuperinducere voluit, abſque neceſſitate,

Lippom.

erat Rex, ait Lippomanus, *& quis reſiſteret ei? Cuius eminentia hominibus ſi Deum non timent, plura quandoque licent, quàm deceant.* Quid ergo puniatur in ſterilitate, dum ob deſiderium ſuperabundantiæ peccauit, & dum ad vnam ouem, vt ſic dicam, pauperis & peregrini inhiat, multis abundans fiat ſterilis, & pereant ſterilitate ſuæ contra luxurioſos ac adulteros, clamat Scriptura hæc, ne mirentur ſi ſine filiis decidant aliquando; viri potentes attendant ſi aliorum vxores arripuerint, & mirari deſinant contra diuites, ac Principes etiam clamat, pauperem depilantes ac ſpoliantes amittunt ſua, quia rapiunt aliena, & tandem ſi per allegoriam hoc factum intelligere velimus, & per Saram Eccleſiam ſanctiſſimam, vt intelligit Gloſſa Interl. & ordinaria, pulchrè pendens tunc fœcundas redditas vxores, & ancillas Abimelech, quando iſte Abrahæ obtulit oues & boues, *tulit igitur Abimelech oues, & boues & ſeruos, & ancillas, & dedit Abraham.* vbi gloſſ. *ſecundùm ſpiritualem ſenſum pœnitens Abimelech dona offert Abrahæ, & princeps terræ conuerſi pulchritudinem Eccleſiæ diligentes, omnia quæ habuerunt, Chriſti ſeruitio obtulerunt.* 15. *Viri potentes cur aliquando ſine liberis.*

Si enim ſecundùm hunc ſenſum hoc accipere velimus, rectè inferemus, tunc Principes abundantes ferè omnibus diuitiis quando Eccleſiæ dabunt, tunc ſteriliſſimos, ac depauperatos quando auferent, hoc pro certo ſcientes quòd quando hoc faciunt, non peccant in homines, ſed in Deum. Attende. 16. *Principes tūc ditiſſimi quādo Eccleſiæ dant, tunc pauperrimi quando auferunt.*

Sic enim Deus ad Abimelech. *Scio enim quòd ſimplici corde feceris, & ideo cuſtodiui te ne peccares in me, & non dimiſi vt tangeres eam.* Quomodo peccaret ſi ignoranter illam acceperat? nunquid peccaſſet ſi ad eam acceſſiſſet cum ignorantia, non formaliter, ſed materialiter dicunt aliqui, ſat dictum. Sed amplius progredior, affirmans, etſi primò materialiter, quia ignorans, forſitan poſtea ſciens habere virum ex cupiditate exercita, etiam & formaliter peccaſſet, ſic tenax eſt ſemel experta cupiditas, ſic durum ſemel poſt peractum peccatum ab illo reſilire. Vnde illud præuidens Dominus non permiſit vt eam tangeret, & illum cuſtodiuit ne peccaret in Ipſum. 17. *Eccleſiam depilando in Deum peccant.* 18. *Abimelech quo ſenſu peccaſſet ſi Saram tetigiſſet etiam ignoranter.*

Quid hoc? in Abrahamum debebat dicere, cuius erat vxor, ſanè *ſi amicorum iniurias ſuas non reputaret Deus*, reſpondet Chryſoſt. ſuſtulit ab Abrahamo mulierem non tantum Abrahamo, quantum Deum offendit. Chryſoſt.

Sic equidem Eccleſiam ſpoliant Principes, ſua ab Eccleſiis auferunt, non Eccleſiam, ſciant, ſed Deum ſe ſpoliare; at dicunt quòd hoc in poritate manus faciunt, ſcilicet ex occaſione; at in ſimplicitate, ſcilicet ex bona intentione, vt tranſacta neceſſitate redeant ad Eccleſiam, quod Eccleſiæ erat; ſat dictum, ſed duo ſcio ex hoc facto, percuſſum Abimelech, etiam ſi in ſimplicitate Saram abſtuliſſet, & ſecundò quòd, vt dicebamus, ſi ſemel Saram tetigiſſe, non amplius eam viro reſtituiſſet; vnde ſi prius materialiter peccaſſet, poſtea formaliter non tollant, non auferant ab Eccleſia Principes, ſi fœcundi, ſi ſani, ſi glorioſi eſſe velint. nam cogitare reſtitutionem eſt puta deluſio, & ab Eccleſia vti Abimelech ab Abraham orationes tantùm expoſcant, à quibus omnis eorum ſalus, & fœcunditas. nam ſi præter orationem, & res conſummabuntur, peribunt, hinc reſtituta Sara orante Abraham, fœcundus eſt reditus Abimelech, quia, vt dicebamus, nullus fructus bonus ſine oratione. 19. *Principes ab Eccleſia non res, ſed tantū orationes expetant.*

Deperditur ergo vita vbi non eſt oratio, ſterilis ab operibus fit bonis homo. Quid ergo amplius? Sanè ſine illa implacabilis Deus, quando cùm illa ſit placabilis vt clamor orationis clamorem ſuperet peccatorum. *Exod.* 32. ſic Deus ad Moyſem, num. 7. *vade, deſcende, peccauit populus tuus quem eduxiſti de terra Ægypti; receſſerunt citò de via quam oſtendiſti eis, feceruntque ſibi vitulum conflatilem,* 20. *Deus implacabilis abſque oratione.*

ſlem, & adorauerunt, atque immolantes ei hoſtias dixerunt, *Iſti ſunt dij tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra Ægypti.* Pondero aliqua, antequam ad quod intendo deueniam. *Primò*, quòd ſic eiecit à ſe populum Dominus, vt dicat, non populum ſuum, ſed Moyſis, quod equidem mirum. nam tunc dicit populum Moyſis, quando illum populus renuntiauerat, vnde ad Aaron, *fac nobis Deos, Moyſi enim, huic viro, qui nos eduxit de terra Ægypti, ignoramus quid acciderit.* Si ergo illum populus renuntiauerat, ad quid Deus populum Moyſis illum diceret? Sanè, vt amplius ſcelus præſentiret, amplius ponderaret.

Caiet.

Signanter dicit, populum tuum, ait Caiet. *ad cumulum criminis, vt etiam in ipſum Moyſem peccaſſe ſignificetur*, & ex iniuria percitus pro illo non oraret. Hinc ſequens Dominus ait, *dimitte me, vt iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos*; intermittendo ſcilicet orationem illam quaſi pertimeſcendo. *Secundò* pondero velocitatem qua receſſerunt, vnde ait, *receſſerunt citò*. heri eduxit eos in mirabilibus, heri paſcit eos manna, heri apparuit eis dans legem admirabilem, heri eum viderunt, & adorarunt; & hodie omnium obliti Deos ſibi faciunt; quid durius? qualis ergo tunc ira Dei, qualis furor? & quale hoc peccatum, quantumque ex hac circunſtantia. *Tertiò* pondero feciſſe vitulum, & non ſolùm adoraſſe, hoſtiaſque immolaſſe, ſed illi totam adſcripſiſſe cum miraculis eductionem Ægypti.

Lippom.

Vnde meritò Lippom. hæc conſiderans ſic ait. *Breui verſu, & ſententia deſcribitur grande crimen filiorum Iſrael, & quaſi ſtilo ferreo in ſilice, imprimitur nefas inexplicabile humanis viribus. Habent ſingula verba ponderationem iuſtæ querelæ Dei; non ſolùm, inquit, vitulum fecerunt, ſed etiam adorauerunt, & bona Dei ſui idolo obtulerunt, beneficium abnegauerunt, tam magnificè ſuſceptum, & hoſtibus Dei tranſcripſerunt.* Verè magnum hoc extitit peccatum, verè inexplicabile, citò recedere, vitulos erigere, bona ipſis à Deo præſtita Dæmoni libare; tandem miracula, ac beneficia illi aſcribere. Quantum & quàm magnum ſcelus? Meritò omni deletione dignum: vnde non mirum vt Deus Moyſi dixerit; *dimitte me vt iraſcatur furor meus, & deleam eos.* At quid? lege infrà, & inuenies: *placatuſque eſt Dominus ne faceret malum quod locutus fuerat aduerſus populum ſuum.* Si cauſam expoſcis: *Quia Moyſes orabat ad Dominum ſuum, dicens: Cur Domine iraſcitur*, &c. En quanta vis orationis, ſine qua profectò implacabilis extitiſſet Deus, & non tantùm hoc eſt quod pondero, neque ex hoc potentiam orationis admiror, quatenus tale ac tantum peccatum fecit vt dimitteretur, & placabilem Deum reddiderit, ſed vnum aliud amplius admi-

21. *Orationis potentia quanta.*

rabile, ſcilicet quòd tunc Moyſis oratio Deum placauit, quando populus actu in peccato, & clamor talis, ac tauri peccati adhuc in Dei aure; nam non mirum ſi populum pœnituiſſet; at quod adhuc & actu adorans, & offerens & tripudians coram vitulo, ſic potens extiterit clamor orationis vnius hominis, vt potentior eſſet clamoris peccati totius populi infiniti, hoc admirandum in potentia orationis: deſcendens enim de monte Moyſes, & exercitui appropinquans, dixit illi Iuſue, *Vlulatus pugnæ auditur in caſtris.* At quid Moyſes? *Non eſt clamor*, ait, *adhortantium ad pugnam*, hoc eſt, virorum fortium ad victoriam adhortantium, *neque vociferantium compellentium ad fugam*, hoc eſt, debilium ad fugam te adhortantium, *ſed vocem cantantium ego audio.* Quod pulchrè extulerunt LXX. *ſed vocem præcinentium vinum ego audio*,

Lippom.

Nam, vt bene Lippoman. *de facto erant ebrij. nam comederant, & biberant, & poſtea ſurrexerunt ludere.*

22. *Ioſue cur ſe decepit reputans vocem pugnæ vocem cantantium.*

Sed pendo cur Ioſue deceptus putauit vocem pugnæ, cùm eſſet vox cantantium & ebriorum? Duas tibi dabo rationes: *prima*, quia non ſic cum Deo familiaris ac Moyſes; hinc ipſe deceptus, non Moyſes, & vocem vini æſtimauit vocem

23. *Magiſtri ſpirituales vnde decipiuntur.*

pugnæ, vt non mireris ſi ſæpe magiſtri decipiantur ſpirituales orationeſque ebriorum, & ebriarum, vt ſic dicam, vitamque imperfectam aliquorum aliquarumque æſtimantes vocem pugnæ, & Dei non orant, experientia carent, cum Deo non habent allocutionem.

24. *Peccatum proximi ſemper celandum.*

Secunda eſt, quia nil ei dixit Moyſes, ſic cautus erat ſanctus vir in proximorum propalanda infamia, ac peccatum, vt etſi illud ex ore Dei ſciret, ſi paulo pòſt ab ipſo Ioſue perſpiciendum, ſiluit tamen, nil ei dicens, quantum ex ſe, occultiſſima fore deſiderans. nam,

Idem.

vt bene Lippomanus, *non ſunt aduerſa infelicia ſubitò prædicanda, dum malum emendari nequit, & factum eſt irreuocabile.* Egregiè, ſi aliquando peccatum proximi propalandum, profectò tunc quando emendatio ſperatur ex propalatione, at quando factum irremediabile, ad quid? operiatur charitate quod per peccatum propalatur. At ad noſtrum deuenientes inſtitutum, quod adnoto eſt, ex oratione Moyſis Deus placatus quando actu clamor erat peccantium, quando actu iſti ebrij, quando actu idololatræ, amplius clamor orationis potens apud Deum, quam peccantium; quod vt manifeſtaret, ait Cyrill. *lib. 5 contra Iulian.* Deus

Cyrill.

populo precantium indulſit, & ſe placauit, vnde ait, *Verùm erat neceſſarium noſſe etiam nos qui poſt Moyſem benignitatis quam in Deo eminentiam, & quantum virtus valeat apud illum & quanta vis orationum Sanctorum.* Tolle ergo hanc, vnde Deus fiet placabilis?

25. *Deus flatum in animam intrans orationem ſuadet.*

Hinc hoc callens Deus, & quòd ſine oratione impoſſibile, vt ab eo aliquid accipiamus, ſeu, vt meliùs dicam, viuamus intrans in hominem primum quod in illo efficit eſt ad orationem erigere mentem, ſoluere linguam; vnde ſicut ad noſtram perditionem illam dæmon ligat, ſpiritus Dei aperit. Quod vt breuiter tibi inſinuem, attende ad illud Pauli *ad Rom. 8. num. 26.* quando dixit, *ſimiliter autem ſpiritus adiuuat infirmitatem noſtram, nunquid oremus ſicut oportet neſcimus.* At quomodo adiuuat? poſtulando pro nobis. Vnde ſequens Paulus ait, *ſed ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Quid hoc? Sanè ait Eſtius ex ſententia

Eſtius.

Sanctorum, *Quia efficaci ſua in nos operatione nos orantes ac poſtulantes facit, defectum noſtrum ſupplens, & adiuuans, excitans in nos gemitus inenarrabiles.* Ad hoc, vt poſtulata conſequamur; cùm nil Deus efficaci orationi deneget, in quibus notandum ly *facit orantes*, ſtatim ſcilicet, ac in nos intrat, & deſcendit, ſoluens ad orationem linguam, ſicut diabolus è contra ligat.

Immo nobiſcum ſic diuiniſſimus hic ſpiritus coniungitur, vt vnus nobiſcum factus coram altiſſima Dei maieſtate non ſicut homines, ſed ſicut dij appareamus, nil pro dignitate ſancti oratoris Deus audens denegare. Vnde ſequens Paulus ait, *Qui autem ſcrutatur corda, ſcit, quid deſideret ſpiritus, quia ſecundum Deum poſtulat pro Sanctis.* Pende ly, *quid deſideret ſpiritus*, pro quo ſecundum omnes Spiritus ſanctus intelligitur: ergo homo orans ſic cum illo, Spiritus ſanctus conſungitur, vt coram Deo ipſemet ſpiritus appareat ſanctus; vnde impoſſibile non exaudiri, ob quod mentem incendit, cor inflammat, linguam ad orandum

aperit

aperit, ſicut diabolus econtra ligat, fructum pertimeſcens orationis.

26. *Deus in promiſſis fidelis.*
Vltimò tandem, vt concludam, talis eſt orationis clatnor ſic neceſſarius, vt etſi Deus fideliſſimus in promiſſis, iuxta illud *Pſalm. 32. num. 4.* vbi regius Pſaltes, ob fidelitatem maximè affirmat Deum eſſe laodandum, dicens, *Cantate ei canticum nouum, bene pſallite ei in vociferatione*, cui ratio; *quia rectum eſt verbum Domini, & omnia opera eius in fide*, vbi fides ſtat pro fidelitate, rectum verbum, hoc eſt, promiſſum, iuſtum ſcilicet, & ſanctum, & inſuper fidele non deficiens, infallibiliter

27. *Oratio tamen neceſſaria vt eorum recordetur.*
adimplens quod promiſit; attamen etſi hoc, ſi oratio deſit, ſi eius clamor quaſi promiſſi obliniſcitur, non meminit, non recordatur; hoc autem conſidero in illo quod Abrahamo promiſit, terram ſcilicet promiſſionia Gen. 17. 8. *Daboque tibi, & ſemini tuo terram peregrinationis tuæ*, hoc erat promiſſum inuiolabile, ac fidele. At quando adimpletum? Sanè quando populus Iſraël ingemuit, orauit, clamauit, tunc, & non antè; nam quaſi oblitus promiſſi ſic Dominus ſe exhibebat, ac ſi non promiſiſſet. Exod. 2. 24. *Poſt multum verò temporis mortuus eſt Rex Ægypti, & ingemiſcentes filij Iſrael propter opera vociferati ſunt, aſcenditque clamor eorum ad Deum, ab operibus.* Quid inde? *audiuit*, ſequitur Scriptura, *gemitum eorum, & recordatus eſt fœderis, quod pepigit cum Abraham, Iſaac, & Iacob, & reſpexit Dominus filios Iſrael, & cognouit eos.* Quot verba, tot inſtructiones. percurram breuiter.

Primò pondero poſt mortem Regis filios Iſraël

28. *Reſpublica ſtatus miſer qualis.* Rupert.
vociferaſſe ob oppreſſionem; cur non antè? an quia ſic durus, ſic impius erat Pharao, vt pro crimine duceret clamorem oppreſſionis. *hoc habet violenta tyrannorum vis*, ait Rupert. *vt eis quos opprimunt, liberationem optare, pro crimine audacia, vel contumacia ſit.* Miſera ſubditorum conditio quando ad talem deueneris Reſpublica ſtatum, vt oppreſſionis gemitus ſit accuſationis delictum.

Secundò pendo poſt mortem etiam iſtos voci-

29. *Peccatis ſtãtibus ex morte vnius mali gubernatoris non eſt ſperanda ſtatus rerum melior conditio.*
feratos, etſi tyrãnus obiiſſet. Cur hoc? Sanè amice, quia ſi primus malus, ſecundus peſſimus putabant ex morte Principis melius ſe futuros ex ſucceſſore; at in peiorem dederunt, qui amplius eo grauabat. O quàm ſæpe hoc accidit, mortem præſentis gubernatoris aliqui appetunt, meliorem ſpem concipientes de futuro ſucceſſore, ac in peiorem ruunt, non in meliorem, in peiorem commotans reipublicæ ſtatum. Quia amice, ſi rationem attendis remanentibus iiſdem peccatis, quæ cauſa oppreſſionis. Vnde ſtatus rerum melioratio expectari poteſt? Quapropter ſatis ad rem

Lippom. Lippoman. in Caten. *ſolent oppreſſi ſemper meliora ſperare ex morte preſidentium, raro autem ſentire*; cur hoc? quia nondum completa ſunt peccata ſubditorum. *Tyrannorum excidium*, ait idem, *redemptio ſit piorum, niſi malo peior ſuccedat, nondum completis peccatis ſubditorum*; tollantur peccata ſi velim vt tollantur ſupplicia; nam his ſtantibus etſi Angelos ſit qui segat, adhuc durius aget quàm homo. Quid? nunquid non Angelus Princeps Ægypti, vt multorom fert opinio, ſuit, qui primogenita occidit? cur ſic crudelem exercuit machæram, cùm eorum eſſet Princeps, & ipſe conditione Angelus? Sanè, quia peccata ſtabant, & illod expoſcebant. Crede mihi, mi lector, non eſt cur populi incuſent tẽpora, incuſẽt præſidẽtes, & gubernatores ſi peccata adſint, nec eſt quod mortẽ appetãt eorũ, peiores ſuccedent, ſi nondum peccata expiata, nam etſi Angelus ſucceſſor duriùs ex Dei zelo caſtigabit.

Tertiò tandem adnoto, aſcendiſſe clamorem ad Deum, hoc eſt, orationis, quo Dei aurem feriebant. Nam, vt bene Caietan. *quando Deus vult* Caiet.
exaudire, excitat peccatores, excitat homines granatos, 30.
vt recurrant ad ipſum. At qualis effectus huius cla- *Exauditionis ac impetrationum ſignum orationis ſpiritus.*
moris? ſanè memoriæ pacti, ac fœderis initi cum Abrahamo, ob quod ſignanter dicitur, *& recordatus eſt Dominus.* nam veluti oblitus antea ſtabat, quia clamor non erat orationis, clamarunt, & ſtatim excitatus ac recordatus eſt Dominus. *ad ſimilitudinem recordati*, ait Caiet. *ſe habuit, conſulens Iſraëlitarum clamorem cum fœdere inito, cum Patriarchis de liberatione eorum.* Egregiè: clamor orationis aſcendit, petens liberationem ab oppreſſione ab Ægypto, & terræ promiſſionis poſſeſſionem. Hoc Dominus audiens veluti humano more antiquas mandauit conſulere Scripturas, vt ſic dicam; an aliquando hoc præſtitit? an promiſit? & conſulens cum oratione inuenit ſic ſe rem habere. Quid inde, vt ſtatim ad eos liberandos ſe accingeret, & eos recognoſceret, vt liberandos. vnde ait: *& reſpexit Dominus filios Iſrael, & cognouit eos.* Pende
hæc vltima, *cognouit eos.* Quid hoc? In Hebr. eſt, *&* 31.
cognouit Deus. Quaſi, ait Caiet. *vt ſummus iudex co-* *Quomodo Deus aliquãdo dicatur cognoſcere.*
gnouit merita cauſæ, & iniuſta operationis. Hinc ſe accinxit ad iuſtitiam faciendam. At vnde hoc? niſi ex clamore orationis; vis frater, vt Deus, ſi affligeris iniuſtè, tua recognoſcat merita cauſæ? ora. vis liberari? ora. vis ab oppreſſione eximi? ora. nam vana reliqua niſi ores. Hoc autem bene ſcit callidus noſter hoſtis. & quia non vult à miſeriis hominem liberum, ideo primum quod agit eſt mutum eum reddere elinguem, ne oret, ob quod & huius oppreſſi dicitur dæmonium fuiſſe mutum. *Et illud erat mutum.*

§. II.

De malo non confitendi.

ET illud erat mutum. Comprimit diabolus os, vt diximus; ne homo oret, nunc & aliud peius conſiderabimus malum, ne ſcilicet ſua confiteatur peccata. *Claudit os*, à confeſſione homines retrahẽs. Sanè ſicut & locutio mala, ſic aliquando & ſilentium malum; Exod. 3. 10. *Veni*, ait Deus ad Moyſem; *mittam te ad Pharaonem.* At quid Moyſes?
obſecro Domine, non ſum eloquens ab heri, & nudiuſter- 32.
tius. Pigebat loqui. malum ſilentium, ex cuius ta- *Silentium aliquando malum.*
citurnitate oppreſſio pendebat populi, non liberandi, niſi Moyſes loqueretur ad Pharaonem. Hoc equidem erat quod expoſcebat diabolus 1. *Reg. 3. num. 17.* etſi mandatum acceperat Samuel à Domino, vt diceret Heli, quod ipſe ei reuelauerat, *timebat tamen Samuel indicare viſionem Heli.* Quod ſilentium vitio aliqui dant, vt bene adnotat
Mendoça; at licèt non eſſet, tamen & ex virtute Mendoça.
procederet, ob quod laudabile in ſe, tamen ſecundùm occaſionem verè tunc indecens, & impertinens; ne mireris, puer erat, & dæmon illud pertendebat ad totalem ruinam Heli, ne ſaltem veniam de peccato à Deo peteret. Similiter *Eſther 4. num. 8.* monuit Mardochæus vt intraret ad Regem, *& deprecaretur pro populo ſuo.* at hæc renuit, timens mortem; peſſimum ſilentium, ex quo ruina pendebat populi Iudæorum, quod deſiderabat diabolus. Sic equidem aliquando malum eſt ſilentium, non bonum. & ſicut ſemper loquacitas à dæmone, ſic aliquando ſilentium, & præcipuè à peccatis in ordine ad confeſſionem multorum equidem malorum cauſa. percurram aliqua.

Primum

33. *Peccator obſtinatus nolens confiteri non exauditur à Deo.*

Primum ergo malum ſit, quod in vanum, vt plurimum, peccatores ad Deum clamant malis oppreſſi, vt liberentur ſi peccata adſint non confeſſa, & condonata. Audi Pſaltem Pſalm.31. n.3. *Quoniam tacui*, ſcilicet non confitendo peccatum, nec ſe conterendo dum par annum in peccato durauit, *inueterauerunt oſſa mea dum clamarem tota die*. Clamabat, & non exaudiebatur; cur? quia in peccato clamabat, & Deus non audiebat. Cur? quia in regione ſtabat longinqua. *Luc.*15. 13. de filio prodigo dicitur, quòd *abijt in regionem longinquam.* vbi Chryſoſt. hom. de duobus filiis, *non localiter*, ait, *à Deo recedens, qui vbique eſt, ſed affectu, fugit enim Deum peccator, vt à longinquo ſtet.* Quid ergo mirum ſi non audiet, cùm tam à longè clamat, vtpote à regione peccati, hinc etſi peccator clamet, non audit, non exaudit.

34. *Fit eius conuerſio perdifficilis.*

At non ſolum hoc malum ſilentium cauſat peccatorum, ſed alterum peius, ſcilicet, ſic in peccatis hominem inueteratum reddere, ſic putridum, ac conſeneſcentem, vt niſi miraculum adſit, non è peccato reſurgat, quod equidem totum in præfato loco Pſalmi inuenitur; *Quoniam tacui*, ait de Dauid, *inueterauerunt oſſa mea*, obſeruant namque hebraïzantes quòd ly *inueterauerunt*, venit à radice *Bala*, à qua verbum *Balah*, quod ſignificat conſeneſcere, antiquari, & obſoleſcere, vnde ſenſus, quia tacui, inueterauerunt, hoc eſt, conſenuerunt, antiqua facta ſunt, & obſoleuerunt oſſa mea, ſic vt impotens ſine effectu ad amplius ſurgendum. malum hoc equidem grande, malum dicam prope irremediabile. nam ex peccatis non confeſſis ſic habitus excreſcunt mali, ſic fortes & ferrei efficiuntur, vt niſi miraculum impoſſibi-

35. *Perſeuerãtia in peccato facit animum ferreum.*

lis ſit euaſio, cùm peccata obſoleta ferreum ſic conſtituunt animum, vt nullis Dei flagellis, ac monitionibus cedat, Ieremias 5. n.3. *percuſſiſti eos, & non doluerunt*, ſanctus ait Propheta: *attriuiſti eos, & renuerunt accipere diſciplinam.* Pende gradum, *primò* eos percuſſit, vt ad ſe conuerteret leuiter, & blandè, noluerunt, immo nec flagellationem ſenſerunt, nec dolorem perceperunt, quòd perſpiciens Dominus ſic multiplicauit dolores, ac mala, vt eos attereret, & veluti pilo contunderet; nil minus, vnde tantum malum, tanta ſurditas, tanta difficultas? Sanè, quia in peccatis obdurati, dum ea per dolorem non expiarunt, illis multiplicatis ferreum conſtituunt animum, *neutrum illis profecit*, ait Theodoret. *quia ferreo erant animo.* Vnde aptè ad rem Caſſiodor. ſuper illud Pſal. 106. num. 16. *Contriuit portas æreas, & vectes ferreos confregit*. per vectes ferreos diuturnas ait eſſe peccandi conſuetudines, *conuerſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina*, aiebat Dauid *vbi ſuprà*. Quid hoc? Sanè ſecundùm aliquos, etſi infirmitatibus premebar, vt mox dicam, non conuertebar; vnde alia litteta, *verſatus ſum in vaſtitate mea, in confixionibus ſpinæ.* & ſanctus Hieronymus, *verſatus ſum in miſeria mea, cùm exaruerit æſtas.* Cur ſic durus? tacuerat, amice; hinc multiplicatis peccatis, etſi infirmitatibus percutiebatur, nolebat à peccatis reſipiſci, à quibus peccatores obſtinati malunt mori, quàm reſipiſcere, & ratio, quia vocem Dei non audiunt, neque audire volunt; quapropter Arias Mon. in illis verbis Pſal. vbi ſuprà, *Quoniam tacui*, affirmat in Hebræo adeſſe verbum quod non ſolùm ſignificat *obmuteſcere*, ſed *ſurdum agere.* peccatis ergo eorum exigentibus fiunt muti, non ea confitentes, ex hoc poſtea ſurdi Dei voces non audientes, vti iſte dæmoniacus, qui, vt diximus, non erat ſolùm mutus, ſed ſurdus, vnde niſi miraculosè ſanaretur, impoſſibile vt à diabolo liberaretur.

Theodor.
Caſſiod.
Hieron.

36. *Non confeſſa infirmitates cauſat corporales.*

At non ſolùm peccata non confeſſa malum ſpirituale cauſant, obſtinationem ſcilicet, & obdurationem in peccatis, ſed etiam & infirmitates corporales, miſerias, dolores, ac labores. Quod vbi ſuprà confeſſus eſt Dauid eueniſſe ſibi ex ſilentio peccatorũ, *quoniam*, ait, *die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua*, vbi omnes expoſitores hîc per manum grauem intelligunt infirmitates, afflictiones, ærumnas, tum interiores, tum exteriores. Vnde Titelm. ſic hæc exponit verba; *vt me ad pœnitentiam, peccatique cogitationem, & confeſſionem perduceres, aggrauaſti ſuper me manum tuam, graues mihi afflictiones ex tua ordinatione, ſiue internas, ſiue externas immittendo.* Quomodo autem peccata ſint cauſa infirmitatum corporalium, & quibus de cauſis illa Deus immittat, vide Toler. *in cap.* 5. *Ioann. ann.* 10. qui excellenter totam hanc materiam perſtringit. nam nos aliò pertranſimus ampliùs ad rem.

Titelm.
Tolet.

37. *Venialia non confeſſa infirmitates etiam ſanant & mortem violentam.*

Peccata ergo non confeſſa, vt diximus, malum cauſant ſpirituale, malum corporale, & hoc aliquando ſic dirum ac ſpirituale. Sed nunc attende quæ ſum dicturus. Hoc equidem ſi tantùm de peccatis mortalibus intelligeretur, minus eſſet mirandum; at quod etiam de venialibus non confeſſis, in quibus homo voluntariè vult permanere, hoc mirum & magnum, vt videas, quantum ſit malum a confeſſione ſe hominem abſtinere; vt ſi etiam à peccatis ſileat venialibus, ea non confitendo diriſſimè caſtigetur, & aliquando vſque ad mortẽ, quod equidem vult intelligi Titelm. in illis verbis Pſal. ſuprà, *Quoniam tacui, non ſolùm*, ait, *hoc intelligendum de ſolis peccatis mortalibus, quibus omnimoda inimicitia inter Deum, & animam hominis conſtituitur, verùm etiam de leuioribus quæ venialia dicuntur.* Quod probat, quia viro ſpirituali ſic iſta nociua ſunt, vt omnino eum deſtruat, ac à feruore ſpiritus eiiciant, & deinde ad maiora, & maxima deducant, nec inſolens quippe eſt acceptio iſta, cùm ob peccata venialia tantùm Deus ſic ſeuerè caſtigare ſolet, vt vſque ad mortem, & mortem violentam ſuos percutiat.

Titelm.

38. *Iosiæ Regis ſanctitas quanta.*

Enim verò ſi ſanctitatem Ioſiæ Regis aduertas, ſi ſeruitia quæ Deo præſtitit, ſi Dei dilectione illum, admiraberis. 2. Par. c.34. a. *fecit quod erat in conſpectu Domini*, de eo dicitur *ambulauit in vijs Dauid patris ſui, non declinauit, neque ad dextram, neque ad ſiniſtram.* Quid amplius de quoli dictum ſanctiſſimo Patriarcha, attende nunc ſeruitia: *mundauit Iuda & Hieruſalem ab excelſis & lucis, ſimulacriſque & ſculptilibus.* Nec hoc contentus, ſic ex zelo exarſit, *vt oſſa combureret Sacerdotum idolorum.* Item templum inſtaurauit, fœdus & phaſe fecit, & pactum conſtituit cum Deo ſuo, & populo, & tale fuit phaſe illud, vt dicat Scriptura *vbi ſuprà, cap.*35. *num.*8. *quòd nunquam tale fuit factum phaſe in Iſrael.* Tandem à Domino dilectus ſic vt ei promitteret, non illaturum mala in diebus ſuis. Sic ſanctus, & amabilis vt à Hieremia totóque Iſraële ſummopere diligeretur; tandem ſi eius vitam, ſi actiones totas in Dei ſeruitium impenſas animaduertas, veriſſimè agnoſces quanta ratione Sirach *Eccl.*49. 1. dixerit eius memoriam oleribus ſuauiſſimis comparari: *Memoria Ioſiæ in compoſitionem odoris facta, opus pigmentarij*, vbi Gloſſa, *Memoriam, ait, Ioſiæ Regis comparat operibus pigmentarijs, quia fama virtutis eius, & ſuauitas modeſtia,*

Gloſſ.

modeſtia, & ſtudium reſtaurandi cultum Dei, omnem odorem, & dulcedinem, & cantilenam ſuperat. Vltimò tandem ſic ex ore Spiritus ſancti laudatus inuenitur, vt 4. *Reg. cap. 23. n. 25.* dicat, quòd *ſimilis illi non fuit ante eum Rex.* Ob quod Gloſſa illum Dauid anteponit: *Licèt enim,* ait, *Dauid in aliquibus fuerit deuotior, iſte tamen fuit innocentior, quia talia crimina non commiſit ſicut Dauid.* & tamen cùm hoc eſſet, cùm ſic Sanctus, & innocens in bello contra Néchao Regem Ægypti confoſſus ſagittis interiit, 2. *Par. 35. n. 20.* Quæ peccata tanti ſupplicij cauſa? equidem ſi attendas, quomodo in illa lege obſeruantibus eam bona temporalia promittebantur, ſicut nunc nobis ſpiritualia, & fructus, ſiue merces illius obſeruationis ex ſe, & ex opere operato, vt ſic dicam, erant bona temporalia, quibus reperies abundantiſſimos extitiſſe omnes eius obſeruatores, &, ſi mea non me fallit memoria, præter hunc ſanctiſſimum Regem, nullum alium recolo in

39. *Ioſias ſanctiſſimus cur mortuus violenta morte.*

Scriptura me legiſſe infortunatum, ac violenta morte direptum hominem ſanctum, & iuſtum; excipio Prophetas, reliquoſque adſimiles, loquor autem de illis qui in magno ſtatu, qui ad regnum, qui in alta constituti, veluti norma erant reliquorum. Cuius exemplar valde conducere poterat ad legis obſeruantiam ex proſperitate bonorum temporalium. nullius ego recordor talia paſſus, vt Ioſias ſanctiſſimus; ſi hoc ergo, inquam, attendes, admiraberis talem mortem. quale ergo illud peccatum ſit graue vt à Deo ad mortem violentam ſit condemnatus,

Iuſtin. Mart.

Iuſtin. Martyr. *q. 9. ad Gent. reſp. 79.* putat hoc fuiſſe, quia acquieſcere noluit ſermonibus Nechâo Regis Ægypti, qui ex ore Dei ei mandauit dicere, vt ceſſaret à bello contra eum, quia Deus ire eum præcipiebat contra alium, nempe regem Aſſyriorum. At non video cur tenebatur Ioſias idololatræ Regi credere loqui ex ore Domini? dicerem ego quòd potiùs ex ore diaboli. Dices, quia auxilium præſtabat Regi gentili, cùm ipſe eſſet Iſraëlita & Sanctus. Bonus ſenſus, & mea ſententia litteralis, vt experiantur Reges, ac timeant quando cum Dei Inimicis fœdera iungunt, & auxilia eis præſtant.

Abulenſ.

At ad rem meam amplius Abul. 4. *Reg. 23. q. 61.* affirmat ob venialia peccata non deleta, non expiata; *dicendum,* ait, *quòd quanquam Ioſias eſſet vir valde bonus, maximè quantum ad ea, quæ pertinebant ad ceremonias cultus diuini, tamen in aliquo peccaret de peccatis communibus, cùm, teſte Salomone, non eſt homo in terra qui faciat bonum, & non peccet.* Quod equidem ſtupendum apparet, ſi illa tempora conſideres, quod cùm ſit, quale malum nunc cauſabunt peccata mortalia non confeſſa, nec expiata per contritionem, cùm venialia tantùm cauſent, vt violentæ mortis ſint cauſa. Quid ergo mirum ſi mortalia longarum infirmitatum, & ærumnarum.

Enimverò homo ille *Ioan. 5.* qui per annos triginta & octo in piſcina nunquam ſanatus, à Domino percontatus ſi ſanus fieri volebat, ſic reſpondit, *Domine, hominem non habeo,* &c. Putabat ſiqui-

40. *Homo languidus in piſcina cur tanto tempore mortuus factus.*

dem iſte cauſam non ſalutis eſſe hominem non habere, qui mitteret eum in piſcinam, cùm hoc non eſſet, ſed peccata in quibus ſtabat non confeſſa, non contrita, quod apertè conuincitur ex illis verbis Domini ad eum, *Ecce ſanus factus es, noli amplius peccare.* In quibus verbis, ait Tolet. ſignificatur hunc hominem non ſolùm peccaſſe, *ſed peccatum continuaſſe, in eoque perſeueraſſe, & tandiu infirmitatem duraſſe vſque dum peccatum.* Quid ex hoc? Sanè illud, multos de laboribus conqueri, de tribulationibus, de infirmitatibus, variaſque cauſas ſuæ aſſignare dolentiæ, ſæpe homines inculpare, ſæpe de amicis conqueri, ſæpe de creaturis, cùm vera ratio ſit peccatum non deletum, & peccata non confeſſa, quæ dum manent, impoſſibile eſt vt cureris. Ex quo fit, vt Dauid ſanctiſſimus *Pſal. 68.*

41. *Dauid multū ſilet.*

n. 14. non tantum peccata timebat, quantum eorum ſilentium, à quo malo enixè à Deo liberari rogabat. *Ego verò orationem meam ad te Domine: in multitudine miſericordiæ tuæ exaudi me.* Attende emphaſim orationis; ac videamus quid petit; *non me demergat,* ait, *tempeſtas aquæ, neque abſorbeat me profundum, neque vrgeat ſuper me puteus os ſuum.* tria ſanè petit, & vltimum obnixè. *Primò,* ne in peccatum decidat; *non me demergat tempeſtas aquæ. Secundò,* vt ſi fortè mala ſua ſorde cadat, non ſit in grandia: *Neque abſorbeat me profundum.* Tandem *vltimò,* tanquam omnium maximum, vt non ea ſileat, non confiteatur. quam profectò tunc eſt, quando puteus vrget os, hoc eſt, claudit illud ſuper miſerum peccatorem, eum viuum in illo ſepeliens, vnde Vatabl. legit, *Neque ſuper me puteus os ſuum claudat,* vbi Auguſt. excellenter: *magnus eſt puteus, profunditas iniquitatis, ſed tamen ibi poſitus, ſi confitetur peccata ſua, non ſuper eum claudit puteus os ſuum, at ſi contemnit, clauſit, ſi enim clauſit, quà eruatur non habet, etenim amiſſa confeſſione, non eſt locus miſericordiæ: ſi enim tu factus es peccati tui defenſor, quomodo erit Deus liberator, vt ergo ille ſit liberator, tu eſto accuſator.*

Vatabl.

Auguſt.

42. *In peccatis bona non proſunt.*

Adde ad hæc vltimum malorum. nam dum in peccato, quidquid boni egerimus, etſi vſque ad ſanguinem deſudemus, nil nobis prodeſt, ad meritum ſcilicet æternæ vitæ. Vnde infrà Dominus: *Qui non eſt mecum, contra me eſt, & qui non congregat mecum, ſpargit.* & hoc præcipuè quando quis Chriſtianus, vt ibi dicemus. Luc. 4. n. 34. *Scio te quis ſit ſanctus Dei,* aiebat dæmon ad Chriſtum: ſanè opus hoc bonum. At quid Chriſtus? *& increpauit illum Ieſus, dicens: Obmuteſce, & exi ab eo.* Caput ſilentium

43. *Chriſtus cur non ſinebat dæmones loqui & dicetes ipſum eſſe Chriſtum.*

impetat, dum eum eſſe Chriſtum prædicabat, & ſciebat, ob id ipſum, quia ſciebat eſſe Chriſtum, & tamen audebat opus bonum facere in peccato, tanquam quid dignum, in inimicitia perſeuerans, ideo tanquam quid vanum, & inutile illud reſpuebat. Vnde infrà n. 41. *exibant dæmonia à multis clamantia, quia tu es filius Dei, & increpans non ſinebat ea loqui, quia ſciebant ipſum eſſe Chriſtum.* En ratio amice, quòd Turcæ, quòd Gentiles bona faciant in peccato dum Deum non cognoſcunt præſumentes vitam æternam. vanum equidem, ſed non tantum. At quòd Chriſtiani Deum cognoſcentes hoc præſumant, ſanè non vanum, ſed vaniſſimum; hinc non talia acceptat Deus, immo indignatur, vt mox dicam §. ſequenti, ſi vnum tantùm primùm ponderauero.

Vltimum, ſcilicet malum non confitendi, extre-

44. *Chriſtiani dum in peccato lætari non debent.*

mum ſcilicet periculum in peccato ad infernum deſcendendi, ſæpe equidem admiratus ſum, quomodo quis ſcienter in peccato mortali exiſtens poteſt lætari, aut in bonis vitam ducere, & tandem in peccato dormire, dū Deo credit, & Chriſtianus eſt, Oſeæ c. 9. 1. *Noli lætari Iſraël, noli lætari ſicut populi,* hoc eſt, Gentiles. At cur lætari nō debet Iſraël ſicut Gentiles? ſequitur: *quia fornicatus eſt à Deo ſuo.* Quid? nunquid Gentiles etiam non fornicantur, non peccant? non Deum verum deſerunt? Sanè, inquit Hieronym. ſed illi neſcientes Deum, Iſraël autem ipſum ſciens, *Ne gaudeas,* ait Sanctus, *ne læteris, ne putes te talem eſſe vt ſunt cæteræ nationes, aliter enim ſcientes Deum, aliter punitur recedens à Deo. Quia ſeruus qui ſcit*

Hieron.

voluntatem Domini, & non fecit eam, vapulabit multum. Equidem quòd Gentiles lætentur, & qui penitus Deum ignorat, aut qui alteram negat vitam, & hanc ſolùm eſſe credit, hoc minus malum: at quod Chriſtianus, & qui Deum ſcit, qui pœnas æternas ob peccata deſtinatas, quòd gaudeat, & inſuper quòd dormiat ſic quietè ac ſi non peccaſſet, hoc equidem admiror, & ratio, quia in punctu dormiens ad infernum deſcendere poteſt.

45. *Cum peccato dormire quãtum periculum.*

Enimverò *Iudicum* 4. Si Sara inimicos fugiens, lactem epotus, ſic placidè dormitum it, ac ſi inimicos non fugeret, ac ſi iſti eum non perſequerentur, ac ſi iam bellum finitum, & ſumma eſſet pax. Quid inde? in ipſo ſomno mortuus, occiſus, num. 21. *tulit Iahel clauum tabernaculi, aſſumens pariter & malleum, & ingreſſa abſcondité, & cum ſilentio poſuit ſupra tempus capitis eius clauum, percuſſumque malleo defixit in cerebrum, vſque ad terram, qui ſoporem morti conſocians defecit, & mortuus eſt.* Iuſtè occiſus, iuſtè mortuus, qui in peccatis totus, fugiens inimicos ſomno ſe dedit. Applica ad Chriſtianos, qui ſic crudum cum dæmonibus bellum habent, & obſtupeſces. Quomodo cum peccato, non præmiſſa confeſſione dormire poſſunt.

46. *Siſara cur dormiuit.*

Sed antequam ex hoc loco excedam, pendo, cur ſic ſecurè dormiuit Siſara, cùm hoſtes validiſſimè eum perſequerentur? Sanè ob duo. *Primum*, quia, vt ait Scriptura, pax erat inter Regem Moab & Haber virum Iahel, quæ eum interfecit; & *ſecundò*, quia dixerat ei vt ſtaret ante oſtium, & obſeruaſſet ſi aliquis veniret, diceretque nullum eſſe intus. *Sta ante hoſtium tabernaculi, & cùm venerit aliquis interrogans te num eſt hic aliquis? reſpondebis, nullus eſt.* Hinc ſecurus, quaſi res acta, dormiuit, &

47. *Orate ſanctiſſima parũ, aut nihil proderũt peccatoribus illis qui in peccato obſtinati in ipſo permanent.*

tunc occiſus quando amplius ſecurus, & meritò, nam homo vecors, dum de vita, dum de ſalute tractabatur alterius, fidit, ipſe ſtertens. Symbolum ſanè hoc eſt illorum peccatorum, qui totum negotium ſuæ ſaluationis ora omnibus committunt Sanctorum, & Sanctarum, ipſis interim in ſomno peccatorum ſtertentibus; meritò ergo in puncto ad inferna deſcendunt ex ipſo ſomno Fidunt, quia pacem ſe reputant habere cum ipſa morte dum vegeti, integram ac pollentem poſſidentes ſalutem dormitum eunt, ac manè poſtea reperiuntur extincti in puncto à ſomno ad infernum deſcendentes. quia peccata non ſunt confeſſi, ob quod muti. Quod ſimiliter accidit 2. *Reg.* 4. Iſboſeth filio Saul, dum ſecurè dormit, occiſus, intempeſtiuè dormiens cinctus inimicis, bellum gerens cum Dauid, de oſtiaria domus fidens, non ſecus ac Siſara. Quod idcirco equidem prænidens, diabolus os eorum ligat, obmuteſcere eos faciens, vti hic dæmoniacus qui opera eius erat mutus, *& illud erat*, &c.

§. III.

De malo non benè confitendi.

E*T illud erat mutum.* Malum quippe eſt non confiteri, ac forſitan, immo ſine dubio peius malum non confiteri, vt par eſt, ſacramentum illud diuinum deludendo, aut peccata aliqua tacendo, aut ſine neceſſariis conditionibus ad ſacra-

48. *Ob ſacramẽta indignè accepta Deus tradit homines in manus diaboli.* Cyprian.

mentum accedendo. Oh quod ſæpe, vt D. affirmat Cyprianus *de lapſis*, Deus in manibus dæmonum tradit peccatores, dum ipſi aut ad ſactá pœnitentiam non accedunt, vt par eſt, aut ad ſacram ſynaxim. In quo loco admirabile narrat exemplum de quodam, qui cùm impurè accepiſſet ſacram communionem in manibus, vt tunc in vſu erat, cùm eam ſumere vellet, ſtatim in cinerem eſt verſus ſacratiſſimus ille panis, *& alius*, ait, (narrauerat aliud miraculum) *qui & ipſe maculatus ſacrificio à Sacerdote celebrato, panem cum cæteris auſus eſt latenter accipere, ſanctum Domini edere, & contrectare non potuit, cinerem ferre ſe apertis manibus inuenit*; & quia,

49. *Chriſti corpus in cinerẽ vertitur ne indignè ſuſcipiatur.*

amice, omnia tempora fuerunt vna, hoc idem nunc in noſtra tempeſtate cuidam euenit Sacerdoti in peccato celebranti. Dum enim corpus Domini vellet ſumere, in cinerem verſus decidit in patena, quas recolligens compunctus, ac penè exanimis, acceſſit, vt conſuleret quid faciendum de cineribus. *quo exemplo vnius*, meritò ſequens ait Cyprianus, *oſtenſum eſt immerentibus ad ſalutem, non prodeſſe quod ſumitur, quando gratia ſalutaris in cinerem ſanctitate fugiẽte mutetur* Poſt quæ ſic ſequitur, *Quàm multi quotidie pœnitentiam non agentes, nec delicti ſui conſcientiam non confitentes*, intellige vt par eſt, ſicut multi intelligunt, & verè. nam de mala ſacramentorum ſuſceptione erat Cypriani ſermo. *immundis ſpiritibus adimplentur.* Cuius doctrinæ veritas experientia etiam & nunc conſtat. Anno enim 1620. adiurãte me quadam, cum cauſam ingreſſus ſuſcitaſſem, immundus aſſeruit ſpiritus occultationem extitiſſe vnius peccati in confeſſione. At non ſolum hanc pœnam affirmat Cyprianus talibus euenire, ſed etiam amentiam. Vnde ait, *quàm multi pœnitentiam non agentes, vſque ad inſaniam mentis excordes, dementia furore quatiuntur.* Sic Deus malam perſequitur ſacramentorum receptionem, ſic qui ad ſacramentum pœnitentiæ indignè accedit, cùm non ſic ex peccatis ſcandalizatur, & ſtomachatur, ac ex operibus non benè, ac ritè factis.

50. *Opera bona non ritè facta ad ſtomachũ mouent Deũ.*

Enimverò ſic talia opera æſtimas, ac ſi eſſent ſtercora, ſic indignè ea fert, vt ex illis non placatus, ſed irritatus in ipſas hominis facies ea proiiciat, qui eſt ſenſus grauiſſimorum illorum verborum ad populum per Malach. Prophetam c. 2. n. 3.

51. *Reputas vt ſtercora.*

Ecce ego proyciam vobis brachium; quid hoc? Sanè illud, quando aliquis ad nos accedit, vt aliquid det, in quem commoti ex odio perſonæ, & oblati, brachio eum longè à nobis ſeparamus, & eiicimus. Sic ait ergo Deus. Quando ad me acceditis ad ſacrificandum, *proyciam vobis brachium*, expellendo à me, eiiciendo, ac ſeparando. vnde LXX. legunt, *ſeparo à vobis humerum*, & Aquila, *ecce ego vos increpabo cum brachio*, hoc eſt, vt ait Cornel. *mea potentia vos proyciam & diſpergam.* Nec hoc ei ſufficit, ſed actiùs inſequens ſequitur, *& diſpergam ſuper vultum veſtrum ſtercus ſolemnitatum veſtrarum, & aſſument vos ſecum.* L X X. autem ſic hanc efferunt locum, *& diſpergam ventriculum ſuper faciem veſtram, ventriculum ſolemnitatum veſtrarum.* Ad huius loci intelligentiam, ſciendum, vt conſtat ex *Deut.* 18. *u.* 3. ex ſacrificiis, & hoſtiis pacificis in vſum Sacerdotum tria, vt volunt multi, cedere de animali, armum, pectuſculum, & ventriculum. Armum ad ſignificandum ſtrenuitatem, qua Deo ſeruire debebant, vt non ſolùm facerent bona, ſed ſtrenuè. *vt non ſolùm ſit eius operatio vtilis*, ait Gregor. 2. part. paſt. cap. 3. *ſed etiam ſingularis, vt ſicut cæteros honore ordinis ſuperat, ita etiam morum virtute tranſcendat.*

Aquila. Cornel. Gregor.

52. *Sacerdotes tenentur operari heroicè.*

Pectuſculum in quo cor, vt meminerit, ait idem Greg. *ſe Deo reddere debere pectus ſuum, vt non niſi quæ recta ſunt cogitet.* Ventriculum verò, in quo ſordes, vt ſciant, ait Gloſſ. in locum Deut. *Homines Deo ſacri, quòd omnes labores, & momentanea gulæ blandimenta, cæteraque blandimenta*

Ventriculum animalis cur Sacerdoti dabatur.

in

in ſeceſſum proijci , & vt ſtercora reputari debere. Hoc autem ſic intellecto ounc ſeuſus patet Domioi. iſti namque ſacrificia offerebant, non ſicut par, nec maieſtati diuinæ condecentia; vnde erant ante eius conſpectum velut ſtercora. Sic nunc eis ait Dominus, Aſſumam ego ea, & proiiciam talia ſtercora in facies veſtras par pari referens, vt quoniam, ait Cyrill. *ipſi dedecorant altare, ideo Deus dicit, Diſpergam ventriculum ſuper faciem veſtram, velut par pari referens.* Ex quo ſcilicet ſacerdotio, ſiue ex tali ſacrificio non honorem, ſed igoominiam referam, non mercedem, ſed pœnam.

Cyrill.

53. *Deus ſuſtinet laborem in operibus bonis non dignè factis.*

Immo ſic talia opera illi offenſa vt laboret in ea ſuſtinendo in templis, & altaribus. qui est proprius ſenſus verborum Iſaiæ 1.11. *Quò mihi multitudinem victimarum veſtrarum, dicit Dominus? plenus ſum quis quæſiuit hæc de manibus veſtris, vt ambularetis in atrijs meis. calendas veſtras, & ſolemnitates veſtras odiuit anima mea, facta ſunt mihi moleſta, laboraui ſuſtinens.* In quibus verbis omnia hæc ponderanda. *Primum* ly *plenus ſum*, ſeu, vt in Hebr. *ſatur ſum*, hoc eſt, vt ait Cornel. *mihi nauſeam pariunt, quia licèt in ſe bona ſint, tamen mihi diſplicent, quia à vobis offeruntur.* Cuius ratio, *quia impuro corde & pleno peccatis illa offertis*, hinc nauſeam Deo pariunt: ſicut & nunc illorum qui ſimiliter opera faciunt bona, ſed impuro corde, & claudicantia. *Secundum* ponderandum ly *quis quæſiuit hæc de manibus veſtris, vt ambuletis in atrijs meis*, quaſi ſic illa odio habere, vt ſummè perſentiebar ad templum illos accedere, quia non aliud faciebant, quàm illud terere, ex quo dum non accedebant vti par erat, & ad offerendum ſacrificia grata, potius templum polluebatur, quàm colebatur. Quòd ſi ad mores nunc hoc adaptare velis, Deus hodie, quale templum non polluitur, dum peccatis onerati ad illud accedunt, vt ſacrum audiant. Tandem ponderanda illa, *laboraui ſuſtinens*, offerebant in templo, Deus in illo, neceſſe vt coram illo offerrent, abire non poterat, quia ſua domus, quia aſſiſtentiam promiſerat. Quid ergo? Sanè vt ſummum ſuſtineret laborem, immenſam inediam in talium ſacrificiorum oblatione. Ob quod ne talem pateretur, ac ſuſtineret laborem, & Sacerdotes ipſos, & templum ipſum deſtruxit, abominauit. Amice, quid vis vt dicam? timeo Dei iudicium quando aliqua video, quando ſcilicet templa, ac ſi eſſent loca publica, ne quid peius dicam, aſpicio tractari; quando in illis comœdias, quando riſus, quando interlocutiones, quando tandem ſcelera, ante conſpectum diuiniſſimi ſacramenti; timeo hæc videns, ne templa iratus à nobis auferat Chriſtus pertæſus talia ſuſtinere, vt recolor me legiſſe ſanctæ cuidam dixiſſe. Conquerebatur de hoc, vnde ad illam, *quòd homines peccent, ait, non miror, nam proprium hominum eſt peccare; at quod ante me, & coram me, & in oculis meis, hoc malum horrendum, ob hoc auferam ab eis templa.* Quod equidem, & ſimiliter faceret, ait Chryſoſt. *hom. 60. ad populum Antioch.* de ſacram. malè acceptis, & de malo eorum vſu nihil ſe attendere, vnde grauiſſimè loquens ſic ait: *Si Chriſtus nos attenderet, & non infinitam ſuam bonitatem, iam à nobis ſuſtuliſſet diuina ſacramenta, dignos nos hac pœna efficimus, & indignos ipſis ſacramentis, dum ea ſuſcipientes minus dignè* (ſigna verbum) *& illa & Chriſtum traducimus, & quantum in nobis eſt, fama & honore priuamus.* Hoc vltimum pondero, fama ſcilicet, & honore nos Chriſtum priuare, quando minus dignè ſacramenta ſuſcipimus; quomodo hoc? Sanè: nam dum de ſacramento Pœnitentiæ, v.g. dixit, Chriſtus, quòd mundat peccata, quòd ſanctificat homines, quòd reddit eos iuſtos, & ſanctos, & immaculatos, & videatur totum oppoſitum; vnde? poſt peractam confeſſionem peiora faciunt homines quàm antea; amplius ſordeſcunt, amplius peccant. Quid aliquis hoc audiens, ſi Gentilis de Chriſto diceret, deque eius ſanctiſſimis ſacramentis? vnde meritò, ait Chryſoſtomus. Quòd ſi nos Chriſtus attenderet, iam diu ea ſuſtuliſſet, quia, vt dicebamus, dum ſic talia recipimus indignè, oſcitanter, ac peccaminosè, laborem ipſe ſuſtinet, vt ait Propheta, ac proinde ea reiicit, & à ſe ſeparat.

54. *Templa vt polluuntur nunc à Chriſtianis.*

55. *Deus cur templa ab aliquibus eripit.*

Chryſoſt.

56. *Chriſtus niſi attenderet id diu à nobis diuina abſtuliſſet ſacramenta.*

Hinc fit, vt non ſolùm, quando malè accipimus ſacramentum, ſeu mala confitemur, nil proficimus, quinimmo amplius ſurdeſcimus, & inquinamur, vt præcipuè de mala confeſſione hoc verificatur. *Panis eorum*, ait Oſeas cap. 9. num. 4. *quaſi panis lugentium, omnes qui comedunt eum contaminabuntur.* Quid hoc? Quomodo panis lugentium contaminat? intelligetur ſi lex attendatur *in Num. cap. 19. num. 14.* vbi ſic, *iſta eſt lex hominis qui moritur in tabernaculo, omnes qui ingrediuntur in tentoriam illius, & vniuerſa, quæ ibi ſunt, polluta erant, quidquid tetigerit, immundos faciet, & anima quæ quippiam horum tetigerit, immunda erit.* Cùm ergo intrantes tabernaculum, & attingentes morticinum immundi remanebant, & ſimul quidquid tangebant, fiebat vt etiam panis eorum eſſet immundus, ac proinde inquinabat; ſic equidem, ait per Prophetam Dominus, ſunt mihi veſtra ſacrificia, ſunt veſtri luctus; eſt veſtra pœnitentia tanquam panis lugentium, qui non mundat, ſed inquinat. Quod propriiſſimè de his, qui malè confitentur, dicitur, dum ex confeſſione amplius inquinati, quàm purgati diſcedunt, quibus illud euenit, de quo Petrus 2. ep. c. 2. *Contingit illis, ait, illud veri prouerbij, Canis reuerſus ad vomitū, & ſus lota in voluſabro luti.* Canis enim per vomitum eiecit onus ſtomachi, ac poſtea ad illud redit, illud comedens; ſic iſti vomunt peccata, ſed quia non ſicut par, ſtatim ad ea reincidunt. Quod equidem ſignum, malam fuiſſe confeſſionem, vt mox dicemus; at ſus lauare ſe intendens in volutabro ſe lauat, ex quo amplius inquinatur, amplius ſordeſcit. Nam, vt bene Philo Carpath. *can. 7. num. 9.* hæc eſt natura, tum rerum diuinarum, tum humanarum, vt ſi non dignè fiant, ac vt par eſt, ſed ordine inuerſo, quo meliores, eo peiores; vnde ait, *O rem miram! ô rem tremendam, diligenter attendite fratres, hoc ſemper timete, ac cauete periculum, ea eſt enim rerum humanarum, ac diuinarum natura, vt quæ pro ſua dignitate ac excellentia optima eſſe debent, ac ſumma, eadem mutato ordine peſſima fiant, atque infima.* Quod exemplificat ipſe in ſanctiſſimo Euchariſtiæ ſacramento *Licet, ait, videre quoſdam ex hoc ſacratiſſimo conuiuio fieri quotidie peiores, & ob id ſolum ad gehennam properare miſerrimos, quòd immundo corde audacter incedere præſumunt.* Quod & ſimiliter, immo & aliquo modo & dolentius poteſt dici de illis, qui malè confitentur, dum onus ſuſtinent immenſum propalandi peccata, & accedendi ad diuinum illud ſacramentum conſtitutum per ſe ad peccatorum dimiſſionem, & ad gehennam fugiendam, ſunt ſic infeliciſſimi, vt ex defectu, aut veræ contritionis, aut veri propoſiti, aut, quod amplius, ex taciturnitate alicuius peccati illud ipſum inſtrumentum, quod erat ad gehennam fugiendā, ipſum illud faciant ad amplius illam acquirendam, &

57. *Ex ſacramētis malè acceptis ſordeſcit homo.*

58. *Malè confitentes cani aſſimilantur, & ſui, & cur.*

Phil. Carp.

Exemplum.

hoc aſtu diaboli, vnde in vitis ſanct. PP. legitur,
59. vidiſſe vnum ex illis dæmonem in Quadrageſima in medio aliquorum, qui ad ſacramentum accedebant Pœnitentiæ, à quo cùm Sanctus percunctaretur quid ibi faceret, reſpondit: vt reſtitueret quod erat furatus, verecundiam nempe; *vt peccarent, verecundiam abſtuli, eandem nunc reſtituo, vt confiteri erubeſcant.* qui equidem ſignificantur per hunc dæmoniacum, qui aſtu diaboli erat mutus.

Dæmon cauſat verecundiam confitendi quam abſtulit peccando.

Tandem nolo hinc recedere, niſi adnotando vnum, ſcilicet quòd ſi & præcedens doctrina contra eos præcipuè facit qui ad confeſſionem accedunt, & contra pœnitentes, non equidem minus facit & contra confeſſores, in peccato, & indignè ſacramentum adminiſtrantes Pœnitentiæ. nam dum ab aliis dæmones eiciunt, in ſe transferunt, fiuntque digni, vt infinitis repleantur malis ac flagellis.

60. Enimverò *Act. 19. n. 13.* cùm Paulus Epheſum moraretur, & infinitè exerceret virtutes, inter quas vna expulſio dæmonum ab obſeſſis, quod videntes aliqui ex Iudæis exorciſtis, auſi ſunt & ipſi dæmones adiurare. Vnde quidam filij vnius ex principibus Sacerdotum, dæmonē adiurarunt, dicētes: *Adiuro vos per Ieſum, quem Paulus prædicat.* Sed antequam vltrà progrediar, placet primum inquirere, ad quid hoc iſti fecerunt, & quomodo auſi ſunt hoc attentare, & quoad hoc ſecundum planum eſt, hoc illos attentaſſe freti officio exorciſtæ, quod inter Iudæos erat ſine dubio ad expellendos dæmones, vt ſentit Epiphan. *hæreſi* 30. Ioſephus *lib. 7. belli, c. 25.* & affirmant recentiores, & patet ex hoc loco, & infrà, vt mox dicemus. ergo freti ex authoritate, quam putabant adhuc in Iudaiſmo permanere, etſi ipſi adhuc eſſent Iudæi, & in Chriſtū non crederent, immo Paulo oppugnabant, & contradicebant, vt patet ex eodem capite, illud præſumpſerunt, immo aliqui dicunt, quòd hoc fecerunt ad confirmationem ſuæ legis, & ad depreſſionem nominis Ieſu, & Pauli. nam ſi dæmonium expellerent, dicerent in virtute legis, ac ſuæ fidei factum, ſi non expellerent, cùm per nomen Ieſu, & Pauli illud adiuraſſent, dicerent vanam eſſe religionem Pauli. At melior eſt ſententia eorum inuocaſſe hos nomen Ieſu, & Pauli, non fiſi ſuis viribus, vt certiſſimè dæmonium expellerent. Quoad *primum* autem, ſcilicet, quid ex hoc iſti haurire volebant, S. Chryſoſt. & S. Cyprian. affirmant quæſtum, vnde S. Cyprian. *ſerm de Baptiſmo*, vocat eos *quæſtuarios*. Ergo, vt vides, iſti in primis erant Iudæi, non Chriſtiani. *Secundò* perſecutores Pauli, & nominis Ieſu. *Tertiò* ſimoniaci, quod eſt dicere, homines mille dæmonibus repleti. Et tamen auſi ſunt in nomine Ieſu, & Pauli adiurare dæmonem, & illum à corpore expellere in virtute talis nominis, cùm viderent ex eo omnes expulſi dæmones. At quid eis dæmon? *Ieſum noui*, reſpondit, *& Paulum ſcio, vos autem qui eſtis.* Quid hoc? Chryſoſt. quaſi dicat, ait, *vos non creditis Chriſto, ſed eius nomine abutentes hæc verba pronunciatis.* Quo dicto, *inſiliens in eos, & dominatus amborum inualuit contra eos, ita vt nudi, & vulnerati effugerent de domo illa.* Quaſi diceret, ait idem Sanctus, *Chriſti & Pauli herile imperium agnoſco, non veſtrum; puniam ergo veſtram audaciam, & temeritatem, atque vt ſeruos meos mihi inſultātes malè mulctabo.* Amice, Ieſus heri, & nudiuſtertius, idem quod iſtis & malis eueniet Sacerdotibus, qui malè & in peccato miniſterium exercent; venerabitur equidem dæmon nomen Ieſu; vt rectè ponderat Chryſoſt. *in hunc locum*, non audens, ſcilicet dæmon Chriſtum improperare. *Quare*, inquit Chryſoſt. *non dixit ſpiritus malus. Quid eſt Ieſus? ne ipſe pœnam det, ſciebat enim, concedi ei vlciſci illos qui huius nominis illuſores fecerat.* Veneratur ergo ſpiritus malus nomen Ieſu, abſcedit ſine dubio ab animabus virtute Sanctiſſimi; at quid, faxit Deus, vt non intret in animam abſoluentis, illam amplius feriens, percutiens, ac omnibus bonis denudans; at etſi hoc non efficit perſonaliter, certiſſimè illud efficit per nouum quod committunt peccatum, vt bene intelligas, non ſolùm doctrinam traditam contra pœnitentes facere, quando malè confitentur, ſed etiam contra abſoluentes; iſti, quia malè loquuntur, illi, quia vi dæmonum tacent, & obmuteſcunt, vt iſte qui erat mutus, &c.

Confeſſores in peccato adminiſtrantes quātum ſubeunt malum.

61. *Exorciſtæ officium inter Iudæos extabat.*

Epiphan. Ioſeph.

S. Chryſoſt. S. Cyprian.

Chryſoſt.

§. IV.

De ſignis bonæ confeſſionis.

MAlum profectò eſt non confiteri, & in peccatis obſurdeſcere, peius non illud agere vt par eſt. Profectò cùm res ſit grauiſſima, non abs re erit, & conſultum me ſpero facturum multis, ſi ſigna dedero. Vnde quis coniectare poterit bene ſe confeſſum, & ab illo ſanctiſſimo mundum ſe receſſiſſe; quatuor ergo do, quia ad illa hoc ipſum me mouet Euangelium, quæ cùm ex illo educantur, vera non eſſe minimè poſſunt.

Primum ergo ſignum bonæ confeſſionis eſt quando quis ante confeſſionem omnino cum diabolo fœdera rupit, omnino occaſiones peccandi reſcidit, omnino impedimenta abſtulit. Hoc autem ſignum clarè deducitur ex illis verbis Domini, quæ infrà adducemus, quibus probabit ſe non in virtute dæmonis eiicere dæmonia, ſed Dei. Vnde ait: *omne regnum in ſe ipſum diuiſum deſolabitur, ſi autem ſatanas in ſe ipſum diuiſus eſt, quomodo ſtabit regnum eius.* Argumentum profectò indiſſolubile, vt ibi dicemus. Nam ſignum non diuiſionis regni diaboli, dum vnus diabolus non expellit alterum. ergo dum Ieſus diabolum expellebat, non poterat eſſe ex virtute diaboli. Ex hoc enim ſequitur, quòd dum aliquis verè bellum gerit cum dæmone ante confeſſionem, quòd ad illam accedit ex nomine Ieſu, & ex eius nomine diabolus expellitur verè, & non fictè, cùm ad ſacram accedere confeſſionem non rupta omnino pace, cum occaſione peccati, &, vt clariùs dicam, cum amaſia in domo, ſanè iocum, & ficta perſuaſio. 62.

Primum ſignum bonæ confeſſionis rupta totalis occaſionis & fœderis cum diabolo.

Enimverò *Deut. 23. n. 6.* ſic populo Deus mandauit de Madianitis, *non facies cum eis pacem, nec quæras eis bona cunctis diebus vitæ tuæ in æternum* Cur ſic crudum bellum cum iſtis, ac ſic cruda inimicitia, vt in æternum velit Deus vt illa duret, nulloque modo vnquam cum eis amicitiam feriant? Sanè ob duo. *Primum*, quia exeunte populo de Ægypto, *noluerant occurrere*, ait Dominus, *cum pane & aqua in via*; & *ſecundum*, *quia conduxerunt contra te Balaam, vt malediceret tibi.* Si hæc pendas, inuenies ſcandalum fuiſſe iſtos filiis Iſraël, & occaſionem vt reuerterentur in Ægyptum, & vltrà non progrederentur in terram Iſraël. Bene hoc, at cur ſic peculiariter contra iſtos vult Dominus vt in æternum bellum gerant? Sanè, quia ſi attendas dum iſti ex Lot deſcenderant, erant conſanguinei, & ſic dum fratres ſi totaliter, & in æternum bellum cum eis non gererent cum idololatræ & peſſimi, poſſibile ex iure ſanguinis, vt ad idololatriam eos aduocarent. Hinc vt hoc non ſuccederet, ſic inter 63.

Deus cur continuū bellum præcepit cum Madianitis.

eos

eos ſempiternum bellum, omnino amandantur à domo Dei, vnde dicebat lex, *Moabites etiam poſt decimam generationem non intrabunt in Eccleſiam Domini in æternum.* mirum hoc, cùm ſuprà poſt decimam generationem permittebatur ex ſcorto natus ingredi in Dei Eccleſiam, at non Moabitæ.

Lyran.

Cur hoc? Lyran. Quia occaſio fuerunt damni ſpiritualis, quatenus ex conſilio Balam populum pellexerunt, vt cum Moabitidis fœminis ſe commiſceret. ergo, quia fuerunt occaſio peccati, & ex

64. *Confeſſores quid facere debēt vt pœnitentes à peccatis præſeruent.*

alia parte conſanguinei, omnino occaſio abſcindatur, ſi ſaui permanere velint in Dei cultu, & ad vomitum non redire. Hinc in ſempiternum vult Dominus vt cum eis ſit bellum, & quòd non eis deſiderent bona. Ad noſtram doctrinam hoc, & præcipuè ad confeſſorum admonitionem. Quid facere debeant cum pœnitentibus vt eos præſeruent à recidentia. nam ad occaſiones peccatorum reſcindendas, &, vt bene & rectè accedant ad ſacramentum Pœnitentiæ, duo ſunt neceſſaria; *primum* vt ſic abſcindant occaſionem, vt neque bonum ei quærant. nam ſunt aliqui qui dicunt, iam receſſi, iam eam deſerui, nolo amplius peccare. At quid intereſt, vt bona ei procurem? vt de ea curam geram? vt ciuilis quædam remaneat correſpondentia, ſicut inter perſonas debetur ciuiles, nil minus. Certè ad vomitum redibunt, & certiſſimè non bene diſpoſitus talis accedit, omnino diſrumpenda eſt amicitia, ita vt neque bona ei quærenda, quia damnum non temporale, ſed ſpi-

65. *Occaſio peccati ſic reſcindenda vt in æternum reſcindatur.*

rituale intulit; & *ſecundò* vt hoc ſit in æternum, non per duos, aut quatuor dies, menſes, ſiue annos, ſed in æternum, ſic vt etiamſi poſſibile & poſt mortem duret inter iſta diuiſio. Quod pulchrè adnotauit Chryſoſt. *hom. 1. in Iob.* obſeruans, ſanctiſſimum poſt mortem filiorum, filia-

66. *Iob quanta cura ſua ſepeliuit filios, & filias ſeparatim, & cur.*

rumque, ſic oſſa, ſeu cadauer humaſſe, vt ſororum non tangerent virorum, & è contra. *Sedit*, ait Iob, *verus fortiſque Adamas diſcernens liberorum ſuorum membra, cauenſque ne fortè in maſculinis membris fœminea coniungat.* Mirum, dum eſſent fratrum, & dum poſt mortem. Quid ergo faciendum, dum non fratres, dum viuit, & dum fœda aliàs interceſſit coniunctio; abſcindenda equidem occaſio in æternum, ſemper etiam poſt mortem.

67. *Inſanit qui putat digne ſe confiteri occaſione non omnino reſciſſa.*

Quid enim confiteri, & occaſionem non reſcindere, & ſimul putare quòd ad vomitum non redies, aut quòd Chriſtus tibi gratiam ſuam in ſacramento Pœnitentiæ dabit. Verè equidem puto delirium, attende 3. *Reg.* 12. *n.* 16. Ieroboam electus à Deo in Regem, ingratus & impius, vitulos fecit aureos, & ſegregans populum à Deo ſuo, ad idololatriam eum adduxit. Si cauſam quæris tantæ impietatis, vnam inuenies ſtatus rationem, vt ex hoc videas ad quale barathrum hæc vipera maledicta homines adducit, in illo regno erat templum, & hoc in Hieruſalem, extra quod non licebat ſacrificare, & ad quod tribus vicibus in an-

68. *Ieroboam cur vitulos erexit.*

no totum concurrebat regnum. Quid ergo Ieroboam hoc conſiderans, *dixit in corde ſuo*, ait Scriptura, *nūc reuertetur regnum ad domū Dauid, ſi aſcenderit populus iſte, vt faciat ſacrificia in domo Domini in Hieruſalem, & conuertetur cor populi huius ad dominum ſuum Roboam regem Iuda, & interficient me, & reuertentur ad eum.* Quid ergo faciendum, vt tanto occurrauit malo? *excogitato conſilio*, ait Scriptura, *fecit duos vitulos aureos*, iuſſitque vt nullus amplius aſcenderet in Hieruſalem, ſed adoraret idola quæ ipſe confecerat. Mitto impietatem, & inſanum ſecundùm diuinam prudentiam diſcurſum, in quo peſſimè errauit; at ſi humanam tantùm conſules prudentiam, equidem vſque ad cœlum tale extollet conſilium, affirmans non ſolùm prudentiſſimum fuiſſe, ſed neceſſarium, cùm certiſſimè ad ſuum naturalem Regem populus rediſſet ſi in Hieruſalem coiret, ex occaſione familiaritatis, locutionis, ac loci pulchritudinis, & templi, immo & ſollicitationis; vnde non ſolùm conſilium applaudet, ſed inſanum reputabit, ſi aliud quiſpiam cogitabit non euenire; ſat dictum. At audi nunc vnam

Ambroſ.

Ambroſij ſententiam *lib. 4. in cap. 4 Luc.* qui ſic. *Dominici quippe actus*, ait, *diuinitatis nobis exempla ſunt, & per ea quæ viſibilia ſunt, inuiſibilia cognoſcuntur.* Quid hoc? Sanè illud, actiones Chriſti eſſe exempla diuinitatis, hoc eſt, ſic nos Chriſtum gubernare, ac Deus nos gubernat. ergo ſi Chriſtus vt Deus gubernat, ſequitur euidenter quòd gubernet diuina prudentia, &, vt ſic dicam, noſtro modo intelligendi vti homines cordati, & boni ſenſus. Hoc autem ſic ſtante, dic nunc mihi, ſi omnis homo prudens pro certo æſtimaturus eſſet id quod Ieroboam æſtimauit, certiſſimè ſcilicet populum rediturum ad Roboam, & inſanum reputaret contrarium cogitantem. Cur quæſo hæc ra-

69. *Quantum inſanit qui reputat bene ſe confiteri domi occaſione relicta.*

tio in ordine ad Chriſtum non bona fiet, & non dabimus inſanire qui contrarium reputat, ſcilicet Chriſtum non reputare ad vomitum rediturum, & diabolum iterum adoraturum, qui ad eum accedit in ſacramento Confeſſionis domi relicta occaſione, equidem mente excedo quando video aliquos talem conceptum de Chriſto agere, qualem de homine ignorantiſſimo, ne dicam inſano, non agerent; quis homo prudens non diceret, ex occaſione reditus in Hieruſalem ad ſuum dominum populos non redituros, & cùm hoc dent homini cordato, nolunt Chriſto dare ſic vt velint ipſum non cogitaturum ad vomitum rediturum, & ſuam gratiam daturum ad ſacramentum accedenti, etiamſi amaſia domi relinquatur, aut omnino amicitia non abſciſſa; quid dicam, inſanit, qui illud cogitat, & ſancti Dei confeſſores, parcant mihi, parum ſapiunt ſi illud credunt.

Abſcindenda eſt ergo in æternum, addo nunc,

70. *Occaſio peccati in principio fortiter abſcindenda.*

quod abſcindenda efficaciter, valenter, ſic vt vno, vt ſic dicam, ictu intereat. Indigitabo tantùm tibi loca Scripturæ, nam ea proſequi impoſſibile. 1. Reg. 18. 7. *Percuſſit Saul mille, & Dauid decem millia*, adoleſcentulæ cecinerunt. Cur Dauid decem millia? Sanè, quia vnico ictu caput abſtulit inimici, & bellum finiuit. Sic Iudith cap. 13. num. 27. ad Achior, *ipſe*, ait, nempe Deus, *caput omnium incredulorum incidit in hac nocte in manu mea*, vnico ictu valenter, fortiter abſcidit caput, bellum determinauit. Quid ergo mirum, *ſi eam cuſtodiuit Angelus euntem, commorantem, reuertentem.* Tales enim fortes

71. *Qui Angelorum auxiliū mereantur.*

Angelorum merentur auxilium, cuſtodiam, ac patrocinium. Nam, ſi aliàs, ſi moroſè, ſi lentè, ſi velleitate, occaſionem abſcindendi, & non fortiter, vt diſi, tibi certiſſimè edico in illam recaſurum ſine dubio.

72. *Sanſon occiſus quia occaſionem in principio non abſcidit.*

Enimuerò ſi rectè attendis, interitus Sanſonis hæc fuit ratio, à principio ſcilicet fortiter occaſionem non abſcindere, ſed moroſè ſecum illa habere, ac, vt ſic dicā, iocosè: attende *Iudic.* 16. *a n.* 6. cùm ſecretum ab illo mulier expoſceret, cùm debuiſſet omnino, & efficaciter illā reſpuere; totaliter ac viriliter noluit niſi iocādo. Vnde ad illā, *ſi ſeptē neruiceis funibus, necdum ſiccis, & adhuc humentibus*

ligatus fuero, infirmus ero, vt cæteri homines. vinxit illis mulier ipſum, quo vincto clamans, *Philiſthym ſuper te Sanſon*, ait Scriptura, quod *rupit vincula, quaſi quis rumpat filum de ſtuppa tortum putamine, cum odorem ignis acceperit*; ſanè mira fortitudo, ſtrenuus ſtat Sanſon pugnator. At non ob hoc deſtitit mulier, iterum importuna petiit ſecretum; at quid ille? *ſi ligatus fuero nouis funibus, qui nunquam fuerunt in opere, infirmus ero.* O miſer Sanſon, à funibus neruiceis, ad funes ex cannabo deuenis, certiſſimè in laqueum incides. At quomodo has rupit? *rupit vincula quaſi fila telarum.* En non vides vt paulatim vires deficiebant? primò rupit, quaſi *fila ſtuppæ*, nunc quaſi *fila telarum*, quæ fortiora, vnde non ſic faciliter, ſed cum labore, at adhuc fortis. Sed non animum ſpondit mulier, immo perſeuerans iterum deludens illam ait, *ſi ſeptem crines capitis mei cum licio plexueris, & clauum bis circumligatum terræ fixeris, infirmus ero.* En miſer Sanſon, a funibus neruiceis deuenis ad funes cannabi, de funibus cannabi ad crines & capillos, & caput nominat, ſine dubio rei veritatem aperies, ſecretum pandes, ligaberis, infirmus, vt cæteri, eris, morieris in occaſione. Vnde tantum malum? Sanè, quia in principio fortiter eam non abſtulit, putauit deridere mulierem; iocosè in occaſionem ſe immiſit, nunquam putans, neque per imaginationem quod euenit. At tandem victus ex importunitate, & laxata anima eius vſque ad mortem, aperuit veritatem. Cur hoc? quia ab occaſione, vt diximus, ſtatim & à principio non ſe ſubtraxit, quod ſanè excellentiſſimè dixit Seneca 1. *de ira cap.* 7. vbi ſic.

Senec.

Ratio cui frena traduntur, nempe paſſionum, tandiu potens eſt, quandiu ducta eſt ab affectibus: at ſi ſe miſcuit iis illis, & inquinauit, non poteſt continere, quos ſubmouere potuiſſet. Nil melius, immo nil magis in vſu, facilius quippe ſubmouentur paſſiones, quàm ſedantur ſemel commotæ, & ratio, quia, vt ait idem, *commota ſemel, & concuſſa mens, ei ſeruit à quo impellitur.* Egregiè. Si illico in principio ſtatim, fortiter inſurgente paſſione eam repellimus, non concutitur mens, quia depellitur, & extinguitur inimicus. at ſi non ſic, ſed cum illo iocantes nos immiſcemus cum illa, ac relinquimus, vt mens concutiatur, certiſſimè tandem deſeruiet à quo impellitur. Sic Sanſon quaſi ex ioco prima vice cum muliere ſe habuit, non illam totaliter reiiciendo extinxit; quid inde? *vt ſpiritum ad quietem non dans, defecit anima eius, & ad mortem vſque laſſata eſt.* Hinc eius mens concuſſa ſeruiuit impellenti, ſic equidem, ſic qui à principio non fortiter, ſed lentè occaſionem non abſcindit.

At dices: ſanè omnino occaſio peccati eſt abſciſſa, iam amplius non agitur niſi de virtute, de ſanctitate, & ſi Deus vult (vt aliquando audiui) de ſpirituali animæ gubernatione, ne iterum pec-

73.
Bona voluntate nil periculoſius.

cet. Amice, ex Concilio Colonienſi tibi reſpondeo, quod affirmat, quòd nihil periculoſius bona voluntate. cuius rationem reddens, ſequitur, *quia multi lapſi ſunt, vt alios ſaluos facerent.* Cant. 5. num. 3. *laui pedes meos, quomodo inquinabo illos.* in

Gregor.

quo loco excellenter ſanctus Gregor. ſuadet, ne excuſationem reputemus ſuperfluam. nam ait: *ſæpe dum ſponſo oſtium aperimus, hoſti periculo pandimus.* At dices, iam ſancta, & mulier miraculorum. Ob id, reſpondeo, periculoſior. Audi Spiritum ſanctum Eccl. 42. num. 13. *melior eſt iniquitas viri, quàm mulier benefaciens.* Quid hoc? aut quomodo poſſibile, vt melius ſit peccatum, quàm 74.

Mulieris conuerſatio etiã ſancta fugienda.
S. Thom.

bonum opus. Excellenter ſeorſum interpretatur ſanctus Thomas *in cap. 6. epiſt. ad Timoth. lect.* 2. ſuper illa verba: *adoleſcentulas autem viduas deuita*; qui ſic, *melior, hoc eſt, ſecurior eſt iniquitas viri ad commorandum, quàm mulier benefaciens.* Nam etſi ſit ſancta, ſequitur ſapiens, *de veſtimentis enim procedit tinea; & à muliere iniquitas viri*, ſint veſtimenta pretioſiſſima, ſint coccinea. ex illis tandem procedit tinea. Sic, ſit mulier ſancta, ſi illam non deſeris, te ex ſancto iniquum faciet, quod cùm ſit, quale amplius certius ſignum non bene diſpoſitum ad confeſſionem te accedere, ac quando occaſionem non rupiſti, & quale maius te bene acceſſiſſe, ac quando eam fortiter & omnino abſcidiſti.

Secundum ſignum ſit, ſi quando ad confeſſionem accedis, eo modo accedis, quo Sancti, ac homines perfecti, quod erat ſecundum argumentum Christi ad probandum in virtute Dei ipſum eiicere dæmonia. *nam ſi in Beelzebuth*, ait, *ego eiicio dæmonia, filij veſtri in quo eiciunt?* Senſus. Apoſtoli in nomine meo eiiciunt dæmonia, & de illis non murmuratis. ergo ipſi eiiciunt ſicut ego; nam aliter non poſſent, quod cùm ſit, & de illis ſimul dicitis & applauditis. *ergo ipſi iudices veſtri erunt.* & vos condemnabunt de calumnia. ergo ex ea Apoſtoli dæmonia eiiciebant, quia Chriſtum imitabantur; ſic equidem & nos à nobis dæmonia eiiciemus per confeſſionem, tunc quando Apoſtolos in hoc imitabimur. Aſpice lachrymas Petri, & contremiſce. Aſpice voces contra te Pauli, & expaueſce. Ad inſtar horum amicè debes confiteri. 75.

Secundum ſignum bonæ confeſſionis.

Militia eſt vita hominis ſuper terram, ait S. Iob *cap.* 7. *n.* 1. Quid ex hoc? vt ſicut in illa noui milites vt fortes euadant, imitari debent veteranos, ſic & in ſpirituali militia. Quod pulchrè dixit Baſilius in conſtitutionibus mon. lib. 1. *Qui modò*, ait, *in ordinem aliquam aſcriptus eſt, & miles, neutiquam ipſe operam dat, vt reliquos qui in ordine ſunt, ad conſuetudinem ſuam traducat, ſed ipſe ſe potius ad ordinem diſciplinæ & morum accommodat.* Ex quibus ſic grauiter poſtea conſequentiam erui: *Quamobrem conuenit, vt qui in ſpiritualem ſocietatem allectus ſit, nequaquam illos ad mores ſuos velit detorquere, ſed contrà ipſe morem ſuum debet aliorum fratrum moribus, inſtitutiſque conformare.* Nil melius, noli frater dolorem Petri ad tuum adducere, dicaſque forſitan, non fuiſſe tantum, forſitan non ſic perennem, forſitan non ſic efficacem, nam hoc eſt ad mores tuos, tuamque frigiditatem, mores Petri accommodare, hinc nec diabolum à te expelles, nec bonam facies confeſſionem. 76.

Ad ſacram confeſſionem accedendum vt ſancti.

At dices, & quis hoc poterit? attende ad Paulum ad Gal. 4. n. 12. *Fratres*, ait, *eſtote ſicut & ego, quia ego ſum & vos.* At ſi Paulus ſicut iſti, quid iſti ab illo imitari debent? Pulchrè Auguſt. illud, *ſicut vos*, intelligit, reſpectu ad naturam. Vnde ait, *quaſi dicat, quia ego homo ſum, quòd vos homines eſtis ſicut & ego, ideo facit quod ego*; quid ad hæc tepidi, & frigidi? Homo fuit Petrus, homo Paulus, homines cæteri Sancti, ſicut tu, & fecerunt illa; quare tu non potes ſicut illi, cum gratia tibi ſic præſtò eſt, ac illis, ſi per te non ſtet. Pœnitentiam ergo age ſicut illi, ac ſi non in illo ſublimi gradu, tamen ad inſtar, vt ſi non totam, aliqualem ſaltem obtineat ſimilitudinem. Nam hoc faciens, veram potes ſperare te facere pœnitentiam. Tertium ſit ſignum, ſi poſt confeſſionem eadem 77.

Vt ſancti non imitentur nulla eſt excuſatio.
S. Auguſt.

inſtru

78. *Tertium ſignum veræ pœnitentiæ.* inſtrumenta & arma, quibus vtebaris ad Deum offendendum, iiſdem vteris ad pœnitentiam agendam; optimum equidem erit ſignum optimæ pœnitentiæ, cùm, vt ſic, non ſolùm primam gratiam recepiſti, ſed ſecundam, & dum hanc in te vides conlectatæ, potes accepiſſe primam, remiſ-
Bernard. ſionem ſcilicet peccatorum. Vnde Bernard. ſerm.
79. *Pœnitentiæ fructus digni qui.* 3. in Cant. *non ſum contentus*, inquit, *priori gratia, quia iam malorum ſum pœnitens, niſi & ſecundam accepero, & dignos faciam fructus pœnitentiæ*, quos vt facias dignos, neceſſe eſt, vt eadem media quæ prius peccato ſeruierunt, eadem poſtea ſeruiant iuſtitiæ. Quod erat illud Domini noſtri Luc. 11. num. 21. *Cùm fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt omnia quæ poſſidet; ſi autem fortior illo ſuperueniens vicerit eum, vniuerſa arma eius diripiet in quibus confidebat.* Pendo ly *diripiet arma.* nam eſt dicere quòd eis pugnabit, non ſecus ac Dauid gladio Goliæ, qui *Pſalm.* 118. *num.* 136. dicebat, *exitus aquarum deduxerunt oculi mei*; cur oculi, & non ipſe? quia oculi peccauerunt aſpiciendo, 2. Reg. 11. num. 2. *Viditque mulierem ſe lauantem.* iſti luant pœnam, & faciant pœnitentiam plorando. *cecidiſti per oculum*, ait S. Laurent. Nouarienſ. ſerm. de pœnit. BB. PP. tom. 2. *Contaminauit te aſpectu tuo, abluat te aqua ſua, induxit te in laqueum, eruat te de laqueo, habet enim in ſe magnum lachrymarum auxilium, & hoc modo eruendus eſt oculus, ſic abſcindenda eſt manus, vel noxia membra iuxta Dei præceptum.* Sic equidem Sanſon *Iudic.* 18. *num.* 29. iiſdem brachiis, quibus Deum offenderat, Dalidam amplectendo, iiſdem Deo ſeruiuit, inimicos & cum eis ſe occidendo. *& apprehendens ambas columnas, quibus innitebatur domus, alteramque earum dextera, & alteram læua tenens, ait, moriatur anima mea cum Philiſthijm.* Pende ly *ambas columnas.* non vnam, ſed ambas, ſic agenda eſt pœnitentia, vt nihil ſeruetur, quod non dolore pœnitentiæ concutiatur. Pende ly *quibus innitebatur domus.* nam ab illis primùm incipienda eſt, in quibus potius ambr innititur proprius, & paſſio particularis. Pende ly *ambobus brachys.* Simul enim apprehendit columnas, non vnam poſt aliam, quia pœnitentia agenda, ſimul rumpendo cum dextris, hoc eſt, cum proſperis, & cum ſiniſtris, hoc eſt, cum aduerſis, patienter hæc ſuſtinendo ſi nobis ex pœnitentia accidunt. Pende ly *moriatur anima mea.* finis nempe pœnitentiæ mors, & totalis carnis mortificatio, ſic vt non ſolùm homo in ſe moriatur, ſed & mundus cum ipſo, ſicut & Philiſthiim cum Sanſone. Tandem vt ad noſtrum deueniamus inſtitutum, pende iiſdem brachiis, quibus Sanſon Deum offenderat, iiſdem Deo ſeruiſſe vſque ad mortem,
Hieron. vnde ſanctiſſima Paula, vt narrat Hieronym. *Epiſt.* 27. *ad Euſtoch.* cùm illi perſuaderent, vt vellet aliquid ex rigore remittere pœnitentiæ, ſic reſpondit: *Turpanda eſt facies quam contra Dei præceptum purpuriſſo ſæpe depinxi, affligendum corpus, quod multum vacauit delitys. Longus riſus perpeti compenſandus eſt fletu, mollia linteamina, & ſerica pretioſiſſima, aſperitate cilicij commutanda, quæ viro, & ſæculo placui, nunc Chriſto placere deſidero.* Sic equidem *Actor.* 19. *num.* 18. dicitur: *Quòd multi ex eis, qui fuerunt curioſa ſectati, contulerunt libros, & combuſſerunt coram omnibus, & computatis pretijs*
80. *Chriſtiani cur libros Magiæ combuſſerunt.* *illorum inuenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millium.* Quid curioſa? Aliqui libros Magiæ, alij Alchymiæ, alij Aſtrologiæ, quibus quæſtum faciebant, & dæmonem colebant, hos combuſſerunt, & nunquid domi eos retinere non poterant, non legendo? Sanè, ſed illud fecerunt, vt omnino occaſionem tollerent peccati, vt ſuprà dicebamus. & *ſecundè*, vt ſicut per illos Deum offendebant, ſic per illos Deum honorarent, veram proteſtando fidem, & omnino infidelitatem abiurando, cuius ſemen tales ſunt libri; fac ſic, & vera tua erit pœnitentia.

Quartum tandem & vltimum ſignum, & omnium euidentius eſt, ſi poſt confeſſionem non ad 81. *Quartum ſignum veræ pœnitentiæ.*
vomitum ſtatim reuertas, & hoc eſt propè quod Chriſtus voluit dicere in illis verbis apud Luc. *Si autem ſuperuenerit fortior illo, & vicerit.* & hic apud noſtrum Euangeliſtam infrà, *aut quomodo poteſt quiſquam intrare in domum fortis, & vaſa eius diripere, niſi prius alligauerit fortem.* Quis amplius fortis, quàm Chriſtus, qui ſi ſemel verè ingreſſus fuerit in animam, non ſic faciliter ab illa potens erit diabolus exturbare. Vnde nullum equidem maius ſignum malæ confeſſionis, quàm citò ad vomitum reuertere. Infrà enim *num.* 44. reuerſionis dæmonis illud Dominus noſter dedit ſignum, vt ibi dicemus, inuenire ſcilicet domum abſque domino, abſque habitatore, *inuenit vacantem, ſcopis mundatam, & ornatam.* Quid ergo mirum, ſi 82. *Chriſtus ſemel verè in animam ingreſſus nō citò egreditur.*
ſic, vt veniens, ſeu reuertens iterum intret, *& fient nouiſſima hominus illius peiora prioribus.* Non ſic autem ſi Deus ſtat intus, verè ne defendet, & ab ipſis periculis eripiet.

Enim verò *Geneſ.* 19. *num.* 2. videns Angelos Lot, ſic ad eos, *Obſecro domini, declinate in domum pueri veſtri.* At illi, dixerunt, *minimè, ſed in platea manebimus.* At quid Lot? *compulit eos*, hoc eſt, vim eis intulit vt ingrederentur ſeriò. ergo non iocusè eos conuitauit, efficaciter eos adduxit. At quid poſt? hoc vt poſt ingreſſum, *viri ciuitatis vallauerunt domum à puero vſque ad ſenem.* Sic violenter, vt coactus Lot fuerit foras egreditur. *egreſſus eſt occludens oſtium.* At illi; *vim faciebant Lot vehementiſſimè.* Sic vt iam *prope erant, vt effringerent fores.* Ad quid torum hoc? Sanè, vt à domo Angelos expellerent, vt ipſis intrantibus foras Angeli irent; quod propè eſt dicere, vt Deus exiret, & diabolus in domum intraret. At quid? *miſerunt manum viri, & introduxerunt ad eum Lot, clauſeruntque oſtium, & eos qui foris erant percuſſerunt cæcitate, à minimo vſque ad maximum.* Si pro dignitate hæc tractare vellem, nunquam finirem. Proponam tibi argumenta, tu amice, pondera, & amplia. *Primo* pondero compulſionem Loti ad Angelos ſignum quod verè volebat eos domi, vt intelligas quomodo ad confeſſionem accedere quis debeat, & Chriſtum ad ſe attrahere lachrymis, vi, compulſione, oratione, contritione, præparatione, ac demum omnibus pœnitentiæ inſtrumentis. *Secundè* pondero, vix Angeli ingreſſi ac tota ciuitas contra Lot armatur, vt intelligas quo modo poſt veram confeſſionem durum nobis futurum bellum, & hoc ſignum quòd Deus eſt intus. *Tertiò* pondero, quantum fuerit Lot ſanctiſſimus, vt ſecuros Angelos intus haberet; ſe periculo expoſuit, immo & filias, dummodo Deus ſecurus quod quilibet facere debet Chriſtianus verè pœnitens, & ſe & ſua exponere prius quàm Deum offendere. *Quartè* pondero perſeuerantiam Lot in ſuſtinenda contradictione vſque ad fractionem oſtij, vt intelligas non ſtatim ac contradictio cœperit, quòd illico animum ſpondere debeas; nec citò terga vertere; ſed efficaciter durare vſque ad mortem vſque ad defectionem vitium, ſummam ſemper concipiendo ſpem.

Quintè pondero, ſic egreſſus Lot vt oſtium poſt ſe clauderet, ad hoc vt ſecutè intus hoſpites degerent, ad deuotandum, ſic te periculis ob aliorum ſalutem exponere debeas, vt ſecutè Deum intus deſeras, in occaſionem ſe non exponendo foras eum expelleto. *Sextè* tandem pondero ſemel Deus in animam ingreſſos, ſic fortis eſſe, ſic inuincibilis, vt totus mundus, ac tota diaboli potentia eum nun expellet, immo inimicos pellundabit, manu ſua protegens, defendens, ac cuſtodiens ſuos, vt hîc. Quis amice, omnia hæc proſequitur? pondera ea ad vtilitatem animarum, dum
83. nos aliò tranſimus. At hoc tantummodo addam expetientia, tum propria, tum aliena, affirmare me poſſe incredibile eſſe, quàm verum ſit, ſi ſemel verè quis ſe pœniteat, ac verè, vt par eſt, confiteatur quantam firmitatem acquiret in perſeuerantia, & contra peccatum. Sæpe expertus ſum ex vna tantùm bona confeſſione omnino aliquos, & non quoſlibet peccatores non amplius ad vomitum reuerſus. Vnde hoc? quia ex vera dilectione, efficaci, ac fortè amore confeſſi ſunt.

Vna confeſſio bene peracta ſufficiens in uenitur ad totalem conuerſionem.

84. Hinc Deus manſionem apud ipſos facit, iuxta illud Ioan. 14. 23. *Si quis diligit me, ſermonem meum ſernabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus.* Cur hoc? Sanè; qui verè confeſſi ſunt, verè pœnitentiam egerunt, *in quorumdam corda*, ait Gregor. hom. 30. *venit, & manſionem non facit, quia per compunctionem quidem reſpectum Dei percipiunt, ſed tentationis tempore hoc ipſum quòd compuncti fuerint obliniſcuntur, ſicque ad perpetranda peccata redeunt, ac ſi hæc minimè planxiſſent. Qui ergo verè Deum diligit* (ſigna verbum) *in eius corde Dominus venit, & manſionem facit, quia ſic eum diuinitatis amor penetrat, vt ab hoc amore tentationis tempore non recedat.* En quod dicebamus, qui verè amat, qui ſemel toto corde, & ex corde ad Deum accedit per ſanctam confeſſionem, ſic in ſe Deum recipit ac Lot ſanctiſſimus Angelos illos, pro quibus prius mori voluit, quàm vt à ſe eos expelleret. Quid ex hoc? vt contra totam ciuitatem eum defendentes, potius totam illam excitate fecirent, quàm ſuum deſereret hoſpitem verè amantem; ſic equidem, ſic Deus faciet cum eo, qui ſemel & vero corde ad ſacramentum accedit, manſionem faciet, morabitur, nunquam amplius exiet. ex quo certiſſimum erit ſignum veræ confeſſionis & diaboli expulſionis, qui dum intus ſtat, os comprimit, vt non loquatur, ac iſte mutus. *& illud*, &c.

Deus apud quos manſionem facit.

Gregor.

Nvm. 25. Ieſus autem ſciens cogitationes eorum dixit eis: Omne regnum diuiſum contra ſe deſolabitur, & omnis ciuitas, vel domus diuiſa contra ſe non ſtabit.

Nvm. 26. Et ſi Satanas Satanam eiicit, aduersùs ſe diuiſus eſt; quomodo ergo ſtabit regnum eius.

Senſus litteralis, & moralis.

1. *Sciens cogitationes eorum*, &c. Suprà narrauit Phariſæos illa dixiſſe. Ad quid ergo nunc aſſetere, quòd ſciuit cogitationes eorum? Aliqui dicunt, ſubmiſſa voce hæc dixiſſe, ſic Chryſoſtom. vel etſi ſecretò dixiſſent, cogitaſſe amplius rem publicare, vel Chriſtum attendiſſe ad animum eorum, quo illa procedebat calumnia, ſcilicet per inuidiam, & odium. Omnes boni ſenſus, mihi tamen placet ille, qui affirmat, etſi poſſet Chriſtus illa ſcire, aut ex relatu aliorum, aut ex verbis ipſorum, tamen Euangeliſta, vt ampliùs ſcientiam Chriſti, vti diuinam commendaret, vtpote cogitata penetrantem, voluit illud affirmare ex ſcientia potius cogitationum, quàm verborum, nam vt ſic omnino certiſſima reddebatur murmuratio, & calumnia, quam Chriſtus reiicit fortiſſimis quatuor argumentis, vt videbimus ex vulgaribus petitis ſignis, vt turbas perſuaderet, ſicut Phariſæi illas perſuadere intendebant.

Cur dicatur ex cogitationibus dicta Phariſæorum Chriſtum cognouiſſe.

Chryſoſt.

Adnotat Chryſoſtom. aliàs Phariſæos de hoc Chriſtum calomniaſſe, vt ſuprà *cap. 9. num. 25.* At Idem.
tunc non eis reſpondiſſe, ſi rationem expoſcis; *concedens eis*, ait Sanctus, *vt à pluribus ſignis cognoſcerent eius virtutem, ſed quia permanebant eadem dicentes, iam increpat eos, quamuis eorum accuſatio valde irrationabilis eſſet.* Ex qua doctrina ſummam Chriſti iuſtificationem in ſuo iudicio haurire potes; neminem condemnabit, pro certo mihi eſt, vt aliquando & ſanctæ Thereſiæ ipſe dixit, quàm non ſciat digniſſimè ſe condemnatum, videtur enim quòd aliqualem prætendere poterant excuſationem ignorantiæ inuincibilis Phariſæi, quando à principio illud dicebant, nondum viderant ſigna, nondum audierant diuinam doctrinam, etſi temerariè, tamen aliqualem prætendere poterant excuſationem, at qualem afferre poterant poſt tanta viſa ſigna, & poſt ſic diuinam auditam doctrinam? Iuſte ergo nunc eos increpauit, & calumniam ſoluit, quæ prorſus irrationabilis. At, vt bene Chryſoſtom. *Inuidia non quærit quid dicat; ſed ſolùm vt dicat*, qui etiam in hac reſponſione incredibilem obſeruat Chriſti manſuetudinem, non eos contemnens, non iniurians, ſed rationibus tantùm pro ſe reſpondens, *docens nos*, ait Sanctus, *mites eſſe inimicis, & non turbari, etiam ſi talia dicant, quæ nos in nobis non recognoſcimus, neque habent aliquam rationem.* Qui eleganter obſeruat ex hac manſuetudine amplius eos confudiſſe, & probaſſe ſe non in virtute dæmonis dæmonia expellere, ſed Dei. *Nam*, ait, *non eſt dæmonium habens tantam oſtendere manſuetudinem.* Pulchrè equidem; ex quo certiſſimum boni ſpiritus ſignum elicere potes quando aliquem inter calumnias, & perſecutiones manſuetum videris; ſecus ſi turbulentum, & immitem. Qui etiam pendet, quòd etſi Chriſtus ſic efficaciter calumniæ reſpondet, non tamen eam in medio ponit refricando, illius memoriam diuulgando illorum nequitiam, *quia ſtudium ei erat*, ait, *prodeſſe peccantibus non publicare.*

2\.
Chriſtus cur ad hanc calumniam nõc reſpõdet, cum antea etiam illam pronuntiarunt.

3\.
Quàm iuſtũ eius iudicium.

4\.
Manſuetudo inter calumnias ſpiritus boni ſignum.

At cur non ſoluit calumniam ex Scripturis, optimè enim poterat ex mille locis? Ad rem idem Sanctus. *Quia non attenderent aliter exponentes.* & vt ſic potius creſceret bellum calumniæ, quàm illud ſopiretur, ideo exemplis à magis cognitis educit, euidenter eos conuincens. *Non autem reſpondet eis ex Scripturis*, ait Sanctus, *quia non attenderent aliter exponentes, ſed à communibus opinionibus.* Poſt quæ ſic grauiter ſequitur. *Non enim ita exteriora prælia corrumpunt, ſicut ea quæ ſunt contribulium.* Si ad hæc attendes, vnum elicies, maximum ſcilicet damnum, quod Eccleſiæ ſanctiſſimæ cauſat inter Catholicos opinionum diuerſitas, & inteſtinum inter eos ex hoc bellum; quod conſiderans Nyſſenus in myſtica interpretatione vitæ Moyſis pendens vnico ictu, Moyſem occidiſſe rixantem Ægyptum cum Hebræo, & controuerſiam

5\.
Chriſtus cur ex Scripturis nõ ſoluit calumniã Phariſæorum.

6\.
Opinionum diuerſitas & bellum ex eis inter Chriſtianos quantum Dei Eccleſiæ damnũ affert.

trouerſiam diremiſſe; attamen duos inter ſe rixantes Hebræos componere non potuiſſe *Exod.* 2. *num.* 14. immo contra eum vnum ex illis conſurrexiſſe, diceus: *Quis te conſtituit iudicem inter nos? Num occidere me tu vis, ſicut heri occidiſti Ægyptum.* Argutè; primam rixam adaptat inter hæreticum, & Catholicum, quem vno verbo Scripturæ Catholicus occidit. At *ſecundum*, inter Catholicos, qui verba tenent Scripturæ, quos impoſſibile concertare, variè illam intelligentes, ex qua varietate bellum, & ex hoc ipſæ hæreſes.

7\. *Hæreſes manant ex illis.*

Rixa quæ inter Iudæos facta, ait Nyſſen. *ſedari à Moyſe non potuit, noſtratum ſunt de dogmatibus Eccleſiæ collectationis. Non enim prauis hæreſium dogmatibus locus eſſet, niſi inter eos, qui veriorem religionem profitentur, opiniones inter ſe velut acie inſtructa contenderent.* Nil verius. Hinc Dominus noſter hoc bene ſciens, vt calumniam ſolueret, & bellum omnino extingueret, non ex Scripturis voluit eos arguere, ſed ex exemplis & manualibus. Vnde ait,

Omne regnum in ſe diuiſum. Vt vis argumenti

8\. *Aliqua notãda ad vim argumenti Christi intelligendam.*

perfectè intelligatur, duo ſuponenda. *Primum* de ea expulſione Christum agere, quæ eſt per vim & violentiam, quæ dicit contrarietatem, & coactionem dæmonis inhabitantis, & non de ea, quæ eſt per colluſionem inter eos, & in ordine ad maius hominum malum; nam vt ſic poteſt vnus dæmon maior expellere alterum minorem ſecundùm D. Thom. *quodlib.* 3. *art.* 10. & hic libenter ſe expellere ſinet, vt amplius homines decipiat.

S. Thom.

9\. *Satan vt Satan expellere poteſt.*

Sicut de Apollonio Tyaneo legitur inter falſa miracula, etiam quòd dæmonia expelleret de obſeſſis, & hoc modo, vt bene Auguſtinus *lib.* 83. *qq. quæſt.* 79. non eſt dæmonium vi expellere, ſed ſponte exire, ac libenter, vt plurium animas ſibi credentium decipiat. Audi Auguſtin.

S. Auguſt.

Quod autem dicit Dominus, non poteſt Satan Satanam excludere, ne fortè quiſquam vtens nominibus aliquorum infirmiarum poteſtatum cùm dæmonium excluſerit, falſam putet eſſe hanc Domini ſententiam, aut hoc modo intelligat dictum: quia ſi Satan corpori, aut corporalibus ſenſibus parcit, ideo parcit, vt ipſius hominis voluntati per impietatis errorem triumpho maiore dominetur; hoc autem modo non exijt Satanas, ſed potius in intima ingreditur. Statuatur ergo de ea expulſione Christum agere, quæ eſt per coactionem & vim.

10\. *Dæmonis tota poteſtas & imperium ordinat ad malum hominis.*

Secundum autem quod ſupponendum, de ea etiam expulſione hîc agere Christum, quæ eſt in ordine ad bonum animæ & corporis hominis, quæ nullo modo poteſt fieri à dæmone. nam cùm iſte ſit confirmatus in malitia, & nullum opus bonum agere poteſt, & totum imperium ſuum ordinat ad malum hominis, ſic, vt dicit Abulenſ. hîc *quæſt.* 60. ſi poteſtate hominibus nocendi priuarentur, nolleot concordiam intra ſe obſeruare, & obedientiam, ſit vt quando expulſio tota eſt ordinata ad bonum hominis, ſit impoſſibile vt ſit à dæmone. nam, vt ſic corrueret imperium eius, totum ordinatum ad malum hominis.

Abulenſ.

11\. *Inter ſe ſunt concordes & alteri ſubijciũtur ob hominis malum.*

Notandum etiam inter dæmones ordinem, & regnum inueniri, ob hoc equidem dæmon dicitur, *Rex ſuper vniuerſos filios ſuperbiæ*, Iob 41. & *Princeps huius mundi*, Ioann. 14. ex quo fit vt ſit imperium dæmonis, non ſolùm reſpectu malorum, ſed etiam inter ipſos dæmones, quatenus vniuntur ad vnum finem, nempe ad hominem nocendum. eſt etiam inter eos ordo, tum ex parte naturæ, vnde ſicut homo dominatur brutis, ſic ſuperior dæmon inferiori. Tum etiam eſt ordo ex parte iniquitatis ipſorum, quatenus, vt magis noceant, qui ingenio præualent, præſunt aliis ad tentandum, eoſque docent, ac puniunt inuitè agentes, & obſequuntur, vt amplius noceant hominibus. ex his fit, vt cùm totum regnum dæmonis ſit poſitum in nocendo hominibus; ſi vnus dæmon alterum expelleret in bonum hominis, aut alterum impediret ne homini noceret, certiſſimè regnum & imperium eius corrueret, in quo vis Christi rationis ſtat, & verè concludit ſuppoſitis dictis.

12\. *In eis eſt regnum & ordo.*

Eſt ergo maior: Omne regnum in ſe diuiſum, vel ciuitas, vel domus deſolabitur. Hæc maior fundatur in prouerbiali illa ſententia, *concordia paruæ res creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur*, vt dixit Salluſt. *in Iugurtha.* Quod exemplis ſatis ſuperque patet. Reſpublica Romana decidit ſtatim ac ſub Sylla, & Mario, ſub Cæſare, & Pompeio diuidi cœpit. Ciuitas Hieroſolymitana euerſa ob diſſidium Principum in ea, Lege Ioſephum *de bello Iudaico lib.* 1. de qua re infinita propemodum extant exempla. Hac autem poſita maiori, minor aſſumitur, Si Satanas Satanam expellit vi, ac violentia, ob bonum hominis, & vt homini benefaciat; ergo regnum eius erit diuiſum, & diuidetur ſine dubio. At cùm impoſſibile, vt velit diabolus regnum amittere, quod habet in homines, & poteſtatem eis nocendi. ergo impoſſibile vt ego in virtute dæmonis dæmonium eiiciam, qui illud facio, ipſo renitente, & ob bonum hominis.

Saluſt.

Ioſeph.

Vltimò tandem adnotandum, vim argumentationis Christi eò tendere, vt ignorantiæ eos taxet. 13. nam dum dixerunt inter dæmones eſſe bellum, & diuiſionem, ac vnum alterum expellere, & cùm hoc confitebantur eſſe regnum dæmonis in mondo, & dæmonem omnibus viribus contendere perpetuitatem ſui imperij ſupra homines, vt eos perderet. Quo tamen non obſtante, credebant dæmonium dæmonium pellere. Quos euidenti Syllogiſmo confutat Christus ex eorum ſuppoſitione, quaſi dicat, vos creditis eſſe regnum diaboli, creditis ipſum omnibus viribus procurare perpetuitatem regni, vt homines deſtruat, quod ſi hoc creditis firmiſſimè, quomodo nunc inſipienter etiam affirmatis Satanam Satanam expellere, & eſſe inter ſe dæmones diuiſos, nam ſi ſic agerent, corrueret regnum eorum. Hæc argumentatio eſt certiſſima. At dices: quomodo illi hoc non attendebant? Sanè, quia inuidi, & inuidia ſiccorum obcæcauerat intellectum, & diſcurſum, vt propè in omnibus cæcutirent. Nam, vt bene Chryſoſt. vt ſuprà, *inuidia non quærit quod dicat, ſed tantùm vt dicat.*

Christus ſemper ferè in arguẽdo ignorantiam taxat Phariſæorum.

Ex dictis quoad mores duo velim elicias. *Primum* diſcordiâ res perire, ſic magnas, ac paruas, regna, ciuitates, domos, vt ex hoc certò ſcias ruituram congregationem illam, in qua diuiſio, & bellum. *Secundum* autem quòd ſi ad hominem nocendum dæmones cùm ſint ſuperbiſſimi promptiſſimam obedientiam, & ſubiectionem alteri præſtant dæmoni ſuperiori, & libentiſſimè à corporibus aliàs exeunt, vt amplius noceant; quanta ſtrenuitate quilibet Religioſus ſuperiori ſuo obedire debet, & alteri maioribus ſe ſubdere ob bonum animæ ſuæ, & ob Dei gloriam. ex quo infeſres nil obedientia pretioſius in religione; ſed de hac re ſæpe aliàs,

Et

NVM. 27. Et ſi ego in Beelzebub eiicio dæmonia filij veſtri, in quo eiiciunt? Ideo ipſi iudices veſtri erunt.

NVM. 28. Si autem ego in ſpiritu Dei eiicio dæmonia, profectò peruenit ad vos regnum Dei

Senſus litteralis, & moralis.

1. *Quid intelligatur hic per filios.* *SI ego in Beelzebub filij veſtri*, &c. Hæc eſt *prima* ratio in qua tota differentia inter expoſitores eſt, quid intelligatur per filios, an Apoſtoli, an exorciſtæ, quos conſtat fuiſſe inter Iudæos, ex hoc loco, & ex Luc. *in Act. cap.* 19. *n.* 13. & affirmat Epiphan. *hæreſ.* 30. Tenet Cornel. in Acta *vbi ſupra*, & narrat Ioſeph. *lib* 8. *Antiquit. cap.* 2. *& lib.* 7. *belli cap.* 25. qui affirmat à Salomone inſtitutos, & ſimul edoctos, quomodo dæmones expellere deberent. At S. Thom. *q.* 6. *de Potentia, art.* 10. *ad tertiam*, & ex eo Franciſcus de Victoria *relectione de Magia, num.* 28. cenſent exorciſmos Salomonis per certam radicem cum adiuratione eſſe compoſitos poſtquam factus eſt Idololatra. Quod poſſibile ex eo mihi fit, quod narrat Ioſephus, Rabanus, & Abulenſ. *hic quæſt.* 64. tempore belli in præſentia Veſpaſiani Iudæum quemdam expuliſſe dæmonem, & in ſignum expulſionis vertiſſe vas aquæ; quod certiſſimè fecit in virtute dæmonis, cùm poſt Chriſtum nullo modo concedendum apud illos aliquod boni permanſiſſe. Vnde hoc conſiderans Salmer. ſic ait, *Solent homines dæmones pellere in Beelzebub, quando vel maleficium ſoluunt maleficio, vel quando tentationes dæmonis, vel obſcœna delectatione carnis, vel grata mundi muſica expellunt, vel quando illicitos, & vſurarios contractus conſultò coloribus quibuſdam exornant, vel quando ambitioſus vt aſcendat ad aliquem gradum, altiorem hypocritam agit; aut quando quis reddit malum pro malo.* Adde ad hæc, & quando quis ſtudet ex ambitione ad inueniendas rationes futiles, & vanas, vt conſcientias ſedet potentium, ad omne id quod cupiunt, & deſiderant, aut ad ſui commodum, aut ad oppreſſionem pauperum; ſed redeo. Quamuis ergo, quod affirmat Ioſephus, ſic fuiſſet, & eſſent exorciſtæ à Salomone inſtructi, tamen, vt patet ex hoc loco, verè debebant eſſe in illo populo exorciſtæ, qui in virtute Dei, & ex nomine Tetragrammaton *Iehoua*, vt vult Epiphanius, dæmones pellebant. Quo ſtante, nunc eſt quæſtio inter Doctores, qui intelligantur per *filij veſtri*, an Apoſtoli, an hi exorciſtæ.

Epiphan. Cornel. Ioſeph. S. Thom. Victoria.

2. *Exorciſtæ fuerũt in populo Iudaico.* Ioſeph. Raban. Abulenſ.

Salmer.

3. *Qui ſunt qui dæmonibus dæmones expellunt.*

Prima opinio. Abulenſ. Ianſen. Barrad. *Prima* opinio eſt Abulenſ. Ianſen. & Barrad. exiſtimantium per filios intelligi exorciſtas Iudæos. ratio, quia ſi de Apoſtolis Chriſtus intelligeret, pari ratione poterant dicere eos ex virtute dæmonis pellere. *Secundò*, quia videtur magis vrgere vim argumenti. *Tertiò*, quia ſi intellexiſſet Apoſtolos, eos nominaſſet.

Hæc opinio eſt probabilis, & rationes ſunt optimæ, & tunc qui eam ſequitur, ſic confici debet ratio, ſi filij veſtri, qui exorciſtæ; non dicitis quòd expellunt dæmonia in virtute dæmonis, ſed Dei. Cur me dicitis in virtute dæmonis expellere? Ideo ipſi iudices veſtri erunt, iudicio ſcilicet comparationis.

Secunda opinio. *Secunda* ſententia eſt omnium Patrum antiquorum, Hilarij, Hieronymi, licèt alteram non refutet Chryſoſtomus, Theophylact. Euthym. & Auguſtin. *ſermon.* 11. *de verb. Domini*, quos ſequuntur Caietan. Maldon. & alij recentiores per filios Apoſtolos intelligi. Hilar. Chryſoſt. Theophyl. Euthym.

Hæc ſententia mihi magis placet, ſi ſimul cum illa intelligamus vnum, quod intelligit Caietan. Maldonat. & neceſſariò intelligendum eſt, Apoſtolos ſcilicet accepiſſe à Chriſto virtutem dæmones expellendi in nomine eius, & ſimul in eius nomine multos dæmones expuliſſe, immo non ſolùm Apoſtoli in nomine Chriſti, ſed alij, vt bene obſeruat Caietan. ex *Luc. cap.* 9. dæmones expellebant. Vnde ipſi ad Chriſtum, *Præceptor vidimus quemdam in nomine tuo eyicientem dæmonia, & prohibuimus eum, quia non ſequitur nobiſcum.* de quibus etiam vult Caietan. intelligi. quo ſuppoſito, argumentum efficaciſſimè, & euidenter concludit. Nam ſi Apoſtoli, & alij in nomine meo dæmonia eiiciunt, & vos non dicitis, nec dicere poteſtis quòd eiiciant in Beelzebub, Cur ergo me dicitis in principe dæmoniorum dæmones eiicere? Ideo ipſi iudices veſtri erunt per iudicium aſſeſſionis, &, vt ait Rabanus, *Quia bene ſibi conſcy erant nihil malæ artus ſe ab eo didiciſſe.* Auguſt. Caiet. Maldon. Caiet. Raban.

At cur eos nominauit filios eorum, vt eorum dignitatem conſiderantes ex expulſione dæmonum, dum ſe patres eorum viderent, ſaltem ex hac parte cognoſcerent calumniam, vincens in bono malum, rectè ait Chryſoſtom. *non autem dixit, diſcipuli mei, neque Apoſtoli, ſed filij veſtri, vt ſiquidem voluerint reuerti ad illorum dignitatem multam, hinc accipiant occaſionem.* Ex quibus vides, quanta non ſolum cautione Chriſtus contra eos argumentatur, vt non ſolùm, vt ſuprà diximus, eorum malitiam non refricet, ſed etiam ſic modeſtè arguit, vt eos honoret, vt ſic faciliùs conuertantur, & ne dicant ex aſperitate arguendi, & reprehenſionis non ſe conuertiſſe, quod equidem apprimè adnotare debent ſuperiores, cùm ex hac vna cauſa volunt omnes Doctores, Moyſem ſic offendiſſe Deum apud aquam contradictionis, *Num.* 20. 10. vt excluſus fuerit ab ingreſſu terræ promiſſionis; ſic enim durè increpauit populum, ſic acriter, vt licèt poſtea miraculum viderint aquarum, in laudes Dei non eleuarentur perterriti ex duriſſima Moſis increpatione. ergo vt hanc eis tolleret Chriſtus excuſationem, illos honorans Apoſtolos ad tantam dignitatem ſublimatos, filios nominauit eorum. 4. *Chriſtus cur Apoſtolos nominauit filios Iudæorum.* Chryſoſt. 5. *Superiores in reprehenſione non ſint acres.*

Si autem in ſpiritu Dei, &c. Duo hîc examinanda, *primò* quid per ſpiritum Dei, *ſecundò* quid per regnum Dei. Et quoad primum, aliqui intelligunt Spiritum ſanctum. Vnde Luc. quod Matthæus dicit, in ſpiritu Dei, inquit, *in digito Dei.* qui in ſenſu Scripturæ ſic appellatur, vt vult Gregor. *homil.* 10. *in Ezechiel.* & Theophylact. *in Luc.* Auguſt. 6. *de verb. Apoſt.* & alij; quo etiam nomine Eccleſia Spiritum ſanctum nominat. *Dextra Dei tu digitus.* At cur Spiritus ſanctus Dei digitus dicitur, multæ adſunt rationes ex Patribus. Hieronym. ponens per brachium, & manum ſignificare Dei filium, affirmat, quòd ſicut ex corpore procedit brachium, & manus, & ex corpore, brachio ac manu oriuntur digiti; ſic filius procedit à Patre, ac à Patre & filio procedit Spiritus ſanctus, vt digitus à manu, & corpore. Auguſtin. *lib.* 2. *qq. Euangel. cap.* 17. affirmat Spiritum ſanctum dici Dei digitum, propter portionem donorum, diuidens ſingulis prout eis conuenit, & ipſe vult. & ſi petes, cur propter portionem donorum 6. *Quid per Dei ſpiritum.* *Prima opinio.* 7. *Spiritus ſanctus cur digitus dicitur Dei.* Gregor. Theophyl. Auguſt. Hieron. Auguſt.

norum ſic dicatur, reſpondet idem Auguſtin. quia in nullo ſic patritio relucet, ac in digitis. bonæ omnes hæ intelligentiæ; at mea ſententia vera eſt, quia ſicut per digitum ſolemus viam indicare, ſic per ſanctiſſimum hunc ſpiritum, & per eius ſanctiſſimam inſpirationem, viam ſcimus noſtræ ſalutis. & etiam quia (& hæc eſt vera, ac litteralis ratio, quam tradit hic Sanct. Thomas) cùm expulſiu dæmonum ſit opus tum bonitatis, tum fortitudinis, & potentiæ, & per digitos Dei potentia ſignificatur in Scriptura, iuxta illud, *quoniam videbo cælos tuos opera digitorum tuorum*, ideo Spiritus ſanctus digitus Dei dicitur, & Chriſtus voluit dicere in Spiritu ſancto ſe dæmones eiicere; quia ipſi dixerunt in ſpiritu diabolico illum dæmones eiicere. & licèt per virtutem etiam propriam diuinam eiiciebat dæmones, tamen vt homo per donum miraculorum acceptum ab ſpiritu, de qua re vide D. Thomam 2.2. *quæſt.* 14.*art.* 1.

S.Thom.

Secunda opinio. Euthym. Abulenſ. Caiet. Ianſen.

Secunda ſententia mihi videtur ſimplicior, per digitum Dei, & ſpiritum ſignificare Dei potentiam, & virtutem, ſic Euthym. Abulenſ. Caietan. Ianſen. & aliqui ex modernis. Vnde ſenſus, ſi ego in Dei potentia, & virtute eiicio dæmonia, &c. & mihi magis hæc opinio placet, ex eo, quia directè opponitur calumniæ, nam ipſi dicebant, quòd in virtute & ſpiritu Beelzebub; ſic nunc Chriſtus è contra, in virtute & ſpiritu Dei, vt ſic tum ex copulatione cum humanitate, in qua Deus habitabat perſonaliter.

8.
Quid per regnum Dei. Hieron. Chryſoſt. Theophyl. Hilar. Auguſt.

At quid per regnum? S. Hieronym. ſe ipſum & aduentum ſuum, qui fuit initium regni, hoc eſt, Eccleſiæ, ſic etiam Chryſoſtom. & Theophyl. Alij, vt Hilar. & Auguſtin. Dei Eccleſiam. Vtraque opinio vera eſt, ſcilicet intellexiſſe Chriſtum, & ſeipſum, ac proinde tempus aduenisse Meſſiæ, cuius proprium officium futurum erat à mundo dæmonem expellere, & ſimul veniſſe tempus gratiæ, & nouæ legis. Vnde Hilarius, *Si ergo diſcipuli operantur per Chriſtum, & in ſpiritu Dei Chriſtus operatur, adeſt regnum Dei iam in Apoſtolos mediatores officio transfuſum, diminutio enim regni diaboli, eſt augmentatio regni Dei.*

Chryſoſt.

Ex hac Chriſti argumentatione tria obſeruat Chryſoſtom. qui, vt diximus, per regnum Dei ipſum intelligit Chriſtum. *Primum* quòd hæc dicendo, aduertit illis, quod non ſolùm peccant contra ipſum, ſed contra ſe ipſos; proprium inuidorum, dum expellere conantur bonum quod illis Deus præſtitit. *Rurſus ad ſui cognitionem*, ait Sanctus, *deducit eos demonſtrans, quoniam proprijs aduerſantur bonis, & contrariantur ſuæ ſaluti, cùm deceret lætari, quod magna bona illis aduenerat daturus.* *Secundum* obſeruat, obumbratè dicere ſuum aduentum, *vt non illis*, ait, *ſit graue*. *Tertium* ad hoc, vt illis alliciat, *non dixit ſimpliciter*, ait Sanctus, *peruenit regnum, ſed in vos, quaſi dicat, vobis veniunt bona propter quid veſtram impugnatis ſalutem.* Hæc omnia libentiſſimè adnoto, amice, vt intimius Chriſti ſuauiſſimam cognoſcas conditionem, naturam, propenſionem, ſic manſuetus, humilis, pacificus, vt verè de eo dictum ſit, *quod cum his, qui oderant pacem, erat pacificus*, & ſimul quod ſemper ſic pro ſe ac ſuis ſterit, vt inimicorum omnibus modis quantum ex ſe procuraret ſalutem, vt ex hinc tum ad eius laudem extollaris, ac ſummi genitoris, qui nobis talem ac tantum contulit magiſtrum, ac Redemptorem, tum vt exemplo eius inciteris ad imitationem talium, ac tantarum virtutum, & præcipuè eius manſuetudinis, quæ ſupra omnes ſe extollit, & quam totis viſceribus apprehendere deſidero; cùm fateor, ſi ex mille aliis argumentis Chriſtum Dei filium non agnoſcerem, ex ſola manſuetudinis virtute illum Deum dicerem? nam nequitia, perfidia, malitia & peruerſitate inimicorum ſemel attentè conſiderata, dum quanta quanta manſuetiſſimè à Chriſto toleratam, manſuetiſſimè redargutam, tandiu, tantoque tempore vſque ad mortem ſufferiam aſpicio, firmiter ſtatuo talem manſuetudinem non eſſe humanam, ſed diuinam. hinc verè, *Beati mites*; ſed de hac re alibi diximus.

9.
Inuidi contra ſe ipſos pugnant.

10.
Chriſti manſuetudo eum Deum prodit.

Aut quomodo quiſquam poteſt intrare in domum fortis, & vaſa eius diripere, niſi priùs alligauerit fortem, & tunc domum eius diripiet. NVM. 29.

Senſus litteralis, & moralis.

AVt quomodo quiſquam, &c. Hæc eſt *quarta* ratio, quam latiùs proponit Lucas ſic: *Cùm fortis armatus cuſtodit atrium ſuum in pace, ſunt ea quæ poſſidet, ſi autem fortior eo ſuperueniens vicerit eum, vniuerſa eius arma auferet, in quibus confidebat, & ſpolia eius diſtribuet*; ſenſus eſt clarus, ſuppoſitis dictis, nempe dæmonem eſſe mundi principem, & imperium habere in eo, & eſſe fortem. Quo ſtante, cùm ipſe eum expelleret, & vaſa eius, hoc eſt, animas quas poſſidebat, tolleret, ac ſimul omne eius regnum deſtrueret, conſequens erat vt ipſe eſſet dæmone fortior, ac bellum, inimicitiaſque cum eo gerens, non erat poſſibile, vt ex virtute eius dæmones expelleret.

Ex dictis liquet, per fortem intelligi diabolum, per vaſa, ſeu ſpolia, ſupellectilem domus, quæ eſt miſera peccatoris anima. Per domum autem hic mundus, in quo antequam Chriſtus veniret, dominabatur, ſiue, vt meliùs dicam, graſſabatur diabolus. in quibus ſolum licet expendere, Chriſtum Dominum noſtrum. *fortem*, ſeu, vt Hebraicè *Gibbar*, hoc eſt, Gigantem, nominaſſe diabolum. Si enim alius diceret, non tanti faciendum eſſet; at quia Chriſtus, ſanè perquam multum; ob quod ſit

---

ANNOT. MORAL. CVI.

De diaboli fortitudine.

AVt quomodo quiſquam poteſt intrare in domum fortis. Ad expendendum autem diaboli fortitudinem, nullus aptior locus, quàm ille Iobi 40. num. 10. & 41. num. 5. in quibus ex profeſſo, vt dicunt, Deus ſe ponit ad illum deſcribendum, vt ſuam oſtenderet potentiam, dum validus erat ad illum terendum, ſubiugandum. Vnde 1. cap. 4. ſic ait: *Ecce Behemoth quem feci tecum.* Si hoc nomen attendis, ex illo ſolùm quanta ſit dæmonis fortitudo intelliges. *Behemoth* enim, vt volunt Hebraizantes, eſt nomen plurale verbi ſingularis *Behemoth*, quòd ſignificat beſtia, aut animal, ſiue domeſticum, ſiue ſylueſtre. Vnde in plurali eum nominando, cùm ſit vnum, emphatico modo loquendi, vt quando ob eminentiam alicuius, in

1.
Behemoth quid ſignificet.

plurali

plurali eum nominamus, vt Cæſares, Cicerones,
cùm vnus ſit Cæſar, & vnus Cicero, dat intelli-
2. gi talem dæmonem eſſe beſtiam, vt in ſe omnes
Dæmon omnes feritates beſtiarum in ſe continet. Pined.
beſtias contineat, omneſque earum conditiones,
ac feritates, & hoc, vt rectè Pineda, *cum amplifi-
catione,* nimirum, *magna vaſtitas, feritas, ingluuies,
& immanitas.* Vnde non ſolùm, v.g. includit ti-
gris feritatem, ſed magnam; non ſolùm ferocita-
tem leonis, ſed ingentem, & ſic de ſingulis. Quod
cùm ſit, & nomen naturam rei deſcribat, ſi tale
nomen attendis, vix cogitatione exprimi poteſt
Gregor. quanta ſit eius fortitudo, vnde aptè D. Gregor.
3. in illa verba: *non eſt poteſtas ſuper terram, quæ com-*
Vt poſſidens naturam Angelicam eſt fortiſſimus.
paretur ei, ait, *quòd etſi dæmon beatitudinem perdi-
dit, naturatamen ſuæ magnitudinem non amiſit, cuius
adhuc viribus humana omnia ſuperat.* pende for-
titudinem naturæ Angelicæ, quæ propè infi-
nita, & dum hanc in dæmone intelligis remane-
re, verè obſtupeſcenda eſt eius fortitudo, vtpote
Angelica.

Poſt nomen autem incipiens eius deſcriptio-
nem, ſic ſequitur, *oſſa eius velut fiſtula æris, cartila-
go illius quaſi lamina ferrea.* Quid per *fiſtula*, quid
per cartilaginem? ſanè ingens fortitudo dæmo-
nis, dum has dicit, & facit ferreas. hinc dum oſſa
ex ſe ſint fortia, ac totum hominis robur, dum
4. dæmonis, Deus facit ferrea, & etiam cartilagi-
Dæmonis oſſa quæ. Gregor.
nem, quæ mollis, qualis eius erit fortitudo? at
quid per hæc oſſa? S. Gregor. illius conſilia; *nam
ſicut in oſſibus corporis robur ſubſiſtit, ita in fraudu-
lentijs tota ſe eius malitia erigit.* Si attendis conſilio-
rum vim, & quomodo vir conſilij potentior eſt
viro forti, ſcies immenſitatem fortitudinis dæ-
5. monis. Pondera ergo conſiliorum vim, quæ ma-
Eius fortitudo ex aſtutijs & conſilijs.
xima, quæ ingens, vt alibi ſæpe in noſtris in Sa-
pientiam commentariis diximus. Nam ſi hanc
ponderes, & ad conſilia diaboli, aſtutias, machi-
nas, technas, dolos, captiones, mendacia poſtea
deuenies; certiſſimè infinitam eius fortitudinem
Bernard. apprehendes. *Aſtutiſſimi ſunt dæmones*, ait Bernard.
ſerm. 3. in Pſalm. *Qui habitat; ita vt ſicut ante ve-
natorem beſtia, ſic ad eorum comparationem ſit quili-
bet aſtutiſſimus homo, præter eos, quibus Dei ſapientia
6. datum eſt fraudes deprendere malignorum.* Magna
Maior experientia & aſſiduitate tentandi. Philipp.
fortitudo ex hac Gregorij acceptione oſſium
dæmonis excipitur. At, mea ſententia, maior ex
acceptione Philippi, qui per hæc oſſa intelligit
*pertinaciam inflexibilem intus, & foris in cogitatione,
& opere.* Fateor, in dæmone nil me amplius perti-
meſcere, ac, vt ſic dicam, horreſcere, quàm per-
tinaciam inflexibilem, duram, ferream, ac inde-
feſſam in tentando, dum nunquam cedit, nun-
quam animum deſpondet, etſi millies victus.
Hieron. Quod equidem conſiderauit Hieronymus ex-
ponens illa verba Iob *cap. 39. num. 22.* de equo,
de quo dicitur, *quòd contemnit paſſerem*, quæ ad
dæmonium applicantur, vnde ſic ait: *Nec cedit,
quia ſi ad contumaciam & voluntatem eius nequiſſi-
mam ac procaciter impudentiſſimam attendamus, in-
trepidus non terretur, non erubeſcit, etiam ſi gladio forti
Dei territus fuerit, & fugatus reuertitur iterum, nec
confuſus abſcedit, feruens, & fremens.* hinc propriè
Beelzebub, & aptiſſimè dicitur. nam, vt ſæpe dixi-
mus, per Beelzebub Deus, ſeu princeps muſca-
rum ſignificatur Deus Accaron, ſic vocatus, quia
propter victimarum ſanguinem in illius templo
7. muſcæ volitabant. Muſca enim etſi vile, ac par-
Muſca eſt impertinens & terribilis.
uum ſit animal, tamen ſic aliquando infeſtum,
vt propè ad deliquium reddat animum. Hinc ſu-
perbos Ægyptios muſcis Deus debellauit, & vt
in libro qui dicitur *Regnum Dei*, ſit de ſuperbia,
vt ſuperbiſſimum militem Deus humiliaret om-
nibus armis inſtructus, & armatus, acceſſit, muſca
ſic continua, ſic prolixa, ſic infenſa, vt nil contra
illam valens; nec eam potens apprehendere,
tandem victus in fugam ſe dans, & muſca
eum perſequens, non priùs deſtitit, ac ille ſuam
recognoſcens ſuperbiam, Dei eſt confeſſus for-
titudinem. Sic equidem, nullam aliam maiorem
diaboli fortitudinem agnoſco, quàm hanc bel-
landi inflexibilitatem, & contumaciam, ſeu per-
tinaciam, nunquam deſiſtentis, nunquam ceden-
tis, ſemper ac continuè moleſtans, perſequens,
ac pungens: cui niſi Dei adſit gratia, præbens, &
contra illum inflexibilem etiam patientiam ac
animi longanimitatem affirmo, quòd nemo ei ex
hoc ſolum reſiſtet. Nam, vt bene Bernard. ſerm. 3. Bernard.
de fragmentis ſeptem miſericordiarum, *nunc
quidem apertè & violenter, nunc occultè, & fraudu-
lenter, ſemper autem malitioſè, & crudeliter impu-
gnat, & perſequitur nos.* Poſt quæ Sanctus excla-
mans ait; *& ad hæc toleranda, ne dicam ſuperanda,
quis idoneus.*

At ſequitur Deus *cap. 41.* fortitudinem dia- 8.
Diaboli dentes qui.
boli deſcribens ſic: *Portas vultus eius quis aperiet,
per gyrum dentium eius formido.* Quid per dentes,
niſi ſumma diaboli ſæuitia, & crudelitas? ex cuius
ſolo aſpectu vſque ad mortem potens eſt homi-
nes vires diſſoluere. At videamus, corpus & caro
forſitan mitior, aut infirma: *Corpus illius quaſi ſcu-
ta fuſilia, compactum ſquamis, ſe prementibus vna
vni coniungitur, & ne ſpiraculum quidem incedit
per eas.* Quid per corpus? Philippus ſpiritus im- 9.
Quale eius corpus. Philipp.
mundos intelligit. *Conſpiratione, & indiſſociabili
connexione cum illo deuinctos.* Si cum vno tantùm
dæmone eſſet nobis colluctatio, minus malum,
ac ſic cum vno, vt etiam cum omnibus, vt infrà
dicemus. Qualis hæc fortitudo? Tandem ſic fe-
rax, ſic terribilis, vt totus ſit igneus & ignem
euomens. *halitus eius prunas ardere facit. & flam-
ma de ore eius egreditur.* Si ſingula conſideres, ſi
in vnum ponas, admiraberis. Eſt beſtia omnium
beſtiarum ſæuitias continens, eſt aſtutiſſimus ſu-
pra modum; eſt pertinax, inflexibilis, ſummam,
& infinitam nocendi voluntatem tenens, eſt for-
midabilis, eſt impenetrabilis, eſt aſſociatus, ſic
vt nullum timeat; quod & ipſe dixit Domi-
nus ſequens, ac dicens, *qui factus eſt, vt nullum ti-
meret.* ex quo veluti concludens ait, *quòd non eſt
poteſtas ſuper terram, quæ comparetur ei; quis ergo
non timebit.*

Sed ſi ad hæc, & hominem conſideres cum quo 10.
Bellum cum diabolo quam formidabile.
belligerat, tam fragilis, tam vilis, tam peccatis
obnoxius, verè bellum formidabis, & victoriam
timebis. quod voluit aduertere Paulus *ad Epheſ.
6. num. 12.* quando dixit, *non eſt nobis colluctatio ad-
uerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principes,
& poteſtates tenebrarum harum, aduerſus mundi re-
ctores, contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus.* Quam
authoritatem, ſi cum S. Thom. ponderes, plus ti- S.Thom.
mebis. *Primo* enim pondero ly *non eſt nobis collu-
ctatio aduerſus carnem & ſanguinem.* quibus ad-
iunxit, *tantùm*, quaſi dicat Paolus, ait Sanctus, non
ſolùm aduerſus carnem pugnamus, ſed atten-
dite quòd etiam & contra diabolum. Vnde du-
plex eſt bellum, & duplex hoſtis. Et addens aliam 11.
Carnis tentationes vnde ſuam accipiunt vim.
expoſitionem affirmat eſſe ſenſum, non ſic cum
carne nobis eſſe pugnam, quaſi cum ſolis carnis
viribus, ſed cum carne mota ex viribus diaboli.
Actio inſtrumenti, ait Sanctus, *eſt primi agentis;*
ergo

ergo ſi caro impugnat, vis non eſt ab ipſa, ſed à diabolo. Quòd ſi conſideres, quàm ex hoc ſit fortis diabolus agnoſces, dum eo inſtrumento vtitur, quod ex ſe aliàs abſque diaboli halitu eſt potentiſſimum. ex quo vnum intelliges, quomodo aliqui moribundi, qui omnibus viribus exhauſtis, & penè mortua ipſa carne, ac in vltimo ſpiritu conſtituti, tamen carnalibus tentationibus vrgentur, ſic aliquando vt ad conſenſum adducantur Dei iuſto iudicio, ſic eorum exigentibus peccatis, ac malis

12. *Morientes vnde tentationes carnis patiuntur.*

habitibus: vnde poſt confeſſionem peractam, & ſacramenta accepta ritè, ac rectè, & in gratia conſtituti per hunc ſolum conſenſum ad inferna deſcendunt, de qua re varia extant in vitis Sanctorum exempla. quod impoſſibile videtur, carne propè emortua. Ne mireris; nam tunc non ipſa ex ſe, ſed ex diabolico halitu, qui prunas ardere facit, ſe eleuat, & paſſiuè, vt ſic dicam, extollit, ac inſurgit: vnde ex habitu anteacto, cùm inclinatus reperiatur miſer peccator ad conſentiendum, nullam ſibi vim inferre aſſuetus, ſtatim ac inſurgit tentatio, ex habitu malo ad conſenſum impellitur. ex quo duo elicies. Quantum periculum in mortis articulo ſubeſt quilibet homo, &

13. *Ratio cur qui bene viuit, bene moritur, & qui malè, malè.*

quàm periculis plenus ſit punctus ille. & *ſecundò* veritatem illius ſententię Sanctorum, quòd qui bene viuit, bene moritur, ſicut qui malè, malè. Nam tunc, ſecundùm habituum vim, niſi aliter Dei gratia diſponat, homo operatur, ſi boni bene, ſi mali malè, quod dum conſideras, etiam ex hac parte fortitudinem noſtri inimici penſitare potes, dum eum non ſolùm caro, ſed noſtri adiuuant habitus mali. At redeo ad Apoſtoli authoritatem.

Bellum ergo, ait, quod non ſolùm eſt cum carne & ſanguine, ſed cum diabolo, qui eam monet, & inflammat. At eum diabolo non vt ſic, ſed qui eſt princeps & poteſtas. *Sed aduersùs principes, & poteſtates.* non ſolùm eſt princeps, ſed cum poteſtate princeps, *quaſi primatum capiens.* Ita S. Thom.

S. Thom.

& poteſtas, *in quantum habet poteſtatem puniendi illos, qui ei ſubijciuntur.* Ergo non ſunt milites ordinarij, nec gregarij; ſed omnes Principes, omnes poteſtates. At ſi ſoli, minus malum; ſed ait Sanct. *Sunt potentes, & magni, & ideo habent magnum exercitum, contra quem habemus pugnare.* At quale hoc?

14. *Diaboli fortitudo quantum creſcit ex hominibus malis.*

omnes ſcilicet peccatores, qui eos adiuuant contra iuſtos, vnde ſequens Paulus ait, *aduersùs rectores tenebrarum harum.* ſcilicet *peccatorum.* Ex quo ſic fortitudo dæmonis creſcit, vt ex hac parte amplior ſit, quàm ex ipſa dæmonis natura, cùm quod ipſe non poteſt ex ſe, poteſt ex homine, iuxta illud Ioan. 8. num. 44. *Vos ex parte diaboli eſtis, & deſideria eius vultis perficere.* ergo quod diabolus habebat in votis, & non valebat perficere, homines perficiebant in malitia ipſo diabolo potentiores.

15. *Diabolus eſt aſtutiſſimus.*

At quid etſi princeps, etſi poteſtas, etſi aſſociatus, nunquid non aſtutiſſimus, & in aſtutia omnipotens? nil minus, immo aſtutiſſimus. Vnde ſequens Apoſtolus ait, *contra ſpiritualia nequitiæ.* hoc eſt, ait S. Thom. *contra ſpirituales nequitias, emphaticè loquendo, per quod intelligitur plenitudo nequitiæ, & dicitur ſpiritualia nequitia, quia quanto eſt altior ſecundùm naturam, tanto quando conuertitur ad malum eſt peior, & nequior.* ex quo fit, vt cùm ſit in aſtutia potentiſſimus, niſi nos Deus adiuuet, prorſus impoſſibile eſt, vt contra tales ac tantas aſtutias muniamur. Tandem vt concludamus, vltimum addit Apoſtolus, quòd quando totum deſideret, inſuperabilem redderet dæmonem, ſuperioritatem nempe loci, ipſe ſtans deſuper, nos infrà. Vnde ait, *in cœleſtibus*, vbi S. Thom. *vt oſtendat virtutem & auantaginem ad ſuperandum nos, quia nos in* 16.

Bellum cum diabolo ſit difficile ex loco ex quo eius fortitudo creſcit.

terra, ipſe autem in alto, hoc eſt, in aere caliginoſo, & ideo habet partem meliorem. ex quo ſæpe viri fortiſſimi victi extiterunt ab imbellis, non alia vi, quàm ex ſuperioritate loci, vt videas cum quanto hoſte tibi certandum, quantaque eum iuuant, quòd ſi conſideres ſingula, ſummam fortitudinem diaboli, immo immenſam aſpicies, quantaque ratione Saluator noſter ipſum appellauerit fortem.

At dices: Quorſum hæc tanta? reſpondeo ex 17.

Quæ vtilitas ex ſcientia fortitudinis dæmonis. Gregor.

Gregorio lib. 32. mor. cap. 19. *vt cognoſcamus cum quanto hoſte pugnamus*, & ſimul, qui ſumus, qui pugnamus. *Quis namque nos,* ſequitur Sanctus, *niſi puluis ſumus? Quis vero ille, niſi vnus ex cœleſtibus ſpiritibus, &, quod adhuc maius eſt, ſummus.* Vnde concludens ait: *Quid ergo de propria virtute audeat, quando contra Angelorum principem puluis pugnat?* Ille naturaliter Angelus, nos natura puluis. Quid puluis cum Angelo? ille ſummus, nos infimi, ille aſtutiſſimus, nos ignorantiſſimi. Tandem illo totus ſpiritualis ſine carne, nos carnei, & ſpiritus noſter in carne ab illa circundatus, oppreſſus, & veluti obrutus. Quod optimè conſiderans 18.

Chriſtus cur fortem appellauit dæmonem.

Hieronym. in hunc Euangelij locum, ob id affirmat Chriſtum fortem appellaſſe dæmonem, *vt non ſimus ſecuri dum aduerſarius noſter fortis victoris quoque vocibus comprobatur.* Quid ergo deſperabimus? cùm ſimus puluis, ille ſpiritus & ſublimis? nil minus. Quomodo ergo eum ſuperabimus? vnico tantùm medio (vt concludam) illi inhærendo, 19.

Quomodo vincendus.

veſtigiaque ſequendo, qui pro nobis cinis factus eſt: qui cinerem pro nobis ſe fecit, vt in eius virtute, etſi nos cineres, diabolum, qui ſpiritus, vinceremus. Vnde ſequens Gregor. ait vbi ſuprà, ſic excellenter: *Quia ſupernorum ſpirituum conditor terrenum corpus aſſumpſit, rectè iam ſuperbum Angelum humilis puluis vincit.* At quomodo? *inhærendo namque veræ fortitudini vires accepimus.* nil melius. Vis amice non timere diabolum? vis etſi cinis, illum ſuperare? inhære veræ fortitudini, Chriſti imitare exempla, ac virtutes, illi reſiſtes, & debilem, immo debiliſſimum eum inuenies. *Antiquus hoſtis,* ait idem Greg. *ſicut contra conſentientes fortis eſt, ita contra reſiſtentes debilis; ſi enim eius ſuggeſtionibus aſſenſus præbetur, quaſi leo tolerari nequaquam poteſt; ſi autem reſiſtitur, quaſi formica atteritur.* & D. Auguſt. ſerm. 197. de tempore; *multum, ait, præualet dæmon, ſed tepidis & negligentibus, & Deum in veritate non timentibus dominatur.*

Auguſt.

20. *Diabolus cui quibus debilis.*

Adde ad hæc, quòd poſt Chriſtum ſtat canis iſte ligatus, qui animas, & omnem ei ſupellectilem abſtulit, quia illo fortior eum alligauit, vt hîc dicitur. *Quomodo poteſt quiſquam intrare in domum fortis, & vaſa eius diripere, niſi priùs alligauerit fortem.* Ergo Cerberus iſte ligatus manet, mordere non poteſt, niſi tu illi approximaueris, iuxta Aug. vbi ſuprà. *Alligatus eſt dæmon, ait, tanquam innexus canis catenis, & neminem poteſt mordere, niſi eum, qui ſe illi mortifera ſecuritate coniunxerit.*

21. *Chriſtus eum ligauit.*

At dices, quomodo Chriſtus alligauit dæmonem? S. Auguſt. lib. 20. de ciuit. c. 7. & 8. *non permittendo ei exercere totam tentationem quam poteſt, vel vi, vel dolo ad ſeducendos homines in partem ſuam cogendo violenter, fraudulenterque fallendo.* Idem habet Gregor. *Iob 7.* ad illa verba: *Nunquid mare ego ſum.* ex quo loco, & ex illo Apoc. 20. *vidi Angelum de-* 22.

Quo ſenſu dicitur eum alligaſſe Chriſtum.

23. *Lucifer alligatus in inferno poſt Christi paſſionem inde ad tentandum exire non poteſt vſque ad diem iudicij.* Gregor.

ſcendentem de cœlo. multi tenent Luciferum poſt Chriſti paſſionem in tattaro alligatum, ſic vt inde exite non poſſit ad tentandum vſque ad tempora Antichriſti. Sic Greg *lib.4.mor.c.12.* Andreas Cæſarien.& alij. ea quibus omnibus habes non ſolùm fortitudinem dæmonis, ſed viam, qua poſſis eum ſupe: ate, & demum quanto Chriſto debeas, qui talem fortem pto te alligauetii; *aut quomodo*, &c.

Nvm. 30. Qui non eſt mecum, contra me eſt, & qui non congregat mecum, ſpargit.

Senſus litteralis, & moralis.

1. *De qua perſona Christus loquatur.* Maldon.

QVi non eſt mecum. Dubium eſt, de qua perſona loquatur, de diabolo, an de Phatiſæis. Mald. affirmat, de Phariſæis, qui ea eo quòd cum Chriſto eſſe debebant, cùm indiffetentes vellent eſſe, & neuttales, affirmat Chriſtus ea eo eſſe contra illum quatenus, quia ea officio & ex ſcienjia Sctiptutatum debebant eſſe pto illo, ſicut ſubditus non ſolùm eſt contta Regem quando contta illum ſumit atma, ſed etiam qoando ei opem non fett cùm debet. At, vt bene Batt. cortuit hæc opinio, nam ptotſus incredibile, vt Phariſæi vellent indiffetentes eſſe in tebus Chriſti, cùm apettè contra ipſum ſtatent; meliùs Chryſoſt. qui affirmat ex oculto voluiſſe Chtiſtum ipſos Phatiſæos connotate, ſcilicet, quòd diabolum ſequerentut, qui dum non eſſet pto illo, contta illum eſſet. *Videtur*, ait Chryſoſt. *Iudæos hîc occultè inſinuare cum diabolo, ſtatuens eos. ipſi enim aduersùs eum erant, & ſpargebant, quæ ipſe congregabat.*

Barrad. Chryſoſt.

Hilar. Chryſoſt. Hieron. Auct. Imp. Beda. Euthym. Theophyl. Caiet.

Vera etgo ſententia eſt Hilarij, Chryſoſt. Hieron. Auct Imperf. Bedæ, Euthym. Theophyl. Caiet. & aliorum, de diabolo intelligendum, &, vt rectiſſimè Caiet. eſt ptobatio conſequentiæ, nempe quatenus è corporibus eiiciebat dæmones, peruenìſſe ad illos regnum Dei, nam ſi non petueniſſet, hac ſola tatione poſſet illud affitmare, vt rectè ait Caiet. quia datetur medium inter tegnum Dei, & diaboli. & cùm nullum inuenitur medium, quia qui non eſt mecum, contra me eſt, & qui non colligit mecum, ſpatgit. Conſequens eſt certò, vt mo eiiciente dæmonio, quod peruenit ad vos tegnum Dei. hic ſenſus eſt litteralis & verus, & conſtat ea dictis.

Contta hanc vniuetſalem propoſitionem, quam Dominus hic ponit, ſcilicet, *qui non eſt mecum, contra me eſt*, videtut ſtate illam *Luc.9.n.50.* quando diſcipulis prohibentibus vni, ne in nomine Chriſti dæmones eapelleret, & tatio, *quia non ſequitur nobiſcum*, teſpondit Dominus: *nolite prohibere, qui enim non eſt aduerſum nos pro nobis eſt.* Videtut enim contrarium quod hîc dicit. Nam ſi qui non eſt aduetsùm me, eſt pro me, pari tatione, qui non eſt mecum, non ſequitut quòd ſit contra me, ſed pto me. In qua te multi multa. Ianſen. putat propoſitionem hîc nón eſſe generalem de hominibus, ſed tantùm de dæmone, qui ſemper eſt contra Chriſtum, cùm non ſit cum Chriſto, Salmet. & Maldon. eſſe generalem, ſed intelligendam de illis qui enm Chriſto non ſunt quando adeſt obligatio vt ſint, ea quo infert Salmet. & rectè, in cauſa fidei, dum neceſſitas occurrit, non poſſe quemquam eſſe neutralem inter hæreticos, & Catholicos, ob quod refert condemnatum eſſe Etaſmum, quòd medius ſe baberi voluit inter Lnthetanos & Catholicos. At verus ſenſus mihi videtur. Caiet. aſſequutus in locum Lucæ, ex cuius expoſitione euidenter ſequitur, non ſolùm non eſſe contrarias, ſed identicè, vt ſic dicam, vtraſque ſententias idem dicere. Nam ſuppoſito quod ille ſupponit hîc, & apud Lucam, nullum eſſe medium inter eos qui ſunt pro Chriſto, & inter eos, qui ſunt cótra Chriſtum, ſequitut quòd qui nó eſt cum Chriſto, eſt contra illum, & qui illi non aduerſatur, eſſo pro illo, vti erat ille, qui licèt non ſequebatur Chriſtum cum Apoſtolis, tamen in nomine eius, & ob illius honorem erat pro Chriſto, & ſic vtraque ſententia eundem ſenſum conſtituunt. *Nullus eſt medius*, ait Caiet. in Luc. *inter eos, qui ſunt pro Chriſto, & inter eos qui ſunt contra Chriſtum, tam in moralibus, quàm in religioſis actibus, & propterea qui non eſt contra nos, pro nobis eſt, quilibet exercens rectos actus moris, aut religionis, vt ſic eſt pro Chriſto, & propterea iſte, qui ſancta religionis actum exercebat, pro Chriſto erat.* ergo quando hîc dixit Chriſtus, *qui non eſt mecum, contra me eſt*, intelleait oppoſitionem & contratietatem incluſam in illis, qui non eſt mecum, hoc eſt, non eſt, mecum aduetſatiuè & appoſitiuè; nam eo quòd non eſt mecum, contra mo eſt. & ſimilitet è conttatio ſenſu, *qui non eſt contra nos*, hoc eſt oppoſitiuè & conttatiè, eſt pto vobis, & pto me, quia dum mihi non ſe opponit, eſt pro me, dum medium non datur neutrale. nam etſi hoc in humanis aliquando eſſe poſſit, dummodo obligatio non adſit, in diuinis minimè. Nam aut cum Chriſto, & pro Chriſto, aut contra illum & contra illum.

2. *Conciliatur hic locus cum illo Luc.9.*

Ianſen.

Salmet. Maldon.

3. *In cauſa fidei Catholicus non poteſt eſſe neutralis.* Caiet.

Idem.

Et qui non colligit mecum, diſpergit. Colligere ſignificat fructum ea vita, & operibus capete, diſpergere, iactutam facete. ea quo ſequitur clarus ſenſus, nam qui bona opera cum Chriſto, & per Chriſtum non facit, omnia illa diſpergit, cùm nihil ſit acceptum niſi per Chriſtum.

4. *Nemo Christo & diabolo ſimul ſeruire poteſt.*

Ea dictis illud certiſſimum axioma colligitur quoad mores, ſic Chriſtum, & diabolum, ſic Chriſtum & mũdum aduetſarios eſſe, vt ſimul vnquam eſſe non poſſint, immo neque poſſibile, vt aliquis indifferens remaneat ad vtroſque, ſic vt neque velit eſſe diaboli, neque Chriſti. 4. *Reg.18.n.21.* rectè Elias ad populum: *vſque quò claudicatis in duas partes, ſi Dominus eſt Deus, ſequimini eum: ſi autem Baal, ſequimini illum.* Pondero illud, *vſque quò claudicatis in duas partes.* Quid hoc? ſeu quid eſt, *claudicare?* Sancb. *Dum huc atque illuc nutat greſſu, corpus etiam totum, & præcipuè caput dextrorſum, aut læuorſum inflectitur.* Aut quomodo claudicabat hoc modo populus? Sanè, *quia cùm placere*, ait idem, *ſtuderent Iezabeli, neque a patria religione defeciſſe vellent, à Baalis ara ad Dei ſe conferebant altaria, & ab ijs rurſus ad Baalis aras referebant.* Verus & legitimus ſenſus, ex quo neutri volebant eſſe inter Deum & Baal, quod omnino impoſſibile. Vnde Paul. 2. Cor. 6. o. 15. *Nolite iugum ducere cum infidelibus*, pende ly *iugum.* Cut non diait *onus?* Sanè, quia onus ab vno ferri poteſt, at iugum minimè. Eſt ergo ſenſus: nolite vos componete cum infidelibus ad Deo ſeruiendum, quaſi vnà cum illis, & Deum verum, & idola adorare poſſitis, nam hoc impoſſibile. & ratio: *Quæ enim participatio iuſtitiæ cum iniquitate? aut quæ ſocietas luci ad tenebras? aut quæ conuentio Chriſti ad Belial?* Hæc eſt ſumma; nullam ſcilicet eſſe conuentionem inter hæc duo, ex quo nullum medium inter ipſos. Vnde qui non cum Chriſto, cum Belial. nam, vt bene Bernard. ſerm. 3. de Aſcenſ. *neque ſpiritus & caro, ignis & tepiditas in vno domicilio commorantur.* Sed de hac re vide quæ ſuprà diximus *cap.6.n.24 in Annot.*

5. *Immo nec eſſe neutralem.*

Sanchez.

Ideo

NVM. 31. Ideo dico vobis, omne peccatum & blaſphemia remittetur hominibus, ſpiritus autem blaſphemiæ non remittetur.

NVM. 32. Et quicumque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei; qui autem dixerit contra Spiritum ſanctum, non remittetur ei, neque in hoc ſæculo, neque in futuro.

Senſus litteralis, & moralis.

August. *IDeo dico vobis, omne peccatum.* Locus ſic difficilis viſus eſt hic Auguſtino *ſerm.* 11. *de verbis Dom.* vt æſtimarit omnium eſſe difficillimum in Scripturis; quapropter timebat de eo ſermonem facere apud populum, vnde non in vna ob id exiſtens ſententia ſemper diuerſimodè illum intellexit, vt dicemus in eius enodatione, ad cuius intelligentiam aliqua priùs prænotanda, vt facilior poſtea eo ſit, quo locus plus aliquando difficilis. nam, mea ſententia, nunc ex labore ac diligentia recentiorum adiuncta Patrum authoritate nunc ſic, ſi res, ſiue termini, ſeu verba bene intelligantur.

Primum nota. *Primò* ergo præmittenda verba ſunt *Marc.* 3. quæ magnam lucem afferent intelligentiæ; ſic enim ait: *Amen dico vobis, quia omnia dimittentur filijs hominum peccata, & blaſphemia, quibus blaſphemauerint; qui autem blaſphemauerit in Spiritum ſanctum, non habebit remiſſionem in æternum, ſed reus erit æterni delicti.* (Græcè *æterni iudicij*, ſiue *æternæ damnationis*) *quoniam dicebant ſpiritum immundum habere.* & Luc. 12. num. 10. *& omnis qui dicit verbum in filium hominis, remittetur illi, ei autem, qui in Spiritum ſanctum blaſphemauerit, non remittetur.*

Secundum nota. Salmeron. *Secundò* præmittendum eſt cum Salmer. quòd quando in Scriptura aliquæ ſunt loquutiones, ſiue indiguationes interminantes abſolutè, vt hic, *non remittetur ei in hoc ſæculo, & in futuro*, ſobriè ſunt intelligendæ, hoc eſt, difficillimè, & niſi per pœnitentiam remittantur, vti hic omnes intelligunt expoſitores, vt dicemus.

1\. *Locutiones interminatiuæ in Scriptura abſolutæ quomodo intelligendæ.*

Tertium nota. *Tertio* præmittendum, illud quod apud Luc. dicit Dominus, *Qui blaſphemauerit in Spiritum ſanctum*, hic autem, *ſpiritus blaſphemia*, non eſſe idem, licet ſecundùm Auguſtinum videtur quòd Lucas expoſuerit Matthæum, vt idem ſit blaſphemare in Spiritum ſanctum, quàm ſpiritus blaſphemiæ. & videtur fundari in lectione Græca, ſecundùm quam non eſt *ſpiritus blaſphemia*, ſed *blaſphemia*, nominandi caſus; quod eſt tantum, quantum blaſphemia in Spiritum ſanctum. At licèt ſuſtineri poſſit Auguſt. ſententia, tamen maiorem emphaſim, & veriorem ſenſum æſtimo, illam Caiet. continere, quem ſequuntur recentiores, ſpiritum ſcilicet blaſphemiæ diſtingui à peccati genere, & ab ſpecie blaſphemiæ, & ſpiritus blaſphemię eſſe blaſphemiam, vt ait Caiet. *Non ex ignorantia, qualis fuit Pauli, dicentis de ſe ipſo, quia fui blaſphemus, nec ex paſſione vt blaſphemant iracundi, ſed ex ſpiritu, ex inclinatione, ex vitali impulſu ſupremæ partis animæ.*

2\. Ex quo infert ſpiritum blaſphemiæ vltra blaſphemiam importare pro cauſa promptitudinem mentis ad blaſphemandum, & hoc malitioſè ac protenuè, cognoſcens veritatem, vt ait Salmer. & rectè, §. *Cum agitur*, in quo ſic: *dicitur ſpiritus blaſphemia deſiderium blaſphemandi ex malitia, ſiue voluntaria blaſphemia in Chriſtum Deum cognitum.* In quorum Doctorum ſententia, pro malitia non ſolùm intelligo quando contra ipſam cognitionem aliquis blaſphemat, ſed etiam quando ex malitia refugit cognitionem, & affectata ignorantia non vult cognoſcere, ſeu quando debet cognoſcere ex effectibus, & ſignis, & contra ipſa ſigna manet obſtinatus peccando peccato incredulitatis, quod propriè fuit peccatum Phariſæorum.

Spiritus blaſphemia diſtinguitur à blaſphemia & in quo.

Quartò adnotandum, propriè ſecundùm Scripturæ authoritatem blaſphemare, vt bene adnotat Burg. *in c.* 9. *Matth.* eſt impiè loqui de Deo, aut quæ Dei ſunt, ſcilicet authoritatem eius, dignitatem, debitum, honorem, detrahere, vel dæmoni tribuendo quæ Dei ſunt, propria, vel è contrario, Deo quæ ſunt diaboli, & apud prophanos idem ſonat, ac calumniare, ac maledicere. ex quo fit vt ſpiritus blaſphemiæ propriè ſit inclinatio, & vitalis impulſus, ac naturalis propenſio malitioſè diabolo tribuere, quæ ſunt Dei, cui ſpiritui facilè ſubduntur. Qui talem conditionem poſſident, vt ad omnia diuinæ virtutis ſigna, quæ in animabus inueniuntur iuſtis alioquin, & puris ſic addubitant, vt ſtatim nullo præmiſſo examine, pro dæmonis opera illa dent, ſiue ecſtaſes, ſiue reuelationes, ſiue miracula, ex qua inclinatione ducti, licèt in principio non peccent, nec ſint blaſphemi, quia nondum ſiue rationibus, ſiue virtutibus conuincantur, tamen tractu temporis in blaſphemiam incurrunt & ſpiritum blaſphemiæ, dum etſi conuincantur, aut deberent conuinci, malitioſè & culpabiliter nolunt conuinci; ſed pertinaciter omnia diabolo attribuunt, quæ Deo deberent, vti Phariſæi illi.

Quartum nota. 3. *Blaſphemia quid ſit.* Burg. 4. *Quid propriè ſpiritus blaſphemia.* 5. *Qui ſpiritui blaſphemia ſubduntur.*

Quinto demum adnotandum, multos affirmare ly *Spiritum ſanctum* nolle ſignificari tertiam perſonam Spiritus ſancti, ſed diuinitatem tribus perſonis communem. Sic Euthym. Abul. Caiet. Ianſen. Salmer. & Maldon. & ratio, quia neſciunt qualiter ſit maior blaſphemia quæ in Spiritum ſanctum, quàm quæ in filium, cùm per omnia ſint æquales in eſſentia. At vera ſententia eſt antiquorum Patrum, vt Auguſt. Hieron. Ambroſ. *lib.* 2. *de pœnit. cap.* 4. & aliorum, propriam intelligi perſonam Spiritus ſancti quatenus miracula & dæmonum expulſionem, cùm ſint opera ſummæ bonitatis, & amoris, ac beneuolentiæ, illi attribuantur, qui blaſphemabatur, quatenus in Chriſto erat in illo & per illum operans. nam licèt opera Trinitatis ad extra ſint indiuiſa, tamen notum aliqua per attributionem magis vni, quàm alteri tribui perſonæ. & hoc amplius manifeſtatur ex textu Lucæ, qui quaſi illud explicans, ait: *Quoniam dicebant ſpiritum immundum habere*, cùm eſſet Spiritus ſanctus; neque faceſſit negotium ratio contraria; nam blaſphemia in filium hominis non erat in Chriſtum vt Deum, ſed vt hominem, vt ex dicendis patebit. His ergo ſic adnotatis, nunc videndum, quid ſit blaſphemia in Spiritum ſanctum, ſeu peccatum in Spiritum ſanctum.

Quintum nota. 6. *Per Spiritum ſanctum quid accipiatur.* Euthym. Abulenſ. Caiet. Ianſen. Salmer. Maldon. Auguſt. Hieron. Ambroſ.

D. Auguſt. in hac re tam varius fuit, vt nunquam ſic aliquando dixit finalem eſſe impœnitentiam, *lib. de fide ad Petrum c.* 3. *& lib. de vera & falſa pœnit. c.* 4. *& ſerm.* 11. *de verbis Domini* Aliquando qui non credit in Eccleſia eſſe poteſtatem remittendi peccata, & contemnens tantam indulgentiæ largitatem vitam finit. Sic Ench. *cap.* 83. Aliàs tenuit peccatum in Spiritum ſanctum, eſſe per malitiam & inuidiam fraternam oppugnare charitatem poſt acceptam gratiam Spiritus ſancti *lib.*

7\. *Blaſphemia in Spiritum ſanctum propriè quid ſit.* Auguſt.

lib.1. de ſerm. Dom. in monte. Aliàs eſſe deſperationem indulgentiæ Dei, quam ſententiam ſequutus eſt Bachiarius *in Epiſt. de recipiendis lapſis.* Bachiar.

Si omnes has acceptiones Auguſtini intimè attendas, non inuenies blaſphemias, hoc eſt, voces blaſphemas, ſed facta blaſphema. At hîc loquitur Chriſtus de blaſphemia quæ conſiſtit in verbis, ſicut illa, quam contra ipſum dixerunt Phariſæi, quapropter vere non ſunt litterales, licèt ad mores & ad improbandum fœdiſſimum illud peccatum fraternæ charitatis ſciſſionis, ac iurgium inter fratres diſſeminationis apprimè faciat. Tertia illa acceptio, de qua libenter dicerem, niſi alias dixiſſem in commentariis in Sapientiam, quæ cõſule variis in locis. Quapropter ampliùs placet vltima eius acceptio, de qua mox dicam, ſi priùs & alias proponam, quas circa idem refert Auguſt. licèt aliquæ non probandæ.

Nouatiani ergo tenebant peccatum in Spiritum ſanctum eſſe Chriſtum negare, vt auctor eſt Auguſt. q. 102 *ex vtroque Teſtam.* Auguſt. Quòd ſi hæc dicerent ex affectu in Chriſtum, minus mala eſſet opinio; at quia illud aſſumebant, vt ſuum confirmarent errorem; vt qui Chriſtum negaſſent, non eſſe ad pœnitentiam reducendos, ideo omnino improbanda. Alij, vt idem Auguſt *ſerm. 11. de verb. Dom.* omne graue peccatum aſſirmabant eſſe peccatum in Spiritum ſanctum, vt homicidium, & adulterium poſt ſanctum Baptiſmum admiſſum, quod & ſenſiſſe Origen. & Theognoſt. vetuſtiores authores, affirmat Athanaſ. *hom in hunc locum.* Origen. Theognoſt. Athanaſ. Philaſtr. At væ vobis ſi vera eſſet hæc opinio, & væ illis, qui eam tenuerunt. Alij vt Philaſtrius *in hæreſi Rhetor.* eſſe hæreticum affirmat, eſſe peccatum in Spiritum ſanctum: libentiſſime hunc ſequerer opinionem, taliter in iſtos peſſimos ſum animatus. Sed verè ij non peccant in Spiritum ſanctum, ſed in totam ſanctiſſimam Trinitatem, in Chriſtum, in Eccleſiam, in Angelos, in naturam ipſam humanam, cùm ſi hæreſes in vnum colliges, nec Deum, nec perſonas, nec Trinitatem, nec Angelos, nec Chriſtum, nec Eccleſiam, tandem nec cœlum, nec terram, nec ipſos reperies homines, vt ſic dicam. Beda. Alij, vt Beda, hîc peccatum in Spiritum ſanctum affirmat eſſe negare in Baptiſmo, & Euchariſtia, cæteriſque Eccleſiaſticis ſacramentis per gratiam Spiritus ſancti remitti peccata, non improbanda ſententia, ſed non litteralis.

Vera ergo ſententia, quam omnes ſequuntur recentiores, eſt eiuſdem Auguſt. *in qq. ex vtroque,* ſcienter opera Spiritus ſancti dæmoni attribuere, quæ etiam eſt ſententia Hieron. *hîc, & Epiſt ad Marcel. Epiſt.* 149. Athanaſ. Theophyl. & omnium recentiorum. Auguſt. Hieron. Athanaſ. Theophyl. & patet veritas huius ſententiæ, ex ipſo Euangelij textu, cùm ideo Chriſtus hoc dixit, quia dixerunt Phariſæi, ipſum in virtute dæmonis ſpiritus eiicere malos, cùm non eſſet, niſi à virtute, ac in Spiritu ſancto, qui in ipſo habitabat.

8\. Blaſphemia in filium hominis quæ. Ex hac ſententia reſultat quòd quando Chriſtus dixit, *Quicumque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei,* ipſum loqui de ipſo, non vt Deo, ſed vt homine. Vnde blaſphemia in filium hominis eſt contumellia, quæ fiebat Chriſto ab his, qui ignorabant ipſum eſſe Deum, ſed putabant ipſum hominis filium, qualis fuit illa: *Ecce homo vorax & potator vini,* ſuprà 11. & Ioann. 7. *Vnde huic ſapientia hæc, & virtutes? nónne hic eſt fabri filius?* infrà 27 *ſi filius Dei eſt, deſcende de cruce.* Quæ omnia erant blaſphemiæ in Chriſtum, non vt Deum, ſed vt hominem, quas remiſſibiliores affirmat Dominus, quatenus procedebant ex ignorantia, & non ex affectata malitia.

9\. Cur negare Dei opera & diabolo tribuere ſic blaſphemia in Spiritum ſanctum. At ad clariorem intelligentiam diſcutiendum, cur tales blaſphemiæ, ſcilicet opera Dei diabolo tribuere propriè dicatur peccatum in Spiritum ſanctum, pro quo aduertendum, quædam eſſe peccata in perſonam Spiritus ſancti, qualis erat blaſphemia Macedonis aſſerentis, Spiritum ſanctum eſſe creaturam, & filij ſeruum; ſic etiam Græci, qui affirmabant, non procedere ex filio, ſed ex patre tantùm; quia vt ſic priuabant eum ſpiratione filij, quæ in ſummum, & infinitum cedit Spiritus ſancti honorem, & vt ſic illi detrahebant, quæ eſt ſumma blaſphemia, vt ſuprà diximus. 10. Duo genera peccatorum ſunt in Spiritum ſanctum. At alia peccata ſunt in Spiritum ſanctum, quæ non ſunt in perſonam eius, ſed in attributum, id eſt, charitatem, & bonitatem eius quæ illis attribuitur, & iuxta hoc Theologi cum ſancto Thoma ſex ſpecies ponunt peccatorum in Spiritum ſanctum, nempe finalem impœnitentiam, deſperationem, obſtinationem in malo, ſcienter veritatem impugnare, præſumptionem, & fraternæ charitatis inuidiam, ex quibus hîc Dominus loquitur de illa ſpecie quando ſcienter impugnatur veritas nota, & dæmoni tribuitur, quod Deo: vti malitioſè & vaſte faciebant Phariſæi in hoc loco, attribuentes dæmoni, quod erat Dei proprium, quòd ex tribus blaſphemiæ ſpeciebus hæc erat horrendiſſima. 11. Species peccatorum in Spiritum ſanctum quæ. Nam etſi magna ſit blaſphemia, cùm id quod Deo conuenit, illi negetur, vt potentia, ſapientia, iuſtitia, & ſimilia, vel rurſus, quòd imperfectum eſt, & creaturæ tantùm proprium, illi attribuatur, vt quòd poſſit peccare, & mentiri, &c. Tamen horrendiſſimum eſt opera ipſius non ſolùm creaturæ tribuere, ſed creaturæ damnatæ, & immundo ſpiritui. nam quid hoc aliud eſt, niſi Deitatem ab illo eripere, & dæmoni tradere? Hinc quia tam graue, & tam horrendum erat, & eſt hoc peccatum, illud Dominus dicit irremiſſibile in hoc ſeculo, & in futuro, de qua re nunc dicendum.

Non remittetur ei, neque in hoc ſæculo, neque in futuro. Difficile hoc eſt explicatu, & amplius quàm præcedens, quo modo, quo ſenſu dicatur irremiſſibile eſſe peccatum in Spiritum ſanctum, & in hoc ſæculo, & in futuro. Quapropter cogor in medium opiniones adducere, vt ex illis quæ amplius vera mihi videtur, dicam. Sed antequam ad illas accedam,

Adnoto ex Ariſt. *lib. 5. Metaph. & Ethic. 7.* impoſſibile dici quod vix fieri queat. Ariſtot. Vnde in Ethnicis intemperatum vocat impertinentem, hoc eſt, 12. Impoſſibile quo modo dicatur. quòd difficile pœniteat, non quòd omnino pœnitere non poſſit, & ex communi modo loquendi impoſſibile aliquando dicimus, quod difficillimè fieri poteſt. Immo hoc conſtat etiam ex Scripturis ex illo Pauli ad Hebræos 6. *Impoſſibile eſt, eos, qui ſemel ſunt illuminati, &c. & prolapſi ſunt, renouari ad pœnitentiam.* Poſt quæ ne ſimpliciter, & abſolutè intelligerent impoſſibile, ſed perdifficile, ſic ſequitur, *Confidimus autem de vobis meliora, & viciniora ſaluti, tametſi ita loquimur.* Hoc prænoto contra hæreticos, ne videamur ſine ratione impoſſibile pro difficili nos intelligere, cùm ſic apud ſacros, tum apud prophanos accipiatur authores. At nunc ad ſententias, & vt à minus probabilibus incipiamus,

Prima eſt Theophyl. qui exiſtimat, non remitti ſi non ſe homo pœniteat, & affirmat Abulenſ. at hoc eſt commune omnibus peccatis. Prima ſententia. Theophyl. Abulenſ.

Secunda

Secunda ſententia. Richar. Vict.

Secunda Richardi Victorini, qui intelligit de remiſſione non culpæ, ſed pœnæ. nam cùm cætera peccatis ſimul cum culpa aliquando remittatur & pœna, tum hìc, tum in futuro, de peccatis in Spiritum ſanctum affirmat Victorinus, neque hìc, nec in futuro remitti pœnam. Quod eſt dicere, quòd etſi eam ſoluant in purgatorio, nullam accipiet Deus pro illa indulgentiam, ſed vſque ad vltimum quadrantem velit vt illam ſoluant. quòd Chryſoſt. quoad pœnas huius vitæ etiam intelligit. (Chryſoſt.)

13. *Aliquorum peccatorum pœna irremiſſibilis, & quo ſenſu.* Hæc ſententia ſic intellecta vnam continet doctrinam, quam ego veriſſimam exiſtimo, eius ſcilicet malæ conditionis eſſe aliqua peccata, tum mortalia, tum venialia, vt velit Deus quòd in altera vita quoad pœnam illis proportionatam ſoluantur vſque ad vltimum quadrantem, & nullam velit acceptaſſe pro illis ſatisfactionem. & hoc euidentiſſimè intelligit Victorinus; quod patet ex eius verbis, quæ ſunt, *illud hominis peccatum non incongruè irremiſſibile dici poterit, cui nulla pœnæ relaxatio ſit, qua in peccatis actualiter ſimilibus, fieri contingit; non bene dicitur de eo qui blaſphemauit in Spiritum ſanctum, quòd non habet remiſſionem in æternum, quoniam ſi pœnitet, nihil ei de plenitudine diſtinctiſſimæ expiationis; ſi non pœnitet, nihil ei remittitur de plenitudine diſtinctiſſimæ damnationis.* Ex quibus verbis patet, Victorinum non loqui de æternitate pœnæ, vt aliqui volunt, ſed de irremiſſibilitate pœnæ, & ſententia ſic intellecta licèt terribilis, tamen non repudianda; immo ad mores vt terreantur aliqui talia peccata committere prædicanda. & hoc non ſolùm reſpectu peccatorum mortalium, ſed venialium. nam ex iſtis verè ſentio aliqua quæ malitioſa, quæ affectata, & data opera, quæ contra proximi charitatem præcipuè, & quæ perſeuerantet committuntur circa regulas ſcienter, & tandem, quæ circa ambitionem quoad pœnam vſque ad vltimum eam perſoluat. Quod niſi prolixitatem timerem, ex hiſtoriis probarem. S. Vincent. Ferrer. *in ſerm. de aqua benedicta*, affirmat, vnico tantùm peccato veniali, quandam animam per annum in purgatorio detentam fuiſſe. Quid, nunquid & ſuffragia pro ipſa non oblata? quia hoc dubitat? & tamen per annum ibi, & hoc ob vnum tantùm peccatum veniale. Videatur Cæſar *in Dialog. exemp. 82. & 85.* Surius *in vita ſancta Luxberga.* Beda *lib. 5. ſua hiſtoria c. 13.* S. Brigida *lib. 4. reuelat cap. 9.*

S. Vinc. Ferr. — Cæſar. — Surius — Beda. — S. Brigid.

At hæc ſententia vnum patitur inconueniens. Nam ſi loquamur de pœnis huius vitæ, ſicut eam intelligit Chryſoſt. valde dubia eſt, vt bene inquit Salmer. §. *ad tertiam quæſtionem*, nam *multi blaſphemi, & veritatis agnitæ impugnatores*, vt ipſe ait, *in pace, & tranquillitate hinc diſcedunt*; ſi autem loquamur de pœnis purgatorij, etiam dubia videtur reſpectu ſuffragiorum, & indulgentiarum. & hoc ſecundùm opinionem aliquorum, qui licèt concedant indulgentiam de ſunctorum eſſe per modum ſuffragij, volunt tamen eſſe infallibilem, vt habet Suarez *tom 4. de pœnis. diſp. 53. ſect. 3. n. 3.* & ſic ſecundùm hanc opinionem non poteſt ſuſtineri, & eo amplius, ſi ſermo ſit de viuentibus, in quibus Indulgentia conceditur per modum abſolutionis, & habet infallibilitatem, ſi cætera concurrant. Attamen, quia & probabilis etiam eſt altera opinio, immo hiſtoriis Sanctorum amplius conformis, quam affirmat Caietan. cum aliis, quos conſule apud Suarez *vbi ſupra.* Tales indulgentias non habere infallibilitatem, ideo optimè ſuſtineri poteſt, & quoad pœnas huius vitæ dicendum iuſto ſuo iudicio Deum talibus ſic deploratis peccatoribus nunquam permiſſurum, vt omnes attingant conditiones requiſitas ad effectum indulgentiæ conſequendæ.

Salmer. — Suarez. — Caiet.

Hæc opinio, vt dixi, optimè, abſque vllo inconuenienti ſuſtineri poteſt. Attamen aduerto, vt ſic teneatur, vt non paſſim affirmetur, ſed de peccatis tantùm enormibus grauiſſimis, qualia ſunt peccata in Spiritum ſanctum, & de illis venialibus, quæ proportionaliter poſſunt dici peccata in Spiritum ſanctum venialia. nam non credere opus aliquod eſſe Dei, v. g. ecſtaſim alicuius ſanctæ perſonæ, aut miracula, aut ſanctitatem, & hoc non ex malitia, ſed ex aliqua ignorantia culpabili, aut ex innata incredulitate oſcitanter omnia diabolo tribuere, quæ Dei eſſe poſſunt. Sanè proportionaliter peccatum hoc veniale dici poteſt in Spiritum ſanctum irremiſſibile, quoad pœnam; eo modo quo diximus ſimiliter & de illis peccatis venialibus, quæ ſunt in ordine ad ſciſſionem fraternitatis. v. g. alicui referre quod alter de eo minus gratum dixit. ex quo licet non ſcindatur amicitia, torpeſcit, & licèt non ſit contra charitatem proximi, ſit contra eius feruorem. Equidem proportionaliter tale peccatum, peccatum poteſt dici veniale in Spiritum ſanctum, & proportionaliter quòd illi non remittatur pœna, neque in hoc ſæculo, neque in futuro; pœna, inquam, temporalis, quæ illi debetur aut ex peccato mortali remiſſo, aut ex veniali. 14.

Venialia aliqua, vt poſſint dici peccata in Spiritum ſanctum.

At licèt hæc vera ſint, tamen vnum patitur inconueniens hæc opinio quoad pœnas, præſertim in viuis. Nam ponamus vnum peccatorem non habere niſi vnum peccatum in Spiritū ſanctum, & verè ſe pœnitere, & abſolutionem accipere ſacramentalem. ex qua ex opere operato correſpondet ei aliqua ſatisfactio veriſſimè iſti remittetur aliqua pars pœnæ illius peccati, & ſic quoad pœnam etiam non erit verum, irremiſſibile eſſe peccatum in Spiritum ſanctum. Quapropter melius alij dixerunt, vt mox dicam.

Tertia ſententia. Barrad.

Tertia ſententia piiſſima eſſe poteſt Barradæ *tom 2. lib. 8. c. 17.* Qui in dubio affirmat verba Chriſti poſſe intelligi de Iudæis ſolùm, quatenus prævidebat illos in peccato ſuo morituros, iuxta illud Ioann. 8. *in peccato veſtro moriemini.* & *Primè* de illis Phariſæis tantùm, qui obſtinatiſſimè videntes miracula, tamen contra eorum ſenſum, & mentem blaſphemabant.

Hæc opinio, vt dixi, pia eſt, ſed, vt multi docent, poſſibile etiam eſt ex iſtis, vt aliqui etiam conuerterentur, & aliqui illorum, qui reuertebantur, *percutientes pectora ſua*, poſt mortem Chriſti, vt ait Luc. *cap. 22. n. 48.* fuiſſe ex iſtis. Quid enim ſi inter turbam illam vnus, aut alter extitit Phariſæus, nunquid hoc impoſſibile? His ergo relictis opinionibus

Quarta ſententia.

Duæ ſunt celebres acceptiones, ſeu interpretationes. *Prima* eſt illorum Patrum qui dicunt quòd licèt ſit remiſſibile peccatum in Spiritum ſanctum, & de facto nunquam remittetur, tamen & remiſſibile in potentia, ac ſi dicamus, & reſpectu omnipotentiæ, & Dei miſericordiæ, ac etiam reſpectu peccatoris, quatenus ſufficientem obtinet gratiam ſi velit pœnitere, tamen nunquam de facto illam obtinebit efficacem, qua ſe pœnitebit, ac proinde de facto, &, vt dicitur, infallibiliter nō obtinebit remiſſionem, non quòd non poſſit, ſed quia non velit, neque condignam faciet pœniten-

Cypiian. Hilar. Hieron. Auguſt. Didym. Ephrem. Beda. Anſelm. Hug. Card.

riam.ſic Cyprian. *lib.* 3. *ad Quirinum teſt.* 28. Hilar. *Can.* 12. Hieron. Auguſt. *vbi ſupra*, Didym. *lib.* 1. *de Spiritu ſancto.* Ephrem *in interrog.* vbi ſic, *In Spiritum ſanctum blaſphemus non dimittetur peccatum, neque in hoc, neque in futuro ſæculo, atteſtante Domino, ſiquidem Deo ipſi reſiſtunt, & quis adiutor eorum erit.* & Beda, Anſelm. Hugo Card. & alij.

Hæc ſententia tantorum Patrum fulcita authoritate venerabilis eſt, nec vllo modo impugnari debet, & habet fundamentum in verbis Euangelij, dum dicitur; *non remittetur ei, neque in hoc ſæculo, neque in futuro.* & dum non poſſit intelligi de impoſſibili abſoluto, cùm ſemper tenenda ſit regula fidei, nullum peccatum reſpectu omnipotentię, ac Dei miſericordiæ eſſe irremiſſibile, ſequitur intelligi debere de facto, modo quo Patres dicunt; at nimis terribilis, nimis formidanda, & verè ex illa quis deſperare poſſet. Quia quali certiſſimè te præſcitum eſſe potes coniectare, immo pro certo æſtimare. At cùm, vt bene Salmer. §. *Deinde*, Chryſoſt. *circa finem*, nulli Deus abſolutè reuelauit ſuam damnationem, quia eſſet irritamentum ad deſperationem. Hinc ſi vera eſſet hæc acceptio, certiſſimè aliquis coniectare poſſet ſe eſſe condemnatum, ac proinde deſperari, ideo reuerenter tantorum Patrum ſententia expoſita, ac relicta ad aliam promprior accedo, quæ etiam eſt Sanctorum.

Salmer.

Quinta ſententia

Chryſoſt. Athanaſ. Pacian. Anaſt. Ambroſ. Baſil S. Thom.

Quinta demum ſententia eſt Chryſoſt. Athanaſij. *hom. in hac verba.* Pacian. *Epiſt.* 1. Anaſtaſij *q.* 68. *in ſerm. Baſilij inter.* 273. *in regulis breuioribus.* Ambroſ. *lib.* 1. *de pœnit. cap.* 4. S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 14. *art.* 3 & omnium ferè recentiorum, dici peccatum in Spiritum ſanctum irremiſſibile, non quòd nullo modo remittatur, ſed quia quantum de ſe eſt habet meritum vt non remittatur. ex quo fit vt ideo dicatur irremiſſibile, eo quòd, vt ait Carthuſian. difficulter, & ratò dimittitur; nam licèt alia peccata natura ſua non mereantur veniam, tamen ſi cum hoc comparentur, remiſſibiliora ſunt, nam cætera aliquam excuſationem præſeferunt; ac proinde digna venia reperiuntur, peccata autem in Spiritum ſanctum nullam habent, ac proinde difficillimè remittuntur.

Hæc ſententia omnino tenenda, & quia mitior, & quia amplius benignitati, ac miſericordiæ Dei conformis, ſuppoſito ſemel, quod in locutione Scripturarum, vt in notabili probauimus, impoſſibile ſæpe ſumitur pro difficili.

Ex hoc loco multæ iugulantur hæreſes, quas
15. breuiter referam. *Primò* Eunomianorum, qui Spiritus ſancti negabant diuinitatem. Quos Auguſtinus refellit *lib.* 1. *de Spiritu ſancto*, ex hoc loco, ex irremiſſibilitate pœnæ ob tantam diuinitatem Sabellianorum, qui confundebant perſones, cùm hic apertè diſtinguitur perſona filij à perſona Spiritus ſancti. Lutheranorum purgatorium negantium, dum affirmatur aliqua peccata remitti in futurum; & cùm non poſſit intelligi de culpa, reſtat vt intelligatur de pœna. ergo eſt Purgatorium, de qua re vide Gregor. *lib.* 4. *Dialog. cap.* 39. *tom* 2. Auguſt. *lib.* 27. *de ciuit. cap.* 24. *tom.* 5. *& lib.* 6. *contra Iulianum cap.* 5. *tom.* 7. Bedam *ſuper Marc. cap.* 3. *tom.* 5. Bernard *ſuper Cant. ſerm.* 66. Petrum Cluniacen. *Epiſt. contra Petrobruſianos.* Raban. *lib.* 2. *de inſtitut. Clericorum, cap.* 4. Anſelm. *in cap.* 1. *in priorem Epiſt. ad Corinth. part.* 1. Bellarm. *lib.* 1. *de Purgatorio.* qui *cap.* 4. futiles ſoluit hæreticorum rationes. & Maldon. *hic*, qui breuius vno tractu omnes iugular, ad quos omnes lectorem meum remitto. Nam cùm ex profeſſo nunc non contra hæreticos ſcribimus, nec Dei gratia inter illos ad alia peccata iugulanda, quæ non ſint hæreſes, potius attendimus, hinc ſufficiat loca indicaſſe, quibus ex ſenſu Patrum & Purgatorium probetur ex hoc loco, & ſimul hæc peſtifera hæreſis iuguletur.

Quæ hæreſes iugulantur ex hac ſententia.

Gregor. Auguſt. Beda. Bernard. Cluniacen. Raban Anſelm. Bellarm. Maldon.

Tandem cum Mald. placet adnotare, in hoc genere peccati, ſcilicet in Spiritum ſanctum, noſtri 16.
temporis hæreticos peccare, qui miracula quæ in Eccleſia Catholica fiunt, & illa præcipuè, quæ per exorciſmos, & Euchariſtiam dæmones expelluntur, aut non credunt, aut Magiæ deputant. Hæc 17.
Maldon. qui inter hæreticos ſcribebat; at ego qui inter Catholicos, affirmo in hoc etiam genere peccati, eos omnes peccare, proportionaliter tamen, & non ſemper; qui, vt ſic dicam, *Spiritu blaſphemia* imbuti, hoc eſt, innata propenſione ad ſupernaturalia non credenda, imprudenti, ſubita, ac pertinaci incredulitate nullo præſcio vitæ examine, immo aliquando præoio, nulla mala fama de perſona reclamante, immo bona volante, ſtatim ecſtaſes, reuelationes, opera ſupernaturalia, vt pec dies & Quadrageſimas ab omni cibo abſtinentia, & ſimilia, ac miracula etiam opera dicunt diaboli, cùm ſint Spiritus ſancti prudentiæ talem pertinacem incredulitatem aſcribentes famæ, honori, ac ſanctitati perſonæ derogantes, in grauem Dei iniuriam, ac ſanctarum perſonarum famam, honorem, ac ſæpe vitam. & quia amice, in hæc miſerabiliora incidimus tempora, vt quaſi piaculum æſtiment ſæculares ecſtaſes, aut reuelationes, aut miracula nominare, & ignorantiæ, ſiue leuitatis nota viri alioquin doctiſſimi, prudentiſſimi, ac ſanctiſſimi imputentur ab indoctis, pertinacibus, ac penitus ſæcularibus, ne dicam obſcœnis vijs, operæ pretium me facturum ſpero, ſi ſenſum meum breuiſſimè in hac re aperiam, & ſupiyam. ac ſycophantiem horum pertinaciam retundam, Pro qua re ſit

Hæretici vt peccant in Spiritum ſanctum.

Maldon.

Vt, modò Catholici.

Annot. Moral. CVII.

Reuelationes non ſpernendæ.

HVius rei ſumma, ac vnica illa ſit ratio, ipſum 18.
ſcilicet Eccleſiæ pronomen *ſanctum*, quo in *Credo* appellatur, iuxta illud, *Credo in vnam ſanctam, Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam.* ex quo fit, vt ſit de fide eſſe ſanctam, & equidem multis capitibus hoc recipit nomen. *Primò* ex fine, mediis, legibus, ſacrificiis, ſacramentis, atque ex toto cultu Dei ſancto, cui tota eſt dedicata, ſecundùm Auguſt. 3. *de doctr Chriſtiana cap.* 32. *Secundò* ex firmitate qua ſtabilita; vnde Hoſius lib. de fide c. 21. *ſancta, hoc eſt, ſancita, munita, firma.* *Tertiò* ex ſuo capite, hoc eſt, Chriſtus, non ſolùm extrinſeca denominatione, ſed per intrinſecam ſanctitatem, quam ex ſuis meritis participat. *Quartò* ex Scriptura, quæ à D. Thoma appellatur *Cor Eccle-* 19.
ſiæ, eam viuificans & ſanctificans. *Quintò* dicitur ſancta, quia extra eam nulla eſt ſanctitas. Vnde Auguſt. lib. de Symbol. c. 10. *non poteſt in cœlo habere patrem, qui noluit in terris Eccleſiam habere matrem.* Tandem *ſextò* tanquam ex præcipua acceptione dicitur ſancta, quia ſemper in ea plurimi ſunt iuſti ac ſancti, & quamuis numero pauciores, quàm peccatores, tamen quia maioris æſtimationis apud Deum vnus eſt iuſtus, quàm omnes peccatores, ideo ex eis denominari poteſt,

Eccleſia cur dicatur ſancta.

Auguſt. Hoſius.

Scriptura cor Eccleſiæ.

Auguſt.

eo

eo vel maximè cùm ſanctitas iuſtorum ſit ex intentione, & inſtituto Eccleſiæ; quæ ſi poſſet, omnes vellet ſanctos, nullum peccatorem.

20. *Sancti ſemper ſunt, fuerunt & erunt in Eccleſia. contrarium eſt temerarium.* Suar.

Ex hac autem acceptione ſequitur euidenter in Eccleſia à Chriſto inſtituta (vt non ſit ſermo de Eccleſia ante Chriſti aduentum) eſſe certiſſimum, vt rectè Suarez de fide *diſp.9. de Eccleſ. ſect.7. in 4. Neque fuiſſe*, vt ipſe ait, *neque fore vnquam tempus in quo in corpore Eccleſiæ non exiſtat vera ſanctitas; atque adeò in aliquibus eius membris, quamuis non ſit neceſſarium in iſtis, aut illis determinatè ſumptis.* Quæ opinio licèt non mihi videatur eſſe de fide, quatenus, vt ſuprà diximus, ex variis acceptionibus poteſt hanc denominationem Eccleſia accipere, licèt aliqui velint contrarium, vt mox dicam, tamen, quia tota Eccleſia ſic intelligit hoc nomen, & ſimul cum illa omnes, licèt non ſit res diffinita, tamen ad minus plus quàm temerarium eſſet contrarium affirmare, loquendo de primo

Banez. gradu ſanctitatis, quia, vt ait Bañes *in 2.2. quæſt.1. art.10. in 2. part. com. conc.2. pag. apud me 227. §. his ſic conſtitutis*, conſiſtit in charitate formali & inhærente, quæ excludit conſenſum inſurgentibus paſſionibus, paritque exteriora opera bona. Quod eſt dicere, loquendo de illa munditia, quæ excludit peccatum & conſenſum in paſſiones; licèt ab illis oppugnetur, & hominem conſtituit in gratia ab omni labe purgatum; hoc ergo modo ſanctitate intellecta, puto dico plus quàm temerariam illam negare, licet Arauſ. *in 2.2. quæſt.1. dub.2.* in quinta Eccleſiæ proprietate velit vt ſit de fide; quam ſanctitatem, vt bene Bañes §. *ex dictis infero*, non ſolum intelligendam de infantibus baptizatis, ſed de adultis, nam ait: *traditio Eccleſiæ nõ ſolum eſt quod erunt ſancti in Eccleſia quomodocumque, ſed quod ſunt viri ſancti, qui bonis operibus vacant, & Deo ſuis actibus mentem ſuam applicant*, quam ſanctitatem vſque ad finem mundi duraturam pro certo ille ſupponit, & veriſſimum eſt.

21. *An in Eccleſia ſemper ſancti virtutibus heroicis canonizatione digni.*

Eſt ergo certiſſimum, Sanctos in Eccleſia Dei ſemper fuiſſe, eſſe, & futuros modo quo diximus, & plus quàm temerarium, immo contra fidem eſſet ſecundùm aliquos contrarium affirmare, cùm omnes Doctores & vniuerſalis Eccleſiæ conſenſus, ſic denominationem intelligunt ſanctitatis Eccleſiæ. An verò idem dicendum ſit de illo ſanctitatis gradu qui virtutem ſupponit heroicam, *& purgati animi*, vt dicunt, & qui omnino inimicum extinctum habet, in quo perfectio conſiſtit, nam, vt bene Auguſt. *augmentum charitatis, diminutio cupiditatis, perfectio nulla cupiditas*, & quos

August.

S.Thom S.Thom. 1.2. *quæſt.61. art.5. in corpore*, inquit, *eſſe beatorum, vel aliquorum in hac vita perfectiſſimorum*, licèt non ita certum ſit; tamen, mea ſententia, prudenter negari non poteſt, ſed vt certiſſimum ſupponendum, ob decorem, maieſtatem, ac Eccleſiæ ſanctiſſimæ perfectionem, dum ſponſæ Chriſti, non quamlibet debemus aſcribere ſanctitatem; ſed heroicam, ſed perfectiſſimam capiti, & eius ſponſo condignam. Et hoc in qualibet temporis differentia, ſic enim maieſtati eius condecens; ſic pietas debet philoſophari Catholica, quòd probare poſſem ex ſexcentis Scripturæ locis, niſi breuitati ſtuderem. Nam quid aliud voluit Paul. dicere 2. Cor.3. *nos autem reuelata facie ſpeculantes in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem tanquam à Domini ſpiritu.* Niſi ſummam indicare hominum aliquorum perfe-

Caiet. ctionem in Dei Eccleſia? nam, vt bene ibi Caiet. *infertur, ait, ex hoc loco transformatio, non per perditionem formæ naturalis, ſed per additionem formæ glorioſæ, hoc eſt, per cæleſtis gloriæ participationem in intellectu illuminato, voluntate accenſa in viribus animæ confortatis virtute ex alto.* Quod equidem non de ſe tantùm dixit Paulus, ſed de omnibus futuris Sanctis ſemper in Eccleſia: poſſem ergo hoc ex Scripturis probare ſi vellem, attamen ſatius mihi videtur illud pro certo ſtabilire ex miraculis veris. Quæ, vt concludit Bellarm. *de notis Eccleſiæ, cap. 14. nota 9. tom. 2.* ab initio fuerunt naſcentis Bellarm.

Eccleſiæ vſque nunc, & licèt miracula vt ſic, non ſint omnino ſigna infallibilia ſanctitatis, tamen, quando fiunt in ordine ad illam, & ad illam demonſtrandam, ſunt certiſſima & infallibilia ſigna, non cuiuſlibet, ſed inſignis ſanctitatis. *Secundò* euidenter hoc probatur ex canonizationibus, dum, vt videmus quotidie, Eccleſia ſanctiſſima homines canonizat, & ſi attendis, nullum reperies niſi ex atteſtatione virtutum heroicarum. *Tertiò* probatur ex hiſtoriis, tum antiquis, tum modernis, quæ in dies prodeunt virorum, ac mulierum ſanctiſſimarum. Ex quibus omnibus re bene perſpecta certiſſimum etiam videtur, nunquam in Eccleſia ſanctiſſima viros defuturos perfectiſſimos, ſanctiſſimos, atque virtutum heroicarum, *& purgati animi*, qui Dei dicantur amiciſſimi, ac in ſupremo, & heroico gradu eius comparticipes naturæ.

Hoc autem ſic ſtatuto, quod equidem neſcio quomodo piè negari poſſit, & contra euidentiam facti ac vſus repugnare, ſequitur euidenter in Eccleſia Dei non poſſe deficere ecſtaſes, reuelationes ſummas, ac reconditas myſteriorum Dei manifeſtationes, prophetias, ſummam cõtemplationem, & ſimilia. Quæ licèt non ad eſſentiam pertineant ſanctitatis, tamen ad eius decorem, ornatum & manifeſtationem. ſic vt, moraliter loquendo, vix reperiatur qui illis non ſit ornatus, & ſic qui contrarium ſentit parum eſſe fidelem, parum ab hæreſi diſtare, & tandem minus eſſe ſapidum, minus prudentem ſe demonſtrat.

Enimverò *Ioan. 15 num.16.* ſic Chriſtus ad Apoſtolos: *iam non dicam vos ſeruos.* ratio, *quia ſeruus neſcit quid faciat Dominus eius. Vos autem dixi amicos*, & ratio, *quia omnia quæ audiui à Patre meo, nota feci vobis.* Pondero, nunquid aliquis poteſt eſſe ſanctus, qui non Dei ſeruus? abſit, nam omnibus ingredientibus in ſanctam ciuitatem, dicitur, *Euge ſerue bone.* ergo quo ſenſu Apoſtoli non dicuntur ſerui, ſed amici? Sanè eo quo intelligit Auguſt. 22. *Apoſtoli cur dicti amici.*

August.

tract.85. in Ioan. circa medium, tom.9. vt ſcilicet licèt ſint ſerui, tamen ex ſplendore, ac magnitudine, & excellentiæ, ac bonitatis eorum ſeruitutis qua Deo ſeruiebant, ex ſeruis fiebant amici. *Seruus bonus*, ait Auguſt. *poteſt eſſe ſeruus, & amicus, & tunc ſerui non erimus quando ſerui boni fuerimus.* Egregiè, ſanè, qui benè ſeruit, qui egregiè, qui fideliter, qui tandem heroicè, ex ſeruo meretur fieri amicus, non quòd deſinet eſſe ſeruus, ſed quia cum gradu ſeruitutis iungit & gradum amicitiæ. At quale huius ſic heroicæ ſeruitutis proprium ſtigma? Sanè commũnicatio ſecretorum, reuelatio animi, reuelatio myſteriorum. Quomodo? per internam claritatem, ac aſpirationem amoris, ait Gregor. Gregor.

23. *Qui ex ſeruo fit Dei amicus.*

24. *Amicitia Dei proprium ſtigma quid.*

hom.27. in Euangel. *Nota facit omnia*, ait Gregor. *quia gaudia internæ claritatis, & feſta ſupernæ patriæ noſtris quotidie mentibus per aſpirationem amoris imprimit.* Quid hoc? Quantum ſapio, quantum capio, niſi reuelationes intrinſecas, illuſtrationes ſummas, aſpirationes diuinas, theorias inſinuare,

quibus animæ ſanctæ à Deo illuminantur, & aſcendunt ſtatim, ac à ſtatu ſeruitutis ad ſtatum amicorum ſunt aſſumptæ. Vis noſſe, ait Bernard. *Bernard.* relatus à Bartholomæo de Martyrib. in ſuo compendio, c. 33. *diuinarum reuelationum ſublimitatem, manifeſtiſſimum eſſe diuinæ dilectionis ſignum, audi ipſum dicentem, iam non dicam vos ſeruos.*

25. *Inter cognitionem rerum fidei Sanctorum, & reliquorum quanta differentia.*

Enimverò omnia quæ ſunt in Scriptura, & præcipuè quæ fidei eſſentialia, omnia, inquam, ſic nota ſunt ſeruis ac amicis. Quid? nunquid quilibet bonus Chriſtianus ignorat, quæ ſunt fidei? immo & peccatores norunt; at inter cognitionem ſeruorum, & ſcientiam amicorum hoc intereſt, vt illa reſpectu huius, ſcilicet amicorum, neſcientia dici poſſit, & ratio, quia ſeruorum tantùm eſt per illuminationem fidei, & illuſtrantur per lumen intellectus; at amicorum non tantùm ſic, ſed, vt inquit Gregor. *per aſpirationem amoris, qui amor ipſa notitia eſt*, vt ait Sanctus. Hinc non ſolùm Deum per intellectum credunt, ſed per voluntatem, & amorem tangunt. Hinc ignita voluntate ſic ſuperexaltatur, vt ſic dicam, intellectus lumen & cognitio Sanctorum amicorum, vt pura ignorantia dici poſſit ſcientia ſeruorum. Vnde ſicut impoſſibile, vt vbi amicitia, ibi non ſit communicatio ſecretorum, quod ſæpe alibi probauimus; ſic impoſſibile, vt cùm in Eccleſia ſint Dei amici, non ſint huiuſmodi affectus, non ſint huiuſmodi gratiæ, non ſint ſimiles theoriæ diuinæ. Quapropter non ſolùm inſipidè ſcandalizantur, ſed ex tali ſcandalo dant intelligi non eſſe amicos Dei, ſed ſeruos, quia totaliter ignorant quid cum animabus ſanctis facit Dominus earum.

26. *Reuelationes & alia Christi charismata in Dei Eccleſia cur nunquam deficiãt ratio euidens.*

Concludam altero argumento, infinita deſerens, ſumptum ex ſolertia Chriſti, ac Dei ad animas perficiendas, & ad Eccleſiam ſuam ſanctam illuſtrandam: nam qui fieri poteſt vt quotidie diabolus ad Eccleſiam denigrandam nouas inueniat hæreſes, noua ſcelera, noua peccata, & nouis, vt ſic dicam, fauoribus, ac beneficiis ſuos cumulet, & Chriſto hoc denegetur? O bene! non mirantur, quando nouos ſerpentinos halitus dæmon hominibus inſpirat, & mirantur, quando Chriſtus diuinos; non mirantur, non ſcandalizantur, non perſequuntur, quando noua, & inaudita audiunt peccata. Quando mundus totus poſitus in maligno, & mirantur & ſcandalizantur, quando nouæ, & heroicæ virtutes, quando miracula, quando reuelationes, quando raptus, quando ecſtaſes? Quod equidem excellenter dixit Tertull. *Tertull.* de virg. velandis, cap. 1. ſic. *Quale eſt enim*, ait, *vt diabolo ſemper operante, & adyciente, quotidie ad iniquitatis ingenia opus Dei, aut ceſſauerit, aut proficere deſtiterit.* Nil elegantius. Ad iniquitates quotidie diabolus adiicit humana ingenia, & non ſcandalizamur, & ei hoc concedimus, & tamen Chriſto nolumus, vt adiiciat ad ſanctitatem, & ad diuinarum contemplationem, & quod diabolus quotidie ſuis manifeſtet ampliorem iniquitatem, hoc equidem concedimus, attamen quòd Chriſtus ſuam diuinam bonitatem nolumus.

Idem. Stat equidem *regula fidei*, vt bene idem Tertull. *vbi suprà*, omnino immobilis, irreformabilis, ſcilicet articuli in Symbolo, his enim nec adiici, nec immutari, nec variare omnino licet. hac ergo lege fidei immobili manente, *cætera iam diſciplinæ & conuerſationis admittunt nouitatem correctionis, operante ſcilicet, & proficiente vſque in finem gratia Dei*, inquit idem, & ſatis rectè. Nil nouum, myſterium quod ſit in fide nouum, reuelat Deus, quis de hoc

27. *Quæ reuelationes ſunt concedendæ.*

dubitarat futura aliqua, at ſecreta aliqua cœleſtia, at nouum lumen ſuæ inſcrutabilis prouidentiæ, vnde hoc probatur non conuenire? *Num celare potero Abraham, quæ geſturus ſum*, inquit Deus, *Gen. 18. num. 18.* & ratio. *Cùm futurus ſit in gentem magnam, ac robuſtiſſimam, & benedicendæ ſint in illo omnes nationes terræ.* Pendo ly *num celare potero?* Quid hoc? Lyra. *Cùm mihi Abraham ſit familiaris & amicus, non eſt decens quòd ego celem ei vindictam, quam facturus ſum.* Sanè eſſet indecens, vt Deus, amicus, & ſimul cum amico obſeruans ſecretum, hinc qui talia pertendunt, indecentem, vt ſic dicam, Deum faciunt. At etſi Lyra hoc ex eſſentia educit amicitiæ, ego ex altera forinſeci cauſa, nempe ex dignitate Chriſti iam nati, quod colligitur ex poſtremis verbis, quia in illo benedicendæ erant omnes nationes. Sanè hoc per Chriſtum ex illo venturum; quid ergo, ſi quia Chriſtus venturus ab Abraham, indecens vt futura ei non reuelaret, nunquid non erit, moraliter loquendo, indecens, vt poſt Chriſtum natum, cuius patres, matres, & fratres ſunt omnes perfecti, & qui perfectè Patris obſequuntur voluntati, vt ipſis ſua non reueler, cum illis familiariter non colloquatur, ſua pandat conſilia, ſuas obtineat delitias, dum dixit illas eſſe cum filiis hominum. ergo ne iam non amplius has Chriſtus delitias obtinebit? iam ſe abſtinebit, quia peccator, quia ſycophanta, de illis ſcandalizatur? iam certè ſuam diuinam prudentiam Chriſtus corrigere debet, & ſe à familiaribus delitiis cum animabus abſtinere; quia homo ſcandalizatur, quia non credit, vt altero propoſito contra Marcionem ſimiliter dixit Tertull.

Ad hæc tandem peto quòd aliud ſignificare poſſunt illa verba Domini noſtri Ioan. 16. 12. *Adhuc habeo vobis multa dicere quæ non poteſtis portare modò, cùm venerit ſpiritus veritatis docebit vos omnem veritatem.* quæ verba, etſi ad Apoſtolos, præcipuè tamen ad vniuerſalem dicta ſunt Eccleſiam, vt in confeſſo eſt apud omnes. *Quæ*, vt D. ait Gregor. *ſicut per ſpatia terrarum, ſic per incrementa temporum creuit in ſcientiam.* *Gregor.* Si ergo illa multa Spiritus ſancti, intelligi non poſſunt de nouis myſteriis, aut ſacramentis poſt Apoſtolorum tempus. Quid ergo? reſtat, vt intelligantur aut de clariori, & explicita reuelatione alicuius myſterij in Scriptura recluſi, quod toti conuenit Eccleſiæ, aut de particularibus fauoribus alicui animæ ſanctæ, *quæ eſt ergo paracleti adminiſtratio*, grauiter ait Tertull. vbi ſuprà, *niſi hæc quòd diſciplina dirigitur, quòd Scriptura reuelantur, quòd intellectus reformatur, quòd ad meliora proficitur.* Quot verba, tot argumenta, tu pondera mi lector. [Q]uam mihi tempus non ſubeſt; ſolùm tibi apponere libet, quæ idem author ſequens ait, ſic enim pulchra ſunt vt piaculum me facturum duxerim illis te laudare; ſequens enim idem author probare nouas Spiritus ſancti reuelationes, & quæ ad reformationem morum neceſſaria in Dei Eccleſia, ad eam inſtruendam, ſic ait. *Nihil ſine ætate eſt, omnia tempus exſpectant. Denique Eccleſiaſtes, Tempus, inquit, omni rei, aſpice ipſam creaturam paulatim ad fructum promoueri, granum eſt primo, & de grano frutex oritur, & de frutice arbuſcula enititur, deinde rami, & frondes inualeſcunt, & totum arboris nomen expanditur, inde germinis tumor, & flos de germine ſoluitur, & de flore fructus aperitur, is quoque rudis aliquando, & informis paulatim ætatem ſuam dirigens eruditur in manſuetudinem ſaporis.* Quid pulchrius dici poteſt?

28. *Chriſtus per Spiritũ ſanctum quando noua reuelet.*

Quæ

Quæ vt delecteris appoſui, & exinde vt amplius authoris concluſionem aſpicias, ne querulus exiſtas, & reputes me longas tibi apponere authoritates, vt librum conſarcinem. At ad Tertullian. *ſie & iuſtitia*, ait, *(nam idem Deus iuſtitia & natura.) primò fuit in rudimentis natura Deum metuens, dehinc per leges & Prophetas promouit in infantiam, dehinc per Euangelium efferbuit in iuuentutem, nunc per Paraclitum componitur in maturitatem.* Nil elegantius, efferbuit enim per Chriſtum, matureſcit per Spiritum ſanctum, qui, vt ipſe ait, *erit ſolus à Chriſto magiſter & dicendus, & verendus*, addo, & ſummè diligendus, qui ad maturitatem fructus adducit, non vi, non pugnis, non compreſſione, ſed calore charitatis, feruore orationis, illuſtratione intellectus, infuſione, chariſmatibus, fauoribus diuinis, communicationibus excelſis; deſinant ergo homines minus pij & ſtulti, & quibus non datum eſt inter lepram iudicare, blaſphemare in Spiritum ſanctum opéra eius diabolo attribuentes, non ſecus ac Phariſæi iſti, qui blaſphemantes dicebant *in Beelzebuth.*

29. *Quæ reuelationes credi debeant.*

At licèt hoc dicamus, admoneo tamen, vt totum intelligatur de illis reuelationibus, quæ reſpectu ſanctitatis vitæ perſonæ prudenter credi poſſunt, cùm in hac re par ſit blaſphemia opera Chriſti diabolo tribuere, ac Deo opera diaboli, cùm, vt Beatus ait Sunilius *lib. 2. de partib. diuinæ legis, cap.* 30. Nec ipſa fides temerariè, & irrationabiliter ſit amiſſa, *fides noſtra*, ait, *ſuper rationem quidem eſt, non tamen temerariè, & irrationabiliter aſſumitur, ea enim quæ ratio docet, fides intelligit, & vbi ratio defecerit, fides præcurrit; non enim, vtcumque audita credimus, ſed ea quæ ratio non improbat, verum quod conſequi ad plenum non poteſt, fideli prudentia confitemur.* Egregiè, & ex quibus regula credendorum in hac materia ſumi poteſt. *Primò*, vt non temerariè, & irrationabiliter credamus, quod tunc equidem erit, quando reuelatio & ſupernaturalia quæ adducuntur conſonant ſanctitati vitæ, perſonæ, & operibus virtuoſis, non quibuſlibet, ſed magnis, & præter communes vſus. nam, vt bene Bernard. *Velle communiter viuere, & non communiter à Deo tractari, extrema ignorantia eſt.*

Sunilius.

30. *Fides non temerariè eſt admiſſa.*

31. *Vita ſancta fundamentum veræ reuelationis.*

Bernard.

Enimverò *Actor. 2. num.* 13. deſcendente Spiritu ſancto, ac corda inflammante diſcipulorum, dum loquerentur iſtis varijs linguis admirantibus vniuerſis, tamen aliqui muſto dederunt, quod erat Spiritus ſancti opus. *Alij autem irridentes dicebant, quia muſto pleni ſunt*, in quibus verbis, obſeruo, vnde muſto pleni, cùm hoc accidit in menſe Maio, vt bene obſeruat Cornel. In quo vuæ non ſunt recentes, ex quibus muſtum. Sanè hoc dixerunt, vt bene idem author, *quia non curarunt congruè, ſed maledicè loqui, verum irridendo, & ſubſannando.* Ex quo impiè blaſphemarunt, quia temerariè nulla facta diſcuſſione opus Dei muſto dederunt, quomodo, vt diximus, aliqui faciunt, vnde & errant. At non hoc eſt quod intendo, ſed propero ad reſponſionem Petri, qui vt caput, ait Chryſoſt. *tentat eos liberare à crimine.* At quo medio, ſiue qua efficaci ratione hoc facit? Sanè reſpondens, quia hora erat diei tertia, ex qua ſecundùm conſuetudinem, nec prandebatur, nec epotabatur, *non enim ſicut vos exiſtimatis*, ait, *hi ebrij ſunt, cùm ſit hora diei tertia.* nam, vt apud Plutarch. *in ſympoſ.* apud omnes gentes hora ſexta erat prandij. *Tertia* verò minimè; ergo ſoluit Petrus calumniam ex ieiunio, negans omnino crapulam, & probauit illud opus eſſe Spiritus ſancti, quia ieiuni, quia ſobrij, quia ventre vacui. At da vt non ſic, ſed eſſent ſaturi, ſed pleni, ſed olera, & carnes eructantes. Vnde illud opus probari poſſet Spiritus ſancti, & qui crederet, ſanè futiliter, & imprudenter crederet, ſicut hodie multarum creduntur reuelationes, quæ potius à muſto, quam ab Spiritu ſancto ex vita comprobantur.

Chryſoſt.

32. *Petrus quomodo liberauit Apoſtolos à calumnia.*

Plutarch.

33. *Hora prandij apud gentes erat ſexta.*

Stat enim firma regula; menſura ſanctitatis non à miraculis, nó à reuelationibus, non à donis gratuitis, ſed à gratia iuſtificante per opera virtutum aucta ſumenda. Hæc enim ſunt fundamenta ſanctitatis, hæc regula prudenter talia credendo, quod confirmo hoc euidenti argumento. Religio & ſanctitas, vt D. ait Thom. 2. 2. *quæſt.* 81. & *ibi* Caiet. licèt ſint idem, tamen differunt in eo. nam religio directè, & per ſe reſpicit ea, quæ ſunt ad diuinum cultum ordinata; ſanctitas verò directè mentem, & ea quæ ordinantur ad mentem ſanctificandam, vt ſunt opera non ſolùm religionis, ſed omnium virtutum. ergo ſi opera virtutum non adſint, corruit tota ſanctitas. Hac autem diruta, & non ſtante, vnde ſanctæ reuelationes, ſanctæ contemplationes, ac reconditus ille tractus inter Deum, & animam ſanctam; potius dices inter ollas & cacabos, inter vrceos, & lagenas; ergo, vt Beatus aiebat Sunilius, prudenter in hac re incedendum, non temerariè, & irrationabiliter.

34. *Sanctitatis menſura à gratia, & à virtutibus, & huius rei ratio.*

S. Thom.

Caiet.

35. *Sanctitas & religio in quo differunt.*

Secundò illa credenda, *quæ dum docet ratio, fides intelligit*, vt ait Sanctus, quæ eſt illa Apoſtolica conditio ad diuinam ſapientiam cognoſcendam. quam Iacob *cap.* 3. in ſua poſuit epiſt. nempe *ſuadibilis.* ſic, n. 17. *Quæ autem deſurſum eſt ſapientia, primùm quidem pudica eſt, deinde pacifica, modeſta, ſuadibilis.* Quod verbum, vt bene Cornel. non ſolùm paſſiue debet intelligi, vt multi, quatenus ſcilicet, vt facile quis ſe conſilijs præbeat alterius, ſicut illud intelligi cum ſancto Thom. Paëz *in hunc locum*, ſed etiam actiuè, hoc eſt. quæ facile perſuadentur alijs. nam ſi mihi Platonica depingit figmenta, ſi incohærentia. ſi aliquando ridicula, ſi impoſſibilia, vbi fides? Nam, vt bene Sunilius: *Non enim vtcumque audita credimus, ſed quæ ratio non improbat.* At quando hæc ſuadet, tunc equidem prudentiæ erit, *vt verum quod conſequi omnino non poteſt fideli prudentia confiteamur.* Attende ad quod dicit. Non ait Ethnica prudentia, ſed fideli, hoc eſt, pia, Chriſtiana, Catholica; nam poſſibile vt Ethnicus non credat, Ethnica prudentia imbutus, abſit vt Catholicus non credat credere debens, qui fideli debet eſſe prudentia armatus.

36. *Sapientia diuina vnde dignoſcitur.*

Cornel.

Paëz.

Concludo tandem quòd in his rebus, ſi quis errare non vult, aut ex incredulitate, ex duritia, aut ex leuitate & animi mobilitate. Apoſtolicam obſeruet regulam, ſiue regulas ſanctiſſimi Pauli, qui ad Theſſalon. ſcribens *Epiſt.* 1. *cap* 5. *num.* 20. ſic ait: *Spiritum nolite extinguere, prophetias nolite ſpernere, omnia autem probate, quod bonum eſt tenete; ab omni ſpecie mala abſtinete vos.* Diuina prorſus documenta, quæ ſic in æquilibrio rationem ponunt humanam, quæ ſi obſeruet, nec diabolo tribuet, quod Dei, neque è contra. Sic intra limites ſe diuinæ, ac humanæ prudentiæ continebit, vt nec temerarius erit in non credendo, ſpiritum extinguens, & prophetias ſpernens, nec facilis, & leuis in credendo, *dum omnia probans, quod bonum teneat.* & tandem vt ſecurè omnino in hac re incedat, ſuadet vt illa credat, quæ ab omni ſpecie mali ſunt aliena, illa non credat quæ tantillum ſpeciem

37. *Regula Apoſtolica in reuelationibus tenenda.*

ſpeciem habeat mali; *nam bonum ex integra cauſa;* & quia vehementer deſidero vt io hac re, neque per exceſſum credendi, aut non credendi erretur, fidenter amice quod ſemper obſeruaui tibi apponam, quia iam ſenex experientia doctus reperi, ea probata, ſic vt vnquam deceptum me reperi, ea obſeruans ſemper deceptus, ſi pietate motus rigidè non illa ſim proſequutus. Attende ergo ſi non vis errare, & ſemper directè procedere.

38. *Auctoris aliqua ad prudenter in his rebus incedendum.*

Si mille tibi adueniunt conuenientiæ in examine ſupernaturalium rerum, vna tamen deficiat, totum condemna, & non errabis, firmiter tenens illam regulam, *Bonum ex integra cauſa, malum ex quocumque defectu.*

Prima. *Secunda.*

Secundò vbi ſolidæ non adſunt virtutes, & probatæ, nil crede, & ſecurus incedes, fundamento quo ſuprà poſui.

Tertia.

Tertiò cum aſſenſu obſtinato, & deliberato abſque formidine deceptionis, nunquam crede, ſed ſemper deceptionem timens eſto cautus in omnia, nunquam ſecurus; attamen non ſic vt ſpiritum extinguas, habe ſemper te negatiuè.

Quarta.

Quartò quod minimam ſpeciem mali habet, illico non ſolùm eiice, ſed perſonæ manifeſta, planè illam inſtruens de malo; at è contra, quæ bona tibi videntur, ſilentio preme, nec vnquam illud pœnitenti dicas, ſat illi ſi non improbes.

Quinta.

Quintò quaſi piaculum æſtimes abſoluto iudicio harum rerum, iterum cum eiſdem perſonis de illis alloqui.

Sexta.

Sextò tandem, vt ſemper in his rebus velis veritatem inuenire intrepidè illam proſequens, ac nunquam velis vt ſint veræ. nam ſi ſemel affectum ad hoc inclinaueris, mille ſubibis pericula, mille deceptiones. Prius amice vita deficiet, quàm ſi ad condignitatem hæc vellem tibi apponere, ſufficit prælibaſſe, & animum recipe. Seni, & experto crede, quia ſi illa obſeruaueris, opus Dei non diabolo aſcribes vti iſti, qui blaſphemantes dicebant in Beelzebuth.

NVM. 33. Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum; aut facite arborem malam, & fructum eius malum, ſiquidem ex fructibus arbor agnoſcitur.

NVM. 34. Progenies viperarum quomodo poteſtis bona loqui cùm ſitis mali? ex abundantia enim cordis os loquitur.

NVM. 35. Bonus homo de bono theſauro profert bona, & malus de malo theſauro profert mala.

Senſus litteralis, & moralis.

1. *Qualis ſenſus horum verborum.*

A*Vt facite arborem.* Tota difficultas horum verſuum intelligentiæ conſiſtit in vera acceptione perſonæ cui diriguntur hæc verba; nam diuiſi ſunt Patres, ſicut & reliqui expoſitores qui illos ſequuntur. Sit ergo

Prima ſententia. Auguſt. Maldon.

Prima ſententia Auguſt. *ſerm. 12. in principio;* & diuerſis aliis in locis, quæ adducit Maldonat. & Auguſtinum ſequitur, qui hæc verba refert ad Phariſæos, & prima, eſſe præceptum, vt ſcilicet eſſent bonæ arbores, & bonos fructus producerent, & ſecunda, *aut facite arborem malam,* eſſe monitionem, vt ſcilicet caueantur eſſe arbores malas, & fructus facere malos, ſi ſcilicet bonos dici velint; nam aliàs impoſſibile, cùm ex mala arbore mali fructus.

Hanc Auguſtini ſententiam nullum vidi recentiorum eam ſequentem, ſi vnum excipias Maldon. nam, vt bene arguit Barrad. Phariſæi apertè erant arbores malæ, & faciebant fructus malos. Sed quid opus illis hoc dicere? reſpondet Maldonat. vt ſcilicet apertè eſſent mali, aut boni, & non hypocritæ. Rectè reſpondet Barrad. *Primò* Chriſtum non dixiſſe palam, facite arborem bonam, aut malam, & præterea eſſe improbabile Chriſtum ſuadere voluiſſe quemquam, qui clam malus eſſet, eſſe apertè. nam, vt D. ait Ambroſ. *ſi malè, cautè.* non litteralis ergo eſt Auguſtini ſententia, licèt ob tanti Doctoris authoritatem veneranda. Barrad.

Secunda ſententia.

Secunda ſententia eſt Hieronymi, qui hæc verba refert ad diabolum, quaſi dicat, vos dicitis me in Beelzebub eiicere dæmonia: at diabolus malus eſt. Quomodo ergo bonos fructus facere poteſt, aut affirmate eſſe diabolum bonam arborem, quia fructus bonos facit, omnino concludens eos argumento cornuto, vt ait Hieronym. ſiue ineuitabili. Nam aut confiteri debebant diabolum eſſe bonum, aut illa opera non eſſe à diabolo, quæ bona, diabolus autem malus. *Conſtringit eos,* ait Hieronymus, *ſyllogiſmo, quem Græci vocant ἄφυκτον, nos ineuitabilem poſſumus appellare, hinc inde concludens, ſi inquit, diabolus malus eſt, bona opera facere non poteſt; ſi autem bona ſunt, quæ facta cernitis, ſequitur vt non ſit diabolus, qui illa fecit, neque enim fieri poteſt, vt ex malo bonum, aut ex bono oriatur malum.* Hanc ſententiam ſequitur Abulenſis, & cum illo alij, & eſt optima. Abulen.

Tertia ſententia. Chryſoſt. Euthym. Theophyl. Hilar. Ianſen.

Tertia eſt Chryſoſtomi. Euthym. Theophylact. Hilarij, Ianſenij, & aliorum, qui hæc verba referunt ad Chriſtum ipſum qui ſe facit arborem, miracula fructus, & ſic arguit: expulſio dæmonum eſt fructus bonus. ergo ab arbore bona. ergo ſi illam facitis bonam, facite & me bonum, qui illa operor, & non dicatis me in Beelzebub dæmonia eiicere: aut è contra, ſi facitis me arborem malam, non dicatis quòd expulſio dæmonum ſit opus bonum, quod impoſſibile. ex quo, vt vides, etiam hoc modo eſt ſyllogiſmus ineuitabilis.

Quarta ſententia.

Quarta opinio eſt Caietan. per opera non tantum miracula intelligens, quantum & reliqua virtutum, quæ ex eo mihi amplius placet, quia Chriſtus Dominus noſter firmat regulam quam ſuprà tradidi, hypocritas ſcilicet diſcernendos ex fructibus, ſcilicet ex operibus bonis, aut malis, vnde ſe ipſum etiam huic ſubmiſit regulæ, & ſui ipſius diſcuſſionem tradidit, non recuſans iudicium & ſeueriſſimam cenſuram, vndè Caiet. *Non eſt oblitus,* ait, *Doctor optimus doctrinæ ſuæ, docuit ſuperiùs miracula facere, & dæmones exire, poſſe conuenire etiam iniquis hominibus, ſed pro infallibili regula diſcernendi homines bonos à malis tradidit, à fructibus eorum cognoſcetis eos, quia non poteſt arbor bona,* &c. Hinc ait ſequens, *Nunc ex eadem doctrina conuincit Phariſæos ſui ipſius animum & fructus proprios diſcutiendos, diſcernendoſque proponens, iuxta connexionem nece[illegible]am inter qualitatem arboris, & qualitatem fructuum eius.* Quaſi dicat, diſcutite opera mea, quæ ſi diſcutiatis, non inuenietis niſi opera virtutum. ergo ſi hæc bona, & arbor bona, nam ſi hæc mala inueneritis, tunc diceris me eſſe malum. ergo tunc animus meus interior erit malus, & illum iudicare poteſtis malum, quando opera

Caiet.

2. *Opera virtutum vera ſigna ſanctitatis.*

3. *Chriſtus etiã ſe ſubijcere voluit huic regulæ.*

opera mea inoenietis mala. Ex quo tanquam ex coofequenti fit etiam euidens, vt expulſio dæmonis non potuit eſſe mala, quateous à Chriſto; nam iuncta erat eum operibus boois.

Hæc opinio, ioquam, mihi amplius placet, quia ad trutinam operum, & non miraculorum temirtit Domious noſter ſanctitatem ſuæ vitæ, quaſi nolens, vt ei eredatur, oiſi opera viderent virtutum, & quòd eadem ſe lege metiri velit, qua & ſuos dixerat, ex quo oon ſolùm doctrina, ſed exemplo firmat virtutes eſſe fundamentum, & iofallibilem regulam ſanctitatis, quod cùm ſit, ſequitur omnino errare eos qui aliter ſentiuot, & aut miracula, aut reuelationes admirantes ſine alio examine hominem aliquem dicunt ſanctum.

Progenies viperarum. Duo ioquiro.

4\. *Chriſtus cur ſic acriter reprehendit Phariſæos.* Chryſoſt.

Primum cur eoa reprehendit ſic acriter? Ad rem Chryſoſt. *Quia non pro ſe ipſo, ſed pro Spiritu ſancto facit ſermonem, ideo eos conuenienter increpat.* Zelans Chryſoſtomus ſanctus Chriſti patientiam, & humilitatem, quaſi diceret, ſi res contra ſe ipſum tantùm eſſet, forſitan taceret, aut non ſic increparet; at quia erat contra Spiritum ſanctum pro hac ſanctiſſima perſona excaodeſcens ex eius amore, ac zelo, ſic duriter increpauit, daos nobis formam, & omnibus ſuperioribus, vt in reprehenſionibus non ſolùm honorem, aut famam, ſed Dei ac proximi bonum xelare velint, & quod licitom Dei iniurias, non proprias viodicare, ex quo fit, vt nemo iracundus, aut impatiens ſuperior ſi fortè laceſſitus ex hac Chriſti acti reprehenſiooe ſe protegere poſſit, ſi non eodem xelo ac Chriſtus io reprehenſiooibus procedat.

5\. *Superiores quo ſine reprehendere debent ſubditos.*

Secundò inquiro; cur noo dixit: Quomodo poteſtis bona loqui cùm ſitis progenies viperarum, ſed *cùm ſitis mali?* Sanè reſpoodet idem Sanctus, *quia nihil hoc ad illud pertinet*, ipſi quia mali, noo loquebantur bona, non quia progenies viperarum; nam eiſi ex malis patribus, tamen boni eſſe poterant, ſed noo loquebantur bona, quia mali, & ſic eos appellat, vt ait Caiet. quia ex malitia, non ex paſſione loquuntur, aut ex ignorantia. *Conuincit eos, ait, quòd ex ſpiritu blaſphemiam, non ex ignorantia, non ex paſſione loquuntur, monſtrando quòd ex interna malitia loquuntur, non externa, ſed veluti congenita. Vnde non dicit: cùm habeatis patres malos, ſed cùm ſitis vos ipſi mali.* Ex quo documentum elicitur, non licere aliquem malum æſtimare ob alienas actiones patrum, aut propinquorum, ſed ex actionibus propriis, cùm nemo ſit malus, quia mali patris filius, ſed quia liberè ipſe eſt malus.

6\. *Nullus æſtimandus malus quia mali patris filius.*

7\. *Chriſtus cur Phariſæos appellauit progenies viperarum.* Idem.

At cur eos appellauit progenies viperarum. Nuoquid Abraham vipera? à quo ipſi? nil mious, ſed eo ſenſu eos dixit nunc progenies viperarum, quo alibi ſuperbiam eorum retundens, dum gloriabantur ſe patrem habere Abraham. *Vos ex patre diabolo eſtis*, ſic nunc. Vnde Chryſoſt. *Progenies autem viperarum dixit, quia in progenitoribus gloriabantur; vt ergo excluderet eorum ſuperbiam, ſeparauit eos à cognatione Abraham, attribuens eis progenitores ſimilium morum.* Ex quo intelliges parum de nomine Chriſtiano aliquem gloriari debere, ſi opera noo facit Chriſtiani, & apud Deum ooo filium inueniri Chriſti, ſed diaboli.

8\. *Chriſtianus non vt Chriſtianus operâs de nomine nō debet gloriari Chriſtiano.* Maldon.

Quomodo poteſtis? Optimè Maldonat. non negat abſolutè, multi enim mali bona loquuntur, ſed affirmat quod oaturale, quod commune, quod diuturnum, & vſu veoit.

Ex abundantia os loquitur. Eſt probatio prioris propoſitioois, ſcilicet malum noo poſſe bona loqui, & probat dupliciter, *primo* ex propriis & ex experientia. nam qui maluio, aut malignum poſſidet cor, oon promit verba, niſi maligna, ex quo demonſtrat ſe corda eorum cognoſcere, vt vult Chryſoſt. *Secundò* probat ex ſimilitudine theſauri boni, & mali. Io qua acutè obſeruat Caiet. cum theſauro malo appoſuiſſe hominem malum. oam homo bonus ex theſauro malo poteſt proferre booum, & è contrario, homo malus ex theſauro bono poteſt proferre malum. Qund vtinam non eſſet, cùm ſæpe ex theſauro bonorum operum proximi, malus ac malignus ſæpe malum elicit. Chryſoſt. Caiet.

Ex hac Saluatoris ſenteotia apertè colligitur talem eſſe alicuius vitam, qualia eius verba, ex quo fit quòd ſæculare habeat cor religioſus, etſi eum habitu religioſo, ſi verba eius ſunt ſæculi, ſicut è contra, religioſus erit ſæcularis ſic verba ſuot religioſa. *Iuſto Dei omnipotentis iudicio fit*, D. ait Gregor. lib. 11. moral. cap. 10. *vt in bono iam, nec linguam habeat, qui habere bonam vitam recuſat, quatenus cùm mens eius terrenarum rerum amore incenditur, de terrenis rebus ſemper loquetur, vnde in Euangelio Veritas dicit, ex abundantia cordis, &c.* 9.

Qualis vita, talia & verba. Gregor.

Secundò colligit Chryſoſtom. quòd qui mala loquitur, etſi ex verbis malus appareat, intus eſſe peiorem, & ſi Dei non adſit timor ex cogitationibus malis hominem fieri peſſimum, cùm ſine freno illis replens cor ad proſtitutam tandem deuenit malitiam. ex quo infertur illud documentum quod ſæpe alibi inculcauimus, quanta cura ponenda in frenandis cogitatiooibus malis. nam ſi hæc omoino oon abſciodantur, ruit omnis domus ſpiritualis ædificij. *Eſt autem natura conſequentia*, ait Chryſoſtom. *ſupereminentis nequitia verba per eos extrà effundi, multo enim ampliorem æſtimes nequitiam, quàm verba demonſtrant; contingit autem hoc decenter, lingua enim confuſa multoties non repentè effundit nequitiam, cor autem nullum hominum habens teſtem ſine timore quæcumque vult, parturit mala.* & ratio, *Dei enim non multa cura eſt ei*, non habet Dei timorem. Quid inde? vt omnis eius cogitatio ſemper intendatur ad malum, ex quo diluuium poſtea maiorum, de qua re ſæpe alibi.

Chryſoſt. 10. *Homo fit peſſimus ex cogitationibus malis.*

Dico autem vobis, quoniam omne verbum otioſum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. NVM. 36.

Ex verbis enim tuis iuſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. NVM. 37.

Senſus litteralis, & moralis.

QVoniam omne verbum otioſum, &c. Duo inquirenda, quid per verbum otioſum, quo iotellecto facilè deprehendetur ſecundum, oempe quo ſine hæc Chriſtus ſubiunxit; & quoad primum, 1. *Verbum otioſum quid.* Hilar. Chryſoſt.

Diuus Hilarius ioterpretatur verbum otioſum illud, quod eſt ineptuoi, & inutile. D. Chryſoſt. quod etiam ad calumniam vertitur; quem ſequuntur Euthym. & Theophylact. & licèt Maldon. non ſequatur, non diſplicet tamen. At veriſſima ſeotentia eſt Hieronymi, eiuſdem Chryſoſt. Baſilij, Ambroſ. Gregor. Bedæ, verbum otioſum appellari, Euthym. Theophyl. Maldon. Hieron. Chryſoſt. Baſil. Ambroſ. Gregor. Beda.

appellari, quod nullum aut audienti, aut dicenti vtilitatem affert. Vnde Gregor. hom. 6. in Euang. *Verbum otioſum eſt*, ait, *quod aut vtilitate rectitudinis, aut ratione iuſta neceſſitatis caret, quod ſcilicet ſine vtilitate & loquentis dicitur & audientis, vt ſi omiſſis ſerijs de rebus friuolis loquamur, & fabulas narremus antiquas.* Hæc verba appellat Gregor. otioſa, & audi nunc, quæ ſequuntur. *Cæterum qui ſcurrilia replicat, & cachinnis diſſoluit, & aliquid profert turpitudinis, hic non otioſi verbi, ſed criminoſi tenebitur reus.* Si ſeorſim Gregor. pro criminoſo verbo dat vanum, & ſcurrile replicatum, & cachinno diſſolutum, & non iunctum cum turpitudine, Deus bone, quis non criminoſus erit.

2. *Quo fine hæc Chriſtus dixit.*

Hoc ergo intellecto, planè intelligitur quo fine hæc Chriſtus adiunxit, argumentando ſcilicet à minori ad maius, voluit vt intelligerent quantum Deum offenderint blaſphemando, cùm in eius iudicium reddituri erant rationes adhuc de verbo otioſo, quanto magis de blaſphemo. & vt interim hoc dicam, ne nimis ſeuerus in hac re tibi Dei videatur iudicium; nam ſicut de verbo otioſo inquirit, vt eum caſtiget, ſic bonum verbum, vt eum præmiet, immo non ſolùm quis reddet rationem de verbis otioſis, ſed de cogitationibus, quod maius, vtpote fontes omnium iniquitatum, vt rectè Barrad. hîc.

Barrad. Remig.

3. *Verba vt iuſtificant hominem.* Caiet. Chryſoſt.

Ex verbis tuis iuſtificaberis. Optimè Remig. *ſi ex intimo corde, & deuota intentione ea proferat*, ex qua fient opera virtuoſa. Quod dixit, ait Caietan. non excludens examen operum, *ſed ne parua perdamus merita, aut demerita verborum*, quod iudicium expendens Chryſoſt. acutè ponderat non eſſe oneroſum, cùm quis non condemnabitur ex verbis, quæ alius dixit, ſed ex illis quæ ipſe homo. *Vide autem quòd non eſt oneroſum hoc iudicium, nam non ex quibus alius dixit de ſe, ſed ex quibus ipſe loquutus eſt, ſententias iudex ferat; non igitur accuſatos timere oportet, ſed accuſantes; non enim illi coguntur accuſare ſe pro his malis quæ audierunt, ſed pro his quæ malè dixerunt.* Duo & egregia moralia documenta.

4. *Hominum verba mala aut bona, laudis, aut vituperij, cur paruipendenda.*

Primum paruipendenda eſſe verba quæ contra nos dicuntur, cùm ante Dei conſpectum de iſtis non interrogabimur; parum ergo eſt ſi bene, aut malè de nobis loquatur, cùm ex aliorum verbis nec mali, nec boni ante Iudicis conſpectum erimus, quod non ſic apud homines, quia horum iudicium fallax pendet ſæpe ex verbis alienis, & tales ſumus, quales nos pingunt; vnde etſi mali, bonos nos æſtimabunt, ſi bona de nobis proferent, aut è contrario. Hinc ſi pacem veram conſequi velimus, verba nihilominus pendamus hominum, Dei tantum vero iudicio ſtemus.

Secundum documentum eſt, ante Dei conſpectum accuſatos timere non debere, ſed accuſantes, quia accuſati non ſe debent accuſare pro malis quæ audierunt, ſi culpabilem cauſam non dederunt, ſed de his ſe accuſare debent, quæ malè dixerunt, quæ ſine ratione, quæ temerariè, quæ tandem vanè, & meritò equidem ſtrictiſſimè de verbis ſumendum eſt iudicium, cùm, ſi rectè conſideres, eodem inſtrumento vitæ quod Deus ſibi dedit, & quo eum laudare debes, eodem illum offendis & pungis.

5. *Cur ſtrictum iudicium de verbis ſumendum.*

Enim verò ſic Iob 27. num. 2. *Viuit Deus*, ait, *qui abſtulit iudicium meum, qui ad amaritudinem adduxit animam meam, qui donec ſupereſt halitus in me, & ſpiritus Dei in naribus meis non loquentur labia mea iniquitatem, nec lingua mea meditabitur mendacium. Primum* pondero, quid ſit illud, auferre iudicium, & quo ſenſu illud dixerit Iob. Caiet. ſentit id eſſe quod Deus exerceat Iob longè à iudicio, hoc eſt, non iudicio, ſed extra iudicium, id eſt, non tanquam iudex examinando reum pro ſcelere aliquo, aut abſoluendo, aut condemnando, ſed tanquam pater probando illum propter multos fines ſuæ diuinæ prouidentiæ, etiam duriſſimè plectendo, & affligendo ſupra cæteros alios, alioquin peccatores, & vltra culpam, ſeu melius extra culpam, ſeu abſque culpa, quæ ſententia veriſſima eſt. hoc autem ſupponit, inquit Iob, quod etſi duriſſimè eum Deus tractauerit, ipſum vnquam locuturum malè, & iniquitatem, hoc eſt, vt ait Nicetas, *quamuis cruciatus, & pœna producantur, quamuis acerbiora ſint mihi perferenda, nihil tamen abſurdi, nihil à dignitate Dei alienum iure me loquuturum, aut animo cogitandum vſque ad extremum ſpiritum peccato repugnaturum.* Hæc acceptio vera eſt, ſed non omnino quieſco. nam vellem, vt ratio mihi daretur aliqua cur affirmat Iob ſic abſolutè, & cum atteſtatione nunquam locuturum iniquitatem, nec mendacium, nec verbis Deum offenſurum, donec halitus in illo erit, & ſpiritus Dei in naribus eius, ſanè poterat & breuiùs dicere, donec vixero, ſanè in æternum non loquar; at cur ſic appoſitè, *donec ſupereſt halitus in me?* Sanè mea ſententia halitum, & ſpiritum nominauit quo homo viuit, & à Deo illum recipit, vt viuat; vt ſignificaret quanta eſſet impietas, vt eodem ſpiritu & halitu quo ex beneficentia Dei viuebat, eodem Deum offenderet; & inſtrumentum quod Deus illi conceſſerat ad vitam, ipſum aſſumeret ad peccandum, & ex ipſo beneficio ſumeret anſam ad Deum offendendum. En amice tota ratio impietatis, vt ſic dicam, verborum otioſorum; nam cùm hæc ſint peccata, etſi venialia, tamen Deum offendunt, impium, vt ſic dicam, ſuo modo eſt, vt eodem halitu vtamur ad ea proferenda Deo offendendo, quo ex liberalitate, & Dei beneficio vtimur, ad vitam ducendam. Hinc quando aliæ deeſſent rationes, ob hæc ſolum à verbis nos abſtinere deberemus otioſis.

Caiet.

6. *Deus abſque culpa affligit hominem & duriſſimè aliquando.*

Nicetas.

7. *Quanta ſit impietas verbis Deum offendere.*

Tunc reſponderunt ei quidam de Scribis, & Phariſæis, dicentes: Magiſter volumus à te ſignum videre. NVM. 38.

Qui reſpondens ait illis: Generatio mala & adultera ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ Prophetæ. NVM. 39.

Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus; ſic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus. NVM. 40.

Senſus litteralis, & moralis.

TVnc *reſponderunt ei*, &c. Refutata blaſphemia, & omnino ex reſponſione conuictis, & aliam ſuboriuntur tentationem contra Dei omnipotentiam, *tentantes*, vt ait Luc. c. 11. n. 16. *ſignum de cœlo quærentes ab eo*, in quo illud prorſus eſt admirabile, ac ſtupendum, quo modo quando homo ſemel paſſioni, aut inuidiæ, aut maleuolentiæ, ſiue odij ſe dat, aut alterius cuiuſque vitij obduratur, & ex medicina, aut pharmaco dolentiùs ſe habet, immo ad

1\. *Cor durū ex argumentis amplius obduratur.* ad mortem ducitur. En iſti peſſimi quando ex conuictione ſe meliorari deberent, ac proficere peiores effecti, vt non obligarentur ad credendum, alia excogitarunt argumenta, tentantes, petentes de cœlo ſigna, quaſi non futurus Deus ſi è cœlo ſigna dare non poſſet, ſicut dabat in terra. Quod excellenter adnotans Chryſoſt. ſic ait. *Quia Dominus ſuperiùs multoties verbis inuerecundam Phariſæorum obſtruxerat linguam, rurſus ad opera veniunt, quod admirans Euangeliſta dicit; Tunc reſponderunt, tunc ſcilicet, cùm flecti oportebat, cùm admirari, cùm obſtupeſcere, ſed tunc à malitia non deſiſtunt, dicunt enim, volumus.* obſtinatiores facti ex conuictione, vnde contra ipſummet eorum ſenſum & rationem conſurgentes, contra ſe ipſos arguentes refugiunt velle credere, omnibus modis noua procurantes argumenta, vt ſic excuſati fierent à credendo. Quorſum hæc? vt documentum elicias, ſi fortè ſimile aliquid tibi occurrerit, ne defatigeris pertinaci perſuadere, aut tuam innocentiam, aut alterius: nam etſi miracula multiplicaueris, veluti ſtellæ è

2\. *Contra obduratos non diſputandum.* cœlo, non credent, & noua ſemper inuenient argumenta. *Quæ audiſti à me*, ait Paul. 2. ad Timoth. cap. 1. num. 2. *hæc commenda fidelibus hominibus.* In quo loco Chryſoſt. *fidelibus*, inquit, *non rationes, non ratiocinationes ſequentibus fidelibus, qui prædicationis non prodent gratiam.* Egregiè; illis perſuadere bonum debemus, qui arguere nolunt, qui veritatem inquirunt, vt eam ſciant, & non ad eam arguendam, & vt eam mendacium faciant, ſed vt credant, quia ſi aliàs, ſine dubio margaritas projiciemus ante porcos, eaſque conculcabunt, non ſecus ac Phariſæi iſti, qui dum conuicti ſe conuertere debuiſſent, de nouo ad nouam confugiunt tentationē, in quo peccabant multipliciter, vt rectè Salmet.

Salmer.

3\. *Quantum peccabant Phariſæi ſignum petendo.* *Primò* petendo ſignum ſuperfluum, cùm tot cernerent, & tam manifeſta. *Secundò* peccabant, quia illud petebant vt Chriſtum confunderent. quæ interrogatio facta fuit, vt ait Lucas, *turbis concurrentibus.* Sicut & reſponſio, cuius rationem ſi inquiras, aptiſſimam reddit Salmer. quia doct nam hanc de non petendis ſignis tanquam vtiliſſimam voluit Dominus omnibus eſſe communicatam, & turbam in aliorum capitibus addiſcere, Deum non eſſe tentandum.

4\. *Superbi inſani ſicut inuidi.* *Magiſter, volumus.* Verè ſuperbia obcæcat hominem, verè inuidia inſanum eum reddit. Paulo ante homines fecerunt Chriſtum diabolicum, & nunc eum appellat Magiſtrum. Si diabolus, vnde magiſter? quaſi ab eo doctrinam accipere vellent, aut accepiſſent. Si autem magiſter, vnde diabolus? *verba eorum adulatione, & ironia ſunt plena*, ait Chryſoſt. (Chryſoſt.) *& priùs quidem conuitiabantur, dæmoniacum eum dicentes; nunc autem adulantes vocant eum magiſtrum.* & inſuper vocando magiſtrum frontosè dicunt, *volumus*, cùm boni diſcipuli non ſit, vt bene Salm. (Salmer.) *dicere volo, vel petere ſignum*, aut magiſtri illud dare,

5\. *Boni diſcipuli officium.* ſed docere; nam, vt ipſe ait, *inſignis eſt inſipientiæ ſigna præferre rationi.* At cur dicunt, *volumus videre.* Quid nunquid multa non viderunt? Sanè. Sed videntes non viderunt, quia non ad credendum illa petebant, ſed ad malignandum, ſicut Herodes ad curioſitatem; ideo ſignum non eſt dandum eis, niſi ſignum Ionæ, vt mox dicemus ad maiorem eorum condemnationem. Quod ſi ad praxim reducere

6\. *Cur ex prædicatione aliqui non conuertantur.* velis, ad eos qui verbum Dei audiunt, & non conuertuntur, & audiunt ac ſi non audiſſent, ob quod nec intelligunt, quia ad ſermonem accedunt, non vt conuertantur, ſed vt delectentur ad curioſitatem, non ad emendationem. Hinc in iudicium ſit eis prædicatio ad condemnationem, non ad ſaluationem.

7\. *Quale ſignū à Chriſto petebant.* At quale ſignum ab eo petebant? ſanè è cœlo, vt ait Lucas, vt Moyſes Manna, *Exod.* 16. Ioſue qui ſtare fecit ſolem, *Ioſ.* 10. Samuel qui micare tonitrua, 1. *Reg.* 12. Iſaias qui Achas obtulit ſignum de cœlo, *Iſai.* 7. Elias, qui ignem de cœlo deſcendere fecit, 4. *Reg.* 1. & ad Ezechiæ poſtulationem retrocedere ſolem, *Iſai.* 31. & ſimilia, vt ait Hieronymus. (Hieron.) At quid nunquid iſti, ob hoc dij, aut aliquis eorum Meſſias? Hinc vnde pro Meſſia Chriſtum habuiſſent, ſi ſimilia faceret, immo contrà arguerent. nam ſi non Meſſias Moyſes tanta ac talia ſigna præſtans, cur illum pro Meſſia habere debuiſſent.

8\. *Quàm inanis tam petitio.* Sed pondero inanitatem petitionis. *Primò*, quia ex ſe ſigna fidem non præſtant, ſine ſignis poteſt eſſe fides, latro credidit ſine ſignis. Samaritana ſine ſignis. *Secundò* ſigna in ſole, luna, & alia huiuſmodi omnia ſubiecta eſſe poſſunt mendacio, & arte fieri diabolica. *Tertiò* ſigna etiam falſi Prophetæ facere poſſunt, vt Magi Pharaonis. ergo quando bene Chriſtus talia ſigna eis dediſſent, vnde colligere poterant abſolutè ex ſignis ipſum eſſe Meſſiam.

9\. *Miracula cū virtutibus moraliter vera, & impoſſibile vt ſint falſa.* Dixi *abſolutè*, ex ſignis; nam ſi hæc cum vita ſancta & virtutibus heroicis iungantur, puto, moraliter loquendo, eſſe ſigna, immo moraliter, impoſſibile vt ſint falſa, & à dæmone quando cum virtutibus. Quapropter æſtimo neceſſarium hìc vnum aduertere, ſic vt omnino iſti confundantur, ſic etiam vt firma teneatur regula cre-

10\. *Miraculorum aut reuelationum examen nūquam verum exiſtimari poteſt, non prænio examine vitæ.* dendi, in examinatione aut miraculorum, aut reuelationum, & fauorum ſupernaturalium alicuius perſonæ, quod nullo modo poteſt ſumi iudicatio harum rerum ex ipſis abſolutè, ſi prius non conſtet de ſanctitate vitæ. nam etſi omnia interueniant quæ neceſſaria ad vnam, v.g. reuelationem probandam, vt nil contineat contra fidem, ſit conformis regulis, ſanctum nullum contineat impoſſibile; bona ſuadeat, & det documenta, omnia poſſunt eſſe falſa, & ex diabolo, non conſtando de vitæ ſanctitate, & virtutibus, nam ad decipiendum poteſt diabolus illa fingere, non ſic autem quando cum virtutibus & vitæ ſanctitate. nam, moraliter loquendo, illud impoſſibile (loquor de illuſione actiua, non paſſiua. nam hæc & Sancti patiuntur, ſed de illuſione actiua, quatenus ipſa perſona cum diabolo fungitur ad decipiendum & miracula fingenda,) de hac, inquam, quod eſt impoſſibile. Vnde ſi miracula, aut reuelationes adſint, non poſſibile vt ſit illuſio actiua, & difficillimè vt non ſint vera miracula, & veræ reuelationes, ſi cum virtutibus, vt infrà probabo. Quapropter in hac re, & in iudicio harum, ſiue reuelationum, ſiue miraculorum, non eſt agen-

11\. *In diſcuſſione miraculorum & reuelationum non attendendam impoſſibili metaphyſico, ſed morali.* dum de poſſibili, metaphyſicè, nam vt ſic nil erit impoſſibile, vt ſit falſum, quantumuis bonum appareat, ſed de impoſſibili morali & Catholico, vt ſic dicam, ſecundùm quod iudicanda res erit.

Probo dictum, ſignum veræ ſanctitatis, vt ſæpe diximus, ſunt virtutes, ſicut ex Euangelio conſtat, iuxta quæ ſuperiùs diximus in illa verba, *ex fructibus eorum cognoſcetis eos.* Cui regulæ

12\. *Regula virtutum infallibilis, qua & quibus conditionibus intelligi debeat ad hoc vt veram à falſa diſcernant ſanctitatem.* iuxta ea, quæ ibi ex Abulenſ. adduximus, ſi duo adiungantur, faciunt ſignum infallibile; nempe vt non ſit vna virtus, nam vnam fingere poteſt hypocrita, ſed multæ, ſed omnes. & *ſecundum* vt ſint virtutes per longum tempus exercitæ. nam per parum etiam hypocrita poteſt illa fingere. vbi ergo ſunt virtutes, & hoc per longum tempus ſit regula infallibilis indicatiua veræ ſanctitatis.

Nam cùm regula ſit euangelica,& à Chriſto data, vt Deo ſe obſtrinxit, vnquam permiſſurus, vt hypocrita omnes virtutes ſimul fingere poſſit, & hoc ad multum tempus; nam alioquin corrueret prorſus euangelica regula, & non haberemus vnde cognoſcere poſſemus veram ſanctitatem,& à falſa eam diſtinguere;hoc ergo conſtante ſequitur euidenter, impoſſibile eſſe moraliter, vt quando virtutes adſunt diuturnæ, vt miracula non ſint vera facta ab homine ſancto, & difficile admodum,vt reuelationes non ſint veræ, vt perſona non ſit ſancta, vt actiuè ſit illuſa, & velit illudere.

Immo addo: poſt factam diligentem inquiſitionem vitæ, poſt repertas diuturnas virtutes, ſi reuelatio aliàs in ſe non contineat aliquid falſitatis, teneri confeſſarium, aut Magiſtrum credere illam reuelationem (probabiliter tamen,non abſolutè. nam nulla poteſt eſſe certitudo, non præuio examine & approbatione Eccleſiæ ſanctiſſimæ, quod eſt dicere credere fide humana, non diuina,) ita vt peccet ſi non credat, æſtimando illuſionem eſſe actiuam, & malè ſuſpicando de perſona; aut eſſe illuſionem paſſiuam, ſi omnes adſint circunſtantiæ veræ reuelationis,

Torres.

de quibus vide Torres *in 2.2.D.Thomæ.q.95 art.6. diſp.16.de ecſtaſ.diuin.* Nam in hoc facto ipſe non eſt liber ad credendum, & non credendum, cùm ſit iudex, vnde iuxta allegata & probata debet proferre ſententiam,& in opinione probabili tenetur opinionem ſequi pœnitentis,quod dixerim ſtando in rigore,& in credulitate ſpeculatiua, non practica. Ex quo ſit omnibus bene penſatis, vt ſigna vt ſic,& eſſe non ſint certiſſima,& infallibilia argumenta ſanctitati ;at quia iſti perfidi recuſabant fidem habere in Chriſtum,nolebant opera, & virtutes eius diuinas attendere cum ſignis, ſed vt vani & homines futiles non ad veritatem inquirendam,ſed cauillandum ſigna petebant.

Chryſoſt.

13. *Chriſtus quando adulabatur acriter reſpondebat.*

Generatio mala & adultera, &c. Pulchrè Chryſoſt. adnotat Chriſtum Dominum quando conuitiabatur manſuetè reſpondiſſe, vt quando Samaritanum eum appellarunt, quando dæmonium habere,& inſanire;at verò duriſſimè quando adulabatur,vti hic & alibi, *Quid me tentatis hypocritæ?* & ratio vt ſe ſuperiorem his omnibus demonſtraret, ait Sanctus. *Et quidem cùm ei conuitiabantur, manſuetè eis reſpondebat; cum autem adulabantur,contumelioſè, demonſtrans quòd vtraque paſſione erat ſuperior, & neque conuitijs in iram deducitur, neque ab adulatione mollitur.* Plenum ex hoc nobis dans exemplum quomodo neque frangi ex triſtibus debemus, nec eleuari ex mollibus, & quod Deo quodammodo plus ſit infenſa adulatio,quàm blaſphemia, cùm quando contra Spiritum ſanctum blaſphemarunt, & contra ipſum, putantes ex ſpiritu malo diabolum fugare, etſi rationibus conuicit, reprehenſionem acrem non adiecit, vti hîc quando ei adularunt, quaſi amplius hoc perſentiens quàm illud. Ex quo percipere potes

14. *Deo adulatio plus infenſa quàm blaſphemia & cur.*

quantum Deo ſit infeſta adulatio, & ſimul infenſi adulatores, nam verè iſti hominem dementant, perdunt, & in ſummam procedunt idololatriam, vt ſic dicam.

15. *Adulatio & adulatores peſſima res.*

Cornel.

Enimverò Dan.3.n.1. *Nabuchodonoſor Rex*, ait Scriptura, *fecit ſtatuam auream altitudine cubitorum ſex*, &c. Pendo vnde iſti talis excogitatio talis ſtatuæ? Sanè ex adulatione curialium; audierunt, vt ait Cornel. Danielem feciſſe Regem caput aureum, ſuprà cap. 2. num. 39. *tu es caput aureum.* Quid ergo illi? Ne minores eſſent Danieli, dederunt regi & totum corpus aureum ex adulatione contra veritatem. Quid inde? vt dementatus vellet adorari, & pro Deo haberi; vnde tanta inſania? ex adulatione. Hinc veriſſimè de iſtis Philo Carpathius *in Cant.* talium vitam teterrimam appellat peſtem. *Teterrima peſtis vrbium aſſentatorum vita, tabificus morbus eorum conſuetudo adoleſcentibus, domibus ruina, monaſterijs euerſio, Chriſtianæ religionis extrema calamitas, omniumque malorum ſeminarium,& origo.* Quod totum experiretur potes in facto ſtatuæ erectionis, dum & Regem infecit peſte idololatriæ, adoleſcentes interficere intentauit,domum totam ſanctam Danielis euertere;vt videas quàm aptiſſimè contra talem peſtem Chriſtus inſurgit duriter, & acriter hos peruerſus pungens,& reprehendens.

16. *Nabuchodonoſor cur fecit ſtatuam auream.*

Philo Carp.

17. *Adulatores peſſimi effectus.*

18. *Cur Chriſtus hos appellans generatio mala.*

At cur eos appellat generationem malam, & adulteram? Generatio enim ſignificat vnum genus hominum habentium vnum genus vitæ vel bonum,vel malum,vt Pſalm. 111. *Generatio rectorum benedicetur*,& Pſalm.77.*Generatio quæ non direxit cor ſuum, & non eſt creditus cum Deo ſpiritus eius.* Hanc autem appellat malam, & adulteram. Malam, vt ait Caietan. *quia mala ſecundùm voluntatem,adultera,hoc eſt, falſa ſecundum intellectum, verum Meſſiam non cognoſcens,vero ſponſo non adhærens, etiam & ſecundùm originem mala & adultera, quia imitabatur malos & adulteros patres, qui occiderunt Prophetas, qui fornicati ſunt cum idolis,* vnico tractu omnes ſimul rationes comprehendens quas ad longum alij adducunt.

19. *Generatio quid.*

20. *Nobilitas ſanguinis quàm parum apud Deum.*

Sed hîc duo pendo. *Primum*,quàm parum apud Deum ratio ſit ſanguinis & proſapiæ, ſi abſque virtute, cùm hæ apud Deum ſint in pretio, & nobilem,immo nobiliſſimum apud Deum conſtituunt hominem;econtra verò,licèt vilis ſit homo, tamen pro filio eum æſtimare,ac patrem ſuum dici non recuſat.Quod obſeruauit Chryſoſt.*hom.20. in cap.6.* huius Euangeliſtæ,explicans verbum *Pater. Miram Regis cum paupere æqualitatem honoris oſtendit. Quid enim noxæ de terrena ignobilitate metuendum eſt, quando cœleſti omnes nobilitate coniungimur,cunctis enim vnam,eandemque nobilitatem donauit Deus,cùm dignatus eſt omnium pater vocari.*Immo, ne memoria excidat, adnoto, Dominum hos vocaſſe generationem malam,& adulteram,& tamen Auſtri reginam,quæ,vt vult Ioſephus lib.9.antiq. c.6. *Nicaula* vocabatur, non proprio nomine, ſed regio nuncupaſſe; cur cùm Ethnica, & Gentilis? Sanè ex opere virtutis, quod D.Paulin. vult, non tantùm fuiſſe, quia à finibus terræ venit, ſapientiam audire Salomonis, quantum à Deo illuſtrata in gloria Salomonis Chriſti gloriam ſpectauit, & excelſas Meſſiæ virtutes. *De Iudæis adulteris*, ait Paulin. *iudicandis, ipſius ore iudicis digna cenſetur, quia Chriſtum in Salomone mirata; verùm Regina cœleſtis affectum in imagine myſtica Eccleſiæ præuidentis impleuerat.* Vnde etſi Gentilis nomen ob hoc virtutis opus amplius in pretio nobilitatis,ſeu amplius nobilis coram Deo apparuit, quàm ipſi Hebræi, quia virtus eſt, quæ nobilitatem apud Deum,non proſapia dat.

Chryſoſt.

21. *Auſtri regina quomodo vocabatur.*

Ioſeph.

22. *Cur nomine regina inſignita, & non proprio.*

Paulin.

Secundò pendo radicem Chriſti excandeſcentiæ ex appellatione *adultera*,nam non ob ſe ſic excanduit,ſed ob honorem ſui genitoris,ob zelum æterni parentis, quem iſti ſæpe reliquerunt ad idola ſe conuertentes, vnde Chryſoſt. hoc pendens ſic ait: *Quod autem dicit tale eſt, quid mirum ſi hoc in me facitis,qui ignotus ſum vobis,cùm in Patrem meum,*

23. *Chriſtus quantum excanduit pro patre.*

Chryſoſt.

à

à quo tanta accepiſtis, hoc idem feciſtis derelicto eo ad dæmones currentes, vt attendas zelum Chriſti nunquam pro ſe, ſemper pro perſonis illis diuinis, aut Spiritu ſancto, aut æterno Patre, cuius ipſe digniſſimus filius.

24. *Cur Chriſtus ſignum iſtis dare noluit.* Ianſen. Salmer.

Et ſignum non dabitur ei. Vt enim conſtat ex Luca, ſignum iſti petebant de cœlo, quod Dominus noluit eis dare; at cur? Ianſen. quia ſufficientia ſigna ſi vellent viderunt, ad quid ſuperflua? *Secundò*, quia non ex affectu credendi, ſed tentandi. *Tertiò* Salmer. quia Dominus ſigna quæ tantùm poteſtatem indicabant, non ſimul vtilitatem, pauca dabant, vt ambulare ſuper aquam, areſacere ficulneam, & ſimilia. At verò quæ cum poteſtate amorem erga nos indicabant, hæc frequenter edebat; optima doctrina, tum ad vera miracula dignoſcenda, tum ad amorem Chriſti indicandum.

25. *Cur ſemper ſignum dedit mortis & reſurrectionis.* Ianſen. Salmer. Abulenſ.

Adnotat Ianſen. & rectè, tribus vicibus poſtulatum Dominum de ſignis, nullum aliud dediſſe, niſi ſuæ mortis & reſurrectionis, vt Ioan. 2. num. 9. *Quod ſignum oſtendis nobis? ſoluite templum hoc.* hîc & infra *cap.* 16. cur hoc? Salmer. ex Abulenſ. optimas dat rationes, cur ſcilicet ſemper ſuæ mortis & reſurrectionis ſignum iſtis Chriſtus dedit, & non aliud. *Primò*, quia dando eis tale ſignum ſuæ reſurrectionis & mortis, tacitè eis inſinuabat, quòd ſciret eorum animum dandi ipſi mortem, ac ſic reuelando cogitationes amplius confunderetur. *Secundò*, quia nullum ſignum maius ſuæ omnipotentiæ, quàm propria poteſtate ſurgere à mortuis. *Tertiò*, quia erat ſignum legitimum, & accommodatum quo poſſent conuerti ſi vellent amplius quàm ex aliis. Quia, vt ait Salmer. *traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram, mortuuſque facit filios gratia, ſuſcitatus verò filios gloria & immortalitatis. Quartò* tandem, quia etſi multa alia ſigna ante mortẽ edidiſſet, illa tamen ſine ſigno mortis, & reſurrectionis nil valebant, neque nobis ad ſalutem efficacia erant. ob quod mors & reſurrectio fuerunt, veluti ſigilla omnium ſignorum ex ſe ſufficientia ad omnem fidem; ideo tanquam principaliora ſemper incredulis iſtis & infidelibus ſignum dedit ſuæ reſurrectionis, ac mortis, vti hîc & alibi, vt diximus.

26. *Quomodo iſtis dedit & non dedit ſignum.*

Ex dictis ſoluta manet omnino illa quæſtio ſic prolixè agitata ab expoſitoribus, quomodo ſcilicet poteſt ſtare, vt dicat Dominus, nullum ſignum daturum, cùm poſtea & multa edidit, & dedit? Ad quam quæſtionem varij varia, quæ piget referre, cùm ex dictis ſenſus clarus & apertus; iſti enim malitioſè & vafrè ad arguendum ſignum petebant de cœlo; at Dominus nullum tale ſignum voluit eis præbere, neque vnquam præbuit, quale ſcilicet illi petebant. Attamen, vt omnino eſſent inexcuſabiles ſi non crederent, neque poſſent allegare ſe non crediidiſſe, quia poſtulantibus ſignum ad credendum non illis dedit: futurum ſignum, prædixit ſe eis daturum, mortis ſcilicet, & reſurrectionis ſuæ in figura Ionæ obumbratæ, vt ſic omnino inexcuſabilis eſſent, ſi non crederent, vt vult Euthym. Theophylact. & Barrad. & ſimul duriſſimam eorum obſtinationem prædicens dum non eſſent credituri, duriores quàm Niniuitæ, vt dicemus, quod equidem breuibus dixit Caiet. *Intendit*, ait, *Ieſus aperire Iudæis, quòd non vult ſatisfacere tentationi eorum, ſed dare eis ſignum, & verè ſignum futuræ eorum ruinæ, propter eorum obſtinationem.*

Euthym. Theophyl. Barrad. Caiet.

27. *Ionas quomodo fuit ſignũ deſtructionis Iudæorum.*

At dices: quomodo ſignum Ionæ fuit ruinæ Iudæorum? Sanè perquam clarum. Nam Ionas dixit: *Adhuc 40. dies & Niniue ſubuertetur*; ſanè ſi non crediſſent prædicationi Ionæ, ſubuerſi eſſent: at quia crediderunt, ſaluati. Quid ergo? hoc idem ſignum datum eſt Iudæis, quod in veritate ſignificabat Chriſti prædicationem ſecundùm officium, mortem, & reſurrectionem, ſecundùm factum. Et quia iſti non ſicut Niniuitæ credere voluerunt poſt quadraginta annos, vt bene adnotat Salmer. ſubuerſa eſt vrbs eorum. vnde Chryſoſt. *& propter hoc*, ait, *& ſignum hoc vocat, & figuram in medium adducit, vt credatur.* ex quibus altiſſima Dei ſapientia elucet. Et quomodo quando homo cum illa vult ſe componere, nullo modo iuſtificatus exibit; en iſti putantes omnimodè ſe Chriſtum conuicturos petentes de cœlo ſignum. Nam ſi dabat, arguerent, probando non exinde eſſe Meſſiam, quia & Moſes & Elias ſigna etiam dederant de cœlo, ſi non dabat, impotentiæ conuincerent. At quid Chriſtus ſapientia diuina? non dat ſignum quod petebant, ne anſam ſumerent arguendi, & dat alias tale ac tantum ſignum ex Scripturis. Ex quo omnino infallibile, vt omnino inexcuſabiles forent ſi non crederent, & amplius peccatores euaderent ex argutia; ſic aſtutia humana ſemper deluditur ab altiſſima ſapientia diuina, ſic nunquam iuſtificabitur homo compoſitus Deo.

Salmer. Chryſoſt.

28. *Homo Deo compoſitus nunquam iuſtificatus egreditur.*

Niſi ſignum Ionæ Prophetæ. Explicatiùs hoc Luc. 11. num. 30. *Nam*, ait, *ſicut fuit Ionas ſignum Niniuitis, ita erit filius hominis generationi iſti.* At optimè adnotant authores, nullum ex Euangeliſtis integrè referre ſignum Ionæ. Nam Lucas tantùm refert quod attinet ad officium, Matthæus quoad mortem, & reſurrectionem, cùm etiam multa alia in illo ſigno conueniant, vt obſeruat Ianſen. videlicet quòd ſicut Ionas ſponte ſe tradidit morti ad ſedandam tempeſtatem; ſic Chriſtus vltrò ſe tradidit morti pro placanda Patris ira. *Secundò*, quia ſicut Ionas relictis Iudæis ad prædicandum Niniuitis ſe tranſtulit, ſic Chriſtus poſt reſurrectionem per Apoſtolos ad Gentes ſe conuertit: attamen licèt hoc ſit, tamen Euangeliſtæ ex illo quod principalius ſignificabat, & ad quod datum ſumpſerunt, quod explicans Euthym. ſic ait apud Luc. *Quod autem ille fuit ſignum apud Niniuitas, hoc eſt res nunquam audita, quòd ſupernaturaliter è ventre ceti tertio die liberaretur; ita hic erit ſignum apud generationem infidelium Iudæorum, ſiue res inaudita, quod ſupernaturaliter è ventre terræ tertio die ſurrexit. Sed Niniuitæ ſanè crediderunt audita nouitate, ac obedierunt his, quæ Ionas prædicauit; hi verò non crediderunt, ideo quoque illi condemnabunt iſtos, ſicut paulo pòſt manifeſtabitur.*

Ianſen. Euthym.

29. *Quid intelligatur in corde terræ.*

In corde terræ Hebraiſmus, pro eo quod eſt, in imo terræ, ſeu in ima terræ. At quid per hoc? Euthym. Chryſoſt. Interl. Bed. Abulenſ. Hug. Cardin. ſanct. Thom. 3 *part. quæſt.* 51. *art.* 4. ſepulchrum intelligunt *in corde terræ*. ita Chryſoſt. *dicit Dominus, vt ſepulchrum denotet, & nemo apparentiam fuiſſe ſuſpicatur.* E contra verò Hieronymus, Tertullian. Ambroſ. Irenæus *lib.* 1. *cap.* 31. Niſſenus *orat.* 1. *de reſurrect.* Cyprian. *lib.* 2. *aduerſus Iudæos*, quos ſequuntur Caietan. Maldonat. Barrad. & alij pro corde terræ infernum, & limbum ſignificare affirmant: vtraque expoſitio bona, ſed prima amplius litteralis ſecundùm ſubiectam materiam, cùm ſignum Ionæ non ſic fuit ad denotandũ deſcenſionẽ ad inferos, quantũ ad Chriſti mortẽ & ſepulturam,

Euthym. Chryſoſt. Interl. Beda. Abulenſ. Hugo. S Thom. Hieron. Tertull. Ambroſ. Irenæus. Niſſen. Cyprian. Caiet. Maldon. Barrad.

Ss 2

ram, quod patet ex ipſis verbis Domini quando dixit, *ſicut fuit Ionas in ventre ceti*, quod propriè ſepulturam ſignificat, ac per conſequens eius veram mortem, quod tunc intendebat.

30. *Quomodo verum Chriſtū tribus noctibus & diebus extitiſſe in ſepulchro.* Ianſen. Caiet. Salmer.

Tribus diebus, & tribus noctibus. Fusè quæſtionem hîc tractāt expoſitores. Quomodo Chriſtus tribus diebus, & tribus noctibus fuit in ſepulchro, cùm non plus in illo extitit, quàm per horas quadraginta? Breuiter cum Ianſen. Caiet. Salm. & cæteris Synecdochicè ſunt intelligendi dies, accipiendo partem pro toto, cùm in illo fuerit vno die integro, & duorum dierum aliqua parte, quod & de noctibus affirmandum, iuxta varias acceptiones noctium apud Iudæos, de qua re infrà ſuo loco diſcurremus, Deo fauente. Nunc autem ſolum placet adnotare quod eleganter adnotat Euthym. cur ſcilicet cùm dixiſſet Dominus tribus diebus, & tribus noctibus futurus in ſepulchro, poſtea non ſic, ſed partes trium dierum, & noctium, qui ſic reſpondit. *Nam quod citius quam ſit conſtitutum efficitur, potentia eſt, quod autem tardius, imbecillitatis. Etenim Rex quoque qui ad certum diem beneficium quibuſdam conferre promiſit, ſi ante ſtatutum diem beneficium eis conferat, non ſolùm promiſſum complevit, ſed & aliam gratiam velocitatis addidit.* Egregiè.

Euthym.

31. *Chriſti amor in acceleratione reſurrectionis.*

Sic amans cor erat Chriſti, ſic æſtuabat, vt ſuos ſolaretur, vt ſi per tres dies, & noctes in corde terræ erat futurus, admirabili conſilio, ac diuina prouidentia ſic ordinem rerum texit, ſic moram temperauit, vt veriſſimè tribus noctibus, ac diebus in ſepulchro iacens tempus abbreuiauerit, vt ſuos conſolaretur mœſtiſſimos Apoſtolos. Quod eleganter etiam dixit ſanctus Leo *ſerm. de reſurrect.* ſic dicens *Vnde ne turbatos diſcipulorum animos longa mæſtitudo cruciaret, denuntiatam tridui moram, tam mira celeritate breuiauit. vt dum ad integrum ſecundum diem pars prima nouiſſimi, & pars tertij prima concurrit, & aliquantum temporis ſpatio decideret, & nihil dierum numerò deperiret.*

S. Leo.

Nvm. 41. Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione iſta, & condemnabunt eam, quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ, & ecce plus quàm Ionas hic.

Nvm. 42. Regina Auſtri ſurget in iudicio cum generatione iſta, & condemnabit eam, quia venit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis, & ecce plus quàm Salomon hic.

Senſus litteralis, & moralis.

1. *Chriſtus cur hæc dixit.*

Viri Niniuitæ. Cur hæc adiecit, explicat ſic Chryſoſt. *Ne aliquis exiſtimaret, quòd talia deinceps futura eſſent in Iudæis, qualia Niniuitis contigerant, vt ſicut Ionas illos conuerterit, & ciuitas ſuis à periculo liberata, ita iſti poſt reſurrectionem conuerterentur, Dominus nunc totum contrarium oſtendit. Quoniam ſcilicet per beneficium paſſionis nullum fructum perceperunt, ſed & grauia paſſuri erant, vt hîc oſtendit per comparationem Niniuitarum.* Ex qua Chriſti cognitione placet etiam

2. *Ex miſericordia ſignum eis non dedit.*

eruere cauſam aliam, quare ſignum dare eis noluit, nempe ne multiplicatis ſignis & credendi rationibus ampliori fierent pœna digni, cùm ipſi non peterent ſigna vt crederent, ſicut diximus, ſed vt oppugnarent. Vis hoc euidenter cognoſcere, attende ad verba Concilij, & aſpicies, *Quid facimus?* dicunt, *quia hic homo multa ſigna facit*, Ioan. 11. n. 47. & cap. 12. n. 37. ait Apoſtolus. *Et cùm tanta ſigna feciſſet coram eis, non credebant in eum.* Ergo ſigna petebant ex maleuolentia, & non ad fidem. Quid ergo piiſſimus Dominus, quia eos conuertere non poterat ex eorum malitia, licèt peccatores, & inimici ſaltem, voluit eis pœnam augere. Et ſic à ſignis ſe abſtinuit, quæ petebant, quod vſu euenire quotidie experimur, & præcipuè cum illis, qui ordinariè diuinis reſiſtunt inſpirationibus ab illis ſe Deum abſtinere, ne maiores ſuſtineant in inferno mali pœnas. *Curauimus Babylonem, & non eſt ſanata, derelinquamus eam*, Hier. 51. n. 9. Quid hoc? Origen. *hom. 2. in Hier.* impœnitentiam animæ, & reſiſtentiam inſpirationibus diuinis affirmat ſignificare, facit enim hanc vocem Angelorum animam ex mandato Dei ſatagentium curare, qua non curata, *oſtendunt*, ait Origen. *non defuiſſe ob ſcientia curationem, neque per vim reſina, ſed per animam, qua præceptis eorum obſequi noluit.* Quid ergo ex hoc? Sanè derelictio, *derelinquamus eam.* Ob quod? Nunquid ſic crudeles Angeli, vt velint omnino animam ſibi creditam relinquere ex odio? Non equidem, ſed, mea ſententia, eam relinquunt, quia de ſalute deſperantes nolunt, vt ex beneficiis, ac inſpirationibus durior effecta maiorem ſubeat pœnam. *Non vult obſeruare quod dicimus*, ait Origen. *ſtudium noſtrum non ſequitur effectus, relinquamus eam.*

3. *Deus ex miſericordia aliquādo abſtinet ab inſpirationibus.* Origen.

4. *Deus cur viginti annos demſit à diluuij tempore.* Chryſoſt.

Enimverò *Geneſ. 6. num. 3.* promiſit Deus antequam diluuium immitteret, laturus gentem illam per centum & viginti annos; *eruntque dies illius centum viginti annorum* poſt quæ ex iſtis viginti demit annos, cur hanc abſtulit miſericordiam. Ad rem Chryſoſt. ne maiora ſubirent ſupplicia ob impœnitentiam. *Etiam hoc, ait, ſuæ miſericordiæ maximum eſt argumentum & indicium. nam quoniam vidit quotidie incurabiliter illos peccare, & non ſolùm nihil ex indicibili longanimitate ſua proficere, ſed incrudeſcere vlcera, ſuccidit tempus, vt ne ſcilicet maiori pœnæ ſe obnoxios facerent.* Miſericordia ergo, non iudicium, abbreuiatio temporis peſſimis illis. Sic nunc & iſtis, dum eis non dedit ſignum, ſciebat enim eorum obſtinationem, & quòd non ſe eſſent conuerſuri, immo ampliùs obduraturi, vt ait Chryſoſt. ideo abſtulit ab eis occaſionem amplius peccandi, non præbens eis ſignum, & miſericordiam oſtendens, prædicens eis iudicium, aiens: Niniuitæ.

5. *Niniuitæ quomodo ſurgent, quomodo condemnabunt.*

Surgent. Non ad iudicandum, vt omnes, ſed ſurgent ad accuſandum. Nam accuſatoris eſt ſurgere, iudicis ſedere, & ſurgent, conſtantiſſimè teſtificando contra illos, & accuſabunt, non verbis, ſed exemplo, quod eſt per iudicium comparationis, quia ipſi Ionæ crediderunt, iſti Chriſto noluerunt. Maldonat. cum cæteris.

Hieron.

Plus quàm Salomon hic. Hieronym. ly *hic* proverbium loci intelligit, vt in præſentiarum inter nos. Vnde ait, *Hic aduerbium loci intelliges, non pronomen, quaſi dicat: Ionas triduo prædicauit, ego tanto tempore. Ille Aſſyriæ genti incredulæ, ego Iudæis populo Dei: ille voce locutus eſt ſimplici, nihil ſignorum faciens, ego tanta benefaciens Beelzebuth calumniam ſuſtineo.* Cui accinens Euthymius ſic ait, *Ionas ſeruus erat, Chriſtus verò Dominus; ille è ceto egreſſus eſt, iſte ab infernis; ille inuitus prædicauit, iſte ſponte: ille peregrinus erat, iſte cognatus ſecundum carnem;*

Euthym.

ille

ille ſubuerſionem prædicauit, iſte regnum cælorum, ille nullum fecit ſignum, iſte innumera, de illo nullus dixit, de iſto omnes Prophetæ. Præterea Niniuitæ barbari, Iudæi diuinis enutriti Scripturis, illi a Iona nil audierunt, niſi adhuc & quadraginta dies Niniue ſubuertetur, & ſtatim crediderunt; iſti uariam, & profundiſſimam audierunt doctrinam, nec ei crediderunt. Quorſum hæc tanta? Sanè vt
6. conſideres quòd hæc ponderata contra Iudæos,
Christianorũ iudicium quàm terribile in die iudicij. & ob ea ſic iniquos eos reputamus, ac impios, omniqueſupplicio dignos; quid de nobis Chriſtianis dicendum? Qui diſcipuli Chriſti, qui baptizati, qui redempti, qui in ſanguinem illum effuſum credimus, qui regnantem in cælo aſpicimus, & tamen in peccatis manemus, inſpirationibus obſurdeſcimus, ad diuina beneficia indormiſcimus, & in dies peiores efficimur ex tot, tantiſque beneficiis, de qua re & alibi ſæpe diſſeruimus.

Reginæ Auſtri. Quæ hæc, & cuius regionis,
7. breuibus. *Primò* non eſſe reginam Sabæorum,
Regina Auſtri quæ. hoc eſt, illius regionis thuriferæ, ſed Arabiæ, quæ etiam Saba dicebatur, Hebræo idiomate ſcripta per *ſchin*, ſicut altera per *ſamech*, quæ dominabatur in Saba ciuitate, ſiue *Meroe* dicta in Æthiopia, quæ eſt iuxta Ægyptum, diciturque regina Auſtri, quia regio eſt auſtralis, ſi cum Iudæa conferatur, & dicitur à finibus terræ venire, quatenus à Iudæa longè diſtabat, lege
Ioſeph. Abulenſ. Ianſen. Maldon. Salmer. Ioſeph *lib. 8. antiq. cap. 6.* Hanc ſententiam ſequuntur Abulenſ. *lib. 3. Reg. cap.* 10. Ianſen. Maldon. & Salmer. putat fuiſſe reginam Sabæorum, hoc eſt, Arabiæ felicis, vide apud ipſum, res parui momenti eſt, ſiue vno, ſiue altero modo dicas. Nos autem aliò tranſimus, ad ponderandam ſcilicet emphaſim locutionis Domini noſtri, qui more oratorio amplificando procedens ſic omnia ponderat, vt omnino confuſos hos derelinquat. Regina, fœmina, barbara, potentiſſima, à finibus terræ venit, vt audiret ſapientiam Salomonis, hominis mortalis, cæterorum ſimilis, vt audiret ſapientiam humanam, non diuinam; non vt miracula videret, Iudæi, Phariſæi, viri non ſolùm docti, ſed Doctores legis venientem ad ſe Dominum filium Dei, diuinæ ſapientiæ theſauros eis fundentem, inauditaque coram illis facientem contemnunt; ſic hunc locum perſtringit Maldon. & excel-
Maldon. Chryſoſt. lenter: *Illud*, ait Chryſoſt. hoc eſt, hoc exemplum, *plus fuit quam prius. Ionas enim ad illos abijt, Regina Auſtri non expectauit Salomonem ad ipſam ire; ſed ipſa ad eum acceſſit, & mulier, & barbara, & tantum remota, non mortem formidans ſola cupidine verborum ſapientum. Ibi mulier aduenit, hic ego veni, & ipſa a finibus terræ ſurrexit, ego autem ciuitates & caſtra circumeo, & illa quidem de arboribus, & lignis diſputauit, ego autem de ineffabilibus myſterijs.* Quæ omnia ſi bene conſideres, illud excipies, quomodo arguet Chriſtus in iudicio impios, quàm terribiliter, quàm ſeueriſſimè breuibus, & efficacibus verbis, quantáque confuſione cooperientur, : veriſſimum ſit Chryſoſtomi dictum, quod alibi ſæpe ponderauimus; quòd ſi daretur impiis optio, an vellent ab inferno non exire, ne faciem Chriſti iratam aſpicerent in iudicio, hoc eligerent; ſic illa diuina facies Angelorum & Sanctorum iubar illis erit infenſa. Quod ſanè non ob aliud, niſi ex confuſione, rubore, ac, vt ſic dicam, ſuffoſſione argumentorum Chriſti, eiuſque verborum.

Enimverò *Eſther cap. 7. num. 6.* non amplius, quàm duo verba dixit Aſſuero Amanum incuſans, *hoſtis, & inimicus noſter peſſimus eſt iſte Aman.* At hoc ille audiens, *illo obſtupuit.* Mirum, & magnum ſic citò obſtupuiſſe ad duo verba, virum magnum, potentiſſimum, inter omnes primum, ab omnibus adoratum, Regi intimum amicum, cur pro ſe non ſtetit, cur non reſpondit? cur cauſam ſuam non dixit? ne mireris: *vultum Regis & Reginæ ferre non ſuſtinens*, ait Scriptura. Breuibus illis verbis, quæ terribili facie contra illum Regina pronuntiauit, pandens ſe Iudæam, contra quos bellum, & occiſionem armauerat Aman. Sic illum perſtrinxit, ligauit, conuicit, vt ex ira faciei, ex argumentis efficacibus, ex illis paucis verbis deductis ſic obmutuit, vt ad ſtuporem ſit adductus. Quid hoc amicæ cum Chriſto in iudicio, quando ſe pandet offenſum, ſe eſſe Chriſtum, & ſe peſſimum ſuum inimicum fuiſſe. Quid tunc de te? amplius hoc perſenties, quàm ipſas inferni pœnas. Iſa. cap. 9. num. 5. *omnis violentia, prædatio cum tumultu, & veſtimentum mixtum ſanguine erit in combuſtionem.* Hunc locum ſic extulerunt Sept. *Quia omnem ſtolam congregatam fraude, & veſtimentum commutationis reſtituent, & cupient ipſi igne eſſe combuſti.* Qualis hic ſenſus Sanè ille quem dicebamus, nempe in die iudicij, ſic ſuæ damnationis pœnas impios laturos, ſic ante eos omnia ſua peccata Chriſtum poſiturum eos exprobrando, & conuincendo, vt mallent eſſe in inferno, & eius igne torreri, quam ante faciem & Chriſti præſentiam ſtare. Sic eos conuincet verbis & exemplis vti hodie iſti, contra quos & Niniuitæ & Regina ſtabit Auſtri, eos obiurgans exemplo condemnans, vti diximus.

Cùm autem immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida quærens requiem, & non inuenit. NVM. 43.

Tunc dicit, reuertar in domum meam, vnde exiui, & veniens inuenit eam vacantem, ſcopis mundatam, & ornatam. NVM. 44.

Tunc vadit, & aſſumit ſecum ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe, & intrantes habitant ibi, & fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus. Sic erit generationi huic peſſimæ. NVM. 45.

Senſus litteralis, & moralis.

CVm *autem immundus ſpiritus.* Vt autem faciliùs 1.
tota hæc parabola intelligatur, & ſimul eius *Qua ratione*
applicatio, ſciendum *primò* qua cauſa, ſiue quo *hæc Chriſtus*
motiuo hæc Dominus dixerit ſecundùm litera- *ſubiecit.*
lem & proprium ſenſum parabolæ, vt deinde commodius ad myſticos & morales deueniamus; nam aliàs, vt Beatus Sanilius dixit *lib. 1. cap. 5.* *Sanilius.* de partibus diuinæ legis, *Si voluerimus prouerbialem ſpeciem, ſeu allegoriam ſic recipere, vt narrationis veritas infirmetur, locum damus inimicis, prout voluerint diuinos libros interpretandi.* Hinc *primò* huius parabolæ literalis ſenſus enodandus, & primò de Chriſti intentione, in qua re

Placet omnino ſententia Ianſen. quam ſequitur Salmer. & alij, Saluatorem ſumpſiſſe occaſionem huius parabolæ ex miraculo facto, expul-

ſionis dæmonis, & ex blaſphemia contra ipſum, nempe quòd ex virtute Beelzebuth expellebat dæmones, & ipſum diabolum continere. Hac occaſione elegantiſſimè, & modeſtiſſimè parabolica locutione ipſos pungens aduertit ſe non ſpiritum habere, ſed potius ipſos, qui non ſolùm vnum, ſed ſeptem continebant ſpiritus, hoc eſt, infinitos, quo modo ſumitur numerus ſeptenarius, ac proinde idem prorſus eis euenturum quod homini, à quo eiecto vno ſpiritu eum aliis peioribus reuertente facit vt peiora ſint tormenta illius hominis, ac peior poſterior ſtatus antecedente.

2\. *De quibus hæc parabola intelligitur.* Hilar. Hieron. Chryſoſt. Theophyl. Euthym. Ianſen. Maldon. Salmer. Auguſt.

Ex hoc ſequitur euidenter cum Hilar. Hieron. Chryſoſt. Theophylact. Euthym. Ianſen. Maldon. Salmer. Battad. & aliis, hanc parabolam intelligendam de Iudæis, non de hæreticis, vt aliqui volunt apud Hieronym. nec de redeuntibus ad ſæculum, vt vult Auguſt. *lib. 1. qq. Euang. cap.* 8. vbi ait: *ſignificat Chriſtus quoſdam ita credituros, vt ferre non poſſint labores continentiæ, & ad ſæculum redituri ſunt*; nam licèt totam hanc parabolam in ſenſu myſtico, & morali poſſit iſtis accommodari, tamen verus, & litteralis ſenſus eſt de Iudæis, quod ſatis patet ex illis verbis, *ſic erit generationi huic peſſimæ.*

Notandum inſuper in cortice litteræ duplicem poſſe eſſe metaphoram, vel de homine obſeſſo à dæmone, & liberato, ad quem ſi contingat ob demerita ſua reuerti, grauius ei nocet, ſicut intelligunt Chryſoſt. Ambroſ. *in Lucam.* Hieronymus, & alij. Vel poteſt eſſe metaphora alludens ad hominem, qui tædio domus ſpurcæ, & inornatæ ab ea recedit, ſed vbi mundata eſt & ornata, cum vicinis, & amicis ad eam redit, vt in ea cum illis delectetur, hoc autem ſuppoſito,

Chryſoſt. Ambroſ. Hieron.

Ianſen.

3\. *Senſus litteralis parabolæ.*

Parabola *primò* applicando ad dæmonem ſic cum Ianſenio eſt applicanda. Nam quemadmodum homo expulſus ab vna domo, non inuenit requiem in locis arentibus, deſertis & inuiis; ſic dæmon expulſus ab homine nullam requiem ſibi inuenit, niſi paratum aliquem alium inuenerit in quem intret; ſicut homo, quando priorem domum paratam, & ornatam inuenit, ex quo colligit Ianſ. & optimè, ex odio, & maleuolentia omnem locum extra hominem dæmoni eſſe aridum, nec aliud malle dæmones, quàm agere apud homines, vt illos infeſtent, quod veriſſimum. At poſteriori locutione, de domo ſcilicet mundata, ſignificaſſe diabolo non eſſe locum in homine, niſi homo domum ſuam aliis vacuauerit, ac diabolo locum fecerit, & inuitauerit. Hæc vera eſt explicatio litteralis parabolæ, quantum ad litteralem ſenſum: quoad applicationem autem Iudæis ſic applicáda,

4\. *Eius applicatio ad Iudæos.*

Homo à quo ſpiritus immundus exit, populus eſt Iudæorum, à quo diabolus expulſus, quando ipſum Deus peculiarem ſibi effecit per legem, cæremonias, & ſacrificia, ſanctum conſtituit, ab Ægypto eum liberans, à quo expulſus dæmon ambulauit per loca arida, per quæ multi Gentiles intelligunt, à quibus per virtutem Chriſti expulſus, nec in eis amplius habitare potens, dixit: *reuertar in domum meam, vnde exiui.* ſicut, vt bene ait Salmero, ſolent omnes belluæ facere; vt leones, vrſi, lupi, apes, & formicæ, vt redeant ad eadem luſtra, vt dæmon ad Iudæos, quos demiſerat. Quod factum, quando Chriſtum non ſolùm non receperunt, ſed occiderunt, nam tunc inuenit eorum domum vacantem ab hoſpite Deo, mundatam ſcopis cæremoniarum a cultu idololatriæ, vt vult Caietan. & ornatam lege, & ſacrificiis. Nam Iudæi non ſunt idololatræ, putant habere legem diuinam, quæ omnia licèt iam vacua, & ſine iuſtitia, tamen ipſi putant ornamenta eſſe; ſeu meliùs inuenit eam dæmon poſt Chriſti mortem vacuam à Chriſto, ſcopis mundatam, quatenus ſine templo, ſine altari, ſine ſacrificio, & ornatam ad ſuum guſtum, nempe falſa iuſtitia, hypocriſi, auaritia, & falſo zelo legis; quod videns ad eam reuerſus eum infinitis malis ſpiritibus eam poſſidens, ad omnia peccata miſeros ſollicitans facti ſunt tum peiores ex peccatis, tum peiores ex calamitatibus; nam nunc amplius in eorum ſynagogis Chriſtum, & Deum blaſphemant, quàm antea, & peiores millies ſunt, quàm fuerunt, & ſimul ampliores patiuntur calamitates, quàm antea. Vnde Caiet. hunc elucidans locum in illis verbis, *ſic erit generationi huic*, ait, *longè peiora euenerunt generationi illi, quàm omnibus prioribus generationibus; nam gens illa habitata aliquando fuit à dæmone, & vexata multis malis, curataque eſt mediante Moyſe, & Prophetis. Sed poſt reſurrectionem Chriſti habitatur vſque ad hodiernum diem, ab vniuerſis dæmonibus effecta eſt obſtinata, & in ſua perfidia contra Meſſiam perſeuerans, quod eſt peius omnibus prioribus.*

Salmer.

Caiet.

Hic ſenſus, ſeu hæc expoſitio parabolæ, mea ſententia, eſt litteralis, congrua. & connexa antecedentibus, ex qua expoſitione habes, intentum, & Chriſti ſcopum fuiſſe ſe liberare à calumnia, Iudæis ſuam malitiam exprobrare, ſtatum, in quo erant, peſſimum iudicare, nempe in dæmonia, immo & dæmonum poſſeſſione; vltimò extremã eis calamitatem futuram tum in anima, tum in corpore prædicare, parabolicè tamen, & metaphoricè.

Sed vlteriùs, vt omnino litteralis ſenſus ſtatuatur, ſuper quem ſemper ædificandus eſt aut myſticus, aut litteralis, enodandum quid litteraliter ſignificant loca arida, in quibus dæmon requiem non inuenit; & quid dæmonis eſt requies? Et quoad primum placet ſententia Salmer Battad. & aliorum, per loca arida, & inaquoſa materialiter intelligi loca deſerta, & inuia, ad quæ Chriſtus dæmones, quos expellebat, relegabat, in quibus nec hordeum, neque triticum, neque arbores erat hominum, ſed tantummodo antra, & inacceſſa, in quibus nec homini, nec eius rebus aliquid dæmon nocere poterat. Quod equidem piiſſimum eſt conſiderare, & affirmare. Nam ſi hoc egit Angelus *Tobiæ* 8. relegans dæmonium *in deſerto ſuperioris Ægypti*, quanto magis hoc Chriſtus Dominus, hinc apud *Luc.* 8. rogabant ipſum, *ne eos mitteret in abyſſum*, & Marc. 5. *ne eos eyceret extra regionẽ illam.* Ex quo mihi pro comperto eſt, ſicut Chriſtus quando ſalutem conferebat corporalem, quod ſimul, & ſpiritualem, vt alibi diximus; ſic quando ab aliquo dæmones expellebat, niſi in caſibus in Euangelio expreſſis, illos ad loca relegaſſe deſerta, in quibus nulli hominum, nec eorum rebus quicquam nocere poterant, in quo ſumma Chriſti in homines humanitas, ſummus elucet amor, & tandem ſumma in dæmones poteſtas, & imperium. 5.

Loca arida quid litteraliter ſignificent.

Salmer. Battad.

Quoad ſecundum autem, qualis ſcilicet ſit dæmonis requies, adnoto ea Salm. & ex comm. Theolog. ſenſu, de qua re latè diſputat Raph. Tort. *in 2. 2. D. Thom. tom. 1. q. 90 art. 2. diſp. 11. n. 4* dæmonem ſic omnem ſuam potentiam à Deo cohibitam obtinere; vt niſi Deo permittente ex ſe, nec vnam, vt ſic dicam, formicam, aut muſcam occidere poteſt. *Non poteſt nocere niſi a Deo permittatur*, ait Salmer. *etiamſi ei nocere non præcipiatur.* Notanda hæc poſtrema. 6.

Dæmonis requies qualis. Salmer.

7\. *Dæmonis poteſtas omnibus à Deo coërcita.*

poſtrema. Non enim neceſſe eſt, vt Deus illi inhibeat hoc, vel illud non noceat, quaſi ad alia vniuerſalem obtineat poteſtatem; nil minus, ſed cùm omnimodè ligatam eam habeat, niſi præcipiatur, ſeu permittatur toties, quoties & ad ſingula, vel leuiſſimas tentationes, & non ſolùm hoc quoad earum ſubſtantiam, ſed etiam quoad modum, & intentionem, & tempus nihil penitus efficere poteſt; quod excellenter erùit Salmer. ex illo *Iob 1. & 1. Petri 5.* Nam ſi ſemel Deus innuiſſet dæmoni, cui nocere poſſet, non circuiret terram, & perambularet eam, quærens ſicut leo rugiens quem deuoret indifferenter. Quod equidem ſumma omnium Chriſtianorum, ac religioſorum hominum debet eſſe conſolatio. Si enim nec tantillum poteſt dæmon contra nos, & noſtra, niſi Deo permittente, ſi ei virtus ad tentandum limitata, ſi tempus, ita vt nec inſtans prorogare poſſit, & Deus eſt pater, quid timendum? hoc ergo ſic ſtatuto,

8. Statuendum eſt, alterum, incredibilem eſſe

Diaboli ſitis nocendi immenſa.

diaboli ſitim ad nocendum homini, ſic vt qua ſua innata, & immenſa malitia non tantum ſuas perſentit pœnas, quantum alligationem non poſſe homini iuxta ſuum nocere deſiderium. Hinc etſi res illius perdat, æſtuat ſtatim pro corpore, ſi corpus ſtatim pro anima, nunquam dicens ſufficit; ſemper fremens. *Contemnit pauorem*, ait Gregor. *in cap. 39. Iob.* ſuper hæc eadem verba: *nec cedit, quia ſi ad contumaciam & voluntatem eius nequiſſimam, ac procaciter impudentiſſimam attendamus, intrepidus non terretur, non erubeſcit, etiam ſi gladio ferri Dei territus fuerit, & fugatus, reuertitur iterum, nec confutatus abſcedit ferueus, & fremens.* Hinc de eodem dicitur quòd *abſorbebit fluuium, & non mirabitur*, Iob 40. 16. Quid per fluuium? Gregor. totam Gentilitatem. At cur non mirabitur? Sanè, quia non factus ſatis, amplius ſitiens habet ſpem *quòd influet Iordanis in os eius.* Quid hoc? Sanè Hieronym. Epiſt. 22. ad Euſtach. *Non quærit diabolus homines infideles, non eos, qui foris ſunt, & quorum carnes rex Aſſyriorum ollas ſuccendit, de Eccleſia Chriſti rapere feſtinat, & deuorato Iuda ad cribrandos Apoſtolos expetit poteſtatem.* ergo non miratur, etſi fluuium Gentilitatis abſorbeat; nam ampliori ſiti æſtuans ad Iordanem inhiat, hoc eſt, Iſraëlem. Sic impotentem obtinet ſitim. Quid ergo ex hoc? Sanè, vt intelligas quanta ſit eius perturbatio, quando loca habitat arida, & inaquoſa, vbi nullus homo, nullus peccator, quem abſorbere poſſit. Hinc eius inquietudo, & perturbatio. Ex quo euidenter ſequitur, vt eius requies conſiſtat, quando homini malè facit, quando eum turbat, quando flagellat, quando ad peccatum inducit, quando ex peccato fit dominus eius. *Dæmon*, ait Abulenſ. *non poteſt quieſcere, quia in æternum cruciabitur, ſed quærit quietem ſuæ malæ voluntatis, eſt enim inuidus, & deſiderat nocere homini, & quando nocere poteſt quieſcit aliquo modo.* Hæc ergo eſt dæmonis quies, perditio noſtra, hæc ſunt loca arida, & inaquoſa, quæ abhorret; deſerti ſunt vbi nil damni inferre poteſt homini. ex quibus habes ſecundùm litteralem ſenſum veriſſimè, quæ ſint loca arida, quæ dæmonis ſitis. Nunc ad alios ſenſus.

Et in primis ſit Chryſoſtomi, dantis rationem, cur hæc Dominus dixerit, ſic ait; *Quia Dominus dixerat Iudæis, viri Niniuitæ ſurgent in iudicio, & condemnabunt generationem iſtam, ne propter temporis tardationem contemnerent, & fierent peiores, oſtendit, quòd non ſolùm in futuro ſæculo, ſed & hîc grauiſſimè patientur, futuram in eis pœnam ſub quodam ænigmate ſubdens; vnde dicit, cùm autem.* Excellens, & vera doctrina. Sunt enim aliqua peccata talis digeſtionis, vt quoad pœnam, neque hîc, nec in futuro dimittuntur. Vnde in hoc ſæculo incipiens pœnam, completur in futuro irremiſſibiliter, talia ſunt peccata quædam turpiſſima, & ex malitia, quale erat horum peccatum, & blaſphemia in Spiritum ſanctum, non ſic autem quando non peccatur ex malitia, ſed ex fragilitate.

Gregor.

Hieron.

Abulenſ.

Chryſoſt.

9.

Peccata irremiſſibilia quoad pœnā quæ.

Enim verò Exod. 16. num. 3. deficiente Ægypti farina, ſtatim populus contra Moyſem murmurans dixit: *Vtinam mortui eſſemus per manum Domini in terra Ægypti, quando ſedebamus ſuper ollas carnium, & comedebamus panem in ſaturitate, cur eduxiſtis nos in deſertum iſtum, vt occideretis omnem multitudinem fame.* Si pendas murmurationem, maiorem ingratitudinem, & maius non inuenies peccatum. Nam ſi vitam, quam in Ægypto tenebant, conſideres, amariſſimam eam inuenies, vt ſuprà ponderauimus. nam, vt ibi diximus, *Primò* ad tertium erant addicti, in operibus luti, & lateris, ſic vt neque ad reſpirandum eis tempus, quanto minus ad ſedendum ſuper ollas carnium. *Præpoſuit ſuper eos magiſtros operum, vt affligerent eos oneribus*, Exod. 1. num. 11. *Secundò* ſic eos affligebant, vt ad amaritudinem ducerent animas eorum, ibi num. 13. *affligebant illudentes, atque ad amaritudinem ducebant vitam eorum operibus duris luti & lateris, omnique famulatu, quo in terra operibus premebantur.* *Tertiò* crudeliter filij eorum necabantur, ſic vt tandem ad internecionem, & vltimam extinctionem deueniſſent. *Quartò* tandem ob oppreſſionem clamauerunt ad Dominum liberationem expoſcentes, ibi cap. 2. num. 26. *ingemiſcentes filij Iſraël propter opera vociferati ſunt, aſcenditque clamor eorum ad Deum ab operibus.* & cum hoc tamen, cùm in libertate eſſent, & ab oppreſſione erepti, dicunt murmurantes. O vtinam mortui eſſemus, quando ſedebamus ſuper ollas carnium mentientes. At quale ſupplicium de hoc ſic grandi peccato Deus extulit? Planè illico voces audire querulas, & Manna tribuere; vbi ſuprà *num.* 4. dixit Dominus ad Moyſem: *Ecce ego pluam vobis panes de cælo.* At audi nunc quando, poſtea, erexit populus hic vitulum, & ſi Moyſes viginti tria millia ex eis occidiſſet, infrà *cap.* 32. *n.* 28. tamen pro eis rogans *n.* 33. ſic Deus ad eum: *Vade, & educ populum iſtum, quo locutus ſum tibi: Angelus meus præcedet te, ego autem in die vltionis viſitabo & hoc peccatum eorum.* Mirum, quando deſiderabant reuerti in Ægyptum, quando egreſſionis eos pœnituit, quando ſic fœdè murmurauerunt, nil pœnæ intulit, immo manna de cœlo eis pluit, & oune ob vnum peccatum perpetratum, etſi grande, tamen ſeueriſſimè punitum, 23. millium morte. In qua machæra, nec filius patri pepercit, aut matri; nec frater fratri, aut ſorori; ſic Deus iratus vt tali pœna non contentus, & ſuam adimit præſentiam, & inſuper promittit in die iudicij ſe tale vlturum peccatum; hoc eſt, & in altera etiam vita, non ſatis ſactus ex huius pœna. Vnde hoc? Reſpondet Athanaſius citatus à Sancto Thoma 2. 2. *quæſt. 19. art. 3. in corp.* quia in primo peccato peccarunt ex infirmitate. in ſecundo malitia, opera Dei tribuentes diabolo, non ſecus ac iſti blaſphemi, ait Sanctus Thom. *Nam illi ſecundùm Athanaſ. primò quidem contra Moſem con-*

10.

Deus cur populum nō caſtigauit quādo primò contra Moyſem murmurauit ex defectu farina. at duriſſimè eum puniuit ex erectione idoli.

tenderunt propter defectum aquæ, & panis. & hoc Dominus ſuſtinuit patienter, habebant excuſationem ex infirmitate carnis; ſed poſtea grauius peccauerunt quaſi blaſphemantes in Spiritum ſanctum, beneficia Dei qui eos de Ægypto eduxerat, idolo tribuentes, & ideo Dominus, & temporaliter fecit eos punire, quia ceciderunt in die illa quaſi viginti tria millia, & in futuro eis pœnam comminatur, dicens: Ego autem, &c. vt attendas, & contremiſcas, & ſimul caueas à peccatis ex malitia. quod etſi de mortalibus intelligendum ordinariè, mea ſententia aliquan-

11. *Venialia aliqua irremiſſibilia quoad pœnam.*

do & de aliquibus venialibus ex malitia, & præcipuè de illis, quæ à viris committuntur religioſis, contra regulas ac obſeruantias ſcienter, & malitioſè nolentes ad perfectionem progredi, ſed oſcitanter viuere ſine oratione, ſine choro, ſine ſilentio, ſine ſolitudine, ſine labore, vagantes, & murmurantes; de peccatis enim iſtorum venialibus puto adſimiliter neque hîc, neque in futurum quoad pœnam remitti. Vnde & hîc incipit temporaliter, & ſpiritualiter, dum ob hoc nullum in vita ſpirituali progreſſum faciunt, & in futuro in purgatorio diuiſſimè & irremiſſibiliter puniuntur.

Hieron.

S. Hieronym. ex ſententia aliorum, vt diximus, ad hæreticos hanc explicat parabolam, vnde ait: *quidam iſtum locum de hæreticis dictum putant, quòd immundus ſpiritus qui in eis antè habitauerat, quando Gentiles erant, ad confeſſionem veræ fidei eijciatur; poſtea verò cùm ſe ad hæreſim tranſtulerunt, & ſimulatis virtutibus ornauerint domum ſuam, tunc alijs ſeptem nequam ſpiritibus adiunctis reuertatur ad eos diabolus, & habitare in illis, fiantque nouiſſima eorum peiora prioribus; multo equidem peiori conditione ſunt hæretici, quàm Gentiles, quia in iſtis ſpes fidei eſt, in illis pugna diſcordiæ.*

12. *Hæretici peiores quàm Gentiles, & cur* S. Thom.

Hæc ſententia veriſſimam continet doctrinam, etſi non litteralis, vt diximus, & ad confuſionem hæreticorum apta & illuſtris, peiores illos ſcilicet eſſe, quàm Iudæos, peiores quàm Gentiles, vt affirmat D. Thom. 2. 2. *de fide quæſt.* 10. *art* 6. quatenus eorum infidelitas directè pugnat contra fidem, & non circa ea quæ ad fidem pertinent, vt Gentiles. Ob quod hæreticorum infidelitatem peſſimam vocat D. Thom. At licèt ratio Diui Thomæ ſit eſſentialis, vt ſic dicam; tamen quam affert D. Hieronym. in genere moris eſt efficaciſſima ad dignoſcendum, non ſolùm ſtatum hæreticorum eſſe peiorem Gentilium ſtatu ex oppugnatione fidei iam receptæ,

13. *Proximior ad ſalutem ſtat Gentilis quàm hæreticus.*

ſed ex difficultate ſaluationis. Nam proximior ſtat Gentilis, ſtat Turca ad ſalutem, quàm hæreticus. (O infelices homines!) quia in Gentili eſt ſpes, vt ad fidem conuertatur, & ſaluetur; at in hæretico, non dicam, quòd non ſit ſpes; nam nunquam eſt deſperandum, nec dum ſumus in hac vita alicui eſt denegata ſpes conuerſionis; attamen dico, quòd reſpectu ſpei Gentilium, non ſpes dici poteſt hæreticorum. Probatur, quia, vt ait Hieronymus, in Gentilibus eſt ſpes fidei; at in hæreticis *pugna diſcordiæ.* En ratio difficultatis penè infinitæ. Gentilis ad fidem veluti negatiuè ſe habet, at hæreticus oppugnatiuè, ſic vt quantus quantus eſt, totus ad oppugnandum fidem eſt. Vnde ergo ei ſpes fidei Catholicæ? Vnde pietas neceſſaria ad illam; hinc peiores fiunt quàm ipſi Gentiles, peiores quàm ipſi Mahumetani.

Hinc ſemper conſultum, nec colloquia miſcere, immo nec panem cum illis vnquam comedere, 3. *Reg.* 17. *num.* 24. cur putas Dei Propheta à leone occiſus? Sanè, quia etſi ignoranter cum ſchiſmaticis panem comedit à Deo prohibitus ne

14. *Cum hæreticis nullum debet eſſe commercium.*

cum illis comederet. *Si dederis mihi mediam partem domus tuæ.* Ieroboamo reſpondit inuitanti illum ad menſam. *non comedam panem, neque bibam aquam;* & huius rei ratio: *Mandatum eſt mihi in ſermone Domini præcipientis.* deductus poſtea à falſo Propheta ignoranter comedit, & in pœnam à leone occiſus, non equidem ob aliud, niſi quia panem cum hæretico, vt ſic dicam, & in terra hæreticorum comedit; ſic Deus tales abhorret. Audi Cy-

Cyprian.

prian. Epiſt. 76. *Ideo tanta indignatio Domini extitit aduerſus illos, qui ſchiſma fecerant, vt etiam cùm homo Dei ad Ieroboam miſſus eſſet, qui ei peccata ſua exprobraret, atque vltionem futuram prædiceret, panem quoque apud illos edere, & aquam bibere vetaretur.* Quod cùm non obſeruaſſet, vitam perdidit. Hinc,

Seuer. Sulp.

vt Seuerus narrat Sulpitius *Dialog. lib.* 3. cùm Sanctus Martinus ad Imperatorem Gratianum pergeret per Hiſpaniam iter faciens, ſemel cum hæreticis aliquibus Epiſcopis communicauit, panem cum illis comedens, ex quo facto ſic indoluit Sanctus, tantis ſe purgauit lachrymis & gemitibus, vt ad conſolandum eum Angelos miſſus

15. *Sanctus Martinus vt plorauit ſemel cum hæretico communicaſſe.*

ſit, qui ſic ad eum, *Rectè ploras, & bene te affligis ex facto, attamen ne diffidas, aut animum deſpondeas,* vt videas quanta ſit horum malitia, quàm peſſimum eorum peccatum ſupra Gentilium, vt tanquam deplorati non vult Deus commercia, aut colloquia cum illis miſceri. Quid ad hæc, qui non ſolùm colloquia, non ſolùm commercia, ſed matrimonia, ſed fœdera cum illis iungunt, eorumque opera ad damnum vtuntur Catholicorum; ſcio metaphyſicas præciſiones; attamen etiam ſcio damna practica, quæ ſuccedunt. An poſtea in tremendo illo die Deus ſtabit ad præciſiones metaphyſicas, an ad damna practica, ipſi viderint.

S. Gregor. 16. *Iuſti ſunt loca arentia in quibus dæmon non inuenit requiem.*

S. Gregor. *Mor.* 33. ſupra illud Iob 40. *Sub vmbra dormit,* ſic ait: *loca enim arentia, & inaquoſa ſunt corda iuſtorum, quæ per diſciplinæ fortitudinem ab omni carnalis concupiſcentiæ humore ſiccantur, loca verò humentia ſunt terrenorum hominum mentes, quas humor carnalis concupiſcentiæ quas replet fluidas facit; in quibus diabolus iniquitatis ſuæ veſtigia tanto altius imprimit, quanto in eiſdem mentibus per tranſitus illius quaſi in ſuxa terra deſcendit.*

17. *Dæmon vt à corde expellitur.*

Hæc authoritas ſi bene expendatur, ad ſpiritualem ſenſum mirificè facit; nam ex illa apertè colligitur modus quo omnimodè à corde poteſt dæmon expelli infernalis, ſic vt nullam requiem habere poſſit in anima, quod ſanè erit cor habere, ſiue obtinere ſiccum, & arens omni carnali concupiſcentia, ſic vt nil ambiat, nil de hoc mondo deſideret, immo nil etiam de æternis præter vnum ſolum, & verum Deum, ſine cura, ſine ambitione dicam, ſine protſus memoria temporalium rerum, totaliter omnis amor extinctus huius vitæ, & rerum mundi, amando quod amandum eſt, totam felicitatem reponendo in carentia, non in abondantia deſiderabilium, plus æſtimando quando Deus illi aliquid denegat, ac quando concedit. Quod ſanè perfectiſſimorum eſt hominum, &, vt ſic dicam, Apoſtolicorum, etiam ſi deſiderata ſpiritualia ſint.

18. *Apoſtolica perfectio qua.*

Enim verò 2. *ad Cor.* 12. *num.* 8. Paulus ter Dominum rogauit, *vt diſcederet ſpiritus malus ab illo.* at quid Deus? hoc illi negauit, reſpondens, vt illi ſua ſufficeret gratia. *ſufficit tibi gratia mea.* Quid ergo? nunquid malum petere abſentiam mali ſpiritus, & periculi? non equidem malum, ſed

melius

meliùs voluntatis diuinæ executio, & comple-
mentum. Vnde meliùs Paulo cum Angelo Sata-
næ commorati exiſtente Dei voluntate, quàm
cum Angelis ſine illa, ex quo eius felicitas; non
ſtetit in obtentione petitionis, ſed in negatione,
ſic aridum debet eſſe cor noſtrum, vt ab ſpiritua-
August. libus etiam ſit ſolutum. Audi Auguſt. *in Pſalm.* 26.
19. ſuper illud, *Vnam petij à Domino.* vbi ſic ait, *verè*
autem felix eſt, non ſi id habet quis quod amat, ſed ſi
id amat quod amandum eſt; multi autem miſeri ſunt
magis habendo quod amant, quàm carendo; & propi-
tius Deus cùm malè amamus, negat quod amamus, ira-
tus autem dat amanti, quod malè amat. Rom. 1. *tra-*
didit illos Deus in concupiſcentiam cordis eorum, dedit,
ſed damnando; Paulo autem negauit, ſufficit tibi gra-
20. *tia mea, ſed negauit ſanando.* Nil melius, ex qua au-
thoritate duo & egregia habes documenta. *Pri-*
mum ſæpe Deum negare amando, quod ſi conce-
deret, eſſet odiendo. & *ſecundum* ſic ſiccum debere
cor noſtrum extare ab omni humano deſiderio,
vt etiam ſit ab ſpirituali; vltra quod progredi non
poteſt. Quod quis poſſidens procul ſtatim ab eo
omnis prorſus abeſt diabolus; nam nullam inue-
niens requiem in corde ſicco ſtatim aliò aduola-
re intentat, quòd ſi detineatur, & ex voluntate di-
uina cogatur ad inſtructionem patientis non abſ-
cedere, plus torquetur ex tali mora ipſe, quàm
patiens, plus perſentit doloris, ac flammæ ipſæ,
quàm ei dolores infert.

Deus aliquando concedit iratus quod denegat benignus.

Cor prorſus ſiccum ſtare debet ab omni deſiderio.

August. S. Auguſt. *de quæſt. Euangel.* hanc applicat para-
21. bolam ad illos ſpirituales homines, qui per pœ-
nitentiam, ac deuotionem ſemel à ſe concupi-
ſcentiam expulerunt carnalem, ac poſtea in ari-
ditatem ſpiritus incidentes ſufferre non valentes,
nec fortiter pugnantes ad vitia, & delectationes
redeunt ſæculi. & quia habebantur homines vir-
tutis, ne ab opinione decidant, actus ſimulant vir-
tutum, antiqua tenentes exercitia: vt, v.g. quo-
tidianam communionem, & cætera non iam ex
affectu ordinato, ſed ex hypocriſi, ob quam pe-
iores fiunt, quàm antea. *Aſſumit ſecum alios ſeptem,*
22. ſanctus ait Pater, *intelligitur, quia cùm quis ceccide-*
rit de iuſtitia, etiam ſimulationem habebit, cuius rei
ſubdens rationem ſic proſequitur, *Cupiditas enim*
carnis expulſa per pœnitentiam, conſuetis operibus,
cùm non inuenerit in quibus delectationibus conquie-
ſcat, auidius redit, & rurſus occupat mentem homi-
nis, ſi negligentia ſubſecuta eſt, vt non introduceretur
tanquam habitator mundatæ domui ſermo Dei per
ſanam doctrinam. Egregiè, in aliquo natura dele-
ctari debet, ſine delectatione impoſſibile vt quis
viuat, cùm ſit vnus ex finibus; ſi autem cupiditas
amiſſis carnis delectationibus ex negligentia non
guſtat de ſpiritualibus, niſi fortitudo adſit extre-
ma gratia Dei ſuffulta, ad antiquas redit. immo
& peiores ſenſualitates; experto crede. Hinc ſe-
quens Auguſt. ait: *Ex quo fit, vt non ſolùm habebit*
illa ſeptem vitia, quæ ſunt virtutibus contraria ſpiri-
tualibus, ſed etiam per hypocriſim ſe ipſas habere vir-
tutes ſimulauit, propterea aſſumptis ſecum ſeptem alijs
nequioribus, hoc eſt, ſeptenaria ſimulatione, redit ipſa
concupiſcentia, & fiunt nouiſſima illius peiora priori-
23. *bus.* Magiſtraliter, & veriſſimè, ſæcularis nempe,
& qui non ſpiritualis, etſi peccet, tamen non ex
hypocriſi; at qui fuit ſpiritualis, ad quodlibet vi-
tium hypocriſim addit, ſimulans virtutem vitio
contrariam, ſe ſecreto ingurgitat; at in publico
ieiunat, ſe luxuriis replet: at externam fingit ca-
ſtitatem, ſuperbit vſque ad cœlum, ſed humilita-
tem demonſtrat, & iracundus & vindictam expe-

Ariditas ſpiritualis & homines ſpirituales perdit.

Facit illos hypocritas.

Hypocriſis facit vitia peſſima.

tit; ſed ſemper prædicat remiſſionem; hinc vitia
ſeptem ſeptenaria induta ſimulatione virtutum,
fiunt ex malis putrida, fœculenta, ac omnino peſ-
ſima, ac malè olentia, ſicut nullus, ſic malus odor,
ſeu nulla talis putredo, ac quando bonus liquor
cum malo miſcetur.

Enim verò *Exod.* 16. *num.* 20. Quid dulcius 24.
Manna? at quid putidius eo ſeruato vſque manè.
Qui non audierunt, ſed dimiſerunt vſque manè, ſca-
tere cœpit vermibus, atque computruit. mira corru-
ptio: poterat certè computrire; at non ſic vt ver-
mes ſcaturiret, ad ſignificandum ſummam pu- 25.
trefactionem vermes ſcaturiit. Cur ſic compu-
truit? Sanè amice, quia erat manna, cuius reſerua-
tio debebatur ad honorem Dei tantùm: vnde re-
ſeruatum in Sabbato non putreſcebat, vt bene ob-
ſeruat Gloſſa. Hinc quia quod erat opus Dei, ver- Gloſſ.
tebatur in opus auaritiæ, ideo eo quo erat dulcius
ac perfectius, eo maior poſtea putrefactio; ſic
equidem, ſic: nulla maior putredo, quàm ex ope-
ribus bonis ſimulatis, non ob honorem Dei, ſed
ad hypocriſim peractis, non vt illis Deo ſeruiatur,
ſed vt mala illis operiantur; nulla ſic putrida. hinc,
vt bene Auguſt. ſpiritualis hominis peccata peio-
ra fiunt ex ſimulatione, quàm illa, quæ antequam
eſſet ſpiritualis committebat.

Homines ſpirituales quãdo dãt in hypocriſim ſũt peſſimi.

Manna cur ſic computruit.

Adde ad hæc & aliam rationem ſanctiſſimi
Gregor. *Mor. lib.* 7. ſuper illud Iob 6. *qui cœpit, ipſe* Gregor.
me conterat. hoc etiam euenire ex rabie diaboli 26.
dum ſe videt eiectum, & per aliquod tempus fo-
ras extitiſſe. hinc duplici furore reuertens, ſi ad-
itum inuenit, crudelius debacchatur: *Plerumque*
fit, ait Sanctus, *vt cùm mens ex ipſo exordio ſui pro-*
fectus extollitur, cumque ſe quaſi de virtutibus erigit
ſæuientem contra ſe aditum pandit, tantòque ſe vehe-
mentius in eius confractione exhibet, quanto & gra-
uius, quia vel ad modicum fuerat proiectus, dolet. &
ideo etiam fortior redit; quia, vt rectè Salmer.
affirmat, plus diabolo ſapere vnum Chriſtianum,
quàm decem Iudæi, aut pagani. *fructus huius para-*
bolæ eſt, ait Salmer. *vt nos Chriſtiani, à quibus ſemel* Salmer.
dæmon expulſus eſt per Baptiſmum, vel per abſolutio- 27.
nis ſacramentum, timeamus, ne dæmon fortior & poten-
tior in nos redeat, nam dæmoni plus ſapit vnus Chri-
ſtianus, quàm decem Iudæi, vel pagani. Sat dictum.
At meliùs dixiſſet, quia plus dæmoni ſapit vnus
religioſus, aut vir ſpiritualis, quàm mille ſæcula-
res, ac perditi peccatores.

Hominis ſpiritualis caſus eur peſſimi.

Diabolo plus ſapit vnus religioſus, quàm mille ſæculares.

Vltimò tandem proprius moralis ſenſus huius
parabolæ eſt Chryſoſtom. qui poſtquam illam Iu- Chryſoſt.
dæis applicaſſet, ſic ait: *Hæc autem non ſolùm ad* 28.
illos, ſed ad nos etiam dicta rationem habet, ſi illumi-
nati, & à prioribus eruti malis rurſus ab eadem poſſi-
deamur nequitia, ſic enim malum eſt poſt peractam
pœnitentiam iterum in peccata recidere, vt non
ſolùm ex peccato recidiuo fit difficilior pœnæ
remiſſio, & reſurrectio, ſed etiam vt miſeriùs, fœ-
diùs, ac iniquius peccetur, viliſſimum ſtatum ob-
tinens miſer peccator. Vnde Hierem. 2. num. 36.
Quàm vilis facta es nimis iterans vias tuas. & 2. Pe-
tri 2. num. 21. *melius erat illis non cognoſcere viam*
iuſtitiæ, quàm poſt agnitionem retrorſum conuerti ab
eo, quod illis traditum eſt ſancto mandato. At cur hoc?
Sanè, reſpondet Salmer. *quia difficilius impetratur* Salmeron.
venia à principe pro ſecundo delicto homicidij, quàm
pro primo membrum eodem loco confractum difficilius
ſanatur: maiori cum difficultate expurgatur caſtrum
ab hoſte recuperatum quàm prius. & vbi primum fur-
tum flagellis, ſecundum morte punitur, & quam vxori
primum adulteranti iniuriam maritus remittat, plu-
ries

Peccata recidiua peſſima conditionis, & cur.

vius tamen iniuriam repetens nequaquam parcet. En ratio. Quæ omnia adduxi, vt conſideres, quòd ſi ratione humana agendum eſſet hoc negotium, & non miſericordia diuina, ſic peccata, recidiua difficilem conuerſionem reddunt, vt penè dicas impoſſibilem.

29. *Peccata recidiua cor Chriſti vulnerant, & ſanguinem eliciunt.*

At addo, quòd etſi peccata omnia Chriſtum vulnerent, eiuſque ſanctiſſimum corpus percutiant, ſanguinem eliciant, recidiua tamen cor transfigunt, & ex corde ſanguinem emulcent; hoc equidem mihi videor in vulnere lateris Chriſti Domini noſtri; enim verò conſidero, viuus etſi infinitas tulerit plagas, tamen nulla ad cor penetrauit; attamen quam intulerunt poſtquam obiit cor penetrauit, & non ex corpore, ſed ex corde ſanguinem elicuit. Cur hoc? dices. Quia etſi antequam Deus mortuus malum erat peccare, & Deus mala perſentiebat: at poſtquam mortuus, ſic eum peccata pungunt, vt cor transfigant; talia quippe ſunt omnium Chriſtianorum peccata. Bonum

30. *Chriſtianorũ peccata quãtum Deum pungant.*

hoc; at mea ſententia melius, quia tale peccatum fuit recidiuum. hinc non corpus, ſed cor percuſſit. Audi Luc. cap. 23. num. 48. *& omnis turba eorum, qui ſimul aderant ad ſpectaculum iſtud, & videbant quæ fiebant*, ſcilicet tenebras, clamorem Ieſu, terræ motum, petrarum ſciſſionem, orbis commotionem; *percutientes pectora ſua reuertebantur.* Quid hoc? Sanè facti, & peccati pœnitentia; at quale poſtea ſcelus, vt talia videntes, & trementes, immo & confitentes, aliqui ex illis ad vomitum redeuntes iterum eum percuterent, etſi mortuum. quid ni, nunquid hoc impoſſibile, vt ex conuerſis aliqui ad vomitum redderentur. non equidem talis erat illis malitia. Nam, vt bene Theophylact. etſi Gentilis Chriſtum percuſſit, tamen vt Iudæis placeret. *vt Iudæis complaceam, lanceant Chriſtum circa corpus exanime, contumelias inferentes.* Paulo antè reuertebantur percutientes pectora; peccatum abominantes, paulo pòſt ad vomitum reducentes illum percutiunt; ei ſi talia, ac tanta ſigna vidiſſent. Quid ergo mirum ſi tale peccatum non corpus, ſed cor transfigit Domini noſtri, quia peccatum recidiuum; ſic hoc amplius ad eos, qui frequentiſſimè reincidunt in peccata, poſt magna & mirabilia Dei beneficia accepta, poſtquam corda ſciderunt per compunctionem, poſt monumenta, aperta per confeſſionem; poſt terræ mota accepta per ſanctum Dei timorem; poſt feruentem ac ardentem Chriſti mortis meditationem, Non equidem expaueſces, neque magnum dices talia peccata. Nun corpus, ſed cor Chriſti ſcindere, & non à corpore, ſed à corde ſanguinem elicere, ex quo non mirum ſi fiant poſtea hominis iſtius peiora prioribus iuſto Dei iudicio, ac iuſta eius vindicta; cùm, vt bene Chry-

Chryſoſt.

ſoſtom. in hunc locum, *difficilior erit pœna poſteriorum peccatorum*, hoc eſt, grauior; at qualis? non tantum temporalis, quantum ſpiritualis, carentia ſcilicet gratiæ efficacis, ex qua in profundum deuenit homo peccatorum, vt videas quàm malum ſit in peccatis reincidere, & præcipuè quando ex habitu. nam qui ex habitu peccant, difficile ad veniam perueniunt; quæ fuit ſententia Anaſtaſij Nyſſeni *qq. ad orthodoxos. quæſt. 8. BB. Patrum tom.* 1. vbi ſic. *Homo enim peccat quatuor modis, nempe citò, arrepta occaſione, fraude, ignoratione, & affectione.* hoc eſt, habitu. *& tres quidem primi facile veniunt ad agnitionem, & pœnitentiam, qui autem peccat ex affectione, & non tentatione, neque venit ad pœnitentiam, & morbo laborat immedicabili.* Veriſſimè peccant non tentati, hinc millies reincidendo cadunt, hinc immedicabiliter infirmantur, ſic durum eſt in peccata relabi, de qua re alibi ſæpe.

Adhuc eo loquente ad turbas, ecce NVM. 46.
mater eius, & fratres ſtabant foris quærentes loqui ei.

Dixit autem ei quidam: Ecce mater NVM. 47.
tua & fratres tui ſtant quærentes te.

At ipſe reſpondens dicenti ſibi ait: NVM. 48.
Quæ eſt mater mea? & qui ſunt fratres mei?

Et extendens manum in diſcipulos NVM. 49.
ſuos dixit:

Ecce mater mea & fratres mei, qui- NVM. 50.
cumque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe meus frater, & ſoror & mater eſt.

Senſus litteralis, & moralis.

ADhuc eo loquente. Adnotandum, hanc hiſto- 1.
riam etiam & Marcum *cap.* 3. & Luc. *cap.* 8. *num.* 20. narrare. At Lucam non illam inferre vt Matthæus, conſequenter ad dicta; quia, vt ait Auguſt *lib. 2. de conſenſu Euangel. cap.* 40. temporis ordinem non ſeruauit ſicut Matthæus, & Marcus. Auguſtinum ſequitur Abulenſ. *quæſt.* 101. patet autem Matthæum ordinem temporis ſequutum, ex illis verbis, *adhuc eo loquente. Quid eſt adhuc*, ait Auguſt. *niſi quando ille loquebatur*; ergo Matthæus ordinem temporis tenuit, non Lucas.

An immediatè hæc poſt dicta.
Auguſt.
Abulenſ.

At notandum quòd vnum Lucas dicit *cap.* 11. in quo ponit quæ ſuprà Matthæus narrat, quod nemo ex aliis, nempe quòd poſt dicta, *extollens vocem quædam mulier dixit: Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti.* Cui reſpondens Dominus, dixit: *Quinimo, beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud.* In qua re, vt bene adnotat Maldon. in cap. 11. Luc. *Eius in ſcribendis rebus geſtis à Chriſto diligentia commendatur.* Hinc, quia omnes expoſitores, qui concordiam componunt Euangelicam, huc hæc adducunt, vt Ianſen. Barrad. & alij, operæ pretium me facturum duxi antequam ad noſtri Euangeliſtæ ſententias accedam, breuiter quæ Lucas ait elucidare: inquit enim,

2.
Lucas diligẽs factorum Chriſti narrator.
Maldon.
Ianſ.
Barrad.

Et factum eſt cùm hæc diceret extollens vocem quædam mulier. Lyran. affirmat, hanc mulierem fuiſſe Marcellam Diuæ Marthæ famulam. At Maldon. fuiſſe ignotam, & obſcuram; ob quod non proprio nomine illam Euangeliſta, ſed quandam, & inſuper, quod de turba, hoc eſt, ex medio turbæ, tanquam vna ex illis nominauit. quæ opinio mihi magis placet, quia amplius altitudinem, & maieſtatem Dei conſilij declarat, dum relictis ſapientibus, doctis, ac principibus, magniſque viris, qui aderant, ad mulierculam accurrit vilem, ex plebe indoctam, ignorantem, tantoque animo eam replens, tantàque ſapientia, vt contradicentibus Phariſæis, ac ſcribis legiſque Doctoribus, ac principibus eorum nobilibuſque & Chriſtum blaſphemantibus dæmoniacum eum appellantibus, facta, verba, voces, doctrinam, miracula calumniantibus. Sola hæc mulier pauper, deſtituta, illiterata, ac imbellis contra omnes ſtans, & ſu-

3.
Quæ hæc mulier.
Lyran.
Maldon.

pra

pra omnes ſe erigens, non ſecretò non dimiſſa voce, ſed elata, alta, & tremenda, contra omnem malignitatem ſe extollens, non ſolùm Chriſtum laudauit, ſed parentem, ſed vbera, ſed lac, ſed alimentum, vt ſic quanti eum faceret aperiret, feruore animi inflammata, vt ait Euthym. *Cum vehementem, ait, in eam impreſſionem Chriſti ſermones feciſſent, magna, & exaltata voce eam beatificauit, quæ illum pepererat.* &, vt bene annotat Maldon. licèt ex miracolo turba ſtupefacta; *at ſola hæc mulier continere ſe non potuit, quin admirationem ſuam clamore, laudibuſque declararet.* In qua re duo libèt expendere,

Euthym.

Maldon.

4. Primum quanti Deus muliebrem faciat ſexum, ad hoc vt nemo illum ſpernat, vt penè dicam in admirabili ſuæ incarnationis myſterio declarando, affirmando, ſequendo plus mulieribus contulerit, quàm hominibus. Probo in gratiam hoc mulierum ſanctarum, & ob honorem, ac ſanctiſſimæ Virginis reſpectum; quòd quando cætera deeſſent, hoc tantum ſufficeret, vt in pretio mulierum haberemus ſexum, & eo libentiùs hoc dico, quando in illam miſeram incidimus tempeſtatem, vt veluti ſi incapax fœmineus eſſet ſexus donorum, ac Dei fauorum ſic aliqui ſcandalizantur, naſumque pertendunt, ac ſi de ineptis eſſet locutio, & inepta uactarentur, homines alioquin carnales, prorſuſque beſtiales. Quapropter rectè Bernard. apud Tritbem. in Hiſt. Hiſ. relatus à Belloga *in vita duorum cap.* 1. *pag.* 4. Cùm enim multi Hidelgardis vitam, & reuelationes irriderent, quas Bernardus extollebat, ſic ad quemdam ſcribit. *Non miramur frater chariſſime, ſi dormientes in peccatis diuinas reuelationes exiſtimant ſomnia, ſcientes verum, quod Apoſtolus dixit: Animalis homo non percipit quæ ſunt ſpiritus Dei, ſtultitia enim eſt illi, & non poteſt intelligere, quia ſpiritualiter examinatur, omnibus enim in peccatis luxuriæ, auaritiæ, & ſuperbiæ quaſi dormiendo iacentibus diuina admonitiones ſomnia videri conſueuerunt, quoniam ſi vigilarent in timore Domini, ſigna diuinarum reuelationum vera proculdubio agnoſcerent. Qui autem immitti hæc à dæmonibus dicunt, diuinarum inſpirationum occulta, ac myſtica ſigna non nouerunt. Similesque illis iudicandi ſunt, qui Dominum, & Saluatorem noſtrum Ieſum Chriſtum eycere dæmonia in poteſtate Beelzebub dixere.* & ad ſanctam Hidelgardam dirigens ſermonem ſic ait: *& tu filia chariſſima, non metuas opprobria hominum, Deum habes defenſorem, quoniam ſicut ſtipula peribunt, veritas autem Domini manet in æternum.* ergo ne in hanc blaſphemiam incurram prò deuoto ſtans fœmineo ſexu, licèt infirmo & debili; dico penè ampliores illis Deum contuliſſe reuelationes circa ſuæ incarnationis ac diſpenſationis myſteria, quàm hominibus.

Deus quanti faciat muliebrem ſexum.

Bernard.
Bellug.

5.
Homo carnalis, non ſpiritualis ineptus ad veras reuelationes diſcernendas.

6. Mitto ſibilas quas admittit Paolus iuxta Clem. Alex. *lib.* 6. *ſtomat.* Aug. *de ciu. lib.* 18. *cap.* 23. Hieronym. *lib.* 1. *contra Iouinian. Sanct. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 1. *art.* 3. *ad tertiam.* aliique quæ non minus de incarnationis myſterio, quàm Prophetæ, vt probat Belluga in vita duorum, dixerunt. mitto ergo illas; ſed ad noſtras deueniendo,

Sibilæ admitti debent.
Clem. Alex.
Auguſt.
Hieron.
S. Thom.

7. Probo dictum. Nam ſi inquiras maiorem reuelationem, non inuenies quàm illam Petri, nec quam primatum illi datum. nam non inuenies formalem aliam rationem, cur illi datus, niſi diuinam confeſſionem Chriſti Deitatis ex Patris reuelatione, iuxtà cap. 16. num. 15. *Quem dicunt homines eſſe filium hominis; at illi dixerunt,* &c. *Vos autem quem me eſſe dicitis? reſpondens autem Petrus dixit: Tu es Chriſtus filius Dei viui;* cui Dominus, *Beatus es Simon Barjona, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus qui in cælis eſt.* Quid inde? *& ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* Ex confeſſione conſtituens eum petram, & Eccleſiæ fundamentum poſt Chriſtum. Vnde Hilar. *Dignum autem confeſſio Petri præmium conſequuta eſt, quia Dei filium in homine vidiſſet, vnde ſequitur: reſpondens autem.* Ergo iuſtè primatum meruit Eccleſiæ qui per cognitionem ſupra omnes ſe erigens in carne inuolutam Deitatem filij Dei vidit, & ex reuelatione Patris inſpexit. Hinc, quia eius fides certior aliis, ac ſublimior, & apud Patrem cæteris dignior reputatus ex reuelatione, iuſtiſſimè cæteris omnibus prælatus primatum obtinuit pro ſe, ſuiſque ſucceſſoribus ſanctiſſimæ Eccleſiæ; ſic meritoria, ſic digna, tam alta, ac diuina fuit diuinitatis Chriſti reuelatio ac confeſſio. Sat dictum.

Petro cur primatus datus.

Hilar.

8. At nunquid minus aliquid dixit Martha ad Chriſtum, aut ei minus aliquid reuelatum, quando ab eo reſurrectionem fratris expoſtulabat. *Ioann.* 11. *num.* 23. dixit illis Ieſus: *Ego ſum reſurrectio & vita, qui credit in me, etiamſi mortuus fuerit, viuet, & omnis qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum; credis hoc?* At quid illa: *Vtique Domine ego credidi, quia tu es Chriſtus filius Dei viui, qui in hunc mundum veniſti.* Non amplius dixit Petrus; eadem prorſus verba, eandem ſententiam protulit Martha, & profectò eandem à Patre accepit illuſtrationem. Quid? nunquid erat illud aliquid humanum?

Martha ſanctiſſima quaſi apud Deum.

At pondera efficaciam dicti; nam non ſimpliciter reſpondit, credo, ſed, *vtique Domine.* Quæ dictio, vt bene aduotat Maldon. Græcè eſt *vehementer*, & cum admiratione affirmantis. Cur ſic reſpondit? Ad rem idem, *quia voluit indicare, mirari ſe, quòd ſe Chriſtum interroget, an credat, quaſi de ſua fide in ipſum dubitet.* & inſuper affirmat, vt D. Auguſt. & Beda putant, non ſolùm tunc, ſed antiquitus illud credidiſſe firmiter, perſeueranter, ſtrenuè, ac fortiter. Sic, vt nunquam de illa re dubitauerit, ſed ſemper conſtans in illa vſque ad mortem eſſet confeſſura. Hinc, vt bene obſeruat Auguſtinus, hoc dicens elegantiſſimè, non ſolùm reiicit aculeum infidelitatis, quo eam pupugerat Chriſtus, dicens: *credis hoc?* ſed inſuper vltra ſe extendens, cùm Chriſtus tantum ab ea petiiſſet fidem, ipſum ſcilicet, eſſe reſurrectionem, & vitam, & qui credidiſſet in eum, nunquam eſſe moriturum. Ipſa vltra ſe extendens, non ſolùm affirmat ipſum eſſe vitam, & reſurrectionem, vt ſic tanquam ex gratia, & ex mendicato, ſed tanquam fontem & originem, vtpote Dei filium. Vnde Auguſtin. *Quando hoc credidit, quia tu es filius Dei, credidi, quia tu es reſurrectio & vita.* Immo, vt notat Rupert. confeſſioni Petri addidit, *Qui in hunc mundum veniſti.* quibus verbis, vt obſeruat Theodorus Heracleota, ſignificat veniſſe Saluatorem, non ſolius Iſraël, ſed totius mundi, ex quibus patet ampliorem obtinuiſſe reuelationem, ac extenſionem. nam Petrus tantùm Deitatis Chriſti, Martha autem non ſolùm Deitatis, ſed humanitatis officij, ſcilicet redemptoris, & eſſe Dei filium, & inſuper veniſſe ad mundum redimendum. quod equidem non dixit Petrus. Quid ergo quando hæc audis, non dignam dices hanc fœminam, vt poſt Petrum, & Apoſtolos ſic eam veneremur, ſic extollamus, ſic deferamus, vt primas ei demus ſanctitatis, honoris, ac reuerentiæ, & dum aſpicis eandem reuelationem Patrem ſanctiſſimum

Maldon.

Auguſt.
Beda.

Quanta conſtantia fidem ſuam defendit Martha.

Auguſt.

Theodor.

9.
Plus eſt confeſſa quàm Petrus.

Martham,

Martham, ac Petrum decoraſſe; immo extenſiorem Marthæ, noli pertinax, & incredulus, aut omnes ſanctarum mulierum (de his enim loquimur) reuelationes ſpernere, aut confusè, aut ignoranter non credere, quia tantùm mulierum ſunt, cùm vt vides, nunc ex infinitis illis hominibus ac ſapientibus, nullus à Deo illuſtratus, ſed tantùm vna muliercula, vt ſic dicam, rudis, indocta, &

Ianſen. ex plebe. ex quo bene Ianſen. *Demonſtratum certè eſt in hac muliere Deum ſpretis ſuperbis ſapientibus, & potentibus huius ſæculi, humiles potius erigere voluiſſe, quibus Euangely veritatem aperiret, & per infirmos, & ſtultos pudefacere potentes, & ſapientes.*

Secundum quod adnoto eſt, inter tot, tantoſque, qui ad ſermonem conuenerant, vnam tantùm clamare, in vnam ſpiritum Dei ſe infudiſſe, vnam tantùm ex ſermone profeciſſe, vnam vim verborum Chriſti intellexiſſe, cæteris ieiuniis remanentibus, immo ex ſermone, & miraculis peiores effecti; vnde hoc? Sanè, quia alij, aut ex curioſitate, aut ex mala voluntate, aut ex incredulitate, aut ex animo notandi, aut calumniandi ad ſermonem acceſſerunt. Sola hæc muliercula ex deuotione, & vt proficeret attentè verba Chriſti auſcultabat, quod patet ex vi dictorum, & exclamationis. nam ex illis datur intelligi, quàm deuotè, quàm attentè, quàm efficaciter verba audiebat, hinc profecit, cæteris deficientibus, quia ad ſermonem Chriſti acceſſerunt, vt notarent, vt quæſtiones excitarent, non vt proficerent, quod equidem prudenter adnotauit Chryſoſt. *hom. 4. in cap. 2. 2. Epiſt. ad Tim.* ſuper illa verba, *& quæ audiſti à me commenda fidelibus hominibus.* vbi ſic, *fidelibus*, inquit, *non quæſtiones, ratiocinationeſque ſequentibus fidelibus, qui* prædicationis gratiam non produnt. Satis ad rem. nam probiter prædicationis gratiæ ſe det, qui ad ſermonem accedit, non vt audiat pro ſe, ſed pro aliis. Quid hoc? Sanè illud. nam propemodum infiniti ſunt qui ad ſermonem accedentes ſi Prædicatorem vitia arguentem audiunt, non ſibi, ſed aliis illa applicant, Innocentes ſe, conſtituentes alios peccatores, & dum ſecum loqui non æſtimant, non conuertuntur, ſecus autem ſi pro ſe dicta ſuſciperent.

11. Enim verò, ſi conuerſionem Samaritanæ conſideres, expaueſces, *Ioann. 4. à num. 5.* nam, vt obſeruat Chryſoſtom. tam alta, magna, & vehemens exitit, vt non maiorem Apoſtolorum dices, reliquit hydriam, omnia dimiſit, ad prædicandum ſe accinxit, totam traxit ciuitatem, non vno tantùm contenta, *& ſicut Apoſtoli vocati dimiſerunt retia*, ait Chryſoſtom. homil. 33. in Ioann. *ita hæc dimittit hydriam, & Euangeliſtarum opus fecit, & non vnum tantum vocat, ſed ciuitatem integram.* En qualis, & quanta conuerſio ex Chriſti ſermone mulier aliàs peccatrix, & quæ actu virum tenebat non ſuum; vnde ergo illi tantus ac talis fructus ex Chriſti prædicatione? Sanè, ni fallor, quia quæ audierat ad ſe applicauit, ſe conſiderauit, & quod ex ſermone auxit, non fuit murmuratio vitæ aliorum, neque aliorum reprehenſio, ſed tantùm ſui: vnde dixit, *Venite, & videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcumque feci, non verecundata hoc dicere*, ait Chryſoſtom. *anima enim eius ignita fuerat igne diuino. nam qui hoc igne tenetur, nihil eorum quæ ſunt in terra, de reliquo reſpicit, neque ad gloriam, neque ad verecundiam, ſed ad vnam ſolam, quæ detinet eam flammam.* Nil melius, equidem in ſermone Chriſtus & contra Samaritanos inuexit, dum dixit: *Vos adoratis quem neſcitis*, &c. Cur ergo hoc non expendit, & aliis proponens eos increpauit, ſed tantùm quæ ad ſe dicta? Sanè amice, quia humilis, quia attenta ad ſermonem, non quæſtiones mouebat animo calumniandi, ſed addiſcendi, vt ſe conuerteret, non vt alios reprehenderet. Hinc neque ingratam habuit veritatem reprehenſionis, vt modò multi, & præcipuè ſi magnates. Nec aliorum conſiderauit, ſed ſua: vnde ſic conuerſa, vt Chriſti ex muliere peccatrice fieret Apoſtola. *& ferè quidem, quaſi quodam Apoſtolo ad ciues vſus eſt Chriſtus hac muliere*, ait Origen. tom. 14. in Ioan. *adeò inflammans eam per verba, vt amphora dimiſſa iret in ciuitatem relatura conciuibus.* Non ſecus ac hæc ſancta mulier, quæ etiam eodem ardore inflammata vocem extollens dixit,

Samaritanæ concurſio admirabilis & vnde.

Chryſoſt.

Idem.

12. *Vera conuerſionis effectus.*

13. *Samaritana Chriſti Apoſtola.* Origen.

Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti. Per Synedochem, quæ pars pro toto, matrem Chriſti laudat, muliebri more, quæ ad viri laudem ventris & lactis exclamant. Eorumdem, quaſi vltra captum beatus ille venter, qui dignus talem portare hominem vltra æſtimationem, beata illa vbera, quæ talem meruerunt lactare heroem, cùm tota huius dignitas quanta quanta in matrem, in ventrem, in vbera refunditur lactantis. Hinc non mulier, ſed Dea, ſi filius Deus. En amice campus infinitus ad Dei matrem laudandam, quis illud proſequetur ad finem tendens?

14. *Maria dignitas eſt a ex maternitate.* hoc vnum tantum adiiciam; congere quanta vis, & quæcumque in hoc vno omnes Mariæ dignitates & excellentiæ; nempe *Mater Chriſti* ſufficit, non vltrà quæras, ad pondus laudaſti, hinc verè beata, quia talem portauerat, talem eius vbera lactauerunt filium. *Vnigeniti Dei dicitur hæc mater virgo*, ait Origen. homil. 1. ex decem variis tom. 3. Origen. *Digna digni, immaculata ſancti, amica vnico, nec enim alter vnigenitus ſuper terram venit, aut alia virgo vnigenitum genuit.* Pende ſingula, & claritatem Mariæ ex maternitate agnoſces, conſidera dignitatem vnigeniti Dei. Qualis hæc? quis attinget? at huius ſit infinitè digni *ipſa digna.* Quid mirabilius. Conſidera ſanctitatem verbi diuini. Quis hoc mare magnum peruagabit? *ac immaculata.* Virgo *ſancti.* hoc eſt, immaculati. quod eſt dicere. Digna talis ſancti, talis ſanctitas, conſidera quis ad Dei vnigeniti amicitiam dignus? Sanè nullus? ſola Maria ex maternitate *amica vnico.* tandem ſicut nec alter vnigenitus, ac Dei vnigenitus, ſic nec altera virgo, ac Maria Dei parens vnigenitum. Quid vis vt dicam? non ſic ad ſtuporem me adigit maieſtas verbi Dei, ac matris ſublimitas, nam non multum vt ille talis ſit, quia natura talis, ac quod Maria ad talem ſublimitatem dum pura creatura, vt vix ſuppar vnigenito hoc magnum, hoc admirabile, *omnium enim bonorum initium, medium & finis*, ait Damaſcenus orat. Damaſcen.
1. de dormitione Virg. *Securitas item, & vera confirmatio, in illa ſeminis experta conceptionis, in illa diuina inhabitatione, in illa denique à labe omni remoto partu poſita fuit.* At progrediar.

Ex hoc loco optimè Tertull. contra Marcioniſtas probat Chriſtum verum habuiſſe corpus, Tertull.
quod venter portauit, & vbera lactauerunt. & Beda contra Apollinariſtas qui è cœlo traxiſſe carnem Chriſtum dicebant, ac per Virginem tanquam per canalem fluxiſſe; probat veram fuiſſe Dei genetricem, & ex ea carnem ſumpſiſſe; nam pulchrè ait, *Quâ conſequentia ex lacte nutritus, & ex ſemine eius non generatus.* Beda.

At

15. *Virgo cur laudata ex filio, & non ex eius virtutibus.*

At antequam hinc egrediar pendo, cur hæc mulier Virginem laudans non ex ipſa eiuſque virtutibus eam laudat, ſed ex filio? poterat quippe ex infinitis eius virtutibus eam præclariſſimam reddere. cur non fecit, ſed tantùm ex filio? Sanè non ſine admirabili Dei conſilio, & prouidentia, vt ſcilicet amplius inuidi torquerentur Phariſæi, cùm ad hanc peſtem torquendam ſolet Deus tum ampliora illis concedere, quibus inuidetur, quádo amplius contra eos inuidi inſurgunt. En iſti peſſimi diabolum habere Chriſtum dicunt ex inuidia gloria diaboli expulſi, & muti ſanati, & Deus tunc de præcone Chriſto prouidit, qui alta voce illum prædicans, & extollens, beatam dicat matrem quæ illum genuiſſet. *Solet Dominus*, ait Stella in hunc locum Luc. *inuidos alieni boni torquere, augendo bona eis quibus inuidetur.* quod probat ex illo *Gen.* 37. de Ioſeph inuidebant ei, quia à patre plus cæteris diligebatur, & Deus ad dilectionem Patris addit & regnum per ſomnia figuratum. Nil magis torquebat Phariſæos, quàm præclara opera Chriſti audire, vnde gratum habebant quando ea neſciebant. At *Ioann.* 11. reſuſcitato Lazaro ipſis abſentibus prouidit Deus qui illud eis annuntiaret, ſic nunc iſti inuidia tabeſcant amplius ex laude huius ſanctæ mulieris.

16. *Caluini blaſphemia.*

Quid, inmo beati, qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud. Duas fuit canis Caluinus, blaſphemias in hunc locum. *Primam* contra ſanctiſſimam Virginem, quaſi Chriſtus negarit eſſe beatam ex eius conceptione. *Secundam* contra Eccleſiam, quando in honorem Virginis canit. *Beata viſcera Mariæ Virginis, quæ portauerunt æterni Patris filium*, quia correctionem Chriſti non apponit in vtriſque non ſolum blaſphemus, ſed ſycophans, vt bene adnotat, & excellentiſſimè confutat Maldon. (Maldon.) ad quem remitto lectorem, nam ad ſenſum ego accedo Catholicum dum inter illos ſcribo.

17. *Senſus Catholicus horum verborum.*

Senſus ergo Catholicus horum verborũ, vt rectè omnes expoſitores, eſt laudi laudem matri ſanctiſſimæ accumulare, & eam ſupra mulierem extollere, & ſimul, vt bene obſeruat Ianſen. omnibus animum præſtare quomodo beati eſſe poſſint, etſi carnaliter ipſum non peperiſſent, ac lactaſſent, nempe verbum Dei audiendo, & cuſtodiendo: *Generosè de more*, vt ait Ianſ. (Ianſen.) *parum ſemper tribuens cognationis*

18. *Chriſtus quomodo omnia ad ſpiritum reducebat.*

affectui. Sic ad ſpiritualia totus abſorptus, ſic ad cœleſtia inhians adducere homines, vt ſicut infrà occaſione ſumpta, vt dicemus quando ei dixerunt adeſſe matrem, & fratres, quaſi magnumquid, matrem & fratres eius eſſe, reſpondit: *Qui ſunt fratres mei*, &c. Sic nunc ex verbis, & laude huius mulieris ſuam matrem laudantis ex carnali generatione ad ſpiritualia ſe eleuans, (quod proprium eſt hominum anagogicorum) affirmat, ex quo beatior erat mater ſua præ cæteris, nempe, quia præ cæteris verbum Dei audiebat, & cuſtodiebat, tanto ſupra cæteros eminentiori gradu, quátum præ cæteris erat vnica mater ſua ſecundùm carnem. Hinc

19. *Virgo vnde beatior.*

amplius beata quàm ex filij conceptione. *Non fuit hoc reſponſum*, rectè ait Chryſoſt. (Chryſoſt.) *hom.* 45. in hunc locum Euang. *repudiantis matrem, ſed oſtendentis, quod nihil ei partus profuiſſet, niſi valde bona, & fidelis fuiſſet*, & vt ait Auguſt. (Auguſt.) *Beatior fuit, quia mente, quam ventre Deum concepit.* ex quo dicto optimè

20. *Parentes ſanctos obtinere ſi boni non ſumus parum prodeſt.*

morale documentum excipit Chryſoſt. *vbi ſuprà.* Nam ſi Mariæ nil profuiſſet Chriſtum genuiſſe, ſi virtutibus non eſſet inſtructa, quid illis proficiet qui nullam curam ſui habentes confidunt, quia filium obtinent ſanctum? *Cæterùm, ſi Mariæ non prodeſſet ſine virtutibus anima Chriſtum ab ea ortum traxiſſe, multo magis nobis ſiue patrem, ſiue fratrem, ſiue filium virtuoſum habeamus, nos autem abſiſtamus ab eius virtute, nequaquam hoc prodeſſe valebit.*

At conuenientiam reſponſionis licet obſeruare, vt admirabilem, & infinitam Chriſti ſapientiam, in quibus liber eius dictis obſtupeſcas; mulier enim hæc non ſolùm dixit, *Beatus venter qui te portauit*, ſed addidit, *vbera quæ ſuxiſti.* Adnotans, non ſolùm concepiſſe, ſed ad perfectum partum adduxiſſe, cui reſpondens Chriſtus ait, non tãtùm, *Beati qui audiunt verbum Dei*, quod eſt mente illum concipere, *ſed & qui cuſtodiunt illud.* quod eſt propriè Chriſtum parere, & vberibus lactare. Quod obſeruauit Ianſ. dicens, *conuenientiam dictorum Chriſti obſeruare licet, quod cùm illa beatificauerit matrem, quia corporaliter in vtero geſtauerat Chriſtum, & aluerit, & Dominus beatificat omnes, qui verbum Dei ſpiritualiter in corde concipiunt, quod fit audiendo, & cõceptum pariunt, & veluti vberibus alunt.* Cum non auditores tantùm legis iuſti ſunt, ſed factores. *Non negat*, ait Caiet. in Luc. *verè dictum beatum ventrem, & beata vbera, ſed hoc affirmans adiecit formalem ad communem beatitudinem rationem, Beati ſunt in ſpe, qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud hoc eſt, curam habent verbi Dei, ne in vanum audierint, ſed in corde, in ore & in opere ſeruetur, in quo conſiſtit forma beatitudinis in ſpe.* 21. *Qui verè dicantur beati.* Ianſen. Caiet.

Poſtquam ergo hæc mulier talia dixit, ſtatim, vt adnotat Ianſen. ſequitur hiſtoria, quam noſter narrat Euangeliſta, ad quam nunc accedimus. Vnde ait,

Adhuc eo loquẽte, ecce mater eius, & fratres, &c. *Primò* explodenda eſt hæreſis Heluidij per Chriſti fratres filios alios beatæ Virginis intelligi poſt Chriſtum natum, quam confutat Hieron. (Hieron.) *Secundò* etiam explodenda eſt ſententia Græcorũ Patrum, & aliquorum Latinorum, vt bene Mald. affirmantiũ (Maldon.) fratres Domini dici filios Ioſeph ex alia vxore natos, vnde firmiſſimè aſſerendum, fratres Domini, ex conſuetudine Scripturæ cõſobrinos dici, vt bene ex antiquis obſeruat & probat Abul. Lot cõſobrinus erat Abrahæ, & tamen frater eius dicitur, *Gen.* 11. *n.* 8. & Laban, cùm eſſet frater matris Iacob, tamen frater Iacob vocatur, *Gen.* 28. *n.* 5. res iam clara, in qua non licet amplius immorari. 22. *Fratres Domini qui dicantur.*

Altera quæſtio eſt, cur nunc venerunt ad eum mater, & fratres eius? Quod cùm non exprimat Euangeliſta, tam variè loquuntur expoſitores, alioquin ſancti, vt (cum omni reuerẽtia ſit dictum) dum vltra regulam ſcire intentant, extra regulam loquuntur. Breuiter referam, etſi ſuperfluum ducam, ne aliquid prætermiſiſſe imputet. 23. *Mater & fratres Chriſti cur nunc venerunt ad eum.*

Chryſoſtom. (Chryſoſt.) variis in locis ex ambitione, & oſtentatione veniſſe affirmat, at ſi tantum fratres Domini hoc crimine inuriſſet, minus malum. Sed quòd matrem ſanctiſſimam vellem in illo non reperiri, tali erga eum ſum affectus deuotione, amore, propenſione; ſufficiat ergo cum D. Thoma 2. *part. quæſt.* 27. (S. Thom.) affirmare, in hac re exceſſiſſe, & ſimul admitto Sancti expoſitionem, quam ibi affert Sanctus Doctor, veriſſime in Dei Sanctos pius, & deuotus, exemplum nobis præbens, & docens ſimul, quomodo Sancti tractandi. Chryſoſtomum eſt ſecutus Theophylact. (Theophyl.) ſic acriter, vt parum Catholicè ſit loquutus. Itaque non ſolùm cautè legendus, ſed omnino cauendus, cùm iam hæreticum ſit, vel minimum actuale peccatum Virgini immaculatiſſimæ concedere, vt veriſſimè affirmat Suarez (Suarez.) *in* 3. *part.*

24\. *De fide eſt Virginē ſanctiſſimā nullum nec veniale contraxiſſe peccatum.* Ianſen.

tom.7.diſp.4.text.4. Auguſtini ſententiam ſequutus *lib. de nat. & gratia cap. 36.* dicens, *cùm de ſancta Virgine Maria eſt ſermo, propter honorem Domini nullam prorſus cùm de peccatis agitur, volo habere quæſtionem inde*, non vnde, vt bene aduertit & corrigit Ianſenius ex antiquo codice Catenæ aureæ, *ſcimus quòd ei plus gratiæ collatum fuerit ad vincendum ex omni parte peccatum, quæ concipere, ac parere meruit eum, quem conſtat nullum habuiſſe peccatum*, cum Auguſt. & Concilia & Patres ex Suario habes, vide apud ipſum.

Auct. Imp. Auctor Imperf. ad diabolum refert hunc matris ac fratrum Chriſti aduentum; quaſi ex illo voluiſſet exturbare Chriſti prædicationem perſuadentis iam ſuam diuinitatem. *Videns, ait, diabolus quia perſuadebat populis Chriſtus ſe eſſe filium Dei, dicens: Ecce plus quam Ionas hic, timuit, ne ſi Dei filius cognoſceretur ille qui putabatur homo, ipſe derelinquatur ab hominibus, ad conuincendos ſermones eius ſubintroduxit parentes eius carnales, vt per illorum contemplationem diuinitatis eius obſcuraret naturam.* Si hanc ſententiam intelliges, quaſi affirmet author Virginem ſanctiſſimam à dæmone impulſam ad hoc, falſiſſima eſt, infinitè ſemper canis hic, ac eius halitus à puriſſima diſtans extitit. At ſi ex occaſione aduentus Virginis diabolum illud exturbare quod præſumpſit, toleranda eſt, quam non aſſerrem; niſi ad moralitatem hanc ex illa educendam, vt omnes attendant viri ſpirituales quantum à parentibus, & conſanguineis

25\. *Spirituales viri quātum cauere debent parentes.*

ſe cauere debeant ſi verè ſpirituales eſſe, & apparere ob Dei gloriam deſiderent, cùm ad improbandam diuinitatem Chriſti, nullum aptius æſtimauit diabolus argumentum, quàm oſtendere parentes, & fratres ipſum habere; ſed ad rem.

Alij ad veritatem magis accedentes reputant nunc matrem, & parentes aduentaſſe ex amore non amplius eius abſentiam valentes ſuſtinere, ſic Titus *in Caten. D. Thom.* (Titus.) Alij, vt eum audirent, & præcipuè ſanctiſſima Virgo, ſic Caniſius *lib. 4. de Deipar. cap. 21.* (Caniſ.) Alij ex compaſſione, vt cibum ſumeret; ſic Caietan. (Caiet.) apud Marc. *cap. 3.* motus ex illis verbis, *conuenit turba, ita vt non poſſet panem manducare.* Optima ſententia, & eam ſequerer, niſi aliam meliorem non haberem. Alij demum, vt eum defenderent, audierant enim necem illi intentare Phariſæos, ſic Maldonat. (Maldon.) vltimò Abulenſ. (Abulenſ.) hîc *quæſt.* 114. affirmant ex tempore, vt ſic dicam, fratres, & matrem veniſſe, quatenus alio loco ſtantes, ſcilicet Nazareth, cùm Chriſtus per loca diſcurreret, ex eius deſiderio ad illum tranſmigratores caſu peruenerunt, quando domi prædicabat, ad quam accedentes, cùm præ turba intus accedere non poſſent, audientes de manè vſque ad veſperam ſermocinaſſe, nec cibum ſumpſiſſe, introire non valentes, ad eum miſerunt, & licèt Virgo ſanctiſſima nil diceret, tamen ipſi vt eum ad ſe veniendum obligarent, ex eius etiam nomine eum vocarunt. *Poteſt dici, & meliùs*, ait Abulenſ. *quòd Chriſtus propter opus prædicationis, non manebat in patria ſua, ſed diſcurrebat per varia loca, & quia cognati ſui, qui vocantur hîc fratres, & etiam mater, manebant in Nazareth, ex deſiderio videndi eum, quia fortè iam diu non viderant, venerunt, vt viderent.* Hæc equidem ſententia mihi videtur germanior, & litteralis; nec in hac re nullum aliud adeſſe myſterium, quod aliquando dum plus ſatis inquirimus ſeorſum, obſcuramus Scripturam, & infinitis nos implicamus quæſtionibus, parum ad rem ſemper diuinando, potius quàm ſolidum aliquod dicendo, ſed proſequor.

26\. *An bono, an malo animo hic ad Chriſtum acceſſit.* Hieron.

Ecce mater tua & fratres tui foris quærunt te. Marc. & Luc. plures fuiſſe aiunt qui hoc dicerent. Ad rem Maldon. priùs vnum fuiſſe, deinde, vt aſſolet, multos. An autem bono hic nuntiaſſet animo, an maleuolo, dubitatur. Hieronymus affirmat, inſidioſo, volens experiri, *an ſpirituali operi carnem, & ſanguinem præferret.* Crederem, niſi à matre, à fratribus eſſet miſſus. At licèt hoc non ſit, tamen ad mores excellens eſt Hieronymi ſententia, ex qua haurire potes lydium eſſe lapidem parentum affectionem; nam ſi hæc præpotens ad opus Dei deſerendum, & vt illis accurratur, domus deſeritur religioſa, choros intermittitur, oratio deſeritur, ſanctaque exercitia facillimè franguntur, niſi deſerantur, die talem non eſſe ſpiritualem, non eſſe diuinum, ſed hominem mundanum, carnalem; talem profectò hîc Chriſtum exiſtimaſſet, ſi derelicta prædicatione ad matrem, ad fratres acceſſiſſet, de qua re mox aliqua.

27\. *Non ſpiritualis qui ob temporalia ſpiritualia deſerit.*

Et reſpondens ei dixit: Quæ eſt mater mea? Statuendum cum Epiphanio *hæreſi* 42. Chryſoſt. & Hieronymo, vt ſuprà dicebamus, Chriſtum ex his verbis non negaſſe matrem, aut fratres, ſed potiùs affirmaſſe, at eos voluiſſe laudare, ſeu voluiſſe vt intelligerent plus eos æſtimare ex altera ſpirituali generatione, ſiue cognatione, quàm ex carnali, qui ſenſus litteralis & omnium tum Patrum, tum expoſitorum. ex quibus hæc deſumere potes documenta. (Epiphan. Chryſoſt. Hieron.)

28\. *Quæ documenta ex hac Chriſti reſponſione educantur.*

Primum quoad Virginem, eam ſcilicet, bis Chriſti fuiſſe matrem, tum carne, tum ſpiritu. Sic eam appellat Guarricus Abbas ſerm. 4. de Aſſumpt. *Mariam, ait, quæ ſecundùm carnem mater erat, alia quoque ratione matrem ſibi Ieſus probat, quandoquidem & ipſa voluntatem patris in tantum faciebat, vt de ipſa prædicaret, pater vocaberis voluntas mea.* Egregiè Maria non tantùm voluntatem Patris exercebat, ſed in abſtracto quanta quanta ipſa voluntas erat Patris; vnde ſi expetas, quid voluntas Patris? reſpondeam, *Maria.* Vnde excellenter concludens Guarricus ait. *igitur, vbi eam filius negligere videtur, ibi ampliùs honoraſſe inuenitur, dum ei ſcilicet materni nominis honor duplicatur, pro eo quòd eundem filium quem aluo geſtauerat, incarnatum, etiam nunc animo geſtauerat inſpiratum.* quam doctrinam ex Iuſtino Mart. *quæſt.* 136. videtur hauſiſſe Guarricum, qui ſic excellenter, *non debito matrem honore fraudat Dominus, ſed docet, quæ ex maternitate Virgo ſit beatiſſima. Si enim is, qui verbum Dei audit, & ſeruat, Dei eſt frater & ſoror & mater, quorum vtrumque in eius matre inerat, perſpicuum eſt matrem ipſius ex hac maternitatis ratione beatam dici oportuiſſe.* Egregiè. ex quibus excellentia Virginis educi poteſt, quamque ſit illa admiranda, dum etſi tanti fieret à filio, quia temporalis eius mater, vtique qui in lege tantùm præcipiebat parentes honorare, qualis eius erit ſanctitatis excellentia, dum hæc ſic eius rapuit oculos, vt alterius quaſi oblitus ex hac potiùs voluit; vt eius nominaretur mater, & ampliùs ex hac, quàm ex illa laudari.

29\. *Maria bis Chriſti mater.*

Guarric.

30\. *Eſt Dei voluntas in abſtracto.*

Iuſtin.

31\. *Cognatio ſpiritualis apud Deū amplior & dignior quàm carnalis.*

Secundum documentum eſt intelligere quantum ſpiritualis cognatio apud Deum ampliùs valeat, quàm corporalis, dum in matre plus illam æſtimauit, quàm iſtam. Vnde Auguſt. *lib. de ſancta*

ta Virgin.cap.5. affirmans præcellere ſpiritus maternitatem corporali, ſic ait: *Sanctæ Virgines cum Maria, matres Chriſti ſunt, ſi patris eius faciunt voluntatem. hinc enim & Maria laudabilius, ac beatius eſt Chriſti mater ſecundùm Chriſti ſententiam.*

32. *Quicumque facit*, &c. ex qua doctrina forma charitatis viro præſcribitur ſpirituali, vt plus illos æſtimet, qui plus Deo videt eſſe coniunctos, etſi principes, etſi parentes, hinc, vt amplius quàm parentes Dei ſeruos amet, ſi tales parentes non ſint. *Formam*, ait Hilar. *ſe ipſum vniuerſis agendi, ſentiendique conſtituens Chriſtus, propinquitatum omnium ius atque nomen, iam non de conditione naſcendi, ſed de Eccleſia communione retinendum inſtituit*, & Guarricus vbi ſuprà, *Exemplis nobiſcum agens vt carnalium neceſſitudinum affectibus, non ſolùm Dei proponamus dilectionem, ſed etiam eorum, qui Dei faciunt voluntatem.*

Supra principes, ſupra parentes Dei ſerui æſtimandi.
Hilar.

Tertium documentum, quod ex antecedenti ſequitur, ſcilicet vt Deum, diuinaque negotia ſemper parentibus, amicis, ac temporalibus præferamus. Vnde Bernard.ſerm.2.de Nuptiis Canæ,

33. *Optimè*, inquit, *nos docuit Dominus, ne ſolliciti ſimus ſuper propinquis carnis noſtræ, plus quàm religio poſtulat, quando ipſe matri & tali matri reſpondet, quid tibi & mihi.* At pulchrè Ambroſ.in Luc.cap.8.*præſcripturus cæteris, qui non reliquerit patrem, aut matrem, non eſt filio Dei dignus, ſententiæ huic primus ipſe ſe ſubiecit, non quo materna refutet pietatis obſequia, ſed quo paternis ſe miniſterijs, amplius quàm maternis affectibus ſe debere cognoſcit.* Nil melius: quam regulam ſic ſemper in corde fixam quilibet habere deberet Chriſtianus, vt in omnibus ſemper ante oculos eam tenens, ne filius religionem ingredi deſinat, etiam obſiſtentibus parentibus, dicat, *Quæ eſt mater mea.* Si amicus contra amicos perſuadentes, ne iniuriam remittat, dicat, *Qui ſunt amici mei.* Si Prælatus parentibus vt conſanguineis beneficia diſtribuat, dicat, *Qui ſunt fratres mei.* Si iudex, vt remiſſius ſe habeat ad iudicium rogatus à conſanguineis, dicat, *Qui ſunt*, &c. Si Princeps, vt omnia diſtribuat amicis, & priuatis, intonet: *Qui ſunt amici mei.* Tandem religioſus ſi à clauſtro exire cogatur, vt negotia tractet parentum, dicat: *Qui ſunt fratres mei.* Cùm, vt Beatus ait Chryſoſtom. *homil. de Anna tom.6.* nullum peius crimen, quàm temporalia ſpiritualibus præferre. *Quid enim*, ait, *hoc ipſo crimine poteſt eſſe peius, quod aliquid aliud quàm ipſa negotia diuina magis vrgens nobis videatur, magiſque neceſſarium.*

Dei negotia parentum & amicorum præferenda ſemper.
Ambroſ.
Chryſoſt.

34. *Quartum* documentum eſt proſpicere, quò virtutes homines ducunt, non equidem miracula, non reuelationes, non Dei fauores, non ecſtaſes, non raptus, non viſiones, non prophetiæ ad cognationem Dei eleuant homines, ſed virtutes, ſed executio voluntatis Patris. Vnde meritò exclamat Chryſoſtom. *O admirabilem honorem virtutis! ô incredibiles eius vires, quò bene viuentes homines ducitis, vt & fratris, & ſororis & matris retineant nomen.* Ex quo etiam ſummus Chriſti cum Sanctis ſuis amor educitur, dum quilibet iuſtus voluntatem Patris implens, ſic eum amet, diligat, & obſeruet, ac ſi eſſet mater, frater & ſoror.

Virtutes quò homines ducant.

Tandem vltimò obſeruo, matrem, & fratres miſiſſe ad Chriſtum, vt exiret, ad eoſque accederet, & Chriſtum non exiſſe, inſolitum quippe hoc ei, qui ſemper parentibus ſubditus diſputationem aliquando cum Doctoribus reliquit, vt parentibus obediret, ac morem gereret, vt in noſtris in Sapientiam commentariis ex profeſſo ponderauimus. Vnde ergo nunc nec ſermonem reliquit, nec foras eſt egreſſus ad eos? Quale in hoc myſterium? Dices, quia nunc grandæus officium agebat magiſtri. Vnde ad eum pertinebat docere, non addiſcere. Dices, ne videretur plus facere parentes, ac omnem illam turbam, quam docebat, ac proinde ſuper ſpiritualem horum profectum carnalem faceret obedientiam. Dices, ex impenſo deſiderio opus Patris perficiendo, dum ob illud non ſolùm cibi & panis, ſed etiam parentum obliuiſcebatur. Dices, quia cùm inter Phariſæos extabat infenſos & inimicos, ne videretur minoris animi, aut quòd periculum effugeret, aut quòd minus delectaretur inter inimicos eſſe plus quàm inter amicos. Dices, vt quia adeſſe matrem dixerunt, & non minori deſiderio teneretur eam videndi, quàm ipſa illum, vt ſe mortificaret, contraque ſenſum faceret, noluit exire; nobis glorioſè præbens exemplum mortificationis, dum pro Deo, & ipſam eius glorioſam matrem, & ipſas eius delitias, ex tractu, ex familiaritate, ex benignitate, ex fauoribus eius etiam relinquere debemus, ſic vt ſi eius gloria, ſi eius ſic voluntas fuerit, nos ſanctiſſimæ genetricis fauore, ſenſibili deuotione, tractu familiaritate priuari, omnino de hoc contenti, ac animati ſimus. Bona omnia, ſed pro nunc volo cum Hieronymo ſentire, vt ſcilicet doceret liberos eſſe ad ingrediendum; vt quid ergo ad ſe eum aduocare? *Cumque rogauerint*, ait Hieronymus, *& quæſierint, & nuntium miſerint, reſponſum accipient, liberos eſſe arbitrij, intrare poſſe, ſi velint.* Egregium documentum; ſunt enim aliqui, qui vellent ad eorum conuerſionem, vt Chriſtum de cœlo deſcenderet, & iterum dexteram relinqueret Patris, nil ipſis interim agentibus, niſi orationibus aliorum eum præſtolando, vt ad eos veniat; quid ergo? ſciant non venturum, operentur ſi velint, ingrediantur, ipſi accedant, per ſe, non per internuntios, nam liberi ſunt, cur foris ſtant.

Enim verò ſeruus ille Abrahami, cùm petiiſſet à Rebecca Geneſ. 24. num.23. *Eſt in domo patris tui locus ad manendum?* & illa reſpondiſſet, *palearum, & fœni plurimum eſt apud nos, & locus ſpatioſus ad manendum.* Non tantùm ipſam non eſt ſequutus, quin immo nec ſe loco mouit, manens in eodem fonte. Vnde meritò à Labano reprehenſus, dicens: *Ingredere benedicte Domini, cur foris ſtas, præparaui domum, & locum camelis.* equidem meritò reprehendit; petiit ſi erat locus, ſi erant cibaria, ſi erat hoſpitium, ſcit domum eſſe fratris Abrahami, & tamen non properat, non accurrit, ſed foris ſtertens ſtat; dignè ergo reprehenſus. Quid ergo non ſic adſimiliter peccatoribus & Chriſtus omnia ipſe præparauit, & iam diu præparauit auxilia, ſacramenta, prædicatores; at ipſi nil horum curantes foris ſtertentes tantùm volunt vt ipſis foris Dominus exeat rogatus ab aliis. Sciant non egreſſurus, quia liberum eis eſt ſi velint, vt ingrediantur. Neque confidant, quia Chriſtiani, ac proinde parentes, quia etſi mater foras, etſi fratres, non ad eos exiit, immo aſperè reſpondit, *Qui ſunt*, &c.

DIGRESSIO III.

Vtrùm Reuelationes, ecſtaſes, raptus, cæterique Dei fauores, omnibus circunſtantijs, ac ſignis bonis vallati, qui energumeno alicui eueniunt, non ob peccata talis, ſed ob exercitium virtutis, & Dei maiorem gloriam ſint approbandi, & pro veris habendi.

OCcaſione huius inergumeni, & à dæmone poſſeſſi, ob quem tanta Dominus pertulit, & ſic acriter Phariſæi eum notarunt, placet tanquam ad rem natam dictam exagitare quæſtionem, & præſertim cùm in eam incidimus tempeſtatem, quando experiētia docemur animas alioquin ſanctiſſimas, ac puriſſimas, & quæ nunquam in vita peccarunt, adhuc etiam baptiſmalem innocentiam retinentes, hac peſſimâ torqueri infirmitate à Deo ab ipſomet dęmone ingreſſus expetitus. Quod ſæpe fieri videmus eo vel maximè, quādo vehemēter cupit noxā inferre ex virtute motus excellenti alicuius, vt patet ex Iob c.1. & 2. & ex Luc. c. 22. & latè probat Raphaël de Tor. 2. 1. q. 90 *art.* 20. *diſp* 11. *n.* 11. Illi autem ad ſuam manifeſtādam gloriam, gratiæ potentiam ac efficaciam conceſſus, ac quondā cum ſanctiſſimo Iob remanentibus ſemper talibus in ſua innocentia, perfectione, ac ſanctitate, immo aucta, & perfecta poſt annorum curricula infinita, ac horrenda mala, infirmitates, dolores, torſiones, plagas, ictus, tentationes perpeſſas, ſicut ad ſatietatem malis illatis Dæmon factus ſatis, vellet exire, & non ei permittatur carne fragili, ex Dei virtute malignum ſuperante ſpiritum, ita vt nocendi deficeret potius diabolò voluntas, quàm patienti ſuſtinendi, immo huius ad dæmonis defectionem aucta, & ad ampliores cruces, tormenta, torſiones, dilaniationes extenſa deſiderio ardenti, vehementi, crepante dæmone, & planè ſe victum confitente, quod & de multis audiui, & experientia didici. De his ergo cum omnibus his circunſtantiis, nec vna tantùm deficiente, volo vt quæſtio intelligatur. In qua, vt vides, ſumma ſupponitur puritas, & innocentia, rara virtus, immo virtutes non in quolibet gradu, ſed animi purgati, tandem non ſolùm in virtutibus perſeuerantia, ſed augmentum. Ad cuius reſolutionem antequam accedam, aliqua priùs prælibanda circa horum ſtatum, vnde ad hoc vt pleniùs res intelligatur,

Torres.

1\. Adnotandum, quid propriè dicatur atreptitius. Nam, vt bene Raphaël de Torr. 2. 2. *tom.* 1. *q.* 90. *art.* 2. *diſp.* 18. *n.* 6. aliud eſt eſſe dæmon in corpore, aliud intra corpus. Nā ad hoc vt dicatur eſſe in corpore, ſufficit vt in illud operetur extrinſecè aliquid mali cauſādo; ac vt ſit intra corpus neceſſarium vt operetur intra ſuperficiem interiorem ipſius corporis, & vt ſit intra quantitatem localem corporis. ex quo fit, vt dupliciter arreptitij poſſint torqueri intrinſecè, & extrinſecè. ex qua doctrina fit, vt illi dicantur rectè arreptitij, in quibos *dæmon eſt intra vltimam ſuperficiem corporis tanquam in loco, & immediatè illum vexat per ſe ipſum cum quodam modo ſubactionis manendo in ipſo tanquam in proprio habitaculo*, vt affirmat idem author vbi ſuprà, quod deſumpſit ex Delrio magicarum diſquiſitionum, & Thyreo de dæmoniacis.

Quid propriè arreptitius. Torres. Delrio. Thyreus.

Ex hac doctrina, quæ veriſſima fuit, vt dupliceter dæmones homines vexantes dicātur. Alij enim dicuntur *obſidentes*, Græcè Catabolicos, vt vult Torr. vbi ſuprà *diſp.* 26. *n.* 32. ſeu vt vult Delrio lib. 3. p. 1. q. 4. ſect. 6. *poſſidentes*. & hi ſunt qui intra corpus eo modo vt ſuprà diximus. Alij verò *aſſidentes*, ſeu vt vult Delrio *obſidentes*, qui extra corpus, bene tamen, vt ſuprà dicebamus, in illud operātes, ex his poſterioribus non denominantur homines arreptitij, vel dæmoniaci. nā à talibus vix ſanctus nō afflictus, immo, vt aliqui volunt, etiam D. Paulus, ſic intelligentes illud, *Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, Angelus Satanæ*, 2. ad Cor. c. 12. n. 16, de qua re vide ibi Cornelium, quomodo adſimiliter & ſanctus Iob. At propriè ad hoc, vt aliquis dicatur arreptitius, ſeu dæmoniacus, neceſſe eſt vt dæmon ſit intra corpus permanenter tanquàm in loco, & intra illud operans. 2.

Quid dæmon obſidens & poſſidens. Torres. Delrio.

3\. *Pauli ſtimulus carnis quis.* Cornel.

At notandum, quòd ad hoc vt verè quis dicatur arreptitius, ſufficit vt dæmon ſit intus corpus in qualibet eius parte, etiam minima, vt in brachio, vel vngue, vt refert Georgius *in vita ſancti Theodori*, de quodam Eutychio, in quo exiſtebat dæmon in brachio tantùm; de qua re vide Torr. vbi ſuprà *diſp.* 23. *n.* 2. Quod equidem quando fit ex particulari, erit prouidentia inhibentis diabolo, ne vltra ſe extendat, ex qua doctrina ſequitur euidenter quòd ſimiliter dicendum ſit de dæmonibus aſſiſtentibus, nempe eos aliquando poteſtatem accipere, nō ſupra totum corpus, ſed tantùm ſuper aliquod eius membrum, & tunc non poſſe hominem motui illius membri obſiſtere, cùm mouentur ab agente ſuperiori & fortiori, ex qua doctrina, quam tenet Torres *vbi ſuprà*, & Delrio *diſquiſit. Mag lib.* 2. *q.* 24. § *ſexta in voluntate*, ſequitur poſſe dæmones aſſiſtere, & dominari extrinſecè vni membro corporis, v. g. manibus, & illis fricare virilia, cum notabili immutatione abſque conſenſu hominis coactè, & merè paſſiue ſe habente ad illum motum, ex quo fit vt actus ille ſit ſine peccato, immo ex valida reſiſtentia, ſi adſit voluntatis meritoria. *Poteſt*, ait Delrio, *dæmon ſi Deus non prohibeat in actum aliquem, vel motionem hominem impellere, quæ motio ex ſuo genere, ſi adeſſet conſenſus liber, peccatum foret; peccandi tamen neceſſitatem nunquam voluntati queat afferre, quia inuito conſenſum nequit extorquere.* Quæ ſententia eſt veriſſima non ſolùm ſpeculatiuè, ſed practicè, valdeque obſeruanda, & notanda à confeſſoribus, magiſtriſque ſpiritualibus, cùm ex eius ignorantia, aut ſcrupuloſitate omnino perdere poſſint animam alioquin ſanctam, cùm in hac re, ſiue in hoc crudeliſſimo bello nil periculoſius, quàm ſe victum aliquem æſtimare, & iam cecidiſſe, quod ſummopere appetit perſuadere diabolus ad hoc vt liberè iam & voluntariè peccet, & peccatum conſummet; quòd autem in hoc caſu ſtrenuè curandum, pœnitentem eſt inſtruere in quo peccatum conſiſtat, ſcilicet in voluntatis conſenſu, quod ſemper reniteat fortiter, nunquam ſe victum cogitet, & quoad poteſt reniteat motum, ſeu brachij motionem. At hoc ſuauiter, parum de re curando, ſemper contra voluntatem reſiſtendo, nullo modo ſe perturbans, aut pacem deperdens interiorem.

4\. *Arreptitius dicitur etſi dæmon ſit in minima parte corporis.* Georg. Torres.

5\. *Dæmones aſſiſtentes non ſemper in totum corpus poteſtatem accipiunt.*

6\. *Pollutio procurata vt certè dæmonis quomodo eſſe poteſt.*

Cum hoc tamen aduerto, non paſſim hæc doctrina euulganda, nec facilè talis dæmoniaca illuſio admittenda, niſi poſt largam experientiam, & reſpectu perſonarum valde ſpiritualium, qui potius millies mori appetant, quàm vnum committere, & ſi minimum peccatum veniale. Cum his ergo doctrina tenenda. & quòd nullo modo

do peccent, do tibi euidens ſignum. nam videas
ſemper conſtantiores euadere, amplius factum
abhorrere, efficaciſſimè, & tenaciſſimè nolle pec-
care; quòd ſi vere in illum conſenſiſſent, non eſſet
ſic, cùm ex peccato debiliores redditi apertè poſt-
ea in conſenſum deciderét; at redeo ad quæſtioné.

7. *Energumeni non ſemper ob peccata, aliquando ob exercitium virtutis.* *Secundò* ergo adnotandum quòd licèt hæc in-
firmitas, ſeu plaga ordinariè ob peccata deueniat,
tamen certiſſimum etiam aliquando talem pœ-
nam Deum infligere, ſeu permittere ad exerci-
tium virtutis, augmentum gratiæ, & gloriæ pa-
tientis abſque vllo prorſus patientis peccato. Hæc
August. eſt aperta ſententia ſancti Auguſtini *lib. 21. de ci-
uit. c 28.* vbi ſic. *Graue iugum filij Adam à die exitus
de ventre matris eius vſque in diem ſepulturæ, matrem
omnium, vſque adeò impleri eſt neceſſe, vt ipſi paruuli
per Lauacrum regenerationis ab originali peccato, quo
ſolum tenebantur vinculo iam ſoluti, multa patientes,
nonnulli incurſiones ſpirituum malignorum patiantur.*
Hieron. Eſt etiam Hieron. *Epiſtola ad Paulum de dormitione
Bleſilla*, vbi ſic. *Quæ eſt cauſa, vt ſæpe bimuli, trimuli-
que & vbera matris lactantes à dæmonio corripiantur?*
ſubditque, *Inuiſibilia hæc inſcrutabili altiſſimo Dei
8. indicio ſunt relinquenda.* Remittit ergo Sanctus fa-
Pueri aliquando energumeni. ctum hoc ad Dei inſcrutabilia iudicia, nullam af-
ferens cauſam. Poterat enim parentum peccata,
cùm certum ex illis aliquando hoc malum eueni-
re. ergo ſine vlla culpa poteſt eſſe talis moleſtia,
vt patet ex illo *Marc. 9. n. 20.* quando interrogan-
ti Domino patrem pueri, quod tempus habebat
quo in filio extabat ſpiritus immundus, reſpon-
Pallad. dit: *ab infantia.* de qua re vide Palladium *in vita
Metaph. ſancti Machary*, & Metaphraſt. *in vita ſancti Pa-
Chryſoſt. ternij 7. February.* & Chryſoſt. *in lib. de prouidentia*,
9. vbi affirmat dæmones vexare ſanctiores homines
Sancti aliquando energumeni. aliquando, quos dum in peccatis voluntarentur,
nulla aduerſitas moleſtabat. Quòd autem aliqui
Sancti hac moleſtia ſint paſſi, plenæ ſunt hiſtoriæ
Sulpit. Sanctorum. Immo in vita ſancti Martini ex Sul-
pitio patet Eremitam quemdam à Deo poſtulaſſe,
& impetraſſe, vt per menſes aliquot eius corpus
ab inhabitáte diabolo moleſtaretur propter peri-
culum ſuperbiæ ex expulſione dæmonum, quæ ab
illo fiebat, quod & obtinuit. Hanc ſententiam ſe-
Thyr. quuntur Thyr. *diſp. de dæmonia. p. 2. c. 32.* Torr. *vbi
Torr. ſupra diſp. 21.* Vlricus Molitoris *de Pythonicis mulie-
Vlricus. ribus cap. 2.* & vltimò doctiſſimus & eruditiſſimus
10. Angelus Mantiq. S. Thomæ Salmanticæ regentis
Deus ſæpe malum infert pœna ſine culpa. Cathedram, in ſuo defenſorio *Mulieris fortis, du-
b. 0 4 n. 5.* Salmanticæ impreſſo *ann. Domini* 1620.

Ratio huius ſententiæ clara & euidens eſt, quia
tale malum non eſt malum culpæ, ſed pœnæ: ſed ta-
le malum ſæpe Deus infert ſine culpa patientis,
aut alterius; ergo. Confirmatur ex illo *Ioan. 9.* de
cæco à natiuitate, de quo Dominus aſſeruit, *quòd
neque ille, neque parentes eius peccarunt.* Sanctiſſimus
Iob quid peccauit, vt in manus ſit datus dæmonis
aſſiſtentibus tres clara hæc, & indubitata.

11. At talis Dei iudicij, ſeu talis carnificinæ in viris
Cur Sancti tradit in poteſtatem dæmonis. iſtis ſanctiſſimis ratio multiplex eſſe poteſt; ali-
quas adducit Thyreus *vbi ſuprà*, & ex illo Torres.
Prima, vt homines inſtruat, & à vitiis retrahat. *Se-
Thyreus. cunda*, vt præbeat exempla patientiæ. *Tertiò*, vt in
Torr. altera vita capaces reddat maiorū bonorum. Opti-
mæ equidem rationes, quas proſequitur & probat
Thyreus; at communes & non peculiares huius
temporis. nam illæ militant quando vnus, vel alter
vir iuſtus hanc patitur carnificinam; non verò vt
modò quando tanti, vt vſque ad ſtuporem eſt vi-
dere, de quorum ſanctitate, niſi temerariè nullo
modo addubitari poteſt. Pater Daça *in vita Beatæ
Ioannæ c. 13. poſt medium*, refert in Galliæ monaſte-
rio quodam, obſeruantiſſimo ac ſanctiſſimo in-
de Epiſcopo Carthaginenſi tranſeunte, nouem ab-
hinc annis reperiſſe in illo ad 24. ſorores obſeſſas,
& alia ego recentiſſimè etiam afferre poſſem
exempla. Cur ergo nunc ſic ordinaria, & propè,
vt ſic dicam, communis talis Dei extraordina-
ria prouidentia, vt velit tali igne ſic terribili,
tali laniena ſic crudeli, tali carnificina ſic horri-
bili ſuos probari, hoc nunc inquirendum, in qua
re piè abſque curioſitate cum reuerentiali metu
ſententiam meam proferam, ſenioribus eam re-
mittens diiudicandam.

Vna ergo mihi huius rei ſubeſt ratio, ad quam 12.
antequam accedam, ſuppono nullum ſpectacu- *Cur tantos in hoc tempore.*
lum Deo gratius, nullum ſic illi delectabilius,
quàm virilem hominem aſpicere viriliter cum 13.
dæmone colluctari, ſicut olim Martyres cum ty- *Spectaculum eius delectabile colluctatio hominum cum dæmone.*
rannis. Hinc S. Chryſoſt. *in Caten. Iob.* ſuper illa
verba Dei ad dæmonem, *veruntamen animam eius
ſerua*, affirmat inter alias rationes inhibitionis ne
eum occideret, vnam extitiſſe, ne theatrum dele-
ctabile illi clauderet, Iobumque è medio tolle-
ret; qui glorioſum illi præbebat ſpectaculum, *ob-* 14.
ſerua, inquit Deus Satanæ, ne quid in vita ratione pa- *Cur diabolo prohibuit ne Iobum occideret.*
*tiatur, etenim ſi de medio illum ſuſtuleris, theatrum no-
bis non plaudet amplius.* Nota illud, *non plaudet*,
non dixit, non patebit, ſed non plaudet, ſignifi-
cans æternam gloriam quam conſequebatur ab
Angelis ex plauſu victoriæ Iob. At quid & hoc
ipſe Seneca dixit etſi Gentilis, ſic piè, & ſapien- Seneca.
ter, vt ſi ei quædam nomina commutes, Chriſtia-
num dices, ipſe enim *lib. de prouidentia, c. 2.* retra-
ctans cur bonis viris aliquando mala accidant,
Miraris, ait, *ſi Deus ille bonorum amantiſſimus, qui
illos quam optimos eſſe, atque excellentiſſimos vult, for-
tunam illis cum qua exerceantur aſſignat.* & reſpon-
dens, ſic luculenter ait: *Ego verò non miror; ſpectant
enim Dij magnos viros colluctantes cum aliqua cala-
mitate: nobis interdum voluptati eſt ſi adoleſcens con-
ſtantis animi irruentem feram venabulo excipit; ſi leo-
nis incurſum interritus pertulit, tantoque ſpectaculo eſt
gratius, quanto id honeſtior fecit.* hoc eſt, vt volt
Lipſius, quanto qui in arenam deſcendit, fuerit
nobilior. *Nam etſi olim*, ait Lipſius, *viles tantum, &* Lipſius.
*captiui, aut damnati ad beſtias feræ ſolent dari, ta-
men ſub Principibus etiam equites, etiam Senatores
commiſſi*, ex Senec. probat, quæ adnoto, ob quæ in-
fra dicam. At ad Senecam redeo, qui ſequens ait,
*Non ſunt iſta quæ poſſunt Deorum in ſe vultum con-
uertere, ſed puerilia, & humana oblectamenta leuitatis.
Ecce ſpectaculum dignum, ad quod reſpicit intentus
operi ſuo Deus: ecce par Deo dignum vir fortis cum
mala fortuna compoſitus, vtique etſi prouocauit. Non
video, inquam, quid habeat in terris Iupiter pul-
chrius, ſi conuertere animum velit, quam ſpectare Ca-
tonem; iam partibus non ſemel fractis, ſtantem ni-
hilominus inter ruinas publicas rectum.* Si ab au-
ctoritate nomina damus, Iupiter, & Deorum
verè Senecam Chriſtianum dicas. &, ni fallor,
dum hæc ab eo ſumpſit Minut. Felix Chriſtianum Minut Felix.
eum fecit, qui ad Martyres illa adaptans, ſic ait:
*Quam pulchrum ſpectaculum Deo, cum Chriſtianus
cum dolore congreditur, cùm aduerſus minas & ſupplicia
& tormenta componitur, cum libertatem ſuam aduer-
ſus Reges & Principes erigit.* Nil melius, vere ſpe-
ctaculum excelſum Chriſto & Angelis erat,
dum inter leones, & feras virgines molles, dum
inter ignes & ſcorpiones puellæ delicatæ, dum

inter ferrata carpenta mulieres debiles, tandem dum inter vniuerſa diaboli tormenta, immo peius quid, dum inter ferina hominum crudeliũ ingenia martyres ſuos vidit, de feris, de machinis, de tormentis, de dæmonibus, de hominibus triumphantes, verè Deo dignum ſpectaculum, & quod amplius, vt ex Seneca notabamus, quando ad arenam hanc non quoslibet vidit deſcendentes pugnantes, non de plebe tantùm, & viles homines, ſed inclytos, ſed magnos, ſed principes. Hoc ergo ſic ſtatuto, & ſuppoſito, ſcilicet nullum Deo maius ſpectaculum, quàm hominem videre cum diabolo, aut hominibus colluctantem, nunc ſic diſcurro.

Enim verò Chriſtus Dominus noſter in primitiua Eccleſia magnum de Martyrum coronis, de afflictorum triumphis ſpectaculum ſumpſit; at etſi delectabile hoc illi ſpectaculum, vnum quid tamen, & non modicum obſtabat, quod etſi illi lætitiam de victoria Martyrum non præripiebat, tamen trepidabat plurimum, vt ſic dicam; quid illud? Sanè perditio animarum Tyrannorum lucrabatur, equidem & lætabatur de Martyrum animabus, de lucro Sanctorum, at contriſtabatur de perditione Tyrannorum, de damnatione miniſtrorum, de inferno impiorum Martyres perſequentium. ergo ſi lætabatur de Laurentio, triſtabatur de Valeriano. Quid nunc? tanquam expertus ad finem iam deueniente Eccleſia, ac Antichriſti perſecutione appropinquante, vtpote in fine temporum, vult Martyres efficere ſine perditione animarum, vult animas ex martyrio lucrari, non vult ex illo alias perdere, vt ſic omnino planum ſit illi ſpectaculum, ac totaliter iocundum de animarum congreſſu. Hinc dæmones ex inferno extrahit crudeliſſimos, potentiſſimos, ac ſupra modum ferinos, quibus licentiam impartiens, vt in corpora intrent dilanient, dimacerent vſque ad ſatietatem, pulcherrimum ex hac dilaniena ſpectaculum carpit, dum videt ſuos, dum videt ſuas imbelles, ac debiles, ſic fortes contra omnia diaboli tormenta ſtare, vt etſi corpus in millia diſſectum, anima virilis & erecta ſtans, immobilis perſeuerat, ex ſua gratia ſemper vincens. ſemper victrix, à tanto malo tantum & ſic præclarum bonum euinceus, vt bene Origen. *lib. 2. in Iob*, ſuper illa verba, *pellem pro pelle*; *ſæpe enim*, ait, *à malo aliquid boni proficiſcitur, non quod malignus ita voluerit, ſed quia bonus ac benedictus Deus maligni malitiam in bonum conuertit timentibus ſe, atque diligentibus, ſicut Martyribus, qui in omni tolerantia ſuperantes nequitiam eius, æterna vitæ hæreditatem capient apud Deum.* ex quibus, vt vides, non ſolùm hæc noſtra tempora quoad hoc peiora antiquioribus, ſed, vt ſic dicam, meliora, ac præclariora; dum etſi tyranni deſint, qui Martyres faciant, crudeliores aſſiſtunt dæmones, crudelius torquentes, ac crudelius exhibentes martyrium. Quid ni? Si enim Chryſoſt. *hom. 12. in Epiſt. Paul. ad Hebræos*, affirmat mortificationem voluntariam paupertatis, & tribulationis eſſe martyrium, & perfectum holocauſtum. Quòd ſi hæc, quanto magis erit martyrium, tormenta, & dilaniationes diaboli ſuſtinere, qui crudeliter intus exiſtens, vrit, ſecat, mactat, & perdit, non ſolùm carnem diſrumpens, ſed oſſa. *Quid enim ſi igni non comburatur corpus*, ait Chryſoſt. *ſed alio igne poteſt, vtpote voluntaria paupertatis & tribulationis; cùm enim liceat delitioſè, & optimè degere, & eligatur laborioſa vita, mortificanſque corpus, nónne holocauſti oma eſt; mortifica ergo corpus tuum, & crucifige, & accipies tu huius martyrij coronam.*

Origen.

Chryſoſt.

15. *Paupertas voluntaria martyrium.*

Chryſoſt.

16. At dices. Bene hoc; ſed vellem amplius quid ſcire, cur ſcilicet facultas datur, vt intret in corpus, & non ſtet extra corpus omnia illa mala perpetrans? Sanè impertinens hoc. *Quis enim cognoſcet ſenſum Domini, aut quis conſiliarius eius fuit?* vt hoc ſcire poſſit; at etſi hoc, ne ſcandalum ſumas, &, vt ait Caſſian. *Coll. 28.* ne tales abomineris, vel deſpicias, indigitabo aliqua, etſi diuinando potius, quàm aliquid verum dicendo. Sit

Deus cur ſpiritualiter dat nunc facultatem vt in ſanctos homines diabolus intret. Caſſian.

17. *Prima* ratio, vt tu attendas quàm parum coram Deo corpus ſit noſtrum, quod ſic diabolo tradit, vt anima illuſtrior fiat, vt ita ſimiliter carnem deſpicere diſcas; *animam non quæſiſti.* Pulchrè facit Origenes Deum diabolo alloquentem, *animam non tetigeris, terram tibi trado, cælo ne appropinquaueris, terrenum vas confringe, vt volueris, interiori verò theſauro non appropinquaueris, lutea tecta facito quod volueris, pretioſiſſimam margaritam ne tetigeris.*

Quàm parum corpus facit noſtrum. Origen.

Secunda ſit ratio humilitas, & præcipuè quando Deus magna tali animæ conferre determinat, ob quod adnotandum, non ſic humilitatem afferre bella quæ à dæmonibus inferuntur aſſiſtentibus, 18.
quantum illa quæ ab obſidentibus; nam illa cùm non proueniant à dominante dæmone in corpore, non inferũtur tanquam à Domino imperante, ſed tanquam ab inimico non ſolùm pari, ſed impari, hinc potiùs niſi vera humilitas adſit, incentiua poſſunt eſſe potius ſuperbiæ, quàm humilitatis; at quando inferuntur à dæmone obſidente intrinſeco, cùm hic, vt diximus, ſtet intus cum quadam patientis ſubactione, cum quodam dominio, cum quadam, vt ſic dicam, proprietate, tanquam in propria domo, bella, quæ infert, tormenta quæ dat, ſunt veluti quædam non tantum bella, quantum tormenta ſuperioris ad inferiorem, hinc nec gloriam afferunt, nec incentiua poſſunt eſſe vanæ gloriæ, ſed extremæ humilitatis, dum etiam ſecundùm hominum conceptum etſi magnifacimus qui bella dæmonum ſuſtinet exteriora, vilipendimus, quæ ſuſtinet. ex dæmone intus exiſtente. Vnde tales quando ſanctiſſimi à ſuperbia tutos eos Deus habet, non ſolùm interiùs, & à ſe ipſis, ſed etiam exteriùs, & ab aliis. hoc ergo ſuppoſito; en ratio quare non tantum Deus vult vt à dæmonibus aſſiſtentibus tormententur, quantum ab obſidentibus, vt ſcilicet omnino à vana gloria eos præſeruet, dum magna eis conferre intendit, *& ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, Angelus Satanæ*, aiebat Paulus Quem ſtimulum, cùm aliqui faciãt dæmonem aſſiſtentem, vt diximus, datur intelligi cauſa quare tales dæmones Dominus permittit, qui licet in Paulo non fuit intus, ſed extrà, tamen ad humilitatem voluit, vt illa tentatione eum pulſaret, quæ ſummam attrahit humilitatem, nempe carnis, ex qua totus humilis factus altitudo reuelationum non eum extollebat; ſic nunc ad humilitatem ſeruandam in medio reuelationum coromutans, vt ſic dicam, carnis tentationem cum interiori dæmonum aſſiſtentia, ſuos omnino cuſtodit, & ſeruat. Quòd ſi hæc tempora conſideres, quando tanti faciunt reuelationes, quando tantæ finguntur, quando ſic hypocriſis vrget, quando ſic viliſſimæ propalantur, licèt falſiſſimæ, non miraberis veras ſub tali humilitatis tegumento velle Deum occultare, ſimul ac eius ſummos fauores.

Bella dæmonũ exteriorũ non ſit ſæpe cauſa humilitatis, ſicut quæ afferuntur à dæmonibus interius exiſtentibus.

Tertia

19. *Deus quàm excellenter triumphat de dæmonibus nunc in energumenis.*

Tertia demum ratio ſit excellens Dei victoria, dum de inimico vult triumphare non è foris, ſed intus. *Cùm fortis armatus*, ait Dominus *in Luc.* 9. vt ſuprà dicebamus, *cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt omnia, quæ poſſidet, ſi autem fortior illo ſuperueniens vicerit eum, vniuerſa arma eius adferret, in quibus confidebat, & ſpolia eius diſtribuet*; equidem ſi attendes, & glorioſa etiam fuiſſet victoria, ſi extra atrium exiſtens inimicus in campo viciſſet eum, vti aſſolet, non ſinens in ciuitatem, ſeu caſtellum ingredi, ac illud poſſidere. At intus exiſtens tanquam Dominus, illum tamen exturbare, foras eiicere, vincere, diripere, ſubiugare, & ſimul etiam intus eo exiſtente ſic rem moderare, vt etſi Dominus ſtet tanquam ſeruus in ipſamet domo victus, & vt canis ligatus nil agens, non demens, ſed augens coronas. hæc profectò non glorioſa, ſed glorioſiſſima eſt victoria vſque huc inaudita. Hinc, quia tales victorias Deus ſibi reſeruauit in fine mundi ab Anti-Chriſto eas reportaturus, vult iam eo ad occaſum vergente, vti diximus, eas quaſi præludendo incipere. Tale durum ſuis electis permittens bellum, talem carnificinam, ex quo audeo dicere, ex his quæ vidi, quæ expertus, quales ſcilicet animæ, quàm ſelectæ, quantæ virtutis, quantæ puritatis hoc patiuntur malum, vt iam in talibus non ſit amplius nota infamiæ, ſed decoris, ſed gloriæ illud pati. Et quòd Deus omnipotens, *innouans ſigna, & immutans mirabilia*, vt ait Sapiens *Eccl.* 36. ſicut antiquitus per Martyres de tyrannis voluit triumphare; ſic nunc per Sanctos ſuos, de ipſis dæmonibus per electiſſimos ſuos, in vmbra, vt ſic dicam, & in figuris glorioſa certamina, & victorias prophetans, quas reportaturus erit de Dragone illo infernali, iam iam aduentante.

Ex dictis ergo non ſolùm habes tale malum aliquando Deum permittere abſque culpa, & ad exercitium virtutis, gloriæque augmentum, ſed etiam quod & hominibus ſanctis, & ad maiorem ſuam gloriam, & quod conſideratis temporibus præſentibus, & perſonis patientibus diuiniſſima eſt Dei prouidentia, & admiranda, & quòd iam talis infirmitas potiùs glorioſa, quàm indecora dici poſſit. Quibus nunc ſic prælibatis deueniendo

20. *Energumenorum reuelationes non credendæ.*

ad quæſtionem, dico *primò* in terminis illam, vt hîc iacet, apud nullum me reperiſſe authorem. nam omnes tantum tractando de ſignis bonæ, aut malæ reuelationis affirmant energumenorum non eſſe credendas. Sic Thyr. *de dæmoniacis*. Delrio *Magicarum diſquiſ. lib.* 4. *q.* 3. *ſect.* 5. Torr. 2. 2. *tom.* 5. *q.* 95. *art.* 3. *diſp.* 3. in 5. claſſe ſignorum ex parte perſonæ: vbi ſic, *ſecundum ſignum ſi habens reuelationes arreptitius ſit, neutiquam illi credendum, quia a dæmonibus proficiſcuntur*. At hæc non eſt quæſtio noſtra. Tum quia iſti authores tantùm tractant de reuelationibus, per illas prophetias intelligentes, non autem de cæteris Dei fauoribus, tum quia de illis energumenis loquantur, qui ob peccata, qui vitæ perditæ, qui ſaltim homines ſunt non ſpirituales, & de his certum eſt eſſe diabolicas, ordinariè loquendo. At de perſonis inſignis ſanctitatis, virtutumque heroicarum, & quæ talem carnificinam patiuntur ad Dei gloriam, & triomphom, nec verbum apud eos. & licet diligenter quæſiui, an tactam inuenirem quæſtionem, nullum reperi vſque huc, & non miror, cùm verè noua ſit, & nondum in Dei Eccleſia, tanta multitudo energumenorum ſanctorum, vt ſic dicam, vnquam ſit viſa. Nouam ergo attingo prouinciam, in qua proponam pro vtraque parte rationes quas excogitaui; poſtea ſententiam meam aperiam, iudicio prudentum ſubmittam, alter addat meliora, ſi nun ei arridebunt quæ protetam.

Thyreus.
Delrio.
Torres.

21. *Rationes quibus probatur veras eſſe energumenorum reuelationes & veros Dei fauores.*

Pro parte ergo affirmatiua hæc videantur eſſe valida argumenta, ex quibus formari iudicium poterit veras eſſe reuelationes à Deo, & bono ſpiritu immiſſas veros fauores piè credendos, ſaltim non condemnandos.

Primum quia Eccleſia ſancta dat eis ſanctiſſimum ſacramentum, neque tali fauore eos indignos iudicat, immo eſt medium ad ſalutem eorum procurandam. Primum & maximum, vt bene Torres 2. 2. *q.* 90. *art.* 2. *Annot. de malis quæ extrinſecus inferunt dæmones, n.* 38. & Caſſian. teſte D. Thom. 3. *p. q* 8. *art* 9. ex Patrum ſententia, nullus autem Dei fauor, nulla gratia etiamſi extraordinariæ ſit prouidentiæ, ad hanc attinget, etſi conſideres, quòd ipſamet Chriſti perſona verè & realiter intra eandem ingreditur ſuperficiem, in qua eſt dæmon, non miraberis de aliis fauoribus, aut apparitionibus, ſiue intrinſecis, ſiue extrinſecis, nam hæc fiunt, ordinariè loquendo, per Angelos, ſicut & reuelationes. Quid ergo omnia hæc? Si cum perſona Chriſti in ſacramento componas? ſi ergo Deus per Eccleſiam ſuam determinat hos non eſſe indignos tali fauore, cur nos determinabimus indignos aliis minoribus, etſi tales ſuffragiis non priuat Eccleſiam, cur nos eos diuinis priuabimus.

Torres.
D Thom.
Caſſian.

Secundum argumentum ſit exemplum animarum in purgatorio exiſtentium, Sanctorum, & quæ ſummopere à Deo diliguntur, quas à dæmonibus torqueri in purgatorio, multorum eſt ſententia claſſicorum authorum, quæ tamen ſuo modo, & vt ille ſtatus eſt capax, quatenus operantur in eis dæmones arreptitiæ dici poſſunt, & tamen infinitos Dei & Angelorum percipiunt fauores. Quid ergo repugnat, vt ſancti iſti energumeni ſint tanquam aliqui ex illis.

23. *Malis hominibus Deus aliquando ſua reuelat myſteria.*

Tertium argumentum. nam, vt ex Scriptura conſtat, & ex infinitis hiſtoriarum exemplis malis hominibus, peccatoribus, immo & ipſis Gentilibus per Angelos ſuos ſæpe Deus myſteria reuelare conſueuit, fauores ad eorum conuerſionem præbere, immo aliquando & ſummam, & altiſſimam

24. *Sybillæ diuino ſpiritu myſteria Chriſti docuerunt.*

contemplationem. Sybillæ equidem mulieres fuerunt Gentiles, at nullum myſterium Chriſti eis ſe abſcondit, vt latè probat doctiſſimus, ac vir digniſſimus Ludouicus Belluga mei familiariſſimus, in libro, quem inſcripſit, *Vita duorum, cap. de ſybillinis oraculis*, quæ diuino ſpiritu fuiſſe locutas ex ſententia Auguſtini, tum ipſe Belluga, tum Thomas Gerſonius, in libro qui dicitur, *Serraglio del i ſtupori del mundo*, Italo idiomate ſcripto, *in ſect. de Sybillis*, ex Auguſtino, & aliis probat, qui hæc verba ex Auguſtino affert de ciuit. Dei. *Sybillæ ſiue bonæ fuerint, ſiue malæ, in his quæ de Chriſto & aliis ad ſalutem humanam pertinentibus prædixerunt, credendum eſt, quod à Deo fuerunt inſpirata, non enim veriſimile eſt, quòd diabolus reuelaret ea, quæ pro ſalute eorum præſciebat eſſe ventura.* Conſentit D. Thom. 2. 2. *q.* 2. *art.* 7. *ad* 3. & alij idem affirmant, de qua re vide Angelum Manriquez *vbi ſuprà*. At planum hoc fiet ex Scripturis, vt in Pharaone, Nabuchodonoſore, Labano, pincerna Pharaonis, aliiſque, & ratio eſt euidens, nam cùm hæc ſint dona gratuita, ordinariè non requirunt gratiam ſanctificantem: vnde poteſt Deus ea conferre etiam peccatoribus; quod cùm ſit, & maior ſit cum iſtis oppoſitio peccati, quàm aſſiſtentia diaboli intra corpus; quid enim vnum cum alio? ſequitur ex fortiori nullam apparere rationem indignitatis, aut diſſonantiæ

Belluga.
Gerſonius.
Auguſt.
D. Thom.

in animabus purificatiſſimis. Hoc admittere, etſi ſint abreptitiæ,

Quartum argumentum fundatur in quadam æquitate, ſiue neceſſitate ſuauiſſimæ prouidentiæ diuinæ, cùm non videatur poſſibile, vt ex extraordinaria prouidentia velit tales affligere, & vt à diabolo tormententur permittens ei ad libitum & vſque ad ſatietatem odium exercere, & ſimul quod ipſe clementiſſimus Dominus, ac hominum amantiſſimus nolit extraordinariè illas tractare, & iuxta plagarum modum eſſe & fauorum ac donorum, niſi velimus dicere, vt cum Tertull. argumentor, plus diabolo eſſe dandum ad affligendum, quàm Spiritui ſancto ad conſolandum, de qua re ſuprà ſatis diſſeruimus.

Quintum argumentum eſt, quia hoc nulli dogma repugnat, nulli ſanctæ Scripturæ regulæ, nulli Sanctorum dicto, cùm in confeſſo eſt, ſanctos aliquos veros energumenos extitiſſe, & niſi male recolor, actu miracula patraſſe; non inuoluit impoſſibilitatem, & ſuppoſita animæ ſanctitate, nec vllam indignitatem, cùm hæc tota quanta quanta pendet à gratia & charitate.

Sextum demum & efficaciſſimum eſt argumentum. Nam cùm duo ſupponamus, nempe virtutes veras, & gradus ſuperioris, quæ quando adſunt, & non tantùm vna, ſed omnes, & hoc ad longum tempus, iuxta euangelicam doctrinam, ſunt ſigna infallibilis ſanctitatis, vt excellenter concludit Abulenſ. ſuper illa verba ſuprà à nobis fusè tractata, ſcilicet, *ex fructibus eorum cognoſcetis eos*, vbi firmiter ſtatuimus virtutes intelligi per fructus, & quando iſtæ ſunt omnes, & non tantùm vna. nam vnam fingere poteſt hypocrita, & ſimul quando per longum tempus exercitæ eſſe infallibile ſanctitatis ſignum, cùm nunquam Deus permittet hypocritam, aut omnes fingere virtutes, aut ſi omnes per longum tempus. Et ſecundò etiam ſupponimus tales reuelationes omnia illa requiſita habere bonæ reuelationis quas exquirunt Doctores tum myſtici, tum Scholaſtici, ſequitur quòd ſi om[n]es condemnemus, etiam ſtante ſanctitate & bonis ſignis, præcipitur à nobis omnino modus diſcernendi bonas à falſis reuelationibus, niſi dicamus, & velimus aſſerere quòd ſit conditio neceſſaria, vt non ſit arreptitius, quam cum adhuc nemo ex Sanctis requiſiuit, neq[u]e vllus ex auctoribus eo modo quo nunc nos ſupponimus abreptitium, & reuelationis, ſequitur quòd eadem facilitate hæc conditio reiicitur ac aſſeritur, eo vel maximè, cùm in hac r[e] ſolerter ſemper attendendum magiſtris ſpiritualibus, ne ex nimia prudentia, vt ſibi caueant, in blaſphemiam incidant Spiritus ſancti, opera Dei diabolo attribuendo. Ex quibus omnibus, vt vides, videtur concludi admittendas in tali ſtatu bonas reuelationes, & ſimul piè credendas fide humana prudenti probabiliter argumentante.

At in contrarium non paruæ nec infimæ deſunt rationes, nec mea ſententia minus efficaces, niſi efficaciores dixeris, ſcilicet non eſſe admittendas, nec credendas.

Prima ſit, nam tales ſunt irregulares, & pro talibus eos æſtimat Eccleſia, immo, & quòd apud Deum ſic vilis æſtimationis, ſic talis infirmitas, vt eam nunquam voluerit in aliquo permittere Sacerdote, ſaltim, quod ego ſciam, cùm ex profeſſo infinitas percurterim Sanctorum hiſtorias, & vitas, vt ſi fortè aliquem Sacerdotem reperiſſem euergumenum, & vſque huc non reperi, Cùm ergo nulli Sacerdoti hoc malum Deus permiſerit, videtur inconueniens Dei maieſtati ſic familiariter cum iſtis degere, vt ſua velit pandere ſecreta, ſua myſteria, ac inſuper ſublimes theorias.

Immo adde, ad huius confirmationem factum quod narrat S. Gregorius 2. *Dialog. cap.* 16. de quodam Clerico dæmoniaco à ſancto Benedicto ſanato. Cui cùm impoſuiſſet Sãctus, ne auderet Ordinem ſacrum attingere, nempe ſacerdotium, quia iterum ad eum diabulus rediret, & tranſactis multis annis cùm ſe videret poſt eos, qui poſt ipſum fuerant in Eccleſia, quia Sacerdos tædio affectus reputans iam Deum mutaſſe ſententiam, ad ſacerdotium acceſſit, quo vix initiatus ac diabolus in eum intrans ſtatim occidit, vt videas quantum Deus exoſam habeat hanc infirmitatem, & quantum ab illa ſit auerſus, nec mirum, cùm etſi omnes infirmitates noſtras pertulerit, etiam dæmonum aſſiſtentium, cùm multorum, & grauiſſimorum ſit authorum ſententia diabolum in deſerto illum poſuiſſe ſupra pinnaculum, & ſimul in altum montem tranſtuliſſe, vt ſuprà diximus; tamen nunquam hoc malum aſſumere voluit, immo valide à ſe repulſauit, quando illud ei obijcere voluerunt, vt vidimus; vnde cùm Sacerdotes eius repræſentent perſonam, mirum non eſt quòd nolit, vt talem ſubeant infirmitatem, ſic eam abhorret; ergo non videtur dignum nunc, vt ſic familiariter cum talibus conuerſetur. Gregor.

Secunda ratio, quia ad conſortium, & familiaritatem ſuam, nunquam Dominus tales admittere voluit, quando in terris, quod probatur ex illo *Luc. cap.* 8. *num.* 30. de dæmoniaco illo à Domino ſano facto, qui *rogabat illum, vt cum eo eſſet*; at ait Euang. quòd noluit, *ſed dimiſit eum, dicens: Redi in domum meam, & narra quanta tibi fecit Deus*, Apoſtolum eum conſtituens ſuum, at extra collegium. Cuius rationem aſſignant Doctores, vt ſuprà ex Barrada diximus, quia fuerat dæmoniacus; ſi ergo ad familiare conſortium admittere dum in terris noluit talem, quia dæmoniacus extiterat, numquid nunc quando in ſede maieſtatis? eo vel maximè, cùm ſine iſtis fauoribus ad ſublimiſſimum poteſt animam euehere gratiæ ac ſanctitatis gradum, ac proinde & gloriæ. Ad quid ergo illos præbere cum aliqua nota tantæ maieſtatis indignitatis.

Tertia ratio deducitur ex indecentia effectus deuotionis ſenſibilis, & diuinæ conſolationis, quæ, ordinariè loquendo, ſequitur ex talibus fauoribus in appetitu ſenſitiuo; ac proinde in omnibus organis & corporis partibus. Nam cùm hi fiant per conuerſionem ad phantaſmata, ordinariè loquendo, & per hanc voluntas mouetur, & per hanc appetitum ſenſitiuum, cùm ſicut inuicem ſe iuuant phantaſmata & intellectus ad intelligendum, ſic & voluntas & appetitus ſenſitiuus ad fruendum & percipiendum amens effectus. Quapropter optimè doctiſſimus Suarez *lib.* 2. *de oratione cap.* 18. affirmat deuotionem illam quæ in appetitu ſentiente ſentitur, *non eſſe viris ſpiritualibus contemnendam, neque eſſe imperfectorum propriam, quia perfectiſſima, & altiſſima contemplatione ſequi poteſt, & de ſe iuuat, & diſponit hominem vt facilius & conſtantius contemplatione fruatur.* Vnde quando S. Thomas 2. 2. *quæſt.* 175. *art.* 2. *ad* 2. affirmat per amorem Dei feruentem cauſari ecſtaſim ſecundùm appetitum, non ſic intelligi debet quaſi omnino impediatur motus appetitus, ſed tantùm circa alia obiecta quæ non

ſunt

ſunt diuina, &c. quæ tunc ei non proponuntur, aut ſi proponuntur, ſic leuiter & remotè, vt nullum ſortiatur effectum, quia totus abſtrahitur in illam ſummam contemplationem, ex qua ſumma infunditur deuotio, niſi mauis dicere diuina conſolatio. Quod cùm ſit, verè indignum videtur, vt actu intra ſuperficiem corporis exiſtente dæmone, & totum illud occupante, ſimul illa ſuperficies quanta quanta cum toto corpore diuina ſit madefacta deuotione, diuinoque guſtu, niſi dicas pro tunc à virtute diuina expelli dæmonem à corpore, quod etſi poſſibile, tamen neſcio quid durum in ſe hoc inuoluit, quod repugnat credere intellectus, ac proindè quòd ſit falſum; cùm inter cæteras diuinæ ſapientiæ conditiones illa vna ſit, ſcilicet *ſuadibilis*, quod Sancti exponunt non ſolùm actiuè, ſed paſſiuè, hoc eſt, quòd facilè aſſentiat intellectus, non ſic videtur talis diſcurrendi modus. Ergo, &c.

Quarta ratio ſumitur ex ipſa indecentia talis vſus, nam cùm per organa talium, ſi reuelationes ad prophetias attineant, loqui Deus neceſſe ſit, & actu ea dæmon poſſideat, & etiam per illa loquatur actu, ſicut olim in Pythonibus, neſcio quid in ſe indecentiſſimum inuoluit, vt nullo modo credatur talibus organis quòd velit Deus vti, licèt ſint animarum puriſſimarum.

Quinta ratio ſumitur ex non vſo. nam vſque huc inauditum hoc in Dei Eccleſia ſaltim, quod ego ſciam, immo neque in antiqua. Nam etſi aliquando Deus per os falſorum Prophetarum ſit locutus, vt de Balaam, & de altero Propheta 3. *Reg.* 13. nullus tamen horum fuit energumenus. At nouum aliquod in Dei Eccleſia aſſerere ſine magnis exemplaribus, ſanè non decet, ſaltim non ſic facile eſt admittendum.

Sexta ratio. Nam nullum ex Sanctis ab Eccleſia canonizatis (de iſtis loquor,) nam de non canonizatis, & qui Sancti dicuntur, certum eſt aliquos extitiſſe, vt probat Mantiquez *vbi ſupra*, vt de Euſtochia virgine Pataoina ex Martino Delrio *mag. diſq. lib. 3. quæſt.* 12. *n.* 5. & de Abbate Silice ex Ioanne Moſquio *in pract. ſpirituali, cap.* 182. Ex Canonizatis ergo, vt modò ab Eccleſia, nullum, vt dixi, videmus energumenos extitiſſe ſignum, quòd noluit Deus ad talem dignitatem tales aſcendere, ac proinde ſe abſtinet ab illis rebus, ex quibus ſolet Eccleſia ſanctitatem alicuius proclamare, & licèt multorum Patrum ſit ſententia Magdalenam ſanctiſſimam energumenam fuiſſe, vt affirmat Ambroſ. *lib. de Salomon. cap.* 9. & Magiſter ſent. *in* 4. *diſt.* 14. *cap.* 2. quos refert, & ſequitur Torres 2.2. *q.* 90. *art.* 2. *diſp.* 21. *n.* 2. Tamen licèt hæc opinio probabilis ſit, *tamen vnus flos non facit ver*, & contraria eſt magis certa. ergo cùm nolit Deus, vt tales ſic honorificè ab Eccleſia ſua ſanctiſſima tractentur, ſequitur, quòd nec ipſe velit etiam ſic honorificè cum illis dum in terris ſtant tractare; aliunde eorum ſanctitatem ſupplens, & in altera vita ſupremos eis reſeruans honores, fauores.

Septima & efficaciſſima ratio, & quæ omnino conuincit, eſt periculum deceptionis, & Deo tribuere quod eſt dæmonis, cùm è contrario nullum adſit inconueniens, & ſecundùm rectam rationem omnino in hac re periculoſa ac dubia ſunt reiicienda. Quid? reiicimus iſta ordinariè, in quibus, ſeu quorum corpora ſunt organa, vt ſic dicam, Spiritus ſancti, ob formidinem deceptionis, & non reiiciemus eorum, quorum corpora actu ſunt organa ſecretiſſimo Dei iudicio, ac altiſſima eius prouidentia dæmonum, licet anima ſit ſanctiſſima, ac omnibus virtutibus inſtructa.

Hæ ſunt rationes, quas pro vtraque parte ſecundùm modulum meum excogitaui, ex quibus, vt vides, ſic problematicam efficiunt hanc quæſtionem, vt quando eos cum doctiſſimis viris conſului, in diuerſa partitos vidi, alij partem affirmatiuam probantes, alij negatiuam, bene tamen omnes in ſententiam, quam nunc proferam. Quapropter antequam ad illam accedam,

Suppono cum Torres 2. 2. *q.* 95. *art.* 3. *diſp.* 2. *in ſexta aſſertione*, poſſe reperiri reuelationem ſpeculatiuè probabilem, attamen in praxi, & practicè improbabilem, hoc eſt, habendam eſſe in praxi vt improbabilem, quod ipſe latè ac doctè probat, in reuelatione probabili circa diſpenſationem legis communis Eccleſiæ, aut iuris naturalis. Qua doctrina ſuppoſita, vti veriſſima, Torres.

Dico *primò* propter rationes partis affirmatiuæ, & præcipuè propter vltimam, quæ apud me eſt magni ponderis, ſpeculatiuè poſſe eſſe veras tales reuelationes, & de facto ſpeculatiuè haberi pro veris, nullam enim inuenio quòd inuoluant repugnantiam, immo nec indecentiam, ſi eas damus, perſpicies infuſas ſine medio organorum, nam tunc nec tranſeunt per organa quæ diabolus poſſidet, immo nec ipſe dæmon poteſt aliquid eorum ſcire. Quòd autem aliquando Deus per ſpecies infuſas abſque organo ſenſuum aliquid reuelat per ſe, & immediatè, eſt opinio Auguſt. *lib.* 18. *de* Auguſt.
ciuitate, cap. 6. quem ſequitur S. Thom. 2.2. *q.* 173. S.Thom.
& q. 174. pluribus in locis, & præcipuè *art.* 2. *q.* 174. *in corp.* eſtque communis, de qua te vide Bellug. *in vita duorum, de bono diuinarum reuelatio, cap.* 12.

Dico *ſecundò* propter rationes partis negatiuæ, & præcipuè propter vltimam, tales reuelationes, ſeu fauores practicè, & in praxi omnes habendas pro falſis, nullumque eis creditum dando, ac in illis procedere, ac ſi falſæ, & dæmoniacæ eſſent. Ratio huius dicti eſt euidens, nam cùm ſic eas dando nullum ſubimus periculum deceptionis, è contrario verò magnum, ſi eas damus pro veris ſecundùm rectum ordinem Magiſterij ſpiritualis pro falſis eas dare debemus; anteponendo certum pro incerto, ſiue ſecurum prominus ſecuro. Rectè ratio exigit (ait Caietan. 2.2. q. 174. art. 3. ad 3.) *vt in directione actuum noſtrorum, certum præponatur dubio, quoad bonitatem, vel malitiam.* Etenim certiſſimum eſt, quòd in hoc caſu nullum ſubimus periculum probabile, immo quid amplius quod magnum, deceptionis; recta ergo ratio poſtulat, vt hanc eligamus partem quæ à deceptionibus nos præmuniamus, eo vel maximè, ſi ſpeculatiuò eos pro veris demus. Cur hoc? Nam ex tali ſpeculatiua apprehenſione duo facimus. *Primum* deferimus honorem regulis Scripturæ, & Sanctorum; & *ſecundò* nos munimus ne diabolo demus, quod Deo dare debemus, & dum ex altera parte practicè eas damus in agibilibus, non confirmamus rectè rationi, & rectiſſimè operamur. Nam cùm eorum Dominus pro tunc ſit dæmon, ſanè perquam rectum erit iudicium illi has tribuere, qui nunc eis dominatur.

Dico *tertiò* quòd ſi de dæmonibus aſſiſtentibus ſit ſermo extrinſecis, mea ſententia diſtinguendum eſt de iſtis. nam duobus modis eſſe poteſt eorum aſſiſtentia, aut per modum permanentis, ſic vt ſemper ac continuè aſſiſtant, & extrinſecè dominantur ſenſibus & organis exterioribus, & corporis membris mala eis cauſando cum continua aſſiſtentia,

aſſiſtentia, aut non ſic, ſed per modum tranſeuntis tantùm, vt in ſanctis Antonio, Hilarione, &c. Si primo modo, proportionaliter dico omnes extrinſecas viſiones, reuelationes ſimiliter pro non veris habendas, non ſic autem ſaltem, non ſic abſolutè de intrinſecis, & quæ non veniunt per organa exteriora, neque ſunt viſibiles, aut corporeæ. Nam prudenter poteſt conijci, ligatam quoad intrinſeca habere dæmonem poteſtatem, & tantùm illi extrinſecam conceſſam, & quamuis aliquis dicere poſſit, etiam vt nos in ſecuro ponamus, prudentiæ erit actus omnia repudiare, & pro malis habere. Duo aduerto.

Primum, quia dum in hac re cenſores & iudices ſumus, non eſt in noſtro arbitrio ſententiam proferre vt velimus, ſed ſecundùm allegata, & probata, & debemus certum pro certo, dubium pro dubio, verum pro vero, falſum pro falſo, aut dare, aut ſuſpendere iudicium. Hoc dico quantum ad iudicium confeſſoris internum; nam quod ad externum, ſcilicet aut ſuadere perſonæ veras eſſe, aut falſas, hoc vltimum ferè ſemper. Quadraginta prope ſunt anni, quibus hanc tracto materiam, non recordor pœnitenti vnquam aliquid pro vero, & pro bono dediſſe, malum ſtatim proijci, bonum retineri in ſilentio.

Secundum autem quod aduerto eſt, in his rebus ſic nobis prouidere debere, noſtræque indemnitati, ac prudentiæ, vt iniuriam non inferamus Spiritui ſancto opus ſuum diabolo tribuentes, ne in temeritatem demus, tandem, ne in infidelitatem, ſed iuxta Apoſtoli ſententiam: *prophetias nolite ſpernere, ſpiritum nolite extinguere, attamen omnia probate*, 1. ad Theſſ. c. 5. n. 19. *quod bonum eſt tenete.* Si autem dæmones ſunt aſſiſtentes per modum tranſeuntis, vt diximus, de iſtis nil curandum, ſed iuxta occaſiones & rerum exigentias iudicandum, & pro veris, aut falſis habendum.

Dices; poteſt ne eſſe aliquis caſus in quo pro veris etiam in praxi poſſint haberi, & ſecundùm eas operari, aut dirigere pœnitentem?

Breuiter reſpondeo in vno ſolo caſu mihi videri, quòd in praxi poſſint pro bonis dare, aut quando Deus reuelationi euidenti illud manifeſtat, aut vero miraculo, cùm in ea ſim ſententia (ſaluo meliori iudicio) parem hanc eſſe prouidentiam extraordinariam, aut ſaltem paulo minus, vt velit Deus per energumenum veram prophetiam pandere de rebus futuris liberis, cùm poſſit per non energumenum, ac quando ſupponitur alicui reuelaſſe diſpenſationem in lege generali, naturali, vel poſitiua Eccleſiæ, in quo caſu illa duo
Torres. requiruntur, vt latè & doctè probat Torres 2. 2. *q. 95. art. 3. diſp. 2. pag. mihi* 177. quia practicè non eſt credendum reuelare Deum particulari reuelatione aliquid quod per miniſtros diſpenſare poteſt, loquendo de lege poſitiua Eccleſiæ, vt de caſtitate Religioſorum: ſic pari modo proportionaliter non eſt credendum velle aliquid occultum reuelare per dæmoniacum, & non per ſanctum non dæmoniacum. Vnde ſicut peccaret, qui illam reuelationem in praxi exerceret, niſi aut reuelatione euidenti illud ſibi conſtaret, aut miraculo certo; ſic proportionaliter hic dicendum non peccare, ſed imprudenter agere ſi talia credet. hoc dixerim in quantum ad reuelationes propheticas, non ſic autem ſtrictè affirmandum de illis fauoribus, ſeu viſionibus, quæ tantùm ordinantur ad ſanctificationem animæ; nam iſtæ poſſunt faciliùs admitti: at cùm talis ſanctificatio præberi à Deo poſſit, vt diximus, abſque talibus fauoribus non eſt iudicandum prudenter, ordinariè loquendo, & paſſim, quod eis vti velit tempore ſic periculoſo, & illuſionibus ſic ſubiecto.

Hæc cogitabam in re noua nunquam diſcuſſa, quod ſciam, ſaltem ego non reperi, dixi cum timore, & tremore; tu, mi lector, iudicabis, & viros conſulas peritos, qui doctiùs, & meliùs.

Poſt longas, amice Lector, interruptiones, occupationes, tandem, Deo auxiliante, Iulij 7. anno noſtræ ſalutis 1638. hunc ſecundum tomum in S. Matthæi Euangelium ad perfectum adduxi, quem incepi anno 1636. Ianuarij 26. duobus ferè cum dimidio ab hinc annis. Ingraueſcente iam ætate, & ferè continuis indiſpoſitionibus, etſi animus valens & vegens, vires aſpicio in dies deficere, ad labores iam impares: cum hoc tamen, licèt illud non deſpondeam, ſed vſque ad vltimum halitum laborem proſequar inceptum, vt cum meditatione vitæ, ac actionum noſtri ſanctiſſimi Redemptoris commoriar. Tamen mortem, & finem vitæ iuſtè pertimeſcens, quid tibi promittam, non habeo, neque quid amplius à me ſperare poſſis. Si vita erit comes, habebis & alios tomos, licèt non ita pingues, vt ad finem perueniam. Si mors filum perrumpet, memento huius peccatoris in tuis ſacrificiis & orationibus, qui non paucis, ſed multis annis onuſtus & malis, ſic tremendum illud iudicium timet, vt totus horreſcat. *Cùm bene dicis*, D. aiebat Chryſoſtomus, *& malè agis, Deum inſtruis, quomodo te iudicare debeat* tum mihi, ſi in iudicio Deus non tantùm me, quantùm mea ſcripta ante oculos meos ſtatuat, obmuteſcam; & niſi quæ mihi adſint orationes, per te patrocinium obſequar ſanctiſſimæ Virginis, ſine dubio relegatus mittar in tenebras exteriores. Quapropter per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ac per eius ſanctiſſimum ſanguinem te oro, te obſecro, te obteſtor, vt coram ſanctiſſimo Altaris ſacrificio velis mei meminiſſe, & quod non valeo meis aſſequi meritis, aſſequar per illa Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui eſt ſuper omnia benedictus in ſæcula. Amen.

F I N I S.

INDEX

INDEX
RERVM, ET VERBORVM
NOTABILIVM,
Quæ hoc ſecundo Tomo continentur.

Prior numerus paginam, poſterior ſectiones margini adſcriptas denotat; vbi verò vnus ſolus eſt numerus, is intelligitur eſſe marginalis proximè prænotatæ paginæ.

A

ABDIAS donum accepit propheriæ, quia Propheras hoſpitauit. pag.373.num.19

Abimelech.

Abimelech Rex Geraræ fuir iuſtus. 202.29
cur Abimelecho Deus dixit Abraham eſſe Propheram. 30
Abimelecho cur Chriſtus Abraham eſſe Prophetam. 453.11
Abimelech quo ſenſu peccaſſet ſi Saram retigiſſet etiam ignoranter. 18
Abnegatio ſui ad crucem tollendam neceſſaria. 368.17

Abraham.

Abrahæ fides quanta,& quàm meruit ex ea. 88.18
Abraham vnde certò ſperauit Deom miſſurum Angelum ad viam ſerui dirigeodam. 122.6
Cur eum Chananæis matrimonia inngere noluit. 8
Abraham cur ſecum tulit Loth. 282.17
cum Abrahamo quàm Deus liberalis. 30
Totus ad eius booum. 31
Abraham quaodo amplius humilis. 287.16
Abrahæ riſus qualis. 232.3
in Abrahæ ſacrificio cur clibanus & lampas ſimul apparuerunt. 282.43
Abraham etſi Princeps eur populum adorarit. 291.13
Quia nihiliorer gentes poſſidebat, ſit à Deo eorum Princeps. 14
Abrahæ fides heroica,& cur. 308.12
Abraham cur Aogelis dixit: Sl inueni gratiam. 341.4
Abraham cur nil accipere voluit à Rege Sodomæ. 345.8
Abraham cur tantum perſenſit eiectionem Iſmaëlis. 365.14
Cur ei aſpera videri nõ debebat Iſmaëlis eiectio.15
Cur filios concubinarum dimiſit ab Iſaac. 366.19
Abraham quæ timebat quando ei Deus ooliu timere. 371.5
Deus cur Abraham non ſtatim reuelarit tempus conceptionis Iſaac. 7
Abraham quando cognitus verus Dei amator & filius. 387.25
Abſalon ex quo roborauit ſuos vt occidereot Amnon. 350.1

Abſtinentia.

Sancti ſic à licitis abſtinent,vt ſæpe neceſſe Deus vt eſum eis imponat coram. 54.26
Deus Eliæ cor rantùm panem & aquam miſit. 27
Eliæ abſtinentia quanta. 28
Abſtinentia Mariæ Ognienſis quanta. 403.29
Vide *Ieiunium.*

Acceptio perſonarum.

Dei proprium ſtemma nullam accipere perſonam, 192.13
Magnarum mentium perſonas non accipere. 14
Phariſaicum redolet perſonam accipere. 15
Achab cur adiurauir Michæam vt verum diceret. 389.15

Adam.

Deus cur occidit animalia vt de pellibos eorum veſtiret Adam, cùm creare illas poſſet. 243.15
Adam cur vxorem non reprehendit. 246.1
Eius pœna expenditur. 2
Adam oculos diuinos cur timebat. 272.23
Adam cur ouditatem erubuit, & Dei conſpectum recuſauit. 304.54
Adami perditio, totiuſque generis humani, ea ingratitudine prouenit. 315.23
ad Adam cur Deus acceſſerit poſt meridiem. 14
Adam quomodo ſe perdiderit. 343.22
Adamantis proprietates. 381.15
Adiurare quot modis accipitur. 237.5

Admiratio

Index Rerum,

Admiratio.

Admiratio quomodo in Chriſto, & an verè in illo. 190.1
Chriſtus externam babuit admirationem de fide Centurionis. 2
ex Admiratione Chriſti qualia eruuntur documenta. 191.3

Adoleſcens.

Adoleſcens ad Chriſtum accedens, vt modum ſciret ad vitam perueniendi æternam, omnia implebat præcepta, & cur diabolus eum non tentauit. 267.3
Cur à Chriſto diſceſſit mœrens. 4
Cur Chriſtus ei dixit, & habebit theſaurum in cœlis, & cœlum. 5
Adonia cur à Salomone occiſus. 123.14
Adonibezec Rex Iudæorum. 100.7

Adulatio, & Adulatores.

Adulatio quantum malum. 387.2
Chriſtus quando adulabatur, acriter reſpondebat. 482.13
Adulatio Deo plus infenſa, quàm blaſphemia, & cur. 14
Adulatio & adulatores, peſſima res. 15
Adulationis peſſimi effectus. 17
Adulatores ambitioſi canibus aſſimilantur. 49.7
Adulatorum laudes ſemper mendacia, & cur. 387.3
Adulatores generatio mala cur appellati à Domino. 482.18

Ægyptus.

Deus cur diuites ex Ægypto voluit vt Iſraëlitæ exirent. 90.29

Æſtimatio ſui.

Superba de ſe æſtimatio quantum Deo exoſa. 276.3
Vide *Superbia.*
Ætas quæ antiquitus requirebatur ad nouitiatum. 288.35
Affectus humanus per auaritiam occupatus totum hominem perdit. 58.7
Agar cur fugam iniit. 269.3
Angelus cur vocauit Agar ancillam. 5

A

Deus cur mandauit diuerſo ſemine agrum non ſeri. 84.14
Agatias cur Deus percuſſit propter Arcam. 62.10
Allegoria in Scriptura non ſemper in quolibet verbo quærendæ. 74.2

Ambitio.

Prælatorum ambientium vilitas quanta. 49.6
Adulatores ambitioſi canibus aſſimilati. 7
Ambitio belluam hominem conſtituit. 291.17

Ambitioſus.

Ambitioſus non ſolum adorat, à quo accipere debet ſeruos ſimul & viliſſimos famulos. 292.19
Ambitioſus inuidus, & quid ſuſtinere non poteſt. 444.8
Ambitioſorum hominum propria pœna. 11

Amicitia, & Amicus.

Amicitiæ Dei proprium ſtigma quod. 475.24
Amicorum perſecutiones quare magis perſentiuntur, quàm extraneorum. 355.1
Amicus Dei qui ex ſeruo. 475.23

Amen.

Amen an verbum, an aduerbium. 40.20
Tripliciter in Scripturis accipitur. 21
Cur in oratione Dominica appoſitum. 22
Amon cur tam acriter occiſus. 238.15

Amor.

Amor dulces reddit tribulationes. 223.13
Chriſtus amantis requies. 284.20

Amor Dei.

Amor ingens Dei in peccatorem expenditur. 272.22
Amor Chriſti in acceleratione reſurrectionis. 484.31

Amor mundi.

Amor mundi, & proprius niſi abiiciatur nunquam Dei amor coaleſcit. 364.8
Amos Propheta cur tanta conſtantia reſpondit Amaſiæ. 391.30
Andreas cur poſt Deum nominatus. 330.26
Anabaptiſtarum error ſtolidiſſimus vſum medicinæ negantium. 299.5

Angelus.

Angelus qui Moyſi apparuit, verbum fuit Patris. 112.13
Angeli an proprium nomen habeant. 238.18
Scientia nominum Angelorum alteri vitæ debetur, non iſti. 239.19
Angelus cur forcipe tulit carbonem de altari in viſione Iſaiæ. 296.11
Angelorum auxilium qui merentur. 461.71
Anguli platearum qui. 12.6

Anima.

Animarum ſalus quanta cautela curanda. 175.26
Chriſti humanitas ſummam in animabus cauſat humilitatem. 187.15
Animæ in ſpiritibus reſignatæ, ſunt Reginæ, cæteræ non ſic humiles reſpectu eorum veluti concubinæ. 215.12
Chriſtus animas variè ducit, & non ſemper vna via. 294.37
Dei fauores timorem ingerunt animæ, & humilitatem. 305.66
Homines ſpirituales in virtute recentes, quàm periculosè in conuerſione animarum ſe intrudunt. 307.8
Animæ non obſiſtentiâ, ſed patientiâ lucrantur. 348.6
Animarum conuerſio non vi procuranda, ſed prudentia. 14
Animæ vita triplex. 360.10
Chriſtus ſemel verè in animam ingreſſus non citò egreditur. 463.82

Anima prædilecta, & ſancta.

Chriſtus quantum ſentit caſum & infirmitatem vnius animæ prædilectæ. 185.6
Animæ ſanctæ in oratione quo ſublimantur, eo humiliantur. 119.49
Animæ ſanctæ ſolæ cur verè ad ſponſum venire nequeant. 195.4
Quantum Deo debet qui vnam tantùm Deo lucratur perfectiſſimam animam. 196.10
Signum prædeſtinationis animarum lucrum. 11
Animæ ſanctæ vnde amplius Deo placent. 215.15
Animæ ſanctæ ſteriles ex actiuæ vitæ exercitatione, ac filiorum fœcunditate aliquando plus apud Deum, quàm fœcundæ, & vnde hoc. 216.16
Animæ ſanctæ cum ſolo Deo viuunt, nil amplius indigere reputantes. 225.27
Animæ ſanctiſſimæ ex Dei noua notitia vt carta ſe reperiuntur. 232.2

Anima ſelecta.

Animæ ſelectæ quo Deo propinquiores, eo impuriores ſe æſtimant. 306.68

Animus

Animus.

Animus rebus terrenis nimium occupatus Deo euacuatur. 86.24

Animus nuuquam deſpondeodus ad animas luctandas. 245.11

Anna.

Anna cur exaudita, & orationes ſummi Sacerdotis illi proficuæ. 125.4

Anna Samuelis mater cur dicatur non amplius vultum immutaſſe. 219.3

Anna ſancti Bartholomæi Carmelita diſcalceata ſocia S.Thereſiæ laudatur. 317.16

Præclarum eius exemplum patientiæ. ibid.

Antiochus Rex cur miſericordiam noo ſit conſecutus, etiamſi pœnitcotiam egerit. 66.9

Antiſtes, vide Prælatus.

Apoſtoli.

Apoſtoli qnomodo defectibiles in fide, ex quo dæmoniacum ſanare non potuerunt. 117.37

Apoſtoli noo tantum accretionem fidei, quantum eius mordacitatem poſtulabant. 118.38

Apoſtolorum modica fides in quo fuerit. 230.6

Chriſtus quantum dignitati Apoſtolorum conferebat. 8

Apoſtolorũ & Sanctorũ magna humilitas qualis. 10

Apoſtoli ante aduentum Spiritus ſancti timidi ad labores, feruentiſſimi poſt illum. 296.12

Apoſtoli cur lux mundi. 309.25

Apoſtolis cur neceſſaria poteſtas miraculorũ. 329.20

Apoſtolorum catalogus cur poſitus ab Euãgeliſta. 21

Chriſtus quanta circumſpectione Apoſtolos ad prædicandum miſit. 333.3

Chriſtus cur binos miſit Apoſtolos. 334.10

Apoſtolis miraculorum poteſtatem quàm conuenienter Chriſtus dederit. 335.4

Quæ notanda circa eam. 5

Chriſtus quare aduertit Apoſtolos gratis omnia efficere. 337.15

Apoſtolis omne genus vetuit nummorum. ibid.1

Chriſti de Apoſtolis cura quando eos nudos mittebat. 342.8

Chriſtus cur Apoſtolis præcepit vt de digno interrogarent, & non eis reuelauit quis eſſet dignus. 12

Cur vt in eadem domo manerent. 343.18

Apoſtoli an ſuſcipere poterant conuiuia extra domum in qua manebant. 19

Chriſtus cur præceperit Apoſtolis vt ipſi primùm ſalutarent. 344.25

Quomodo tolerabilius futurum cum peccato expellentium Apoſtolos, quàm Sodomorum, & ao tale peccatum granius ſit, quàm peccatum Sodomitarum. 346.11

Chriſtus cur peccatum expulſionis Apoſtolorum cum peccato Sodomorum compararit. 347.16

Cur ſicut oues inter lupos miſerit Apoſtolos. ib.3

Prudentia Apôſtolis cur neceſſaria. 348.11

Apoſtolos Chriſtus Prædicatores conſtituit ſe quodammodo maiores. 360.8

Apoſtoli cur dicantur paruuli. 411.16

Apoſtoli dum tribulationibus opprimebantur dulcedine mundum replebant. 419.11

Apoſtoli cur nominari filij Iudæorum. 466.4

Cur dicti amici. 475.22

Apoſtolica perfectio quæ. 488.18

Aquæ ab Heliſæo quomodo dulces redditæ, cùm eſſent amaræ. 102.15

Arbor bona, & mala quid. 145.10

Arca cur tã diu fabricata, tãtoque lõgo tẽpore. 266.6

Archiſynagogus.

Archiſynagogus in fide infirmus. 292.24

Chriſtus cur ſtatim ſecutus eſt Archiſynagogum, etſi in fide infirmus. 25

cur Archiſynagogum ſecutus, & non Regulũ. 294.34

& cur potiùs voluit ſanare Hæmorrhoiſſam. 35

Chriſtus cur expectauit vt filia Archiſynagogi moreretur. 307.1

Cur venerunt ad Archiſynagogum dicentes, ne magiſtrum vexaret. 2

Chriſtus cur Archiſynagogo dixit vt crederet, firmans eum in fide. 4

Ariditas.

Ariditas ſæpe vnde veoit. 391.13

Ariditas ſpiritualis homines ſpiritoales perdit. 489.21

Fecit illos hypocritas. 22

Arreptitius propriè quid. 1

Ars militaris bona non damnanda. 182.2

Aſſentatorum miſeriæ. 240.26

Attentio in oratione neceſſaria. 120.55

Auaritia, Auarus.

Nulla aoaritia & habendi deſiderium boni magiſtri ſignum. 150.17

Auaritia cæca, & oculata. 18

Auaritia effœminat virtutem. 151.24

Per illam effœmioantur magiſtri ſpirituales, & à perfectiouc decidunt. 25

Auaritia ſola ſecurum diabolum reddit de perditione animæ, etſi aliæ adſint virtutes. 267.2

Auaritia totaliter Deum à corde eliminat, non ſic cætera vitia. 268.7

Auaritia fidem aufert, & quare. 9

ob Auaritiam multi pereunt Religioſi, & fiunt Apoſtatæ. 333.47

Auarus cur idololatra. 268.8

Auis.

in Auibus cur Chriſtus exemplom poſuit, & non in ſanctis hominibus. 72.9

Aues cur nominauit, & non alia animalia. 10

Auditores ex prædicatione non facientes fructum quàm terribiliter in iudicio arguentur. 346.10

Aula, Aulicus.

Aulæ Regum peruerſus vſus qui. 64.16

Aula ſpirituales carnales facit. 390.24

Aulici cur ſemper in murmuratione, & falſis iudiciis. 96.5

Aurum.

Auri concupiſcentia totum ebibit cor. 56.8

Auri cupiditas, & cor ſolutum implicant. 9

Auſter.

Auſtri Regina quomodo vocata. 482.21

Cur nomine Reginæ ioſignita, & non proprio. 22

Regina Auſtri quæ. 285.7

Auxilium.

Auxilium ſufficiens Dei eſt beneficium ex meritis Chriſti. 37.5

Pœnitere nos debemus de malo vſu auxilij ſufficientis. 6

Auxilij Dei ſignum in tribulatione quando terribile aliquid ei Deus addit. 89.20

Auxiliorum humanorum deſperatio eſt medium ad auxilium diuinum aduocandum. 299.9

Auxilia ſuperabundantia non conceduntur omnibus. 408.16

Non omnes ex illis conuertuntur. 17

Non omnibus æqualia dantur. 18

per Auxilia magna aliqui non conuertuntur, quæ ſi aliis darentur, conuerterentur, & vnde hoc. 19

B

Balaam.

BAlaam cur non perrexit tandem ad ſumendum Dei augurium. 198.8
Balaam cur dixit oculum ſe habere obturatum, & cadere ante Dei viſionem. 414.5
Balthaſar peccatum, ob quod occiſus, quale. 405.38

Baptiſmus.

in Baptiſmo cur mandatum renuntiare diabolo, & pompis eius. 61.6
Baptiſmos quibus non prodeſt. 297.25
Baptiſmus cur illuminatio dicatur. 299.33
Baptiſta cur plus quam Propheta. 393.44
Bartholomæus quis. 331.31
Beati verè qui. 493.33
Behemoth quid. 467.1

Bellum.

Bellum ſpirituale quantum. 270.13
Bellum cum diabolo quàm formidabile. 468.10
Bella dæmonum exteriorum non ſunt ſæpe cauſa humilitatis, ſecus quæ afferuntur à dæmonibus interiùs exiſtentibus. 498.18

Beneficium.

Beneficia gratis danda. 177.2
Chriſtianis quam durum erit iudicium ex acceptis beneficiis. 185.9
Beneficiorum Dei propria experientia educti, quantum accendimur amplius, quàm quando aliena ea perſpicimus. 224.24
Deus quàm ſeuerus & rigidus cenſor in expendendis beneficiorum fructibus. 346.12
Beſtiæ potiores ſunt quàm dæmon, in quo ſenſu. 194.30
Bethel Propheta falſus cur veram prophetiam accepit. 374.24

Biblia.

Prædicatores aliqui hodierni Bibliam non legentes taxantur. 167.12

Blaſphemia.

Blaſphemia quid. 260.7, & 471.3
Blaſphemiæ ſpiritus diſtinguitur à blaſphemia, & in quo. ibid.3
Quid propriè ſpiritus blaſphemiæ. 4
Qui ſpiritui blaſphemiæ ſubduntur. 5
Blaſphemia in Spiritum ſanctum propriè quid. 7
Blaſphemia in filium hominis quæ. 472.8
Negare Dei opera, & diabolo tribuere, cur ſit blaſphemia in Spiritum ſanctum. 9

Bona.

Bona terrena lex antiqua promittebat obſeruantibus, & quæ illa. 5.3
Bona Deus etiam in hoc ſæculo manifeſtat, ſicut diabolus mala. 9.12
Bona temporalia quando appetatur ſine menſura. 31.35
Bona mundi nullam habent ſecuritatem. 54.3
Boni in aulis Regum deprimuntur, è contra mali, cur. 389.14

C

Cain.

CAin ſacrificium cur Dei diſplicuit. 367.6
Cain cur reprobatus. 387.22

Calceamentum.

Calceamentorum præceptum Chriſti quomodo intelligendum. 337.5
Chriſti præceptum de calceamentis quomodo intelligendum. 338.6

Caluinus.

Caluinus impius taxatur de ſtoliditate, ſicut & omnes ſimul hæretici. 290.4
Caluini blaſphemiæ. 495.6

Calumnia.

Chriſtus calumniarum anxius, & cum ſuis affligi. 436.5
Calumniam Phariſæorum cur Chriſtus non ſoluerit ex Scripturis. 4'4.5
Canes hic quid. 103 10
Canonizatio quid. 162.12

Capharnaum.

Capharnaum cur Chriſti patria dicatur. 354.6
Capharnaum cur Chriſtus Sodomitis comparârit. 408.22

Capillus.

Deus non ſolùm capillos hominum numeratos tenet, ſed & ſuorum animalium. 243.2
Capillorum numeratio quid deſignet. 361.2
Capilli qui redibunt cum corpore. 4
Per capillos & paſſeres myſticè quid. 15

Caro.

Populus carnes ambiens cur allium recordabatur. 139.24
Cur earum flagrauit deſiderio cùm eas [illegible] .25
Caro quomodo ſpiritui ſeruire debet. [illegible].34
Carnis tentationis vnde ſuam accipiant vim. 46[illegible].58
Carnales ad ſua adipiſcenda ſtudioſiores, quàm homines ſpirituales. 300.18

Caſtitas.

Caſtitatem nullus ſeruat hæreticus. 144.2
Caſtitas ſplendida quæ. 204.15

Caſus.

Inter cadentes non cadere, ſolius diuinæ eſt virtutis. 3[illegible].5
Chriſtus diſcipulis cur caſum diaboli præ oculis poſuit. 6
Inter cadentes peccatores non cadere, ſed ſtare, propè ad miraculum. 7
Religioſorum recentiorum caſus animas gubernantium vnde. 9
Catholicus in cauſa fidei nõ poteſt eſſe neutralis. 470.3
Cenſor ſeuerus aliorum actionum in maiora mala incidet. 433.23

Centurio.

Centurio Ethnicus, non Iudæus. 182.1
Centurio plus fide acceſſit ad Chriſtum, quàm Iudæi præſentia. 183.7
Vide *Fides*.
Centurio credens Chriſtum Deum, fiduciam habuit ipſum ſeruum ſanaturum, conditionem non dedignantem. 185.10
Centurioni vnde tanta & tam perfecta fides. 3
Centurionis humilitas quantum apud Chriſtum valuit. 187.6
Cur Chriſtus non vocatus ire voluit ad domum centurionis. 55
Centurioni ex quo tanta humilitas. 188.20
Centurio in officio pauper, non palatium poſſidebat. 24
Centurionis mira fides expenditur. 189.26
Supra Moyſem ex illa. 27
Centurionis fides, quàm leproſi, maior. 591.8
Cete grandia cur Deus creauit. 20.31

Chananæa.

Chananæa ex humilitate filia facta ex cane. 593.15

Chananæa cur exaudita. 228.6

Charitas.

Charitas refectionis menſura. 25.1
Charitas ſocrus & nurus Petri Chriſtum in domum aduocarunt. 201.20
Charitatis,& vnionis effectus in vna domo manentium quàm grandis. 22
Principum hodiernorum in Chriſtum diminuta charitas. 206.58
Charitas Chriſti immenſa,nullum reſpuens. 207.10
Charitas baiulantium paralyticum magna, illam imitari omnes debent Chriſtiani. 154.6
Charitas quo ſenſu dicatur non quærere quæ ſua ſunt. 255.8
Charitas in Prædicatores quàm excellentes fructus habeat. 370.9

Chirographum.

Chirographum quid. 451.2
Chirographum ipſe Decalogus. 452.4
Dei memoria peccatorum noſtrorum. 5
Chirographum diaboli peccatorum pœnæ. 7
Chorus medium efficax ad victum procurandum. 72.12

Christianus.

Chriſtiani illi Deo & mundo putantes poſſe deſeruire,inepti ad Dei templum formandum. 61.7
Chriſtiani vnde in profundum deſcendunt peccatorum. 83.11
Chriſtiani quanta ob Chriſtũ facere tenentur. 133.7
Chriſtianorum iudicium crucem portare nolentium quantum. 158.9
Chriſtianum non nomen,ſed opera faciunt. 193.24
Chriſtiani mali in inferno amplius puniti, quàm Gentiles. 194.29
Non Chriſtianus legitimus qui ſecum ad Deum alium conducit,ſecundùm Tertull. 195.4
Mortuus veluti ille Chriſtianus, qui alium non lucratur. 5
Magis Deum glorificat qui vnum perfectum facit, quàm qui multos lucratur,non eos perficiens.7
de Chriſtiani peccatoris morte ſemper bene ſperandum, eiuſque fama defendenda, quod verè charitatis ſignum. 255.13
Chriſtiani aliqui quàm pigri ſunt ad Chriſtum ſequendum,quàm veloces ad diabolum. 270.11
Chriſtiani quia cæci audent polluti ad templa intrare,& orare. 295.4
Chriſtiani à Deo percoſſi, & non emendati peiores quàm Gentiles. 300.16
Chriſtianos cur pro Chriſto ſubire crucem debet. 368.13
Chriſtianus non bene operans dubitare quodammodo poteſt an ſit baptizatus. 386.11
Chriſtianorum pœnæ in inferno duriſſimæ,& quare ſales paganorum. 401.4
Chriſtiani quantum iudicij pondus ſubeunt poſt Chriſti incarnationem. 405.35
Chriſtiani durius puniuntur in inferno,quàm pagani,& cur. 408.21
Chriſtiani tepidi quantum falluntur in ſpe pœnitentiæ in mortis articulo, non operantes in vita. 422.39
Chriſtianus obſtinatus peior,quàm Gentilis. 437.7
Chriſtiani dum in peccato,lætati non debent.457.44
Chriſtiani cur libros Magiæ combuſſerunt. 463.80
Chriſtianus non vt Chriſtianus operans, de nomine non debet gloriari Chriſtiano. 479.8
Chriſtianorum iudicium quàm terribile in die iudicij. 485.6

Christus.

Chriſti ſummum ac diuinum magiſterium in quo exprimitur. 24.6
Chriſtus conciſus in ſuis ſermonibus,cur. 56.1
Chriſtus cur Iudæ dixit,*quod fac,fac citius.* 63.12
Cur Iudam expulit à ſe. 13
Chriſtus cur ad diſcipulos venit in quarta vigilia noctis. 88.13
Chriſtus cur Petro tam citò ſuccurrit. 16
Chriſtus iſtum quærentes reprehendit,cur. 91.35
Quantum beneficium ſit cognitio nominis Chriſti,eiuſque inuocatio. 112.12
Chriſti amor quantum relucet præcipiendo vt in nomine eius petamus. 113.21
In cruce exiſtens omnes acceptauit, & cum ſua coniunxit. 24
Chriſtus quid ſcribebat in terra in facto adulteræ. 152.32
Chriſtus Dei tabernaculum. 157.3
Quomodo in cœlum introiuit. 4
Mundum inuenit occultum quomodo in cœlum introeundum. 5
Mortuus,vt eum imitemur. 6
Chriſti imitatio quàm neceſſaria. 8
Chriſtus cur oportuit vt in gloriam intraret. 159.14
Ante crucem non ſalutatus ab Angelis Rex gloriæ. 15
Voluit credi Dei filium eſſe ex operibus, quantumque ea fecerit. 160.17
Chriſtus vt dicebatur loqui in poteſtate. 165.4
Qui prædicator in poteſtate non docet, & qui in poteſtate. 5
Chriſtus cur Hieroſolymæ non habuit qui hoſpitio illum reciperet. 166.6
Chriſti doctrina cur miraculis confirmata. 172.4
Chriſtus ante incarnationem ſolitarius, poſt incarnationem aſſociatus,cur. 173.8
in Chriſto etiam indeſperatis ſperandum. 174.4
Chriſtus omnium virtutum exemplar. 176.30
Eius diuinitas ex curatione leproſi probata. 33
In eius operibus nil ſuperfluum,nil diminutũ. 34
Chriſtus plus noſtrum appetit bonum, quàm nos ipſi. 177.38
Chriſtum tangentes qui. 183.8
Chriſti humanitas,ac benignitas quanta. 186.2
Chriſti humanitas ſummam in animabus cauſat humilitatem. 187.13
Eius maieſtas in quo inter cætera differt à maieſtate cæterorum Regnorum. 14
Eius familiaritas non contemptum,ſed humilitatem parit. 15
Chriſtus ad tribulatos miſeroſque peccatores, propenſiſſimus. 188.18
Chriſtus quàm profuſus in remunerandis. 191.9
Quàm integer aut in remunerando, aut in caſtigando. 192.12
Chriſti humilitas poſt miracula è loco ſtatim ſecedens. 199.3
Eius frugalitas,& humilitas quanta. 200.14
Chriſtus intrauit in domum Simonis vt exemplum præberet infirmos viſitandi. 201.16
Omnis Chriſti operatio in domo eſt Petri,hoc eſt, Eccleſia Catholica. 207.9
Eius charitas immenſa,nullum reſpuens. 10
Cur contactu ſanabat infirmos,imperio reiiciebat dæmones. 11
Etſi generales defectus naturæ humanæ aſſumpſit,noluit tamen particulares. 208.19
Quanta ſollicitudine portârit noſtras infirmitates. 20

Magnus eius amor oſtenditur, dum adhuc hodie in cœlis exiſtens fratres nos dicat. 21
Chriſtus in iudicio quid ſuis communicabit, & quid ab illis ſtans in terra communicauit. 22
Pilati vxor à quo mota vt viro ne Chriſtum occideret diceret, à ſpiritu malo, an bono, vt aliqui autumant. 209.25
Chriſtus cur noluit propalari à dæmonibus. 26, & 28
Chriſtus cur ſe filium hominis appellabat. 213.13
Chriſti parua abſentia quanta cauſet damna in anima. 220.25
Chriſtus cur mare aſcendit. 221.1
Chriſti cibus voluntas Patris, & cur. 214.18
Chriſtus amantis requies. 20
Chriſti ceruical ligneum extitit. 226.34
Eius de bonis temporalibus cura quanta. 35
Chriſtus cur fatigatus ſedebat ſupra fontem ſic, & quid ly *ſic*. 36
Cur dormiuit. 39
Chriſtus ſemper ſigna diuinitatis cum humanitatis ſignis iunxit, & cur. 41
Cur non timuit infirmitatem oſtendere. 42
Cur in tribulationibus noſtris dormire videatur. 43
Chriſtus nunquam ſe ab animabus ſanctis abſconderet, ſi prorſus omnem abiiceret timorem humanæ ſuperbiæ. 227.45
Chriſti ſomnus noſtrum emolumentum. 46
Tunc amplius noſtro bono inuigilat. 47
Chriſtus quàm feruenter orauit in horto. 229.10
Angelus, ſecundùm aliquos, ter ei apparuit. 11
Chriſtum qui poſſidet nil timere debet. ibid. 4
Chriſtus quanti Patris nomen faciebat. 237.6
Mortuus ob teneritudinem amoris paterni. 7
Chriſti facies quantum malos torquebit in die iudicij. 9
Chriſtus quanta cura mādata Patris obſeruat. 240.23
Chriſti manſuetudo. 245.10
Chriſtus quantum Patris gloriam quærebat, & Pater Chriſti. 12
Chriſtus vbique omnipotens. 253.3
Cur non ſemper miracula operatur. 4
Cur aliquando ſupra mare ambulabat. 5
Chriſti manſuetudo quanta. 254.3
Chriſtus tres patrias habuit, & quale in hoc myſterium. 7
Cur indignis, & quibus ſciebat nil profuturus, etiam prædicabat. ibid. 1
Eius manſuetudo quanta. 3
Chriſtus non ſequendus ob temporalia. 5
Eius benignitas in omnibus quanta. 257.18
Chriſtus imperatiuè dimiſit peccata. 19
Cur dæmonibus conceſſit vt in porcos irent. 258.23
Se benignè cum peccatoribus habet, durè cum Sanctis in eorū imperfectionibus, & cur hoc. 26
Conceptus in feruore charitatis erga peccatores. 28
Chriſtus non tantum ex verbis, quantum ex operibus voluit vt Deus crederetur. 262.20
Quomodo nullus fecit opera quæ Chriſtus, quóve ſenſu propoſitio intelligenda. 21
Quomodo poteſtatem obtinebat remittendi peccata. 22
Cur paralytico dixit, ſurge, tolle lectum. 23
Chriſtus nullum à ſe ſanatum in diſcipulum elegit, cur. 264.34
Chriſti clementia & bonitas in Matthæi vocatione, & quomodo nullum aſpernatur peccatorem. 265.25
Chriſtus probatus ex Matthæi conuerſione. 266.1
Chriſtus omnia omnibus ſe faciebat, vt omnes lucrifaceret. 274.8
Chriſtus diuinus medicus nouo curat modo. 276.7
Chriſtus in reputatione hominis omnipotens & perfectus. 281.42
Chriſti admirabilis reſponſio. 284.1
Se defendendo nunquam alterius derogauit authoritati. 2
Quàm modeſtè & occultè Ioannis diſcipulos reprehenderit. 3
Eius modeſtia in reddendo rationem quare eius diſcipuli non ieiunabant. 4
Eius modeſtia in reprehendēdo Phariſæos. 286.14
Chriſtus quomodo ab anima auſertur, & per quid redit. 17
Eius abſentia lugenda ab animabus. 18
Chriſtus quanta admirabilia fecerit in tempore paruo, impoſſibilia ſcitu. 298.1
Chriſtus eſt qui in extremis adiuuare vult, & adiuuat. 299.8
Chriſtus quantum amet in ſuis donorum ſuorum ſecretum, ſic vt ob hoc præcipue moriatur. 300.25
à Chriſto cur ſic ſtatim virtus exiuit ad ſanandum. 302.37
Cur tanta Zachæo contulit. 38
Chriſtus magiſter ſublimis ſemper ad magna ſuos aduocat diſcipulos. 305.61
Chriſtus cur diſcipulis caſum diaboli præ oculis poſuit. 307.6
Cur nouem dimiſit Apoſtolos. 308.15
Cur Petrum, Ioannem & Iacobum præ cæteris aſſumpſit. 18
Cur ſecum aſſumpſit patrem & matrem puellæ. 309.22
ad Chriſti myſteria intelligenda cæcitate opus intellectus. 313.1
Eius caro quanta veneratione digna. 7
Chriſtus cur ſic auſterè communicatus eſt ſecretum miraculi. 314.11
An cæci peccauerint diffamando miraculum. 15
Non peccarunt, & cur. 315.1
Chriſtus ad minus duos ſanauit dæmoniacos mutos. 2
Chriſtus cur ab ipſo dæmoniaco fidem non expetiit. 316.4
Chriſtus non vult peccatoris laudem, & cur. 5
Chriſti, & ſeruorum eius perfectorum propria teſſera qualis. 317.2
Chriſti charitas, & amor quantus. 318.4
Chriſtus cur poſt prædicationem curabat omnes. 10
Corpus & animam ſanabat. 11
Chriſti bonitas quanta. 13
Chriſtus quàm ſuauis in onus imponendo. 328.18
Cur tantam dedit Apoſtolis poteſtatem. 19
Chriſti nulla actio Deum non prædicat, quantumuis minima. 330.25
Chriſtus tonitruum. 30
Chriſtus quot parentes in collegio poſuit. 332.42
Chriſtus mala tempora ſuſtinuit Iudam malum in Apoſtolatu. 333.45
Chriſtus cur prohibuit Apoſtolis ne in viam gentium irent. ibid. 1
Chriſtus quàm conuenienter poteſtatem miraculorum Apoſtolis dedit. 335.4
Chriſtus prohibuit ſuis non ſolùm ſimoniam, ſed ne duo data ſuperflua acciperent. 336.8
Chriſti præceptum de duabus tunicis quomodo intelligendum. 337.5
Quomodo de calceamentis. 338.6

Quomodo de virga. 7
An hoc præceptum fuerit commune, & perpetuum. 8
Christus cur Apoſtolis præceperit vt in tanta paupertate incederent. 339.13
Christus totus ad ſalutem hominis, ſiue quando gratiam concedit, ſiue quando negat. 343.14
Chriſti præceptum de excuſſione pulueris expenditur. 345.1
Chriſti natura ad conuerſionem animarum imitanda. 348.10
Chriſtus cur ſuis mala prædicit. 353.2
pro Chriſti nomine pati ſumma conſolatio. 3
Chriſtus ſemper diuinus in quolibet, etſi minimo opere. 4
Chriſtus quibus argumentis ſuos animet. 358.2
Eius modeſtia & humilitas. 3
Chriſti imitatio neceſſaria ad gloriam conſequendam. 5
Eum Iudæi vocarunt diabolum. 6
Chriſtum nil occultè locutum, quomodo verum. 359.7
Chriſtus cur dixit, *qui poteſt perdere, & non occidere.* 360.12
Non excludit omnem timorem ab Apoſtolis. 13
Non timorem mentis. 15
Chriſtus quot modis negetur. 362.5
Chriſtus in die iudicij cum gloria confitebitur ſuos coram Patre. 6
Qui erunt quos Chriſtus ſuos confitebitur coram Patre præter Martyres. 7
Chriſtus ſuper omnia amandus, & cur. 367.2
Cur præcepit parentes odio habere, inimicos autem diligere. 3
Chriſtus quàm efficax in perſuadendo, & arguendo. 368.20
Chriſtus amandus ſupra vitam propriam. 369.12
Chriſtus nunquam otioſus. 379.1
Chriſtus cur diſertè quæſtioni non reſpondit. 383.20
Chriſti virtus ad animas lucrandas neceſſaria. 24
Prædicatores quæ efficere debent vt eam aduocent. 25
Chriſti paſſionibus quod deficit ab hominibus perficiendum. 384.3
Vide *Paſſio.*
Chriſtus quàm ſolicitus vt vicem rependeret ſeruitiorum. 388.6
Chriſtus cur parabolis vtebatur. 401.5
Qualis eius ſcopus in iſtis. 6
Chriſtus quare vt Ioannes non ſic auſteram vitam retinuit. 401.10
Chriſtum vitam communem egiſſe quomodo intelligendum. 402.12
Vitam auſterrimam degit. 13
Eius ſumma paupertas. 14
Vixit ex mendicato. 15
Fabrilem artem exercuit. 16
In communi tenuit paupertatem. 17
Quanta illa in victu & veſtitu. 18
Sandaliis vſus. 19
Chriſti vita auſtera quanta in omnibus pœnalitatibus. 21
Plus quàm Ioannis vita, & cur. 22
Tenuit tamen & auſteram, & communem, cur. 23
Chriſtus cur deſerta vita auſtera lenem arripuit, & non permiſit illud Ioanni. 403.24
Chriſtum vitam communem degere, non auſteram quomodo intelligendum. 26
Chriſtus vt dicebatur comedens, & bibens. 30
Chriſtus plorans. 407.8

Eius obedientia erga Patrem quanta. 408.15
Chriſtus ſe abſcondit non ob timorem, ſed ob amorem. 409.25
Cur exultârit in Spiritu ſancto, & quando. 410.2
Chriſtus Patrem vocat ſuum, ac Dominum cœli & terræ, & cur ſpecialiter Patrem ſuum. 411.13
Chriſtus quomodo dicatur lætari de abſconſione myſteriorum. 412.18
Chriſtus quanta exultatione exercebit iudicium. 19
per Chriſtum omnia bona nobis venêre. 417.6
Chriſtus quantum deſiderat ad nos venire, quantuſque eius amor erga nos. 418.2
Quomodo venitur ad Deum. 3
Chriſtus quid intellexit per labores & onera. 4
Cur ſe exemplum poſuit, non in ieiunio, aut prædicatione, ſed in humilitatis Deitate. 421.30
Chriſtus quid intellexerit per requiẽ animarum. 32
Cur non promiſit requiem corporis. 33
Eius proprium requiem dare in medio tribulationum illis non ſublatis. 34
Chriſtus cur extremam neceſſitatem famis permiſerit diſcipulis. 432.8
Chriſtus cur Dauid exemplo vſus. 433.1
Cur Phariſæos vincit ex Scriptura, & non miraculo aliquo. 2
Cur dixerit Dauid ab Abiathar petiiſſe panes, cùm non ſit, ſed ab Achimelech. 4
Cur Achimelech nominârit Abiathar. 434.5
Chriſtus quàm terribiliter arguet in die iudicij. 435.1
Chriſtus quantus in ſuos defendendo. 436.8
Chriſtus quo fine iuſſerit homini, vt ſurgeret in medium. 438.12
Cur interrogârit an liceret benefacere in Sabbato. 15
Cur animam ſaluam faceret cùm corpus ſanaret. 16
Chriſtus cur voce tantùm hunc curare voluit. 440.35
Chriſtus cur ſeceſſit. 444.9
Cur ſanauit omnes languidos in hoc tempore. 12
Chriſtus cur imponebat ſilentium horum miraculorum. 445.13
Quantus in iactantiam fugiendam ad noſtrum exemplum. 14
Eius manſuetudo quomodo à nobis imitanda. 446.16
Chriſtus quomodo Patris dicatur ſeruus. 19
Chriſtus cur nobis datus, & quale hoc beneficium. 447.23
Chriſtus cur vnicè à Patre dilectus. 26
Ab ipſo conceptionis exordio plenus Spiritu ſancto. 27
Quale iudicium prædicauit. 28
Chriſtus quanta manſuetudine diſputauit cum aduerſariis. 30
Chriſtum non audituri qui. 33
Chriſti manſuetudo in horto quanta. 448.14
Quanta manſuetudine & ſilentio inter homines vixerit. 36
Chriſtus poſt dignitatem Apoſtolatus ſuis datam, humilitatem eis inſinuauit. 450.2
Eius charitas quanta. 7
Chriſtus ſui obliuiſcebatur, vt aliorum miſereretur. 451.9
Eius proprium officium dæmonis opera infringere. ibid. 1
Chriſtus quomodo deleuit peccatum. 452.3
Chriſtus quanto diabolum ab homine expulit. 8
Chriſto & diabolo ſeruire nemo ſimul poteſt. 479.4
Imò nec eſſe neutralem. 5

Chriſtus quantum celârit pro Patre. 482.23
Chriſtus ſemper dedit ſignum mortis & reſurrectionis, cur. 483.25
Chriſtum tribus noctibus & diebus in ſepulchro extitiſſe, quomodo verum. 484.30
Chriſti amor in acceleratione reſurrectionis. 31
S. Chryſoſtomus laudatur ab omnibus Prædicatoribus excipiendus. 320.22

Cibus.

Cibus Chriſti, Patris voluntas, cur. 25.10, & 214.18
Cibus perfectorum in hac vita qualis deberet eſſe. 19
Cibi varij Iudæorum, & à quibus veſci licebat. 434.8
Clerici multi fiunt non vt Chriſtum pauperem ſequantur, ſed vt ditentur. 212.12

Clibanus.

In Abrahæ ſacrificio cur Clibanus & lampas ſimul apparuerint. 282.43
Chriſtus in cruce Clibanus & lampas. 44

Cocholatte, vide *Ieiunium.*
Cæcitas aliquando vnde ſpiritualibus eueniat. 276.6

Cælum.

Cœli portam eſſe anguſtam potius nos conſolari, quàm affligere debet. 134.1
Cœlôrum regnum hîc quid. 335.1
Regni cœlorum prædicatio quæ contineat. 2
Cœlorum regno vim inferre, eamque illud pati, quid. 398.3
Quot modis dicatur, regnum cœlorum vim patitur. 6
Vnuſquiſque ſibi prius inferre vim debet, vt poſtea cœlorum regno vim inferat. 7
Cœlorum regnum adipiſci quantum violentum homini. 399.13
ex *Cogitationibus* dicta Phariſæorum Chriſtum cognouiſſe, cur dicatur. 464.1
Cognatio ſpiritualis apud Deum amplior, & dignior, quam carnalis. 494.31
Comeſſationes in Eccleſiis Dei aduocant iudicium. 238.13

Communio.

Communio, imò & ſacrum, apud Orientales non erat quotidianum, ſed ſemel in hebdomada. 29.4
In prima Eccleſia fuiſſe in præcepto quotidianam communionem, & vnde illud emanarit. 30.8
Quàm indecens quotidianam communionem indiſcriminatim omnibus concedere. 102.2
ad Communionem quotidianam ſumma humilitas neceſſaria. 188.25
Abſtinentia à perceptione ſacræ communionis ob ſeminis fluxum etiam licita, probatur. 299.14
Compaſſio proximi quantæ dignitatis apud Deum. 368.19

Condonatio.

Dij, non homines, ſunt qui condonant. 43.5

Confeßio.

Confeſſio peccatorum neceſſaria poſt contritionem. 178.11
Confeſſio interna fidei non ſufficit quando opus eſt externâ. 361.1
Confeſſionem ſui externam cur Chriſtus exigat. 362.2
Confeſſio Chriſti non ſolùm eſt operis, ſed veritatis. 4
Confeſſio peccatorum quomodo ad Dei laudem pertineat. 411.10
non Confiteri cauſat infirmitates corporales. 456.36
Venialia non confeſſa etiam infirmitates cauſant, & mortem violentam. 37
Confitentes malè cani aſſimilantur, & ſui, cur. 459.58
Dæmon cauſat verecundiam confitendi quam abſtulit peccando. 460.59
Confeſſionis bonæ primum ſignum ruptio totalis occaſionis & fœderis cum diabolo. 62
Inſanit qui putat dignè confiteri occaſione omnino non reſciſſa. 461.67, 69
Confeſſionis bonæ ſecundum ſignum. 462.78
Vide *Pœnitentia.*
Confeſſio vna bene peracta ſufficiens inuenitur ad totalem conuerſionem. 464.83

Confeſſor.

Confeſſoris officium quale. 178.14
Doctrina quæ aſſerit non ſtandum iudicio confeſſarij in frequentatione communionis falſa. 179.22
Confeſſores in peccato adminiſtrantes quantum ſubeunt malum. 460.60
Confeſſores quid facere debent vt pœnitentes à peccatis præſeruent. 461.64
Vide *Prædicator.*
Confidentia in Deo tam amplior eſſe debet, quando amplius res deſperata. 88.17

Congregatio.

Sanctarum Congregationum ruina vnde. 216.19
Conſanguinei Dei, ſerui, & parentes peiores ipſis dæmonibus. 353.1

Conſcientia.

Conſcientiam qui non hab testem, eumque reformidet, citò deprehendetur. 45.6
Dæmonis eſt conſcientias ſedare peccatorum, non Sanctorum. 141.34
τὸ *Conſummare* quot modis accipitur. 357.6

Contemplatio.

Contemplatio tyronibus aliquando conceditur ex gratia gratis data, & per modum actus tranſeuntis. 185.14
Contemplatio quàm indecens tyronibus. 287.28
Contemplatio vera durum ſupponit paſſionum bellum, earumque debellationem. 366.20
Vide *Ieiunium.*

Contemptus.

Deus quomodò dicatur contemni. 64.1
Contemptus mundi. 99.19

Contritio.

Contritio in vltimo vitæ eſt donum Dei prouidentiæ extraordinariæ. 66.6
Contritionis actus difficultas vnde, & quanta. 67.11

Conuerſio.

ad Conuerſionem fames & neceſſitas quantum officiant. 105.20
Conuerſio peccatorum difficilis qualis, quibuſque mediis procuranda. 117.30
Conuerſionem Deus ſæpe differt, non aufert. 334.5
Conuerſionis veræ effectus quis. 11

Conuiuium.

Chriſtus cur ad conuiuia accedebat. 274.7
Conuiuia excuſanda à religioſo viro. 343.21
Adam ſe perdidit, quia conuiuium acceptauit quod non debebat. 22
Cooperatio noſtra in operibus neceſſaria. 398.12

Cor.

Cor ſolutum implicat. 56.9
Cor auro deditum cur in cœlum intrare non poteſt. 10
Solius Dei eſt ſecreta cordis inſpicere. 260.8
Cor ſcindendum, & nòn veſtimenta. 300.22

Cor adamantinum cum quibus Deos poſſidet. 381.12
Cor durum ex argumentis obduratur. 481.1
Cor prorſus ſiccum ſtare debet ab omni deſiderio. 489.20
Corporum damnatorum fœtor, & deformitas vnde. 57.5

Correctio.

Correctio beneuola fratrem lucratur, odioſa eum perdit. 101.4
Correctionis verus ordo quis. 9
Correctio fratris quibus à Deo permiſſa. 10
Corrigendi modus. 11
Non corrigat qui eodem vitio eſt irretitus. 12
Sanctus ſit corrigens, ſi fructum ex correctione haurire velit. 102.13
Chriſtus Dom. quantum ſentit peccatorem alios arguere. 102.17
Correctiones tardò adhibendæ, & officium ſumero corrigendi. 18
Correctio cum diſcretione agenda, quæve in illa conſideranda antequam fiat. 103.4
Corrigens fratrem quas partes habere, & fungi debet. 5
Correctionis diſſimolatio quando opus charitatis, ſecundùm Auguſtinum. 6
Ruben cur fratres non correxit ex peccato, niſi quando in præſentia ſtabant Ioſephi. 7
in Correctione tempus apperiendum opportunum. 9

D

Dæmon.

DÆmon quanta difficultate à corporibus expellatur, diu in illis exiſtens. 117.19
Patri dæmoniaci cur Chriſtus, *ſi potes credere.* 31
Dæmon non vult verbo, ſed opera, & opera dura. 160.18
Dæmones an Chriſtum cognouerint eſſe Meſſiam, & ſimul Deum. 208.13
Et ſi quaſi ſciebant Chriſtum eſſe Deum, cur ad mortem ei inferendum animos impulerunt Iudæorum. 209.24
Chriſtum volebant prædicare Deum, vt maius eſſet Iudæorum peccatum. 27
Dæmonis opera nullo modo admittenda, nec ab eo aliquid præſtolandum in regimine animarum. 29
Sicut nec ab hæreticis. 210.30
Dæmonum odium contra homines quantum. 227.48
Dæmonum ſæuitia in homines quanta. 233.7
Quatuor angulos domus filiorum Iob concuſſit, cur. 8
Dæmonum legio cur intrarit in homines. 9
Dæmonum tentationum exempla ſingularia, & quomodo ſe in illis tum filij ſpirituales, tum magiſtri habere debent. 234.10
Non ſemper pro peccatis ſæpe diuina prouidentia homines à dæmonibus poſſidentur. 235.11
Rationes quare Deus illud in amiciſſimos & puriſſimos permittit. 12
Dæmones an cognouerint Chriſtum eſſe Dei filium. 236.1
Dæmon cur Chriſtum adorauit, filiumque Dei dixit. 2
Chriſtum cur dæmonem illico à nobis aliquando non propulſat. 237.4
Dæmonis tortura quæ. 8
Dæmonibus ſunt peiores qui coram Sanctiſſimo peccant. 238.14
Dæmones imitentur qui defectus aſpiciunt fratris ad ſuos cæcutientes. 16
Dæmones in energumenis cur tantum ſuum pandere noua recuſant. 239.20
Dæmon cur ſe legionem dixit. 21
Chriſtus cur voluit nomen dæmonis ſciri. 22
Cum timore ſalus noſtra operanda, ob infinitatem dæmonum obſiſtentium. 240.23
Dæmones cur tantum intrare in homines ſatagunt. 24
Gentiles cur dæmones adorabant ſcientes eſſe dæmones. 25
Dæmones cur vnam regionem plus quàm alteram expiant. 27
Dæmones cur petierunt in porcos intrare, & non in alios homines. 241.4
Chriſtus cur permiſit dæmones in porcos intrare. 243.11
Dæmonis malitia, & peruerſitas quanta, & cur tardò bonum perſuadeat etiam vt decipiat. 317.14
Dæmon cur tantum in populo poteſt. 326.2
Dæmones quomodo muti. 451.15
An hic à dæmone erat mutus, an ab infinitate. 12
Dæmonis tota poteſtas & imperium ordinat ad malum hominis. 465.10
Inter ſe ſunt concordes, & alteri ſubijciuntur ob hominis malum. 11
In eis eſt regnum & ordo. 12
Dæmonibus dæmones qui expellant. 466.3
Dæmon omnes feritates beſtiarum in ſe continet. 468.2
Vt poſſidens naturam Angelicam eſt fortiſſimus. 3
Dæmonis oſſa quæ. 4
Eius fortitudo ex aſtutiis & conſiliis. 5
Maior experientia & aſſiduitate tentandi. 6
Quæ vtilitas ex ſcientia fortitudinis dæmonis. 469.17
Chriſtus cur fortem appellauit dæmonem. 18
Quomodo vincendus. 19
Dæmonis requies qualis. 486.6
Dæmon vt è corde expellitur. 488.17
Dæmon obſidens & poſſidens quid. 496.2
Dæmones aſſiſtentes non ſemper in totum corpus poteſtatem accipiunt. 5
Vide *Diabolus, Lucifer*.
Dæmonia an ſint muta. 316.7

Dæmoniacus.

Dæmoniacus ex gratitudine factus Apoſtolus. 233.3
Dæmoniacus cur Ieſum ſequi volebat. 245.7
Cur in ſuum collegium illum Chriſtus admittere noluit. 8
Dæmoniacus ante Chriſtum nullus in illo populo. 316.9
Daniel cur noluit bibere vinum. 50,20

Dauid.

Dauid perfectio quanta. 25.7
Dauid cur tantum de Deo fidit. 86.5
Dauid fœdiſſimè errauit in iudicando contra Miphiboſeth. 97.25
Dauid vnde pro facto dedit quod Nathan ei dixit. 118.40
Dauid cur audenter prius chlamydem decurrauit Saul, cur poſtea cor ſuum percuſſit. 190.37

David cur tanta pace fruebatur dum à ſeruo malediceretur. 203.44
David cur nominatus Rex quando Ammoni filio pepercit. 247.4
David peccauit, quia oculos à Deo auertit. 261.16
David vnde ſperauit caput computare Philiſtæi, etſi gladium non haberet. 301.33
In Dauidis vnctione miraculum interuenit, & quale. 303.41
David cur præ cæteris fratribus electus. 42
David cur ſemper vniformis in condonatione vitæ Saulis. 389.11
David humilis ex corde. 421.28
David quomodo dicatur ſolus & aſſociatus veniſſe ad Achimelech. 434.6
David multum ſilet. 457.41
Chriſtus cur non timebat dæmones loqui, & dicentes ipſum eſſe Chriſtum. 43
Debitum, vide *Peccatum*.
Decalogus chirographum contra nos. 451.4

Deſiderium.

Deſiderium efficax quàm, cum Deo petens. 40.23
Deſideria quando innaturalia, infinita. 139.23

Deſperatio,

Nunquam de ſalute peccatoris, etſi peſſimi deſperandum. 255.9
Saul meritò condemnatus, quum de vita deſperauit. 10
Quanta pœna digni reperiuntur qui de ſalute peccatoris deſperant. 12

Deuotio.

Deuotio. 115.11
Quid & quotuplex ſit. 22
Qualis neceſſaria ad piè orandum. 116.23
Deuotio ad impetrandum neceſſaria. 120.53

Deus.

Deus quando finis operis vnicus, etſi illud publicè fit, ſemper tamen dici poteſt occultum. 6.8
Dei armatura quæ. 39.14
Deus & mundus omnino inimici, & cur. 51.5
Deus cur permittit aliquando res deficere. 77.8
Deus in extremis ſemper occurrit, quando patienter toleramus. 87.10
Deus tunc Dauid in auxilium, quando amplius deſperatus. 11
Deus cur non audit orationis clamorem in principio tribulationis. 88.12
Deus cur differt dare, & ſæpe vt inſtemus præcipit. 110.1
Deus cur volebat mittere Angelum, & non ipſum ire cum populo Iſraël. 4
Aliquando miſericorditer ab hominibus abeſt, & quo ſenſu intelligendum. 5
Quando cum peccatoribus adeſt obſtinatis, eſt ad eos puniendum. 6
Deus eſt qui ſemper quod dat eſt bonum, bonum minime, & cur. 9
Eius oſtium ſemper opportunè pulſatur, non ſic hominum. 111.5
Deus ad quod tanta creauit ante hominis formationem. 158.12
Quomodo dicatur Deum compleſſe die ſeptima opus creationis. 159.13
Deus per ſe quærendus. 178.8
Dei voluntatem multi ſciſcitantur, non vt eam faciant, ſed vt ad ſe eam attrahant. 9
Deus quàm profuſus in dando. 179.20
Exorat antequam Sancti orent. 180.2
Neceſſitatibus noſtris quàm intentus. 11
Sufficit ei vt ſine voce oſtendantur tantùm. 12
Deus totus in noſtrum commodum. 181.19
Nobis non indiget, vt nos illo. 20
Noſtra quærit, vt perfectiora reddat, non vt ſecum ea retineat. 21
Cur coſtam tulit ex Adamo ad formandam mulierem. 22
Dei proprium ſtemma nullam accipere perſonam. 192.13
Dei amici etſi poſſent in delitiis Chriſtum ſequi, non illud deberent velle. 223.11
Deus de his experientiam ſumit, an præter ipſum & alia quærant. 15
Deus quanta pro homine fert. 232.1
Dei miſericordia, etſi in extremo vitæ, & vltimo halitu, ſemper parata ad dimittendum peccatum. 255.11
Deus dat plus quàm ab ipſo petitur. 257.20
Dei præſentia eſt antecedens ad perfectionem, iſta vt conſequens, illa vt ſequens. 261.17
Iam ingens donum, vt extraordinariæ ſit Dei gratiæ. 18
Deus quando in mundi creatione eſt dictus perfectus. 282.41
Deus iuſtus caſtigans minima delicta, bonus præmians minima bona. 301.30
Ratio efficax quare ex minimis bonis ad magna peruenitur. 31
Deus impoſſibilia viribus humanis facit, quando homines ſibi poſſibilia operantur. 32
Deus aliquando vult vt ſanctitas alicuius ſciatur, & cur. 302.36
Deus cur aliquando ſe ab anima abſentem facit. 303.48
In principio conuerſionis magna & excelſa ſæpe præſtat, ſublimeſque etiam orationis gradus. 309.21
Deus per laudem ſuam, & gratiarum actionem, excitatur. 315.25
Deus vult rogari, ſed aliquando ante orationem dat, quod vult peti, & qua de cauſa. 327.9
Dei ſæuitia, miſericordia. 352.13
Deus in operibus non volt vti prudentia & potentia hominis, cur. 355.3
Deus non ſolùm in die iudicij, ſed etiam in hac vita reuelabit iuſtitiam ſuorum. 358.1
Eius ſerui quàm parum laudem, aut vituperium humanum facere debeant. 2
Deus cur dicatur deſcendiſſe, vt videret turrim Babel. 364.4
Deus quanti faciat verba ſuorum miniſtrorum. 372.16
Deus vno cadente, in eius locum alterum ſubrogat. 406.4
Graue exemplum. 4
Deus quomodo à ſapientibus ſua abſcondit myſteria. 412.20
Deus ſuorum calumniam, ſuam reputat blaſphemiam. 436.11
Deus malitia humana vtitur ad benefaciendum. 437.4
Deus quo modo ad ſe peccatores reducit, quo homines. 445.12
Summum noſtrum beneficium quòd Deus ſit quod eſt. 447.24
Dei memoria chirographum noſtrorum peccatorum. 452.5

Deus

Deus cur Abimelecho dixit Abraham eſſe Prophetam. 453.11
Quanti ſuorum hominum faciat, & quantum vult, à Principibus æſtimentur. 12
Deus quomodo aliquando dicatur cognoſcere. 455.31
Deus aliquando concedit iratus quod denegat benignus. 489.19
Dei negotia parentum & amicorum ſemper præferenda. 495.33
Deus ſæpe malum infert pœnæ ſine culpa. 497.10
Cur Sanctos tradit in poteſtatem dæmonis. 51
Cur tantos in hoc tempore. 12
Spectaculum eius delectabile, colluctatio hominis cum dæmone. 13
Cur diabolo prohibuit ne Iobum occideret. 54
Cur ſpecialiter dat nunc facultatem, vt in ſanctos homines diabolus intret. 498.16
Quàm parum corpus facit noſtrum. 57
Quàm excellenter triumphat de dæmonibus nunc in energumenis. 499.19
Dextera & ſiniſtra quid. 8.5

Diabolus.

Diabolus potentiſſimus etiam poſt Chriſti victoriam. 38.13
Diabolum contra, non homines malum inferentes iraſcendum. 39.15
Diabolus ex odio noſtri, non ex beneuolentia vult vt ad illum accurramus petendo. 64.18
Eius tyrannis quanta. 19
Diabolus ſenſus Scripturæ aperit ad concupiſcentiam, Chriſtus ad illuminationem. 198.11
Diaboli ſerui quanta pro illo ſuſtinent, vt ab illo exaudiantur. 596.16
Diabolus cur ſanctitatem rerum huius mundi peccatoribus non tribuit, & quando ab eis bona aufert. 439.53
Diaboli dentes qui. 468.8
Quale eius corpus. 9
Diaboli potentia quantum creſcit ex hominibus malis. 469.14
Diabolus eſt aſtutiſſimus. 15
Bellum cum diabolo ſit difficile ex loco, ex quo eius fortitudo creſcit. 56
Diabolus cum quibus debilis. 20
Chriſtus eum ligauit. 25
Quo ſenſu dicitur eum alligaſſe Chriſtum. 52
Diaboli ſitis nocendi immenſa. 487.8
Vide *Dæmon.*
Dies cur Ioannis. 398.8
Digitus Dei, de Spiritu ſancto. 466.7
Digniorem recipere an ſit maioris meriti, quàm dignum. 370.12

Dignitas.

Dignitas ſpiritualis onus importabile. 450.5
Dignitates ſæculares cur appetuntur. 6
Diligentem proximum quomodo intelligatur totam legem adimplere. 134.15

Diluuium.

Diluuium quare in mundum venit. 83.8
Diluuij tempus ob peccata acceleratum. 238.12
Deus cur viginti annos demit à diluuij tempore. 484.4

Dimiſſio.

Dimiſſio an facienda ante rogationem. 35.13
Cur Deus vult vt prius dimittamus, quàm quòd ille nobis dimittat. 36.14
Dimiſſio, & Remiſſio, vide *Peccatum.*

Diſcipulus.

Diſcipuli cur dæmoniacum ſanare non potuerunt. 516.26
Cur non reprehenſi in publico, cùm ob incredulitatem eum non ſanaſſent. 27
Diſcipulus hic quis. 217.5
Cur ſequelam Chriſti recuſauit. 2
An mentitus mortem patris prætexens. 218.3
Quorum figuram gerit. 4
An verè pater huius diſcipuli mortuus, an prope mortem ex ſenectute. 6
Cur Scribà repudiato hic diſcipulus electus. 7
Chriſtus cur diſcipulo prohibuit patrem ſepelire. 219.14.21
Diſcipulorum ſomnus in horto vnde. 220.26
Diſcipuli cur ſoli cum Chriſto in nauim aſcendunt. 222.3
Diſcipuli Chriſtum tumultuariè ſuſciarunt. 258.5
Chriſtus quando diſcipulos reprehendit. 229.5
Diſcipuli Ioannis cum Phariſæis Chriſtum conuenerunt. 282.1
Ob inuidiam ſe cum Phariſæis coniunxerunt. 283.7
Quantum peccauerunt, & quàm grauiter. 8
Diſcipuli cur filij ſponſi dicantur. 284.5
Vide *Filius.*
Diſcipuli duodecim quando Apoſtoli dicti. 327.10
Sunt legati à latere Chriſti. 51
Cur duodecim tantùm electi, & non plures, aut pauciores. 12
Figuræ duodenarij numeri Apoſtolorum. 13
Paulum non fuiſſe ex collegio duodecim, & cur. 358.15
Diſcipulum non eſſe ſupra magiſtrum, quomodo verum. 358.4
Diſcipulorum facies vnde, & ex qua cauſa. 432.10
Diſcipulorum Domini vita auſterrima. 13
Diſcipuli quantum Chriſtum diligebant. 54
Diſcipuli boni officium. 481.5
Diſcordiam inter malos aliquando diſſeminare licitum. 579.19
Diſpenſationis inobedientia Deo aliquando magis placet, quàm ipſa obedientia. 50.10
in *Diſputationibus* ſuperbè ſe agere quàm turpe religioſo viro. 447.32
Diteſcendi modus. 10.init.
Deus quando vult aliquem diteſcere, miſericordiam in cor eius inſtillat. ibid.2

Diuitiæ.

Diuitiarum cupiditatem ſnrereidendam eſſe. 54.2
Diuitiæ Dei ſunt miſericordia, ſed pertranſiens. 55.6
Diuitias poſſidere non malum, ſeruire malum. 60.5
Diuitiarum fallacia, ſuperflua pro neceſſariis iudicare. 82.5

Diues.

Diuites vt dementantur à dæmone. 83.6
Diuites tyranni in pauperes. 290.5
Temporum miſeria vt ſolùm quia diues quis habeatur pro nobili. 6
Diuites immites in pauperes, mites in animalia. 439.22

Doctrina.

Doctrina duplex, naturalis, & ſupernaturalis. 175.2
Doctrina & ſcientia ſine charitate magnum malum. 275.5

Doctrina

Doctrina Euangelica perfectiſſima. 367.4
Vide *Scientia.*

Doctores.

Doctores pauperes veras promunt opiniones: at quando diuites, eas aut mutant, aut de eis ſubdubitant. 383.26
Doctorum curialium deceptio vnde. 388.5

Dominus.

Dominum ſemel, bis, ter dicentes, qui. 155.2
Chriſtus cur refutat nomenclaturam magnificam, Domine, Domine. 3
Quo ſenſu non ſufficit dicere, Domine, Domine. 156.5
Domini qua ratione ſeruis compati debent. 190.40
Domini quietem ſeruorum ſuorum procurare debent. 432.12

Domus.

Domus vbi contrariæ voluntates, infernus. 26.16
Domus religioſo protinus deſerenda, ſi ſtatuta in ea obſeruari non poſſunt, ob paupertatem. 72.7
Domus hominis, de Muliere. 182.26

Donum Dei.

Dona Dei deperduntur vbi non adeſt ſecretum. 301.27
& animæ exarmantur. 28
Dormire cum peccato quantum periculum. 458.45
Siſara cur dormiuit. 46
Dura aliquando Chriſtus præcipit, & cur. 349.21

E

Eccleſia.

ECcleſia cur in Miſſa retinuerit vocem *quotidianum.* 31.13
Eccleſia Dei vnde detrimentum accipiat. 105.25
Deus cur aliquando differt exaudire. 109.30
Immiſericordes cum fratribus non merentur exaudiri. 31
Pulchra ratio cur Deus peccatores etiam exaudit. 34
Filij Zebedæi cur non exauditi, & eorum petitio vnde defectuoſa. 113.4
Eccleſiam Catholicam nolle conditi de veris à dæmone, aptum exemplum adducitur. 210.31
Eccleſiarum indemnitas quanta circunſpectione obſeruanda. 222.8
ad Eccleſiam accedentes omne deſerere debemus venenum. 349.15
Eccleſia cur dicit, Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam. 447.25
Eccleſia ſancta cur. 474.18
Eccleſiæ cor, de Scriptura. 19
Sancti ſemper ſunt, fuerunt & erunt in Eccleſia. contrarium eſt temerarium. 475.20
Ecſtaſes, & reuelationes non ſunt veræ ſanctitatis ſigna. 147.8
Eleazarus cur ſe periculo mortis expoſuit, & à beſtia ſepultari. 281.39
Electi quomodo multi, & pauci. 492.17

Eleemoſyna.

Eleemoſynæ conditiones. 8.9
Eleemoſynæ fructus. 9.13
Nullum medium aptius ad diteſcendum, quàm eleemoſynam dare. ibid.1
Eleemoſyna accepta nimis quando ex neceſſariis nobis. 10.4
Ad perfectam eleemoſynam ſufficit pius affectus, quando aliud non eſt ſuper. 5
Eleemoſyna ſupra omnes artes eſt quæſtuoſiſſima. 6
Eſt potens ad debita ſoluenda. 11.7
Clericorum exemptio eſt ad Eleemoſynam dandam. 11.10
Parentes ſæpe filiis dabantur, vt dent eleemoſynam. 11
Eleemoſyna orationis fulcimentum. 12.1
Eleemoſyna habet alas quibus ad Deum aduolat. 3
Eleemoſynæ neceſſitas vt educatur ex oratione Dominica. 31.12
Eleemoſyna & ieiunium coniungenda. 52.18
Efficax ratio pro eleemoſyna facienda. 133.2
Prophetæ viuebant de eleemoſynis. 178.5
Eleemoſyna ab indignis non accipienda. 343.17
Eleemoſyna indifferenter danda. 370.11
Eleemoſyna Sanctis pauperibus potius danda, quàm communibus. 13
Eleemoſyna vt Regina cœlum ingreditur. 374.27
Eleemoſyna radix bonorum operum. 441.1
Eripit à peccatis, etſi non ſtatim. 2
Eleemoſyna non ſolùm facit hominem iuſtum, ſed & ſanctum heroicis bonis operibus abundantem. 441.5
Eleemoſyna facit vt opera bona ſint columnæ altiſſimæ, ac manſolea ſplendida coram Deo. 6

Eleemoſynarius.

Eleemoſynarios Chriſtus publicè remunerabit. 9.11
Eleemoſynarius lignum plantatum ſecus decurſus aquarum, & cur. 441.3

Eli.

Eli cur reprobatus. 367.7
Eli filiorum peccatum quale. 8
Eliab frater Dauid cur reiectus. 302.40

Elias.

Eliæ Deus tantùm panem & aquam miſit. 54.27
Eius abſtinentia quanta. 28
Elias cur dicebatur ab Eliſæo currus, & auriga. 152.30
Elias cur petiit à vidua primum vt faceret ſibi panem. 280.34
Elias cur Abdiæ dixit vt nuntiaret Achab eum adeſſe, & illi iurauit. 372.15
Elias cur audax contra Regem. 390.23
Empyreum in plurali ſæpe nominatur. 20.17

Energumenus.

Energumeni non ſemper ob peccata, aliquando ob exercitium virtutis. 497.7
Pueri aliquando energumeni. 8
Sancti aliquando energumeni. 9
Deus quàm excellenter triumphet de dæmonibus nunc in energumenis. 499.19
Energumenorum reuelationes non credendæ. 20
Energumenorum reuelationes quibus rationibus probetur eſſe veras. 21

Enoch, & Elias.

Enoch & Elias vnde totum conuertent mundum, & cur eorum miracula efficaciora, quàm Antichriſti. 47.12

Epiſcopus.

Epiſcopi cura non debet rei eſſe familiaris. 220.18
Epiſcoporum reſidentiæ neceſſitas vnde. 326.3
Epiſcopi ſuas oues deſerentes ob gubernationem ſæcularem in quantum Dei iudicium incident. 334.7

Epiſcopi non prædicantes quàm Chriſto diſſimiles. 299.22

Eſau.

Eſau benedictionem non obtinuit, qui non tantum ex obedientia, quantum ex propria voluntate ad venandum iuit. 219.13
Eſau cur reprobatus. 367.20

Eſther.

Eſther cur tantum placuit Aſſuero. 115.14
Eſther Regina cur corruit, & contra eam Rex indignatus. 20

Euangeliſta.

Euangeliſtarum diſcordia, ſiue diſſonantia quanta prædita diuina prouidentia, & vtilitate. 186.1
Euangeliſtæ cur aliquando inter ſe diſcrepant, & quare illud Deus permiſit. 199.1
Hæretici confunduntur ex ipſamet Euangeliſtarum diſcrepantia. 2
Euangeliſtæ cur multa facta Chriſti reliquerunt. 379.4
Euangeliſtæ parum de ordine rerum curarunt. 380.2
Cur hoc fecerint. 3

Euangelium.

Euangelium tonitrui cur. 151.16
Euangelium regni quid. 318.8
Euangelium cur iudicium dictum. 447.29

Euchariſtia.

Euchariſtia ſanctiſſima qualem præparationem exigit ad dignè corpus Chriſti ſumendum. 286.25

Exauditio.

Homines non exaudiuntur, quia ſpiritualia non petunt, & quæ ad ſalutem conducunt. 123.12
Eorum panditur deceptio, & ſoluitur argumentum ſpiritualia non petentium, ſed temporalia. 13
Serui Dei cur ſæpe pro aliis orantes non exaudiuntur. 15
Homines iniuſtè de Deo conqueruntur quòd eos non exaudit. 16
Samuel cur aliquando non exauditus, etſi feruenter orauerit. 125.8
Cur indignè ferendum, ſi citò non exaudiamur. 128.17
Exempli vis quanta. 157.7

Exercitium ſpirituale.

Exercitia ſpiritualia Religioſorum media ſunt etiam ad comparanda temporalia, & neceſſaria ad victum. 71.4
Huius rei efficax ratio. ibid.
Exorciſtæ officium inter Iudæos extabat. 460.61 & 466.2

Exultatio in Spiritu ſancto.

Chriſtus cur exultarit in Spiritu ſancto, & quando. 410.2
In Spiritu ſancto quando quis verè exultarit. 3
Chriſtus quare exultarit in Spiritu ſancto. 6
Quantum exultet in cœlis de bonis Sanctis. 7

Ezechias.

Ezechias cur ſignum ſalutis ſuæ petiit ab Iſaia, & vt Sol retro cederet. 119.46
Sol non eſt regreſſus, ſed tantùm vmbra. 48

Ezechiel.

Ezechiel cur cecidit in faciem ſuam. 119.50
Cur dixit ſe ſimilitudinem vidiſſe gloriæ Domini, non ipſam gloriam. 51

F

in *Faciem* ſuam Ezechiel cur cecidit. 119.50
Famæ propriæ quilibet ex ſe debet eſſe teſtis, & quomodo hoc intelligi debet. 309.24

Fames.

Famis neceſſitas quanta. 86.3
Fames & neceſſitas quantum ad conuerſionem officiant. 105.20
Fames ſæpe ob penuriam eleemoſynarum. 373.27
Febris continua ab intermittente quàm differens in damno. 201.25
Fermentum non manere in domo prima die azymorum cur Deus præceperit. 410.5
Qui plenè dicere poſſunt, *fiat voluntas tua.* 181.17
Ficum cur Chriſtus maledixit, etſi non erat ficorum tempus. 409.27

Fides.

Fides ad infallibilitatem orationis neceſſaria quæ. 109.27
Fides etſi minima, magna obtinebit. 117.33
Fidem quam ab Apoſtolis Chriſtus poſcebat, & illi tunc non poſſidebant. 35
Habere fidem vt granum ſinapis quid. 36
Apoſtoli quomodo defectibiles in fide, ex quo dæmoniacum ſanare non potuerunt. 37
Fides ſine operibus vacua. 164.2
Fides vnde aliquando amittitur. 4
Fide plus acceditur ad Chriſtum, quàm corporali præſentia. 183.6
Fidei efficacitas quanta. 195.33
Quàm malè de fide ſentiant qui in ſanctiſſimum Pontificem debacchantur. 200.8
Fidem amittent iuſto Dei iudicio. 9
Omni diro ſupplicio digni, & qui dicunt, & qui permittunt. 10
In quo modica fides Apoſtolorum. 230.6
Fides vera debet eſſe æqualis ſecundùm extenſionem credendorum. 7
An talis defectus fidei Apoſtolorum fuerit mortale, an veniale. 9
Quam fidem Chriſtus reſpexit, baiulorum tantùm, an ſimul & paralytici. 256.15
De qua fide ſit ſermo, de fide miraculorum, an de iuſtificante. 16
Fides quantum cum Deo potens ad impetrandum, deſperata etiam obtinet. 257.21
Fides quibus non prodeſt. 297.21
Cur aliqui mali Chriſtum ore fidem non negant. 22
Fides firma omnipotentiſſima cum Deo. 307.10
Deum debitorem conſtituit. 11
Quanta certitudine ex fide orandum. 308.13
Chriſtus cur fidem à ſanandis expoſcebat. 313.4
Cur ſciens eorum fidem, eam petiit declarare. 5
Fides tantum impetrabit, quantum fuerit magna, efficaci argumento id probatur. 314.9
Fides noſtra ſummum gaudium nobis in cœlo præſtabit. 10
Vbi vna non eſt fides, nulla poteſt eſſe concordia. 355.4
Fidei vbi diſſidium iura nulla ſeruantur. 363.8
Fides cur deperditur, & aliò ſe transfert. 407.6
Vita mala Chriſtianorum facit, vt minus bene de fide aut ſentiant, aut loquantur. 7

Fides, & Fiducia.

Fides cum fiducia dupliciter deſiderari poteſt. 114.11

Illa

Illa ſufficit ad infallibilitatem orationis,quæ non omnem excludit timorem impetrandi,& quomodo hoc accipiendum. 514.12
Probatur efficaciſſimè. 13
Fides,& fiducia. 116.5.2
Fides roborata ex fiducia in oratione pro facto dat quod petit. 118.39

Fides Gentilium.

Fides Gentilium ſupra fidem Iudæorum. 583.10
Tentationis fides vnde,& quanta. 11
Fides animarum ſpiritualium in ariditate ſpiritus quanta debet eſſe. 12
Quid illis agendum vt ad ſe Chriſtum aducent. 584.13
Centurio quomodo ad tantam fidem peruenit. 15

Fides Theologica.

Fides Theologica quæ eſt in intellectu, ſufficit ad piè orandum in quocumque gradu illa ſit. 18

Fiducia.

Fiducia in oratione, impetrationis ſignum. 509.29
Fiducia quid, & ad quam virtutem pertinet. 114.7.8
Fiducia vt diſtinguitur à fide. 10
Fiducia ad piè orandum ſufficit illa quæ aliquem admittit timorem, & quomodo hoc intelligendum. 14
Ad altitudinem fidei Theologicæ ſequitur altimodo fiduciæ,ordinatiè loquendo. 115.16
Fiducia omnem excludens formidinem impetrationis validum ſignum. 19
Fiducia Sanctorum qualis. 181.14
Vide *Fides.*

Filius.

Filij phraſi Hebræa dicuntur, qui quoquo modo ad aliquam rem pertinent. 284.16
Filij hîc quid. 466.1
Filij diffidentiæ qui. 84.13
Filium prodigum cur pater ſic pompè induit. 90.32

Filij ſpirituales.

Boni Filij ſpirituales,boni magiſtri ſigna. 144.5
Filij ſpirituales ſancti, ſignum magiſtri ſanctitatis. 149.16

Filij Dei.

Filij Dei ſunt qui bona exercent opera, & cur. 387.24

Fimbria.

Fimbria quid. 300.23
Phariſæi cur in fimbriis ſpinas ponebant, & qui ſint hodie qui eos imitantur. 24
Fletus & ſtridor dentium quid. 194.31
Fœmina magiſtri auari,non viri. 151.23

Fœtus.

Hebræorum traditio Angelum viuificaſſe fœtum extinctum in ventre Saræ. 270.7
Fortè non ſignificat ſemper incertitudinem. 409.28

Fortitudo.

Samſon cur reſtitutionem oculorum non petiit, ſed fortitudinis. 281.38

Frater.

Fratres nunquam temerè iudicandi. 364.5
Fratres laici in religione quatenus lucrentur ex miniſterio. 370.10
Fratres Domini qui. 495.22
Fucatus color capillorum malum omen futurorum. 74.7

Fuga.

Fuga licita & illicita qualis. 356.4
Fuga præclara eſt illa quando fugimus ne frater peccet. 5
Fugæ præceptum non ſolùm reſpicit fugientem, ſed perſequentem. 357.7
Fur eſt non ſolùm qui vi, ſed qui circumuentione tollit aliena. 151.23
Faſcatio faciei, vide Mulier.

G

Generatio.

Generatio quid. 485.19
Generatio mala,de adulatoribus. 13

Gentes.

Gentes in Chriſtum credere quantum miraculum. 449.43

Gentiles.

Gentiles quomodo orabant, & in quo efficaciam reponebant orationis. 14.1
Cur multiloquio in oratione vtebantur. 15.5
Gentiles cur ſabbata deridebant Iudæorum. 120.56
Chriſtus cur dixit Gentiles cum Abraham quòd recumbent. 193.19
Geraſeni cur rogarunt Dominum vt ab eis diſcederet. 244.1
Giezi cur tam dirè caſtigatus. 46.10
Gladius hîc quid. 363.5

Gloria Dei.

Sancti totam Dei gloriam ſic deſtinant, ac ſi eſſet ſua,pro qua ei gratias referunt. 21.23
Gloriam dandi ſummum Dei deſiderium. 398.4
Gnoſticorum hæreticorum delirium. 107.9
Gratia iuſtificans. 508.32

Gratia.

Gratias gratis datas in vno eſſe abſque gratia gratum faciente,an ſit poſſibile. 148.10
Gratiæ cooperantur noſtra neceſſaria. 174.5
Gratiæ Deo pares referendæ quando aliquid denegat,ac quando concedit. 16
Deo plus debemus ſi quod petimus neget, ac quando concedit. 17
Gratiam vt difficile Deus deneget. 175.18
Chriſtus dum gratiam neget, vult potius hominem æſtimari,quàm Deum. 19
Gratiæ Dei cooperandum. 181.23
Gratiarum actio optimus beneficiorum cuſtos. 315.22

Gratitudo.

Chriſtus quàm ſtrictè à nobis gratitudinem repoſcit beneficiorum. 185.8
Gula inſaturabilitas quanta. 50.7

H

Hæmorrhoiſſa.

Hæmorrhoiſſa fuit ex Cæſarea Philippi, & quale miraculum ſuccedebat circa Chriſti ſtatuam,quam ipſa erexerat. 298.2

Hæreticus.

Hæretici ob fidem amiſſam in quanta horrenda incidunt mala. 57.4
Hæretici taxantur contra Eccleſiaſticos oblatrantes. 103.8
Hæretici porci & canes. 103.11

Hæretici

Hæretici Chriſti præcepta impoſſibilia dicentes confunduntur. 135.5
Hæretici quam aſtuti & verſipelles. 143.6
Eorum fructus. 7
Hæretici ingenio pollent. 8
Hæretici principaliter ſunt falſi Prophetæ; ſecundariò hypocritæ Catholici ac carnales magiſtri ſpirituales. 10
Hæreticus nullus ſeruat caſtitatem. 144.8
cum Hæreticis fœdera deteſtanda etiam ob ſtatus rationem. 225.31
Hæretici dæmonum porci. 243.10
Hæretici porci in exponendis Scripturis non ſe immittant. 244.16
Hæretici & politici Geſatenis adſimiles. ibid. 2
Hæretici violenter Chriſtum expellunt, vt mali politici ſuauiter diabulo adſimiles in hoc. 3
Ab vtriſque Chriſtus diſcedit, & malorum politicorum quanto malo. 4
Hæreticorum doctrina vnde falſitatis conuincitur. 335.3
Hæretici quæ vera dicunt admittenda, licèt non eo fine quo eſt. 339.9
Hæreticarum opinionum fons vnde. 414.8
Hæretici Scripturas neſciunt, & modus illos conuincendi eſt Scripturâ vti. 433.3
Principes aliqui cur cum hæreticis fœdera tractent. 443.4
Hæretici vt peccant in Spiritum ſanctum. 474.16
Hæretici peiores quàm Gentiles, & cur. 488.12
Proximior ad ſalutẽ ſtat Gẽtilis quã hæreticus. 13
Cum hæreticis nullum debet eſſe commerciũ 14
S. Martinus vt plorârit ſemel cum hæreticis communicaſſe. 15
Herbas cur Deus produxit ante ſolem. 89.33
Herodiani qui. 443.1
τὸ *Hic* quid in præſenti. 435.3
Hieroboami peccatum maximum quale. 367.9

Homo.

Hominis tota perditio, quia reputat Deo ſeruire poſſe, & mundo. 60.1
Hominum argumenta vt probent Deo ſeruiri poſſe, & mundo. 2
Vnde talis præſumptio hominibus euenit. 3
Homines plus faciunt voluptatem, quàm vitam. 61.4
Hominibus Deus non ſemper neceſſaria, ſed condecentia tribuit. 74.4
Homines magnæ & paruæ fidei qui. 76.8
Homo curet de cœleſtibus, ſi vult, vt ſua Deus curet terrena. 10
Homo quomodo apud Deum vt iumentum ſit, & qualis illi prouentus ex hoc. 87.9
Hominis fortitudo Deus. 106.2
Homines cur dicuntur mali. 110.8
Homo in ſtatu innocentiæ debebat operari, & cur in paradiſo poſitus. 158.10
Homines in ſtatu innocentiæ & peccare, & condemnari poterant. 21
Homo nec ipſum Deum recognoſcere vult ſi non operatur. 159.16
Hominis perfectio in quo conſiſtat. 181.15
In quo eius perfecta reſignatio, & in Deo fiducia. 16
Hominum perditio non ad iudicium, ſed ad clementiam Chriſtum permouet. 188.19
Hominis filius in Scriptura idẽ quod homo. 214.24
Nullus Chriſtum filium hominis appellauit, quàm is ipſe. 25
Homines Dei ſecreta virtute cuſtodiuntur, etſi illis hoc non appareat. 337.49

Hominum inobedientia condemnabitur à creaturarum obedientia. 231.17
Homines praui etiam bona verba in malam partem accipiunt argumentando. 259.6
Homo in proſperis Deum non agnoſcit. 292.21
Homo quantum ſeipſum timere debet. 360.11
Homo apud Deum tantum valet, quantum eius opera. 387.33
Homo particularis quomodo ſupra Reges ſe eleuare poteſt, & qualis ad illud via. 391.29
Homo manus aridæ erat cæmentarius. 437.2
Homo quàm durus, quando in reprobum dat ſenſum bonum facit malum. 5
Homo quomodo mendax aduersùs veritatem. 9
Homo non bene operatur, quia repletur malis operibus. 438.17
Homo languidus in piſcina cur tanto tempore mortuus factus. 457.40
Homo fit peſſimus ex cogitationibus malis. 479.10
Deus abſque culpa affligit hominem, & duriſſimè aliquando. 480.6
Homo Deo compoſitus nunquam iuſtificatus egreditur. 483.38

Homo carnalis.

Homines carnales viam non arctam, ſed latam ſequentes confunduntur. 136.13
Homo carnalis cur in bono inconſtans, ſecus autem iuſtus. 389.9
Homines huius ſæculi cur nullam pacem poſſidere poſſunt. 421.35
Homo carnalis quàm rigidus cenſor ſpiritualis. 433.19

Homo ſpiritualis.

Homines ſpirituales in virtute recentes, quàm periculosè in connectione animarum ſe intrudunt. 307.8
Hominum ſpiritualium animi quantum emolliuntur ex mulierum familiaritate, etiamſi ſanctæ ſint. 312.43
Homines ſpirituales quando ſe dant in hypocriſim fiunt peſſimi. 489.34
Hominis ſpiritualis caſus cur peſſimi. 489.36

Hoſpes.

Hoſpitis recipientis dignitas ex quo apparere debet. 341.2
Qui hoſpes dignus à Chriſto intelligatur. 343.6
Chriſtus cur mandat vt apud dignum hoſpitentur Apoſtoli. 343.7

Hoſpitalis.

Hoſpitalem eſſe prædeſtinationis ſignum, ſicut è contra inhoſpitalem reprobationis. 341.3
Hoſpitales accipiunt, non dant gratiam. 342.5
Hoſpitales homines fulcimẽtũ ſunt ciuitatis. 347.17
Vt dignũ fiat præmonet Deus hoſpitantem. 369.4

Hoſpitalitas.

Hoſpitalitas teſſera dignitatis apud Deum. 344.26
Chriſtus liberaliſſimus in hoſpitalitatem remunerando. 369.2
Hoſpitalitas mediatrix inter Deum & homines. 3
Hoſpitalitas quantum cum Deo potens. 371.1
Hoſpitalitas temporalibus & æternis ditat. 3
Illico affert mercedem. 4
Hoſpitalitas ex abũdãtia bonorũ cœlũ ſcindit. 372.7
Hoſpitalitas regna ſaluat, pœnas dimittit. 9
Iuramento vt confirmetur efficit. 10
Hoſpitalitatis meritum ſe extendit ad dona, & gratias gratis datas. 313.18
Abdias donum accepit prophetiæ, quia Prophetas hoſpitauit. 19

Deus ob hoſpitalitatem malis ac peccatoribus ſolet etiam gratis datas gratias conferre. 20
Hoſpitalitas meretur peculiarem Dei curam, & auxilium, tum eripiendo hominem à malis in hac vita, tum merendo ei vitam æternam. 374.25
Humana diuinis poſt ponenda. 219.16

Humiles.

Humiles falſi, & falſa humilitas quæ. 354.13
David verè humilis occultare ſua volebat facta. 14

Humilitas.

ob Humilitatem quanta Sancti faciunt, ſimul vt deſpicabiles appareant hominibus, vſque ad fictionem & oſtentationem vitiorũ ſe deprimunt. 48.3
Humilitatis præclarum exemplum. 4
Humilitas. 215.20 & 153. ſign. 5
Vehiculum orationis. 158.48
Humilitas neceſſaria ad orationem quæ, & qualis. 119.44
Humilitas potens medium ad impetrandum. 186.3
Humilitas impoſſibilia impetrat. 5
Humilitas vera & heroica quæ. 187.7
In quo illa fundatur. 8
Quàm ſtabilis & firma. 9
Chriſti humanitas ſummam in animabus cauſat humilitatem. 13
Humilitas ſumma veræ reuelationis ſignum. 188.17
Humilitas ſumma ad quotidianam communionem neceſſaria. 22
Summæ fidei ſignum. 23
Chananæa es humilitate filia facta es cane. 193.25
Humilitas oculos aperit ad veram Scripturarum intelligentiam. 198.10
Prædicatores etſi magni, ſine humilitate Deo placere non poſſunt. 12
Humilitas cur reuelationis ſignum. 295.7
Humilitatis præmium quantum. 395.5
Humilitas tantum valet apud Deum, quantum ſuperbia nocet. 412.25
Humilitas contra ſcientiæ ſuperbiam antidotum. 413.26
Humilitas ad Scripturarum intelligentiam neceſſaria. ibid. ann. 103
Humilitas vera quæ. 420.21
in Humilitate quid difficile. 22
Quid illa ſit. 421.23
Glorioſa apud Deum qualis. 24
in Humilitate & manſuetudine tota humana conſiſtit perfectio. 29

Hypocrita.

Hypocrita quid. 7.3
Eſt homo impius. 4
& crudelis. 5
Hypocritæ duo maxima incurrunt horrenda mala. 7
Nil vilius quàm morem ſequi hypocritarum. 12.5
Hypocritæ diaboli, martyres laruatam habentes faciem. 44.3
Hypocritæ cur contra ſe iram Dei excitant. 45.1
Vt ſe exterminent. 2
Vt contra naturam pugnant, & viuunt. 5
Hypocritæ viliſſimi apud dæmonem, & viliſſimis decipiuntur. 46.6
Diabolus quando ab iſtis decipi poteſt, non facit pretioſa. 7
Hypocritæ miſeri, quia in vanum laborant. 8
Leprâ inficiuntur proximorum. 9
Dei odiũ magnũ contra hypocriſim, & cur. 47.13
Hypocrita vt Deo abutitur. 14
Hypocritæ, ſunt falſi Prophetæ. 143.9
Hypocritarum bona externa quæ. 146.4
Hypocritarum opera bona quo ſenſu iniquitates dicas in iudicio. 163.17
Hypocriſis facit vitia peſſima. 489.45

I

Iacob.

Iacob dictus quia neceſſariis contentus, ſine cura viuebat. 87.7
Iacob vt ſe totum Deo dicauit, nil de temporalibus curans. 114.19
Iacob cur expergefactus timuit. 305.59
Iacobus Zebedæi cur maior dicatur. 330.28
Iacobus & Ioannes cur Boanerges dicti. 29
Iacobus Alphæi quia. 331.34
Iacobus cur frater Domini dictus. 35
Eius mira ſanctitas. 36
Hic Iacobus epiſtolam ſcripſit Canonicam, non alter. 37
Iacob cur præ cæteris fratribus Ioſeph diligebat. 350.3
Quomodo dicatur in ſenectute genuiſſe Ioſeph. 4
Iacob ſciens odium fratrum Ioſeph, cur illum ad eos miſit, & ipſe cur ſic libenter iuit. 351.6
Iacob quanto timore deſcendebat in Ægyptum, & cur. 8
Iacob cur mortem non timeret Deum videns, Manue autem & Gedeon timuerunt. 366.21
Iacob quando Rachelis anni longi viſi ſunt. 423.47
Iactantia fugienda. 177.3
Idioma Hebræorum pro imperatiuo. 286.20
Idiota amplius res intelligunt ſpirituales, quàm litterati. 319.19

Ieiunium.

Ieiunij fructus quales, & quanti. 44.2
Peccatores in peccato ieiunantes, vt dæmones imitantur. 49.1
Ieiunij cur explicitè non adeſt præceptum. 2
Moyſes fuit qui primus ieiunauit. 3
Miraculo eius ieiunium Deus confirmauit. 4
Cur auſus miraculoſum apprehẽdere ieiunium. 5
Ieiunium neceſſarium ad temperantiam ſtabiliendam. 50.6
Ieiunium Deus tantùm facit, vt & ipſam obedientiam pro illo gratam habeat. 8
Ieiunium ad vitam æternam ſic neceſſarium, ac Angelos cuſtos. 51.12
Ieiunium cur Adamo præceptum. 13
Ieiunium ſupra Angelos non conſtituit. 14
Quomodo ieiunandum. 15
Ieiunium hypocritarum infelix. 16
Puritas conſcientiæ ad ieiunium neceſſaria. 17
Eleemoſyna cum ieiunio coniungenda. 52.18
Cibi quadrageſimales quanta moderatione ſumendi, vt rectè ieiunetur. 19
Antiquitus ieiunium continebat abſtinentiam à vino. 21
Sorbitiuncula quæ *collatio* dicitur, frangit ieiunium. 22
in Ieiunio licitis moderatè vti conſilium eſt Apoſtolicum. 53.24
Ieiunia apud Hebræos duplicia, & quæ. 282.2
De quibus ieiuniis loquebantur, & erat quæſtio. 3
Chriſtus cur non indigebat ieiunio, neque eius diſcipuli, & cur indigebat Ioannes ac eius diſcipuli. 283.9
Cur non ſic acriter nunc reprehendit Phariſæos, ac antea fecit. 10
Quàm acriter pro his qui pro ipſo patiuntur, reſpondet. 11

Diſcipuli

Diſcipuli quare ieiunare non debebant. 285.10
Ieiunium ex ſe non bonum, niſi aliqua cauſa coho-neſtetur,& quæ illa. 11
Ieiunium duplex, & quale ſecundùm Auguſtinum. 286.15
Contemplatiuis vt competit ieiunium. 16
Ieiunium à Chriſto præceptum. 19
Ieiunium quadrageſimale ab Apoſtolis inſtitutũ. 21
Apoſtoli poſt Chriſti aſcenſum frequentiſſimè ieiunarunt,& cur. 23
Cur Apoſtoli mandarunt non ſolui ieiunium ante horam nonam,& cur ieiunatur in feria ſexta & ſabbato, & antiquitus etiam feria quinta. 287.26

Iephthe.

Iephthe votum cur & vnde ineptum, & malum, ob quod punitus. 218.11
Dei iudicium ſubtiliſſimum oſtenditur in punitione Iephthe. 12
Iephthe filia an peccauit conſentiendo vt pater eum ſacrificaret. 289.37
An verè Iephthe filiam ſacrificauerit. 38
Iericho cur anathema. 345.6
Ieroboam cur vitulos erexit. 461.68

Ignorantia.

Ignorantia craſſa,ſeu affectata quantũ malũ, 439.27
Deus plus abhorret peccata ex affectata ignorantia,quàm ipſa peccata clara. 440.28
Illuminatio,de Baptiſmo. 293.33
Imago Dei in Principe facit vt illum ſubditi timeant. 590.38

Immiſericors.

Immiſericors in fratrem eum ſuffocans cur traditus tortoribus. 99.3
Immiſericors ſine bonis operibus ſe inueniet in morte. 441.4

Impoſſibile.

Impoſſibilia ex fide qua oratur etiam quodammodo ſperanda. 116.25
Deus impoſſibilia vult vt ab illo quodammodo peramus. 128.16
Impoſſibile quot modis dicatur. 472.12
Impudentia virtuoſa quæ. 531.39.
Impy cur in fine vitæ pœnitentiam agunt. 67.12
τὸ *In corde terræ* quid. 483.29

Incarnatio.

Incarnatio. 173.8
Incarnationis miraculum magnum,& omnium maximum. 9
τὸ *Increpo* in Scriptura quid. 203.36
Indigentia propriæ cognitio quàm neceſſaria. 181.24

Indoles.

Magnum Dei beneficiũ bonæ eſſe indolis.271.19
Indulgentia Moyſis quantum populo obfuit. 140.26
Infames ad religionem non admittantur. 245.9

Infernus.

Infernus propria voluntas. 26.13
Infernus,de dumo vbi voluntates contrariæ. 16
Inferni tenebræ cur exteriores dicantur. 194.26
Inferni ignis ſi vrit,non lucet. 28
Mali Chriſtiani amplius in inferno puniti, quàm Gentiles. 29
In Inferno an ſint lachrymæ. 195.32

Infirmus.

Infirmi quanta charitate curandi. 176.29
ad Infirmos accedendum ſine infectionis timore. 32
Quanta celeritate Deus ſuccurrit. 35
Sæpe præter imaginationem. 36

Infirmi quanta cura viſitandi. 202.17
Perſeuerantia effectus charitatis infirmorum. 18
Infirmorum illi demandanda cura, quem ipſi eligunt. 19
Chriſtus intrauit in domum Simonis, vt exemplum præberet infirmos viſitandi. 16
Infirmi ad veſperam deducti ad Dominum,cur.206.5
Chriſtus cur contactu ſanabat infirmos, imperio eiiciebat dæmones. 207.11
Chriſtus quomodo dicatur infirmitates noſtras portaſſe. 18
Chriſtus non ſolùm corpora infirmorum ſanabat,ſed & eorum animas. 212.6
Piè credi poteſt omnes infirmos à Chriſto ſanatos eſſe ſaluos. 7
Infirmi vt ſe in infirmitatibus gerere debent ne contriſtentur. 226.38
Infirmitates corporales ſæpius ob peccata. 259.29
Ingenium Pharifaicum quale. 259.2
Ingratitudo quantum malum. 233.4

Inimicus.

Quæ bona Deus iubet vt inimicis præſtemus. 102.1
Inimicorum perfectionis ſumma quæ. 333.2

Iniuria.

Iniuriarum condonatio, quare ſic cum Deo potens ad impetrandum. 41.2
Peculiarem habet congruentiam cum diuina miſericordia,ideo efficax ad impetrandum. 4

Inſpiratio.

Inſpirationes repellere quantum malum. 253.2
Inſpirationibus diuinis reſiſtere, cauſa reprobationis. 406.3
Deus ex miſericordia aliquando ab inſpirationibus abſtinet. 484.3
Intellectus ſublimitas cur à Deo repellitur. 412.22
Intentionis puritas quantum à Deo requiratur,& cur. 469.7

Inuidia, Inuidus.

Inuidiæ malum. 27.19
Inuidiæ & paſſioni aliquando credendum. 212.10
Inuidiæ natura,& inuidorum mos qualis. 316.11
Inuidia totum ius diuinũ & humanũ inuertit. 437.6
Inuidia in quantam cæcitatem & ſtoliditatem reducit homines. 437.10
Inuidia nunquam triſtatur de malo, benè autem de proximi bono. 438.13
Cor obſtinatum & obduratum reddit. 14
Inuidia quantum malum. 443.2
Homines reddit inſipientes,& ſine intellectu. 3
Inuidi contra ſeipſos pugnant. 467.9

Ioannes.

Ioannis diſcipuli quo ſenſu ad illum retulerunt magnalia Chriſti. 380.4
Ioannes cur ſe ad modum dubitantis habuit. 382.19
Chriſtus cur laudauerit Ioannem abſentibus diſcipulis. 387.1
Cur Chriſtus laudauit Ioannem. 6
Cur laudauerit à deſerto. 7
Ioannes arbor exquiſita,& fortis. 390.19
Eius conſtantia ex eremi habitatione. 20
Ioanni vnde firmitas & conſtantia. 391.32
Ioannes palatium abhorrebat,& Principum familiaritatem. 392.43
Eius vita tota vnum miraculum. 393.45
Ioannes Angelus dictus,& cur. 50
Cur ſupra cæteros Prophetas. 51
Angelus dictus ex puritate vitæ. 394.52
Ioannes quomodo inter natos mulierũ maior.ibid.1

In cœlis nullus Sanctus alteri æqualis. 395.2
De ſanctitate Ioannis, Auctoris ſententia. 3
Sancti antiqui æquales potuerũt eſſe cũ Ioanne. 4
Ioannis vita quàm conſona teſtimonio Chriſti. 396.9
Eius magna laus directè induxiſſe hominem ad regnum cœlorum. 398.2
Ioannes ex quantis laudatos à Domino. 399.11
Ioannis prædicatio cur tantum mouebat animas ad vim inferendam cœlorum regno, non autem Prophetarum. 12
Chriſtus in libertatem arbitrij poſuit ſi vellent credere Ioannem eſſe Eliam. 400.16
Ioannes cur tam auſteram vitam duxit. 401.8
Ioannem non manducaſſe, neque bibiſſe, quo ſenſu dicatur. 403.27
Iob cur tanta pace fruebatur inter tanta mala. 43
Ionas quomodo fuit ſignum deſtructionis Iudæorum. 483.27

Ionathas.

Ionathas cur à morte liberatus. 385.10
Ionathæ peccatum, vide *Peccatum*.

Ioſeph.

Ioſephi fratres eum de crimine accuſarunt apud patrem. 27.17
Ioſeph ſanctiſſ. cur à Deo illuminatus in ſua de ſua ſponſa illuminatione. 98.15
Ioſeph quanto amore fratres caſtigauit. 348.8
Ioſeph cur fratribus dixerit, vt dicerent ſe eſſe paſtores. 390.16

Ioſias.

Ioſiæ regis ſanctitas quanta. 456.18
Ioſias ſanctiſſ. cur mortuus violenta morte. 457.39

Ioſue.

Ioſue cur dixit Adam vt daret gloriam Deo. 411.11
Ioſue cur ſe decepit reputans vocem pugnæ vocem cantantium. 454.22

Ira.

Locus dandus iræ fratrum, exemplo Chriſti, vt eos lucremur. 564.1
Ira in Chriſto. 439.55
Chriſtus cum ira miſericordiam hic miſcuit, cur. 440.29

Iſaac.

Iſaac diligebat præ Iacob Eſau, vt bonum eum conſtitueret. 278.10
Iſaaci iocus cum Rebecca quis. 390.55

Iſaias.

Iſaias cur videns Dominum væ ſibi dixit. 295.2
Ante orationem pollutum ſe non cognouit. 3
Iſaias vnde mutus, & ante conſpectum tacens. 5
Iſaiæ peccata non erant amplius, quam venialia. 296.10
Iſaias videns Deum cur timuit. 304.57
Iſaiæ peccatum quale. 390.58
Iſaias cur timidus, Elias cur audax contra Regem. 23

Iſmaël.

Iſmaël quot annos habebat quando cum Iſaac luſit. 364.9
Iſmaël cur è domo patria amandatur ne ſit hæres. 365.13, 17

Iſraëlita.

Iſraëlitæ cur Adonibezec Regem Chananæorum non occiderunt, ſed tantùm ſummitates manuum ac pedum præſciderunt. 100.7
Iſraëlitæ cur oues dicantur. 334.9
Ita quid in Scripturis. 412.53

Iudæus.

Iudæi quomodo dicantur filij regni. 193.23
Iudæorum cibi, vide *Cibus*.

Iudas.

Iudas malus per multum tempus ſuſtentus in Apoſtolatu à Domino. 333.45
Cur præſciens malus, electus. 46
Iudas quam Chriſto familiaris & amicus. 409.26

Iudex.

Iudices orent ſi rectam iuſtitiam tenere deſiderant. 85.53
Iudicem velle fieri quàm periculoſum. 97.14
Dauid fœdiſſimè errauit in iudicando contra Miphiboſeth. 15
Iudices ex odio iudicantes, etſi rectè, quantum ſubeunt iudicium. 97.17
Iudex in vrbe magis neceſſarius, quàm panis. 510.19
Iudices quomodo negotiantes excipere debẽt. 554.4

Iudicium.

Iudicia temeraria, ac murmurationes de qua radice prodeunt. 96.4
Aulici cur ſemper in falſis iudicijs. 5
In occultis Dei iudicijs ſemper pro Deo ſtandum, pulchra de hac re ratio. 97.16
Iudicium humanum quotuplex, & quale prohibetur. 18
Iudicium nunquam ferendum de vltima hominis ſalute. 19
Nunquam de externis iudicandum, dum animus neſcitur. 20
Quibus rationibus à iudicando nos abſtinere debemus. 21
Efficax ratio non iudicandi, ne ſcilicet in eadem nos incidamus. 25
Macheris Monachi experientia ſemper incidiſſe in ea, de quibus fratres iudicauerunt. 53
Deus eadem menſura iudicij hominem iudicabit, qua ipſe fratrem. 99.4
Iudicij periculum ſæpe condemnare quod apud Deum eſt abſolutum. 19
Iudicãs fratrẽ ſæpe illi nõ nocet, at ſemper ſibi. ibid. t
Iudices ſeueriſſimi abſque miſericordia iudicantes, etiam ſine illa iudicabantur. 2
In Iudicio nil terribilius Chriſti facie, & aſpectu. 145.13
Iudicij dies ſola, dies dici poteſt. 161.1
Chriſtus quomodo non cognoſcet malos in die iudicij. 163.15
In die Iudicij Deus malos ſeparabit à bonis, cur. 196.12
Chriſtus cur dixerit in die iudicij ſe ſeparaturum oues ab hædis, & non à capris. 15
Iudicium Dei ſubtiliſſimum in punitione Iephtie. 218.12
& ſimiliter in occiſione Abner. 219.13
Iudicia ſæcularia à viris ſpiritualibus exerceri non debent. 220.10
In Iudicij die facies Chriſti quantum malos torquebit. 237.9
Iudicij diem cur tantum dæmones reformident. 10
Iudicium Dei contra Achab expenditur. 242.7
Vnde prouenit præpoſterum de fratre iudicium. 275.10
Iudicium Dei quantum extimeſcendum. 305.58
Iudicium humanum ſemper fallax. 391.46
Iudicium humanum deſpiciendum quando contra perfectionem pugnat. 447.44
Iudicium hic quid. 449.42
Nunquam proximum iudicandum. 95.2

non

non Iudicent pœnitentes, qui pœnitentiam ſic ſtri-
ctam ac illi non agunt. 3
Phariſæorum aſtus in proximis iudicandis. 96.6
Iudicare dupliciter accipi poteſt. 8
De quibus iudicare poſſumus, & qui poſſunt iudicare, 9
De rebus dubiis quomodo iudicare poſſumus abſque peccato. 10
Iudicare hic quomodo accipiatur. 13
Iudicare nunquam licitum quando ex officio incumbit. 98.27
Iudicātiū pœna à Deo, & ab hominibus iudicari. 28
In hominis eſt poteſtate, quo iudicio velit a Deo iudicari. 99.5
Dei varia iudiciorum exempla ex Scripturis, quibus probatur eadem menſura ipſum iudicium ferre, quo homines fratrem iudicarunt. 6
Iudicare Patres quantum animæ periculum. 260.11
Homines proximum iudicant, quia ſe non conſiderant, neque putant eſſe tales. 261.13

Iudith.

Iudith per quæ ad caput amputandum Holophernis peruenit. 301.34
Iudith cur in ſuperioribus domus ſuæ ſibi fecerit cubiculum. 309.27

Iugum.

Iugum Chriſti, eius Euangelium. 419.12
& cur. 13
Chriſtus nobiſcum portat iugum legis, ex quo eius ſuauitas. 14
Chriſtus cum dixit, vt feramus iugum ſuper nos. 420.16
Manſuetudo & humilitas ſuaue reddunt iugum Chriſti. 18
Iugum ſuaue, quid. 422.36
Chriſtus cur hoc dixerit. 37
Cur tantus fuerit ad perſuadendum iugum ſuum eſſe ſuaue. 38
Iugi Chriſti ſuauitas in quo ſtat. 41
Iugum Chriſti dulce redditur perſeuerantiâ. 43
Chriſtus quam ob cauſam ſuauitatem dedit iugo, & leuitatem oneri, & huius rei ratio. 423.45
Iugum Domini ſuaue, hoc eſt eius lex ex gratia & amore. 46
Iulianus impius ſtatuam Chriſti miraculoſam confregit, & ſuam auſus eſt ponere. 298.3

Ius naturale.

Ius naturale primæuum quid, & quid ſecundum. 133.4
Chriſtus illud renouauit abolitum. 5

Iuſtificatio.

Quo ſenſo intelligi debet aliquem poſſe iuſtificari per fidem alterius. 257.17
Maius opus eſt Impij iuſtificatio, quàm mundi creatio. 266.3
Deus ſumma difficultate iuſtificauit impium. 5
Impij iuſtificatio ſuperat beatificationem. 267.7
Iuſtificatio miraculoſa quæ. 269.1
Iuſtificari Deum quid. 401.2

Iuſtitia.

Iuſtitia hic quid. 6.7
Iuſtitia Dei quid. 78.3
Hominum iuſtitia ante Dei conſpectum iuſtitia apparet. 795.6

Iuſtus.

Iuſtus qui poſt iuſtificationem cecidit, ad ſuam conuerſionem quàm differenter ſe Deus habet, ac antea. 202.34
de Iuſtis cura Dei ſpecialis. 361.3

Iuſti nil timere debent ſi hic eis non retribuetur, & mali multum timere, ſi non puniantur. 362.9
Iuſti in medio tribulationis dulcedine replentur. 419.10
Iuſti ſunt loca arentia, in quibus dæmon non inuenit requiem. 488.16

L

Labor.

LAbores virtutis & legis Chriſti leues, cur. 135.9
ad Labores Principes vocati, ac miniſtri, non ad alia. 206.5
Labores non eripere, & in eis auxilium præſtare magna Dei miſericordia. 419.9
Laborare quantum debeant Prælati ac miniſtri Regum in miniſterio. 206.3
Labruſca quid apud Iſaiam. 279.16

Lachryma.

Lachryma Deum cogit, & vngit. 107.14
Lachrymæ, Prædicatorum conſolatio. 407.9

Lætari.

Viri ſpirituales qua ratione ſemper lætari debent inter triſtia. 284.8
Qua ratione viri ſancti. 285.9
Latro vt violenter regnum à Chriſto rapuit. 398.5

Laus humana.

in Laudis humanæ reiectione Chriſtus perſeuerantiam à nobis exigit. 8.3
Laus hominum quam parum facienda, nunc extollunt, nunc deprimunt. 388.8

Lepra.

Lepræ infirmitas quàm magna, & leproſi quàm infelices. 173.1

Leproſus.

Leproſus cur ad Chriſtum accurrit. 174.3
Leproſus ſanctus, quia quod potuit fecit. 6
Cur ad montem non aſcendit. 7
Chriſtus cur manum extendit leproſum curans. 1752.21
Cur eum tetigit. 23
An tangere leproſum erat peccatum. 24
Cur Phariſæi non murmurarunt de Chriſto leproſum tangente. 25
Leproſus à Chriſto mundatus ante tactum, ſecundùm aliquos. 176.28
Chriſti diuinitas probatur ex curatione leproſi, 33
Cur ſilentium indixit leproſo. 177.1
Leproſus dici non poterat mundus ante Sacerdotum iudicium. 178.9
An peccauerit proclamando miraculum. 10
Chriſtus cur leproſo præcepit vt oſtenderet ſe Sacerdoti. 12
Cur vt munus offerret. 13
Chriſti magna prouidentia obſeruatur in præcepto oblationis muneris à leproſo. 179.16
Leuitas cur Deus elegerit, atque aſſumpſerit. 346.13

Lex.

Legis duritia non miteſcenda, propter hæreticos & malos Chriſtianos. 138.19
à Legibus non ſolui Chriſti familiares, vt familiares Principum. 156.1
Chriſtus legem obſeruauit, ac eam non prædicauit. 318.7
Legem obſeruare ſecundùm illam peccatum eſt contra naturam. 422.42
Leges contra charitatem militare nõ debent. 434.9

Lex antiqua.

Lex antiqua pondus. 418.7

Lex Euangelica.

Lex Euangelica in perfectione quantum ſupra veterem. 189.28
Leges Euangelicæ cur funiculum Adam. 419.15
Lex Euangelica quomodo ſuauior, quàm vetus, 423.48
Hæreticorum argumentum ſoluitur contra auſteritatem legis Euangelicæ. 49
Dei gratia, & ipſemet Christus ſuauem reddunt Euangelij legem. 424.50
Libelli repudij forma. 28.25

Lilium.

Lilia agri, & non hortorum Chriſtus nominauit, & cur. 74.3
Chriſtus cur lilia fœnum nominarit. 75.7

Lingua.

Chriſtus Dom. qua lingua vtebatur. 311.40
Lites dirimere proprium Apoſtolicorum hominum, & cur. 53.25
Loca arida literaliter quid. 486.5 & 488.16

Loquax, & Loquacitas.

Loquacitas in Eccleſia taxatur. 120.57
Loquaces quanto ſe periculo exponunt in Eccleſiis. 58

Loqutio.

Quomodo de nobis, quomodo de fratribus loqui debemus. 265.12
Loquutiones interminatiuæ in Scriptura abſolutæ quomodo intelligendæ. 471.1
Loth vir inceſtuoſus. 28.22
Lucas diligens factorum Chriſti narrator. 490.2
Lucia ſanctiſſima cur aduocata oculorum. 218.5
Lucifer alligatus in inferno poſt Chriſti paſſionem, inde ad tentandum exire non poteſt vſque ad diem iudicij. 470.23

Luctus.

Chriſtus quid intellexit per *lugere.* 284.7
Ludus Iſaac cur perſecutionem dixit Paulus. 140.31

M

M*Achetes* Monachus. 98.23

Madianitæ.

cum Madianitis cur Deus continuum bellum præceperit. 460.63

Magdalena.

Magdalena quanto feruoris exceſſu non ſolùm Phariſæos, ſed etiam Apoſtolos exceſſit. 205.54
Cur vas fregit vt caput vngeret Chriſti. 55
Apoſtoli etiam, etſi recta intentione, de effuſione vnguenti Magdalenæ fremebant. 57
Magdalena vt temere à Phariſæo iudicata. 275.9
Magiæ libri cur à Chriſtianis combuſti. 463.80

Magiſtri mali.

Magiſtri mali ad ſaginam magiſterium exercent, 150.19
Chriſtus cur malos magiſtros dixit comedere domos viduæ, & non diuitum. 20

Magiſtri ſpirituales.

Magiſtri ſpirituales, vt ſigna Dei locutionis, an ſic petere debent. 88.15
Magiſter ſpiritualis ad ſimilis notæ debet eſſe, & cur. 151.27
Magiſtri mali quomodo idolum dicuntur fabricare. 153.36
Magiſter ſpiritualis quantum differt à confeſſario. 38
Sine experientia propria non poteſt eſſe perfectus, & quàm illi neceſſaria. 39
Qua ratione ſine humilitate non poteſt eſſe quis bonus magiſter ſpiritualis. 154.40
Magiſter ſpirituales ineptus ille, qui temere ſe ad tale magiſterium intendit. 41
Magiſtri ſpiritualis ſic curare morbos ſpirituales debent, vt ipſi non inficiantur. 177.4
Magiſtrorum ſpiritualium iudicium quàm neceſſarium in omnibus rebus ſpiritualibus. 179.21
Magiſtri ſpirituales quàm inſipientes agunt vnica via omnes ducere præſumentes. 294.38
Magiſtri ſpirituales non ſemper extimeſcere debent animas grandia à Deo recipientes. 305.63
Magiſtri ſpirituales pauciſſimi ſunt, & huius rei ratio. 319.17
Magiſtri ſpirituales de conuerſione animarum nunquam animum deſpondeant. 383.28
Magiſtri ſpirituales vnde decipiuntur. 454.25

Magiſterium.

Magiſterio ſpirituali indignus, qui in aulis appetit commorari Principum. 153.37
Magiſterium ſpirituale amplius, quàm ſcientia pollet. 319.18
Maieſtas Chriſti in quo inter cætera differt à cæterorum Regum maieſtate. 187.14
Malchus cuius aurem Chriſtus ſanauit, fuit ille qui dedit Chriſto alapam. 448.55
Malitia humana contra Dei decreta nil poteſt, imò ſeruit. 260.9

Malus.

Semper malus vt bona ſemper operetur moraliter impoſſibile. 145.9
Malorum conuerſatio quantum fugienda. 14
Mali cur dicantur hædi. 196.16
Malorum ſocietas quanta cura vitanda. 343.15 & 364.12
Malus nullus æſtimandus, quia mali patris filius. 479.6

Malum.

Mala non omnia à diabolo. 36.3
per Malum hîc omnes calamitates intelligi, vera ſententia. 39.16
Omnia mala ex ſumma Dei prouidentia in ſummam cedunt Dei gloriam. 307.3
Mandata Patris quanta obſeruantia Chriſtus ſit obſequutus. 334.6

Manifeſtatio.

Deus tunc amplius bona noſtra facta manifeſtat, quando nos amplius ea occultamos. 312.48

Manna.

Manna reſeruatum putreſcens quid myſticè. 79
Manna cur ſic computruit. 489.25

Manſio.

Deus apud quos manſionem facit. 464.84

Manſuetudo.

Manſuetudo Chriſti quanta. 254.3
Manſuetudinem & humilitatem cur Chriſtus inter ſuas virtutes præcipuè propoſuit. 420.19
Manſuetudo inter calumnias ſpiritus boni ſignum. 464.4
Manſuetudo Dei cùm Deum pandit. 467.30

Mare.

Chriſtus cur mare aſcendit. 222.1
Mare quo ſenſu dicatur Chriſtus increpaſſe. 230.14

Margarita.

Margaritæ hîc quid. 103.10
Margaritas ſuas Chriſtus coram iniquis & perfidis proiiciebat prædicando, cur. 168.17

Maria.

Maria.

Maria cur leprâ infecta, non autem Aaron. 223.10
Maria V. pro peccatoribus orabat quando nuntium accepit Incarnationis. 258.27
Maria eſt nubes quæ populum anteceſſit in itinere ad terram promiſſionis. 304.49
Virgo ſanctiſſ. dum nobiſcum orat, & noſtris aſtat orationibus, infallibiliter exorabimus. 50
Mariæ dignitas tota ex maternitate. 493.13
Maria bis Chriſti mater. 494.29

Maria, & Aaron.

Cur Deus Mariam & Aaron reprehenſurus eos ad tabernaculum ire iuſſit. 222.7

Maria Ognienſis.

Mariæ Ognienſis abſtinentia quanta. 403.29

Martha.

Dominus cur reprehendit Martham. 205.53
Martha ſanctiſſ. quanti apud Deum. 491.8
Quanta conſtantia fidem ſuam defendit. ibid.
Plus eſt confeſſa quam Petrus. 9
S. Martinus vt plorarit ſemel cum hæreticis communicaſſe. 488.15
Martyrium non eſt veræ ſanctitatis infallibile ſignum. 148.9
Mater & fratres Chriſti cur nunc venerunt ad eum. 493.23

Matrimonium.

Matrimonia nunquam cum infidelibus & hæreticis tractanda, & pulchra huius rei Ambroſij ratio. 121.7
Abraham cur cum Chananæis matrimonia iungere noluit. 8
Matrimonia oratione potius, quàm ſponſionibus tractanda. 11
Matrimonij actus non ad procreandos filios intentus, ſed ad ſedandam luxuriam, cur veniale. 138.21
Matrimonia iungere cum hæreticis Catholico viro res indigna. 292.20

Matthæus.

Matthæus poſt ſanatum paralyticum cur ſuam deſcribit conuerſionem. 265.2
Matthæi vocatio in quo loco facta. 3
Eius humilitas grandis. 4
Erat de tribu Leui. 6
Eius proprium nomen Matthæus, cognomen Leui. 7
Probabilis eſt ſententia fuiſſe binomium. 8
Nomen *Matthæus*, ſecundùm aliquos accepit à Chriſto, *Apoſtolus* poſt conuerſionem. 9
Cur dictus ſanctus Apoſtolus Matthæus, & huius nominis etymon. 10
Lucas aliquando proprio nomine Matthæum vocat, & in qua occaſione, qualeque ex illo documentum. 11
Matthæus non fuit Gentilis, vt putat Tertull. 13
Magna cura aſſidebat telonio. 14
Chriſtus probatus Deus ex Matthæi conuerſione. 266.1
Deus ſumma facilitate mundum creauit. 4
Matthæi ſtatus quam miſer. 267.1
Matthæi conuerſio amplius miraculoſa, quàm Pauli, ampliuſque Chriſti potentia demonſtratiua. 269.2
Eius conuerſionis magnitudo quanta. 270.8
Matthæus quanta perfectione Chriſtum eſt ſecutus. 10
Chriſtus quare Matthæum in telonio præ aliis vocauerit, & quare non cum cæteris Apoſtolis. 271.17
Matthæus ſanctiſſ. optimam poſſidebat naturam, & naturalem bonitatem. 18
Eius miſerrimus ſtatus. 20
Chriſti virtus quanta in Matthæi conuerſione. 21
Matthæus ex toto humanus, totus commutatus in diuinum. 272.24
Matthæus ſanctiſſ. oliua ſpecioſa ex eius corpore oleum emanans. 273.26
Ex licentia Chriſti domum rediit ad res ſuas componendas. ibid. 5
Chriſtus quare iuueni denegauit ire ad patrem ſepeliendum, Matthæo verò conceſſit, vt ſuis prouideret in domum rediens. 5
Matthæus cur Chriſtos inuitauit. 276.6.
Qui cum Chriſto conueſcebantur in Matthæi conuiuio, ab illo conuerſi. 9
Quantum meruit Matthæus ex hoc conuiuio. 10
Chriſtus cur Matthæi conuiuium admiſit, cùm ex male partis. 11
Conciliatur Matthæus cum cæteris Euangeliſtis, in quibus videtur diſcrepare. 289.1
Matthæus qui. 331.32
Matthæi humilitas quanta. 33

Medicina.

Medicinæ authores vt dij habiti. 277.10
Eius præcepta contraria ſunt conditioni diuinæ. 11
Anabaptiſtarum error ſtolidiſſimus vſum medicinæ negantium. 299.5

Medicus.

Medicorum auaritia & crudelitas taxatur. 167.11
Medici vitæ Imperatores, & mortis ab antiquitate adorati. 277.9
Non homines qui ſe totaliter Medicis dant. 12
Ad Chriſtum Medicum quare accurrendum, duæ præcipuè rationes. 13
Chriſti cura quàm ſuauis. 14
Quam patiens, & longanimis. 15
Chriſtus curat peccatores magnos, eis conuiuens. 16
Vt ſanctiſſimum Apoſtolum Thomam curauit. 17

Mendacium.

Non mentitur qui aliis verbis mentem alienius refert. 289.2
Mentis exceſſus aliquando in Scriptura pro terrore. 299.11
Mercatores quàm difficile in regnum intrabunt cœlorum. 268.6

Merces.

Mercedem cur vani homines amittant apud Patrem. 6.10
Chriſti amor cur tantum curet ne amittamus mercedem. 11
Cur dixit eam apud Patrem eſſe repoſitam. 12
Chriſtus cur dixit mercedem eſſe apud Patrem, eamque amittere gloriæ vexillum. 14

Meritum.

Merita propria quo ſenſu permittantur alligari in oratione. 118.43
Meritum nullum magnum, ſi aliis non proficuum. 195.1

Meſſis.

per Meſſem hîc quid. 319.16
Meſſis Dominus quis. 320.20
Chriſtus cur populos conuertendos meſſem dixit. 326.4
Methodus in ſcribendo, prædicando qualis ſit. 211.4

Michæas cur primò fauſta annunciauit Achab. 389.16
Michol cur dixit Dauid ſaltaſſe nudum, cùm non eſſet verum. 421.25
Militaris ars bona damnanda. 182.2

Miniſter.

Miniſtrorum peruerſorum finis qui. 64.17
Miniſtri Eccleſiæ contra Auguſtini ſententiam, quando de redditibus Eccleſiæ ſe ſuſtentare poſſunt. 68.4
Miniſtri taxantur palatia fabricantes. 189.25
Miniſtri Dei quanto zelo etiam minima quæque reprehendere debent,& punire. 296.15
Minor in regno cœlorum, quid. 369.11
Minus habens in Daniele quid. 405.36

Miraculum.

Miracula non ſunt veræ ſanctitatis infallibile ſignum. 148.9
Miracula vera an effici poſſint à malis. 161.5
Deus quare malis permittit vera miracula, & cur Chriſtus Iudæ. 6
Ex miraculis non magni æſtimanda alicuius ſanctitas, ſed ex virtutibus. 162.7
Eccleſia cur ad canonizationem miracula requirat. 8
Miracula etiam operari poſſunt infideles, in nomine tamen Chriſti. 9
Miracula vt ſunt ſanctitatis ſigna. 10
In vera Eccleſia tantùm multitudo & perſeuerantia miraculorum. 12
Vbi nulla miracula, ibi nulla Eccleſia. 13
Miraculis quàm parum fidendum. 14
Chriſtus vt miracula operabatur. 165.3
Miraculorum neceſſitas. 172.3
Chriſti doctrina cur miraculis confirmata. 4
Quomodo ſe Deum ex illis demonſtrârit. 5
Chriſtus cur ante, & poſt prædicationem miracula ſit operatus. 6
Miracula Chriſti maxima quæ. 173.10
Fides neceſſaria ad miracula excipienda. 177.37
Miraculorum Chriſti ſumma. 39
Chriſtus vt Deus quanta maieſtate augebat miracula. 203.37
Chriſtus in edendis miraculis non ſemper vnam ſequebatur rationem. 294.36
Miraculorum poteſtatem quàm conuenienter Chriſtus dederit Apoſtolis. 335.4
Miraculorum poteſtates à Chriſto Apoſtolis datæ in eius vita cur reſtrictæ, & non ad miracula omnia. 336.6
Poſt mortem aucta, & cur. 7
Miracula cum virtutibus moraliter vera, & impoſſibile vt ſint falſa. 481.9
Miraculorum, aut reuelationum examen nunquam verum exiſtimari poteſt non præuio examine vitæ. 10
In diſcutiendis miraculis & reuelationibus non attendendum impoſſibili metaphyſico, ſed morali. 11
Vide *Reuelatio*.

Miſericordia.

Miſericordia Dei infinita ſubſtantialiter, finita relatiuè. 68.16
Miſericordia Dei, etſi in extremo vitæ, & vltimo habitu, ſemper parata ad dimittendum peccatum. 255.12
Miſericordia quomodo & quantum ſacrificio dicitur præſtare. 278.23
Eſt ſacrificium Deo acceptiſſimum. 279.24
Quantum valeat apud Deum. 280.30
Eſt virtus diuina. 31
Per illam Deum fœneratum. 32
Miſericordia heroica quæ, & qualis eius fructûs. 33
Pueri in monaſterio educandi, & qua ratione. 288.33
Miſericordia corporalis amplius Deo accepta, quàm ſacrificium. 435.5
Modeſtia noſtra cur Apoſtolus vult vt nota ſit omnibus. 310.32

Mollibus veſtiti.

Mollibus veſtiti cur molles. 391.28
Mollibus veſtiti, cur in domibus Regum ſunt. 34

Monialis.

Moniales afflictè iaciunt quando non ex animo, ſed ex timore potentum profeſſionem emiſerunt. 288.36

Monumentum.

Monumenta antiquitus extra vrbem in campis & montibus ſpatioſa, & magna. 233.5
Dæmones cur in monumentis hos detinebant. 6

Moralia.

Moralia authoris ex ordine contextus Euangeliſtarum in Chriſti actionibus. 211.5
Moralia documenta ex celeritate obedientiæ paralytici. 264.32
Moribundi vnde tentationes carnis patiantur. 469.12

Mors.

Mors præpropera, & in iuuentute ſæpe ex peccatis quæ fiunt ante Sanctiſſimum, & ex pertinacia. 238.11
Sancti mortem appetunt, vt liberentur à vita, in qua peccare poſſunt. 258.24
Mors peccatoris ruentis, reſpectu mortis peccatoris inueterati ſomnus dici poteſt. 293.27
Cur Dominus mortem huius puellæ ſomnum dixit, & quid iſta, quid Lazarus ſignificent. 28
Mors reſpectu Chriſti cur ſomnus dicatur. 29

Mortuus.

Mortui beati qui. 204.49
Mortui hìc quid. 211.27
Homines ad ſæcularia tantùm attendentes mortui dici poſſunt, & quo ſenſu. 28
Tepidorum ſtatus morti proximus, & tepidi velut inter mortuos computandi. 29
Chriſtus tres mortuos ſuſcitauit, quales, & quo tempore. 45

Moyſes.

Moyſes cur Deus Pharaonis. 43.6
Moyſis ſollicitudo in populo gubernando. 85.18
Moyſes quomodo præcepta Dei populo oſtendebat cùm adhuc non extarent. 22
Moyſes cur in dubio populo impetrationem veniæ dixit, cùm ſciret Deum eſſe placatum. 126.10
Moyſis indulgentia quantum populo obfuit. 140.26
Moyſes reprehenſus ex prolixa oratione. 180.10
Moyſes quomodo dicatur magis æſtimaſſe diuitiis Ægyptiorum, Chriſti improperium, qui nondum natus. 191.10
Quàm granditer illum Deus remunerauit. 11
Moyſis peccatum in quo ſtetit. 297.19
Moyſes bis eduxit aquas de petra, & quæ differentia in illarum eductione. 303.45
Cur dubitauit in aquis contradictionis. 46
Cur ei Deus in primo miraculo aquarum coram eo aſtare voluit. 47
Moyſes cur ſe dixit ineloquentem. 415.13

Deus

Dens cur ineloqoentem eum fecit. 14
Moyſes nunquam ſcientiis mundanis eſt vſus, & cur. 15

Mulier.

Mulieres quàm tenaces vt mundum ſeruent, & habeant muliebre. 21.8
Mulieres graui pœna digni inueniuntur ob faciei fucationem. 44.4
Mulierum vanitas circa fictionem corporis altitudinis. 73.5
Earum ſupplicium. 74.6
Mulieres pro pompoſis veſtibus quanta patiuntur. 75.6
Mulier cur peccant ſi ſtatim non eis Deus prouidet. 76.9
Sancti quàntum duri ad mulieres non videndas. 141.32
Angelus in ſepulchro cur conſolatus eſt mulieres, non verò milites. 142.35
Mulieres quàm facilè ad deceptionem, quamve tenaciter apprehendunt doctrinam ſuorum magiſtrorum. 146.1
Mulieres facillimè ad deceptiones patiendas per falſos magiſtros. 150.21
Mulier hominis domus. 182.26
Mulieres quantum homines in Dei ſeruitio aliquando excedunt. 205.52
Quanta honeſtate accedere ad viros ſanctos debent. 56
Mulier ſanata à Chriſto à fluxu ſanguinis, vnde illud meruit. 230.12
In itinere ſanatur hæc mulier, in ciuitate. 299.6
Quantis infortuniis tenebatur. 7
Mulier cur retro acceſſit. 12
Qualis fuit in illa hic fluxus ſanguinis. 13
Eius humilitas commendatur, & quantum hæc cum Deo potens. 300.17
Mulier poſt emundationem timuit Chriſti conſpectum, & tactum, non antea. 304 55
Chriſtus eius fidem & confidentiam ab hac muliere petiit. 305.60
Chriſtus cur mulieri dixit, Eſto ſana à plaga tua, cùm iam eſſet ſanata. 67
Mulier & infernus quàm ſimul reperiantur. 312.44
Mulier in qua fortitudine ſerpentem vincit. 424.53
Mulieris conuerſatio, etiam ſanctæ, fugienda. 462.74
Mulier hîc quæ. 490.3
Muliebrem ſexum quanti Deus faciat. 492.4

Mundus.

Mundi contemptus. 99.29
Mundi conuerſio ex celeri Dei exauditione precum Sanctorum ſuorum. 180.3
Mundi plenitudo macies, & vacuitas. 222.33
Mundiales in ſolo Chriſto ſequendo conſultiſſimi, mundo verò promptiſſimi. 264.33
Mundus muliebris quid. 215.13

Murmuratio.

omnis Murmurationis origo, eiuſque ſiniſtræ interpretationis vnde. 259.4
Murmuratio falſa quomodo compeſci poſſit. 309.29
Quomodo Religioſus eam à ſe compeſcet. 310. 30
Muſica eſt impertinens, & terribilis. 468.7
Mutus hîc myſticè quis. 452.9

Myſterium.

Myſteria neceſſaria ad ſalutem non reuelantur ſuperbis, multo magis non neceſſaria. 412.17
Chriſtus quomodo dicatur lætari de abſconſione myſteriorum. 18
Myſteria ſua quomodo Deus abſcondat à ſapientibus. 20
Deus ſi aliquando ſuperbis ſua declarat myſteria, hoc non facit niſi prius eos humiliet. 414.4
Cæci ſunt qui myſteria Scripturæ intelligunt, ſed non emendantur. 6
Myſteriorum Dei reuelatio, Chriſti propria. 417.4

N

N*Abuchodonoſor* cur fecit ſtatuam auream. 482. 16
Naues Ioſaphat à mare abſorptæ, quia eas cum illis Ochoziæ impij iunxit. 225.30

Neceſſarium.

Neceſſariis contentus vitam Angelicam ducit in terris. 32.17
Neceſſaria non ſollicitis abundantiſſimè Deus præſtabit. 80.9
Sanctis qua ratione aliquando etiam neceſſaria deficiunt. 10
Iacob ditatus, quia neceſſariis contentus ſine cura viuebat. 87.7
Ad principatum euectus, quia rationalitatem exuit. 8
Neceſſarium quod Deus prouidet quomodo intelligendum. 90.17
Neceſſaria ad ſalutem duplicia. 121.3
Hominum inuerſio dum non efficaciter orant pro neceſſariis ad ſalutem, ſed ad bonum temporale. 122.4

Neceſſitas.

Neceſſitas turbarum in deſerto expenditur. 86.1
Neceſſitas patiens ad ſe diuinam aduocat prouidentiam. 2
Neceſſitatis vis quanta, & præcipuè famis. 3
Neceſſitatem extremam cur Chriſtus permiſerit diſcipulis. 432.8
Neceſſitas extrema quæ. 9
Neceſſitas extrema debet eſſe potens. 12
Neceſſitas extrema duplex, abſoluta, & conditionata. 434.10
Quando erit extrema. 11

Negotium, Negotiantes.

in Negotiis ſpiritualibus ne ſimus nimij. 212.9
Negotiantes quomodo excipi debent à iudicibus. 254.4
Niniuitæ quomodo ſurgent, quomodo condemnabunt. 484.5
Nobilitas ſanguinis quàm paruum apud Deum. 482.20

Nomen.

Nominis proprij appellatio magnus Dei fauor. 371.6

Nouitius, & Nouitiatus.

Nouitij cum quanta maturitate recipiendi. 273.3
Nouitiatus, vide *Aetiis*.
Nummorum omne genus Apoſtolis à Chriſto vetitum. 337.1

O

O*Ccaſiones* fugiendæ. 36.4

Oculus.

Oculus hîc quid. 57.3
Oculus ſimplex qui. 59.2
Oculorum aduocata S. Lucia. 218.5
Oculus quo ſenſu eruendus. 264.31
Oculos diuinos cur Adam timebat. 272.23
Odium in Chriſtianos cur tantùm in principio Eccleſiæ. 355.5

Officialis.

Officiales.

Officiales Reipubl. lautè & delicatioribus ſe ſuſtentantes peccant grauiter. 77.4

Onus.

Onera & labores, de peccatis. 418.5
Onera huius vitæ quæ, ſecundùm Ianſen. 8

Opinio.

Opiniones quæ dicat mites quò miſerum ducunt hominem. 140.2
Opinionum diuerſitas & bellum ex eis inter Chriſtianos, quantum Dei Eccleſiæ damnum afferat. 464.6
Hæreſes ex illis manantes. 465.7

Opus, Operatio.

Opera ſua bona occultent infirmi & nouitij in ſpiritu. 6.9
Opus bonum purè faciendum ob Deum, ſine admixtione aliqua humana. 8.2
Opus bonum vigilantiſſimè ſemper attendendum. 4
Operis boni ſecretum ſic homo ſpiritualis appetat; vt ipſemet ſuam effugiat ſcientiam non reflectendo in illud. 6
Opera bona vndequaque perfecta ac meritoria quàm difficilè repeiiuntur. 108.21
Opera cum oratione coniungenda. 133.1
Opera ſingularia non ſunt veræ ſanctitatis ſignum. 146.2
Opera neceſſaria ad ſalutem. 156 ann.89
Opera ſpiritualia exercere ſub ſpe lucri ſpiritualis, quantum malum. 178.6
ſine Operibus Chriſtiani ex filiis fiunt canes. 193.16
Qua intentione bonum operari debemus ad inſtar Chriſti. 199.4
Opera neceſſaria ad ſalutem. 204.47
Opera pœnitentiæ cùm ſenibus, tum iuuenibus neceſſaria. 48
Opera miſericordiæ corporalia præponi non debent ſpiritualibus, nec hæc ad modicum etiam deſeri. 219.17
Deo non quælibet opera placent, niſi ſint perfecta, immo de imperfectis conqueritur. 279.25
Religioſi, ac homines tepidi quàm parum in die iudicij ex operibus bonis imperfectis lucrabuntur. 27
Operum tepidorum terribilis pœna. 29
Opera bona ſine corde facta Deo non acceptántur. 300 19.
ab Operibus bonis publicè aliquando abſtinendum, & cur. 308.17.
Opera noſtra ad noſtram ſalutem neceſſaria. 313.6
Operum bonorum præmium, vide *Præmium*.
Opera neceſſaria ad vitam quæ. 368.14
Opera teſtimonia credibiliora, quàm verba. 383.21
Chriſtus quantum teſtimonium operum fecit. 22
Opera, non verba teſtimonium ſanctitatis. 23
Chriſtus cur ad opera ſe remiſit. 384.1
non Operans certè peribit. 385.7
Opera licita, vel illicita in diebus feſtiuis quæ. 435.4
Operari mala, & bona non agere quantum periculum. 438.18
ab Operibus bonis non ceſſandum, ob malitiam aliquorum. 440.33
Opera ... da ſunt lignum fumigans. 448.41
Opera bona non rite facta ad ſtomachum mouent Deum. 458.50
Reputat vt ſtercora. 51
Sacerdotes tenentur operari heroicè. 52
Deus ſuſtinet laborem in operibus bonis non dignè factis. 459.53
Opera virtutum vera ſanctitatis ſigna. 478.2
Chriſtus etiam ſe ſubiicere huic regulæ voluit. 3
Ad vitam ſuſtentandam operandum. 68.3
Operari ex habitibus ſolùm infuſis, ab operatione ex donis Spiritus ſancti quantum differat. 185.13
Modus diuerſus operandi Spiritus ſancti in animabus perfectis, ac in incipientibus. 186.15
Operatio Chriſti omnis in domo Petri, h.e. in Eccleſia Catholica. 207.9

Operarij.

Operarij cur pauci ex Chriſti ſententia. 327.7
Chriſtus quanta efficacia vult rogemus vt mittat operarios, & quales. 8

Oratio.

Oratio vanæ gloriæ remedium. 7.1
Orationis fulcimentum, de eleemoſyna. 12.1
Oratio Dei tributum, & tributum viſcerum. 4
Oratio quando publica ſit ſine ſingularitatis nota. 8
ab Oratione vana gloria præcipuè arcenda, pulchra Chryſoſtomi ratio. 13.9
Quanto bono ſe priuet qui vanè orat. 10
Oratio publica ad multa vtilis. ibid.2
Orationis fructus. 3
Oratio mentalis & peccatum ſimul coire non poſſunt. 14.5
Miſericordia Dei quàm magna orationem remunerans. 6
Gentiles quomodo orabant, & in quo efficaciam reponebant orationis. ibid.1
Oratio diuturna quando conſuli debet, quando autem frequens, ſed non diuturna. 2
Orationum iaculatarum frequens vſus apud Patres, eiuſque ratio. 3
Oratio quomodo fundenda. 15.4
Gentiles cur multiloquio in oratione vtebantur. 5
Multiloquio vtuntur in oratione qui vana petunt. 6
in Oratione non omnis locutio, ſed ſuperflua interdicitur. ibid.1
Quare Deus orandus, etſi ſciat, quod petere debemus, & quo indigamus. 2
Quàm parum ab hæreſi diſtet opinio illorum qui petitiones interdicunt, & præcipuè orationem Dominicam. 3
Oratio Dominica ex præcepto recitanda. 4
Oratio vocalis diſtracta quàm inutilis & deteſtanda. 6
Chriſtus Dominus ſemel, an bis orationem Dominicam docuerit. 16.1
Nil petendum extra ea, quæ ſunt in oratione Dominica, licèt aliis verbis petatur. 2
Oratio Dominica breuiarium Euangelij. 3
Orationis Dominicæ excellentiæ,
1. eſſe nempe à Deo. 4
2. quia exaudibilior. ibid.
3. nunquam ſine fructu. ibid.
4. eius compendioſa breuitas. ibid.
Chriſtus cur ſic breuem inſtituit orationem Dominicam. 17.3
Sub præcepto aliqui affirmant teneri memoriter ſcire orationem Dominicam, & ſub veniali eam ſemel quotidie recitare. 6
5. Excellentia fiduciæ. ibid.
6. Certitudo petendorum. ibid.
7. Conuenientia cum omnibus qui illum fundunt. ibid.
Non omnes orationes, & petitiones ſingulis competũt, ideo eas recitantes ſæpe nõ exaudimur. 7

8. Excellentia

8. Excellentia exceſſus in deuotione. ibid.
9. Comprehenſio. ibid.
10. Ordo petendorum. 18.ioir.
11. Magna humilitas. ibid.
12. Remedium contra malum. ibid.
13. Liberatio timoris peccatorum ſuperuenientium. ibid.
14. Liberatio à malis exterioribus. ibid.
15. Omnium deſideriorum complementum. ibid.
16. Familiaritas cum Deo. ibid.
Orationis Dominicæ ſufficientia declaratur. ibid.8
Septem ſunt petitiones in illa. 9
Chriſtus cur de oratione voluit præcipuè ſuos docere. 10
Oratio Dominica in quibus diuiditur. 11
Peccatores obſtinati in peccato potius Deum inhonorant orationem Dominicam recitantes, quàm honorem deferunt. 19.14
Chriſtus cur in principio orationis Dominicæ nomen Patris impoſuit. 15
Pater noſter, & non *meus*, cur. 16
Qui es in cœlis, cur. 18
Regnum, & *aduenire* quid. 22.1
Adueniat regnum tuum, vera & litteralis acceptio. 2
De qua voluntate hîc ſermo. 23.4
Sanctorum explicationes dictorum verborum. 7
Expoſitio vera, & litteralis. 24.5
Eleemoſynæ neceſſitas, vt educatur ex hac oratione Dominica. 31.12
Oratio pro ſapientibus cur eſt ſine ſolicitudine. 16
Chriſti erga nos prouidentia in hac oratione quanta. 36.2
Quid petatur in iſtis verbis, *& ne nos inducas*. 37.7
Orationis Dominicæ efficacia vnde, & quanta. 38.11
Quid per *malum*. 12
Quæ verba in Græcis inueniebantur adiecta orationi Dominicæ. 39.17
Orationis alæ eleemoſyna, & ieiunium. 44 1
Orationis neceſſitas vnde eruitur, efficax ratio Caietani. 107.8
Oratio non feruens inualida quantum ex ſe. 11
Quanto feruore orandum. 12
Quo ordine petendum in oratione. 13
Oratio, ac bona operatio Prædicatori vt bene prædicet, neceſſaria. 108.15
Oratio ex multis cauſis poteſt non exaudiri, & quæ illæ. 19
Defectus qui ſit circumſtantia orationis reddit illam fallibilem. 20
Gratia iuſtificans an ſit neceſſaria ad infallibilitatem orationis. 22
In quo infallibilitas orationis fundatur. 23
Oratio peccatoris habitualiter in ſtatu peccati exiſtentis, infallibile quòd non habeat impetrationem. 109.26
Quæ fides neceſſaria ad infallibilitatem orationis. 27
Quæ hæſitatio tollit infallibilitatem orationis. 28
Fiducia magna in oratione, eſt ſignum validum impetrationis. 29
Deus aliquando non dat quod petimus, vt det meliora. 32
ab Oratione & impetratione nemo excluditur ſiue peccator, ſiue iuſtus. 33
Orationis infallibilis conditiones quatuor conditiones. 110.1
Sine illis aliquandò impetratur ex Dei liberalitate. 2
Sufficientia conditionum infallibilis orationis ex S. Thoma. 112.3
Oratio infallibilitatem habet ex Chriſti promiſſione. 4
Antiquitus implicitè, non explicitè, in nomine Chriſti orabatur. 7
Explicitè in nomine Chriſti orare eſt donum Chriſti, & nouæ legis priuilegium. 8
In nomine Chriſti petimus quando per ipſius merita Patrem oramus. 9
Eccleſia cur ſemper in orationibus adiungit, *per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum*. 10
Elegans ſimilitudo, quomodo ſcilicet omnia nobis per Chriſtum donantur. 11
in Oratione quanta reuerentia & tremore nomen Chriſti inuocare debemus. 111.16
Nulla oratio ad Patrem aſcendit niſi per manus Chriſti. 113.22
Omnes orationes in manibus eius reponendæ. 23
Piè orare quid, & quas conditiones requirit. ibid.1
Peccator quomodo dicatur piè orare, etſi non in gratia. 2
Quando non piè oratur. 3
Orationis effectus dupliciter apprehendi poteſt. 15
Fides theologica quæ eſt in intellectu ſufficit ad piè orandum in quocumque gradu illa ſit. 115.18
Ad piè orandum qualis deuotio neceſſaria. 116.23
ad Orationem indeuotè accedere propriè quid. 24
ad Orationem accedentes, tantam hauriemus gratiam, quantam attulerimos fidem. 117.32
Magna & heroica ſemper à Deo petenda. 34
in Oratione eo humiliantur animæ ſanctæ, quo ſublimantur. 119.49
Orationis effectus qualis. 120.54
in Oratione attentio neceſſaria. 55
Chriſtus cur ſeorſum ſecedebat ad orandum. 59.
Orationis piæ conditiones. 60
Oratio tunc infallibiliter audietur, quando quæ Dei ſunt placita poſtulamus. 121.5
Ad ea poſtulanda Spiritus. ſanctus nos impellit. 2
Oratio efficax quæ. 122.5
Oratio ſpiritualis peccatoris quàm citò exauditur. 9
in Oratione ſeruus Abrahæ exauditus, quia non fidit in auro. 10
Illi quantum errent qui non operando alienis fidunt orationibus. 125.3
Orationes Sanctorum vt ſint proficuæ, noſtra ſunt neceſſaria opera. 5
Cur illud non iuuant, & quòd non iuuent nil nobis cooperantibus, pulchra Chryſoſtomi ratio. 6
Cooperantibus nobis efficaciſſimæ ſunt orationes Sanctorum, inefficaces quando non cooperamur. 7
Orationes Sanctorum ſemper petendæ. 126.11

Perſeuerantia in Oratione.

ab Oratione nunquam deſiſtendum ſiue diebus, ſiue noctibus. 127.2
Chriſtus cur pernoctabat in oratione. 3
Nunquam animus deſpondendus etſi iuſta petamus, ſi citò non exaudimur. 4
& etiamſi in infinita occurrant impedimenta. 5
Perſeuerantia in orando talis eſſe debet, vt ſi neceſſe, ſit frontoſa. 6
Omnipotens cũ Deo, & amplius quod eius amor. 7

Quanta

Quanta cõſtantia orandum. 8
Perſeuerantia in orando ſit cum Deo potens, vt etiam ex illa peccatores exaudiantur. 9
Deus ordinariè non ſtatim audit orationem, ſed differt, & huius rei rationes. 128.10
Angelus ad Danielem cur ſtatim non miſſus. 11
Deus differt date, vt maiora det poſtea. 12
Perſeuerantia maiora meretur impetrare, quàm quod petimus. 13
Deus differt date, vt deſiderium accipiendi dilatetur. 14
Cur populo præcepit vt dilataret os. 15
Oratio ſemper debet eſſe cum omnimoda reſignatione. 18
Tempus dandi nunquam Deo præfigendum. 129.19
Sicut nec quantitas rei poſtulatæ. 20
Deus ſæpe non dat perfectiſſima, quia modum excedunt noſtræ capacitatis. 21
Non requiritur continua perſeuerantia, qualis autem, Deo tantùm cognita. 22
Semper perſeuerandum in oratione, & quo ſenſu. 23
Nunquam fruſtrabimur ſi adſit perſeuerantia. 130.14
Iſaac quantum orauit vt filios acciperet. 25
Quantum ex perſeuerantia aucta eius obedientia. 26
Qualis perſeuerantia neceſſaria ad infallibiliter obtinendum. 27
Perſeuerantia cui infallibilitas orationis promiſſa, & perſeuerantia feruens in orando in quocumque minimo gradu feruoris. 131.28
in Oratione quomodo Spiritus ſanctus adiuuat infirmitatem noſtram, & quæ ſit hæc infirmitas, & noſtra ignorantia. 30
Excellens expoſitio & Pauli intelligentia de infirmitate humana in oratione quam Spiritus ſanctus adiuuat. 31
Deus ſolet in fine vitæ concedere quod per totam illam negauit. 132.32
Per peccatum mortale actuale interrumpitur perſeuerantia infallibilis orationis quoad neceſſaria ad ſalutem. 33
Ius ad infallibilem orationem per peccatum deperditum non redit cum gratia. 34
cum Oratione opera coniungenda. 133.2
Quanta deuotione & reuerentia orandum. 174.8
Chriſtus quanta reuerentia orârit. 9
Genibus flexis orandum. 10
Phariſæus non exauditus, quia orauit ſtans. 11
Leproſus vt Deum adorauit Chriſtum. 12
in Oratione magnificè de Deo ſentiendum. 13
Leproſus cur dixit, ſi vis. 14
Oratio efficax vulnerum oſtenſio in ſilentio. 175.10
Sanctorum interior oratio quàm efficax. 180.5
Eorum propoſitum orandi Deus exaudit. 6
Oratio Ioſue breuis vnde tantum efficax. 7
Superiorum breuis oratio plus valet, quàm aliorum prolixa, & cur. 8
Digni potius reprehenſione ſi longas profundere velint orationes officio deficientes. 9
Moyſes reprehenſus ex prolixa oratione. 10
Suſanna cur explicitè pro ſe non orauit. 13
Quomodo orandum. 181.18
Siris donorum Dei ad orationem neceſſaria. 25
Deus cur citò aliquando orationes non exaudit. 224.17
Oratio vt impetret à quo ſpiritu fundi debet. 228.4
Orantis ſpiritus, Dei ſpiritui ſit adſimilis, ſi exaudiri velit. 5
Venialia exauditionem orationis impediunt. 7
Intenſio & efficacitas in oratione neceſſaria ad impetrandum. 9
Chriſtus quàm feruenter orauit in horto. 229.10
Tepidè orantes ex miraculo exaudiuntur. 12
Signum exauditionis in oratione cordis eſt permanens lætitia. ibid.2
Oratio qualis debet fundi ad hoc vt impetret, qualeſque modeſtiæ habere conditiones. 230.10
Oratio qualis quæ Chriſtum comprimit, qualis quæ eum tangit. 12
Oratio Sanctorum quàm efficax pro aliis aliquando. 259.30
Oratio tribulati regnorum aliquando ſalus. 292.23
Angeli orare non audent pro hominibus bonum non operantibus. 297.17
Oratio qualis quæ Chriſtum comprimit, & qui ſunt qui illum non tangunt, ſed premunt. 20
Orationis tacitæ vis quanta. 300.21
Minima opera bona ducunt ad maxima. 301.29
Orantes, de iis qui Chriſtum tangunt, qui eum comprimunt. 303.44
Virgo ſanctiſſ. dum nobiſcum orat, & noſtris aſtat orationibus, infallibiliter exorabimus. 304.50
Multorum orationes ſunt Dei oppreſſiones. 51
Quanta certitudine ex fide orandum. 308.13
Chriſtus Patrem orans in reſurrectione Lazari cur dixit: Gratias tibi ago, quia audiſti me. 14
Oratio ſit clamoroſa, & validus clamor in oratione ſignum eſt exauditionis. 311.38
Deus non poteſt non audire orationem clamoroſam, cùm eius ſit proprium. 39
in Oratione cognitio propriæ miſeriæ neceſſaria. 313.2
Orationem cur Deus tardet aliquando audire, & cur Chriſtus hos non ſtatim ſanauit. 3
Deus ante orationem aliquando dat, quod vult peti, & ex qua cauſa. 327.9
Cum peccatis ad orandum accedenti non gratia, ſed pœna expectanda. 395.1
Oratione ſine vix vita. 452.10
Oratio neceſſaria ad bona opera peragenda. 453.15
Deus implacabilis abſque oratione. 353.20
Orationis potentia quanta. 454.21
Deus ſtatim in animam intrans orationem ſuadet. 454.25
Orationis exauditionis ac impetrationis ſignum ſpiritus. 455.30
Oratio ſanctiſſima parum, aut nihil prodeſt peccatoribus illis, qui in peccato obſtinati in ipſo permanent. 458.47
Vide *Petitio*.

Ornatus.

Dei cura ſe extendit etiam ad ornatum noſtrum. 90.28
Oſtentationem quàm verè Sancti efficaciter fugiant, & qua ratione illa cauenda. 314.12
Otioſitas viris ſpiritualibus magnum tormentum. 215.8

Ouis.

Oues Iſraëlitæ dicti, cur. 334.9
Ouis exemplo Chriſtus quæſtionem ſoluit, & cur. 439.20

P

Palatium.

PAlatia fabricantes miniſtri taxantur. 189.25

Panis.

τὸ Panis hîc quid, vſualis, an ſacramentalis. 28.1
Panis, pro corpore Chriſti. 29.3
Pro pane quotidiano. 30.5
Pro vſuario, & ſacramentali. 6
Pro ſacrameoto Altatis. 7
Chriſtus cur panem quotidianum peti iuſſerit. 31.14
Chriſti amnt quantus in hac petitione. 32.18
Non petit panem quotidianum qui vna die omnia expendit, quæ ſufficerent ad centum. 19
Cur à Deo panem petimus, & quibus dæmon, quibus Deus dat panem. 20
Chriſtus cur dixit, *da nobis hodie.* 21

Panes propoſitionis.

Panes propoſitioois qui. 434.7

Parabola.

Parabola oon quoad omnia ſemper adaptanda. 145.8
Parabolis cur Chriſtus vtebatur. 401.5
Qualis eius ſcopus in iſtis. 6
Parabolæ quomodo conferendæ. 7

Paralyticus.

Paralyticus cur audiens remiſſionem peccatorum nullas egit gratias. 258.25
Moralia ex celeritate obedientiæ paralytici. 264. 32

Parentes.

Affectu parentes relinquendi, non tantùm ſocietate. 182.28
Parentes diligendi, ſed primus locus Chriſtu dandus, & quàm iuſtum hoc. 387.5
Parentes ſanctos obtinere, ſi boni nou ſumus, parum prodeſt. 20

Paruulus.

Paruuli qui. 411.15
Paruuli, de Apoſtolis. 16

Paſſio.

Paſſio Chriſti vna eſt cum paſſionibus membrorum eius. 385.4
Mortuus, vt nobis auxilia impetraret ad eius ſequelam. 5
Tribus de cauſis venit in mundum. 6

Pater.

τὸ Pater hîc quid. 19.12
Qua ratione nomen Patris hîc ponatur, an ratione creationis, an adoptionis. 13
Patrem Chriſtus Deum dixit, non Dominum, cur. 72.53
Patris nomeo antiqui cognoſcebaot eſſentiale, non notionale, niſi pauci aliqui. 112.17
Quàm magnum ſit nomeo cogooſcere Patris notionale. 18
Quantas Chriſto ob hoc referre debemus gratias. 19
Chriſtiani qualem Patris protectiooem merentur ex nomine Chriſti. 20
Chriſtus cur non ſe, ſed Patrem nominauit tantùm. 156.6
Patres boni delectantur filio bono, non autem eorum multitudine ſi mali. 351.5
Patrem æternum nil ſic honorat, ac eum nominare Patrem Chriſti, ſicut è contra nil ſic Chriſtum, ac eum dicere filium æterni Patris. 411.14

Pater æternus quantum ex ſeruitute Chriſti glorificatur. 446.20
Pater æternos ad quid Chriſtum elegit. 22
Paterfamilias cur vltimis mercenariis noo dixit, & quod iuſtum fuerit dabo vobis. 215.6
In quo obmurmurantium mercenariorum malitia ſtetit. 7

Patientia.

Patientia probat virtutem. 164.5
Sua non caret remuneratione ſi patienter ſuſtineatur. 215.9
Patientiæ vis, & fortitudo. 347.4

Paulus Apoſtol.

Paulus cur relictis Iudæis ſe ad gentes conuertit. 104.16
Paulus cur infinitas ſuas perſecutiones & labores leues dixit. 135.10
Pauli admirabilis prudeotia, & conſtantia. 179. 18
Chriſti virtus quanta in conuerſione Apoſtoli Pauli. 271.21
Paulus Apoſtol. non fuit ex collegio duodecim, & cur. 328.15
Paulo Apoſt. quantum debetur. 16
Eius epiſtolæ ſitim extinguunt animarum ſpiritualium. 17
Paulo Deus cur dura oſtendit in principio conuerſionis. 352.12
Paulus quanto animo paſſiones tolerabat. 384.2
Pauli ſtimulus carnis qui. 496.3

Pauper.

Pauperes ſubueniendi & manu, & ore, & ſi non manu, ſaltem ore. 176.31
Pauperes quid pro diuitiis derelictis accipiunt. 340.15
Prædicatores pauperes non ſolùm ſollicitudinem non habent de prouiſione temporalium, ſed nec de ipſa doctrina, eiuſque labore. 16
Pauperes, dominus ſubſtantiarum diuitum. 342.9
Pauperes ex ſua paupertate quantum interius reſumunt gaudium. 345.28
cum Paupere panis frangendus, & cur illud Deus præcepit. 371.2
Pauperibus euangelizare quomodo miraculum. 384.30

Paupertas.

Elias cur mittitur paſcendus mulieri pauperi, & non diuiti. 10.3
Paupertas ſumma abundantia, & pauperes verè diuites. 253.6
Paupertatis mira laus, & vis. 291.15
Pauperies ſancta eſt omnium bonorum affluentia. 339.12
Paupertas Angelos facit. 340.14
Paupertas cur à Deo aliquando immittitur. 392. 40
Paupertas Reges facit. 402.20
Paupertas voluntaria martyrium. 498.15

Pax.

Pacis ſalutatio quid importabat. 344.23
Pax quid, & quid per pacem Apoſtolicam. 24
Pacem ad Apoſtolos reuerti quid. 27
Pax Chriſtiana eſſe non poteſt ſine magno bello. 363.ann.10
Chriſtus omnia pacificauit æquo modo. ibid.1
Pax Chriſtiana quando ſit. 2
Pax mundi, ſi de facto non abrumpatur, nunquam cum Chriſto erit pax, nunquam homo liber à peccato. 3

Pax & amicitia inter ſe malè amantium niſi abrumpatur nunquam à peccato immunes erunt. 364.7
Pax Chriſti cum mundi pace nunquam eſſe poteſt. 363.4

Peccator.

Peccatores obſtinati in peccato potius Deum inhonorant orationem Dominicam recitantes, quàm honorem deferunt. 19.14
Peccator diues inferni victima. 33.1
Peccator obſtinatus nolens remittere, quomodo recitare poteſt hanc orationem. 34.8
Inimico nolens remittere pœnam, licèt remittat iniuriam, nec Deus illi remitteret debitam pœnam. 35.9
Miſericordiæ humanæ, & condonationis priuilegium ſingulare, condonatio peccatorum. 42.4
Peccator vt ſtultus reputandus ad cœlum peruenire putans. 45.3
Peccatores cur dicantur Deum contemnere. 59.4
Peccatores in quo decipiuntur putantes ſe in vltimo vitæ pœnitentiam conſecuturos. 66.7
Quàm difficilè ſaluentur peccatores in vltimo vitæ pœnitentiam agentes, & huius rei ratio. 8
Quàm vanè peccatores obſtinati de Dei miſericordia præſumunt in fine. 67.13
Peccatorum mos ex vitiis alienis falsò impoſitis ſua velle iuſtificare, ob quod & in continua ſunt murmuratione. 96.7
Peccator officium correctionis aſſumens quanta mala operetur. 100.1
Peccatores ad vomitum redeunt, quia ſæpe facilè eis abſolutio ſacramentalis impenditur. 105.26
Peccatores à Deo non exauditi quo ſenſu intelligendum. 108.24
Peccatorum difficilis conuerſio qualis, quibuſque mediis procuranda. 117.30
Peccatores amplius laborant quàm iuſti, ſuam ſequentes concupiſcentiam, & ſæculi viam. 136.14
Peccatores nunquam affectum peccandi amittent, etiam poſt mortem. 163.16
Peccatores etſi Chriſtiani, non tamen in cenſu filiorum Dei. 193.22
Quorum peccatorum difficilis ſalus. 201.26
Peccatoris conuerſio per timorem fit, & amorem. 202.33
Peccatores etſi prægrandes apud Deum cadauera fœtida. 221.32
Peccatores orantes, & in peccatis manentes Deum irrident, ob quod non exaudiuntur. 228.2
Chriſtus in die iudicij quomodo peccatores non agnoſcet. 3
Nunquam de ſalute peccatoris, etſi peſſimi, deſperandum. 255.9
Dei ingens amor in peccatorem expenditur. 272.22
Peccatores quid. 274.1
Cum peccatoribus qui ſecurè degere poſſunt, qui verò minimè. 275.6
Peccatores non temere iudicandi. 8
Quomodo corrigendum excellens S. Gregorij ſententia. 276.11
Peccatores aliquando benigniſſimè tractandi. 278.19
Chriſtus cur peccatores diligit cùm ſint mali. 281.37
Peccator qui in peccatis non veteraſcit, quanta promptitudine à Domino adiuuatur. 293.26
Peccatoris mors ruentis reſpectu mortis peccatoris inueterati ſumnus dici poteſt. 27
Peccator inueteratus quanta difficultate à peccato eripitur, quanta facilitate recens. 30
Peccatores inueterati quòd in fine vitæ conuertuntur, cur ſtatim moriuntur, quantumque in purgatorio crucientur. 31
Peccatoris conuerſio inueterati, quàm difficilis ſecundùm Apoſtolum. 32
Deus ſæpe peccatores aduocat ex erubeſcentia occultorum criminum. 299.15
Peccator humilis oculos non refugit diuinos, ſed expetit, & cur. 304.52
Peccatoris laus potius irritamentum eſt iuſtitiæ, quàm miſericordiæ. 316.6
Peccatores malum corporis timent, animæ non timent. 336.12
à Peccatoribus Dei Euangelium ſpernentibus nec obolus accipiendus. 345.5
Sanctiſſimi Liberij Papæ de hoc exemplum. ibid.
Peccatores aliqui hîc incipiunt puniri, vt conſummetur etiam punitio poſtea in altera vita. 347.15
Peccatorum veſania pretio ſe vili vendentium. 361.6
Peccator nunquam de hominibus, ſemper de Deo fidat. 372.11
Neque de Angelis. 12
Huius rei ratio. 13
Peccator in reprehenſione ſuperbus. 274.13
Peccatores non dignè operantes ſtipulum ſibi præparant ad exuſtionem. 387.23
Peccatores à ſuperioribus debent diligi. 411.12
Peccator latro, & cur, & quàm dira morte plectendus. 416.2
Peccatores de minimis ſcrupuloſi, de magnis nullum patiuntur ſcrupulum. 443.5
Qua intentione ſe coniungant cum Herodianis. 6
Peccator calamus quaſſatus & lignum fumigans quod Chriſtus non extinxit. 448.38
Peccator obſtinatus nolens confiteri non exauditur à Chriſto. 456.33
Fit eius conuerſio perdifficilis. 34

Peccatum.

Peccata ſunt debita. 33.2
Peccata veriſſimè deleri contra hæreticos aſtipulatur. 3
Pelagianorum error de immunitate peccatorum confunditur. 4
Maria ſanctiſſ. vt dicebat, *dimitte nobis debita noſtra.* 5
De qua dimiſſione hîc ſit ſermo, præceptiua, an conſultiua. 34.7
Peccata ſunt hominum poſſeſſiones. 43.7
Quantum ſit malum coram Sanctiſſimo peccare. 47.15
Deus cur ſtatim poſt peccatum non punit. 67.14
Vt venitur ex fragilitate ad peccandum ex malitia. 83.9
Chriſtiani vnde in profundum deſcendunt peccatorum. 11
Peccatum Deus iuſtiſſimè æternaliter punit. 100.8
Peccata Religioſorum leuia, grauia ſunt reſpectu peccatorum ſæcularium & econtra. 101.6
ex Peccatis cur Deus cum hominibus non indignatur. 134.2
ad Peccata tollenda imperfectiora non ſunt concedenda naturæ. 139.22
Peccata ſi adſunt vbique Dominus extimeſcendus. 222.2

Poſt

Poſt Chriſtum natum quantum malum ſit peccare. 241.5
Quantum peccent qui animas ſanctas, & præcipuè ſanctarum Monialium ad peccandum impellunt. 6
Peccati occaſiones quanto ſtudio vitandæ. 242.9
Cardo omnis libertatis ad peccandum, Deum præſentem non tenere. 261.15
Peccata leuia ad Deum grandia apparent, digna igne purgari. 296.14
Peccatum Moyſis in quo ſtet. 297.19
Pura intentio non peccare, propter Deum, hominem fortem conſtituit. 359.4
Peccati labor ſæpe præceptor ad illud relinquendum. 364.6
Peccatum Ionathæ quale, vt dignum eſſet morte. 385.8
Peccata, onera & labores. 418.5
Peccatum Dathan, & Abiron quale, & cur tam ardue à Deo punitum. 436.10
Peccatorum memoria à Chriſto deleta. 452.6
Peccatum proximi ſemper celandum. 454.24
Peccatis ſtantibus ex morte vnius mali gubernatoris, non eſt ſperanda ſtatus rerum melior conditio. 455.29
Perſeuerantia in peccato facit animum ferreum. 456.35
in Peccatis bona non proſunt. 457.42
cum Peccata dormire quantum periculum. 458.45
Peccati occaſio ſic reſcindenda vt in æternum reſcindatur. 461.65
Peccati occaſio in principio fortiter abſcindenda. 70
Sanſon occiſus, qui occaſionem in principio non abſcidit. 572
Peccata irremiſſibilia quoad pœnam quæ. 487.9
Peccata radicitus peſſimæ conditionis, & cur. 489.28
Cor Chriſti vulnerant, & ſanguinem eliciunt. 490.29
Peccata Chriſtianorum quātum Deum pungunt. 30
Peccata in Spiritum ſanctum, vide *Spiritus.*

Pedum lotio.

Chriſtus prius lauit pedes aliorum diſcipulorum, quàm Petri. 415.20
Petrus cur volebat vt Chriſtus ſuos lauaret pedes. 21
Minus ſapuit in hoc, quàm cæteri Apoſtoli, & cur. 22
Quid ignorabat, & quali ignorantia tenebatur, vt Dei myſteria non agnoſceret. 416.23

Pelagius.

Pelagij error non licere ſplendidis indui veſtibus. 84.16

Penuria.

Deus ſæpe in extremis ſuccurrit, tarò in principio. 11.9

Perditio.

Dei eſt amor quando noſtra deperdit, & huius rei ratio. 243.14

Perfectio.

Perfectio Dauid quanta. 25.7
Perfectio hominis ſumma quæ. 26.15
Nulli ſumma denegata eſt perfectio. 182.59
Spiritus ſancti efficaciſſimus Doctor, in inſtanti ad ſummam euehit diſcipulum perfectionem. 185.12
Magis Deum glorificat qui vnum perfectum facit, quàm qui multos lucratur, non eos perficiens. 195.7

Non ab omnibus eadem perfectio requirenda. 218.8
Perfectio non retinetur in aula. 395.27
Perfectio Apoſtolica quæ. 488.58

Perfectus.

Perfectus reſignatus rarò à ſtatu perfectionis cadit. 26.18
Perfectorum cibus in hac vita qualis debet eſſe. 224.19
Deus quando in mundi creatione eſt dictus perfectus. 282.45

Periculum.

Chriſtus ſuo iuſſu tantum roborat inter pericula. 350.2
Deo iubente, ac mittente, quo maiora ſunt pericula, eo animus creſcit. 352.9
Cur Ezechieli præcepit vt non timeret populum. 10

Perſecutio.

Perſecutio cur tanta facta in Chriſtianos. 355.2

Perſeuerantia.

Perſeuerantiam in relectione laudis humanæ Chriſtus à nobis exigit. 8.3
Perſeuerantia ſola in bono hominem bonum fecit, præ cæteris creaturis. 164.8
Perſeuerantia effectus charitatis Infirmorum. 201.18
Perſeuerantiam quare Chriſtus requiſierit, & hæc cur neceſſaria. 356.7
Perſeuerantia dulce reddit iugum Chriſti. 422.43
Perſeuerantia in oratione, vide *Oratio.*
Petite, & accipietis, &c. ſenſus quis. 507.10
Quid ſit in nomine Chriſti petere. 111.6
Petenti ſola ſpiritualia & carnalia adiicientur. 123.17
Vide *Oratio.*

Petrus.

Petrus ex præpropera Chriſti confeſſione tempus nolens expectare punitus. 599.2
Eius conuerſio poſt negationem ex ſingulari Dei in eum prouidentia. 3
Petri domus quomodo dicatur, cùm Petrus omnia renuntiauerat. 5
Chriſtus ad quid venit in domum Petri. ano.6
Petri domus quanta veneratione digna. 7
Petri in Chriſtum reuerentia, & in proximos charitas quanta. 52
Petrus quanto amore in Chriſtum æſtuabat. 214.2
Cur ei dixit: Animam meam ponam pro te. 3
Deus cur eius caſum permiſit. 4
Petri gladius gladio Conſtantini præiudicat. 294.39
Petri primatus ſtatuitur. 329.22
Petrus quibus nominibus nominatus. 23
Chriſtus cur nomen Petro mutauit. 330.24
Petri, ac Boanerges nominis differentia qualis. 27
Petro cur Deus dixit reuelaſſe illi ſuam diuinitatem. 393.49
Petrus cur cecidit. 433.25
Petrus quomodo liberârit Apoſtolos à calumnia. 477.32
Petro cur primatus datus. 491.7

Pharao.

Pharao obduratus ex reiectione vnius mandati diuini. 104.46
Pharao demerſus ex ſuperbia. 217.24

Phariſæi.

Phariſæorum mores & aſtus in proximis iudicandis. 96.6
Phariſæi mali magiſtri, cur. 155.29

Phariſæi mali magiſtri, quia vani. 152.33
Phariſæi cur dicebant Chriſtum in Beelzebuth eiicere dæmonia. 192.16
Phariſæi vnde collegerunt Chriſtum blaſphemare, errantes. 259.5
Vt blaſphemi in Chriſtum. 260.12
Phariſæi & Scribæ cur ſemper contra Chriſtum. 275.4
Phariſæi iſti murmurantes dupliciter peccabant. 7
Phariſæi ex inuidia id dicebant, & ex quo conuincitur. 276.12
Tribus rationibus confutantur. ibid.1
Phariſæi ægroti, quia ſe valere æſtimant. 2
Phariſæi cur ſibi Ioannis diſcipulos adiunxerunt, & cur iſti illis adhæſerunt. 283.6
Phariſæi opera cur reiecta. 300.20
Phariſæi cur tantam laudem Chriſti perſenſerunt. 316.10
Phariſæi an cum Chriſto, vel cum diſcipulis diſceptarint. 432.17
Cur de violatione ſabbati tantùm eos accuſabant. 18
Phariſæi quo animo ſequebantur Chriſtum. 433.20
Quare Chriſtum tantum reprehenderint. 21
Phariſæus ſuperbus ſcientificus, cur. 22
Phariſæi qua intentione interrogarint Chriſtum. 437.3
Phariſæi quare tanto odio Chriſtum perſequebantur. 443.7
Phariſæi quare inſipientes. 444.10
Phariſæi peiores quàm dæmones. 451.13
Chriſtus ſemper ferè in arguendo ignorantiam taxat Phariſæorum. 465.13
Chriſtus cur hîc acriter reprehendit Phariſæos. 479.4
Cur Phariſæos appellauit progenies viperarum. 7
Phariſæi quantum peccabant ſignum petẽdo. 481.3
Quale ſignum petebant. 7
Quàm inanis petitio. 8
Chriſtus cur ſignum dare noluit. 483.24
Cur ſemper ſignum dederit mortis & reſurrectionis. 25
Quomodo iſtis dedit, & non dedit ſignum. 26
Philippus quis. 331.31

Pietas.

Pietas. 313.ann.84
Vide *Oratio.*
Pilati vxor, vide *Vxor.*

Pœna.

Pœnæ mala omnia à Deo accipienda, & ad illum recurrendum, ſicut etiam & omnia bona. 203.38
Confirmatur exemplo Saræ. 39
Aſperrimè reprehendendi facientes aliter. 40
Pœnæ Chriſtianorum in inferno duriſſimæ, & quare non tales paganorum. 401.4
Pœna aliquorum peccatorum irremiſſibilis, & quo ſenſu. 473.13

Pœnitens.

Pœnitentes non iudicent, qui pœnitentiam ſic ſtrictam ac illi non agunt, & qua ratione. 95.3

Pœnitentia.

Poſt peccatorum abſolutionem amplius pœnitentiæ inſiſtendum, & ſtatim. 263.26
Signum veræ reconciliationis pœnitentiam non deſerere. 27
Pœnitentia ſalutis ſocia. 28
Pœnitentiam deſerere ſtatim poſt confeſſionem ſignum non perfecti doloris. 29
Sine pœnitentia difficile tenetur gratiæ ſtatus. 30
Chriſti quantum debemus ob pœnitentiæ ſacramentum. 264.35
Pœnitentia altiſſimum conſtituens religionis gradum quæ. 283.3
Pœnitentia qua diſcretione agenda. 285.13
Homines vnde à Pœnitentiæ ſacramento ſæpe recedunt ſine gratia. 303.43
Pœnitentiam auſteram cœptam relinquere quàm periculoſum, & quàm illa neceſſaria. 403.25
Pœnitentia magna qualis antiquitus. 407.11
Chriſtus qua ſcientia futuram vidit pœnitentiam Sidoniorum. 12
Quare non illis prædicauit. 13
Pœnitentiæ vltima difficultas in quo conſiſtat. 422.40
Pœnitentiæ veræ tertium ſignum. 463.78
Pœnitentiæ froctus digni qui. 79
Pœnitentiæ veræ quartum ſignum. 81

Politicus.

Politici peccatum conſulentes, vt ſtatum conſeruent, & Principem, quantum contra illum pugnent. 190.39
Politicorum veſania quanta. 245.5
Politici inſtabiles & varij in fide, mendacio gubernantes. 389.12

Pollutio.

Pollutioni voluntariæ quomodo, quove remedio occurrendum. 312.49
Pollutio procurata ex arte dæmonis quomodo eſſe poteſt. 496.6

Populus.

Populi conſumuntur ex ſingularitate miniſtrorum. 85.25
Populos cur accipiendo Angelum dixit illum ſermonem eſſe peſſimum. 110.7
Populus ad Ægyptum redire intendens, cur lucem erigere voluit. 216.18
Cur percuſſus ad terram promiſſionis properare volens. 217.20
Deus cur populum Iſraël ſuum dixit, etſi ipſum abiecerunt ne regnaret. 386.14
Populum cur Deus non caſtigauit quando primò contra Moyſem murmurauit ex defectu farinæ, at duriſſimè eũ puniuit ex eiectione idoli. 487.10

Porcus.

Porci hîc quid. 103.10
Porcorum grex, Iudæorum, an Gentilium.

Porta.

Porta hîc quid. 135.6
Chriſtus cur admirationem adiecit anguſtiæ portæ, & quale in hoc myſterium. 136.16

Poteſtas.

in Poteſtate vt Chriſtus dicebatur loqui. 165.4
in Poteſtate qui prædicator non docet, & qui in poteſtate. 5
Conditiones eorum qui in poteſtate loquuntur. 166.7

Præceptum.

Præcepta affirmatiua ſemper conditionaliter accipienda. 108.18
Præcepta Chriſti impoſſibilia dicentes hæretici confundantur. 135.5
Quomodo grauia, & leuia. 7
Cur porta, & via. 8
Præcepta Dei quomodo proponenda. 137.17
Præceptum vnum obſeruare non ſufficit. 164.7
Præcepta grauia tyronibus non imponenda. 285.12
Præceptum gentibus non prædicandum quantum durârit. 334.4

Præcogitatio.

Præcogitatio quæ excludatur à Chriſto ab Apoſtolis. 353.1
Cur voluit vt præcogitarent. 2
Cur non ſolum quæ,ſed nec quomodo. 3
Præcogitare quando liceat. 354.6

Prædeſtinatio.

Prædeſtinationis ſignum lucrum animarum. 196.11
Prædeſtinationis, aut reprobationis ſignum quale. 362.8
Dei voluntas & beneplacitum totius prædeſtinationis ſumma. 412.24
Prædeſtinatio tota in ſola Dei voluntate reponenda. 413.25
Prædeſtinati prius de cœleſtibus ſint ſolliciti, quàm de terrenis. 91.37

Prædicatio.

Prædicatio hodierna cur non multum fructificet. 47.11
Prædicatio nunquam deſerenda, ſi ſpes ſit aliquorum ſalutis. 104.18
Spiritus ſanctus cur prohibuit Paulo ne in Aſia prædicaret. 105.19
Prædicatio ſæpe ſine fructu, quia Prædicator non orat. 106.4
Prædicatio magna, alta, & ſubtilis, non eſt ſignum veræ ſanctitatis. 147.5 & 161.3
Ingenua deſiderium prædicandi non magnam virtutem redolet. 6
Prædicatio hodierna cur ſic diminutum reportet fructum. 165.2
Non Sacerdos prohibitus prædicare,& cur. 166.10
Prædicatio fructificat iuxta audientis affectum. 173.11
Eſt Chriſti odor. 12
Quomodo aliquibus odor mortis. 13
Ab Euangelica prædicatione nunquam vacandum. 253.1
Chriſtus quibus verbis prædicabat, & cur humilibus. 287.30
Prædicatio ſit publica. 318.6
à Prædicatione nunquam ceſſandum,cur. 353.4
in Prædicatione voluntas inflammanda antequam verba præmeditanda. 354.5
Prædicandum conſtantiſſimè,& cur. 360.9
Prædicatio ſit vitiis ſi conuertere deſiderat. 362.3
Prædicatio vana illa quæ bellum non excitat contra vitia. 363.2
Magna Chriſti virtus aſpera ſuis prædicare, & hæc illis amplecti. 7
Prædicatio debet eſſe clara, ſine verborum fuco. 399.14
Prædicatio fructifera quæ. 399.9
ex Prædicatione cur aliqui non conuertuntur. 481.6

Prædicator.

Prædicatores,aliique religioſi viri ac Doctores malè viuentes acriter reprehendentes taxantur durè à Chryſoſtomo. 101.7
Prædicatores non bene viuentes non ex charitate, ſed ex vana gloria reprehendere conuincuntur ex Chryſoſtomo. 102.16
Prædicatores confeſſoreſque in meſſem non mittant falcem alienam. 105.21
Deus iuxta diſpoſitionem audientium Prædicatoribus verbum ſubminiſtrat. 105.23
Prædicator vt ex zelo conſumitur, atque diſrumpitur. 106.27
Prædicator ſit vt aquila. 5
Suggeſtum aſcendat famelicus,ſi animarum prædam facere vult. 6
Oret vt habeat ſancta quæ prædicet. 107.7
Prædicatores quo ſenſu dici poſſunt Prophetę. 142.3
Prædicator quanta humilitate præditus eſſe debet. 147.7
Prædicator quando ſibi laborat & aliis. 152.31
Prædicatores vnde infructuoſi. 155.4
Prædicator ſacram non callens Theologiam diminutus. 166.9
Prædicator qui de ſuo non loquitur, in poteſtate non docet. 21
Prædicatores aliqui hodierni taxantur Bibliam non legentes. 167.12
Prædicator Dei,zelum poſſideat animarum ſi in poteſtate docere velit. 13
Cor prædicatoris zelum habens animarum eſt veluti ſartago. 14
Prædicatores quomodo prædicare debent. 173.7
Prædicatores ac animarum magiſtri quanta mundiria prædìti eſſe debent. 175.27
Prædicatur non vocatus, & ſine humilitate officium exercens,non animas lucrabitur, ſed ſuam potiùs amittet. 196.1
Prædicatores ſuperbi, & ob faſtum prædicantes à dæmone, non à Spiritu ſancto ſenſus hauriunt Scripturæ,& Patrum. 197.4
Prædicatores etſi magni ſine humilitate Deo placere non poſſunt. 198.12
Non lucrantur, ſed animas terrent, ſicut eos fugiant. 13
Prædicatores qui non in verbo,ſed in verbis prædicant,qui,& quid illud ſit. 207.13
Prædicatores cur à prædicando deſiſtere non debent, etiamſi nullum ab auditoribus fructum reportent. 254.2
Prædicatores ex vita anteacta nunquam ſpernendi. 270.9
Prædicatores taxantur vanè, & expolitiſſimè loquentes. 287.31
Prædicatores muti taxantur. 295.9
Prædicatores ad munus non vocati quanto periculo ſe exponunt. 314.16
Sunt temerarij. 17
Eorum rationes præcluduntur. 18
Miraculum ſi non cadant. 315.19
Prædicator quando ex Dei amore, non ſui moueatur ad prædicandum,& econtra,euidens ſignum. 318.5
Prædicator Euangelicus qui. 9
Prædicationis officium quale. 326.5
Ex quo reſumere ad laborandum animum debet. 327.6
Prædicatoribus qua neceſſaria immunitas ab omni auaritia,& nil accipere ab hominibus. 336.9
Prædicatores pauperes non ſolùm ſolicitudinem non habent de prouiſione temporalium, ſed nec de ipſa doctrina,eiuſque labore. 340.16
Chriſtus quæ per mercedem prædicatoris intelligat. 17
Prædicator neceſſariis debet eſſe contentus. 19
A populis ſuſtentari debet. 341.20
Prædicatorum poteſtas accipiendi à populis non eſt præceptum,ſed permiſſum. 21
Prædicatori & Eccleſiæ miniſtro ſufficientia debentur quando laborat. 22
Cur conueniens fuit vt à populis ſuſtentarentur. 23
Prædicator cibo & veſtitu ſit contentus, & nolit ex prædicatione diteſcere. 24
Prædicator cur nil aliud accipere debet propter victum & veſtitum. 342.10

Prædicator cur nil aliud accipere debet præter dictum & veſtitum. 342.10
Prædicatores maiorem fructum reciperent, ſi à peſſimis peccatoribus nil accipere vellent. 345.7
Prædicatores quando oues vincunt, quando lupi vincuntur, & cur. 348.5
Prædicator quibus obturare debet aures ſuas. 349.16
Prædicatori virtutes neceſſariæ quæ, ad hoc vt fructum faciat. 350.12
Prædicatores durum poſſidere debent frontem. 352.11
in Prædicatore quæ verba fructum portent animarum. 354.7
In prædicatione vt ſimplex debeat eſſe ad hoc vt fructus faciat. 8
in Prædicatoribus quomodo Spiritus ſanctus loqui dicatur. 9
Prædicator ad hoc vt per illum Deus loquatur quid efficere debet. 355.11
Prædicatores ex officio ſupra omnem humanam altitudinem ſe eleuare debent. 359.6
Charitas in Prædicatores quàm excellentes fructus habeat. 370.9
Prædicatores ad captum auditorum ſe accommodare debent. 379.3
Prædicator miraculoſus qui. 384.31
Prædicator quomodo reprehendere debet. 33
Prædicatores Deo ſuos referre debent ſermones, ill que eos adſcribere. 386.13
Prædicatores ſancti & auſteri aulas Principum dicent. 391.33
Prædicatores quomodo pœnitentiam prædicare debent. 401.9
Prædicatores ſancti plangere debent quando ſine fructu recedunt animarum. 410.8

Prælatus.

Prælati & Antiſtites quanto zelo & cura ſalutem debent procurare animarum. 189.32
Prælati quantum laborare debent in miniſterio. 206.3
Prælati manu, & voce ſuos debent ſuccurrere. 209.12
Prælati ſtricte non caſtigantes quàm durum ſubibunt iudicium. 213.22
Deus manſuetos Prælatos duriſſimè vindicat ex ſubditis malis. 222.5
Prælatorum manſuetudo ſæpe officit, non prodeſt. 6
In reprehendendo Prælati modeſtiam obſeruent exteriorem. 223.9
Prælati Dei imitatores illi, qui verbo & opere proximus, ſiue ſubditos iuuant. 318.12
Prælatus verus Chriſti imitator quis. 14
Prælatorum conniuentia quantum Dei officit Eccleſiæ. 382.17
Prælati peccata ſubditorum cooperire debent. 448.39.
Eorum officium quale. 450.4
Præmium bonorum operum quantum excedit ipſum opus. 362.10

Præſcientia.

Præſcientia. 104.15
à Præſcitis Deus quàm longè eſt, etiam in hac vita. 343.16

Præſumptio.

Præſumptio quid, & quale peccatum, & cui virtuti opponitur. 64.2
Quot modis in peccatum præſumptionis incidatur. 65.3
Religioſi tepidè viuentes, ſanctos tamen futuros ſe ſperantes præſumptuoſi. 4
Chriſtianorum præpoſtera præſumptio qualis. 5
Præſumptio quotuplex, & quantum effectum impediat orationis. 118.42
Prandij hora apud gentes erat ſexta. 477.33

Primogenitum.

Deus cur pretio fecerit vt redimerentur primogenita. 346.14

Princeps.

Principes vt probi debent eſſe ad audientias præbendas. 85.10
Principes & potentes quomodo æternam facere ſuam poteſtatem poſſunt. 184.16
Principes vt ſecurè regnent, ſe Deo ſubditos recognoſcant. 189.33
Principum timor ſubditis vnde. 35
Eorum perditio ſi ſubditi eos homines tantùm conſiderent. 36
Principes, & miniſtri ad labores vocati, non ad otia. 206.5
Multa illis non licere otia, quæ licet humilibus. 6
Principes ac nobiles mirum quòd Chriſtum ſequantur. 290.3
Principis huius nomen cur pandatur ab Euangeliſtis. 291.10
Infirmus erat hic Princeps in fide, & vnde id colligitur. 11
Principes quanta indigna patiuntur ob ambitionem. 12
Principum Eccleſiaſticorum indignitas. 16
Principes magni cur non conuertuntur. 349.18
Princeps malus plus curat de ſuis iumentis, quàm de hominibus. 372.14
Principes cur vt patres, non vt domini regnare debent. 386.15
Principes ab populum, non è contra. 16
Principes vnde falluntur, & cur boni non audent ſæpe veritatem illis dicere. 390.17
Principes ob quid Theologos conſulant, & cur cum eis indigent, his non applaudant. 18
Principum maturæ mortes vnde. 405.37
Principes tunc ditiſſimi quando Eccleſiæ dant, tunc pauperrimi quando auferunt. 453.16
Eccleſiam depilando in Deum peccant. 17
Principes ab Eccleſia non res, ſed tantùm orationes repoſcant. 19
Priuatorum ſors quàm miſera. 64.15
Procella ex imperio Dei excitatur. 214.23

Profeſſio.

Ex aſtu diaboli multi in religione profeſſionem emittunt. 289.39

Promiſſio, & Promiſſum.

Promiſſiones Dei longanimiter expendendæ. 88.19
in Promiſſis Deus fidelis. 455.26
Oratio tamen neceſſaria vt eorum recordetur. 27

Propaſſio.

Propaſſiones iræ & condolentiæ duæ hîc aſſumptæ à Domino. 439.26

Propheta.

Propheta quid. 141.2
Prædicatores quo ſenſu dici poſſunt Prophetæ. 3
Propheta falſus qui dicatur. 4
Hypocritæ ſunt falſi Prophetæ. 143.9
Doctrina & opera verum à falſa ſecernunt Prophetam. 144.1
Ex actionibus ſubitaneis, & tribulationibus verus à falſo dignoſcitur ſpiritus, & Propheta. 3
Propheta verus ex propriis fructibus, & non ex fructibus officij cognoſcendus, & qui iſti, qui ve illi. 4

Propheta

Propheta verus ea ſolis fructibus cognoſcendus. 146.13
Deus poſt mortem ſalſom diſcooperiet Prophetam, ſi dum vixit, quis erat extitit occultum. 149.15
Propheræ antiqui veri, quia non auari. 151.28
Propheta ſanctus occiſus à leone, quia relicta opinione probabiliori eſt ſequutus probabilem. 241.3
Propheta cur prohibitus ne in Bethel comederet. 336.11
Propheta ſanctus cur munera à Ieroboam accipere noluit. 13
Cur à leone occiſus. 337.14
Prophetæ Baal cur loquebantut in nomine Domini, & non Baal. 388.4
Prophetas vſque ad Ioannem propheraſſe quomodo verum ſit. 399.10

Prophetia.

Prophetia non eſt veræ ſanctitatis infallibile ſignum. 148.9
Propherare quid. 161.2
Prophetia Iſaiæ quomodo in Chriſto completa. 446.18
Propinqui Chriſti quo animo Chriſtum tenere, & inſanire dicebant. 450.8

Prouidentia.

Prouidentia Dei vnde infallibilis. 77.7
Prouidentia Dei ſpecialis quomodo aduocanda. 78.1
& à Religioſis præcipuè. 2
Prouidentia Dei extraordinaria erga aliquos Sanctos qualis. 79.5
S. Scripturæ ſtudium præcipuè ad ſe Dei prouidentiam horum terrenorum aduocat. 80.11
Homo ipſam rationalitatem exuere debet, ſi Dei prouidentiam ad ſe aduocare vult. 87.6
Deus cur minus ſollicitis amplius prouidet. 89.21
Cur prius animalibus prouidit de eſca, quàm homini. 25
Cur prius pauperibus, quàm diuitibus. 26
Deus ſecundùm ſuam magnificentiam hominibus prouidet. 90.30
de Prouidentia Dei mira exempla. 91.34
Prouidentia Dei generalis de omnibus, ſpecialis de hominibus. 360.1

Proximus.

Proximum nuoquam iudicandum. 95.2
Proximorum neceſſitati quo fine ſuccurrendum. 212.8
ob Proximi bonum omnia ſuſtinenda incommoda. 255.7
Proximorum ardens charitas quando vera, plus potens, quàm odium inimicorum, & ſubtilior ad eos adiuuandos. 256.14
Proximus ſemper eſt diligendus etſi peccator, ſolum peccatum abhorrendum, quod perfectorum eſt. 281.40

Prudentia.

Prudentia ſerpentina quantum neceſſaria viris ſpiritualibus aliquando. 379.17
Prudentia Apoſtolis neceſſaria, cur. 348.11
Prudentiam ſerpentis, & non alterius animalis cur Chriſtus perſuaſerit. 13
Prudentia quando vertatur in aſtutiam. 349.19
Prudentiam ſerpentum cur Chriſtus Apoſtolis præceperit. 414.9

Publicanus.

Publicani quid. 274.1
Publicani & peccatores cur apud Deum malè ſentirent. 275.2
Publicani cur peccatores dicebantur. 275.3

Pudicitia.

Pudicitia Chriſtiana quæ, & qualis eſſe debet. 309.26

Puella.

Chriſtus quo ſenſu dixit puellam non eſſe mortuam. 310.35
Cur manum tenuit puellæ. 311.37
Cur iuſſerit dare manducare puellæ. 41
Cur per ſeipſum non dedit ei panem. 312.42
Cur tantum inculcauit ſecretum reſuſcitationis huius puellæ. 46
Quando illa propalata. 47

Puer.

Pueri Eliſæum irridentes cur occiſi. 200.11
Pulchrum vt diminuit voluntarium. 83.10

Puluis.

Pulueris excuſſionis præceptum Chriſti expenditur. 345.1
Apoſtoli quando tenebantur excutere puluerem de pedibus ſuis. 3
Cur illis hoc præceptum, & quid ſignificet. 4
Puluis quomodo excuſſus ſtabit contra peccatores in die iudicij. 346.9

Q

Quadrageſima.

QVadrageſimam cur Apoſtoli inſtituerunt ante reſurrectionem. 286.24

Quæſtio.

Cur duodecim Apoſtuli totum mundum conuerterunt, nunc vix vnam animam mille Prædicatores. 320.21

R

Rachel.

RAchel cur ſic durè accipiebat non habere filios. 303.41

Rebecca.

Rebeccæ prudentia in tribulatione ad Dominum accurrere. 270.14
Quò pertexit ad conſulendum Dominum. 271.16

Rechabitæ.

Rechabitæ quanta ſtrenuitate obſeruabant vini abſtinentiam, etſi non eſſet præceptum. 50.9
Deus cur non iratus Rechabitis obedire nolentibus. 10
Rechabitæ ad quale miniſterium in templo exhibendum electi, etſi non eſſet de genere Leuitarum. 51.15

Regimen.

Regiminis locus quantum fugiendus, & ob quam cauſam. 386.19

Regnum.

Regna & imperia nihil ſunt ante Dei oculos. 191.5
Regum amicorum quàm durum iudicium apud Deum. 231.22
Dei iudicium in auerſione Regnorum. 290.7
Regna tranſeunt vt quiſquiliæ, & eorum gloria. 380.7
Regnum tria ſtabiliunt. 440.35

Regnum Dei.

Regnum Dei quatuor modis vſurpari poteſt. 22.2
Regnum Dei Chriſtus deſiderare nos præcepit. 23.3
Regnum Dei quid. 78.3
τὸ *Primùm quærite regnum Dei*, quomodo intelligenda. 4
Chriſtus cur dixit, *adijcientur*, & non *dabuntur*. 79.7
Regnum Dei quomodo prædicandum. 137.17

Regnum

Regnum cœlorum Cbriſtus nobis acquiſiuit, non ubi. 156.2
Regnum Dei quid. 467.8

Regula.

Regula virtutum inſallibilis quæ, & quibus conditionibus intelligi debet ad hoc vt veram à falſa diſcernant ſanctitatem. 481.12

Regulares.

Regulares minores extra proptiam domum comedere non poſſunt. 343.20
Reincidentia in peccatum quantum malum. 407.14

Religio.

Religionum ſuperiores qnantum errent aliis mediis victum procurantes, quàm à regolis inſtitutum. 71.5
ad Religionem accedentibus auſtera illius proponenda ſunt. 213.20
Religionis inſpitatio accuratè examinanda. 273.2
Religionum pèrfectio vnde ſumitur. 282.4
Religionum ſuperiores malè agunt ſolos ſuos mittentes Religioſos. 882.15
Religionis priuilegium aliquem non prædicari ſanctum antequam ſit. 404.34
Religio & ſanctitas in quo differant. 477.35

Religioſus.

Religioſi paupetes in ſeculo, & qui liberè victum parabant, quàm præpoſterè delicatè in Religione viuere voloot. 69.5
Religioſi quo medio victum qnærete debent. 70.20
Religioſorum mnltitudo non eſt cauſa paupertatis. 71.6
Deus cèrtiſſimè obſeruantes Religioſos prouidebit. 72.8
Religioſorum cenſotes quàm ſeuerè à Deo iudicabuntur. 101.5
Leuia Religioſorum peccata grauia reſpectu peccarorum ſæcularium, & è contra. 6
Religiuſi vbi viuere debent, & quem ad viuendum eligere. 102.14
Religioſa petfectio conſiſtit in indiuiſibili. 140.29
à Religioſis viris quantum minima quæque imperfectio cauenda. 219.15
Religioſus vir ſcindat, non diſſuat ſæcularia negotia. 220.22
Religioſi impetfecti quantum affligantut ex ſuperbia, & vode illis Apoſtaſia. 269.4
Religioſorum vita cur aliquando decurtatnr. 280.28
Religioſus Angelus eſſe debet, & quàm eius peccata leuia. 30
Religioſorum confuſio ſi non meliores inueniantur, quàm ſæculates. 295.8
Religioſorum recentiorum caſus animas gnbernantium vnde. 307.9
Religioſi nunquam ſoli ſiot cum ſola, etiam quando eis ſacramentum adminiſtrant pœnitentiæ. 309.23
Religioſi ſoli incedentes quantis periculis & caſibus inſallibilibus ſe exponant. 335.12
Religioſis quàm periculoſum in curia manere. 390.21
Religioſi in quo inexcuſabiles. 421.31
Religioſo vita competit auſtera. 432.15
Non expectet in religione latam vitam. 16
Religioſi ad inſtar Chriſti qualiter viuere debent, & quæ obſeruare vt in paradiſo ſint. 448.37
Religioſus vnus diabolo plus ſapit, quàm mille ſæculares. 489.27

Remiſſio.

Remiſſio, ſiue dimiſſio, vide *Peccatum.*
Remiſſionis actus ſolus, an ſufficiens ad dimiſſionem peccarorum. 35.10
Obſtinatus nolens remittere, particularem obtinet oppugnantiam cum Dei miſericordia. 41.3

Reprehenſio.

Reprehenſio & correctio quomodo facienda, & ex qua radice emananda. 100.2
Superiores nunqoam reprehendant ex odio, ni malos experiri effectus velint. 3
Chriſtus cur non reprehendit ſecunda vice Apoſtolos dormientes. 103.8

Reprobus.

Reprobis in præiudicium, regnum Dei prædicatur. 345.2

Repudiatio.

Repudiantur qui ſine ſpirituali magiſtro viuere volunt. 112.14
Sicut & qui non intrepidè & abſolutè ſe ad Chriſtum ſequendum determinant. 213.15
Expellimur à Chriſto ſæpe quia dignè ad eum non accedimus. 16
Scriba ob ſimoniam repudiatus. 17
An repulſus omnino. 18
Requiem animarum intellectus quis. 921.32

Res terrena.

Rerum terrenarum concupiſcentia, labores huius vitæ. 418.6

Reſignatio.

Reſignatio perfectiſſimus amoris actus. 25.2
Quanta bona ſecum afferat. 4
Reſignatio vnica perfectionis via. 560.20
Dæmon à ſuis eam vnicè petebat. 21

Reſignatus.

Reſignatus homo vir fortis, ſpirans diuinitatem. 25.5
Reſignatis hominem conſtituit ſummè pacificum inter adoerſa. 8
Reſignatis Deus ſapit. 9
Reſpondere in Scriptura, aliquando pro loqui, & exordiri. 411.9

Reſpublica.

Rempublicã ſuperiorũ dormitantia deſtruit. 225.32
in Repnblica vnus malus tantum poteſt, vt eam deſtruat, & cur. 33
Reſpublica perit vbi iudices paſſione pleni. 437.11
Reipublicæ ſtatus miſer qualis. 455.28

Reuelatio.

Reuelationes quanta circunſpectione credendæ. 119.47
Veræ Reuelationis ſignũ humilitas ſumma. 188.17
Reuelationis veræ ſignum. 317.13
Reuelatio myſteriorũ Dei propria eſt Chriſti. 417.4
Pater omnia reuelat per Chriſtum. 5
Reuelatio peccatorum ex dæmonis aſtutia aliquando. 448.40
in Reuelationibus regulæ Apoſtolicæ tenendæ. 477.37
Homo carnalis, non ſpiritualis ineptus ad veras reuelationes diſcernendas. 491.5
Reuelationes energumenorũ non credendæ. 499.20
Rationes quibus probatur veras eſſe energumenorum reuelationes, & veros Dei fauores. 21
Malis hominibus Deus aliqnando ſua reuelat myſteria. 23
Reuelationes & alia Chriſti chariſmata in Dei Eccleſia cur magna deficient, ratio euidens. 476.26

Reuelationes concedendæ quæ. 27
Chriſtus per Spiritum ſanctum quomodo noua reuelet. 28
Reuelationes quæ credi debent. 477.29
Fides non temerariè eſt admiſſa. 30
Reuelationis veræ fundamentum eſt vita ſancta. 31
Vide *Miraculum.*

Rex.

Reges cur malum odorem ſuæ gubernationis non ſentiunt. 66.10

Ruben.

Rubeo. 103.7
Ruben cur cecidit in grauiſſimum peccatum. 433.24

Ruth.

Ruth cur tantum diligebat Noëmi, etſi ſocrus. 201.21
Ruth Moabitis cur electa præter omnes Hebræos in Chriſti progenie. 23
Ruth amor in ſocrum expenditur. 223.12

S

Sabbatum.

SAbbata Iudæorum cur à Gentilibus deriſa. 120.56
Sabbatum ſecundo primo quid. 431.2
Sabbatum omnis dies feſtus dictum. 3
Sabbatum quo differat à diebus feſtiuis. 4
Marcus cur dixerit, *in Sabbatis.* 432.5
Chriſtus cur ambulabat in Sabbato. 6
Sabbatum quomodo dicebatur violari à Sacerdotibus. 435.2

Sacerdos.

Sacerdotes antiqui gentiliter cur ordinariè in ſacrificiis ſanguinem perdebant. 160.19
Sacerdotis & confeſſoris officium quale. 178.14
Quantum malum Sacerdotibus non reddere quod eis debetur. 179.15
Sacerdotes non permittant ſibi in ſeruitio puellas iuuenes, ſed vetulas famulari. 204.50
Sacerdotes non orantes pro populo quanta pœna digni. 231.20
Sacerdotes quomodo dicebantur violare ſabbatum. 435.2
Sacerdotalis dignitas quanti facienda. 289.29

Sacramentum.

Sacramenta Dei omnia ſunt ſancta, & margaritæ ſecundùm diuerſos reſpectus. 104.13
Sacramentorum frequentia non eſt veræ ſanctitatis infallibile ſignum. 148.9
Sacramentum qui indignè ſuſcipiunt, ſeu frequentant quotidie. 188.21
Diſpoſitio ad Sacramenta accipienda ſummæ Dei gratiæ eſt cauſa. 302.39
ob Sacramenta indignè accepta Deus tradit homines in manus diaboli. 458.48
Chriſtus niſi attenderet, iam diu à nobis diuina abſtuliſſet Sacramenta. 459.56
Ex Sacramentis malè acceptis ſordeſcit homo. 57

Sacrificium.

Sacrificium perfectum eſt hominem non ſe ſolum Deo offerre, ſed cum aliis. 195.3

Sacrum.

Sacrum apud Orientales non fuiſſe quotidianum, ſed ſemel in hebdomada. 29.4

Sæcularis.

Sæcularis ſtatus quàm periculoſus. 58.6

Sæcularium conditio de religioſis ſcandalizantium, quia comedunt, & bibunt. 404.31
Sæculares defectus ſuos magnos non conſiderantes, paruos aggrauant ſpiritualium. 32
Si minima facerent quæ quiſque ordinarius religioſus, vt ſancti prædicarentur. 33

Salomon.

Salomonem cur Chriſtus nominârit. 75.5

Saluandi.

Saluandorum multitudo poſt Chriſti, non ante eius aduentum. 319.15

Saluator.

Saluatoris dictum, *Quod tibi non vis*, eſt naturalis iuris primæui. 133.3
Antoninus Pius ſtatuam Chriſto erexit ob hoc dictum. 6
Quomodo hoc præceptum intelligi debet. 8
Mundus totus in maligno ex inobſeruantia huius præcepti. 134.9
Quo ſenſu intelligatur in iſto præcepto legem & Prophetas contineri. 10
Quomodo intelligatur proximum diligentem totam legem adimplere. 11

Salus.

Salus proximi qua animi intentione procuranda. 175.22
Salus æterna in quo conſiſtit. 189.31
Salus potentum, & gubernatorum quàm difficilis. 247.5
Salus noſtra cum tremore operanda ſemper. 309.20

Salutatio.

Chriſtus cur præceperit Apoſtolis vt ipſi primùm ſalutarent. 344.25

Samaritana.

Samaritana cur reliquit hydriam. 424.52
Samaritanæ conuerſio admirabilis, & vnde. 402.11
Samaritana Chriſti Apoſtola. 13

Samſon.

Samſon cur reſtitutionem oculorum non petiit, ſed fortitudinem. 281.38
Samſon quare occiſus. 461.72

Samuel.

Samuel cur aliquando non exauditus, etſi feruenter orauerit. 115.8
Samuel cur ſigna Sauli dederit, vt ſciret ſe electum Deo. 386.17

Sanctificatio.

Sanctificate Deum quid. 20.19
Non eſt idem glorificare, & ſanctificare. 21.20
Sanctificatio Dei aliquando immediatè ab ipſo Deo, aliquando per homines. 21
Quo ſenſu Dei nominis ſanctificatio deſiderari poſſit. 22

Sanctitas.

Sanctitatis veræ ſigna quæ, & quæ non. 146. §. 1. & ſeqq.
in Sanctitate alicuius affirmanda quàm cautè procedendum. 149.13
Sanctitatis mediocris ſtatus patienter ferendus. 215.5
Vera ſanctitas in quo conſiſtat. 215.11
Deus aliquando vult vt ſanctitas alicuius ſciatur, & cur. 302.36
Sanctitatis gradus ex virtute, non ex miraculis expendendus. 395.7
Quàm cautè procedere debent docti in affirmanda alicuius ſanctitate. 396.20

Sanctitatis menſura à gratia, & virtutibus, & huius rei ratio. 477.34
Sanctitas & religio in quo differant. 35
Sanctitas diuina vnde dignoſcitur. 36
Sanctitatis ſigna quæ. 478.2

Sanctum.

Sanctum hîc quid. 103.10
Sancta quibus non danda generalis regula. 104.14
Quando liceat indignis dare ſanctum abſque peccato. 105.24

Sanctus.

Sancti ſe totos Deo dant, quia Deus ſe totum illis. 123.18
Sancti etſi Deum placatum habent pro aliquo, qui nihil operatus eſt, opera huius poſtea exquirunt quaſi incerti de impetratione quando ſine operibus. 126.9
Sancti quantũ duri ad mulieres non videndas. 141.32
Sancti qui dicantur. 148.12
Sancti quando clamant, non ſolum terram, ſed cœlum commouent. 180.4
Sanctorum interceſſio neceſſaria. 184.14
Quantum Deus Sanctos facit. 186.4 & 196.13
Cur Deus hos clauſit deforis. 14
Sanctorum interceſſio ad impetrandum neceſſaria. 202.27
Sancti quanti faciendi, quantoque honore proſequendi. 31
Quantum Deus etſi velit gratiam conferre, interceſſionem appetat Sanctorum. 32
Sãcti quo Deo propinquiores, eo timidiores. 304.56
Sancti cur non omnia ſuperant vitia, & non omnes acquirunt virtutes. 342.13
Sancti non certi de miſſione diuina inter pericula trepidant. 351.7
Sanctorum minuta facta Deus intendit, 361.7
imò & cogitationes. 8
Deus quam terribiliter in caſtigando leuia peccata iuſtorum & Sanctorum. 373.21
Sancti ob leuia peccata dæmonibus traditi, & grauiſſimis infirmitatibus. 22
Sancti Deo ſua pacta aſcribunt, & contrà peccatores ſibi. 386.12
Sancti quantum formidant ne hominum ſit eorum electio, non Dei. 18
Sancti quia arbores, non arundines, ob veritatem, potius moriuntur, quàm cedant. 389.13
Sancti vt non imitentur nulla eſt excuſatio. 462.77
Sancti ſemper ſunt, fuerunt, & erunt in Eccleſia. contrarium temerarium. 475.20
Sancti virtutibus heroicis, an Canonizatione digni; 21
Rerum fidei Sanctorum, & reliquorum cognitio quo differat. 476.25

Sanitas.

Sanitas inſtantanea à Chriſto, non à medicis. 203.35
Sanitas hîc quid ſpiritualiter & myſticè deſignet. 441.37

Sapiens.

Sapientes qui. 411.15
Sapientes ſi ſemel errant, difficillimè curantur. 451.14

Sara.

Saræ cur tantum eius cum Iſaac luſus diſplicuit. 364.10
Luſus ille quid. 11

Satan.

Satan vt Satan expellere poteſt. 465.9

Saul.

Saul vnde certiſſimus Regem ſe futurum intelligere potuit. 386.20
Saul cur varius cum Dauid ſemper. 389.10

Scandalum.

Scandalum puſillorum quantum vitare debemus. 440.32

Scientia.

Scientia quam Eua acquiſiuit per dæmonem qualis fuerit. 197.5
Quò eam duxerit. 198.6
Decepta, quia ſuperba. 7
Scientia cum ſuperbia procliuis ad calumniandum. 259.1
Vide *Doctrina.*

Scriba.

Scriba à Chriſto repudiatus eum ſequi volens. 213.11
Scriba repudiatus ob ſimoniam. 213.17
An repulſus omnino. 18
Cur Chriſtum non ſit ſecutus. 19
Scribæ ſimiles qui. 213.21
Eius repulſus, qui de his fidit viribus. 214.1
Scribæ cur ſtatim Chriſtum condemnarunt. 259.3

Scriptor.

Scriptores ſacri nullum ſeruant ordinem in ſcribendo. 172.1

Scriptura.

Scripturæ interpres cur aliquando antiquas voces retinuit. 39.18
Hæreticorum audacia in verſionibus Scripturarum. 40.19
In Scriptura non ſemper in quolibet verbo myſteria & allegoriæ quærendæ. 74.2
S. Scripturæ ſtudium præcipuè ad ſe Dei prouidentiam horum terrenorum aduocat. 80.11
S. Scriptura cur prohibita vulgari idiomate. 140.28
Scripturæ ſenſus diabolus aperit ad concupiſcentiam, Chriſtus ad illuminationem. 198.11
Chriſtus cur Scribas ad Scripturam remittit. 278.21
Scripturæ idioma notabile. 22
Scriptura ſacra fluuium Ezechielis. 413.1
Quàm difficilis eius intelligentia. 2
Humilis eam intelligit. 3
Superbiæ venenum deſerendum prius, ſi Scripturæ intelligentiam accipere velimus. 414.7
Scriptura ſacra quo animo legenda. 10
Hæretici cur è ſacra Scriptura venenum hauriunt, & non mel. 11
Litteratura humana parum facit ad ſenſus intelligendos Scripturarum. 12
Scientia ſæcularis parum ad intelligentiam Scripturæ. 415.16
Chriſtus cur per homines loquatur in Scripturis. 17
Scientia humana, & eruditio carnalis quando nimia, tollit à ſacra Scriptura deuotionem. 18
Deus ſenſum verum Scripturarum non aperit, niſi prius depoſita ſuperbia, ac propria ſcientia. 19
Scriptura cor Eccleſiæ. 474.19
Scurra quid. 421.26

Secretum.

Secretum appetere, & naturaliter hominem eſſe ſecreti ſignũ præclariſſimũ veri Dei fauoris. 309.19

Semen.

Abſtinentia à perceptione ſacræ communionis ob ſeminis fluxum etiam licita. 299.14

in

in *Senſu* Dei loqui idem ac operari. 297.18

Sententia.

Sententiam miſeriorem non eſſe typis mandandam, multis & validioribus aſtruitur argumentis. 137.18

Sermo.

Sermones in vernacula lingua potius dãnum, quàm profectum Dei Eccleſiæ inferunt, & cur. 166.8

Seruitus, & Seruus.

Seruitus magna, fortuna magna. 206.7

Seruus cur non potens duobus ſeruire, vnum odio habet. 59.3

Chriſtiani Deo & mundo putantes poſſe ſeruire, inepti ad Dei templum formandum. 61.7

Qui ſimul Deo, & diabolo ſeruire præſumunt, in innumeros incident labores. 61.9

Seruus Abraham in oratione exauditus, quia non fidit in auro. 122.10

Serui Dei ſæpe pro aliis orantes non exaudiuntur. 123.15

Serui benigniſſimè à dominis tractandi. 184.1

Seruus bonus, amicus bonus. 2

Indigna res ob infirmitatem eos à domo emandare. 3

In infirmitate eos non inuiſere. 4

Domini cur ſeruorum infirmorũ obliuiſcuntur. 5

Serui Dei grandia à Chriſto recipientes cur timere non debent. 305.64

De Chriſto non mirandum quando grandia cum his agit amicis. 65

Serui veri Dei ſtigma quale. 355.6

Seruorum Dei proprium ſtigma quod. 356.9

Seruus & amicus Dei inimicos ſtatim ſentiet mundi homines. 441.36

Seruus Dei an Chriſtus verè & propriè dici poſſit ſecundùm humanitatem. 446.21

Serui Dei ſupra Principes & parentes æſtimandi. 495.23

Sibila admittendæ, 491.6

τὸ Sicut, an ſit ſimilitudo, an conditio neceſſaria. 34.6

Sidoniorum pœnitentia, vide *Pœnitentia.*

Signum.

Signum impetrationis quando adeſt in oratione: 119.45

Signum ſalutis ſuæ cur Ezechias petiit ab Iſaia, & vt Sol retrocederet. 46

Silentium.

Silentium malorum in die iudicij inſufferibile. 439.24

Silentium aliquando malum. 455.32

Simon.

Simon quis, & cur Thaddæus dictus. 334.40

An frater Iacobi Alphæi. 41

Simonia.

Simonia non tantùm ſuia à Chriſto prohibita, ſed & ne dono acciperent data ſuperflua. 336.8

Simonia cur prohibita. 337.16

Simplicitas.

cum Simplicitate prudentia ſemper connectenda. 103.3

Chriſtus quare ſimplicitatem cum prudentia coniunxit. 349.19

Singularitas hypocriſis ſignum. 146.2

Siſara cur dormiuit. 458.46

Sollicitudo.

Sollicitudo nimia habendi, & procurandi res neceſſarias ad victum, quàm pernicioſa. 68.1

Eadem mala facit ſollicitudo neceſſariorum, quàm deſiderium theſaurizandi. 2

Dominus non laborem, ſed ſollicitudinem interdixit. 69.6

Sollicitudo quid, & quomodo in ea peccatum eſſe poſſit. 7

Quanta difficultate ſine peccato exercetur. 8

Ad infernum ſæpe detrahit, & cur. 9

Sollicitudo neceſſariorum nimia eſt ſeruitus. 10

Deus eſt ſollicitus in prouidendo illi, qui non eſt ſollicitus ſui. 70.17

Superiores ſi donum abundantem poſſidere velint, ne nimis ſint ſolliciti. 18

Perpetuò ſunt mendici, ſi nimis ſolliciti, & huius rei ratio. 19

Sollicitudo anxia etiam rebus ſpiritualibus mala. 21

Chriſtus quantus in extirpanda ſollicitudine rerum neceſſariarum. 22

Sollicitudo parandorum in longam vitam quàm vana euincitur optimo argumento. 73.2

Deus cuique prouidet ſecundum ſtatus ſui exigentiam. 3

Exemplum mirum de ſufficientia prouiſionis diuinæ. 4

Chriſtus quanta cura ſollicitudinem horum inferiorum voluit à nobis euellere. 74.1

Chriſtiani nimis ſolliciti de rebus huius vitæ, potius Gentiles dici poſſunt ex vita quam imitantur. 77.6

Prælatis Regularibus qualis ſollicitudo interdicta, qualis non. 80.2

Sollicitudo parandorum poſt mortem quàm vana. 81.5

Chriſtus omnem ſollicitudinem interdixit tum præſentium, tum futurorum. 6

Beatitudinis, ſiuè ſaluationis anxia nimis ſollicitudo etiam reſecanda. 82.9

Vide *Craſtinum.*

Sollicitudo temporalium ſimul cum ſpiritualibus cohiberi non poteſt. ibid. 1

Sollicitudo temporalium hominem animal conſtituit. 2

Adamus ex nimia ſollicitudine temporalium ſe perdidit. 3

Homines ex ſollicitudine ſuperfluorum ſe perdunt. 4

Sollicitudo rerum temporalium diluuium cauſat malorum. 83.7

Sollicitudo nimia terrenorum vt penè deſperatam reddit ſalutem æternam. 84.12

Sollicitudo moderata Deo placet, & approbatur. 15

Stulto labore conſumuntur nimium ſolliciti de rebus carnalibus. 85.17

Moyſis ſollicitudo in populo gubernando. 18

Principes otioſi perſtringuntur exemplo Moyſis. 19

Sollicitudo deſerenda non ſolum noſtri, ſed noſtrorum, & huius rei efficax ratio. 89.24

Somnus, Somnium.

Somni neceſſitas vnde. 226.40

Somnium cur à mente Pharaonis non fugit, benè tamen à Nabuchodonoſor. 380.6

Soſpites ex infirmitate Deo ſanitatem ſuam conſecrent. 206.59

Spes.

Quando totaliter ſperare de Deo poſſumus. 86.4

Spes & fiducia. 114.5,6

Spes heroicam fidem efficit. 9

Spiritus.
Ad cognoſcendum an aliquis Spiritus interiùs loquens ſit Dei, an diaboli, nullum aptum amplius experimentum, quàm conuitium. 318.3
Spiritus ſanctus.
Spiritus ſanctus quomodo dicatur loqui in Prædicatoribus. 354.9
& quare in illis vult loqui. 10
Spiritus ſanctus Prophetis Chriſti non ſolùm actiones, ſed intentiones reuelauit, & cur. 446.17
Spiritus Dei quid. 466.6
Spiritus ſanctus cur digitos Dei dictùs. 7
Spiritus ſanctus hîc quid. 471.6
in Spiritum ſanctum duo peccatorum genera. 472.10
Species peccatorum in Spiritum ſanctum quæ. 11
Venialia aliqua vt poſſint dici peccata in Spiritum ſanctum. 473.14
Hæretici vt peccent in Spiritum ſanctum. 474.16
Spiritus blaſphemiæ, vide *Blaſphemia.*
Spiritualis.
Spiritualis ſic operis boni ſecretum appetere debet, vt ipſamet ſuam effugiat ſcientiam non reflectando in illud. 8.6
Spirituales negotia tradentes ſæcularia fiunt puſillanimi, & quid hoc. 220.24
Spirituales vnde non exaudiuntur. 218.8
Spiritualibus vnde cœcitas aliquando euenit. 276.6
Vide *Vir.*
Spiritualia.
Spiritualia nobis non dabit Dominus ſine noſtro labore, temporalia etiam ſine illo. 79.8
Spiritualia nunquam ob temporalia intertumpenda, ſecundùm Chryſoſtomi ſenſum. 220.23
Sponſus, Sponſa.
Sponſus quale ſignaculum ſponſæ petebat in Canticis. 301.26
Deus qualem ſponſam, & cur turpem quærit. 273.25
Stare pro nobis quando & quo tempore permiſſum. 317.1
Sterilitas.
Sterilitate cur Deus percuſſerit Abimelech vxorem ob Saram. 453.14
Stigma.
Stigma ſeruorum Dei proprium quod. 336.9
Subditus.
Subditi multi cur vni deſeruiunt homini. 189.34
Subditorum murmurationes contra ſuperiores morte dignæ. 385.9
Sudarium Euangelij quid. 195.5
Superbia.
Superbia non vnit fratres, ſed diſſipat. 45.4
Superior beneuolè de fratre ſuſpicans meretur à Deo illuminari. 98.24
Sanctitatis impatiens deſiderium aliquando ex ſuperbia. 212.13
Superbia ſpiritualis in via Dei quæ, quantoque ſupplicio dignum. 215.10
Pharao demerſus ex ſuperbia. 217.24
Superbia quantum Religioſos affligit imperfectos, & vnde illis Apoſtaſia. 269.4
Superiores quomodo ſuperbos ſubditos humiliare debent. 6
Superbia omnium malorum principium, ex vnuſquiſque vult nullus non eſſe. 395.6
Superbia nil altum cogitat. 421.27
Superbus.
Euomuntur à Deo ſuperbi. 276.4
Superbis Deus non reuelat myſteria neceſſaria ad ſalutem, & multo magis non neceſſaria. 412.17
Superfluum.
Superfluorum iura Chriſtus quanta cura interdicit. 77.2
Religioſi communibus non contenti de ſuperfluis ſolliciti reprehenſione digni. 3
Gentes cur inquirant ſuperflua huius vitæ. 5
Superior.
Superiores quanto reſpectu reprehendendi. 116.28
Superiores quæ ſubditorum prius curent, deinde ſua. 200.13
Superiores quando reprehenduntur ſic cum honore, & eorum dignitatis reſpectu. 222.4
Coram ſæcularibus quanta circunſpectione etiam vitæ neceſſaria ſumenda. 223.16
Superiorum dormitantia rempublicam deſtruit. 225.32
Superiores quomodo imperare, ac gubernare debent homines. 230.15
Superiores non caſtigantes malos ſubditos Geſarenis adſimiles. 245.6
Superiores remiſſi quanta patiuntur mala. 246.3
Superiores malum tolerantes illud imperant. 247.6
Superiores ſancti ſuſtinentes malos ſe decipiunt. 7
Superiores aliquando bonos cum malis mortificant, & cur. 308.16
Superiores pro ſe aliquando ſtare debent. 317.18
Superior vt caſtigare, vt punire debet, qualibus viſceribus. 348.7
Superiores lupi quando vt domini, non vt paſtores gubernant. 9
Superior excellentes debet poſſidere veritates, ſi ſplendeſcere deſiderat vt Chriſtus. 410.20
Superiores ſuauiter gubernent, vt Chriſti ſint imitatores. 432.7
Superiores vt vitia corrigere debent. 440.30
Superiores in reprehenſione non ſint acres. 466.5
Superiores quo fine reprehendere debent ſubditos. 479.5
τῦ *Superſubſtantialis* lectiones variæ. 28.2
Suſanna.
Suſanna cur explicitè pro ſe non orauit. 180.13
Suſanna cur falſo paruit teſtimonio. 310.31
Suſannæ conſtantia vnde. 358.3
Suſcitatio.
Chriſtus tres mortuos ſuſcitauit, quales, & quo tempore. 412.45
Cur tantum inculcauit ſecretum reſuſcitationis puellæ. 46
Quando illa propalata. 47
Suſpicio.
Suſpiciones, & ſuſpicionis iudicium quomodo licitè fieri poteſt. 96.11
Prælati & ſuperiores quomodo ſine damno proximi ex indiciis mala ſuſpicari poſſint. 12
Suſpiciones beneuolæ quæ. 98.25
Suſtentatio.
Dei prouidentia quàm certiſſima erga hominum ſuſtentationem. 32.22
Suſtinentia.
Sua non caret remuneratione ſi patienter ſuſtineatur. 215.9
Sibylla.
Sibyllæ ex diuino ſpiritu myſteria Chriſti colucrunt. 499.24
Synagoga quid. 291.8

Taberna

T

Tabernaculum Dei, de Chriſto. 157.3
Telonium quid. 265.4

Temperantia.

Temperantia prædicantes illuſtres reddit. 342.11

Tempeſtas.

Tempeſtas quare excitata variæ ſanctorum Patrum rationes. 224.22
Impoſſibile dum in hac vita ſumus, vt non in bellis ſimus, quamuis vltimum perfectionis adepti gradum. 23
Tempeſtas excitata, quia Iudas in naui. 225.28

Templum.

Templa vt polluantur nunc à Chriſtianis. 459.54
Deus cur templa ab aliquibus aripit. 55

Temporale.

Temporalia hæc quomodo inquirenda. 79.6
Animus terrenis nimis occupatus Deo euacuatur. 86.24
Temporalibus primum inhiantes, iſtis, & ſpiritualibus priuantur. 91.36
Temporalia nobis Deus præſtabit, etſi non petamus. 124.20
Temporalia bona ſunt auctaria. 21
Temporalia cum reſignatione petenda. 174.15
Amor ceſſet temporalium, ſi amor Dei debet accedere. 206.8

Tenebræ.

Tenebræ vt palpabiles dici poſſunt. 194.17

Tentatio.

Tentare quid. 36.1
Inducere in tentationem quid. ibid.
Non omnes tentationes à diabolo. 5
Tentationum quàm ingens fructus. 37.8
Deus quando vt amicus tentationes immittit. 38.9
Orandum ne tentatio veniat, & ſi aduenerit, ne illi ſuccumbamus. 10
Tentationes cur ſuis Deus permittit, rationes efficaciſſimæ. 223.14

Tepiditas.

Tepiditas operandi Chriſtianorum ruina. 164.6
Connexio inter tepiditatem, & vomitum quanta. 221.31
Tepiditas ſpiritualis vnde. 276.5

Tepidus.

Tepidorum ſtatus morti proximus. 221.19
Mitius in iudicio cum infideli, quàm cum tepido erit. 30

Terra.

Terram cur Deus aridam nominauit. 89.22
Terra cur ſancta in qua ſtabat Moyſes. 112.14
Cur illi præceptum vt ſolueret calceamenta. 15
Tertullianus infelix ex ſuperbia cōdemnatus. 243.13
Thaddæus quis. 332.38
Quibus vocatus nominibus. 331.38
A Chriſto ad Abagarum miſſus. 40

Theſaurus.

Theſauri nunquam effugiunt Principum aures. 55.4
Quomodo non licitum theſaurizare. 5
Theſaurizare quid. 7
Thomas quis. 331.32
Tibicines ad quid adducebantur. 310.33

Timor.

Timor malus & ſuperbus qui. 304.53
Timor Dei initium, & plenitudo ſimul ſapientiæ. 305.62
Timor Dei quem Chriſtus ſuaſit qualis. 360.14
Torques Ioſepho data quid ſignificet. 206.4

Tribulatio, Tribulatus.

Tribulationum pondus etiam in hac vita in pondus commutatur gloriæ. 135.12
Tribulationes Chriſtum aduocant. 200.15
Paulus quantum profecit ex tribulatione, ex experientia propria beneficiorum Dei. 224.25
Quantum & Iacob. 225.26
Dei finis in tribulationibus immittendis. 227.44
Tribulationum fructus immenſus. 232.4
Tribulationes hominem erudiunt, non ſolùm eas patientem, ſed audientem. 236.3
Tribulatio efficit vt homo Deum vt Dominum agnoſcat, & efficaciter oret. 291.12
Tribulationes ex Spiritus ſancti gratia gemmæ, & quantum eas expetunt Sancti poſt experientiam. 296.13
Tribulationes dant intellectum. 380.8
Tribulationes ſummam pariunt contemplationem, ac Dei viſionem. 381.9
Tribulationes emolliunt cor. 10
Apoſtoli dum tribulationibus opprimebantur, dulcedine mundum replebant. 419.11
Tribulati oratio regnorum aliquando ſalus. 291.23

Trinitas.

Trinitatis myſterium non niſi reuelatione cognoſci poteſt. 417.3
Tuba canere quid. 7.2

Tumultus.

Tumultus in Eccleſia vnde. 447.31
Tunicarum duarum præceptum Chriſti quomodo intelligendum. 337.5

Turba.

Turba cur eiecta. 310.34
Turbas cur Chriſtus non reprehendit. 311.36
Turbæ cur admiratæ. 316.8
Turbæ cur ſequebantur Ieſum in deſerto. 414.51
Turbarum frequentia quanta ad Chriſtum. 450.3

Turbæ in deſerto.

Turbarum in deſerto neceſſitas expenditur, & Chriſti prouidentia. 86.1
Deus in principio tribulationis ſuccurrit quando homines in veritate ſunt nouitij. 88.14
Tyro & Sidon ciuitates quales ſint. 407.10
cum Tyris & Sidoniis quare Deus remiſſius ſe habebit, quàm cum ciuitatibus Iſraël. 408.20

V

Væ in Scriptura damnationem ſignificat æternam. 152.35

Vana gloria.

Vanæ gloriæ peſtis in quibus præcipuè bonis reperitur. 5.3
Quanto conatu fugienda & attendenda. 4
Vana gloria in pretioſis ſtat, & præcipue Sanctos perſequitur. 5
Vana gloria quàm crudum bellum. 6
Vanæ gloriæ optimus præcludendi modus in opere bono. 8.7
Vana gloria quàm vilis. 12.7
Vana gloria præcipuè ab oratione arcenda. 13.9
ad Vanam gloriam deteſtandam efficax ratio. 44.5
Vana gloria fugienda, ob eius ſeruitutem. 49.5
Vani decipiunt homines quando gloriam operantur. 6.13
Oratio ſola remedium contra vanam gloriam. 7.1

Vanitas.

Vanitas in magiſtris ſpiritualibus ſignum præſcientiæ. 152.34

Index Rerum,

Venialia.

Venialia aliqua irremiſſibilia quoad pœnam. 488.11

Ventriculus.

Ventriculus animalis cur Sacerdoti dabatur. 458.52

Verbum.

Verbi Dei contemptus magnum præſcientiæ argumentum. 104.15
Verba Chriſti cur admirabantur turbæ. 165.1
Verbum otioſum quid. 479.1
Verba vt iuſtificent hominem. 480.3
Verba hominum mala, aut bona, laudis, aut vituperij, cur paruipendenda. 4
de Verbis cur ſtrictum iudicium ſumendum. 5
Verbis Deum offendere quanta impietas. 7

Veritas.

Veritas non omnibus propalanda. 140.27
Veritas Chriſtiana ſumma conſtantia pendenda, ſummáque claritate. 260.10

Veſpera.

Veſperæ in Quadrageſima cur dicantur ante prandium. 287.27

Veſtimentum.

Veſtimenta ouium quid. 143.11
in Veſtium immoderato vſu quomodo peccetur. 391.35
Quale peccatũ inuentio noui vſus veſtiũ. 392.36
Vſus alicuius regionis eſt vt in vna forma veſtium nunquam permaneant. 37
Peccat mortaliter qui nouam formam inuenit veſtiendi. 38
Exceſſus in veſtitu quando eſt peccatum mortale. 39
Chriſtus cur auſteritatem Ioannis potius educit ex veſtitu, quàm ex victu. 41
Veſtitus mollities frangit animæ vigorem. 42

Via.

Via hic quid. 135.6
Vna eſt tantùm via ad cœlum arcta. 136.15

Vidua.

Viduæ Eliæ cur ſic abundanter Dominus prouidit. 280.35

Vinum.

Vini abſtinentiam quanta ſtrenuitate obſeruabant Rechabitæ, etſi non eſſet præceptum. 50.9

Vir.

Vir in Scripturis quid. 25.6

Viri ſpirituales, & contemplatiui.

Viri ſpirituales qua ratione ſemper lætari debent inter triſtia. 284.8
Viri ſpirituales quantum cauere ſe debent à propriæ opinionis paſſione. 335.11
Viri contemplatiui decidentes quàm durè plectuntur ſuper cæteros. 408.23
Viri ſpirituales quare amplius torquentur in inferno. 409.24
Viri potentes cur aliquando ſine liberis. 453.25
Viri ſpirituales quantum cauere debent parentes. 494.25
Non ſpiritualis qui ob temporalia ſpiritualia deſerit. 27

Virga.

Virgæ præceptum Chriſti quomodo intelligendum. 338.6

Virgo.

ſine Virginis interceſſione multam Deus confert gratiam. 202.28
Virgines cur per annum detinebantur antequàm ad Regem intrarent Aſſuerum. 215.13
Virginum ſacratum violatores cur tantum peccent. 244.8
Virgo quibus fulcris ſuam aſtipulari debet virginitatem. 309.28
B. Virgo cur laudata ex filio, & non ex eius virtutibus. 493.14
Virgo vnde beatior. 19
Virginem ſanctiſſ. nullum nec veniale contraxiſſe peccatum eſt de fide. 494.24
Vide *Maria.*

Virtus.

Virtutis itineri Chriſtus nil addidit difficultatis, imò multum ſuauitatis. 134.3
Virtutis viam arduam & Gentiles cognouerunt. 4
Virtutes ſolidæ ſunt veræ ſanctitatis ſigna. 145.11
Virtutes Dei exercitæ infallibile ſanctitatis ſignum. 149.14
Virtutes quantum optandæ. 162.24
Virtus Dei filios conſtituit, non caro & ſanguis. 293.20
Virtutum opera aſpera exercitio ſuauia fiunt. 365.18
Deus ſolus verus æſtimator virtutis. 393.48
Sanctitatis gradus ex virtute, non ex miraculis expendendus. 393.7
Virtutes quò homines ducunt. 495.34

Viſio.

Viſiones de eſſentia diuina quæ hodie aut typis mandantur, aut propalantur, nullo prorſus creditu dignæ, imò imprudentiſſime creduntur, non præmiſſo ſanctiſſimo Romano examine. 119.52
Viſionis diuinæ fructus. 326.2
Viſiones & fauores Dei in tribulationibus & vinculis aſpiciuntur, non in delitiis. 380.5
Viſio Dei ex tribulationibus. 381.9

Vita.

Vitæ fulcimenta Deus aliquando petenti denegat, cur. 90.33
Vita ſancta, non verba, Chriſtum prædicant. 178.7
Vita Chriſti quàm operoſa. 206.2
Repudiantur qui ſine ſpirituali magiſtro viuere volunt. 212.14
Sicut & qui non intrepidè & abſolutè ſe ad Chriſtum ſequendum determinant. 213.15
Parentes filias paruulas cogere non debent ad monaſticam vitam accipiendam, & quid de eorum educatione in monaſteriis. 288.32
Vitam æternam perdet qui hic deliciari intendit. 369.21
Vitæ huius bona relinquentium præmium quod. 22
Vita ſine Dei ſpeciali prouidentia ſeruari non poteſt. 374.26
Vita mala Chriſtianorum facit, vt minus bene de fide aut ſentiant, aut loquantur. 407.7
Vita qualis, talia & verba. 479.9

Vitium.

Vitia non tolli per actus vitioſos. 338.20
Vitia humana mixta conſolationibus & tribulationibus, & ad magnam tribulationem magna ſequitur conſolatio. 231.28
Dignus pœna qui aliter ſentit. 19
Vitium non vitio expellitur, ſed virtute. 316.11
Vituli erecti à Ieroboam. 461.68

Vnctio.

Vnctiones cur in vſu Palæſtinis tam ſæcularibus, quàm religioſis. 48.1
Chriſtus cur vnctionem admiſit Magdalenæ. 2
in Vnctione Dauid miraculum interuenit, & quale. 303.42
Vnio, vide *Charitas.*

Vocatio.